GALLIA CHRISTIANA, IN QUA REGNI FRANCIÆ DITIONUMQUE...

Claude Robert, Jean Picart

Digitized by Google

BLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVIII
G
3
NAPOLI

GALLIA CHRISTIANA,

IN QVA REGNI FRANCIÆ DITIONVMQVE VICINARVM DIOECESES, ET IN IIS PRÆSVLES DESCRIBVNTVR.

Cura & labore CLAVDII ROBERTI *Lingonenſis Preſbyteri.*

Fœlicibus auſpicijs Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. D. ANDREÆ FREMYOT, Archiepiſcopi Patriarchæ Bituricenſis Aquitaniarum Primatis.



LVTETIÆ PARISIORVM,
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, viâ Iacobæâ, ſub Ciconijs.
M. DC. XXVI.
CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

NAPOLI

Google

DEO,

AC DOMINO NOSTRO.

I*ESV Chriſto, increato, incarnatóque verbo, Paſtorum Paſtori, Epiſcopo animarum noſtrarum, Pontifici aſsiſtenti bonorum futurorum, Agno ouium Redemptori, vnius & ſolius ſanctæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ Eccleſiæ fundatori, ſeruatori, Coronatori*, hoc totum quidquid eſt, voueo, do, dico, ſeu potius *benignè, liberaliter, gratis datum, creditum, depoſitum, quocumque Nomine,*

Digitized by Google

quà poſſum lubèns, meritò, fideliter reddo, reſtituo, conſecro. Sed quia, ô prima, & ſumma bonorum omnium cauſa, ſine quâ factum eſt nihil, nihil tibi rectè offertur, niſi quod à te accipitur, iube quod vis, & da quod iubes, & dona tuæ gratiæ æterna gloria cum Sanctis, & in ſanctis tuis munerator. Ecce ergo Domine Rex meus, & Deus meus tibi ſeruiat quidquid didici, & docui, tibi ſeruiat quod loquor, & ſcribo, & lego, & numero, quorum omnium principium, & finis à te, & ad te. Quæcumque ergo dicam, de tuo agnoſcam, ſi qua de meo, ignoſce.

S. Auguſt. lib. 1. Confeſſ. c. 15. & lib. 10. c. 17.

Et tu votorum vindex æterne piorum
Cui ſanctis precibus pondus ineſſe placet.

Digitized by Google

Da veniam noxis, præſta moderamina dictis Valafridus Strabo.

Quod nocet auellens, quod iuuat amplificans.

Certè meum otium magnum habuit negotium, O vtinam à carceribus ad calcem tibi luci, ac Duci gratum,

Qui ſine principio, qui ſine fine manes.

Præterea hoc ſummoperè peto; vt meminiſſe mei dignentur illi, quos non aliter quàm imitatores tuos honoro, non aliter, quàm imagines tuas colo, non aliter quàm membra tua ſuſpicio. Hoc etiam primis & ſupremis exopto votis, vt illorum ſucceſſores, Attendant ſibi & vniuerſo gregi, in quo eos

Saluian. l. 2. ad Eccleſiam Catholicam.

Act. 20. 29. 1. Petri 5. 2.

Chryſoſtom. l. 6. de Sacerdotio.

Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam, & paſcant qui in eis eſt, gregem, prouidentes non coactè, ſed ſcientes, quòd Præſulatus eſt cura ſalutis alienæ. Conſiderent pactum, quod ſpoponderunt, attendant conditionem, quâ acceſſerunt, noſcant militiam cui nomen dederunt, primariorum Ducum Exempla, & magnitudine admiranda, & multitudine infinita diu, noctuque oculis, ac animis indefeſsi contemplentur, vt viciſsim aliquando ab ipſis virtutum, & doctrinæ magiſtris habeant poſteri quæ laudent, & eorum veſtigijs haud diſpari paſſu inſiſtentes, diligentius imitari conentur. Nam ijs qui locum Magiſterij tenent, qui

S. Chryſoſt. ſerm. de Martyr.

S. Iren.

ſucceſſionem

ſucceſsionem habent ab Apoſtolis, quique cum Epiſcopatus ſucceſsione chariſma veritatis certum, ſecundum placitum patris acceperunt emendatè agentibus, fit magna vtilitas, lapſis autem magna calamitas. His equidem tot, tantiſque viris diuinæ voluntatis, indicibus: & fidelium formulis, in partem ſollicitudinis Vicarij tui Generalis in Eccleſia viſibili, & militante vocatis me, meáque in omnibus, & per omnia, ſemper, & vbique ita ſubijcio, vt ſi quid ab eiuſdem Eccleſiæ Matris meæ regulis deflectat nullum prorſus eſſe velim. Incipimus ergò te adiuuante (ô Deus) & Apoſtolo tuo Petro, per quem, & Epiſcopatus, & Apoſtolatus cœpit exordiũ,

Proſper. l. 2. c. 2. vitæ Contemplat.

S. Innocentius Papa ad Victriciũ Rotomagenſem Epiſcopũ.

Proſper de ingratis.

Cuius Roma ſedes, quæ paſtoralis honoris
Facta caput mundi, quidquid non poſsidet armis
Religione tenet.

Iuſtin. Nouellâ 9.

Vnde Sacerdotij fons & Summi Pontificatus Apex.

DIVIS GALLIÆ PRÆSVLIBVS VOTVM.

O Magni Heroes, patriæ tutela fidelis,
Illuſtres animæ, cœliq́ue, ſoliq́ue voluptas,
Templa, Aræ, Myſtæ, ſimul & libamina Chriſti,
Annuitote boni precibus, facileſque fauete,
Æternùm vt placeant æterno lilia Regi,
Irriguis Francûm creſcentia candida in hortis,
Ille ſuas tueatur oues, ouiumque Magiſtros,
Ne lupus inſidias raptor meditetur ouili;
Id mala nec tangat ſcabies, nec febris adurat.
Pinguibus haud ſulcis ſteriles dominentur Arenæ,
Nec lapa, aut ſpinis ſurgat Paliurus acutis,
Non inuiſa filix, non fallax herba veneni
Fœcundis vſquam ſegetum naſcatur in aruis.
Nulla ferat Tellus lethali germina ſucco,
Non inimicus homo lolium conſpergat amarum,
Non ſitiens hortus languentes excoquat herbas,
Non aper, & vulpes fœcundis vitibus obſint,
Nec ſpes cultoris rarâ fraudetur oliuâ,
Nec iam Dædaleis apibus ſit noxia taxus,
Vt ſemper dulci diſtendant nectare cellas.
A ſtabulis fugiat linguâ vibrante coruſcus,
Immanis, toto maculoſus corpore ſerpens,
Aſpectu torquens flammantia lumina toruo,
Flexibus, & ſpiris viuentia vincula nectens,
Et fœdâ ſanie corrumpens ætheris auras,
Mille dolos, damnique modos, ter mille volutans;
Candida vipereis infuſcans vellera guttis.
Sic veſtras ædes ſublimia tecta Tonantis,
Gallorum fidei certiſſima pignora ſacræ,
Impia ſacrilegi nunquam contagio lædat,
Nec diræ hæreſeos labes ſcelerata profanet,

Non dirus Annibal, aut ſi quis eo crudelior hoſtis excogitari poſſit, omni ſcelerum genere, inmanius ſæpius vrbes ſummâ vi expugnatas, quàm iſti Nebulones perfidi, ac perduelles in dolo malo ſubreptas,

Nec venti, aut pluuiæ, aut ignes, aut chaſmata fœdent:
Nec præceps violet caſus, triſtiſue ruina,
Auctuet aſt cunctis bona Maioratio ſæclis.
Et vos alterius melioris penna ſuperſtes,
Dignius extollat famâ ſuper æthera notos,
Quà Mare, quà Tellus, quà Sol decurrit vtrinque.
Interea proceres Munuſcula ſumite grati
In veſtris, indigna licet, quæ ponimus aris.
Fors fuat, vt vobis quondam maiora ferantur,
Si veſtræ ſpirent auræ, quibus incita tutò
Auſit per celſum bos Luca volare rudentem.
Hiſce fretus potero veſtras euoluere laudes,
Dum viuam, & placidâ compoſtus pace quieſcam.

Inter cætera præſertim peſſima flagitia ſacris ædibus amplitudine imò caſis numero ignotis, Maieſtate reuerendis, ſacrilegâ manu, aut incenſis, aut ſpoliatis, in tumultibus, quos ſæpe monſtroſi partus Nouatorum, & ſi gregum improbè concitarunt.

Laudemus viros glorioſos, & Parentes noſtros in generatione ſua. *Eccli. 44.*

Diuina clementia toti conſuluit Mundo, dans ſingulis Prouincijs, vel populis quo ſpeciali gauderent patrono. *Alcuinus homil. de S. VVillibrardo.*

Ij ſpecialiter venerandi ſunt à nobis, quorum Reliquias poſſidemus. S. *Maximus ſerm. In Natalem Tauricorum, qui olim 77. apud S. Ambroſium.*

Sanctorum vita cæteris Norma eſt viuendi. *S. Ambroſius.*

Armantur filiorum Animi, dum Patrum recenſentur triumphi. *Eucherius.*

ILLVSTRISSIMO

ILLVSTRISSIMO,
AC
REVERENDISSIMO
D. D. IACOBO
DE NEVF-CHEZES
DES-FRANS, CABILONENSI
EPISCOPO,
REGIS IN SANCTIORE CONSISTORIO, ET PARLAMENTO BVRGVNDIÆ CONSILIARIO.

ETsi has primitias, ſeu potius hæc ſerotina ſpicilegia ſtudiorum meorum Deo omnium bonorum Auctori, & fautori iure ſummo conſecrauerim, tamen non immeritò tibi, pacis inter Deum, & homines ſequeſtro, & interpreti, etiam offerri ſecundariò poſſe iudicaui. Itaque non ſolùm quos noſter labor improbus peperit fructus, ſed etiam fundum ipſum vti eſt Optimus Maximus iniectâ manu in hanc glebam, non quantùm volui, verùm quantùm valui excultam, ritè, rectéque vindicabis. Hìc Caſtrorum inexpugnabilium ſanctiſſimæ Chriſti Sponſæ, quamplures ſapientiſſimos, fortiſſimóſque Præfectos multiplici laureâ victrice donatos clarius cernere licebit, omnibus quidem cognoſcendos, at præcipuè tibi, qui in horum Chriſtianæ Reipublicæ Illuſtriſſimorum, ac Reuerendiſſimorum Procerum ſpirante Fauonio cæleſti, (ſine quo nihil niſi naufragium in hoc mari ſpatioſo) maiores numeros, amplioréſque ordines aſcriptus es, Muricem Romanum aliquando illuſtraturus, &

Aucturus meritis quidquid honoris erit.

Non igitur cuiquam mirum videri debet, ſi illud modò de te vſurpem, quod olim bonus Poëta de bono Principe eſt effatus,

Quod regnas minus eſt, quàm quòd regnare mereris,

Qui vel à teneris Epiſcopabilem te præſtitiſti, quod non minus laudandum, quàm nunc omnibus numeris abſolutum te Chriſti Sponſæ gerere paranymphum, téque eximio deceſſori talem in ſummi Sacerdotij officio, & opere ſucceſſiſſe, qui ſis forma gre-

gis tui, & egregij Paſtoris exemplar, paucos pares, nullos majores habiturus. Vnde meritò ciuitas illa beata prædicatur, quæ tali fruitur Antiſtite, cuius plurimi firmis præſidiis adiuuantur, & moribus aureis ad piè, religioſéque viuendum incitantur alacrius, cùm è præſulis domo, tamquam altiore ſpecula, & clariore ſpeculo vrbs tota ſanctiſſimum diſciplinæ magiſterium ſuſpicit, & ſuſcipit, ſingulari lætitiâ exultans, quòd animo contempletur, & oculis videat ſuum Coryphæum hanc ſibi legem ſeriò indixiſſe inuiolabilem,

Moderatori reliquorum, errare fas non eſſe,

Cùm ſol, lucis fons, ſine graui mortalium damno deficere non poſſit. Vnum ideò votis omnibus apertis, & opertis expoſco hæc dona in te, vel lipientibus conſpicua, apud alios pluribus prædicanda, fore propria, queis hactenus tamquam arbor è bono genere lecta ſecus aquarum molliter fluentium decurſus plantata altioribus in terram feracem, iactis radicibus, & in Cœlum ſublato cacumine culturâque frequenti adiuta fructus vberes ferens, tuæ gloriæ fama ſic adoleuit, vt nullis deinceps locorum, vel temporum ſpatiis definiri, aut circumſcribi poſſe videatur. Nam Deo monſtrante viam, & Illuſtriſſimo auunculo prælucente ſtadij Eccleſiaſtici curſum, difficilem certè, & immenſum, at verâ, aſſiduâque virtute calcandum, & ſuperandum aggreſſus, & ingreſſus, in eo totis animi, & corporis viribus (tamquam alter Hercules Gallicus, ſed Chriſtianus) ſic eniteris, & contendis, minimè retrò reſpiciens, carceribus ſemel poſt tergum relictis, ſicque in arena deſudas, vt pauſam non ſis prius facturus,

Septima quam Metam triuerit ante rota.

Sed quoniam deſuper tibi fuit datum tàm benè feliciterque currere, vt alios quoque in medio curſu anhelantes aurâ lenitatis tuæ reficere, & recreare poſſis,

Annue conanti per laudes ire tuorum,
Scribentem iuuet ipſe fauor, minuatque laborem.

A me officium omne debetur, à te ſingulare beneficium, quod tunc accipio, cum præſcriptione tui nominis frontem huius Operis decorari permittis: alioquim is eſt libri titulus pro quo facilè vadimonium deſeratur, niſi tàm locuplete, & aſſiduo nomine illi caueatur. Interim faxit mirabilis in altis Dominus, cui mare, & venti obediunt, ita diu, proſperéque claſſi Araricæ delectos Heroas vehenti præſis, & proſis, vt illa cum ſuo Tiphy in portu voluntatis, & voluptatis æternùm quieſcat.

T. I. R.

Deuinctiſſimus

CLAVDIVS ROBERTVS.

AD
LECTOREM
MONITA.

HISTORIAM conducere, ad acquirendam virtutem omnibus numeris abſolutam, quæ Reipub. Gubernationi inſeruiat, præclarè monuit Philo de Abelis & Caini ſacrificio, vnde in ſacris voluminibus monemur dierum antiquorum meminiſſe, & generationes ſingulas cogitare, Deuteron. 32. Pſalmo 76. & Heb. 10. Neſcire enim quid antequam naſcereris, acciderit, eſt ſemper eſſe puerum, Cicero in Oratore. Itaque hiſtoria ſi adſit ex pueris ſenes, ſi abſit ex ſenibus pueros facit. Lud. Viues De diſciplinis tractandis lib 5. Igitur ad illam quiſque acriter animum intendat, vnde cognoſcat, qui mores fuerint, quæque artes virorum, per quos domi, militiaque, & partum ſit, & auctum imperium. Quod Liuianum l. 1. de Repub. Romanâ, non ſolum ad Eccleſiam Romanam cæterarum omnium Parentem, ſed etiam ad Gallicanam ipſius Vniuerſalis primogenitam meritò poſſumus referre. Niſi enim amor ſuſcepti negotij fallit, nulla vnquam natio ſanctior, & bonis exemplis ditior fuit, vnde ſalubria, & frugifera colligas præcepta, quæ imitere, & quid fœdum incœptu, quid fœdum exitu, euites. Vt enim Pictores cum ex imagine imaginem pingunt, exemplar idemtidem reſpectantes, lineamenta eius magno ſtudio in ſuam tabulam transferre conantur, ita qui meditantur ſe cunctis virtutibus ornatos reddere, veluti ſimulacra quædam ſpirantia Sanctorum vitas reſpi[illegible] oportet, probaque opera eorum ſtudiosè imitando facere. Tot verò fuere Religionis noſtræ in Gallia parentes, vt numerus iniri non poſſit, quos pati occidere, cum ijs æternitas debeatur, planè eſſet ſacrilegum,

Legendus Lucas Tudenſis in Prologo l. 2. Chronic.

S. Baſil. ep. 1. ad Gregorium theologum.

Et pius hic patriæ facta referre labor.

Certè quâ debui fide, quâ potui diligentiâ, id præſtare conatus ſum. Nec apud me locum habet Plautus, dum viuit, hominem noueris, vbi mortuus eſt, quieſcas. Si quidem qui amant, ij ante omnes eorum facta norunt, quos amant, vt qui de ipſis ſint ſolliciti. Et profectò Sacerdotes Domini ſanctificare iubemur, & illis partem primitiarum dare, Eccli. 7. præcipuè his qui regionem noſtram adminiſtrant, & veluti turres cohærentes ſecuritatem ab hoſtium incurſu nobis exhibent. Hoc porrò hiſtoria præſtat, vt regiones cunctas ante oculos ponat, longitudinem temporis elapſi contra naturæ interdictum reuocando in memoriam rerum geſtarum multitudinem exiguo momento homines doceat, Maximus Tyrius ſermone 12. Etſi enim hiſtoriæ veritatem omnes ſcire debeant, id tamen Sacerdotibus præſertim conuenire teſtatur Rabanus lib. 1. cap. 3. Inſtitutionum Clericorum. Vnde mihi à pluribus annis innatus amor Pontificum noſtræ Galliæ Monimenta inueſtigare, licet ex mente Seueri Sulpitij officium ſit hominis Chriſtiani, perennem potius vitam,

S. Chryſoſt. Præfat. in Paulum.

S. Baſilius homil. in 40. Martyres.

quàm perennem memoriam quærere. Itaque nec Phœbadium veterem apud Gallos Epiſcopum audiui inſuſurrantem, numquam cogitationibus tuis credas, ſed magis imitanda legas, quàm legenda conſcribas. *Hoc enim mecum ſtatui, ex factis innoteſcere facienda, & facta ſine ſcriptis abdita in occulto latere, ſic & facere, & ſcribere pulchrum & laudabile. Quod poſterius, quamuis etiam difficilè, & arduum, tamen quod à ſummo Antiſtite mihi imperari video, poſſe me credo; ſine cuius feliciſſimis auſpicijs nihil altum mens inchoare fuiſſet auſa, Illuſtriſſimum Patriarcham intelligo* ANDREAM FREMYOT.

Faustus Regienſis.

Quo ſine nulla meis quæritur gloria rebus.

Cuius tot beneficiis affectus, procul dubio ingratus in Deum, & homines fuiſſem ſi ſocordiâ, & deſidiâ bonum otium contriuiſſem. Pareo itaque monenti, hortanti, iubenti. An verò poſteris aliqua cura noſtri, neſcio, nos certè meremur, vt ſit aliqua, non dico ingenio (id enim ſuperbum) ſed ſtudio, quòd multa è tenebris in lucem protulit. Idcirco boni ſtudij, ac pij voti affectus, etiamſi effectum non inueneriт cœpti operis, habet tamen præmium voluntatis, quæ in magnis ſat eſt, velim ideò, vt legentis

—— (ſi quis tamen hæc quoque ſi quis
Captus amore leget.)

hoc primùm oculis obuerſetur, non paginam quæ deſcribit, ſed rem quæ deſcribitur magnam eſſe: Deinde nulla nos hîc (præter pauca, ex coniecturis non leuibus) niſi ex monimentis, aut calamo, aut Typo expreſſis, & fide dignis teſtibus, & tabulis in medium prolaturos. A quo incœpto induſtrius labor Auberti Miræi Canonici Antverpienſis, Ioannis Chenu Aduocati Bituricenſis, Iacobi Seuertij Lugdunenſis nos minimè deterruit, imo potius ad propoſitum iamdiu opus abſoluendum impulit. Quippe qui ſciam illud Diui Chryſoſtomi de ſacra Scriptura commodè huc transferri poſſe, Puteum eſſe altum, vnde Majores noſtri hauſerunt, nec exhauſerunt, haurimus, & nos, nec exhaurimus, poſteritas hauriet, nec exhauriet. Sed quia ingenui eſt animi fateri per quos profeceris, ne ſit pudori turpiter in furto deprehendi, palàm teſtor me multa, ac viuâ voce, & ſcripto accepiſſe ab illis, & alijs ſuo loco memorandis illuſtribus, & reuerendis literarum, virtutúmque Antiſtitibus, inter quos eminent Ioannes Picardus Victorinus Lutetiæ Canonicus, Policarpus de la Riuiere Carthuſianus, Balduinus Moreau Ciſtercienſis, Ni[illegible] Camuſat Trecenſis Canonicus, Iacobus Sirmundus, Petrus Rouerius ([illegible] Societatis Ieſu) Ioannes Sauaro, Edmundus Merillius, Gaſpar de Mornieu, Franciſcus Iuret, Puteani fratres, Andreas Quercetanus, Sammarthani, Ioannes Cordeſius, Antonius de la Tour, Iacobus Chifflet, Hilarion de Coſte Minimus, Iacobus Tauellus Senonenſis, Iacobus Doublet Sandionyſianus, Petrus Bertius Belga, Petrus d'Hoſier in Speculo Armoriali, omnes Muſagetæ, quos nolim ego hic ordinem per me tenere, cùm ſint vniuerſi ſumma in Orcheſtra curuli Sella digni, mihique primo, & vltimo cenſendi loco.

Operis diuiſio.

In hac verò ſcriptione hunc ordinem, vt commodiorem, ſequimur totum Opus in quinque velut partes diuidendo, quarum prima continebit quaſi Prolegomena, Tabulam Geographicam Galliæ, eiuſque diuiſionem, & laudem, quæ quantum ad ſequentium cognitionem profutura ſint nemo non videt.

Secunda complectitur Archiepiſcopatus, Tertia Epiſcopatus, Quarta Abbatias, Quinta, tamquam Appendix, Ordinum Religioſorum Generales, & quædam alia exhibebit. Vbi in mentem venit illud Ambroſianū: De fronte domus penetralia non æſtimanda: *Nam, vt ait Celſus:* Inciuile eſt non totâ lege

perſpectâ,

perſpectâ, ſed aliquâ tantùm particula eius propoſita iudicare. *Sciendum quoque in citatione Martyrologij Romani, aut Monaſtici, nos comprehendere Authores qui illic in notis aduocantur teſtes ab Illuſtriſſimo Cardinale Baronio, & eruditiſſimo Vione, quales ſunt Vincentius Bellouacenſis, & S. Antoninus. Aduertes quoque notas numerorum, ordinem ſucceſsionis monſtrantes ſingulis Præſulibus fuiſſe affixas, non quod in pleriſque omnino eum numerum, & ordinem certum credi velimus, ſed ad faciliorem eorum, quæ dicuntur, & explicantur inuentionem id fecimus. At quod pertinet ad Orationis, ſeu Locutionis genus, ſcias ferè nihil in eo eſſe noſtrum, ſed nos verba ipſa Autorum proferre, aut alluſione quadam imitari, & hic locum habere voluimus illud Manilij,* Genus orationis.

Ornari res ipſa nequit, contenta doceri.

Porrò non pigebit me ſicubi hæſito quærere, nec pudebit ſicubi erro, diſcere: proinde quiſquis hæc legit, vbi pariter certus eſt, pergat mecum, vbi pariter hæſitat, quærat mecum, vbi errorem ſuum cognoſcet redeat ad me, vbi meum, reuocet me, S. Auguſtinus lib. 1. de Trinitate cap. 2. & 3. *Nam præclarè Juſtinianus C. de Veteri iure enucleando omnium memoriam habere, & in nullo penitus errare diuinitatis eſt potius, quàm mortalitatis. Et Caſsiodorus teſtatur magnum eſſe beneficium, obliuionis neſcire defectum, ac quandam ſimilitudinem celeſtium tempora decurſa ſemper habere præſentia. Quis præterea fructus, ex huiuſmodi ſcriptionis lectione decerpi poſsit, vel ex ſequentibus iudicari poteſt.*

Cùm tantùm auxilium Dei, tantùm profectum, fructúmque videamus, dubitabimus nos eius Eccleſiæ credere gremio, quæ vſque ad confeſsionem generis humani ab Apoſtolica Sede, per ſucceſsiones Epiſcoporum, fruſtrà hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipſius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam Miraculorum maieſtate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel ſummæ profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ, S. Auguſt. cap. 17. de Vtilitate credendi, & cap. 4. contra Epiſtolam fundamenti, vnde Tertullianus de Præſcriptionibus aduerſus hęreticos: Cupio, inquit, *oſtendant mihi, ex quâ auctoritate prodierint, edant origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, &c. Nam certè* Fructus operis.

Eccleſia eſt plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhærens, S. Cyprianus epiſt. 79. Nec eſt Eccleſia quæ non habet Sacerdotem, S. Hieronymus contra Luciferianos, & S. Ignatius ad Tralianos. *Hoc quippe quotidie fieri cernimus in Eccleſia, quod & vſque in finem ſæculi, fiendum minimè dubitamus, vt ſucceſſores Apoſtolorum Epiſcopi ſibimet ſuccedentes permaneant, Ratbertus in Pſalm.* 144. *Et hoc eſſe aduerſus hæreticos eximium, & admirabile Argumentum aſſerit S. Athanaſius* Oratione 2. *contra Arrianos, & per hoc confundi hæreticos affirmat S. Irenæus lib. 3. cap. 3. Vnde non immeritò Concilium 3. Mediolanenſe S. Carolo Borromæo Præſule celebratum anno* 1573. *Tit.* De his quæ ad Epiſcopale forum pertinent, *hæc habet, Epiſcopus, id quod vel ab initio naſcentis Eccleſiæ inſtitutum fuit, vt rerum Epiſcopali ſtudio, curáque geſtarum monimenta exiſterent, conquiri diligentiſsimè ſingulorum Epiſcoporum qui præceſſerunt, Nomina, Genus, & Paſtorales eorumdem actiones, & ea omnia literis conſignari, ordinéque conſcripta in librum certum referri curet, vt eorum memoria conſeruetur, quę ab iiſdem, vel acta, vel inſtituta ſunt, ad aliquam Eccleſiaſticę diſciplinæ normam perpetuò vſui eſſe poſsint, atque adiumento in illa Eccleſia benè gerenda. Quibus conſentanea ſunt, quæ poſtea Concilium Aquilcienſe,* 1596. *his verbis edixit: Dies conſecrationis, & depoſitionis Epiſcoporum, in ſingulis Eccleſiarum Calendarijs indicentur. Et hoc, vt ait Sulpitius Seuerus, ad excitandam*

> Natales Cathedræ Epiſcoporum ſolemni ritu celebrandos. Roſuecidus in Notis ad S. Paulinû.

virtutum æmulationem. Ad amorem enim Dei, & proximi, plerumque corda audientium plus exempla, quàm verba excitant, vt ait ſanctus Gregorius homil. 39: Euangel. Vide, ſi lubet, c. Palàm. diſt. 11. Et certè poſſumus etiam quodammodo de Hiſtoria Eccleſiaſtica vſurpare, quod ſanctus Gregorius de ſacra Scriptura protulit, eam non ſolùm virtutes hominum aſſerere, ſed & nonnunquam caſus innoteſcere; vt in victoria fortium quid imitando arripere, & in lapſibus quid debeamus timere. Lib. 2. Moral. c. 1.

Ceterùm, memineris grauiter olim à Polybio cenſitum fuiſſe, Scriptorem æſtimandum eſſe, non ex ijs quæ prætermiſit, ſed ex ijs quæ dixerit; vt ſi hæc ab eo rectè dicta ſint, illa credantur iudicio magis, quàm ignorantiâ prætermiſſa. *Qui verò me errare exiſtimant, etiam atque etiam diligenter quæ ſunt dicta, conſiderent, ne fortaſſis ipſi errent, ait ſanctus Auguſtinus lib. Extr. de Bono perſeuerantiæ. Ego quidem hucuſque ſecurus ipſa Eccleſiæ ſerie, Congregationis antiquæ pace contentus, nulla diſcordiæ ſtudia didici, nulla certaminum argumenta quæſiui: ſed meum propoſitum fuit, ſicuti Sacerdotem decet, nulli obeſſe .i. omnibus velle prodeſſe. Itaque hæc boni æquiq; conſulet omnis, qui libello repudij vitijs dato, æternæ virtutis conſortio delectatur. Eum verò precor vt vel imprimis omiſſa, & commiſſa inſpiciat, & emendet.*

> Pacianus Barcinon. Epiſt. 3.

> C. 10. Denique. 14 q 5. & c 3. De poſtulando.

SVMMI

SVMMI
PONTIFICES
ROMANI SERIE
TEMPORVM.

TVNC STATVS MEMBRORVM INTEGER PERSEVERAT, SI CAPVT FIDEI NVLLA PVLSET INIVRIA. S. GREGOR. LIB XI. Epiſt. 42. At Romana Cathedra nutrix Pontificij, Ennod o. Itaque ad eam propter *potentiorem principalitatem* neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, vt teſtatur S. Irenæus Lugdunenſis Antiſtes ſecundus lib. 3. c. 3. Vnde Petrus dicitur Apoſtolorum, Pontificumque Præſul Marcel. Chronic. Princeps Epiſcoporum S. Bernard. de Conſiderat. Princeps Eccleſiæ, Alcuin. Epiſt. 23. Princeps Epiſcopalis coronæ Valentiniano Imper. Nouel. Pontifex Max. Epiſcopus Epiſcorum, Tertull. de Pudicitia Initio, primus omnium Sacerdotum Iuſtinian. Nouella 131. Patriarcharum Epiſcopus. Caſſiod. lib. 9. Epiſt. 1. Pater Patrum S. Athanaſ. ad Liberium. Primus aulæ cæleſtis ianitor. in Charta Flauiniaci 992.

Numerus.	*Nomina.*	*Creationis.*		*Tempus ſedis.*			*Obitus.*	
		Anni.	*Dies.*	*Anni.*	*Menſes.*	*Dies.*	*Anni.*	*Dies.*
1.	S. Petrus.	45.	318. Ian.	24.	5.	12.	69.	29. Iunij.
2.	S. Linus.	69.		11.	2.	23.	80.	23. Septemb.
3.	S. Cletus.	80.		12.	7.	2.	93.	26. Aprilis.
4.	S. Clemens.	93.		9.	6.	0.	102.	23. Nouemb.
5.	S. Anacletus.	103.	3. April.	9.	3.	10.	112.	13. Iulij.
6.	S. Euariſtus.	112.	23. Iun.	9.	3.	0.	121.	26. Octob.
7.	S. Alexander.	121.	13. Nou.	10.	5.	20.	132.	3. Maij.
8.	S. Sixtus 1.	132.	23 Maij.	10.	circiter		142.	6. Aprilis.
9.	S. Theleſphorus.	142.	8. April.	12.	circiter		154.	5. Ianuarij.
10.	S. Iliginus.	154.	11. Ian.	4.	circiter		158.	11. Ianuarij.
11.	S. Pius 1.	158.	15. Ian.	9.	6.	circiter	166.	11. Iulij.
12.	S. Anicetus.	167.	25. Iul.	7.	8.	28.	175.	17. Aprilis.
13.	S. Soter.	175.	3. Maij.	4.	circiter		179.	22. Aprilis.
14.	S. Eleutherius.	179.	3. Maij.	15.	0.	23.	194.	26. Maij.
15.	S. Victor 1.	194.	31. Maij.	9.	1.	28.	203.	28. Iulij.
16.	S. Zepherinus.	203.	8. Aug.	18.	0.	18.	221.	26. Auguſti.
17.	S. Caliſtus 1.	221.	1. Sept.	5.	1.	5.	226.	14. Septemb.
18.	S. Vrbanus 1.	226.	18. Sept.	6.	7.	4.	233.	25. Maij.
19.	S. Pontianus.	233.	24. Ian.	4.	1.	24.	237.	19. Nouemb.
20.	S. Antherus.	237.	2. Dec.	0.	1.	circiter	238.	3. Ianuarij.
21.	S. Fabianus.	238.	16. Ian.	15.	1.	5.	253.	20. Ianuarij.
22.	S. Cornelius.	253.	12. Iul.	1.	7.	14.	255.	14. Septembr
23.	S. Lucius 1.	255.	20. Oct.	1.	4.	14.	257.	4. Martij.
24.	S. Stephanus 1.	257.	7. April.	3.	4.	5.	260.	2. Auguſti.
25.	S. Sixtus 2.	260.	26. Aug.	0.	11.	6.	261.	6. Auguſti.
26.	S. Dionyſius.	261.	10. Sept.	11.	3.	15.	272.	26. Decemb.
27.	S. Felix 1.	272.	31. Ian.	2.	4.	0.	275.	30. Ianuarij.
28.	S. Eutichianus.	275.	4. Iunij.	8.	6.	4.	203.	8. Decemb.
29.	S. Caius.	283.	17. Dec.	12.	3.	26.	296.	22. Aprilis.
30.	S. Marcellinus.	296.	3. Maij.	7.	11.	26.	304.	26. Aprilis.
31.	S. Marcellus 1.	304.		4.	7.	22.	309.	16. Ianuarij.

Numerus.	Nomina.	Creationis. Anni.	Dies.	Tempus ſedis. Anni.	Menſes.	Dies.	Obitus. Anni.	Dies.
32.	S. Euſebius.	309.	15. Febr.	2.	7.	11.	311.	26. Septemb.
33.	S. Melchiades.	311.	5. Octob.	2.	1.	13.	313.	10. Decemb.
34.	S. Silueſter.	314.	1. Febr.	22.	11.	0.	335.	31. Decemb.
35.	S. Marcus.	336.	16. Ian.	0.	6.	24.	336.	7. Octobris.
36.	S. Iulius 1.	336.	26. Oct.	15.	5.	16.	352.	12. Aprilis.
37.	S. Liberius.	352.	8. Maij.	15.	5.	3.	367.	23. Aprilis.
38.	S. Felix 2. interpoſitns, Exulante Liberio.	357.	26. April.	1.	3.	3.	358.	29. Iulij.
39.	S. Damaſus.	367.	15. Sept.	17.	2.	23.	384.	12, Decemb.
40.	Siricius.	385.	9. Martij.	13.	1.	7.	398.	22. Februarij.
41.	S. Anaſtaſius.	398.	14. Mart.	4.	1.	9.	402.	27. Aprilis.
42.	S. Innocentius.	402.	18. Maij.	15.	2.	10.	417.	28. Iulij.
43.	S. Zoſimus.	417.	19. Aug.	1.	4.	10.	419.	26. Decemb.
44.	S. Bonifacius 1.	419.	26. Dec.	4.	9.	25.	423.	25. Octobr.
45.	S. Celeſtinus.	423.	3. Nou.	8.	5.	11.	432.	6. Aprilis.
46.	S. Sixtus 3.	432.	26. April.	7.	11.	1.	440.	28. Martij.
47.	S. Leo 1. Magnus.	440.	18. Maij.	20.	10.	6.	461.	11. Aprilis.
48.	S. Hilarius.	461.	12. Nou.	5.	9.	26.	467.	10. Septemb.
49.	S. Smplicius.	467.	20. Sept.	15.	5.	12.	483.	2. Martij.
50.	S. Felix 3.	483.	8 Mart.	8.	11.	12.	492.	30. Ianuarij.
51.	S. Gelaſius 1.	492.	2. Mart.	4.	9.	19.	496.	21. Nouemb.
52.	Anaſtaſius 2.	496.	28. Nou.	1.	11.	14.	498.	19. Nouemb.
53.	S. Symmachus.	498.	23. Nou.	15.	8.	5.	514.	19. Ianuarij.
54.	S. Hormiſdas.	514.	26. Iulij.	9.	0.	7.	523.	6. Auguſti.
55.	S. Ioannes 1.	523.	13. Aug.	2.	9.	10.	526.	27. Maij.
56.	S. Felix 4.	526.	24. Iulij.	5.	circiter		530.	25. Februarij.
57.	Bonifacius 2.	530.	15. Aug.	1.	0.	1.	531.	17. Octobris.
58.	Ioannes 2.	531.		3.	6.	0.	535.	27. Maij.
59.	S. Agapetus.	535.	11. Iunij.	1.	1.	21.	536.	10. Aprilis.
60.	S. Siluerius.	536.	20. Iunij.	3.	6.	0.	540.	20. Iunij.
61.	Vigilius.	540.	28. Ian.	15.	6.	0.	555.	10. Ianuarij.
62.	Pelagius 1.	555.	menſ. Ap.	3.	3.	2.	559.	5. Martij.
63.	Ioannes 3.	559.	27. Iulij.	13.	circiter	2.	572.	5. Iulij.
46.	Benedictus 1.	573.	16. Maij.	4.	2.	27.	577.	30. Septemb.
65.	Pelagius 2.	577.	10. Nou.	11.	2.	27.	590.	8. Februarij.
66.	S. Gregorius 1. Magnus.	590.	3. Sept.	15.	7.	8.	604.	12. Martij.
67.	Sabinianus.	604.	1. Sept.	0.	5.	19.	605.	19. Februarij.
68.	Bonifacius 3.	606.	15. Febr.	11.	8.	26.	606.	11. Nouemb.
69.	Bonifacius 4.	607.	18. Sept.	6.	7.	20.	614.	8. Maij.
70.	S. Deuſdedit.	614.	13. Nou.	2.	11.	26.	617.	8. Nouemb.
71.	Bonifacius 5.	617.	14. Dec.	7.	20.	1.	625.	25. Octobris.
72.	Honorius 1.	626.	14. Maij.	12.	4.	25.	638.	12, Octobris,
73.	Seuerinus.	639.		0.	aliquot	6.	639.	2. Auguſti.
74.	Ioannes 4.	639.	31. Dec.	1.	9.	20.	641.	12. Octobris.
75.	Theodorus.	641.	25. Nou.	7.	5.	12.	649.	14. Maij.
76.	S. Martinus.	649.	1. Iulij.	5.	4.	0.	654.	12. Nouemb.
77.	S. Eugenius 1.	654.		0.	6.	24.	655.	2. Iulij.
78.	S. Vitalianus.	655.		13.	4.	23.	669.	27. Iunij.
79.	Adeodatus.	669.	9. April.	7.	2.	11.	676.	26. Iunij.
80.	Domnus 1.	676.	1. Nou.	1.	5.		678.	11. Aprilis.
81.	S. Agatho.	678.		4.			682.	10. Ianuarij.
82.	S. Leo 2.	683.	14. Aug.	0.	10.	14.	684.	28. Iunij.
83.	S. Benedictus 2.	684.	20. Aug.	0.	8.	18.	685.	7. Maij.
84.	Ioannes 5.	685.	22. Iul.	1.	0.	11.	686.	2. Auguſti.
85.	Conon.	686.	20. Oct.	0.	11.	23.	687.	18. Auguſti.
86.	S. Sergius 1.	687.	26. Dec.	13.	8.	15.	701.	9. Septemb.
87.	Ioannes 6.	701.	29. Oct.	3.	2.	12.	705.	10. Ianuarii.
88.	Ioannes 7.	705.	1. Mart.	3.	7.	17.	707.	18. Octobris.
89.	Siſinnius.	708.	18. Ian.	0.	0.	20.	708.	7. Februarii.
90.	Conſtantinus.	708.	7. Mart.	6.	1.	3.	714.	9. Aprilis.
91.	S. Gregorius 2.	714.	20. Maij.	16.	9.	20.	731.	13. Februarij.
92.	Gregorius 3.	731.	16. Febr.	10.	9.	12.	741.	28. Nouemb.
93	S. Zacharias.	741.	6. Dec.	10.	3.	10.	752.	15. Martij.
94.	Stephanus 2. à nonnullis omiſſus, quia die 3. creationis obiit.	752.	27. Mart.	0.	0.	3.	752.	30. Martij.
95.	Stephanns 3. dictus 2.	752.	30. Mart.	5.	0.	28.	757.	26. Aprilis.
96.	S. Paulus 1. Fr. deceſſoris.	757.	28. Maij.	10.	1.	1.	767.	29. Iunij.

Numerus 97

Numerus.	Nomina.	Creationis Anni.	Creationis Dies.	Tempus ſedis Anni.	Tempus ſedis Menſes.	Tempus ſedis Dies.	Obitus Anni.	Obitus Dies.
97.	Stephanus 4. dictus 3.	768.	5. Auguſt.	3.	0.	28.	772.	1 Februar.
98.	Hadrianus 1.	772.	9. Febr.	23.	10.	17.	795.	26. Dec.
99.	Leo 3.	795.	26. Dec.	20.	5.	17.	816.	12. Iunij
100.	Stephanus 5. dictus 4.	816.	22. Innij.	0.	7.	3.	817.	25. Ianuar.
101.	S. Paſchalis.	817.	28. Ian.	7.	3.	16.	824.	14. Maij
102.	Eugenius 2.	824.	16. Maij	3.	2.	23.	827.	11. Auguſti
103.	Valentinus	827.	12. Aug.	0.	1.	10.	827.	22. Sept.
104.	Gregorius 4.	827.	24. Sept.	16.	0.	0.	843.	
105.	Sergius 2.	844.	10. Febr.	3.	1.	0.	847.	12. Aprilis
106.	S. Leo 4.	847.	12. Aprilis	8.	3.	5.	855.	17. Iulij
107.	Benedictus 3.	855.	24. Iulij	2.	6.	10.	858.	16. Febr.
108.	Nicolaus 1. Magnus.	858.	24. April.	9.	6.	21.	867.	13. Noucb.
109.	Hadrianus 2.	867.	21. Nou.	4.	10.	17.	872.	1 Nouemb.
110.	Ioannes 8.	871.	14. Dec.	10.	0.	1.	882.	15 Deceb.
111.	Marinus 1. Gallus	882.	19. Dec.	1.	0.	20.	884.	18. Ianuar.
112.	Hadrianus 3.	884.	21. Ian.	1.	3.	19.	885.	9 Maij
113.	Stephanus 6. dictus 5.	885.	5. Maij	6.	circiter		890.	
114.	Formoſus	891.	27. Maij	5.	6.	10.	896.	14. Deceb.
115.	Stephanus 7. d. 6. pellit Bonifacium intruſum di. 6.	897.	7. Ianuar.	4.	circiter		900.	
116.	Romanus	900.		0.	4.	circiter	900.	
117.	Theodorus 2.	901.		0.	0.	20.	901.	
118.	Ioannes 9.	901.		3.	0.	15.	905.	
119.	Benedictus 4.	905.					907.	
120.	Leo 5.	907.		0.	1.	10.	907.	
121.	Chriſtophorus	907.					907.	
122.	Sergius 3.	907.		3.	circiter		910.	
123.	Anaſtaſius 3.	910.		2.	2.	0.	912.	
124.	Lando	912.		0.			912.	
125.	Ioannes 12.	913.		16.	circiter		928.	
126.	Leo 6.	928.	9. April.				929.	
127.	Stephanus 8. dictus 7.	929.		2.	1.	15.	931.	
128.	Ioannes 11.	931.		4.	10.	0.	936.	8. Aprilis
129.	Leo 7.	936.		3.	6.	0.		
130.	Stephanus 9. dictus 8.	939.		3.	4.	5.	943.	
131.	Marinus 2.	943.		3.	circiter		946.	
132.	Agapetus 2.	946.		9.	7.	10.	955.	27. Deceb.
133.	Ioannes 12.	956.		9.	circiter		964.	14. Maij
134.	Benedictus 5.	964.					965.	4. Iulij
135.	Ioannes 13.	965.	2. Octob.	6.	11.	5.	972.	6. Septeb.
136.	Domnus 2.	972.	20. Ian.	0.	3.	0.	972.	19. Deceb.
137.	Benedictus 6.	972.	20. Dec.	1.	3.	circiter		
137.	Benedictus 7.	975.	1. Iunij	9.	0.	0.	984.	10. Iulij
139.	Ioannes 14.	984.	16. Iulij				985.	20. Auguſt.
140.	Ioannes 15.	985.	1. Auguſt.	10.	4.	12.	996.	7. Maij
141.	Ioannes 16. Roberti filius	996.						
142.	Gregorius 5.	996.	12. Iunij	2.	8.	6.	999.	18. Febr.
143.	Silueſter 2. Gallus	999.	1. Nou.	4.	6.	12.	1003.	12. Maij
144.	Ioannes 17. dict. 18. Siccus	1003.		0.	5.	circiter	1003.	
145.	Ioannes 18. d. 19. Faſanus	1003.	20. Nou.	5.	circiter		1009.	18. Iulij
146.	Sergius 4. anteà Petrus mutato primū nomine.	1009.	31. Aug.	3.	circiter		1012.	13. Maij
147.	Benedictus 8.	1012.	7. Iunij.	12.			1024.	28. Febr.
148.	Ioannes 19. dictus 20.	1024.	29. Febr.	9.	8.	9.	1033.	8. Noucb.
149.	Benedictus 9.	1033.	11. Nou.	9.			1043.	
150.	Gregorius 6.	1044.	1. Maij	1.	7.	20.	1046.	abdicat coactus 20. Dec.
151.	Clemens 2. Germanus primus vſus gentilitiis inſignibus.	1046.	25. Dec.	0.	9.	0.	1047.	9. Octob.
152.	Damaſus 2.	1048.	17. Iulij	0.	0.	23.	1048.	8. Auguſti
153.	S. Leo 9. Gallus	1049.	12. Febr.	5.	2.	7.	1054.	19. April.
154.	Victor 2.	1054.	13. April.	2.	3.	16.	1057.	28. Iulij
155.	Stephanus 10. dictus 9.	1057.	2. Auguſt.	0.	7.	28.	1058.	28. April.
156.	Nicolaus 2.	1059.	3. Ianuar.	2.	6.	0.	1061.	7. Iulij.
157.	Alexander 2.	1061.	1. Octob.	11.	6.	22.	1073.	22. April.
158.	S. Gregorius 7.	1073.	12. April.	12.	1.	3.	1086.	24. Maij
159.	Victor 3.	1086.	24. Maij die Pētec.	1.	3.	3.	1087.	16. Sept.

Numerus.	Nomina.	Creationis Anni	Creationis Dies	Tempus ſedis Anni	Tempus ſedis Menſes	Tempus ſedis Dies.	Obitus Anni	Obitus Dies.
160.	Vrbanus 2 Gallus	1088,	12. Mart.	11.	4.	18.	1099.	29. Iulij.
161.	Paſchalis 2.	1099,	12. Aug.	18.	5.	4.	1118.	22. Ianuarij.
162.	Gelaſius 2.	1118,	25. Ian.	1.	0.	5.	1119.	29. Ianuarij.
163.	Calixtus 2. Burgondus	1119.	1. Febr.	5.	10.	13.	1124.	13. Decembr.
164.	Honorius 2.	1124.	14. Dec.	5.	1.	17.	1130.	14. Februarij.
165.	Innocentius 2.	1130.	14. Febr.	13.	7.	0.	1143.	24. Septemb.
166.	Celeſtinus 2.	1143.	25. Sept.	0.	5.	13.	1144.	8. Martij.
167.	Lucius 2.	1144.	9. Mart.	8.	11.	14.	1145.	25. Februarij.
168.	Eugenius 3.	1145.	25. Febr.	8.	4.	13.	1153.	8. Iulij.
169.	Anaſtaſius 4.	1153.	9. Iulij	0.	4.	24.	1154.	2. Decembr.
170.	Hadrianus 4. Anglus.	1154.	5. Dec.	4.	8.	4.	1159.	1. Septembr.
171.	Alexander 3.	1159.	5. Sept.	21.	11.	20.	1181.	27. Auguſti.
172.	Lucius 3.	1181.	29. Aug.	4.	2.	28.	1185.	25. Nouemb.
173.	Vrbanus 3.	1185.	25. Nou.	1.	10.	15.	1187.	20. Octobris.
174.	Gregorius 8.	1187.	21 Oct.	0.	1.	27.	1187.	16. Decemb.
175.	Clemens 3.	1188.	6. Ian.	3.	2.	20.	1191.	10. Aprilis.
176.	Celeſtinus 3.	1191.	2. Mart.	6.	9.	11.	1198.	8. Ianuarij.
177.	Innocentius 3.	1198.	8 Ian.	18.	6.	9.	1216.	17. Iulij.
178.	Honorius 3.	1216.	18. Iulij	10.	8.	0.	1227.	18 Martij.
179.	Gregorius 9.	1227.	20. Mart.	14.	15.	3.	1241.	2 Martij.
180.	Celeſtinus 4.	1241.	22. Sept.	0.	0.	17.	1241.	8. Octobris.
181.	Innocentius 4. Fliſcus	1243.	24. Iun.	11.	5.	15.	1254.	13. Decembris.
182.	Alexander 4.	1254.	21. Dec.	6.	5.	5.	1261.	25. Maij.
183.	Vrbanus 4. Trecenſis .	1261.	29. Aug.	3.	0.	3.	1264.	2. Octobris.
184.	Clemens 4 Narbonenſis	1265.	5. Febr.	3.	10.	22.	1268.	29. Nouemb.
185.	Gregorius 10. Placentin.	1271.	1. Sept.	4.	4.	10.	1276.	10. Ianuarij.
186.	Innocent. 5. Tarentaſienſ.	1276.	21. Ian.	0.	5.	1.	1276.	22. Iunij.
187.	Hadrianus 5. Fliſcus	1276.	12. Iulij	0.	1.	8.	1276.	18. Auguſti.
188.	Ioannes 20. dictus 21.	1276.	13. Sept.	0.	8.	8.	1277.	21. Maij.
189.	Nicolaus 3. Vrſinus	1277.	25. Nou.	2.	8.	29.	1280.	22. Auguſti.
190.	Martinus 2. d. 4. Turon.	1281.	22. Febr.	4.	1.	7.	1285.	29. Martij.
191.	Honorius 4.	1285.	2. April.	2.	0.	2.	1287.	3. Aprilis.
192.	Nicolaus 4.	1288.	22. Febr.	4.	1.	14.	1292.	4. Aprilis.
193.	S. Celeſtinus 5.	1294.	7. Iulij	0.	5.	7.	1294.	13. Decembris. Abdicat.
194.	Bonifacius 8.	1294.	24. Dec.	8.	9.	18.	1303.	11. Octobris.
195.	Benedictus 11.	1304.	22. Oct.	0.	8.	6.	1304.	7. Iulij.
196.	Clemens 5 Burdegalenſ.	1305.	10. Nou.	8.	10.	16.	1314.	18. Aprilis.
197.	Ioannes 21. dictus 22. Cadurcenſis	1316.	5. Sept.	18.	3.	28.	1334.	4. Decembris.
198.	Benedictus 12. Toloſanus	1334.	21. Dec.	7.	4.	6.	1342.	27. Aprilis.
199.	Clemens 6. Lemouicenſ.	1342.	7. Maij	10.	7.	0.	1352.	6. Decembris.
200.	Innocentius 6. Lemouic.	1352.	18. Dec.	9.	8.	26.	1362.	12. Septemb.
201.	Vrbanus 5. Miniatenſis	1362.	27. Sept.	8.	2.	23.	1370.	19 Decemb.
202.	Gregorius 11. Lemouicenſis.	1370.	30. Dec.	7.	2.	29.	1378.	26. Martij. horâ 2. noctis.
203.	Vrbanus 6. Neapolitanus cõtra quem ſedit Auenione Clemens dictus 7. anteà Robertus Gebenenſis eodem anno 25. Septembris.	1378.	2. April. feria 6.	11.	6.	7.	1389.	15. Octobris.
204.	Bonifacius 9. Neapolit.	1389.	2. Nou.	14.	11.	0.	1404.	1. Octobris.
205.	Innocentius 7.	1404.	17. Oct.	2.	0.	21.	1406.	6. Nouemb.
206.	Gregorius 12. Venetus	1406.	30. Nou.	2.	7.	5.	1409.	Depoſitus in Conc. Piſano, quòd dubia eſſet eius electio.
207.	Alexander 5. creatus in Concilio Piſano.	1409.	27. Iunij	0.	10.	8.	1410.	3. Maij.
208.	Ioannes 22. d. 23. Neapolitanus	1410.	17. Maij.	5.	0.	15.	1415.	Depoſitus in Cõcilio Conſtantienſi.
209.	Martinus 3. dictus 5. Colomna.	1417.	3. Nou. in Concilio Conſt.	8.	3.	6.	1431.	20. Februarij.
210.	Eugenius 4. Venetus, Contra quem ſedit in	1431.	3. Mart.	15.	11.	21.	1447.	23. Februarij.

Gallia

Numerus.	*Nomina.*	*Creationis*		*Tempus ſedis*			*Obitus*	
		Anni.	*Dies.*	*Anni.*	*Menſes.*	*Dies.*	*Anni.*	*Dies.*
	Gallia Felix 5. creatus in Concilio Baſilienſi, 5. Nouembris, 1439.							
211.	Nicolaus 5. Sergianenſis	1447.	6. Martij.	8.	0.	19.	1455.	24. Martij
212.	Caliſtus 3. Hiſpanus	1455.	8. Aprilis.	3.	3.	28.	1458.	6. Aug.
213.	Pius 2. Æneas Siluius	1458.	18. Auguſt.	5.	11.	25.	1464.	4. Aug.
214.	Paulus 2. Venetus	1464.	30. Aug.	6.	10.	20.	1471.	25. Iulij.
215.	Sixtus 4. Saonenſis	1471.	9. Aug.	13.	0.	15.	1484.	12. Aug.
216.	Innocentius 8. Cybo Genuenſis.	1484.	29. Aug.	7.	11.	17.	1492.	25. Iulij.
217.	Alexander 6. Borgia Hiſp.	1492.	11. Aug.	11.	0.	8.	1503.	18. Aug.
218.	Pius 3. Senenſis	1503.	21. Septẽb.	0.	0.	27.	1503.	18. Octob.
219.	Iulius 2. Saonenſis	1503.	1. Nouẽb.	9.	3.	19.	1513.	21. Febr.
220.	Leo 10. Medices Florent. Fiunt Concordata inter ipſum Leonem, & Franciſcum 1. Franciæ Regem, 1516.	1513.	3. Martij.	8.	8.	21.	1521.	2. Dec.
221.	Hadrianus 6 Vltraiectin⁹.	1521.	9. Ianuar.	1.	8.	6.	1523.	14. Sept.
222.	Clemens 7. Medices	1523.	19. Dec.	10.	10.	8.	1534.	25. Sept.
223.	Paulus 3. Farneſius	1534.	11. Auguſti.	15.	0.	29.	1549.	2. Nou.
224.	Iulius 3. Aretinus	1550.	7. Februar.	5.	1.	16.	1555.	23 Martij.
225.	Marcellus 2. Politianus	1555.	9. Aprilis.	0.	0.	22.	1555.	1. Maij.
226.	Paulus 4. Caraffa	1555.	23. Maij. die Aſcenſ.	4.	2.	27.	1559.	18. Aug.
227.	Pius 4. Medices	1559.	26. Dec.	4.	11.	8.	1565.	10. Dec.
[illegible]	Pius 5. Ghiſlerius	1566.	26. Dec.	6.	3.	16.	1572.	1. Maij.
229.	Gregor. 13. Boncõpagnus	1572.	5. Maij.	12.	11.	23.	1585.	10. April.
230.	Sixtus 5. Picennus	1585.	24. April.	5.	4.	3.	1590.	27. Aug.
231.	Vrbanus 7. Caſtaneus	1590.	16. Sept.	0.	0.	13.	1590.	27. Sept.
232.	Gregorius 14. Sfondratus	1590.	5. Dec.	0.	10.	10.	1591.	15. Octob.
233.	Innocent. 9. Bononienſis	1591.	29. Octob.	0.	2.	10.	1591.	29 Dec.
234.	Clemens 8. Aldobrandin.	1592.	30. Ianuar.	13.	1.	3.	1605.	3 Martij.
235.	Leo 11. Medices	1605.	1. Aprilis.	0.	0.	25.	1605.	27. April.
236.	Paulus 5. Borgheſius	1605.	16. Maij.	15.	8.	12.	1621.	28. Ianuar.
237.	Gregorius 15. anteà Alexander Lodouiſius, Cardinalis, Archiepiſcopus Bononienſis.	1621.	9. Februar.	2.	4.	26.	1623.	8. Iulij horâ 6. pomeridianâ.
238.	Vrbanus 8. anteà Maphæus Barberinus.	1623.	6. Auguſti.	Vtinam in multos annos.				

Hîc verò animaduertendum, ſancti Petri dies à nullo Succeſſorum adæquatos fuiſſe: qua de re legendus eſt Petrus Damianus libri 1. Epiſt. 17. & Rodericus Zamorenſis libri 2. cap. 4. Speculi vitæ humanæ: Licet ſederint ad Vrbanum 8. incluſiuè, 238. S.R.E. ſummi Pontifices, ex quibus 32. Martyres, & 37. Confeſſores in Sanctorum catalogum relati, & 52. tùm Monachi, tùm Heremitæ; ac præterea Galli natione, 14. Hiſpani, 4. Germani, 4. Græci, 15. Anglus vnus, Flander vnus, ex Syria 7. ex Africa 3. Itali plures.

ANTIPAPAE, SERIE TEMPORVM.

NOuatianus.	251.
Vrſicinus.	366.
Eulalius.	420.
Laurentius.	498,
Dioſcorus.	530.
Theodorus, vel Theodoretus.	686.
Theophilactus.	757.
Conſtantinus.	767.
Philippus.	767.
Zinzinius.	824.
Anaſtaſius 3.	885.
Bonifacius, dictus 6.	897.
Leo dictus 8.	964.
Bonifacius, dictus 7.	974.
Ioannes Placentinus Epiſcopus contra Gregorium 5.	996.
Gregorius, contra Benedictum 8.	1012.
Silueſter 2.	1045.
Benedictus 10. anteà Ioannes Mincius.	1058.
Cadolus, vel Cadalous Palauicinus, ſeu Honorius 2. contra Alexandrum 2.	1061.
Guibertus de Corrigia Archiepiſcopus Rauennas, dictus Clemens 3.	1075.
Silueſter 3. anteà Maginulphus, vel Theodoricus, contra Paſchalem 2.	1101.
Gregorius 8. Mauritius Burdinus Archiepiſcopus Bracarenſis, contra Gelaſium 2.	1118.
Celeſtinus 2. Theobaldus contra Honorium 2.	1124.
Anacletus 2. Petrus Leonis contra Innocentium 2.	1130.
Victor 3. Gregorius Cardinalis.	1138.
Victor 4. Octauianus de Monticello contra Alexandrum 3.	1159.
Paſchalis 3. Guido Cremenſis, contra Alexandrum 3.	1169.
Caliſtus 3. Ioannes Vngarus, contra Alexandrum 3.	1176.
Innocentius 3. Laudo, contra Alexandrum 3.	1177.
Nicolaus 5. Petrus de Corbarijs, contra Ioannem 22.	1327.
Clemens 7. Robertus de Gebennis contra Vrbanum 6. creatus 1378. ſedit ferè 16. annos Auenione.	1378.
Benedictus 13. Petrus de Luna Hiſpanus.	1394.
Clemens 8. Hiſpanus, Egidius Munionis.	1404.
Felix 5. antea Amedeus Dux Sabaudiæ, creatus in Concilio Baſilienſi.	1439.
Abdicauit.	1449.
Moritur.	1450.
Vide librum, cui titulus, *Amedeus pacificus*.	

SVMMI PONTIFICES ROMANI SERIE LITTERARVM.

Numerus.	Nomina.	Creationis. Anni.	Creationis. Dies.	Tempus ſedis. Anni.	Tempus ſedis. Menſes.	Tempus ſedis. Dies.	Obitus. Anni.	Obitus. Dies.
	A							
79.	*Adeodatus.*	669.	9. *April.*	7.	2.	23.	676.	26. *Iunij.*
59.	S. *Agapetus* 1.	535.	11. *Iunij.*	1.	1.	21.	536.	10. *April.*
132.	S. *Agapetus* 2.	946.		9.	7.	10.	955.	27. *Decēb.*
81.	S. *Agatho.*	678.					682.	10. *Jan.*
7.	S. *Alexander* 1.	121.	13. *Nouēb.*	10.	5.	20.	132.	3. *Maij.*
157.	*Alexander* 2.	1061.	1. *Octobris.*	11.	6.	22.	1073.	22. *April.*
172.	*Alexander* 3.	1159.	7. *Septemb.*	21.	11.	20.	1181.	27. *Aug.*
182.	*Alexander* 4.	1254.	21. *Decēb.*	6.	15.	5.	1261.	25. *Maij.*
207.	*Alexander* 5.	1409.	27. *Iunij.*	0.	10.	8.	1410.	3. *Maij.*
217.	*Alexander* 6.	1492.	11. *Auguſt.*	11.	0.	8.	1503.	18. *Aug.*
5.	S. *Anacletus.*	103.	3. *April.*	9.	3.	10.	112.	13. *Julij.*
41.	S. *Anaſtaſius* 1.	398.	14. *Martij.*	4.	1.	9.	402.	27. *April.*
52.	*Anaſtaſius* 2.	496.	28. *Nouēb.*	1.	11.	14.	498.	19. *Nou.*
123.	*Anaſtaſius* 3.	910.		2.	2.	0.	912.	
169.	*Anaſtaſius* 4.	1153.	9. *Iulij.*	0.	4.	24.	1154.	2. *Decēb.*
12.	S. *Anicetus.*	167.	25. *Iulij.*	7.	8.	28.	175.	17. *April.*
20.	S. *Antherus.*	237.	2. *Decēb.*	1.	*circiter*		238.	3. *Jan.*
	B							
64.	*Benedictus* 1.	573.	16. *Maij.*	4.	2.	27.	577.	30. *Septēb.*
83.	S. *Benedictus* 2.	684.	20. *April.*	0.	8.	18.	685.	7. *Maij.*
107.	*Benedictus* 3.	855.	24. *Iulij.*	2.	6.	10.	858.	16. *Febr.*
119.	*Benedictus* 4.	905.					907.	
134.	*Benedictus* 5.	964.					965.	4. *Iulij.*
137.	*Benedictus* 6.	972.	20. *Decēb.*	1.	3.	*circiter*		
138.	*Benedictus* 7.	975.	1. *Iunij.*	9.	0.	0.	984.	10. *Iulij.*
147.	*Benedictus* 8.	1012.	7. *Iunij.*	12.	[illegible]	0.	1024.	28. *Febr.*
149.	*Benedictus* 9.	1033.	11. *Nouēb.*	9.	0.	0.	1043.	
195.	*Benedictus* 11.	1304.	22. *Octob.*	0.	8.	6.	1304.	7. *Iulij.*
198.	*Benedictus* 12.	1334.	21. *Decēb.*	7.	4.	6.	1342.	27. *April.*
44.	S. *Bonifacius* 1.	419.	26. *Decēb.*	4.	9.	25.	423.	25. *Octob.*
57.	*Bonifacius* 2.	530.	15. *Aug.*	1.	0.	1.	531.	17. *Octob.*
68.	*Bonifacius* 3.	606.	15. *Febr.*	0.	8.	26.	605.	11. *Nouēb.*
69.	*Bonifacius* 4.	607.	18. *Septēb.*	6.	7.	20.	614.	8. *Maij.*
71.	*Bonifacius* 5.	617.	14. *Dec.*	7.	10.	1.	625.	25. *Octob.*
194.	*Bonifacius* 8.	1294.	24. *Dec.*	8.	9.	18.	1303.	11. *Octob.*
204.	*Bonifacius* 9.	1389.	2. *Nou.*	14.	11.	0.	1404.	1. *Octob.*

Numerus.	Nomina.	Creationis. Anni.	Creationis. Dies.	Tempus ſedis. Anni.	Tempus ſedis. Menſes.	Tempus ſedis. Dies.	Obitus. Anni.	Obitus. Menſes.
	C							
29.	S. Caius.	283.	17. Decẽb.	12.	3.	26.	296.	22. Apr.
17.	S. Caliſtus 1.	221.	1. Sept.	5.	1.	5.	226.	14. Oct.
163.	Caliſtus 2.	1119.	1. Febr.	5.	10.	13.	1124	13. Dec.
212.	Caliſtus 3.	1455.	8. April.	3.	3.	28.	1458.	6. Aug.
45.	S. Celeſtinus 1.	423.	3. Nou.	8.	5.	11.	432.	6. Apr.
166.	Celeſtinus 2.	1143.	25. Sept.	0.	5.	13.	1144.	8. Martij.
176.	Celeſtinus 3.	1191.	29. Mart.	6.	9.	11.	1198.	8. Jan.
180.	Celeſtinus 4.	1241.	22. Sept.	0.	0.	17.	1241.	8. Oct.
193.	S. Celeſtinus 5.	1294.	7. Iulij.	0.	5.	7.	1294.	Abdicauit 13. Dec.
121.	Chriſtophorus.	907.					908.	Abdicat.
4.	S. Clemens 1.	93.		9.	6.	0.	102.	23. Nou.
151.	Clemens 2.	1046.	25. Dec.	0.	9.	0.	1047.	9. Octob.
175.	Clemens 3.	1188.	16. Ian.	3.	2.	20.	1191.	10. Apr.
184.	Clemens 4.	1265.	5. Febr.	3.	10.	22.	1268.	29. Nou.
196.	Clemens 5.	1305.	10. Nou.	8.	10.	16.	1314.	18. April.
199.	Clemens 6.	1342.	7. Maij.	10.	7.	0.	1352.	6. Dec.
222.	Clemens 7.	1523.	19. Dec.	10.	10.	8.	1534.	25. Sept.
234.	Clemens 8.	1592.	30. Ian.	13.	2.	3.	1605.	3. Mart.
3.	S. Cletus.	80.		12.	7.	2.	93.	26. Apr.
85.	Conon.	686.	20. Octob.	0.	11.	23.	687.	18. Aug.
90.	Conſtantinus.	708.	7. Martij.	6.	1.	3.	714.	9. Apr.
22.	S. Cornelius.	253.	12. Iulij.	1.	7.	14.	255.	14. Sept.
	D							
39.	S. Damaſus 1.	367.	15. Sept.	17.	2.	23.	384.	12. Dec.
152.	Damaſus 2.	1048.	17. Iulij.	0.	0.	23.	1048.	8. Aug.
26.	S. Dionyſius.	251.	10. Sept.	11.	3.	15.	272.	26. Dec.
70.	S. Deuſdedit, ſeu Deodatus.	614.	13. Nou.	2.	11.	26.	617.	8. Nou.
80.	Donus 1.	676.	1. Nou.	1.	5.	11.	678.	11. Apr.
136.	Donus 2.	972.	20. Ian.	0.	3.	0.	972.	19. Dec.
	E							
14.	S. Eleutherius.	179.	3. Maij.	15.	0.	23.	194.	26. Maij.
6.	S. Euariſtus.	112.	23. Iunij.	9.	3.	0.	121.	26. Octob.
77.	S. Eugenius 1.	654.		0.	6.	0.	655.	2. Iunij.
102.	Eugenius 2.	824.	16. Maij.	3.	2.	23.	827.	12. Aug.
168.	Eugenius 3.	1145.	25. Febr.	8.	4.	13.	1153.	8. Iulii.
210.	Eugenius 4.	1431.	3. Martij.	15.	11.	21.	1447.	23. Febr.
32.	S. Euſebius.	309.	5. Febr.	2.	7.	11.	311.	26. Sept.
28.	S. Eutychianus.	275.	4. Junij.	8.	6.	4.	283.	8. Dec.
	F							
21.	S. Fabianus.	238.	16. Ian.	15.	1.	5.	253.	20. Jan.
27.	S. Felix 1.	272.	31. Ian.	2.	4.	0.	275.	30. Ian.
38.	S. Felix 2.	357.	26. April.	1.	3.	3.	358.	29. Iul.
50.	S. Felix 3.	483.	8. Mart.	8.	11.	12.	492.	30. Jan.
56.	S. Felix 4.	526.	24. Iulij.	5.	circiter		530.	25. Febr.
114.	Formoſus.	891.	27. Maij.	5.	6.	10.	896.	14. Dec.
	G							
51.	S. Gelaſius 1.	492.	2. Martij.	4.	9.	19.	496.	21. Nou.
162.	Gelaſius 2.	1118.	25. Ian.	1.	0.	5.	1119.	21. Ian.
66.	S. Gregorius 1.	590.	3. Sept.	13.	7.	8.	604.	12. Mart.
91.	S. Gregorius 2.	714.	20. Maij.	16.	9.	20.	731.	13. Febr.
92.	S. Gregorius 3.	731.	16. Febr.	10.	9.	12.	741.	28. Nou.
104.	Gregorius 4.	827.	24. Sept.	16.	0.	0.	843.	
142.	Gregorius 5.	996.	12. Iunij.	2.	8.	6.	999.	18. Febr.
150.	Gregorius 6.	1044.	1. Maij.	1.	7.	20.	1046.	Abdicauit 20. Dec.

S. Gregorius

Numerus.	Nomina.	Creationis. Anni.	Creationis. Dies.	Tempus ſedis. Anni.	Tempus ſedis. Menſes.	Tempus ſedis. Dies.	Obitus. Anni.	Obitus. Menſes.
158.	*S. Gregorius 7.*	1073.	12. *April.*	12.	1.	3.	1086.	24. *Maii.*
174.	*Gregorius 8.*	1187.	21. *Octobr.*	0.	1.	27.	1187.	16. *Dec.*
179.	*Gregorius 9.*	1227.	20. *Mart.*	14.	13.	3.	1241.	2. *Martij.*
185.	*Gregorius 10.*	1271.	1. *Septemb.*	4.	4.	10.	1276.	10. *Iann.*
202.	*Gregorius 11.*	1370.	30. *Decēb.*	7.	2.	29.	1278.	27. *Mart.*
206.	*Gregorius 12.*	1406.	30. *Novēb.*	2.	7.	5.	1409.	*Abdicatus.*
229.	*Gregorius 13.*	1572.	5. *May.*	12.	11.	28.	1585.	10. Aprilis.
232.	*Gregorius 14.*	1590.	5. *Decēbr.*	0.	10.	10.	1591.	15. *Octob.*
237.	*Gregorius 15. antea Cardinalis Lodoniſius.*	1621.	9. *Febr horâ 3. noctis.*	2.	4.	26.	1621.	8. *Iulii, horâ 6. pomeridianâ.*
	H							
98.	*Hadrianus 1.*	772.	9. *Februar.*	23.	10.	17.	795.	26. *Dec.*
109.	*Hadrianus 2.*	867.	21. *Novēb.*	4.	10.	17.	872.	1. *Novem.*
112.	*Hadrianus 3.*	884.	21. *Ianuar.*	1.	3.	19.	885.	9. *May.*
170.	*Hadrianus 4.*	1154.	5. *Decemb.*	4.	8.	4.	1259.	1. *Sept.*
187.	*Hadrianus 5.*	1276.		0.	1.	7.	1276.	18. *Auguſt.*
221.	*Hadrianus 6.*	1521.	9. *Ianuar.*	10.	10.	8.	1534.	25. *Sept.*
48.	*S. Hilarius.*	461.	12. *Nov.*	5.	9.	26.	467.	10. *Sept.*
72.	*Honorius 1.*	626.	14. *May.*	12.	4.	25.	638.	20. *Octobr.*
164.	*Honorius 2.*	1124.	14. *Decēb.*	5.	1.	17.	1131.	14. *Febr.*
178.	*Honorius 3.*	1216.	18. *Iuly.*	10.	8.	0.	1227.	18. *Mart.*
191.	*Honorius 4.*	1285.	2. *April.*	2.	0.	2.	1287.	3. Aprilis.
54.	*S. Hormiſdas.*	514.	26. *Iuly.*	9.	0.	7.	523.	6. *Auguſt.*
10.	*S. Higinus.*	154.	11. *Ianuar.*	4.	*circiter*		158.	11. *Iann.*
	I.							
42.	*S. Innocentius 1.*	402.	15. *May.*	15.	2.	10.	417.	28. *Iulii.*
165.	*Innocentius 2.*	1130.	14. *Febr.*	13.	7.	0.	1143.	24. *Sept.*
177.	*Innocentius 3.*	1198.	8. *Ianuar.*	18.	6.	9.	1216.	17. *Iulii.*
181.	*Innocentius 4.*	1243.	24. *Iuny.*	11.	5.	15.	1254.	13. *Decem.*
186.	*Innocentius 5.*	1276.	21. *Ianuar.*	0.	5.	2.	1276.	22. *Iunii.*
200.	*Innocentius 6.*	1352.	18. *Decēb.*	9.	8.	26.	1362.	12. *Sept.*
205.	*Innocentius 7.*	1404.	17. *Octobr.*	2.	0.	21.	1406.	6. *Nov.*
216.	*Innocentius 8.*	1484.	29. *Aug.*	7.	11.	17.	1492.	25. *Iulii.*
233.	*Innocentius 9.*	1591.	29. *Octobr.*	0.	2.	10.	1591.	29. *Dec.*
55.	*S. Joannes 1.*	523.	13. *Aug.*	2.	9.	10.	526.	27. *Maii.*
58.	*Joannes 2.*	531.		3.	6.	0.	535.	27. *Maii.*
63.	*Joannes 3.*	559.	27. *Iuly.*	13.	*circiter*		572.	5. *Iulii.*
74.	*Joannes 4.*	639.	31. *Decēbr.*	1.	9.	6.	641.	12. *Octob.*
84.	*Joannes 5.*	685.	22. *Iuly.*	0.	11.	6.	686.	2. *Auguſt.*
87.	*Ioannes 6.*	701.	29. *Octobr.*	3.	2.	12.	705.	10. *Iann.*
88.	*Joannes -.*	705.	1. *Martij.*	2.	7.	17.	707.	18. *Octob.*
110.	*Ioannes 8.*	871.	14. *Decēb.*	10.	[illegible]	1.	882.	15. *Dec.*
118.	*Ioannes 9.*	901.		3.	0.	15.	905.	
125.	*Ioannes 10.*	913.		16.	*circiter*		928.	
128.	Ioannes 11.	931.		4.	10.	0.	936.	8. *Aprilis.*
131.	Ioannes 12.	956.		9.	*circiter*		964.	14. *Maii.*
135.	Ioannes 13.	965.	2. *Octobris.*	6.	11.	5.	972.	6. *Sept.*
139.	Ioannes 14.	984.	16. Iuly.				985.	10. *Auguſt.*
140.	Ioannes 15.	985.	1. *Aug.*	10.	4.	12.	996.	7. *Maii.*
141.	Ioannes 16.	996.						
144.	Ioannes 17. *dictus* 18.	1003.		0.	5.	*circiter*	1003.	
145.	Ioannes 18. *dictus* 19. *cognomento Faſanus.*	1003.	20. *Novēb.*	5.	*circiter*		1009.	18. Iulii.
148.	Ioannes 19. *d.* 20.	1024.	29. *Febr.*	9.	8.	9.	1033.	8. *Nov.*
GALLIA, cuius nomine etiam olim Germania comprehenſa, imo totus Occidens, inter continentes Prouincias, id eſt Italiæ iunctas annumerata, more Romano, qui vt plurimum obtinuit, breuiter diuidi poteſt in Ciſalpinam, & Tranſalpinam. Illa quæ & citerior, & Italia Gallica, vel Gallia Italica, & togata, ac Italia, ſeu Gallia Subalpina rurſus diuiditur in Ciſpadanam & Tranſpadanam, formâ triangulari, cuius baſis Adriaticus ſinus, apex Alpes, & Apenninus, cuiuſque tota longitudo Septentrionalior extenditur ab Auguſta Prætoriâ in geminis Alpium Pœninarum & Graiarum faucibus ad Arſiam fluuium in Iſtriâ; meridionalior ab vrbe Seguſio in pede, ſeu cluſis Alpium Cottiarum ad Rubiconē, inter Rauennam & Ariminum in Adriaticum mare labentem, & olim ad fluuium Æſim inter Senogalliam& Anconam: latitudo porrigitur à Vari oſtio ad Auguſtam Prætoriam. Quo terrarum ſpatio concluduntur Archiepiſcopatus Taurinenſis, Mediolanēſis, Bononienſis, & Rauennas, item Patriarchatus Aquileienſis, qui & Foro-iulienſis, cuius pars olim Gradenſis, qui, & Venetus in octauâ, nonâ, decimâ, & vndecimâ Regione Auguſtæa, ſeu Plinianâ. Imo, & huius Prouinciæ Galliæ nomine aliquando continebatur Liguria vſque ad Macram, & pars Etruriæ ad Arnum vſque, & Piſas. Legendus Sigonius l. 1. de Regno Italiæ, Sabellicus l. 1. Dec. 4. hiſt. Venetæ, Blondus, & Leander. Hæc verò quæ tertiâ Ptolomæi Tabulâ contenta inter gradum 15. & 32. longitudinis, 42. & 52. latitudinis, formâ quaſi rhomboïde, cuius centrum Biturica, Pyrenæis, & Aquitanico Oceano ab Occidente, Alpibus & Reno verſus Orientem, mari Mediterraneo ad Meridiem, & Oceano Britannico ad Septentrionē terminata, ſubdiuiditur in Aquitanicam, Celticam, ſeu Lugdunenſem, Belgicam, & Narbonenſem, quæ Galliæ quarta pars Auſtralis, Bracata, vt reliqua triplex Septentrionalior Comata nuncupatur. Franci autem diuiſere in Neuſtriam, vel Veſtriam, & in Auſtraſiam, ſeu Auſtriam, vt Auſtraſia eſſet inter Sequanam & Renum, Neuſtria inter Ligerim infra Aureliam, & Sequanam infra Pariſios. Sed & diuiſa fuit Gallia in 7. Prouincias, Lugdunenſem, Aquitaniam, Germaniam, Belgicam, Narbonenſem, Viennenſem, & Alpes. Quæ 7. Prouinciæ alias decem pepererunt, ſicque ſeptemdecim fuerunt tempore Conſtantini, in quibus 400. Nationes, & 800. Vrbes, Appiano in Celtico. Ioſepho tamen l. 1. Belli Iudaïci c. 6. Nationes 315. ponuntur, & in notitiâ Prouinciarum Galliæ Ciuitates 115. enumerantur, & à Bothero in Relationibus 15. milliones hominum in Regno Franciæ tribuuntur, quod Regnum extenditur à Gobæo Promontorio ad vrbem Metim inter gradum longitudinis 15. & 28. & ab Arce Locatâ Caletum vſque inter gradum latitudinis 42. & 51.

Volaterr. & Glarean.

Vlpian. l. Nationem. 99 de Verb. ſignificat.

Padus fluuius, *Il Po*, de quo Plin. l. 2. c. 13. & l. 3. c. 16. Solinus c. 8. Martian. Capella l. 6. Euſthat. in Dionyſium, Mela l. 2. c. 4. Iſidor. l. 13. c. 21. Strabo l. 4. Polybius l. 2. Lucanus l. 2 & 6. Virg. 1. Georg. & ibi Lacerda.

AQVITANIA ſeparatur Garumnâ Cæſari, at Ligeri Straboni, & Ptolemæo, ex

Auguſti inſtituto, quod cur non ſequantur Ammianus Marcellinus l. 15. & Mela l. 3. c. 2. non ſatis capio, niſi maluerint audire Liuium l. 5. Celtis Bituriges adſcribentem, ſed & apud Plinium l. 4. c. 17. legendum puto Ligeri pro Garumnâ: aliâs non conuenit deſcriptio, quæ ibi ſequitur c. 19. vbi multi populi Aquitaniæ adſcribuntur, qui inter Garumnam & Ligerim incolunt, vt Lemouices, Santones, Pictones, & Rutheni. Quæ quidem Aquitania cæteris Galliæ Prouincijs felicior, & fœcundior dicitur ab Auctore Vitæ S. Genulphi l. 2. c. 2. quâ de re Salvianus l. 7. vbi eam vocat medullam omnium Galliarum, & vber totius fœcunditatis, imaginemque Paradiſi: cuius idcirco gremium nuncupatur ab Auſonio lætum, vbi alij legunt latum, quam tamen ſeparari à Galliâ docuerunt VV. CC. Iacobus Sirmundus in Sidonium, & Hieronymus Surita in Antonini Itinerarium. Sed hæc poſtea triplex facta eſt, prima in quâ Bituriges, ſecunda in quâ Burdegalenſes, tertia in quâ Nouempopulani, quorum caput olim Eluſa, nunc Auſci, ſeu Auſciorum Auguſta.

Lvgdvnensis à Ligeri ad Sequanam & Matronam porrigitur, ſubdiuiſa in primam cuius caput Lugdunum, ſecundam cuius caput Rotomagus, tertiam cuius caput Turonum, quartam cuius caput Agendicum Senonum, & quintam, ſeu Maximam Sequanorum, cuius caput Veſontio: ſed quarta nunc partita eſt in Senonenſem propriè dictam, & Pariſienſem.

Belgica extenſa à Sequanâ ad Renum ſubdiuiditur in 4. alias Prouincias, quarum prima habet Metropolim Auguſtam Treuirorum, ſecunda habet Metropolim Durocortorum Remorum, tertia quæ & Germania prima Metropolim habet Moguntiam, quarta ſeu Germania 2. Metropolim habet Coloniam Agrippinam Vbiorum. Poſtremis vero temporibus fuere tres aliæ Metropoles in Belgicâ creatæ, Cameraci, Machliniæ, & Vltrajecti.

Belgæ fortiſſimi, Cæſari Comment. 1. quorũ maxima virtus l. 8. & quidquid roboris apud Gallos Tacit. l. 4. hiſt. Arnoldus Hauentius Cartuſianus in libro quem Coloniæ edidit 1609. de Erectione nouorum in Belgio Epiſcop.

Narbonensis (ante Auguſti tempora Braccata) quæ & à reliquâ Galliâ, Gebennâ, Ceueno, & Iura Mõtibus diſtinguitur, ſex habet Metropoles antiquas, Narbonem, Aquaſ-ſextias, Arelatẽ, Viennam, Ebredunũ, & Tarentaſiam, quibus poſtea additæ Toloſa, & Auenio. Harum autem Metropoleôn 15. conſiſtunt in regno Franciæ, cum centum Epiſcopatibus. Quæ verò ſunt Diœceſes extra Regnum, tam Metropolitanorum, quàm Suffraganeorum, indicabũtur hac notâ † Vbi quoque obſeruabis C. Th. ſignificare Codicem Thuanum Notitiæ Prouinciarum, quem ex Bibliotheca Illuſtriſſ. V. Iac. Aug. Th. Cl. Puteanus vir ſumma eruditione, & humanitate omnibus notus ad nos miſit. Deinde non omittendũ Galliam diuidi in nouẽ Parlamenta, & in octo Cameras Computorum, & in 21. finantiarum Generalitates, & in Comitijs Pancelticis, ſeu Conuentibus trium Statuum, Regnum diuidi in 12. Prouincias, Pariſiorum, Burgundionum, Normanorum, Guiennæ, Occitanæ, Brittonum, Campaniæ, Picardiæ, Delphinatus, Prouinciæ, Lugdunenſium, Aurelianorum.

Bearnia Frãciæ Coronæ vnitur 1620. & in eiuſdem Bearniæ Parlamẽto numerus Senatorum augetur à Ludouico 13. Rege, qui & 14. Princeps Bearniæ.

Notandum tamen in eligendis binis Syndicis, ſeu Agentibus Cleri Francici quolibet biennio hunc ordinem ſeruari, vt ſic conjungantur Prouinciæ.

Bituricenſis.	Viennenſis.
Lugdunenſis.	Burdegalenſis.
Toloſanus.	Rotomagenſis.
Aquenſis.	Turonenſis.
Senonenſis.	Auſcenſis.
Ebrodunenſis.	Arelatenſis.
Remenſis.	Narbonenſis.

Septem etiam eſſe tribunalia Decimarum, vulgò *Bureaux des decimes*, Pariſijs, Lugduni, Rotomagi, Turonibus, Biturigibus, Toloſæ, Aquis-ſextijs.

De his Galliæ diuiſionibus Cæſar l. 1. c. 1. Strabo l. 4. Plin. l. 3. c. 4. & l. 4. c. 17. 18. & 19. Ptolom. l. 2. c. 7. 8. 9. & 10. Mela l. 2. c. 5. & l. 3. c. 2. Ammianus l. 15. Oroſius l. 1. c. 2. Solinus c. 24. Iſidorus l. 14. c. 4. Auctor Vitæ S. Genulphi l. 2. c. 1. & in vita S. Remacli, Anſelmus imaginis mundi c. 18. Eutropius l. 7. ſanctus Hieronymus epiſt. 11. ad Ageruchiam, Dio l. 46. Æthicus, Martianus Capella libro 6. de Nuptijs Philologiæ, Iodocus Coccius in Dagoberto Rediuiuo c. 1. Ortelius in veteris & nouæ Galliæ Tabulis, S. Antoninus tit. 1. c. 3. §. 2. Vincentius Bellouacenſis l. 1. c. 75. Speculi hiſtorialis, Andreas Schottus in Antonini Itinerar. Guido Pancirolus in notitiam Imperij Occidentis, vbi recenſentur 17. Galliæ noſtræ Prouinciæ Robertus verò S. Mariani Monachus Autiſſiodorenſis in Chronico enumerat 18. Metropoles, ſeparans Arelatenſem à Viennenſi. Videndus Chaſſaneus Catal. Glor. Mundi, parte 12. Conſid. 17. & Sextus Ruffus.

Cæterum

Cæterum Dionyſius Papa vniuerſis Prouincijs ſingulas ſedes proprio termino diſcreuit, apud Anaſt. in Pontificali, quod citatur à Baldrico in Chronico Cameracenſi l. 1. c. 5. & C. Paſtoralis de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, idque ex Epiſtola ipſius Dionyſij Tomo 1. Concil. & Baron. A. C. 270. Vide Canonem Prouinciæ diſt. 99. & C. Quis neſciat diſtinct. 11. S. Innocentium Epiſt. 20. de Prouinciarum diuiſione per Metropoles, Genebrardus in Dionyſio. Inſtitutio Diœceſeon.

Præterea, nomen Diœceſeos, & Parrochiæ ea ſignificatione qua nunc vſurpatur, vulgò hic accipimus pro territorio alicuius Epiſcopi, & Curati, non ignari, quid olim propriè deſignarit. Qua de re lege ſi lubet Iacobum Sirmundum in Propemptico, & Fileſacum in Parœciarum origine.

Diuiſio Diœceſeon per Parlamenta.

IN *Parlamento Pariſienſi Franciæ*, Archiepiſcopatus 6. Pariſienſis, Senonenſis, Remenſis, Bituricenſis, Turonenſis, Lugdunenſis, Epiſcopatus 24. Laudunenſis, Catalaunenſis, Sueſſionenſis, Bononienſis, Ambianenſis, Nouiomenſis, Silvanectenſis, Bellouacenſis, Carnotenſis, Aurelianenſis, Niuernenſis, Autiſiodorenſis, Trecenſis, Meldenſis, Pictauienſis, Maleacenſis, Luſſonenſis, Engoliſmenſis, Andegauenſis, Cœnomanenſis, Claromontenſis, Sanflorianenſis, Lingonenſis, Matiſconenſis.

In parlamento Toloſano, Languedoc, & Gaſcogne, Archiepiſcopatus 3. Narbonenſis, Auxitanus, Toloſanus, Epiſcopatus 28. Nemauſenſis, Vzeticēſis, Lodeuenſis, S. Pontij Tomeriarum, Aletenſis, Monſpeſſulanus, Biterrenſis, Agdenſis, Carcaſſonenſis, Mimatenſis, Caſtrenſis, Albienſis, Podienſis, Ruthenenſis, Vabrenſis, Cadurcenſis, Apamienſis, Mirapicenſis, S. Papuli, Montalbanus, Vaurenſis, Riuenſis, Lombarienſis, Conuenenſis, Conſeranenſis, Tarbenſis, Lectorenſis, Viuarienſis.

In Parlamento Burdegalenſi Guiennia Archiepiſcopatus vnus, Burdegalenſis, Epiſcopatus 11. Bajonenſis, Aquenſis, Vaſatenſis, Adurenſis, Santonenſis, Petragorienſis, Sarlatenſis, Agennenſis, Lemouicenſis, Condomenſis, Tutelenſis.

In Parlamento Redonenſi Britanniæ, Epiſcopatus 9. Redonenſis, Nannetenſis, Coriſopitenſis, Venetenſis, Briocenſis, Maclouienſis, Leonenſis, Tricorienſis, Dolenſis.

In Parlamento Rotomagenſi Normaniæ, Archiepiſcopatus vnus Rotomagenſis, Epiſcopatus 6. Sagienſis, Arborienſis, Conſtantienſis, Bajocenſis, Lexouienſis, Ebroicēſis.

In Parlamento Diuionenſi Burgundiæ, Epiſcopatus tres, Auguſtodunenſis, Cabillonenſis, Bellicenſis.

In Parlamento Gratianopolitano Delphinatus Archiepiſcopatus 2. Viennenſis, & Ebredunenſis, Epiſcopatus 5. Gratianopolitanus, Valentinus, Dienſis, S. Pauli Tricaſtinenſis, Vapincenſis.

In Parlamento Aquenſi Prouinciæ Archiepiſcopatus Aquenſis, & Arelatenſis, Epiſcopatus 11. Dinienſis, Glandatenſis, Senetenſis, Aptenſis, Graſſenſis, Vencienſis, Regienſis, Forojulienſis, Siſtaricenſis, Maſſilienſis, Tolonenſis.

In Parlamento Bearniæ Pali, Pau. Epiſcopatus 2. Oleronenſis, & Leſcarenſis ſub Archiepiſcopatu Auxitano. En Bearn. 400. tant Villes, que Villages, & 700. Gentils hommes.

Præterea Metenſis, Tullenſis, Virdunenſis, ſub Archiepiſcopatu Triuirecenſi extra dicta ſuperius Parlamenta.

Nomenclatura Diœceſeon Galliæ, tam propriè dictæ, quam Italicæ, ſeu Longobardiæ, per Archiepiſcopatus, vbi incipimus ab Aquitaniâ more Ptolomæi Geographorum Principis, & quia ſola in Gallijs Patriarchatus honore gaudet.

BIturicenſis Archiepiſcopatus ſunt 11. Suffraganei Epiſcopatus, Claromontenſis, Ruthenenſis, Lemouicenſis, Mimatenſis, Albienſis, Cadurcenſis, Caſtrenſis, Vabrenſis, Tutelenſis, Sanflorianus, Podienſis.

Burdegalenſis, Archiepiſcopatus ſunt 9. Suffraganei, Pictauienſis, Santonenſis, Engoliſmenſis, Petragoricenſis, Agennenſis, Condomenſis, Maleacenſis, Luſſonenſis, Sarlatenſis.

Auxitanus Archiepiſcopatus habet 10. Epiſcopatus Suffraganeos Aquenſem,

Adurenſem, Lectorenſem, Conuenenſem, Conſeranenſem, Tarbenſem, Vaſatenſem, Baionenſem, Oleronenſem, Leſcarenſem.

Lugdunenſis Archiepiſcopatus habet 4. Suffraganeos Epiſcopatus, Auguſtodunenſem, Lingonenſem, Cabilonenſem, Matiſconenſem.

Rotomagenſis Archiepiſcopatus habet Epiſcopatus Suffraganeos 6. Sagienſem, Abrincenſem, Conſtantienſem, Baiocenſem, Lexouienſem, Ebroïcenſem.

Turonenſis Archiepiſcopatus habet 11. Epiſcopatus Suffraganeos, Andegauenſem, Cœnomanenſem, Redonenſem, Nannetenſem, Venetenſem, Briocenſem, Coroſopitenſem, Leonenſem, Trecorenſem, Maclovienſem, Dolenſem.

Senonenſis Archiepiſcopatus habuit 7. Suffraganeos, Carnotenſem, Autiſſiodorenſem, Meldenſem, Pariſienſem, Aurelianenſem, Niuernenſem, Trecenſem, ſed nunc tres ei tantum ſubſunt, Trecenſis, Autiſſiodorenſis, & Niuernenſis, nam Carnotenſis, Aurelianenſis, & Meldenſis agnoſcunt modò Metropolitemnouum Pariſienſem 1622.

Veſuntinus Archiepiſcopatus habet Suffraganeos tres, Baſilienſem, Lauſanenſem, Bellicenſem.

Remenſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeos Epiſcopatus 8. Sueſſionenſem, Catalaunenſem, Bononienſem, Nouiomenſem, Silvanectenſem, Bellouacenſem, Laudunenſem, & olim Cameracenſem, Attrebatenſem & Tornacenſem.

Treuirenſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeos 3. Metenſem, Tullenſem, Virdunenſem.

Cameracenſis Archiepiſcopatus habet ſub ſe Epiſcopatus 4. Suffraganeos, Attrebatenſem, Tornacenſem, Audomarenſem, Namurſenſem.

Machlinienſis Archiepiſcopatus habet ſub ſe Suffraganeos 6. Antuerpienſem, Brugenſem, Gandenſem, Iprenſem, Ruremundenſem, Silviducenſem.

Moguntinus Archiepiſcopatus habet Epiſcopatus Suffraganeos in Gallia 4. Vormatienſem, Spirenſem, Argentinenſem, Conſtantienſem, cæteri ſunt in Germania.

Colonienſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeum vnum in Gallia, Leodienſem, cæteri ſunt in Germania.

Vltrajectinus Archiepiſcopatus habet Suffraganeos 5. Harlemenſem, Midelburgenſem, Dauentrienſem, Groninghenſem, Leovardienſem, ſed hi duo poſteriores ſunt in Friſia vltra Renum, & extra Galliam Ptolomæi.

Narbonenſis Archiepiſcopatus habet nunc Epiſcopatus 9. Suffraganeos, Monſpeſſulanum, Carcaſſonenſem, Biterrenſem, Agathenſem, Lodeuenſem, Alectenſem, Nemauſenſem, Vſeticenſem, S. Pontij, & olim Elnenſem, & Toloſanum.

Toloſanus Archiepiſcopatus habet Suffraganeos Epiſcopos 7. Apamienſem, Mirapicenſem, Montalbanenſem, Vaurenſem, S. Papuli, Riuenſem, Lombarienſem.

Aquenſis Archiepiſcopatus habet Epiſcopatus Suffraganeos 5. Aptenſem, Forojulienſem, Ciſtaricenſem, Regienſen, Vapincenſem.

Arelatenſis Archiepiſcopatus habet nunc 4. Suffraganeos, Maſſilienſem, Tricaſtinenſem, Tolonenſem, Arauſienſem, & olim Auenionen cum Suffraganeis.

Auenionenſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeos 3. Cauelicenſem, Carpentoractenſem, Vaſionenſem.

Viennenſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeos Epiſcopatus 6. Valentinenſem, Dienſem, nunc conjunctum Valentinenſi, Viuarienſem, Gratianopolitanum, Geneuenſem, Maurianenſem.

Ebredunenſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeos ſex, Dinienſem, Graſſenſem, Venetienſem, Sanicienſem, Glandatenſem, Nicienſem.

Tarentaſienſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeos Epiſcopatus 2. Sedunenſem, & Auguſtenſem, & hunc ad geminas Aldium fauces, Graias, & Pœninas, *Grand & petit S. Bernard.* Quæ Auguſta Prætoria, vulgò Oſta gradu longitudinis 29.30. latitud. 45. 0. Ptol. l. 3. c. 1. vel 29. 10. 44. 40. Plin. l. 3. c. 5. & 17. Solinus c. 8. Martianus Capella l. 6. Strabo l. 5. & in Numo Tiberij Auguſta prætoria Colonia, eaque poſtea Ducatus titulo fuit inſignita prope fluuium Duriam, vnde incipit Italia ad Promontorium Leucopetram vſque porrecta. De Seduno infra.

Taurinenſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeos, Eporedienſem ſeu Hyporegienſem, cuius Ciuitas eſt Eporedia Lamporeſium, & Hiporegia Barbaris, *Turea* vulgò, Gradu long. 30. 15. lat. 44. 5. ad fluuium Doriam, Tacito l. 7. Annal. & l. 1. hiſt. Velleio l. 1. Plin. l. 3. c. 17. & l. 21. c. 7. Aymoin. l. 4. c. 9. in Salaſſis. Ptolem. l. 3. c. 1. Strabon. l. 5. Ciceroni l. 11. Epiſt. 11. famil. Foſſanenſem, foſſæno, per Grego-

rium 13. erectam, Montem Regalem, ſeu Mondeuienſem *Mondeui*, & Salutiã-
tum, ſeu olim Salinarum, exemptam, Saluzo qui à Sixto 4. erigitur creato primo
Epiſcopo Federico Ludouici Marchionis fratre electo Carpentoractenſi 1481.

Genuenſis Archiepiſcopatus olim ſub Mediolanenſi habet Suffraganeos in Liguria, Albingaunenſem, per Alexandrum 3. erectum 1179. Vulgò Albenga, 30. 30. 42. 55. Ptolem. l. 3. c. 1. aliis. 29. 0. 43. 25. Plin. l. 3. c. 5. Albingaunum Tacito l. 3. hiſt. & in vita Agricolæ, Straboni l. 5.

Bobienſem in ducatu Mediolanenſi, erectum 1132. Bobio 31. 12. 43. 50.

Naulenſem, ſeu Nolenſem, Noli, per Innocentium 3. erectum 30. 20. 43. 10. reliqui eius Suffraganei ſunt in Corſica Inſula.

Mediolanenſis Archiepiſcopatus habet Suffraganeos 15. Cremonenſem, Cremona, 31. 15. 44. 25. Onuphrio in Imperio Romano pag. 69. Strab. l. 5. Ptol. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 18. Tacito l. 2. hiſt. Polyb. l. 3. Laus Pompeia Martial. l. 8. Epig. 56. Virg. Egloga 9. v. 28. vbi miſera dicitur, Dio 64. & 65. Liuius l. 28. & 37. Silius l. 8. & Statius l. 4. Silv. carm. 2. eamque vrbem deſcripſit Antonius Campanus pictor.

Nouarienſem, Nouara, quæ patria Petri Lombardi Magiſtri ſententiarum Epiſcopi 69. Pariſienſis, 30. 0. 44. 30. de qua Ptol. l. 3. c. 1. Procop. Tacit. l. 1. hiſt. Plin. l. 3. c. 17. Nouaria.

Alexandrinum Alleſſandria ab Alexandro 3. erectum 1175. gradu longitudinis 30. latitud. 44. Alexãdria.

Dertonenſem, Tortona, Plin. l. 3. c. 5. medio itinere inter Genuam & Placentiam, vtrinque diſtans trecenta ſtadia Staboni. Dertona.

Viglebanenſem, Vigleuano per Clementem 7. Viglebanũ olim Vercellum.

Bergomenſem, Bergamo, in ditione Veneta, Ptolomæo l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 17. Iuſtin. l. 20. Martyrologijs 7. Calend. Septembris. Bergomum.

Brixienſem, Breſſa in ditione Veneta, Plin. l. 3. c. 18. Ptol. l. 3. c. 1. Strabo l. 5. Cœnomanorum caput, Liuio l. 32. Aſconio in Piſonian. Iuſtino l. 20. Nazario panegyrico, Catullo & Mantuano. Brixia.

Vercellenſem, Vercelle in principatu Pedemontano 29. 30. 44. 30. Tacito l. 1. hiſt. Plin. l. 3. c. 16. Silio l. 8. Straboni l. 5. Ptol. l. 3. c. 1. Vercellæ Apollineæ, Martiali, S. Hieronymo de Muliere ſepties icta. in cuius Eccleſia Cathedrali S. Euſebij iacet beatus Amedeus Sabaudiæ Princeps. Vercellæ,

Aſtenſem, Aſte, in eodem principatu, ad Tanarum fluuium, hîc Epiſcopus fuit Franciſcus Panigarola Minorita, 29. 30. 44. 15. Ptolem. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 5. Claudian. in 6. Conſulatu Honorij. Aſta.

Caſalenſem, Caſale di Monferrato, aliàs di S. Euaſio ad dextram Padi ripam, inter Taurinum & Ticinum 36. M. P. Erigitur à Sixto 4. petente Gulielmo Marchione, fuit autem S. Euaſius Martyr & Epiſcopus Aſtenſis, Martyrol. Calendis Decembris.

Albenſem, Alba 29. 30. 44. 0, Ptolom. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 5. in Ducatu Montisferrati ad Tanarum fluuium. Alba Pompeia.

Aquenſem, Acqui, Straboni l. 5. Liuio, Cicer. l. 11. Epiſt. 11. memoratæ. Aquæ Statiliæ.

Sauonenſem, Sauona, in ditione Genuenſi creuit ex ruinis portus Vadorum Sabatiorum 29. 30. 43. 30. Meminit Sauonæ Liuius l. 28. Vide Ortelium V. Sabata.

Intemilienſem, Vintimiglia 28. 45. 42. 25. Ptolem. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 5. Tacito l. 1. hiſt. Intimilium Ciceroni l. 1. Epiſt. Straboni l. 5. Albintimelium.

Ticinenſem, Pauia, qui exemptus habet Pallij ius. At de Papia impoſita fluuio ſui nominis illic in Padum influenti gradu longitud. 30. 30. latitudinis. 44. 25. Plin. l. 3. c. 17. Strabo l. 5. Ptolom. l. 3. c. 1. Tacit. l. 3. Paulus Diaconus l. 2. c. 15. Luitpran dus, Bernardinus Saccus, Anthonius Maria Spelta, & Iacobus Gualla, qui huius vrbis antiquitates deſcripſerunt, vt eius Academiam Midendorpius, & Cartuſiam Pighius. Fuere, & olim ſubiecti huic Metropolitæ, Placentinus, Taurinenſis nunc Archiepiſcopatus, & Genuenſis nunc etiam Archiepiſcopatus, ac Eporedienſis nunc ſub Taurinenſi.

Bononienſis Archiepiſcopatus ſunt ſuffraganei Epiſcopatus 6. Parmenſis Parma, Ducatus Gentis Farneſiæ 31. 30. 44. 0. Ciceroni Philippica 9. Liuio, Straboni l. 5. Agathiæ l. 1. & 5. Ptol. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 15. Antonini Itinerar. Martiali l. 5. Epigr. 13. Parmenſis Caſſius & Macrobius.

Tondet & innumeros Gallica Parma greges.

Melæ l. 2. c. 4.

Placentinus, Piacenza, Ducatus eiuſdem familię 31. 0. 44. 20. Ptolom. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 15. Polyb. l. 3. Straboni l. 5. Tacito l. 1. hiſt. Silio l. 8. Velleio l. 1. Vitruu. l. 9. c. 4. Placentia.

Iulia fidentiæ, ſeu Burgi ſancti Domnini à Clemente 8. in ditione Ducis Parmen-

Regium Lepidi.

ſis erectus, 31. 10. 44. 15. Ptolem. l. 3. c. 5. paulò aliter.

Regienſis, Regio, Ducatus gentis Eſtenſis 31. 50. 44. 10. Cicer. l. 12 Epiſt. famil. 5. Polyb. Strab. l. 5. Plin. l. 3. c. 15. Liuio l. 35. Ptolom. l. 3. c. 1. Patria Caroli Ruini, & vidi Pancirolæ.

Mutina.

Mutinenſem, Modena, Ducatus eiuſdem Gentis 32. 0. 44 0. Brutus Epiſt. 10. Cicero Philipp. 5. & 12. Strabo l. 5. Appian. l. 3. Ptol. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 15. Liuius l. 39. Polyb. l. 3. Mela l. 2 c. 4. Velleius, Collumella, Dio l. 64. Silius l. 8. Lucanus l. 1. Sueton. Auguſto, Martial. l. 3. Epigrammate, 58. Tacitus l. 2. hiſt. Plutarchus in Cicerone & Antonio, Florus l. 4. c. 4 Sigonii & Sadoleti patria.

Cremenſis Crema, in ditione Veneta à Gregorio 13. erectus, Blondus l. 14. hiſt. Corius parte 1. hiſt. Mediolanenſis.

Adria.

Rauennati Archiepiſcopatui ſubiiciuntur ſuffraganei 10. Adrienſis Adri, nunc Rhodigii Rouigo. At verò ab hac vrbe Venetorum manauit olim nomen Maris Adriatici, Plin. l. 3. c. 16. Polyb. l. 4. Liuius l. 5. Strabo l. 5. Iuſtin. l. 20. Euſtatius, Stephanus, Ptolo. l. 3. c. 1. gradu longitud. 32. 50. latitud. 44. 20.

Commaclenſis, Commachio, 32. 50. 44. 15. in Paludibus Padi, Aymoin. l. 4. c. 97. Regin. l. 2.

Fauentia.

Fauentinus, Faenza Silio l. 8.

Vndique ſolers
Parua coronatum nutrire Fauentia pinum,

Aliàs legitur, *Aura coronantem.*

Straboni l. 5. Appiano l. 1. Ptolem. l. 3. c. 1. Agathiæ l. 1. Procop. l. 2. hinc ager Fauentinus, Varroni l. 1. c. 2. Plin. l. 3. c. 15. Stephano.

1358. *Forop pulienſis* Tralatus Bretinorum, ſeu forum Britannorum, vel Truentinorum, Plin. l. 3. c. 15.

Forum Liuium.

Forliuienſis, Forli, Patria Cornelii Galli Poëtæ, Blondi, & Mercurialis, Plinio, Antonino.

Ceſenatenſis, Ceſena, Straboni l. 5. Ptolomæo, Plinio, Antonino, Procopio l. 1. Vbi diſtat à Rauennâ ſtadiis trecentis. Sidonio l. 1 Epiſt. 8. Agathiæ l. 1.

Sarſinenſis, Sarſina, patria Plauti, diues lactis, Silio l. 8. Plinio l. 3. c. 14. Strab. gradu longitudinis 32. 45. latitudinis 43. 45.

Forocornelienſis, Imola, Ciceroni memoratur l. 12. Epiſt. famil. Ptolom. l. 3. c. 1. Paulo Diacono l. 2. c. 18. Prudentio in paſſione S. Caſſiani, Martial. l. 3. Epigram. 4.

Ariminum.

Ariminenſis, Rimini 33. 20. 43. 50. Cæſari, Liuio, Straboni, Ptolomæo, Euſebio, Lucano, Tacito, Plin. l. 3 M Appiano, Procop. l. 3. Agathiæ l. 1. Velleio l. 1. Eutropio, Ciceroni pro Cecinnâ. Hic habitum Concilium 359. Baron. Notabis interea Rubiconem, olim Galliæ & Italiæ limitem in ſinum Adriaticum ſeſe exonerare inter Ariminum & Rauennam. Quâ de re Plinius l. 3. c. 15. Ptol. l. 3. c. 1. Cicero Philippicâ 6. Lucanus l. 1. Silius l. 8. Strabo l. 5. Appianus l. 2. Vibius Sequeſter, Sueton. in Cæſare c. 31. Plutarchus in Cæſare, & in Pompeio, Leander in Italiâ.

Ceruienſis, Ceruia, vbi optimæ ſalinæ, Blond. l. 11.

Flauia Faneſtris l. 5. C Theod. ſ. de Pactis ad Valentinianũ Conſularẽ Piceni S. c. Vitalis Epiſcopus Faneſtris in Concilio 1 Romano 1. ſub Symmacho.

Faneſtrenſem addit Miræus. Quæ ſedes, vbi ſit, ignoro niſi deducatur à Fano Colonia in Piceno, ſed immediatè illa ſubicijtur Papæ.

Subiiciebantur etiam olim huic Metropoli Rauennæ, Ferraria Ducatus S R. E. habens Academiam, quò ſedes tralata 636. Vogentiâ, vel Vicohabentiâ in vicum redactâ, octauo ab vrbe lapide, Bobium, Mutina, Regium, Parma, Placentia.

Comum.

Aquileienſis Patriarchatus habet Suffraganeos 17. Comenſem, Como, in Ducatu Mediolanenſi ad lacum Larium, qui & hinc Comacenus, Antonini Itiner. gradu lon. 30. 25. 44. 50. de quo Caſſiodorus l. 11. Epiſt. 14. Ennodius l. 1. Epiſt. 6. Appian. l. 2. Iuſtin. l. 20. Liuius l. 37. Plin. l. 3. c. 17. & l. 2. c. 103. & Plinius alter l. 4. Epiſt. vltimâ, Benedictus Iouius de Epiſcopis Comenſibus, Ammianus Marcellinus l. 15. Strabo l. 4. & 5. Ptolem. l. 3. c. 1. Suetonius in Cæſare c. 28.

Veronenſem, Verona 32. 0. 44. 30 De quâ Silius l. 8.

Tum Verona Athe ſi circumflua, Liuius l. 5 Plin. l. 3. c. 19. Ptolem. l. 3. c. 1. Tacit. hiſt. l. 3. Colonia copiis valida, Taurinus Sarayna patriam deſcripſit. Veronenſes fuere Catullus, Macer, Vitruuius. Conditur à Gallis, apud Iuſtinum l. 20. & in Panegyrico Conſtantini, & de Veronæ ſanctis Epiſcopis extat liber Auguſtini Valerii Cardinalis Epiſcopi Veronenſis.

Patauinum, Padua, de quâ vrbe & eius Academia Iacobus Midendorpius l. 4. Strabo l. 5. Plin. l. 3. c. 19. Ptol. l. 3. c. 1. Tacitus l. 2. & 3. hiſt. Mela l. 2. c. 4. Virgilius l. 1. Æneid, Franciſcus Guicciardinus l. 8. Sueton. in Auguſto c. 14. Cicero Philippic.

Phillipp.12.& l. 2. Epiſt.30.ad Atticum,& Aſconius ipſe Patauinus, Solinus c.8. Martian. Capella l. 6. Ælianus l. 14. Annal. c. 8. Martial. l. 11. Epigram. 17. in Mediterraneis decimæ regionis Italiæ 32. 40.44.40. ad Meduacum majorem, ſeu Brentam fluuium, diſtatque Venetiis in Occidentem Hybernum 25. M. P. Hiſtoriam verò huius vrbis copioſè deſcribit Bernardus Scardeonius. Legendus Seneca ad Heluiam c. 7. Liuius l.1.& 10. in quà vrbe ſunt 25. parochiales Eccleſiæ, Monaſteria virorum 22. fœminarum 18. Hoſpitalia 8.& in Cathedrali Eccleſiâ 30. Canonici, vbi primus Epiſcopus fuit S. Proſdocimus, in Martyrologio 7. Nouembris,& memoratur cap. intelleximus de iudiciis: ſed & nominatim Patauium vrbem Galliæ Tranſpadanæ facit Dio l. 41. Quæ Aſillum litterarum, & cuius Agrum fertilitatis ſumen natura eſſe voluit, vt eſt inſcriptum portæ, quâ itur Venetias.

Vicentinum, Vicentia, Vicenza. 32.30. 44.35. de quâ Ptolem. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 19. Tacit. l. 3. hiſt. Strabo l. 5. Ælianus l. 14. c. 8. Antonini Itiner. Baptiſta Paliarinus, Iuſtin. l. 20. Qua in vrbe 1167. obiit S. Theobaldus Calendis Iulij.

Taruiſinum, Treuigi, 32. 50.45. 0. ad Silim fluuium, Paulus Diaconus l. 2. hiſt. Longobard. Candidus l. 6. rerum Aquileienſium, Leander, Ioannes Bonifacius in hiſtoria Taruiſina, à qua vrbe nomen Marchiæ Taruiſinæ.

Concordienſem, Concordia, gentis Picæ 35. 15. 45. 30. Ptolemæo l. 3. c. 1. aliis 33. 20. 45.15. Melæ l. 2. c. 4. Plin. l. 3. c. 18. Antonino, Straboni.

Cenetenſem, Ceneda, in Concilio 6. Conſtantinopolitano Agathiæ,& Fortunato, Paulo Diacono & Reginoni.

Feltrienſem, Feltro, 32.30. 45. 15. Plinio l. 3.c. 18. ad Anaxum fluuium, ſeu Piauem.

Remnius Palæmon Vincẽtinus apud Sueton. c 23. Claror. Gramm & in S. Hieronymi Chronico. Taruiſium, Procop. l. 2. Fortunat. l. 4. de vitâ S. Martini. Feltria.

Bellunenſem, Ciuidal di Belluno, vbi Epiſcopus Aloyſius Lolinus Patricius Venetus, vir pietate, doctrina, & morum honeſtate clariſſimus, nobis in Italia degentibus pro ſua ſingulari humanitate amicus, de qua vrbe Ptolom. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 19.

Polenſem, Pola, quæ Iulia pietas, Straboni l. 5. Plin. l. 3. c. 19. Ptolem. Antonini Itinerar.

Parentinum, Parenzo, Ptol. l. 3. c. 1. Plin. l. 3. c. 19.

Tergeſtinum, Trieſte, Cæſari, Plin. l. 3. c. 19. Straboni, Ptolem. Diodoro, Dionyſio 23. M. P. Aquileia, Antonin. Itiner.

Petinenſem, Petier.

Iuſtinopolitanum, Capo-d'Iſtria, Sabellicus l. 2. Ennead. 8. vbi olim Ægida Plinij l. 3. c. 19.

Æmonienſem, Citta noua in Iſtria, infra.

Mantuanum, vbi Ducatus gentis Gonzagæ, cuius caput Mantua 31. 40. 44.30. Clauio, Straboni l. 5. Plin. l. 3. c. 19. Ptol. l. 3. c. 1. Martiali, Silio l. 8.

Mantua Muſarum domus, &c. Gobelin. Commentar. Pij 2. Stephano ex Polybio l. 17. Virgilius Æneid. 10. v. 200. vbi Seruius, Pimpontius, & Lacerda.

Tridentum, Trento 31. 50. 45. 0. vrbs ad Atheſim fluuium à Gallis condita, Concilio œcumenico celeberrima, cuius Epiſcopus exemptus, Ptol. l. 3. c. 1. Iuſtin. l. 20. Platinæ in Gelaſio, Blondo l. 9. hiſt. Ammiano l. 16. Pirrho Mantuano de Ducibus Tridentinis, Plin. l. 3. c. 19. Inueni etiam aliquando Maranenſem, Maran.

Venetus Patriarchatus habet Suffraganeos.

Cladienſem, Chioza, quæ foſſa Clodia, Plin. l. 4. c. 16. & Torcellenſem, vtrumque in Æſtuariis Venetis. Hic verò Patriarchatus olim Gradenſis fuit dictus, ſed qui Suffraganeos habebat Caſtellanum, ſeu Venetum, Matamacenſem, ſeu Malamoco, ad oſtium Atheſis, Plin. l. 3 c. 16. qui poſtea Clodienſis 1105.

Caprulenſem, Caorle.

Equilenſem, ad fauces Anaxi, vel Plauis fluuij 33. 10. 45. 0. vbi fuit Epiſcopus Petrus de Natalibus Author Catalogi Sanctorum.

Gabriel Fiamma, Epiſcopus Clodienſis, egregius Concionator. Caprula, vel Cabuta.

Æmonienſem, ſeu Ciuitatis nouæ in Iſtria qui nunc ſub Patriarchatu Aquileienſi, vt olim vetus Æmonienſis inter Italiam & Noricum. Qua de re Sabellicus & Candidus in hiſtoria Aquileienſium, Volaterranus, Niger, Leander. Et *Torcellanum* in Æſtuariis, ſeu paludibus Gallicanis 7. M. P. à Venetijs, ex Altinenſi. Altinum verò in Gallicis paludibus memoratur Vitruuio l. 1. c. 4. Plin. l. 3. c. 16. & 18. Melæ c. 4. l. 2. Straboni l. 5 Ptol. l. 3. c. 1. Herodiano, Martiali l. 4. Epigram. 25.

Æmula Bajanis Altini littora villis, diſtans Patauio 33. M. P. ab Aquileia 62. Antonino ad Silis fluuij oſtium.

Caſſiodor l. 12. Epiſt. 22 Columella l 7. c 2.

Cæterùm ad hunc modum breuiter ſe habet Gallia quam per partes ſerie litterarum copioſius hic deſcripturi ſumus, ſi prius aliquas ipſius laudes, maximè ad Reli-

gionem Chriſtianam ſpectantes palàm propoſuerimus. Ac primùm Gallia duas res ſemper ſtudioſiſſimè perſecuta eſt, rem militarem & argutè loqui. Cato Origin. apud Soſipatrum Cariſium, quo alludit Auſonius Moſellam alloquens:

Te clari proceres, te bello exercita pubes,
Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ, Vnde

Armipotens eidem dicitur, Gallia animoſa Claudiano, non pauens funera Horatio l. 4. Ode 14. Semper armorum auida Liuio, & facunda Iuuenali ſatyra 15. & vbertatem, nitoremque ſermonis Gallici laudat ſanctus Hieronymus Epiſt. 4. ad Ruſticum Narbonenſem. Sed ea laus eſt ſingularis, quæ Gallis tribuitur à S. Hilario in libro de Synodis, quod ſemper fuerint conſtantes in Religione Catholica, & Apoſtolica. Hinc Galliam monſtra non habuiſſe, ſed viris fortiſſimis, & eloquentiſſimis abũdaſſe teſtabatur ſanctus Hieronymus aduerſus Vigilantium, quod ex eo referunt Arnulphus Lexouienſis Epiſt. 21. & Petrus Venerabilis l. 3. Epiſt. 10. Quod longè antea

Populus ſubſtantiuus in h ſt. S. Benigni. M. S.

S. Polycarpus monuerat ſanctum Benignum in latiſſima Galliarũ regione regenerandũ eſſe ipſius prædicatione populum ſubſtantiuum, id eſt ſtabilem in vera fide ſubſtantia rerum ſperandarum, ſemel agnita & ſuſcepta, nec infixum in limo profundi hæreſeõn, vbi non eſt ſubſtantia. Poſtea Francorum Reges nomine & re ſemper fuere Catholici & Chriſtianiſſimi. Sic enim Clodouæus Catholicus Eccleſiæ filius appellatur Concilio 1. Aurelianenſi; & hoc eſſe è priſtina dignitate diadematis Regum Francorum, vt perſonæ Eccleſiaſticæ etiam exules regni ſecuritate, & pace perfruantur, in Quadrilogio, ſeu proceſſu canonizationis S. Thomæ Cantuarienſis. Sic Gregorius Magnus l. 5. Epiſt. 6. ad Childebertum: Eſſe Regẽ, ait, quod ſunt & alij, non mirũ eſt, ſed eſſe Catholicum, quod alij non merẽtur, hoc ſatis eſt, & Epiſt. 58. ad Theodericũ & Theodebertum. Deus inquit, Regnum veſtrum fidei rectitudine decorauit, & integritate

Rex non eſt Eccleſiæ caput eo modo quo Schiſmaticis vſurpatur, vt alibi notatum.

Chriſtianæ Religionis inter gentes alias fecit eſſe conſpicuum, & l. 8. Epiſt. 114 eoſdem Reges cæteris gentibus glorioſiores eminere quòd gratia Chriſtianæ Religionis eorum Regnum iam olim effulſerit, & l. 3. epiſt. 6. Quantò cęteros homines Regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium Regna, Regni Franciæ lumen excellere. Proinde inter omnes Chriſtianos rectiſſimæ fidei Francos vocat Agathias l. 1. & Paulus Papa Pipinum Regem appellat fundamentum & caput omnium Chriſtianorum, apud Gretſerum. Itaque Bonifacius de Vitalinis præfat. in Clementinas rectè obſeruat cum Romæ Rex dicitur, nec additur nomen, ſubaudiri Regem Franciæ, quia domus Regum Franciæ proprium eſt Romanam Eccle-

Chaſſaneus Cata. Glor. Mũdi, Suidas V. Rex.

ſiam, & Chriſtianam Religionem aduerſus Hoſtes defendere. Gobelinus l. 3. Commentariorum, & Georgius Florus de bello Bononienſi, & puritas ſinceritaſque deuotionis Francorum commendatur à Clemente 5. in c. Meruit. Extrauag. communi de priuilegiis. Vide c. in memoriam diſt. 19. nec Francos eſſe procliues ad ſchiſmata teſtatur Guillel. de S. Theoder. in vitâ S. Bernardi l. 2. c. 1 imò Innocentius 3.

In Cartul. M. S.

ſcribit Archiepiſcopo Bituricenſi Chriſtianiſſimum Regnum Francorum ſemper conſtantem fidei orthodoxæ murum, & inconcuſſum parietem libertatis Catholicæ fuiſſe, ibique aduerſus turbinis cuiuſlibet impetus Religionem deuotionemque

Hinc Ludouicus 11. ad Pium 2. ſcribebat Regna melius defendi Religione quam armis, in Epiſt. Æneæ Siluii Num. 402.

permanſiſſe. Qui quidem Pontifex in c. Nouit. de Iudiciis in 3. Collectione Decretalium egregiè pronuntiat exaltatione Regni Francorũ à Deo benedicti, repręſentari ſublimationem Sedis Apoſtolicæ. Extat quoque Rabani ſiue Alcuini liber de Antichriſto, vnde hanc ſingularem ſententiam huc transferre libuit. Quidam, inquit, noſtri doctores dicunt, quod vnus ex Regibus Francorum Romanum Imperium ex integro tenebit, qui in nouiſſimo tempore erit maximus & omnium vltimus, qui poſtquam Regnum ſuum gubernauerit ad vltimum Hieroſolymam veniet, & in monte Oliueti ſceptrum, & coronam ſuam deponet: hic erit finis & conſummatio Romani, Chriſtianique Imperii, ſtatimque venturum Antichriſtum. Quibus aliquid ſimile in fragmentis S. Methodii Petracenſis reperitur. Neque diſſimili ratione magnus Cham Tartarorum vocabat S. Ludouicum defenſorem Religionis Apoſtolicæ, & Filium legis Euangelicæ, apud Vincentium l. 32 c. 91. *Ainſi le Royaume de France eſt la fontaine de creance, & d'excellence pour les nobles Egliſes, qui y ſont, & les nobles prelations: Et le Pape Boniface 9. diſoit que Charles 6. eſtoit le ſouuerain Roy de toute Chreſtienté, & par lequel ſaincte Egliſe deuoit eſtre enluminée plus que par nul autre, Froiſſard volume 4. c. 55. Qui rapporte auſſi que l'Ambaſſadeur du Roy de Boeſme appelloit la Maiſon de France, la Colomne de la Chreſtienté.* Iamque antea Gregorius 7. Epiſt. 36. l. 1. ad R. Epiſcopum Cabilonenſem Regnum Franciæ nuncupauerat Religione, prudentia, & viribus potens, ſic Alexander 3. c. 3. de Magiſtris, ait Eccleſiam Gallicanam,

quantò

quantò Maiorum perſonarum ſcientia, & honeſtate præfulget, eò potius cauere, quæ confundere videantur Eccleſiaſticam honeſtatem. Non igitur immeritò Clemens 8. ad Præſules Franciæ ſcribens 1598. Auguſti 17. Ferrariâ, ille, ait, qui diues eſt in miſericordia regnum nobiliſſimum non dereliquit, vnde vt fortiſſimi Martyres, tot Sanctiſſimi Epiſcopi, tot Chriſtianiſſimi Reges prodierunt, in quo ſuperſunt ſemina veteris pietatis & auitæ Religionis, quæ veſtra diligenti cultura ſunt excolenda, vt reuulſis vepribus, & ſpinis, læta, & copioſa ſeges ſuccreſcat in illa Chriſtianiſſima Gallia, quæ ob inſignem in fidei integritate conſtantiam à veteribus celebrata eſt, & Illuſtribus elogijs ornata, quod Monſtra non aluiſſet Eccleſiæ verò in Gallia meminit S. Irenæus l. 1. c. 3. Tertullianus aduerſus Iudæos c. 1. Arnobius l. 1. eaque eſt, de qua Regius Vates prædixerat Pſalmo 21. extremo. *Annuntiabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt Cœli iuſtitiam eius populo, qui naſcetur quem fecit Dominus.* Nam & ipſi Francogalli fidem Hiſpanis reſtituerunt, qui poſtea eam in vltimas terrarum oras deportarunt. Nec omittendum in laudem Galliæ Chriſtianæ teſtimonium Aratoris præfatione in Actus Apoſtolorum.

Sunt quia Pontifices in Religione Magiſtri,
Gallia quos multos dat ſtudioſa bonos,

Quibus conſentiũt multi ordines Religioſi, quorum capita eminent in Galliâ, Cluniacum, Ciſtercium, Cartuſia, S. Antonij, Grandiſmons, Præmonſtratum, Valliſcaulium, Vallis Scholarium Ceruus-Frigidus Maturinorum, ſeu fratrum ſanctæ Trinitatis de redemptione captiuorum, Fons Ebraldi, & olim Templariorum, item S. Dominicum, & S. Ignatium ordines ſuos primùm in eadem Gallia inſtituiſſe. Adde ordines Equitum, Stellæ, Velleris, S. Michaëlis, & S. Spiritus, & aliquot alios ad maiorem Dei gloriam, & ſingularem Nobilitatis Franciæ Religionem declarandam, à Principibus Chriſtianiſſimis excogitatos, & excultos fuiſſe. Præterea notabis Francos venationi maximè deditos fuiſſe, tamquam Bellicæ diſciplinæ parti, vt appellatur ab Ariſtotele l. 4. Politic. & Xenophonte Cyropediæ l. 1. Vnde Franci ex Ouidio 1. Metamorphoſ. v. 451. poſſunt dicere cum Phœbo

Qui dare certa feræ, dare vulnera poſſumus hoſti.

Quo reſpicit Nemeſianus in Cynegetico.

Venandi cano mille vias, hilareſque labores,
Diſcurſuſque citos ſecuri prælia ruris, Et Gratius
Dona cano Diuum, lætas venantibus artes,

Hinc Petrarcha l. 1. de remediis vtri. fort. Dialogo 32. Quondam ait Latinorum, nunc Gallorum Ars propria eſt, quod & res probat, & illorum ſcriptores aliqui gloriantur. Itaque vt ſileam reges, quorum tota vita venatio eſt, ſummus apud illos Regum, quantum ab armis otii fuit, venatu, vt vides, aſſiduo ſemper exercitus, ad extremum morti proximus, venatu etiam laſſitudinem ſenectutis, atque incommoda refouet. Sic Dagobertus more gentis Francorum, venationibus adoleſcentiam ſuam exercere dicitur, in Breuiario Sandionyſiano, hinc Sidonius de Anthemio.

Venatio, de quâ Saliſberienſis l. 1. c. 4. Polycratici. Dio Chryſoſt. Orat. 3 de Regno. Syneſ. epiſt. 148. Oppianus, Gratius, Nemeſianus, Adrianus Cardinalis, Natalis Comes.

Iuuentas agitare feras, & fronde latentes
Quærere, deprenſas modo claudere caſſibus arctis.
Nunc toto penetrare veru.

Et antea Saluſtius de Iugurtha Rege pleraque tempora in venando agere, feras primus, aut in primis ferire. Sic Iullius Pollux vult Venatorem eſſe iuuenem, laborum & periculorum amantem, ferarum aduentum intrepidè expectantem, hinc Claudianus,

Quis Stilicone prior ferro penetrare leones.
Comminus, aut longè virgâ transfigere tigres?

Et Darius inſcribi voluit ſepulchro ſe ſuperaſſe omnes Venatores, & Odenatus venatu memorabili ſemper inclytus, apud Spartianum. Nec verò alia carne veſcebantur Parthi, quàm venatione partâ, apud Iuſtinum l. 41. Præclare Cæſar l. 6. de Germanis. Vita, inquit, omnis in venationibus, & ſtudiis rei militaris, idem fere de Lacedemoniis, ſed & venationem à vitiis auertere teſtatur Ouidius l. 1. de remedio; Cicero. 5. Tuſculanâ.

Vel tu venandi ſtudium cole, ſæpe receſſit,
Turpiter à Phœbi victa ſorore Venus.

Quod inter plures olim in Maximiliano Imperatore patuit, & nunc in Chriſtiano Principe noſtro Ludouico 13. claret, cuius aperto conclaui (vt Auſonius de Gratiano teſtatur) non ſanctior Ara Veſtalis, non Pontificis cubile caſtius, non puluinar

flaminis tam pudicum. Sed & venandi ſtudium conferre Adoleſcentibus, non ſolum ad corporis agilitatem, bonamque valetudinem, verum etiam ad locorum prouinciæ, ſeu Regions cognitionem innuit Plato l. 6. Legum, quod de Regibus Aſſyriorum docet Suidas, & de Perſis Briſſonius: ſic Maximinus Legiones Romanas venationibus exercebat, quo alludit Virgilius l. 9.

Vidimus obſcuris primam ſub vallibus vrbem
Venatu aſſiduo, & totum cognonimus amnem. Sic de

Cæſare ipſe Cæſar. l 4. Magno vſui fore arbitrabatur, ſi loca, aditus, portus, vada, & genus hominum proſpexiſſet, aliàs, viæ ignarus, Cyclopum allabitur oris, Æneid. 3.

Et Carolus Magnus inter cæteros Galliæ Reges Venationes quotannis in Vogeſo, aut Arduennâ agitare conſueuerat cum pietati in Deum & Rempublicam ſatisfecerat, qualem Trajanum Venantem Plinius deſcribit Ita Gogo Princeps apud Fortunatum l. 7 Epigrammat. 4.

Aut æſtiua magis Nemorum, ſaltuſque pererrat
Cuſpide, vete feras hinc capit; inde necat.

Ita quoque Andreas Naugerius in oratione funebri Bartholomęi Liuiani, Venatione, inquit, cum in otio eſſet plurimum delectatus eſt, atque ea quidem variè, cum robuſtiore eſſet corpore, in agreſtes ſues ferri, vrſos aggredi, in difficillimis quibuſque exerceri conſueuit, mox ingraueſcente iam ætate leporum venationes, falconum aucupia ſecutus eſt: his delectatus cæteras omnes, quæ corpori, atque animo officiunt voluptates, quantum potuit aſpernatus eſt: numquam in earum poteſtate fuit. Sed & Reges noſtri cum proceres externos aduentantes honorifice volunt excipere, eis obuiam venando proficiſcuntur. Venari autem præciſe non eſt ſeruile opus, cum id fit animi exercendi gratiâ, nec prohibitum in die feſto, legere eſt apud Azor. p. 2. l. 1. c 24. At qualiter Clericis non liceat venari, alibi diximus. Deſino iã de hac Venaturâ ſi hoc vnum addidero, ſanctum Hubertum in eâ captum fuiſſe à Deo, & Deum ab ipſo, pari ratione, ac Macedonius è vetuſtis patribus vnus Duci militum intento venationi dixit, ſe quoque Deum in monte venari, nec à tali perſecutione ceſſaturum donec eum cœpiſſet. Quæ poſtea mens fuit Magno Allobrogum Duci Amedeo legatis Principum demonſtranti pauperes, quibus, ceu catulis fidelibus, Regnum cœleſte prædam opimam venabatur. Vtinam nobis idem animus, inſtar cerui ad fontes aquarum deſiderantis. Et dum Galliam generaliter ſic delineo, ecce iterum Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Cardinalis Maffæi Barberini, & Vrbani 8 nomine, bono publico in Pontificem Optimum Maximum electi poëmata excuduntur mellitum opus Muſarum, Delij merum delitium, vnde Auctarij vice,

> Theodor. Cypri Epiſ. c. 13 in vitis Patr
> Venationẽ eius benedicens. benedicã, Pſal. 132 v. 15. vt legit S. Hieron. Pſal. 41.

Quo mage principio grata coronis erit. Sequentia placuit delibare, quibus tamquam inimitabili penicillo depingitur.

Obiectu gemini Maris,
Illinc Pyrenes, arduis hinc Alpium
Præcincta muris, ingenio ſoli.
Flexúque diues fluminum,
Fortium turmis equitum verenda,
Heroum genitrix Gallia, bellicis
Fæcunda palmis, inclyta Regibus,
Quos longâ ſerie dedit
Priſci Francionis genus.

Porrò hîc abſtinere non poſſum, quin amore patriæ dulciſſimæ victus, & deuinctus verba Philippi 1. Regis Franciæ in diplomate pro Dionyſianis 1067. in medium proferam. *In via,* inquit, *bonâ antiquorum Patrum ambulare præcipimur, quia bona opera patrum nobis facienda, & imitanda proponuntur, quatenus eorum conſortes, atque participes ſimus in Cælis, quorum exempla imitari laboramus in Terris.* Vbi reſpicit ad illud Deuteron. 32. 7. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas, interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, Majores tuos, & dicent tibi,* & ad Dauidis Monita. *Conſiderate, & perquirite cuncta mandata* Domini Dei noſtri, *vt poſſideatis terram bonam, & relinquatis eam filijs veſtris poſt vos vſque in ſempiternum* 1. Paralip. 28. 8. & Ieremiæ 6 16. *State ſuper vias, & videte quæ ſit via bona, & ambulate in eâ, & inuenietis refrigerium animabus veſtris,* & 1. Machab. 2 51. *Mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum, & beatas dicent omnes gentes,* vtrumque

enim

enim θελητὴ ſignificat. S. Hieronymus c. 3. Malachiæ. Et certè *felices Galliæ aruis præpinguibus, & omni fœtu animalium beatiſſimæ*, Solin. c. 24. Sed omni laude maius cenſendum eſt, quòd incolæ tàm felicis ſoli vitam agant beatam ſub optimo Principe Chriſtianorum nobiliſſimo, & nobilium Chriſtianiſſimo. Nam *Beata terra cuius Rex nobilis eſt, filius candidorum, ſcilicet liliorum*, Eccleſ. 10. 17. cuius Majores, Reges, Cæſareſque, Diui ſuperſtites, ac Indigenæ, Ludouici, Caroli, Guntranni, Sigeberti, & Diuæ Reginæ, Clothildis, Radegondis, Bathildis, quæ lucida ſidera proſpero, & ſalutari fulgore longè latéque in partibus cœli clarioribus micare cernuntur. Sic natos Rhodani nię probitatis habet.

Aſtra, quibus ſemper gaudebunt frugibus agri,
Ducet, & apricis in collibus vua colorem.

Quorum motu & lumine torcularia, & trapeta autumnitate plena redundabunt, vt etiam ab antiquis redundarunt, quod vel Tertullianus teſtatur c. 7. aduerſus Iudæos, & Nicephorus l. 5. c. 2.

ARCHEVESCHEZ DES GAVLES PAR ORDRE ALPHABETIQVE.

Où cette marque † monſtre ceux qui ne ſont du Royaume de France.

Aix en Prouence.	Aquenſis.
† *Aquilee.*	Aquileienſis. Patriarch.
Arles en Prouence:	Arelatenſis.
Auſch en Gaſcogne.	Auſcenſis, vel Auxitanus.
† *Auignon.*	Auenionenſis.
† *Beſançon.*	Veſuntionenſis, vel Biſuntinus.
† *Bologne en Italie.*	Bononienſis.
Bourdeaux en Guyenne.	Burdegalenſis.
Bourges en Berry.	Bituricenſis. Patriarch.
† *Cambray.*	Cameracenſis.
† *Canterbury ou Cãtorbie en Angleterre.*	Cantuarienſis, vel Dorobernenſis.
† *Cologne.*	Colonienſis, vel Agripinenſis.
Embrum en Dauphiné.	Ebrodunenſis.
† *Florence en Italie.*	Florentinus.
† *Genne.*	Genuenſis, vel Ianuenſis.
† *Grado.*	Gradenſis. Patriarch.
Lyon.	Lugdunenſis.
† *Mali-ne.*	Machliniacenſis, vel Mechlinienſis.
† *Maience.*	Moguntinenſis.
† *Milan.*	Mediolanenſis.
Narbonne en Languedoc.	Narbonenſis.
Paris.	Pariſienſis.
† *Rauenne.*	Rauennas, vel Rauennatenſis.
Reims en Champagne.	Remenſis.
Roüen en Normandie.	Rotomagenſis.
Sens.	Senonenſis.
† *Tarentaiſe en Sauoye.*	Tarentaſienſis.
† *Tolede en Eſpagne.*	Toletanus.
Toulouſe en Languedoc.	Tolosanus.
Tours.	Turonenſis.
† *Trier, ou Treues.*	Treuirenſis.
† *Turin en Piedmont.*	Taurinenſis.
† *Venize.*	Venetus Patriarch. vel Venetiarum.
Vienne en Dauphiné.	Viennenſis.
† *Vtrecht.*	Vltraiectinus.

DESCRIPTIO

DESCRIPTIO ARCHIEPISCOPATVVM ORDINE ALPHABETICO.

AQVENSES ARCHIEPISCOPI.

Aix en Prouence v.c. 629.

Il. m. cccc.

AQVÆ Sextiæ, Plin. l. 3. c. 4 Sidon. Apoll. carmine 23. à Sextio Caluino Saliorum domitore ſic dictæ, Velleius l. 1. Sextiliæ Aquæ Plutarcho in Mario, Colonia Iulia Auguſta in lapidibus & numis. Vidēdus Strabo l 4. Appianus in Celtico, Florus l.3.c.3. Epitoma Liui 61. 67 & 68. Solinus c 8. S. Hieronymus ad Ageruchiam. Gradu longitudinis 24. 30 latitudinis 43 40. Ptol l. 2. c 10 Geograph. aliis 26. 30. 43. 0. altitudine ſolis 47. 0. vbi dies maxima horarum 15. 11. 20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 55. 57 ad Gnomonem partium 60. & dexter humerus Aurigæ ferè verticalis. 141. M. P. à Narbone Antonino. Hîc Prouinciæ Senatus, ſeu Parlamẽtum vnum ex nouẽ ſupremis iuſtitiæ tribunalibus Frāciæ à Ludouico 12. inſtitutum, diplomate dato Lugduni menſe Iulio 1501. regni 4. ſignato Robertet, præſente Epiſcopo Albienſi. (is eſt Ludouicus qui ſtabilierat Parlamentum Burgūdionum Diuione,) cui primus Præſes præfuit Michael Riccius Neapolitanæ hiſtoriæ ſcriptor egregius, quem temporis interuallo ſecuti ſunt Bartholomæus Chaſſaneus Æduenſis Burgundiæ conſuetudinum eximius interpres, & Conſiliorum ad ius pertinentium, atque catalogi gloriæ mundi auctor ſpectabilis, & Guillelmus du Vair, poſtea illuſtriſſimus Franciæ Procancellarius, & Epiſcopus Lexouienſis. Eſt etiam in eâdem vrbe Camera Rationalium, ſeu Computorum, ad Collegium Tribunorum ærarii, ſeu Quæſtorum, ſeu Theſaurariorum, A id eſt, finantiarum, vt ita dicam, generalitas, necnon fabrica Monetę, cuius nota, &. Huius verò Metropolitanæ S. Saluatori transfigurato dicatę, in ſecundâ Narbonenſi, ſeu Viennenſi tertiâ, quinque ſunt ſedes ſuffraganeę vt ſuperius diximus. Abbatię autem à nobis nullę adhuc obſeruatæ, nec Parrochiarum numerus initus Porrò de nomine, & dignitate Archiepiſcopi, conſule ſi placet Arnulphū Ruzęum tractatu de ſublimi Archipręſulum ſtatu, & Mètropolitanę ſedis pręrogatiuâ, Azor inſtitut. moral. p. 2. l. 3. c. 33. Fileſacum de ſacrâ Epiſcoporum auctoritate c. 9 Lęlium Zecchium de Republ. Eccleſiaſt pag. 111. Bertherium Diatribe 2 c 1. Pithanôn.

Cęterùm huic Cathedrę pręſederunt Archiepiſcopi, quos hîc damus, alios auidiſſimè deſiderātes, hiſq; numerorum ordinis notas margini præfiximus, licet multi in hoc Catalogo, & in aliquibus aliis imB perfectis deſiderentur, ea ratione moti, quam ſupra Lectori indicauimus.

1 *S. Maximinus*, Martyrol. 8. Iunij, & Breuiarium Rom. 29. Iulij, vnus ex 72. Diſcipulis Chriſti, Petro de Natalibus Epiſcopo Equilino in Catalogo Sanctorum l. 5. c. 10. Baron. A C. 3. Vincent. Bellouacenſi l. 10. c. 101. vbi & comes S. Lazari, & ſanctę Magdalenę dicitur, ac Martino Polono in Chronico.

2 *S. Sedonius*, vel *Chelidonius* traditur fuiſſe cæcigenus ille qui à Chriſto lumen accepit, Ioan. 9. Catal. Sanct. l. 5. c. 102. Philippo Ferrario in Tabulâ Geographicâ Martyrologii.

3 *Lazarus* 420.

4 *Baſilius*, & ſcribit Sidonius l.7. epiſt.6. vt coniicit R. P. Iacobus Sirmundus S. I. Qui vir integerrimus, & eruditiſſimus, viua voce, monitis, cōſiliis, ſcriptis multùm in his colligendis nos iuuit. Interfuit exequiis S. Honorati Arelatenſis.

5 *Maximus*, in Concilio Aurelianenſi 4. 545.

6 *Auolus* Concilio Aurelianenſi 5. 552.

7 *Franco*, Sigeberto Rege.

8 *Pientius*, Concilio Matiſconenſi 2. 588. Aymoin. l. 3. c. 46.

9 *Protaſius*, apud S. Gregorium l. 5. epiſt. 55. indict. 14. menſe Iullio A. C. 590.

10 *Odelricus*, Flodoardo, l. 4. c. 22. & 34.

11. *Robertus*, ei ſcribit Ioannes Papa 8. circa A. C. 880. & Bozonis coronationi intereſt.

12 *Iſrael*, nominatur in Cartâ Montismajoris cum Boſone Comite 911.

13 *Silueſter*, 966.

14 *Amalricus* 1002. & 1010. Rodulpho Rege Prouinciæ.

15 *Petrus* 1030. & 1048. indict. 1. 15. cal. Iullij feria 2.

16 *Pontius de Caſtro-Raynardi* 1053. Intereſt Synodo Toloſanæ 1056. Baron.

17 *Roſtagnus* 1073. & 1082.

18 *Petrus* 1082. conſecrat Eccleſiam S. Saluatoris Aquis 1103. Pallium accipit à Paſchali anno 4. Pontificatus.

19 *Fulco* 1120. Viennæ coram Callixto Papâ cum Berengario Foro-Iulienſi & Manfredo Antipolitano, adfuit abſolutioni Guigonis Comitis Folcaquerii.

20 *P* .. Ei ſcribit Anaſtaſius Papa pro Abbate Maſſilienſi 1154.

21 *Hugo* 1166.

22 *Bertrandus* 1179.

23 *H* ... 1181.

24 *Guido* 1188. menſe Martio, & 1196. declarat ſexaginta ſolidos regales coronatos valere marcam argenti. Obiit 4. Idus Martii 1211. cum ſediſſet annos 25. menſes 6. Dedit Eccleſiæ patrimonium ſuum quod habuit Aquis.

25 *Bermundus Cornuti* 1213. arbiter pro ſucceſſione comitatus Folcacariēſis. Obiit 7. idus Aprilis 1223. vixit in præſulatu ann. XI. Ei itaque, aut Guidoni Anteceſſori ſcribit Innocentius 3. l. 1. epiſt. vt reſignationem admittat Epiſcopi Foro-Iulienſis, & alium idoneum eligi curet.

26 *Raymundus*, nominatur 1230. & 1238.

27 *Ioannes*, Arbiter eligitur inter Bertrandum des Baux, & Guillelmum Porcelet, Berengario Prouinciæ Comite 1240.

28 *Philippus*, obiit 4. idus Februar. 1256. ſedit ann. 5. m. 8.

29 *Hugo* 1257.

30 *Vicedominus*, electus ex Præpoſito Graſſenſi 1257. 4. cal. Septembris. Statuta Diœceſana edidit 1259. calend. Iunii, qui & nominatur 1275.

31 *Grimerius* 1276. Obiit 1280. XI. calend. Decemb.

32 *Roſtagnus* 1284. & 1303. Quo tempore conditur Conuentus Prædicatorum in honorem S. Maximini in Ville-latâ, quæ inde ſancti Maximini nomen ſumpſit, Bonifacio P. 8. probante. Dominicani apud S. Maximinū.

33 *Robertus* 1316.

34 *Petrus Aureoli*, de Verberiâ ad Aeſiam fluuium, Ordinis Minorum, Cardinalis, S. Antonino tit. 24. c. 8. §. 2. & Poſſeuino in Apparatu Sacro, fortè idem qui Petrus de Prælatis dicitur Almarico Biterrenſi, Cardinalis 1320. *Verberia, Verberie ſur Oyſe. olim Vermeria in Capitularibus Caroli Calui, & Aymoin. l. 4. c. 57.*

35 *Iacobus* 1326.

36 *Arnaldus*, vel *Arnaudus*, cognomento Bernardi de Fireto 1331. 25. Aprilis. Hommium facit Philippo de Saxineto Seneſchallo. Intereſt Synodo Prouinciali in æde S. Ruffi 1337. 3. Decembris. Obiit 12. calend. Auguſti. Sepultus in Capella S. Gregorii quam fundauerat.

37 *Guillelmus Amici*, ex Epiſcopo Carnotenſi 82. poſtea Patriarcha Hieroſolymitanus 1343.

38 *Ioannes Piſcis*. Obiit 10. Octobris 1368. ad quem ſcribebat Vrbanus 5. 1364.

39 *Giraldus*, vel *Guiraudus Toſilacus* 1372. Obiit 1379. 10. cal. Ianuar.

40 *Ioannes de Agouto*, electus calendis Iunii 1379. *Agout porte d'or au loup rampant d'azur armé & lampaſſé de gueule.*

41 *Thomas de Puzio*, dedit multos libros Bibliothecæ S. Saluatoris. Obiit 1420. 15. calend. Octobris.

42 *Guillelmus Philaſterij*, Cœnomanenſis, Decanus Remenſis, Cardinalis S. Marci, adminiſtrator perpetuus Aquenſis calēd. Ianuar. 1424. Legatus Sedis Apoſtolicæ ſub Papâ Martino 5. in Galliâ, maior nonagenario mortuus eſt 8. Idus Nouembris 1428. ſepultus Romæ ad ſanctum Chryſogonum.

43 *Aimo Nicolai* Ordinis Prædicatorum, antea S. Pontii Epiſcopus 1428.

44 *Bernardus* 1430. Cardinalis Felicis 5. 1440. Vion in Ligno vitæ l. 2. c. 18. Sed rectius ad Aquenſes Epiſcopos refertur.

45 *Petrus de Fuxo*, Cardinalis Legatus.

46 *Robertus Damiani* 1448.

47 *Georgius Oliuarius de Pennart* 1478. Obiit 5. calend. Febr. 1481. ſepultus in S. Saluatore.

48 *Philippus* 1492.

49 *Petrus Filholi de Ganaco* in Borbonio, Gubernator Pariſiorum. Obiit 1540. 22. Ianuarii, ætatis 102. Iacet Lutetiæ apud Franciſcanos.

Franciſcanos. Vixit in præſulatu ann. 34. A
M. 11. D. 14. fuit etiam Præſes Cameræ computorum in vrbe Galliarum principe.

50 *Antonius Filholi*, Petri Nepos, in Concilio Tridentino 1545. Seſſione 5. obiit 2. Nouembris 1550.

Filholi porte d'azur à la bande d'or accompagnee de deux glands de meſme, auec deuiſe, Corde & animo.

51 *Laurentius Strozzius*, Philippi, ex Clarice Medicæa filius. Obijt Aueniane 1571. fuerat antea Epiſcopus Biterrenſis & Albienſis.

52 *Iulianus de Medicis*, Petri Franciſci, & Mariæ Soderini filius, ex Biterrenſi Epiſcopo, poſt Epiſcopus Albienſis.

53 *Alexander Canigianus*, Antonij, ex Argentinâ Soderini filius habuit Synodum B
Prouincialem editam Pariſiis 1581. Quo anno Capucini in vrbe ſtabiliuntur Interfuit Comitiis Bleſenſibus 1588 Eiuſdem gentis floruit Ioannes Maria Abbas Generalis 32. Vallis Vmbroſæ Epiſcopus Hypponenſis mortuus 1523 Antonij verò meminit Carolus à Baſilica in vitâ extrema S. Caroli Boromæi.

54 *Gilbertus Genebrardus*, Ricomagi in Aruernia natus, Monachum Mauſiaci profeſſus, Præceptoribus vſus in Græcis Turnebo, in Philoſophicis Carpentario, in Theologia Sanctæo, ex Regio litterarum Hebraicarum Profeſſore Archiepiſcopus C
1592. Obiit 1597. 16 Februarij, vt habet inſcriptio monumenti in B. Mariæ Semurienſis Prioratu, quem viuens religioſiſſimè adminiſtrauerat, de quo Prioratu nos infra in Epiſcopis Lingonenſib n. 49 At de Genebrardo Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Vion in Ligno vitæ, & plures plura, ſed nunquam ſatis, vbi materia ſuperat opus, inter quos Franciſcus de Sales Epiſcopus Geneuenſis l. 11. de Amore Dei c. 11. cui Genebrardo mortuo, immortuo, ære alieno iam olim parentauimus.

Genebrard decedé au grand regret de toute la Chreſtiété pour ſa profonde Theologie, & ſçauoir vniuerſel, Caſar de Noſtre-Dame en ſon hiſtoire de Prouence, & Sponde.

Abſtulit vna dies aut decus, ictaque luctu
Conticuit ſacræ triſtis facundia linguæ.

Cornel. Seuer de Cic. apud Senec.

Nec immeritò præclarum Eccleſiæ, litterarumque Sidus ab Opmero nuncupatur. Vide R. P. Hilarionis de Coſte Elogia illuſtrium Galliæ virorum Is eruditione, & pietate magnus, profeſſione Minimus, & vnus ex S. Franciſci à Paula Nepotibus.

55 *Paulus Hurault*, de l'Hoſpital Dominus de Vallegrand, ex Magiſtro libellorum ſupplicum (de cuius gente infra in Epiſcopis Æduenſibus n. 81) vrbem ingreditur 1599 Epiſcopis Ciſteronenſi, & Graſſenſi, Cappæ ipſius caudâ ferentibus. Orationem habuit Pariſiis in funere Mathiæ Imperatoris. Patres Oratorii, & Vrſulanas, ac Patres Societatis Ieſu in vrbem euocauit, acerrimus iuris Eccleſiaſtici propugnator, & auctoritatis Epiſcopalis aſſertor egregius. Quo loco in mentem venit ſententia Gregorii Turonenſis l. 2. Hiſt Franciç c. 25 Illud ſine hæreſi accipi non poſſe, vt in Eccleſia non obediatur ſacerdoti Dei, cui ad paſcendum, oues commiſſæ ſunt. Obiit 1624. Septemb.

Patres Oratorii. Vrſulanæ.

56 *Guido Hurault.*

Arelatenſes Archiepiſcopi.

ARELAS, ſiue Arelate, vulgò *Arles*, ad Rodanum, cuius fluuii vtramque ripam olim ponte coniungebat, vnde duplex, & Gallula Roma, Auſonio, & Caſſiodoro, Colonia Sextanorum apud Salios, Plin l 3. c. 4. Melæ l 2. c. 5. Sueton. Tiber. c 4 Rom. Martyrol. 5. Maii, Arelatus Auieno, in oræ maritimæ deſcriptione, & Mamillaria, ſeu Theline, nobiliſſimum Oppidum, Iſidoro in Chron. Goth. gradu longitud. 24. 45. latitud. 43. 0. Ptolomeo l. 2. c. 10. vel 25 30 42. 50. Clauio, de qua ſic Fortunatus l 5 c. 2.

Arles porte le Lyon croupy ſur ſes iãbes de derriere.
Flor. ü. M.

Atque aſcita ſibi ſeruetur ab vrbe Geneſi,
Regula Cæſarij Præſulis alma pij.

Ad quā vrbem à Burdegala numerātur in Itinerario Ieruſalē Pithęi 371. M. P. mutationes 30 manſiones 11. & ab Arelate Mediolanum 375. M. P. Arelatis meminit Vlpianus l. 15. habebat, de inſtitoria Actione, & Sceuola l. 34. de vſufructu legato, Caſſiodorus l. 8. Epiſt. 10 Strabo l. 4. S. Auguſtinus l. 1. c 6. contra Epiſtolam Parmeniani, Hincmarus epiſt 6. c. 17. Majorianus Nouella de Adulteris, & Nouella de Epiſcopali iudicio, & l 2. C. Theod. de diuerſ. Offic. & Appellationibus l. ex illo 13 C de Appellationibus, & D
l. 2. C. vt lite pendente, Ligurinus l. 5.

Regula hæc dictante Cæſario ſcripta monachis à Tetradio, extat. in Bibliotheca Patrum. & memoratu à Greg. Toron. l. 9. c. 39. 40 & 42.

Quique caput Regni, ſediſque fuiſſe vetuſt:
Fertur Arelatum priſcorum curia Regum.

Et Ericus l. 2.

Vrbs Arelas fundatoris cognomine primi:
Hoc dixiſſe ferunt incerto tempore nomen.

Hęc etiam vrbs dicitur ab Ammiano l. 15. multarum ciuitatum decus, in qua natus Fauorinus Philoſophus, apud Philoſtratum in vitis Sophiſtarum, vbi dicitur ciuitas ad Eridanum Galatarum Heſperiorum, quem locum nec Latinus, nec Gallicus interpres capere videtur. Sed & ibi in codicibus emendatioribus legitur ad Rodanum, eiuſque Archiepiſcopus memoratur c. 13 Qui filii ſint legitimi, & c. 18. de Accuſat. Videndus Azor p. 2. l. 2. c. 26.

Rodanus etiam Eridanus dicitus Græcis vt n Lugdunenſibus monuimus.

Baron. A. C.417.& 450. Anton. Auguſtin. l. 2. c. 11. Epitomes iuris Pontificii, qui Pallium accepit à Papa iam ab antiquis temporibus, vt ait ſanctus Gregorius c.3. in Galliarum 25. q.2. Fileſacus de ſacra Epiſcoporum auctoritate c. 9. §. 12. Iacobus Sirmundus ad Sidonium pag. 245. Bertherius Diatribe 2.c.4. Stephan. Bertrandi reſponſo 331.p.3. hîc tria Concilia fuere habita, de quibus Poſſeuin. Baron.& Binius. Hîc etiam degebat præpoſitus Gynecij, & Theſaurorum, & Procurator Monetæ, in notitia Imperij, & apud Procopium l.3. Omittitur hæc Metropolis in teſtamento Caroli Magni, cū tamen dicatur Metropolis, Notitiæ Prouinciarum in Codice Puteano. Arelatenſi autem Metropolitæ ſubiacent Epiſcopi 4. ſupra enumerati, ſed in hac Diœceſi inueni Abbatias.

Montis-maioris Ordinis Benedictini, de qua Choppinus l.2. Monaſt. tit. 2. n.14

S. Cæſarij fœminarū, in Inſula Camaria. Aymoin. 25. c. 23 Taraſconis fœminarum. Series verò Archiepiſcoporum huius ſanctæ Eccleſiæ, quos inuenire potuimus hæc eſt.

Eccleſia Arelatenſis paſſim appellatur ſācta in Diplomatis Principum & pro inſignibus Aquilam Imperialem gerit, beneficio Friderici, qui Archiepiſcopū Principem Imperij dixit.

1 *S. Trophimus* 29. Decembris Martyrol. vbi notatur ex Zozimo totā Galliam ex eius fōte riuulos fidei hauſiſſe. Quô referendus Tertullianus c.7. Libri contra Iudæos (quem A.C.199. ſcribebat) Cum inquit Chriſti agnitione imbutas eſſe diuerſas Galliarum nationes, Hiſpaniarum omnes terminos, & Britannorū inacceſſa Romanis loca, vbi legendus Iacobus Pamelius, vnde non tanti faciendum Seueri Sulpitij teſtimonium, ad quod Nouatores tamquam ad ſacram Anchoram confugiunt, *Serò trans-Alpes Religionem Chriſti ſuſceptam eſſe*, quod de obſcuris Pagis à queis Pagani, non de claris vrbibus intelligi debere, vel ex vita S. Martini ab eodem Seuero ſcripta cuilibet perſpicacius intuenti palam eſſe poteſt. Idem reſpondemus teſtimonio Gregorij Turonenſis, quem ſanctiſſimum virum credibile eſt memoriæ lapſu à vera temporum ratione aberraſſe, vt inter alios Claudius Eſpeciceus, & Cęſar Baronius viri doctiſſimi iam diu monuerunt, quod & Paulus Vanefrid. antea dixerat agēs de S. Clemēte miſſo à S. Petro, *cum quo Clemente pariter*, ait. *ſicut antiqua tradit relatio, ad eas, quæ præcipuæ erant Galliarum partes, verbo fidei obtinendas, alij quoque Religioſi Doctores miſſi ſunt.* Plura de hoc præſule Ordericus l.1. hiſt. Eccleſiaſt. Bibliotheca Floriac. in vitâ S. Genulphi c.10. Petrus Venerabilis contra Petrobuſianos, Officium proprium Arelatenſis Eccleſię, Lorinus in Actus c. 20. v. 4. Chron. Autiſſiodorenſe fol.33. Baron. in Martyrol.& A.C.417. & 450. vbi primus Metropolitanus ciuitatis Arelatenſis dicitur à Zozimo, & quem Gallia primum ſenſit Apoſtolum, vt eſt in ipſius Epitaphio apud Stunicam in Itinerario Hiſpaniæ. Eſt etiam Arelate domuncula, & vicus ſancti Pauli nomine, qui illuc diuertiſſe creditur dum Hiſpanias expeteret quâ de re Baronius, vt accepi à doctiſſimo viro Simone le Gras Epiſcopo Sueſſionenſi, cui plura debemus. Hunc etiam fuiſſe relictum à ſancto Paulo in Hiſpaniam tranſeunte narrat Mathæus VVeſtmonaſterienſis A. C.57.

2 *S. Regulus* 3. calendas Aprilis, poſtea Siluanectenſis.

3 *S. Feliciſſimus*, ordinatus à ſancto Regulo.

4 *Creſcentinus.*

5 *Iratius.*

6 *Martianus*, hæreticus, vt ſcribit S. Cyprianus epiſt. 67. ad Stephanum Papam A. C. 258. Baronio, & Perronio in Replicâ pag.373.

8 *Marinus*, ſub eo Concilium primum Arelatenſe 314. iudex in cauſâ Donatiſtarum cum Melchiade Papâ, Baron. & Perronio Replicæ pag.373. ex Optato l. 1. & epiſtolâ Conſtantini, apud Euſebium l.10.c.5.&c. prima adnotatio diſt.15. & c. 18. Concilio 2. Arelatenſi.

9 *Ingenius.*

10 *Iulianus*, lapſus in hæreſim Pelagianam, apud Baronium, ex Proſpero.

11 *Valentinus*, in Concilio Agrippinenſi 349.

12 *Saturninus*, Arrianus, vir ſanè peſſimus, & ingenio malo, prauoque, & præter hæreſis infamiam multis, atque nefandis criminibus conuictus, Eccleſiâ eiectus eſt, apud Seuerum Sulpitium, & Baronium 356. cuius factione exulauit ſanctus Hilarius. Quâ de re in Epiſcopis Pictauienſibus.

13 *Artemius.*

14 *Heros*, S. Martini diſcipulus, ſingularis innocentiæ, vrbe expulſus, eique Patroclus ſubrogatus ad promerendam gratiam Conſtantij. Quæ res maximas poſtea exciuit turbas, Sigonius de Imperio Occid. A.C.412. vita S. Honorati, Baron.

15 *S. Patroclus*, de quo Proſper anno 20. Arcadii, & Honorii 418. Memoratur à S. Leone epiſt. 99. & à Baronio A. C. 425. in poſtremâ editione, ex Codice Theodoſiano.

16 *S. Honoratus*, vide Proprium SS. Eccleſiæ

cleſiæ Arelatenſis 16. Ianuarij, & Chronicum Lirinenſe pag. 15. Baptiſtam Mantuanum de ſacris diebus, Baron. Martyrol. 16. Ianuarij, & A. C. 445. n. 16. Ad cũ ſcripſit collationes Patrum Ioannes Caſſianus. Eccleſiam habet ſuburbanam, & inſulæ Lirinenſi nomen dedit, de quâ infra. A

17 *S. Hilarius*, egregiam vitam morte cõſummat anno 26. Theodoſii, apud Proſperum Tironem. Ad eum ſcripſit Eucherius Lugdunenſis de laude Eremi, de quo Leo Papa epiſt. 87. Baron. in Martyrol. 5. Maij, & A. C. 449. Chron. Lirinenſis pag. 103. Proprium Sanctorum Eccleſiæ Arelatenſis, & Chron. Maximi, S. Auguſtin. epiſt. 94. Proſper epiſt. ad S. Auguſtinum, eum vocans præcipuæ auctoritatis & ſpiritualium ſtudiorum virum, qui & à Mathæo Veſtmonaſterienſi eleemoſynarius, & in ſcripturis diuinis Doctor appellatur. Interfuit Cõcilio primo Arauſicano A. C. 441. ex Binio, & Baron. Eum verò facit Viennenſem Epiſcopum Antonius Auguſtinus epi. Iur. Canon. & Fileſacus. De eo etiam Trithemius, Bellarminus, Petrus Damianus epiſt. 18. l. 7. Apoſtolicus ſui temporis Sacerdos, multimodâ virtute pretioſus, fidei torrẽs igneus, cæleſtis eloquii, & præceptionis diuinæ indefeſſus operarius ſanctum Lupum Trecenſem excepit, affatu vt patrem, reuerentiâ vt Apoſtolum, Conſtantius l. 3. c. 34. Vitæ S. Germani, & ex eo Ericus l. 4. B C

Hic tunc Hilarius famâ vſque ad ſidera notus
Præſulis officium, manuque, verboque gerebat
Igneus ille fide cœleſti famine torrens,
Præceptis operã dabat indefeſſus honeſtis.

Alludit ad illud Danielis 7. 10. Fluuius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie eius.

Perronius contra Britanniæ Regem pag. 126. Coeffeteau contra myſterium iniquitatis Pleſſei pag. 250. & Gennadius c. 69. & 99. Iſidorus c. 16. Poſſeuinus, Regino. Hilario autem tale fuit inſcriptum carmen. D

Antiſtes Domini qui paupertatis amorem
Præponens auro, rapuit cœleſtia regna
Hilarius, cui palma dedit & vincere Chriſtus,
Contemnẽs fragilem terreni corporis vſum,
Hic carnis ſpolium liquit ad aſtra volans,
Spreuit opes, dum quærit opes mortalia, mutans
Perpetuis, cœlum donis terreſtribus emit,
Gemma Sacerdotum, plebiſque, orbiſque magiſter,
Ruſtica quin etiam pro Chriſto munia ſumens,
Seruile obſequium non dedignatus adire

Cinctoriũ carnis diceret S. Fulgentius, fide clauibus votas opes diſpẽſare Prudent. ſimilia leguntur de S. Paulino Nolæ Epiſcopo 22. Iunij.

Officio vixit minimus, ſed culmine ſummus,
Nec mirũ ſi poſt meruit tua lumina Chriſte,
Angelicaſque domos, intrauit aurea regna,
Diuitias Paradiſe tuas, fragrantia ſemper
Gramina, & halãtes diuinis floribus hortos,
Subiectaſque videt nubes, & ſidera cæli.

Hic autem verſu penultimo alluditur ad illud Virgilii 4. Georg.

Inuitant croceis halantes floribus horti.

Quod Martialis diceret.

Ille colat nitidis gemmantes floribus hortos.

Et Sedulius.

Vbi flore perenni
Gramineus blanditur ager nemorumque voluptas
Irriguis nutritur aquis.

18 *Rauenius*, ad hunc ſcribit Leo epiſt. 88. vel 90. pro diuerſâ editione, & epiſt. 107. A. C. 459. Baron. Vbi inter cætera grauiſſime cenſetur ad omnium fidelium decus ad vtilitatem redũdare, cum talis habetur Antiſtes, cuius plurimi & adiuuẽtur præſidio; & incitentur exemplo. Et certè ſanctus Hieronymus antea monuerat Paulinum Epiſt. 13. Epiſcopi domum eſſe diſciplinę magiſtram, quia vt eſt apud Aurelium Victorem, omnium moderatorem minus errare fas ſit. Nam penes eum ſalutis alienæ cura peruigil adſtare & excubare perpetuò debet ſanctus Chryſoſtomus l. 6. de Sacerdotio, & Princeps cum imperio ſit maximus, exemplo major eſſe debet Velleius l. 2. Quippe vita Principis cenſura eſt, eaque perpetua: ad hãc dirigimur, ad hanc cõuertimur, nec tã imperio nobis eſt opus quã exemplo. Plinius Panegyrico. Iam ſi quis de populo deuiat ſolus perit: Principis error multos inuoluit, & tantis obeſt quantis præeſt inquit Hugo Burgundiæ Dux apud S. Bernardum Ep. 127. ad Guilelmum Aquitaniæ ducẽ: ſic priuatis hominibus ſatis eſſe nihil delinquere, Principem vero decere ne ſuſpectum quidem eſſe delicti grauiter pronuntiat Liuia ad Auguſtum apud Xiphilinũ, imo Principes debere ſubditis virtute pręcellere ſancit Xenophõ Cyropędię l. 8

19 *S. Eonius*, eius feſtum celebratur 3. Auguſti, licet obierit 16. calendas Septembris, ſepultus in S. Honorato, & memoratur in vitâ S. Cæſarii in Chronico Lirinenſi, eique ſcribit Gelaſius epiſt. 12. Tomo 2. Concil. & Ruricius Epiſt. 15.

20 *Leontius*, cui electo ſcribit Hilarius Papa, Baron. 463.

21 *S. Cæſarius*, Cabilone natus, *Proprium Officium Arelatenſis Eccleſiæ, & Martyrologia 27. Auguſti*, de quo Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Sirmundus ad Ennodium pag. 48. Gratianus c. prima Ad-

notatio diſtinct.16. Poſſeuin. in Apparatu ſacro, Gēnadius c.86. Trithemius, Chro. Lirinenſis pag. 229. Honorius Auguſtodunenſis, Odo in vita S. Geraldi, Baronius tom.6. Greg. Turon. l.9.c. 39.40. 41. Ad eum venit S. Ægidius Athenienſis, vt eſt in ipſius Ægidii vita. Vidēdus Binius to.2. Conciliorum. Alius à Cæſario, qui interfuit Concilio Arauſicano 441. & Concilio 3. Arelatenſi 453. At ipſe præfuit Cōcilio Agathenſi 506. Arauſticenſi & Vaſionenſi 529. Condidit verò Monaſterium S. Crucis in vrbe Arelatenſi, vbi primus Abbas ſanctus Florentinus. Memoratur in Concilio Metenſi c. 5. tomo 2. Concil. cum fratrem, & Coepiſcopum Metropolitanæ Arelatæ ciuitatis Eccleſiæ vocat Symmachus epiſt. 10. ad Epiſcopos Galliæ idibus Decembris, Probo V.C. Coſſ. eique ſcribit epiſt ſequente, ſenatore V.C. Conſ. eum etiam vixiſſe inter Barbaros pium, inter bella pacatum, patrem orphanorum, paſtorem egentium, qui tanti cenſus effuſione nihil perdiderit, Catholicæ regulam diſciplinæ dictis, factiſque demonſtrantem teſtatur Florianus Epiſtola ad Nicetium Papā. Ei ſcribit Ruricius epiſt.31. & Deſiderius Cadurcenſis epiſt. 13. apud Caniſium tomo 6. Antiq. Lect. eius opuſcula extant tomo 2. Bibliothecæ Patrum, editionis 4. de quibus Sigebertus c. 120. Moritur 544. Baronio.

22 *Auxanius*, vel *Auxianus*, vel Auxenius, & Auxonius ſucceſſit Cæſario 544. Ei ſcribit Vigilius Papa epiſtola 7. delegans Sedis Apoſtolicę vicem in Gallia, interfuit Concilio Lugdunenſi, & ſubſcripſit epiſtolæ Lucidi Preſbyteri. Obiit 546. Baron. Alius verò eſt ab eo qui memoratur in epiſtolis Pontificum Cæleſtini, & Hilarii. At credo errorem latere in nomine, vel Epiſcopi, vel loci in Breuiario Bituricenſi, vbi dicitur Euſebius Arelatenſis ſepeliſſe ſanctum Laurianum Epiſcopum Hiſpalenſem à ſicariis Totilæ opera necatum in Vico Vaſtino (VATAN) Territorij Biturici, quo in loco nunc Eccleſiam Collegialem habet ipſe Laurianus, de quo fit Officiū 9. Lectionū in eodem Breuiario 5. Iulij, licet eius Natalis 4. die eiuſdem Menſis notetur in Martyrologio, vide Vazæum A.C.544. & Baronium 548. & in Notis ad locum Martyrologii citatum.

S. Laurianus Epiſcopus Hiſpalis.

23 *S. Aurelianus*, vel *Aurelius*: huic etiam Vigilius Papa vices ſuas delegat in Gallia Epiſt. 10. anno 5. poſt Conſulatum Baſilii. Intereſt Concilio Aurelianenſi. 5.552. Memoratur c. Prima Adnotatio, diſtinct. 16. Vide Proprium SS. Arelatenſis Eccleſiæ, & Vſuardum 16. Iunii, vbi Lugduni dicitur mortuus poſt annum decimum ſedis, & apud Baron. Tomo 7. vbi ſucceſſor Auxanii, & Præceſſor Sabaudi nuncupatur.

24 *Sabaudus*, vel *Sapaudus* in Concilio Matiſconenſi. 2. 588. Pariſienſi, & 2. Valentinēſi 589. & à quo Allobroges dicuntur Sabaudi, in Officio proprio Arelatenſis Eccleſię 17. Iunii, quod ab eo fidei rudimenta ſuſceperint, iſque eſt Sapardus in c. prima Adnotatio, diſtinct. 16. Ad eum plures Epiſtolę Pelagii Papæ extāt, apud Binium in Tomis Conciliorum. Obiit ex Gregorio Turonenſi l. 8. c. 39. Anno 11. Childeberti Auſtraſiæ Regis, id eſt, A. C. 586. vel 590.

Sabaudi vnde dicti.

25 *Licerius*, ex Referendario Guntranni Burgundiæ Regis, apud Gregorium Turonenſem l.8.c.39. & l.9.c.23. vbi ſucceſſor Sabaudi, & præceſſor Virgilii apparet. Itaque videtur idem cum Ætherio. ſeu Eleutherio in ſubſcriptione priuilegii à ſancto Gregorio Sueſſionenſi Monaſterio conceſſi, cuius Gregorii iuſſu in Gallia ſanctum Auguſtinum Angliæ Epiſcopum conſecrauit A. C. 597. Indict. 1. Baronio, vel 600. Segeberto vel 601. Gordono, Qua de re legendus Beda l. 1.c.23. & 27. hiſt. Angl. & ipſe Gregorius l. 7. Epiſt. 30.

S Auguſtinus Archiepiſcopus Cantuar.

26 *Virgilius*, vel *Vigilius*, ex Abbate S. Symphoriani Æduenſis, Electus iuuante Syagrio 26. Epiſcopo, apud Gregoriū Turonenſem l.9.c. 23. Huic ſcribit ſæpe S. Gregorius Magnus, eum vocans Metropolitanum l. 5. Epiſt. 53. vide Chronologiam Lirinenſem pag. 87.

27 *Germanus* 640.

28 *Theodericus*, vel Theodoſius, vel Theodorus circa A.C.660.

29 *Felix* In Synodo Romanâ ſub Agathone circa A. C. 680. vt eſt in Actione 4. Synodi in Trullo, vbi dicitur Legatus Venerabilis Synodi per Galliarum Prouincias conſtitutæ.

30 *Eucherius*.

31 *S. Concordius*. In Tabulis, ex quibus hoc Epitaphium. depromitur.

Integer, atque pius, & vitâ, & corpore purus,
Æterno hic poſitus viuit Concordius æuo,
Qui teneris primùm Miniſter fulſit in annis,
Poſt etiam lectus cæleſti lege Sacerdos,
Triginta, & geminos decem vix reddidit annos,
Hunc citò ſideream raptum Omnipotentis in Aulam.
Et mater blāda, & fratres in funere quærūt.

32 S.

32 *S. Nazarius*, in Tabulis Lirinenſibus.
33 *Paulus* Geminus. Memoratur apud Baronium 731. his verſibus.

Cernitur hic pario renouatũ marmore tegmẽ.
Patri Cæſario Pontificique ſacro,
Quod ſcelerata cohors rabie deſtruxit acerba,
Hanc virtute Dei ſorbuit vnda Maris.
Præſul & in ſtagno Arelatis ſede locata
Geminus, id populus ſtrenuè compſit opus,
Cui Chriſtus tribuat cæleſtis præmia vitæ,
Cœtibus Angelicis conſocietur ouans,
Et nobis venerande Pater miſerere precando
Diluat, vt noſtra crimina cuncta Deus.

34 *Florianus* 35. *Paſchaſius*.
36 *Ioannes*, in Concilio Arelatenſi 813. ſub Carolo Magno anno Regni 46. & tempore Ludouici Pij, miſſus obuiam Papæ Stephano cum Hildebrando Apocryſario, memoratur à Bedâ l. 4. hiſt. Angl. c. 1.

Apocryſarius.

37 *Notho*, vel Nothus. Ei ſcribit Hincmarus, apud Flodoardum l. 3. c. 20. Baro. 853.
38 *Rolandus*, in Concilio Valentinenſi 855. vbi in præfatione dicitur Metropolitanus, eique ſcribit Nicolaus 1. epiſt. 10. indict. 12. tomo 3. Concil. Moritur captiuus apud Sarracenos. Aiminus l. 5. c. 23.
39 *Roſtagnus*, in Synodo Pontigonenſi 876. Tricaſſinâ 878. Ei Legato ſuo Pallium donat Ioannes 8. Papa epiſt. 93. eiuſque meminit epiſt. 94. & 95. Flodoardus l. 3. c. 21. & l. 4. c. 6. intereſt coronationi Bozonis 879. vbi dicitur Primas Burgundiæ.
40 *Manaſſes*, apud Luitprandum l. 4. c. 3. A. C. 959. deinde Mediolanenſis 68.
41 *Iſerius*, vel Iterius 966.
42 *Aymo*, vel Aymonius.
43 *Pontius*, vel Pontianus 1024.
44 *Raymboldus*, in Concilio Toloſano 1056. Baron, & Binio. Aliis corrupte vt puto Nairrabaldus.
Videtur hic addendus Vdo filius Naturalis Rodulphi tertij Ignaui Burgundiæ Regis.
45 *Aycardus*.
46 *Gibelinus*, intereſt dedicationi S. Saluatoris Aquis 1103. & nominatur 1105. indict. 13. vltima Ianuarij.
47 *Attonius*, vel Atto.
48 *Bernardus*, ex Monacho Sauiniacenſi Diœceſis Lugdunenſis, & Abbate Lirinenſi, & Caſſinenſi, Cardinalis Vrbani 4. in Nomenclaturâ Cardinalium, & Chronol. Lirinenſi, cognomento Ayglerius, in expeditione Albigenſi, apud Amalricum de Biterris.
49 *Guilelmus*.
50 *Raynardus de Monte*, tranſtulit Corpus S. Trophimi 4 Calend. Ianuar.
51 *Raymundus de Abalena* 1166.
52 *Petrus*.
53 *Imbertus de Aqueria*. Huic ſcribit Innocent. 3. c. *Cum apud ſedem de ſponſalibus*, quod mutus, & ſurdus poſſint matrimonium contrahere, quod eſt ex libro primo epiſt. Pontificatus anno 1. 1198. idibus Iulij è Laterano. Quâ de re Sotus in 4. Sentent. diſtinct. 27. Q. 1. A. 3. Et c. Tuæ fraternitati eodem de Sponſal.
54 *Michael* 1205, & 1213.
55 *B. de S. Martino*.
56 *Hugo Boardi*.
57 *Ioannes*.
58 *Bertianus*.
59 *Ioannes*, hic, vel ſuperior eiuſdem nominis in Concilio Lugdunenſi ſub Innocentio 4. 1245. vt eſt in Geſtis Dei per Francos pag. 1195.
60 *Florentinus*, vel *Florenſius*, vel *Florianus*, Card.
61 *Bertrandus* 1264. In pactione quadam cum Raynoldo Porcelet.
62 *Bernardus*, vel *Berardus de Anguiſello*, vel *Anguiſello*, Cardinalis Epiſcopus Portuenſis 1281. Onuphr.
63 *B. Almaricus*, vel *Amalricus*.
64 *D. Capra*.
65 *L. de Ferrerijs*.
66 *Arnaldus de Falterijs*, aliàs *de Falgerijs*, Cardinalis Camerarius. Obiit 1311. Auenione.
67 *Galliardus*.
68 *Guasbertus*, vel *Gualbertus de Valle*. In Concilio Auenionenſi 1337. Cardinalis 1340. Ioannis 22. Camerarius.
69 *Ioannes*.
70 *Stephanus*.
71 *Guillelmus de Sardis*, inde Patriarcha Ieroſolymitanus.
72 *Petrus de Croſo*, ex Archiepiſcopo Bituricenſi 81. nominatur Arelatenſis Archiepiſcopus 1383. Extat eius Epitaphiũ in Nomenclaturâ, vbi miror nullam fieri mentionem Archiepiſcopatus Arelatenſis, cum vel minima alia eius beneficia recenſeantur. Is tamen conſtruxit Salloni Caſtrum, & fundauit Collegium S. Martialis Auenione, vbi ad eius ſepulchrum cernuntur eius inſignia.
73 *Franciſcus*, Papæ Camerarius. Scribit Ioanni Archiepiſcopo 83. Bituricenſi 1389. Auenione 7. Februarii.
74 *Ioannes Alermet*, natus Anicii in Geneuenſi Diœceſi, ex Epiſcopo Viuarienſi, Cardinalis Oſtienſis, de quo Iacobus Foderè in deſcriptione Prouinciæ S. Bonauenturæ pag. 1009 vbi & Archiepiſcopus Viennenſis appellatur.

75 *Artaudus.*
76 *Ioannes de Rupecauardi*, ex Bituricenſi 83. tandem Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

De gueule ſemé de Fleurs de Lis d'or à la bãde d'argent brochant ſur le tout.

77 *B. Ludouicus Alamannus*, vel *Alamandi*, ex Præcentore Eccleſiæ Valentinenſis 1416. Epiſcopus Macloujenſis, & Abbas Tornuſii. Obiit 1450. 16. Septembris, apud Ciaconum, & Onuphr. & in Nomenclatura Cardinalium pag. 79 Conſecrauit Felicem 5. in Concilio Baſilienſi, cum illic ſolus eſſet è Cardinalium Collegio, Gobelinus l. 7. Commentar. Pii 2. Vide Guidonem Papam deciſione Delphin. 84. Ei ſcribit Æneas Siluius Epiſt. 196. legendus Miræus in faſtis Belgicis 5. Iulii. B
78 *Petrus de Fuxo, de Foix*, Cardinalis.

Leuiz porte d'or à trois cheurons de ſablé.

79 *Philippus de Leuiz*, Cardinalis. Vide Nomẽclat. Cardinaliũ pag. 31. Ei dicat Ortographiam Ioannis Aretini Adamus Montaltus Auguſtinianus Genuenſis.
80 *Euſtachius de Leuiz*, Philippi frater 1484.

Eſpinay porte d'argent au cheuron d'azur chargé d'unze beſans d'or.

81 *Andreas d'Eſpinay*, Cardinalis 1489. etiam poſtea Lugdunenſ. 103.
82 *Nicolaus Cybo*, Cardinalis, nonnullis.

Cybo porte de gueule à la bande de gueule de 3. poincts d'argent, & d'azur au chef d'argẽt chargé d'une croix de gueule.

83 *Ioannes Ferrerius* 1501. Iacet in Eccleſiâ S. Trophimi Arelate, vbi in Mauſoleo ſuperbo legitur hoc Epitaphium. C

DEO OPT. MAX.

Ioanni Ferrerio Decret. Doct. ex Oppido Terraregâ Prouincia Tarraconẽſis, Epiſcopo Melſenſi, demùm Archiepiſcopo Arelatenſi, ſingulari probitate, & Religione prædito, cuius prudentia, & integritas in duabus ampliſſimis Legationibus, quas iuſſu Alexandri VI. Pontificis Max. ad Ferrandum Siciliæ, deinde ad Ludouicum XII. Regem Galliæ Chriſtianiſſ. cum maximâ amborum Principum approbatione peregit, egregiè perſpecta, & honoribus, ac præmijs ornata eſt. Vixit ann. LVII. menſes VI. dies X. Maſſiliæ moritur die XVII. Ianuarij M. D. XXI. Ioannes Ferrerius in eâdem Eccleſiâ ſucceſſor Patruo B. M. ſibique poſuit, ſacellumque hoc conſtrui fecit. Vides autem hîc nullam fieri Cardinalatus mentionẽ, vt nec apud eos qui de Cardinalibus ſcripſere. Cuius Symbolum, *Vſquequo.* D

Porte d'argẽt à 4. fers de lance d'azur en bande eſcartelé de gueule à 2. gerbes d'or miſes en ſautoir trauerſees de 2. lãces de meſme au lieurez d'argent, & ſur le tout d'azur à vne Fleur de Lis d'or.

84 *Ioannes Ferrerius*, Superioris Nepos.
85 *Iacobus de Broulat.*
86 *Robertus de Lenoncour* Card. de quo aliâs.
87 *Proſper de Sanctâ Cruce* Romanus, Cardinalis, de quo Petramellarius in Supplemento Onuphrij de Cardinalibus. Ei ſcribit Sadoletus l. 16. ep. 5.
88 *Siluius de S. Cruce.* Imponit primariũ lapidem Conuentui Capucinorum in A vrbe 1588. & Saloni 1597.
89 *Horatius Montanus*, Neapolitanus.
90 *Gaſpar Laurentius*, frater Honorati Ebredunenſis Archiep. Abbas S. Petri Viẽnenſis. Edidit Officia propria SS. Arelatenſis Eccleſiæ curâ, & labore Franciſci Clareti Archidiaconi 1612. Interfuit Conuentui Notabilium Rotomagi 4. Decembris 1617. Regem Ludouicum 1622 excepit. Eius Nepos Antonius S. Petri Viennæ Abbas panegyricum dicit Ludouico Regi 1624.

Du Laurens porte d'or à vn laurier de ſynople au chef d'azur chargé de 3. eſtoilles d'or.

Auenionenſes Archiepiſcopi.

AVENIO, *Auignon*, ad Rodanum, Plin. l. 3. c. 4. Ptolemæo l. 2. c. 10, Melæ l. 2. c. 5. Straboni l. 4. gradu longitudinis 23. 0. latitudinis 42. 52. Clauio, aliis longitudo 25. 30. latitudo 43. 30. Patrona S. Maria de Donis, de cuius vrbis Academiâ Iacobus Midendorpius. Suffraganeos habet, quos ſupra enumerauimus, cum olim ipſa eſſet ſubdita Archiepiſcopo Arelatis, à quâ vrbe diſtat 23. M. P. In Itinerario Ieruſalem: hæc verò ditio, ſeu Comitatus Venuſinus acquiritur Sedi Apoſtolicæ à Clemente 6. Papâ 1343. Pontem habet ſupra Rodanum 23. Arcuum, ſeu Fornicum. Habet etiam prope, Abbatiam S. Andreæ.

† Auignõ. Flor. M. VIII. c.

Præſules autem, quos inuenire potuimus hîc exhibentur. *Pla. XIII. c.*

S. Ruffus. In Martyrologio 12. Nouẽbris. Monaſterium habet ſui Ordinis Caput, Valentiæ, de quo infra.
Saturninus. In Concilio Romano 465.
Ioannes in Concilio 2. Matiſconẽſi 588.
S. Magnus, Pater Agricoli ſequentis circa annum 600,
S. Agricolus, vel Agricola, cuius vita in Chron. Lirinenſi pag. 321. vbi obiiſſe dicitur A. C. 700.
S. Veredemus, memoratur in vitâ S. Agricoli, à quo deſignatus ſucceſſor.
Ragenutius, in Concilio Valentinenſi 855.
Alduinus, in Concilio Pontigonenſi 876.
Ratefredus, in epiſtolâ 122. Ioannis 8. & in coronatione Bozonis 879.
Eldebertus 1024.
Albertus 1088.
Valfridus 1152.
Gaufridus 1157.
Pontius 1178. Accepit à Friderico Impeartore

peratore Iuriſdictionem in Iudæos, & A
fortè is eſt, qui dicitur Petrus in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro 3. 1179. Menſe Martio, & fortè is, cui ſcribit Petrus Cellenſis l.8. epiſt. 2.

Roſtagnus 1198.& 1199.& 199. Memoratur ab Innocentio 3.vt fundator alicuius domus Grandimontenſis.

Guillelmus 1213. & 1215.

Petrus de Corbario 1226.

Bernardus 1234.

Bertrandus 1264.

Fr. Nicolaus de Corbeiâ.

Raymundus 174.

Robertus de Vatiâ.

Andreas de Engoliſmo. B

Bertrandus Aymini.

Guillelmus de Mandagoto, poſtea Cardinalis, & Ebredunenſis.

Iacobus Arnaldi de Euſâ, vel *Oſſa* ex Foro Iulienſi 1310. fit Auenionenſis Epiſcopus & inde Portuenſis Cardinalis 1312 poſtea Papa Ioannes 22. 1316. creatus Lugduni. Iacobus de Via filius ſororis Ioannis 22. Cardinalis mortuus 1316. 8. cal. Iullias.

Arnaldus de Vezâ, vel *de Via*, filius ſororis Ioannis 22. frater Iacobi, ipſe quoque Cardinalis 1317. & Auenionenſis Epiſcopus electus. Pia quædam in laudem Diuæ Virginis Deiparæ ſcripſit. C
Obiit 1338. cum fortè non tenuiſſet diu adminiſtrationem Epiſcopatus.

Ioannes 1337. in Concilio M.S. 3. Decembris in æde S. Ruffi, in quo inter cætera ſtatutum fuit, Ne Chriſtianis liceret habere ſeruos, vel ancillas, ex Iudæis, nec vti operâ Medicorum Iudæorum, ſed & pridem vetitum cum his cõnubium l.5.C.de Iudæis. Vidẽdus Galtherus in Tabulâ Chronograph. & Cæſar Noſtradamus in hiſtoriâ Prouinciæ. Hoc tempore 1356. Obiit Bertrandus Cardinalis fundator Eccleſiæ Ca- D
nonicorum S. Deſiderii. Item Cardinalis Præneſtini Petrus de Prato condidit Eccleſiam S. Petri cum Canonicis.

Franciſcus 1376.

Fayditus de Agrifolio, d'Agrifeuille, Cardinalis 1383. Eiuſdem gentis Bernardus Epiſcopus Viuarienſis, & duo Cardinales Guillelmi nomine.

Angelicus Grimaldi Cardinalis. Obiit Auenione 1387. 16. Calendas Aprilis, Vrbani 5. frater, ex Monacho S. Ruffi, Vion pag. 287. At Ciaconus nepotem Vrbani 5. vocat. Videndus Andreas Quercetanus in Vrbano 5. Dedit domũ ſuam Montiſpeſſuli, vt in eâ Religioſi Ordinis S. Ruffi alerentur.

Petrus Girardi, fortè *Grimaldi* de Griziaco eiuſdem Vrbani. 5. nepos.

Ægidius Bellamerus, vel *de Bellamerâ*, cognomento *Iſſaluy*, de quo Nomenclatura Cardinalium pag. 63. fuit, & Morinenſis 43. & Vaurenſis.

Simon de Cramando, poſtea Remenſis Archiepiſcopus 71. Cardinalis.

Guido de Boſchagio 1411. Teſtis in teſtamento Petri d'Aſſigné Seneſchalli Prouinciæ 1416. Nominatur etiam 1428.

Marcus Gondulmerius Venetus. *Porte d'azur à la bande d'argent.*

Alanus de Cætiui, filius Prægentis: Admiralii Domini de Taillebourg, & Mariæ de la Val, Cardinalis Eugenii 4. 1441. Legatus in Gallia 1455. Obiit Romæ 1474. 11. Calendas Auguſti, ætatis 67. ſepultus ad S. Praxedem, Onuphrius pag. 303. & 324. Gobelinus l.12. Commentar. Pii 2. Ei ſcribit Iacobus Cardinalis Papienſis epiſt. 310. A. C. 1468. qui eius etiam meminit l.2. Commentar. *Porte face d'or, & de ſable à ſix pieces*

Iulianus de Rouere, ex Epiſcopo Carnotenſi primus Auenionenſis Archiepiſcopus, & Cardinalis Oſtienſis, poſtea Iulius 2. Papa, ex qua gente decem Cardinales. Erecta vero fuit hæc Sedes in Archiepiſcopalẽ à Sixto 4. Iuliani conſanguineo. Archiepi. *D'azur au chesne d'or.*

Antonius Flores, in Concilio Lateranenſi 1510. ſub Iulio 2.

Orlandus Carettus, in Concilio Lateranenſi 1519.

Hippolytus Medices Cardinalis. Iacet ad S. Laurentiũ in Damaſo 1535. Idibus Auguſti Ætatis 24.

Alexander Farneſius, Cardinalis, Pauli 3 nepos, fundator domus Profeſſionis Patrum S.I. Romæ, vbi iacet. Vicecancellarius de qua gente Onuphrius in Paulo 3. Ciacon. Sanſouin. in familiis illuſtribus Italiæ, qui Alexander fuit etiam Turonenſis 99. *D'or à ſix Fleurs de Lis d'azur 3.2.1* Collegium S.I. 1564.

Annibal Buzatus.

Felicianus Capitonus.

Georgius Armaniacus, Cardinalis Vicelegatus, apud Petramellarium, ex Toloſano. Præeſt Capitulo Generali Minimorum, vt eorum protector Auenione 1578. quo electus Generalis Ioſephus Tellier, Gallus, vir inſignis pietatis Capucini fundantur 1576.

Dominicus Grimaldus, Genuenſis, ex Cauellicenſi, Abbas Montis-maioris prope Arelatem. Grimaldi *lozãgé d'argent & de gueule.*

Franciſcus Maria Tauruſius Politianus ex Preſbytero Congregationis Oratorii, Archiepiſcopus 1593. menſe Decembri, poſtea Cardinalis 1596. qui nouus ampliſſimæ dignitatis gradus, temperato Tarugi.

Viro, ſummâque virtute exornato, nihil dedit nouum, niſi, vt maiore auctoritate prodeſſe pluribus poſſet, indeq; 1597. ad Seneuſem tralatus, *Antonius Galonius in vitâ S. Philippi Nerij Nomenclat. Cardin. & Iacobus Fuligatus in vita Roberti Cardinalis Bellarmini c. 1.* vbi dicitur obiiſſe anno ætatis quaſi 83. Priores Tomos Annalium Baronii Italicè reddidit, obiitque 1608. 3. Idus Iulij, ætat. 83. Petramellar.

Ioannes Franciſcus Bordini Auctor vitarum Pontificum Romanorum, ex Baronio.

Stephanus cognomento *Dulcis* 1621. ſedet.

Auſciorum Archiepiſcopi.

Flor.X. M.

AVGVSTA Auſciorum, *Auſch*, Nouempopulaniæ, ſeu Vaſconiç in Aquitaniâ 3. ſeu Viênenſi 8. Ciuitas, in Libello Prouinciarum, vbi in Cod. Put. non additur vox Metropolis, & in C. Thuano ponitur ſecundo loco, & in primo loco aſſignatur Metropolis Eluſa, ſeu Eloſatium, ſeu Eloſaticum. Quæ Eluſa in Itinerario Ieruſalem diſtat Burdegalâ 54. leucis, vulgò *Euſe* vel *Eauſe*, gradu long. 0. 43 10. Ptolemæo, cuius plebem Religioni ſtudentem vocat Sulpitius l. 2. hiſt. ſacræ. Eccleſia verò ciuitatis Auſcenſis, ſeu Auxitanæ Patrona eſt B. Maria Virgo Deipara in Toloſano Parlamento. Videndus Iacobus Sirmundus ad Sidoniū, Ammian. l. 15. vbi ait Nouempopulos commendari ab Auſcis, qui Auſci clariſſimi Aquitanorum dicuntur Melæ l. 3. c. 2 Ptolomæo l. 2. c. 7. vbi Auguſtam Auſciorum, de quibus Plin. l. 4. c. 19. ponit in gradu longitud. 18. o. latitud. 44. 40. Sed alijs longitudo. 21. 10. latitudo 43. 40. à quâ Auguſtâ diſtat Eluſa 12. leucis maioribus, cuius Suffraganeos Epiſcopos ſupra enarrauimus. Abbatiæ autem hæ ſunt:

F. M. V. c. F. CCC. *Bardum, ſeu Bardonatum. Bardoüe*, vel *Bardoux, O.C. Simoria O.* B.

F. CL. *De Peſſano. Peſſan. O.* B.

F. VI. c *Gimontis O. C. Gimont.*

F. L Cellæ Medulphi O.B. *Cere:*

F VI. c XVIII. Caſæ Dei O. P. *Caſe-Dieu.*

Faieta, *Faiete.*

Didriacum *Didrac.* Quas, & alias Abbatias, infra ſerie litterarum alphabeticâ recenſebimus, & explicare conabimur. *Porrò* huius Diœceſis Præſules hîc ſequentur, ſi prius Eluſæ olim Metropolis, Archiepiſcopos aliquot expoſuerimus, qui à nobis ſic obſeruati ſunt.

Archiepiſcopi Eloſani.

Aulus Altinus Paternus, ciuis Toletanus tempore S. Saturnini, in Chronico Maximi.

Clarus Concilio Agathenſi 506. & in epiſt. Ruricij. 63.

Leontius, Concilio Aurelianenſi 1. 507.

S. Aſpaſius, Concilio Aurelianenſi 2. 536. & 4. 545. Hunc verò parùm cautè negat fuiſſe Metropolitam Ioannes Fileſacus de ſacra Epiſcoporum Auctoritate c. 10. n. 4. Tranſit Meloduni ad Sequanam, vbi vt patronus colitur poſtridie cal. Ianuarii, in Eccleſia B. Mariæ. Eius porrò Aſpaſij Laudes cecinit pluribus Hymnis Sebaſtianus Rouillard ipſe Melodunenſis, in Curia Pariſienſi Aduocatus, eruditione ac pietate celebris. Melodunum de quo infra inter Abbatias.

Laban. Gregor. Turon. l. 8. c. 22. & in Concilio 2. Matiſconenſi 588.

Deſiderius. Gregor. Turon. l. 8. c. 22.

Senocus, Flodoard. l. 2. c. 5. circa A. C. 634. in Concilio Remenſi.

Epiſcopi, & Archiepiſcopi Auſcenſes

1 *S. Ceracius* 148.
2 *S. Paternus* 186.
3 *Seruandus* 235.
4 *Luperculus* 263.
5 *Optatus* 279.
6 *Pompidianus* 291.
7 *Taurinus* 321.
8 *Citerius* 340.
9 *Afronius* 366.
10 *Apruncalus* 378.
11 *Vrſinianus* 392.
12 *S. Orientius* 392. calendis Maij, Patronus Ciuitatis, vulgò *S. Oyens* Prioratum habet fundatum à Bernardo Comite Armaniaci.
13 *Armentarius* 403.
14 *Minerius*, ſiue *Armerius* 407.
15 *Iuſtinus* 425.
16 *Nicetius* 442.
17 *Minerinus*, vel *Mineruinus* 452.
18 *Alerius* 465.
19 *Amelius.*
20 *Saluius*, vel *Sorbinus* 481.
21 *Porcarius* 492.
22 *Proculeianus.* Hic ponendus Nicetius, in Concilio Agathenſi 506. vt cenſet R. P. Iac. Sirmondus.
23 *Priſcus* 512.
24 *Marcellus* 529.
25 *Proculinus*, Concilio Aurelianenſi 2. 536

2. 536. & 552.

26 *Vigilius.*

27 *Polemius* 559.

28 *Aletius* 562.

29 *Eonius* 569.

30 *Paulinus* 586.

31 *Fauſtinus*, vel *Fauſtus*, Greg. Turon. l. 8. c. 22. & Fortunatus l. 1. c. 4. in Concilio Matiſconenſi 2. 588. vbi Auſciorum dicitur Epiſcopus, ibique etiam Nicaſius reperitur Auxitanæ Ciuitatis, ſed corruptè.

32 *Fabius*, Gregor. Turonenſis l. 8. c. 22. hîc etiam à nonnullis apponitur Gregorius, ſiue Creonius 613.

33 *Thironius* 625.

34 *Dracoaldus* 632.

35 *Audicius*, fortè legendum Audericus in Concilio Remenſi c. 5. circa A. C. 634.

36 *Perpetuus* 650.

37 *Licerius*, Concilio Cabilonenſi circa 660. qui & Litorius in Concilio 8. Toletano 653.

38 *Diachoaldus*, vel *Drachoaldus* 2. 696.

39 *S. Leotadius*, vel *Leocadius* 720. ex Abbate Moyſſacenſi.

40 *Patricius*, vel *Paternus*, ex Abbate Moyſſacenſi 747.

41 *Tontonius* 765.

42 *Auerius* 781.

43 *Armardus*, ſiue *Brimaldus* 788.

44 *Lupus* 803.

45 *Aſtet* 811.

46 *Aſuarius*, fortè *Aſinarius* 815.

47 *Rauclius* 823.

48 *Saluinus*, ſeu *Galuius*, vel *Saluius* 838

49 *Helyſæus* 860.

50 *Ioannes* 881.

51 *Auionius* 883.

52 *Ayrardus* 896.

53 *Ardicanus*, vel *Ardinarius* 906.

54 *Odilus* 917.

55 Bernaldus 944.

65 *Seuinus*, vel *Seguinus*, vel *Geguinus* 978.

57 *Odo* 979.

58 *Garcias* 982.

59 *Otto*, vel *Odo* 1000.

60 *S. Auſtindus*, in dedicatione Eccleſiæ Moyſiacenſis 8. idus Nouembris 1063.

61 *Guillelmus*, memoratur à Gregorio 7. l. 1. epiſt. 55. indict. 12. 1074. & l. 7. epiſt. 18. indict. 3. 1079. vbi præcipitur Suffraganeis ei obedire.

62 *Raymundus* 1109. 1110. in Bibliotheca Cluniacenſi pag. 579.

63 *Bernardus* 1127.

64 *Guillelmus* 1134. Patruus, ſeu Auunculus S. Bertrandi Epiſcopi Commingenſis, Catello.

65 *Geraldus* 1182.

66 *Amaneus de Armaniaco.* Ei ſcribit Innocent. 3. c. Quanto de offic. Ordinarij 1192. ex l. 1. Epiſtolarum, Monachum vagantem poſſe reuocari in ordinem ab Ordinario per negligentiam Paſtoris. Qua de re, Clementina ne in Agro, de ſtatu Monachorum, & L. Deo C. de Epiſcopis.

67 *Bernardus* 1203.

68 *Garcias de Lort*, aliàs de Loid 1212.

69 *Hiſpanus* 1241.

70 *Amaneus 2. de Armaniaco* 1257. Quo tempore Franciſcani in vrbem admittuntur 1274. Frãciſcani.

71 *Guillelmus de Flauacour* 1314. Dedicauit Eccleſiam S. Iacobi Pauperum in Vico Dionyſiano Pariſiis 18. Maij 1326. & Altare Capituli Cartuſienſ. Pariſiis 13. Auguſti 1332 poſtea Rotomagenſis 67.

72 *Arnaldus Albreti* 1346.

73 *Ioannes Rogerij* 1361. poſtea Narbonenſis.

74 *Philippus de Alenconio* 1365.

75 *Ioannes Flandrini*, Cardinalis 1390. Nominatur in dedicatione S. Capellæ Bituricenſis 1405.

76 *Ioannes de Arminiaco*, filius Ioannis Comitis Parpiniani. Obijt 1408.

77 *Berengarius Guilloti* electus 1408. 3. Nouembris.

78 *Philippus de Leuiz*, ex Arelatenſi Archiepiſcopo Cardinalis. Obijt Romæ 1475.

79 *Ioannes de Armaniaco.* Obijt 1483. Auguſti 28.

80 *Franciſcus de Sabaudiâ* 1493.

81 *Ioannes* Ludouici Trimollij, & Mariæ Ambaſiæ filius, ex Epiſcopo Pictauienſi. 90. Moritur Cardinalis, Mediolani 1507. Sepultus in Eccleſia B. Mariæ Toarſij, quem Narbonenſem A. vocat Onuphrius pag 311. *Porte d'or au cheurom de gueule accompagné de trois Aigles d'azur 2 en chef, 1 en poigte.*

82 *Franciſcus de Claromonte*, ex Epiſcopo Valentino 64. & Narbonenſi Archiepiſcopo, de quo Guicciardinus l. 9.

83 *Franciſcus à Turnone*, Cardinalis, ex Archiepiſcopo Bituricenſi 94. poſtea Lugdunenſis 107.

84 *Hippolytus Eſtenſis d'Eſté*, Cardinalis, ex Lugdunenſ. 106. Vide Æduenſes n. 82. Manut. l. 3. Epiſt. 1. & præfat. in librum de legibus.

85 *Ludouicus*, ſiue *Aloyſius Eſtenſis*, Hippolyti nepos, Herculis 2. Ferrariæ Ducis, ex Anna Francica filius 1538. in hanc lucẽ editus, Cardinalis 1562. à Pio 4 creatus, Galliæ Protector deſignatus Carolo

Portoit eſcartelé de France & d'Eſté, ou de Ferrare, qui eſt d'azur à vne Aigle d'argent, & pour ſa deuiſe vn Prometee, le feu en main, auec ce mot, ALTIORA.

9. Rege. Obiit Romæ in ſuis hortis Quirinalibus die Martis 3. Calendas Ianuarij 1586. hora 16. quæ Gallico more, octauç antemeridianæ reſpondet, de cuius obitu Guillelmus Blancus (poſtea Vencienſis Epiſcopus) hoc carmen cecinit. A

Cur voluit Princeps Romæ ſua viſcera condi?
An quia viſceribus condita Roma ſuis?
Cur voluit magnum Gallis *cor vt eſſet in oris?*
An quoniam cordi Gallia magna fuit?
Cur voluit pulchro ſepeliri Tibure corpus?
An ne in delicijs, quòd ſibi Tibur erat? B
Fallor, habet magnum cor Gallia *magna, quòd excors*
Audito patris funere facta fuit.
Viſcera Roma tenet, tàm ſacro principe rapto,
Quod ſua viſa ſibi viſcera Roma rapi.
Tibur habet corpus, quoniam ſua corpora ſenſit
In partes ſeſe diſſociare ſuas.
Gallus, *Romanus, Tiburs, cor, viſcera, corpus*
Senſere auferri, reſtituique ſibi.

Vide Petramel. pag. 310. Ciacon. pag. 1185. Manutium l. 3. epiſt 24. Extat quoque Auguſti Thuani Carmen conſolatorium ad Annam Eſtenſem de morte Aloiſii Cardinalis eius fratris, vbi inter cætera hæc habentur. C

Namque illum memorant poſt ſumpta viatica vitæ
Æternæ, caris data poſt ſolatia amicis,
Extremumque vale dictum tàm fronte ſerenâ,
Tranquilloque animo, quàm ſi migraret ab vrbe
Feſſus in Herculeum poſt longa negotia Tibur,
De magnis rebus Legato egiſſe vocato.
Multaque præterea Regno ſuper, atque ſalute, D
Communi rerum ad Regem mandata dediſſe.

86 *Leonardus Deſtrapes*, Niuernenſis, ex Pariſienſi Senatore poſt longam ſedis vacationem (Henrico de Sabaudia deſignato, ſed poſſeſſionem non adepto) creatur 1599. Intereſt Comitiis Pariſienſ. 1614. & Conuentui Notabilium Rotomagi 1617.

Bituricenſes Archiepiſcopi.

BITVRICA, vel potius *Biturica*, & rectius *Auaricū Biturigum*, Aquitaniæ primæ Metropolis, & Aquitaniarum Primas, gradu longitud. 23. 20. latitud. 47. 5. Ptolomæo l. 2. c. 7. vel 23. 30. 46. 45. vbi dies maxima hor. 15. 43. altitudo ſolis 43. 15. vmbra æquinoctialis 63. 30. ad 60. in Parlamento Pariſienſi, Patronum habet S. Stephanum, in meditullio, ſeu centro Franciæ, in quâ vrbe ſedes Præſidialis, & Tribunal Quæſtorum, ſeu, vt ita dicam financiarum generalitas, & fabrica Monetæ cuius nota Y, de quâ vrbe Cæſar l. 7. c. 3. vbi dicitur totius ferè Galliæ pulcherrima, vnde Liuius l. 5. *Priſco Tarquinio*, inquit, *Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliarum tertia eſt, penes Bituriges ſumma Imperij fuit. Ij Regem Celtico dabant.* Vbi notabis Biturigas rectè in Celtis poni à Liuio loquente de Tarquinij tempore, nam Aquitania cœpit tantum Auguſti imperio à Ligeri extendi ad Pyreneos montes, & Oceanum Occidentalem, cùm antea Garumnam haberet limitem. Hinc Toromachus apud Caniſium l. 2. lection. antiquar. Biturigas vocat munitiſſimū caput Aquitaniæ, & Adreualdus Floriacenſis c. 33. de tralatione S. Benedicti, caput Regni Aquitanici, & auctor Vitæ S. Genulphi l. 2. c. 6. in Bibliotheca Floriacenſi primæ Aquitaniæ caput, & Gemeticēſis l. 1. c. 8. Sed & audiendus Guillelmus Britto Philippidis l. 8.

Bourges.

Flor. IV. M.

Fortis enim, & nimium locuples, populoſaque valde
Vrbs erat, armatiſque viris, ac milite multo.

De Primatu autem huius Eccleſiæ non eſt quod plura dicamus, poſt *Guillelmum Cruceum* in ſerie Epiſcoporum Cadurcenſium, & *Ioannem Chenu* in Chronologia Præſulum Bituricenſium, cuius docta diligentia, & ſolers induſtria effecit, ne multa repetamus, quæ lōgo labore hinc inde collegeramus. Tantùm igitur addemus, de hoc Primatu agi apud Iacobum Seuertium in ſumma excommunicationum, & Azor. p. 2. inſtit. moral. l. 2. c. 26. Porrò de Academia Bituricenſi legendus Iacobus Midendorpius l. 6. Academiar. orbis. Chopinus l. 3. Domanij, cuius Academiæ idem eſt Cancellarius,

Primatus Bitur.

cellarius, qui & Eccleſiæ Patriarchalis, A ex diplomate Pauli 2. pridie calend. Decembr. 1464. Cui Academiæ iunctum eſt Collegium RR. PP. S. I. de quo nos ſuo loco. Ampliſſima verò hæc eſt Diœceſis, extenſa ſcilicet à Gaſtillione ſupra Indram verſus Occidentem ad Molinas, ſeu Gergobiam Boiorum cis Elauerim, *Allier*, ſpatio 35. leucarum, ad Orientem, & à Nauis, *Naues*, in Archipresbyteratu Cantelæ, verſus Gianum, *Gien*, cis Ligerim ad Septentrionem ſpatio 37. leucarum, à quo Giano ad Oblincum (*le Blanc en Berry*) lineâ rectâ longiore 40. leucæ numerantur, quo toto terrarum ſpatio comprehenduntur 800. Eccleſiæ Parro- B chiales diuiſæ in 9. Archidiaconatus, & 20. Archipreſbyteratus. Continentur etiam Abbatiæ 35. è quibus 16. Ordinis Benedictini, ſcilicet,

F. IIII. C. S. Sulpitij ad vrbem O. B. ſub Congregatione Caſalis Benedicti. *S. Sulpice.*
S. Laurentij fm̃. in vrbe. *S. Laurent.*
F. IIII. M. Burgidolenſis. *Bourgdieux.*
F. IIII CL. S. Gildaſij. *S. Gildas.*
F. XXXI. De Podio-Ferrandi. *Puy-Ferrand.*
F. CC. De Virzione. *Vierzon.*
F L. De Exolduno. *Iſſoudun.*
F. IIC. Fontis-Gombaudi. *Font-Combaud.*
F. C. XX. De Maſſayo. *Maſſay.* G
F CL. De Miſerayo. *Miſeray.*
F. CL. De Milebecco. *Meaubec.*
F. CC. S. Genulphi. *S. Genoux.*
F. CL. S. Sigirani. *S. Siran.*
F. IIIC. Caſalis Benedicti. *Chezail Benoiſt.*
De Charantonio fm̃. *Charanton.*
S. Menulphi fm̃. Ordinis Ciſtercienſis. *S. Menoul.*
F LX. De Albis Petris. *D'Aube-Pierre.*
De Loco-Regio. *L'Oroy.*
F. LX. De Varenis. *De Varennes.*
F. LXIII. De Petris. *De Pierres.*
F. VI. C. De Pratea. *De la Pree.*
F XXXIII. De Nigro-lacu. *De Noirlac.* vel *Nerlac.* D
De Chaliuecyo *De Chaliuoy.*
F. II C. De Landeſio. *De Landais.*
De Fonte-Morini. *Font-Morigny.*
De Albi-niaco. *D'Aubignac.*
F. C XX. De Olineto. *D'Oliuet.*
F. LX. De Barzella. *De Barzelle.*
De Bello-viſu fm̃. *Beau-voir.*
De Buxeria fm̃. Ordinis S. Auguſtini. *De la Buſsiere.*
F. C LXXV. S. Ambroſij in vrbe. *S. Ambroiſe.*
F C. VII. Pleni-pedis. *Plein-pied.*
F. VI. C. LXXV S. Satyri. *S. Satur.*

De Selles, & de la Verneuer. De Sellis, & de Vernucia, quæ infra explanabuntur. Sunt præterea in tota F. C. L. & L. Diœceſi 34. Capitula Canonicorum ſæcularium, in quorum primario numerantur 28. ſacri Sodales, ſeu Domini capitulantes. Item prioratus circiter 200. conuentus Franciſcanorum 8. Dominicanorum 1. in ipſa vrbe, Carmelitarum 3. Auguſtinenſium Eremitarum 5. Minimorũ 3. Capucinorum 7. de quibus, vt feret occaſio, agemus, alia etiam Monaſteria, & pia loca recenſentes. Nec omittendũ Bituricam vrbem ad Confluentem Auarici (*Aurum*) in Euram (*Eure*) eſſe poſitam, qui fluuij ſociatim meantes, & nauigabiles incidunt in Charum, *le Chair*, qui poſtea plebeius in patritiam familiam adoptatus, nomen, amittit obſcurius in Ligeri, ſed & Auarici nomine ſignificari regnum antiquius monuit Ioannes Beccanus Goropius in Gallicis. Huius autẽ Metropolis (cui vndecim ſedes ſuffraganeæ iam dictæ ſubiiciuntur, vt ratione Primatiæ, Archiepiſcopatus 4. Auxitanus Narbonenſis, Toloſanus, & Burdegalenſis Præſules ſequuntur, è quibus 8. Cardinales, & plures in Sanctos relati.

1 *S. Vrſinus*, de quo Martyrol. Roman. 5. Idus Nouemb. vbi ordinatus dicitur à ſucceſſoribus Apoſtolorum, & primus huic vrbi deſtinatus Epiſcopus, quæ verba in Bedæ, Vſuardi, & Adonis Martyrologio habentur. Quem Vrſinum fuiſſe G Nathanaëlem) de quo Ioann. 1.) declarat Martyrologium editum Pariſiis 1537. Cũ inquit, 29. *Decembris apud* Bituricam *Aquitaniæ Primatiam depoſitio* B. *Vrſini Confeſſoris, primi* Bituricenſis *Archiepiſcopi à* B. *Clemente ad prædicandam Chriſti fidem illuc trãſmiſsi, quem tradũt hiſtoriæ Nathanaelem fuiſſe appellatũ, & in Cœna, quãdo Dominus pro mũdi redemptione ſtatim paſſurus erat lectoris vſum officio.* Quæ verba deſumpta ſũt ex MM. SS. CC. præcipuè verò Eccleſię S. Vrſini collegiatæ Bituric. quæq; cõcordãt diuino Officio ipſius sãcti, in Breuiario & Miſſali Bituricenſi, vbi præterea dicitur cum D cæteris Diſcipulis die Pentecoſtes SS. accepiſſe, & poſt ſedem 27. ann. ſucceſſorem Seuicianum deſignaſſe: Nec eſt cur ab eiuſdem Eccleſiæ Bituricenſis fide temerè recedere debeamus, cum ſingulæ nationes à ſuis maioribus acceptas habeant traditiones, quas ſi mordicus conuellere conemur, multa ſequentur incommoda. Nec verò quicquam abſurdi, aut impij de Vrſino Nathanaële oritur, cui opinioni fauent Antonius Demochares hoc loco, & Claudius Eſpancæus, in poſteriorẽ Epiſtolã ad Timoth. vbi ait S. Gregorium Turonenſem indubiè lapſu memoriæ videri aliter ſentire; quod & alios homines doctiſſimos de eodem ſummo Sacerdote Gregorio cenſe-

re monuimus. Conſentit etiam Petrus Galeſinus Mediolanenſis, vir eruditiſſimus, in ſuo Martyrol. pag. 33. *Bituriges*, inquit, *populi Aquitaniæ fortiſſimi iam vſque ab Apoſtolorum ætate Chriſtianæ fidei inſtitutis imbuti ſunt à S. Vrſino, quem Nathanaelem plerique putant*, inter quos Vincentius Bellouacenſis, S. Antoninus, Petrus Equilinus, Raphaël Volaterranus, Robertus in Chronico Autiſſiodorenſi, Herbertus Roſucidus, cum in faſtis ſanctor. notat die 9. Nouemb. Nathanaëlem primum Archiepiſcopum Bituricenſ. & Auctor Chronici magni Belgici à Piſtorio editi, & Ioannes de Nigella in Chronico Lemouicenſi. Nec vlla eſt adhuc, quod ſciam, reperta alia Eccleſia, quæ ſibi Nathanaëlē vindicet, legend. Baron. A. C. 46. Octauius Pancirolus in Theſauro rerum Roman. agens de Eccleſia S. Pudentianæ prima principis Apoſtolorum ſede in vrbe rerum dominâ, vnde ab eo miſſi in varias mundi regiones viri Apoſtolici: queis etiam conſonat Philippus Ferrarius in Topographiâ Martyrologij. Vrſinum ab Apoſtolis ordinatum dicēs, ordinatum inquam auctoritate Petri; ſed miniſterio Lini, Cleti, & Clementis virorum Apoſtolicorum, quos & Diſcipulos Apoſtolorum vocat Gregorius Turonenſ. de Glor. Confeſſ. c. 80. idemque obſeruat Petrus San-Iulianus, vir nobilis, & prudens, decanus Cabilonenſis in Commentar. Rerum Matiſconen. pag. 200. ex L. M. S. B. Irenæi Lugdunenſ. Iure ergò in Litanijs Breuiarij Rotomagenſis auctoritate illuſtriſſ. Card. Caroli Borbonii emendati, ſtatim poſt Apoſtolos primus Diſcipulorum Domini inuocatur S. Vrſinus. Quod etiam confirmat Dadræus Theologus Rotomagenſis Canonicꝰ in hiſtoria Archipręſulū Neuſtrię. At Nathanaëlē veri Iſraëlitę laude ſublimē acmirabilē fuiſſe fratrē Philippi Apoſtoli legere eſt apud Sebaſtianū Barradiū tom. 1. c. 10. Hiſt. Euang. Imò & ipſum Philippum Conciones habuiſſe in Galliâ admonuit poſt Genebrardū, Galtherus in Tabulis Chronolog. Porrò ab Vrſino allatum eſſe in Galliam S. Stephani ſanguinem, & collocatum in Eccleſia Biturícenſi de nomine ipſius Protomartyris dictâ, & ædificatâ in ædibus Leocadii Principis (quē cum filio Luſore Vrſinus baptizauerat) vetus Legendariū copioſè narrat. De quo ſanguine loqui puto Gregor. Turon. c. 33. de Glor. Mart. licet Ioannes Chiffletius vir longè eruditiſſimus coniiciat hunc ſanguinem promanaſſe ex Brachij S. Stephani inciſione factâ à Chelidonio Archiepiſcopo Veſun-

A tinenſi, præſentibus decem Galliæ Epiſcopis, qui inde ſinguli ſingulas phialas illius ſanguinis plenas in ſuas Eccleſias retulerunt. Conſtruxit etiā Vrſinus Oratorium B. Mariæ de Salis, vbi adhuc à Canonicis caſula ipſius aſſeruatur, qualis fortè penula, quam petit Paulus ſibi afferri cum libris 2. Timoth. 4. Quod autem diximus Vrſinum lectorē fuiſſe in vltimâ Chriſti Cœnâ, ex antiquis huius Eccleſiæ membranis, id probabili coniecturâ fulciri exiſtimamus, & in mentem nobis aliquando venit, fortaſsè apud Iudæos lectum fuiſſe tunc

Oratorium.

Lectio in menſa.

B caput 12. Exodi, quo Agni Paſchalis immolatio, & eſus præſcribitur, vnde poſtea manauit conſuetudo, apud Clericos, & Monachos legendi ad menſam ſacra volumina: qua de re Ioannes Sauaro in Sidon. l. 4. epiſt. 9. Quod S. Cyprianus faciendum epiſt. 2. extremâ ſuadet. Sic apud Atticum numquam ſine aliquâ lectione cœnatum eſſe teſtatur Cornelius Nepos, ſeu Æmilius Probus in eius vitâ, idque paſſim Romæ ſolitum ſcribit Plinius l. 1. epiſt 5. & l. 9. epiſt. 36. & ita Philo obſeruat in conuiuio Therapeutarum, habitum fuiſſe ſermonem de rebus cœleſtibus: legēdus S. Baſilius Interrog. 180.

C Regulæ breuioris, Caſſianus l. 4. c. 17. Denique nihil nos mouere debet Ianſenius, & nonnulli recentiores, cum vidētur dubitare an S. Bartholomæus fuerit Nathanaël: facilè enim hoc ſoluit D. Auguſtinus Tract. 7. in Ioannem, & in Pſal. 65. vbi negat Nathanaëlē numero Apoſtolorum fuiſſe adſcriptum, eò quòd eſſet Legis peritus. Deſtinabatur itaque Paſtor qui agnos niue candidiores inter lilia paſturos, & cęleſtibus campis inſcribendos, ibique Agno Dei coniungēdos, caſtiſſimè, & manſuetiſſimè enutriret. Sed nec omittendum, inueniri Leuca-

La ville de Bourges porte d'azur à trois moutōs d'argent, accollez de gueule, clarinez d'or, 2. 1. à la bordure dentelee de gueule: Mais le Duc porte ſemé de France à la bordure engreſlee de gueule.

D dium patrem S. Valeriæ à S. Martiale baptizatæ Galliarum Protomartyris, tempore Neronis, in Officio Bituricenſi, & Lemouicenſi 10. Decembris, quem noſtro fuiſſe agnatum haud incredibile. Noſter verò Leucadius habuit filium S. Luſorem, cuius feſtum in Monaſterio Dolen. 4. Nouemb. de quo Gregor. Turon. c. 92. de Glor. Confeſſ. At hic cum Plauto exclamare licet:

Ædepol noſtra ætas non multum fidei gerit,
Tabulæ notantur, adſunt teſtes duodecim, tempus, locumque ſcribit Actuarius, tamen inuenitur Rhetor qui factum neget.

2 *S. Senitianus*, iacet in Eccleſiâ ſanctæ Crucis, quam conſtruxerat: ſedit an. 16.

3 *Æthenus*, iacet in æde ſanctæ Crucis, ſedit ann. 11.

4 *Thecretus*, ſedit ann. 23.

5 *S. Marcellus*, ſedit ann. 7.

6 *Viator*, ſedit ann. 17. quieſcit in ſancta Cruce.

7 *Leotherius*, vel Leutherius, ſedit an. 9.

8 *Pauper*, ſedit ann. 14.

9 *S. Palladius.* (*S. Pallais,*) ſedit ann. 7. quieſcit in Eccleſiâ Parrochiali pagi de ſuo nomine 4. leucis ab vrbe Bituricenſi diſtantis, in ditione ſpirituali & temporali Archiepiſcopi, vbi eius feſtum agitur Maij 10. & recenſetur in Additionibus Molani, ad Vſuardum, quem tamen natalem tribuit ſequenti Palladio Sauaro in Concionem Sidonij; quem diem etiã nonnulli aſſignãt obitui eiuſdem 2. Palladij in Monaſterio Marciliacenſi Diœceſis Cadurcenſis. Ita Symmachus l. 1. ep. 9. facundiam in Palladio homine Gallo commendat, ſic Palladiorum ſtirps, & litterarum, & altarium cathedras cum ſui ordinis laude tenuit, apud Sidon. in Concione.

10 *Vilicius*, vel Silicius ann. 28.

11 *Auitus* ann. 19.

12 *S. Leo*, ſedit ann. 17. interfuit Concilio Andegauenſi 453. & Venetico 460. & Turonenſi 482. Huius extat Epiſtola nu. 96. inter Epiſtolas Leonis Magni, *Ne Clerici iudicia ſecularia appetant*, ſcripta ad Epiſcopos Prouinciæ, non Traciæ, ſed tertiæ, Lugdunenſ. ſcilicet, vel Aquitaniæ, quod poſtea Sirmundum adnotaſſe animaduerti. Quæ Epiſtola ſic habet: *Dominis fratribus meritò beatiſſimis in Chriſto venerabilibus, Sarmationi, Carathoni, Deſiderio Epiſcopis, & Presbyteris omnium Eccleſiarum, quæ ſunt intra Prouinciam tertiam conſtitutæ, Leo, Victorius, Euſtatius Epiſcopi, tantâ ſæculi poteſtate circa Sacerdotalem Ordinem reuerentiâ præualuere, etiam hi, quos ſub Imperiali nomine terris diuina potentia præeſſe præcepit, vt ius diſtinguendorum negotiorum Epiſcopis ſanctis iuxta diualia conſtituta permiſerint. Quod cum & iuris antiqui formulis, & illibatis frequentius ſit legibus confirmatum, præſenti tamen tempore à pleriſque inuenimus fuiſſe calcatum. Nam prætermiſſo Sacerdotali iudicio paſſim ad examen ſæculare tranſiere. Quocirca nobis viſum eſt, vt hanc, & ſacræ legis, & noſtri Ordinis contumeliam, & ad præſens vlciſceretur plena diſtrictio, & obſeruandam formulam conſtitueret in futurum. Cenſemus itaque vt quicumque, prætermiſſo Sacerdote Eccleſiæ ſuæ, ad diſceptationem venerit ſæcularium, ſacris liminibus expulſus à cæleſti arceatur Altario, neque vllus, poſt hanc diffinitionem, quæ communi ſedis arbitrio, quicquam ſibi vltra præſcriptam vindicare nitatur, & ita fiet, vt hi qui ante errauere, congruâ emendatione ſe corrigant, & qui ſub obſeruatione Clericali cæleſti probatur ſeruire officio, ex Clero abijciendum ſe norit, ſi prætermiſſo Sacerdotum iudicio, ſæcularem adierit poteſtatem. Quod ideo ſingulos, vniuerſoſque volumus agnoſcere, vt quod pleno iuſtitiæ, & iuris ordine conſtitutum eſt, effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negotijs ſortiatur. Sanè ſi clericus laicum pulſet prius ſe audiri ab Epiſcopis poſcat: tum ſi petitioni ſuæ laicum viderit obuiare, ex permiſſu Epiſcopi ſui apud ſæculi moderatores diſceptatione confligat. Leo Epiſcopus ſcribit, Victorius Epiſcopus ſcribit, Euſtatius Epiſcopus ſcribit.* Porrò clericos in ſacris conſtitutos poſſe conueniri coram ſæculari iudice de licentiâ ſui Epiſcopi teſtatur Silueſter V. Iudex n. 24. vide infra n. 77.

Iuriſdictio Clericalis.

13 *S. Palladius* 2. ſedit annos 13. vide ſupra n. 9.

14 *Eulodius* an. 9.

15 *S. Simplicius*, quem S. Sidonius Apollinaris Aruernenſis 11. Epiſcopus pronũtiauit Archiepiſcopum Bituricenſem, vt ipſe teſtatur in Concione hac de re habitâ, quæ extat poſt epiſtolam 9. l. 7. ad Perpetuum Turonenſem, vbi inter cętera laudatur Simplicius, quòd à patris, & matrisfamiliâ, vtrimque Sacerdotali ſtemmate ſit glorioſus, filius ſcilicet Eulodij, & gener Palladij ſuorum in Cathedrâ Bituricenſis Eccleſiæ Anteceſſorum, in quâ ſedit ann. 7. m. 3. dies 4. ſepultus in Eccleſia de Caſtro (quæ nunc S. Auſtregiſilli) prope vrbẽ. Sed hîc non abs re fuerit quædam mouere de filiorum in beneficijs parentum Sacerdotum ſucceſſione, & de coniugio, & cœlibatu eorumdem nonnulla diſſerere. Sic itaque Domnus depoſito Paulo Samoſatẽſi hęretico eligitur Patriarcha Antiochen⁹ Demetriani Patriarchæ filius A. C. 272. apud Baron. Sic S. Barinus præfuit poſt patrem S. Clodulphum Treuirorum metropoli Belgicæ primæ, ad quem ipſe Clodulphus fuerat euectus, ex Metenſi in quâ idẽ Clodulphus ſederat poſt patrẽ S. Arnulphũ. Qua de re Cratepol. & Viõ in Martyr. Monaſt. die 8. Iunij, Onuphr. in Genealogijs. Sic S. Lambertus Epiſcopus Leodicẽſis ſucceſſorẽ habuit filium S. Floribertum, & S. Lupus filius, & ſucceſſor S. Principij, fratris S. Remigij, fuit Epiſcopus Sueſſionenſ. apud Flodoardum l. 1. c. 10. & S. Auitus Epiſcopus Viennenſis filius Iſicij Senatoris, & Epiſcopi Viennenſis, frater Apollinaris Valentiæ Epiſcopi, apud Adonẽ in Chron. & Baron. 509. ſic Salonius, & Veranius Epiſcopi filij Eucherij Lugdunenſis 20.

Succeſſio filiorum in beneficia parentum.

Epiſcopi ante Sacerdotium ſuſcepti, de quibus Sauaro, & Sirmundus ad Sidonium l.7.epiſt.15. S. Latro filius, & ſucceſſor S. Genebaudi Epiſcopi Laudunenſis, apud Flodoard.l.1.c.14. Sic ſanctus Gregorius Papa abnepos Felicis Papæ, & S. Agricolus S. Magno patri viuenti ſuffectus in Epiſcopatu Auenionenſi, quem hi duo ab anno 600.ad annum 700.feliciter rexerunt, vt eſt in Chronolog.Lirinenſi: ſic Paulus ex Iudæo Chriſtianus filium habuit ſucceſſorem in Archiepiſcopatu Burgenſi Hiſpaniæ, vt habet Miræi Chronicon 1398. Is erat ex Machabæâ gente Sacerdotalis,& Regij ſanguinis, cognomento poſt Chriſtianiſmum *de S. Mariâ*, Religione feruens,eruditione,& ſapientiâ celebris ſummis honoribus in patriâ defunctus, cribrator accuratus Poſtillarum Nicolai Lirani ex Iudæo item Chriſtiani, ordine Minoritæ: ſic Guillelmus Briſſonetus patris Guillelmi Cardinalis ſucceſſor in Abbatiâ S.Germani Pariſienſis, ſic etiam noſtris temporibus Alphonſus ſucceſſor patris Ioannis Crucei in Epiſcopatu Gratianopolitano, ſic Nicolaus le Baçle patri cognomini in Decanatum Trecenſem ſucceſſit, ſed non immediatè,apud Camuzatum in Auctario Promptuarij,& quod mirere,Franciſcus filius Ludouici nepos Amedei Ducis primi Sabaudiæ (Felicis 5. Papæ dicti) Epiſcopus ordinatus Gebennenſis, poſt duos fratres electos, demortuos, habuit filium naturalem Franciſcum ſucceſſorem in Epiſcopatu, ſed non immediatũ, vt videre eſt apud Pingonium in arbore gentilitiâ Sabaudiæ. Iam verò latâ lege Euangelicâ votum caſtitatis ſolemne ordinibus ſacris maioribus implicitè Canonico iure ita fuit annexum, vt coniugati ordinari non potuerint, & mu'. minus ordinati coniugari. Quod ſi in Eccleſiâ Latinâ aliqui coniugati reperiantur ad ſacros ordines, & Epiſcopatus promoti, id ſic accipiendum eſt, vt vxores ante Sacerdotium ductas, habuerint poſt Sacerdotium loco ſororum. Quâ de re c.final. de Temp.Ordinationum;& ſacris Ordinibus maioribus initiatus(non minoribus) vxorem ducẽs beneficio non priuatur ipſo facto,ſed poteſt priuari, Nauarrus c. 25. Manual. n. 120.magis tamen probabiliter cenſet vacare ipſo facto Azor. l.7. c. 16. q. 5. Sacrorum itaque Ordinum ſuſceptio in tantùm impeditur per matrimonium, in quantùm illud includit ius poſtulandi,& obligationem reddendi coniugale debi-

A tum,vt conſtat ex ſingulis ferè Canonibus diſt. 31. & 32, vbi lex cœlibatus, & continentiæ ſacerdotalis in eo fundatur, quòd hoc debitum coniugale aliquam habeat honeſtatis,& decentiæ repugnantiam cum ſacris Ordinibus, ad quos admittuntur à tali debito exempti. Itaque ad eos ordines promoti, ſiue cœlibes, ſiue coniugati continentiam omnino obſeruare neceſſe habent, Sirmundus in Sidon. epiſt.16. l. 5. Ioannes Sariſberienſis epiſt. 65. Iuo Carnotenſis epiſt 220.Azor.p.1.l.13.c.12.& 13. Baro. A.C. 58.n.8. D.Thomas 2.2.q.88.art. 7.
B Sotus in 4. diſt. 38. q. 1.art.2. & l. 7. de iuſt.q.6. art. 2. Sanchez l. 7. diſput. 27. & 28. de matrimonio, Bellarmin.l. 2. de clericis c. 18. Suarez diſput.31.ſect.1.n. 54. Greg.de Valentiâ de cœlibatu. Quo titulo etiam inſcripſit librum Robertus Cenalis Epiſcopus Abricenſis, Guillelmus Lindanus l.4. Panopliæ c. 98. Coccius l.4. tit.2. & Iacobus Galtherius in Tabula Chronol. agens de octauâ veritate in ſingulis ſæculis,quæ eſt de Cœlibatu Sacerdotum, & Gerſon l. de perfectione cordis,vbi ait, Clericos vniuerſos in ſacris Ordinibus conſtitutos votum habere caſtitatis, non ſimplex qua-
C lecumque,ſed ſolemne, quale dirimeret matrimonium iam contractum. Quòd hic prolixius notamus, quia nobis hæc ſcribentibus accidit in aliquâ Franciæ Diœceſi vt Sempronius coniugatus,poſt adulterium vxoris culpabilis eadem inuita Ordines ſacros ipſe maritus innocens ſuſceperit, etiam Preſbyteratus, & Beneficium Parrochiale adminiſtrandũ obtinuerit, non aliundè impeditus, ſine præuio Eccleſiæ iudicio,vnde quæſitum coram Reuerendiſſimo Prælato, an hoc ritè rectèque factum fuiſſet. Quæ omnia dijudicari, & diſſolui poſſunt ex C. 12.
D diſt. 34. vbi dicitur, Quod ſi laici vxor in adulterium fuerit deprehenſa, hic talis ad miniſterium nullomodo addicatur. Quod intelligendum de marito lenocinante,aliàs ſi vxor maritum fallens adulterium patret, ipſe reluctante eâ ad ſacros Ordines promoueri poteſt:ſi verò vxor ſit caſta, requiritur eius conſenſus, & votum continentiæ, idque in Monaſterio ſi ſit iuuenis, Sanchez diſput. 39. n.2.6.& 7. quò refertur illud Fortunati de Leontij Epiſcopi 13. Burdegalenſis vxore Placidina,

Quæ tibi tunc coniux, eſt modo cara ſoror.

Nam ſolius eſt indeſinens offerre ſacrificium,qui ſe indeſinenti deuouerit continentia,Origenes hom.23.in Numeros.

Vndè

Epiſcopa.

Vnde Epiſcopa ea eſt apud veteres non quam ducit Epiſcopus, ſed quam antè habuit, quæque continentiam vouit cum ſacros Ordines ſuſcepit maritus, ex quibus illuſtriſſimus Cardinalis Baronius an.1074. facilè diſſoluit quæ ad eundem annum habet Sigebertus ſchiſmaticus de vetitâ auditione Miſſæ Sacerdotis coniugati. Quò etiam referendum, quod habet Fauſtus in Hormiſdæ epiſtolâ apud eundem Baronium A.C. 532. perdere gratiam conſecrati, qui ad Officium vult exercitari mariti. Filios autem Preſbyterorum Epiſcopari contra ſanctorũ Apoſtolorum decreta aliquando iuſſit vtilis Eccleſiæ charitas, apud Petrum Venerabilem l.3. epiſt. 28. alludens ad Can.76. Apoſt. quo prohibetur ſucceſſio Beneficiorum hæreditaria, hucque pertinere videtur tit.11. C.lib. 12. de Muneribus, & honoribus non continuandis inter patrem, & filium, & tit. decretal. de Filiis Preſbyterorum, & epiſt.69. Hildeberti de non ordinandis filiis Sacerdotum, videndus Garſias p. 7. de Beneficiis c.3. n. 18. At congregatio Concilij cenſuit 1594. patrem legitimum nullâ indigere diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium filij, licet filius etiam legitimus diſpenſatione egeat ad beneficium patris immediatè obtinendum. Denique Simplicio noſtro accommodari poteſt illud Siracidæ Eccleſiaſtici c.30. v.4. Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem reliquit ſibi poſt ſe.

16 *Tetradius*, in Concilio 1. Aurelianenſi 507. in M.S.C. Tilii (in quo Epiſcoporum nomina non apponuntur ſerie litterarum) ſubſcribit primo loco. De eo Gregor. Turon. l.2. Miracul. c.14. vix eſt is qui nondum Epiſcopus dicitur à Sidonio l.5. epiſt.10. *meraciſſimus fons ſcientiæ*, temporis ratione parum conueniente, ſedit ann.19.

17 *Ruricus*, vel Roricus, vel Roricius ann.12.

18 *Siagrius* an 19.

19 *Humatus*, cuius tempore miraculum patratur in puero Iudæo, eo loco, vbi poſtea condita Eccleſia S. Mariæ de Furno-calido, ſeu fiſcali *Four-chauld*, cui hiſtoriæ ſimilem in Oriente narrat Greg. Turon. l.1. Miracul. c.10. Euagrius l.4. c. 36. Nicephorus l.17. c.25.

20 *S. Honoratus*, ſubſcripſit primus Concilio 2. Aurelianẽſi 536. ſedit ann.11.

21 *S. Arcadius*, Concilio 3. Aurelianenſi 540. Bar. Memoratur à Gregorio Turon. c.10. de vitâ Patrum, & in vitâ S. Patro-A cli, apud Surium 19. Nouembris, eiuſque memoria agitur Calend. Auguſti in Bituricenſi Breuiario, ſed fit feſtum duplex in Eccleſiâ S. Vrſini vbi iacet, ſedit ann. 29.

22 *Honoratus* 2. Scriptor Canonum Cõcilii Aruernenſis 541. Baron. vide c. prima adnotatio diſt. 16. ſedit ann. 14.

23 *S. Deſideratus*, ex Auriculario, & annuli Regalis Cuſtode, in Concilio 5. Aurelianenſi 552. de quo Gregor. Turonen. c.80. de Glor. Cõfeſſor. Is cognomento Theodullus Sauriaci (quod eſt oppidũ 5. M.P. ab Auguſta Sueſſionum diſtans) B natus, fratrem habens theſaurorum Regalium fidelem procuratorem, poſt ſedem an.9 die Dominica, vti prædixerat, febre diſſolutus ſpiritum Domino reddidit, A. C. 557. vt habet ipſius vita in Breuiario Bituricenſi, vbi feſtum agitur 9. Lectionum die 8. Maii, quæ fortè eſt ipſius tralatio. Nam aliàs obitus dies, ſeu potius in Chriſto natalitius incidit in Maii 13. Dominicâ, cuius character G. eiuſdem ann.557. Itaque apud alios, aut annus, aut dies depoſitionis corrigendus. Hîc autem notabis Eccleſiam S. Martini prope Caſtrum in Bituricenſi C ſuburbio (nunc prioratum à Maiore monaſterio dependentem O. B.) fundatam eſſe à S. Auguſto, S. Deſiderati famulo, cuius feſtum 7. Octob. in additionibus Molani ad Vſuardum.

Auricularius vide Rotomageuſ 21.

24 *S. Probianus*, vel Probatianus, memoratur à Fortunato in vita S. Germani Pariſiẽſis, apud Surium 28. Maii, vbi agitur de tralatione S. Vrſini in Eccleſiam S. Symphoriani quæ nunc eſt intra vrbem collegiata & Parrochialis, & in miraculis S. Hilarii. Præfuit Concilio Pariſienſi circa annũ 559. de quo Gregor. Turonẽ. c.80. de Glor. Confeſſ. ſedit ann. 8. ſepultus Romæ in æde S. Laurentij extra D muros via Tiburtina, quæ vna eſt ex primariis vrbis, de qua Onuphrius, Pancirolus, & cæteri antiquarij.

25 *Felix*, Concilio Turonenſi 559. in eius Turrim luſit feſtiuè Fortunatus l. 3. c. 23 Opportunè autem Hierothecam Turritam celebrat, quia hæc Turonenſis Synodus c. 3. decreuerat, vt Corpus Chriſti in altari, non in imaginario ordine, ſed ſub S. Crucis vexillo componeretur, eoque ritu in hac Diœceſi præſertim Auarici, & Exſolduni populo viſibiliter exponitur adorandum. Meminit Felicis Greg. Turon. l. 1. de miraculis c. 33. & de Glor. Confeſſor. c.102. ſedit ann. 23. cuius coordinationi interfuit Germanus Pariſienſis 20. Epiſcopus.

26 *Remigius*, vel Remedius in Concilio 1. Matiſconenſi 582. ſedit ann. 12. citatur in Concilio Meldenſi c. 73. & meminit Aymoinus l. 3. c. 55. & Gregor. Turonen. l. 6. c. 39. vbi ait poſt eius trãſitum maximam vrbis partem crematam.

27 *S. Sulpitius* Seuerus. Interfuit Concilio 2. Matiſconenſi 588. ſed nullo ibi epitheto, vel cognomine, vt nec in Martyrolog. Rabani. Sedit ann. 16. Eius meminit Aymoin. l. 3. c. 55. & Gregor. Turonen. l. 6. c. 39. & l. 10. c. 26. qui etiam illi dicauit hiſtoriam 7. Dormientium in Maiore monaſterio editam Pariſijs 1511. cum Opuſculis Seueri Sulpitij. Conſulendus Baron. A. C. 587. vnde corriguntur notæ eiuſdem ad Martyrol. 17. & 29. Ianuarii. Hũc autem præſulẽ eũdem eſſe cum Seuero Sulpitio Aquitano Preſbytero Primiliacenſi in hac Diœceſi, & Auctore vitæ S. Martini, & hiſtoriæ ſacræ eleganter, breuiterque conſcriptæ putãt Sigon. Galeſinus, Giſlenius, Chopinus, & alij nonnulli homines litterati, ſed minus exactè: vide Poſſeuinum in Apparatu ſacro, verbo Seuerus Sulpitius, & præfationẽ in opera eiuſdem Seueri Sulpitij, & Indicem Auctorum tomo 7. Biblioth. Patrum edit. 3. Pariſijs, vbi tamen illi relictus eſt titulus Archiepiſcopi Bituricenſis, & Indicem librorum expurg. per Magiſtrum ſacri Palatij Romæ pag. 242. Gennadium c. 19. Honorium, Trithem. Bellarminum. Noſtri verò Seueri corpus tratatum fuit ex ſancto Iuliano ad ſanctum Vrſinum 4. Calend. Februar. vbi eius feſtum ſolemniter celebratur, quod per Diœceſim eſt n. Lect. At hîc non ſunt omittenda Guntrani verba, cum præferendo Sulpitium cæteris ambientibus, *Non eſt*, inquit, *noſtri Principatus conſuetudo Sacerdotium venundare ſub pretio, ſed nec veſtrum cum præmijs comparare*. Profectò ſapienter ille Rex optimus nouerat, neminem vnquam imperium flagitio quæſitũ, bonis artibus exercuiſſe, ex Piſonis ſentẽtiâ, apud Tacitũ l. 1. hiſt. vbi enim nõ merita, ſed pecuniæ ſuffragantur, reſtat vt nihil ſibi grauitas, nihil ſibi defendat induſtria, S. Gregor. epiſt. 14. l. 7. Quippe magiſtratuum negotiatores ſordido quæſtui aſſueſcere præclarè dixit Ariſtoteles l. 2. Politic. c. 9. vnde Alexius Imperator apud Nicetam pollicetur ſe venalitatem dignitatum non paſſurum, & ſanctus Ludouicus apud Paulũ Æmilium profitetur ſe non daturum fortunæ quod virtuti debeatur, cum *ſat fautorum habeat ſemper, qui operatur benè*,

Seuerus Sulpitius hiſtoricus.

Simoniæ labes, & auaritiæ.

A Plautus Prologo Amphit. O ſæculum felix, quo verè licet dicere, *Emitur ſola virtute poteſtas*, Claudian. de 6. Conſul. Honorij. Quiſquis, inquit Mamertinus Panegyriſtes, magiſtratum capere voles, auri, atque argenti negligens eſto, nullius oſtiarum Potentium ædes obito, nullius pedes, nullius genua complectitor: adhibeto tibi tantum gratuitas, & paratu facillimas comites, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, atque prudẽtiam, ad te Imperator maximus accedet, vt capeſſas Rempublicam, flagitabit, tibi alia curanti, inſignia omnia Magiſtratuũ B præferentur. Ambitio autem Euripidi in Phœniſſis rectè appellatur dæmon teterrimus, qui multos mortales falſos fieri ſubegit, magiſque vultum, quàm ingenium bonum habere, Saluſtius Catilin. Quæ quidem ambitio iam more ſancta eſt, & libera legibus. Plautus in Trinummo, ita vt mundialis libidinis paſſio vocetur à Caſſiano collat. 9. Quâ miſerrimo famulatu per dedecus, faſciũ decus, profuſo tantùm patrimonio quiſque mercari conſueſcit. Columella præfat. l. 1. Sed nec moleſtius eſt pecuniam quàm preces fũdere, cùm maximè vẽdat beneficiũ qui preces accipit, teſte eodem C Panegyriſte. Porrò de Simoniâ, id eſt de ſtudioſâ voluntate vendendi, vel emendi ſpirituale, vel ſpirituali annexum, Azor. p. 3. inſtit. moral. l. 12. c. 20. S. Thomas 2. 2. quæſt. 100. Balſamon, & Zonaras in Canon. Apoſt. 29. vbi, deponuntur Epiſcopi, qui ſæcularium Magiſtratuum familiaritate vſi Eccleſiam nacti fuerint: legendus etiam Petrus Damian. l. 1. epiſt. 13. & l. 2. epiſt. 3. vbi reperies, quæ ad mentem Guntrãni ſpectãnt, & apud Petrum Bleſenſem epiſt. 120. & 129. Iuonem epiſt. 27. & 133. denique de nominatione, vel approbatione Regum D ad prælaturas, Fileſacus de ſacrâ Epiſcoporum auctoritate c. 7. n. 5. Lupus Ferrarienſis epiſt. 81.

Ambitio dæmon.

De ambitu plura Baltazar Paez in c. 3. Iacobi.

28 *Euſtachius*, vel Euſtaſius, Gregor. Turonenſis l. 10. c. 26. ex Diacono Auguſtodunenſi poſt ſedem ann. 19. obijt pridie Calend. Ianuar. 607.

29 *S. Apollinaris*, ſedit ann. 9. iacet in Eccleſiâ de Caſtro ad muros Bituricenſes, vulgò *du Chaſteau*, cuius memoria agitur pridie Non. Octobr. & nominatur in vitâ S. Auſtregiſilli ſucceſſoris, in ordinario Bituricenſi, & apud Surium.

30 *S. Auſtregiſillus*, vulgò *S. Auſtrille* B. Aregij Niuernenſis 12. Epiſcopi frater ordinatur 13. Februar. cum factus fuiſſet Clericus ab Aunario Epiſcopo 19. Autiſſio-

Autiſſiodorenſi, & Preſbyter, & Abbas S. Nicetij ab Ætherio Archiepiſcopo 33. Lugdunenſi, vir in rebus Dei magnificus, atque inſignis, in vitâ S. Amandi, apud Surium 6. Februar. & in vitâ S. Landoaldi 19. Martii. Agitur eius feſtum duplex Maii 20. quo die apud Surium eius vita habetur. Sepultus in Eccleſia nunc de ſuo nomine in Caſtro Bituricenſi, cui, & alia in vrbe conſecrata Parrochialis, quæ ad ſuperioris differentiam paſſim dicitur, *ſainct Auſtrilet*, item Caſtrinoui, & Gratiaci. De eo Sigebertus A.C. 627. Aymoinus l. 4. c. 2. Vincentius Bellouacenſis l. 23. c. 26. & Vion in Martyrol. Monaſt. 20. Maii. Hoc verò tempore floruit S. Bertoara, vel Bertrada, cuius dies Natalis celebratur in Eccleſia de Salis 4. Decemb. de quâ Surius in vita S. noſtri Auſtregiſilli, quam non facilè crediderim eam de qua Fortunatus l. 2. c. 12. Interea monebimus Auſtregiſilli nomine, lingua vetere Gallica ſignificari Obſidum digniſſimum. Dicitur quoque in veteri Breuiario Augini filius, & Guntranni Regis Mapparius, id eſt mappæ, ſeu mantilis manibus tergendis porrector.

S. Auſtrigiſili, & S. Sulpitij meminit Harigerus in hiſtoria Epiſcop. Leodien. c. 41. 48 & 49. vbi agitur de S. Amãdo & de S. Remaclo

31 *S. Sulpitius* Pius oriundus Vaſtino oppido Biturigum, *Vatan*, memoratur in vita S. Euſtadiolæ in C. M. S. Medij Monaſterii, & in vita S. Auſtregiſilli præceſſoris cuius Archidiaconus ſanctiſſimus dicitur in vita S. Amandi 6. Februarii, & in vita S. Landoaldi 19. Martii, & Pius Sulpitius in vita M. S. eiuſdem Amandi. Habet verò Sulpitius egregium Monaſterium ad vrbem, quod à Segregibus dirutum, ſedulò à RR. PP. Congregationis Caſalis Benedicti inſtauratur, vbi tamquam Patronus religioſiſſimè colitur, de quo Baron. in Martyrol. 17. Ianuar. Aymoinus l. 4. c. 16. Flodoardus l. 1. c. 5. eique ſcribit Deſiderius Epiſcopus Cadurcenſis, vocans eum Papam & Patriarcham epiſt. 12. ſic incipiente, *Condecet primæ Sedis Antiſtitem, vt ſolers circa eum Conſacerdotum adhibeatur ſolicitudo*, apud Henricum Caniſium in Promptuario Eccleſiaſtico, ſeu Tomo. 5. Antiq. Lect. Vbi etiam legitur epiſtola Sulpitij ad ipſum Deſiderium. Sed & in veteri Calendar. Thuano notatur depoſitio S. Sulpitij Epiſcopi, & Confeſſoris, ſed ſine vllo epitheto, vel adiuncto. Sedit ann. 13. obijt A.C. 640. vel 641. Bituricæ vrbis Paſtor egregius *in Breuiario Aquenſi*, cuius fama circumquaque reſperſa, *in Breuiario Sandionyſiaco*. Huius verò tempore floruit S. Dulcardus in Am-

A biliaco Monaſterio, apud Vſuardum, & in Breuiar. Bituricenſi 25. Octobris, cuius loci Eccleſia Parrochialis iuncta eſt Archipreſbyteratui vrbis. Floruit etiam S. Euſicius, & S. Remaclus Epiſcopus Leodien. 27. qui Sulpitio tamquam educatori, & Præceptori ſuo in lege Dei, multas in Leodienſi Diœceſi dicauit Eccleſias, teſte Molano in Natal. Belg. 3. Septembris.

32 *Vulfeodus*, vel *Vulfolendus*, ſubſcripſit cuidã priuilegio Foſſatenſis Abbatiæ, in ſupplemẽto antiq. Pariſiẽſiũ Iacobi Brulij pag. 144. ſed ibi legitur corruptè Preſ-
B telandus, nominatur & in diplomate Landerici Epiſcopi Pariſienſis pro Dionyſianis, obiit 4. Calend. Ianuar. poſt ſedem ann. 21. circa A.C. 660.

33 *Ado*, vel Aldus Eccleſiam Bituricenſem 21. an. & 6. menſibus rexit. Obiit 8. Idus Octob. A.C. 682.

34 *Agozenus*, vel Adolenus ann. 14.

35 *Rochus*, vel Rocho, vel Rochonus. Interfuit funeri S. Euſtadiolę Maii 10. ſepultæ ad ædem S. Pauli extra muros, quam conſtruxerat, in M. S. C. Medii Monaſterii, tunc Monialium, nunc Canonicorum in vrbe. Sedit ann. 40.

S. Euſtadiola.

36 *Siginus*, iacet in Eccleſia S. Ambro-
C ſii, ſedit ann. 24.

37 *Landoarius*, vel Landiarius 24. ann.

38 *Deodatus* ann. 9.

39 *Segolenus*, ann. 5.

40 *Dauid* ann. 30. Sepultus in Monaſterio S. Laurentii fundato à Carolo Magno in vrbe, licet continuator Aymoini l. 5. c. 3. fundationem illius adſcribat Ludouico Pio Caroli filio, cuius Caroli filia Euphraſia fuit prima Abbatiſſa. Hoc etiam tempore fundatur Abbatia de Maſſayo O. B. memoratur à Turpino fabuloſo Lambertus Princeps Biturigũ in Pugnâ Ronci-vallis hoc tẽpore.

Euphraſia Abbatiſſa Caroli Magni filia.

D 41 *Berlamus* ann. 12. eius tempore corpus S. Iuliani depoſitum in Eccleſia de Caſtro, vnde poſtea tralatum in S. Capellam.

S. Iulian.

42 *Ermenarius*, ann. 7.

43 *Hermembertus*. Ei pallium dedit Adrianus Papa epiſt. 87. Obiit Maii 21. poſt ſedem ann. 5. D. 3.

44 B. *Stephanus* in Conuentu ad Theodonis Villam, pro reſtitutione Ludouici Pii 835. Baron. vide Tauellũ pag. 37. & in Aquiſgranen. 836. ita modeſtus, vt vno Sacerdote, & vno famulo contentus eſſet illud in ore frequenter habens, *Bona Eccleſiæ, patrimonia eſſe pauperum.* Iacet in Eccleſiâ de Caſtro, mortuus 13. Ianuarii.

45 *Ebroinus*, ſedit tantùm diebus 30. vide infra Senonenſes n. 46.

46 *S. Aygulphus* (*S. Ayos*) in veteri libro, vel *S. Ayeul*, vulgò. *S. Aonſt*, ſedit ann. 26. ex Eremitâ, quieſcit in Eccleſia Parrochiali ſui nominis in Archipreſbyteratu Caſtri-Rodulpi, vide Vion l. 2. c. 19, & in Martyrol. Monaſtico 22. Maii, alius tamen à ſancto Auguſto de quo ſupra n. 23. Porro die 18. Maii 1623. Dominus Rolandus Hebert Archiepiſcopus dum viſitaret capſam reliquiarum huius ſancti, talem ſchedam inuenit: *Ioannes permiſſione diuinâ Bituricenſis Archiepiſcopus, Aquitaniæ Primas, vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Noueritis quòd nos anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, die Dominica, qua cantatur; Miſericordia Domini, ea eſt dies 16. Aprilis A°. Corpus Beati Aygulphi Martyris tranſtulimus in eadem Eccleſiâ ſancti Aygulphi de quodam ſarcophago lapideo retro maius Altare dictæ Eccleſiæ ſito, in quo diu requieuerat in præſentem capſam ligneâ præſentibus nobiſcũ religioſis viris Millebecenſi, Cazalis Benedicti, & de Cellis ſancti Euſitij Abbatibus, & nobili Dominâ Agneta Domina Caſtri Radulfi, & alijs bonis, in cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum vnà cum ſigillis Dominorum Abbatũ, & Dominæ prædictæ præſentibus litteris duximus apponendum. Datum anno & die prædictis, ſigillatum ſigillis quinque ceræ viridis.*

Martyr autẽ dicitur fortè (Breuiaria enim & Legendaria vitã eius aut paſſionem nõ habent) quòd propter caritatem & iuſtitiam mors violenta ei fuerit illata, tempore motuum, quos in totâ Galliâ, præſertimque in Aquitaniâ filij tres Ludouici Pij excitarunt. Præterea in parte vnâ capſę depingitur Nuntius litteras Electionis ei porrigens, & ſtans cerua in nemore eidem Nuntio præbens vbera, cum vir ſanctiſſimus nihil aliud eſculenti, aut poculenti haberet quo ſe, & alios reficeret, vnde nomen pago inditum, *Sta-cerna*, quibus verbis vſus fuerat Aygulphus in eâ cerua ſiſtenda. Cernitur quoq; in altera parte eiuſdẽ capſę Clerus ei ritu ſolemni obuiam procedens almutijs è capitibus Canonicorum ad talos retro dependentibus. Quâ de re, & plerîſque alijs notatu dignis monuit me Mathæus Perrot vir ſummæ eruditionis, & humanitatis, Eccleſiæ Academiæque Bituricenſ. Cancellarius perilluſtris.

47. *S. Rodulphus*, vel Radulphus, vel, Rudolphus Raoul, Ei ſcribit Nicolaus primus, apud Baron. 866. n. 67. & Hincmarum pag. 715, ex quâ Epiſtolâ ſumitur c. Interfectores 33. qu. 2. qui canon habetur etiam l. 4. Sentent. d. 37. a. 2. A Item c. Conqueſtus 9. q. 3. vbi fit mentio Patriarchatus Bituricenſis, quem canonem referens Iuo epiſt. 236. vel 238. vocat Aquitaniarum Primatem, ad quem ſcripſit Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis 31. commendans ei bona S. Remigij ſita Lemouicis, apud Flodoardum l. 3. c. 14. Interfuit Concilio Meldenſi 846. & Moguntino, ſub Rabano 848. apud Trithemium, & Tullenſi apud Saponarias contra Guenilonem A. 49. Senonenſem. 8. Calend. Iullias 859. Obijſſe verò dicitur Radulphus Aquitaniarũ Archiepiſcopus 866. in Chron. Adonis B Archiepiſcopi Viennenſis. Quieſcit in S. Vrſini, vbi feſtiuus dies illi agitur duplex. 11. Cal. Iulij, in quâ Diœceſi Officium habet 3. Lection. Sedit ann. 25. cuius tempore fundantur Abbatiæ Vierzonis, & Belli-loci. Memoratur in Capitular. Caroli Calui tit. 25.

48 B. *VVlphandus*. In Concilio Trecen. 867. apud Baron. & Bin. & Vermeriæ cum Frotario Burdegalẽſi 870. Quieſcit in Monaſterio S. Laurentii, mortuus Martii vltimâ cum ſediſſet ann. 9. dies. 12. Ei Pallium miſit Adrianus 2. Epiſt. 11. indict. 11. menſe Martio.

C 49 *Frotarius*. In Concilio Pontigonen. 876. menſe Iulio, vbi dicitur Frotardus Dei pietate Archiepiſcopus Bituricenſis, cuius meminit Flodoardus l. 4. c. 1. Baron. ann. 885. n. 20. Vion l. 2. pag. 199. Continuator Aymoini l. 5. c. 33. & 37. Frotarii verò epiſtolas circiter 40. reperiri MM. SS. ait Andreas Quercetanus in Bibl. Hiſt. Franc. Eius etiam meminit Ioann. 8. epiſt. 13. Clero, Plebi, & Ordini S. Bituricenſis Eccleſiæ indict. 10. Calend. Nouemb. 876. epiſt. 14. 37. & 121.

50 *Adactus*, ann. 19. menſes 7. d. 7.

D 51 *Madalbertus*, vel Malbertus, cognomento Ianus, ob ſingularem prudentiam cui idcirco iure Perſianum illud occini poterat, & ſeriò,

O Iane à tergo, quem nulla Ciconia pinſit.

Satyra 1. ſubſcripſit Donationi, ſeu Teſtamento Guilelmi Aquitaniæ Ducis A. C. 910. pro fundatione Cluniacenſis Monaſterii. Sedit ann. 3. m. 8. d. 10.

52 *Gerontius*, vel Gerondus, vel Gernutius ſubſignat litteris Rodulphi Regis pro S. Martino Turonen. 929. cum Turpino 41. Epiſcopo Lemouicenſi. Obiit 948. apud Flodoardum, poſt ſedem ann. 40. Eo ſedẽte & præſente fundatur Monaſterium Burgidolẽſe ab Ebbone Principe inferioris Bituriæ 4. Non. Septemb. *Bourdieue.*

S. Gildas.

A 920. Conditur etiam Monaſterium S. Gildæ vel Gildaſii, quibus Monaſteriis multa contulit Gerontius ipſius Ebbonis patruus, vel auunculus, eodemque tẽpore dotatur prioratus Villæ-Dei à Rodulpho Ebbonis filio. Præterea augetur à noſtro Præſule Abbatia Virzionis. Curauit quoque transferendum S. Paterni corpus in Monaſterium Exſoldunenſ. fundatum à prædeceſſoribus ſuis, cui dedit 20. circiter Eccleſias.

Ville-Dieu.

Vierzon.

53 *Launo*, vel Launus, vel Lantius, nepos Gerontij, ex Archidiacono, frater Ebbonis Dolenſis, Stephani 5. Legatus, ſeu Vicarius, cognomento *Magnanimitatis Norma*. Fratrem etiam habuit Guillelmum Comitem Biturigum. Ebbo verò fuit Lamberti filius, & Pater Rodulphi conditoris Caſtri de ſuo nomine. Quod poſtea Ducatus & Patriciatus titulo donatum fuit in gratiam Illuſtriſſimi Principis Henrici Borbonii Biturigum & Boiorum Proregis. Sedit ann. 7. obijt 7. Calend. Iun. A.C. 950.

B

Chaſteau-Roux.

Monſieur le Prince.

54 *Richardus*, cognomento *Auarus*, quod vitium cum in omnibus malè audiat, tum maximè in Præſulibus. Nam ex mente S. Ambroſii l.1. Offic.c.28. *Auaritia prima omnium infirmat, atque inflectit iuſtitiæ vigorem*: quâ de re inferius plura dicemus cum de Epiſcopis hoſpitalibus, & pauperum patribus agetur. Obiit 13. Calen. Decemb. 959.

C

55 *Hugo Richardi* nepos, filius Theobaldi, Carnotenſis, Bleſenſis, & Turonenſis Comitis ex Leudegarde Herberti Trecarum, & Peronæ Comitis filia, patruus Rogerij Epi. 41. Bellouacenſis) nominatur 955. vel circiter in Charta inſtaurationis Abbatiæ S. Petri in vallea per Ragenfridum Epiſcopum Carnotenſem. Dedicauit Eccleſiam Cluniaci ad preces ſancti Mayoli Abbatis 5. 16. Calend. Martij 981. regnante Lothario, vt eſt in Catalogo M.S. Abbatum Cluniaci nobis à Domino *Corna* eiuſdem loci Religioſo, ante editionem Bibliothecæ Cluniacenſis communicato. Hunc filiolum ſuum de fonte Robertus R.F. patrinus inueſtiuit de Abbatia Maioris Monaſterij, ex qua poſtea fuit ad inſulas Primatus Bituricenſis ſublimatus, vt ait Auctor Appendicis ad Gregorium Turonenſem de geſtis Archiepiſcoporum Turonenſiũ, vbi eum facit filium Odonis Campaniæ comitis poſtea Monachi, ex Hermingarde. Amplificauit Monaſterium S. Sulpitii ann. 983. Indict. 11. Herberto Abbate, idque more bonorum Præſulum Religioſis fauentium, inſtituendo, vel

D

Is Robertus Rex Fr. fuit filius Roberti Ducis, cognomẽto fortis, ſeu Saxonis.

S. Sulpice.

inſtaurando Cœnobia. Obiit Calend. Ianuar. 984. poſt ſedem ann. 25.

56 *Dagobertus*, ſeu Dalbertus, & Daymbertus interfuit pſeudo-Synodo Remenſi 991. ſuſpenſus cum Rocleno Niuernenſi 43. Epiſcopo, quod non ritè conſecraſſet Stephanum Epiſcopum 30. Anicienſem A.C. 999. apud Baron. n. 12. ſed poſtea reſtitutus honorificè, re benè perſpectâ à ſummo Pontifice Gregorio 5. vt eſt apud Michaëlem *Cotignon* in hiſt. Epiſcoporum Niuernenſium, & in hiſt. Anicien. l. 2. c. 18. per P. Odonem *de Giſſy*. Hoc autem tempore, loco Monialium, inducti ſunt Canonici in Eccleſiam S. Petri Puellarum, & S. Mariæ de Salis circa A.C. 1012. Quo etiam tempore inſtauratur Eccleſia S. Ambroſii à Gofrido Vicecomite Ciuitatis Bituricæ. Sedit ann. 17. m. 5. d. 7. Vacat ſedes 3. menſes, poſt eius obitum 15. Cal. Mart. 1013. Sepultus in S. Auſtregiſilli Caſtrenſis ad Vrbem. Præterea in Vita. S. Menulphi Epiſcopi dicuntur oſſa ipſius reuelata præſente Dagoberto Archiepiſcopo bituricen. tempore Adalgaſiæ Abbatiſſæ in vico Maliaco, qui nunc de eius nomine dicitur *S. Menoul en Bourbonnois*.

S. Pierre le Puellier, vulgò Pilier Noſtre-Dame de Sales.

S. Ambroiſ.

S. Menoul.

57 *Gauſlinus*, Hugonis Capeti filius naturalis, ex Abbate Floriacenſi 31. (ad quẽ ſcribit Aymoinus librum de Miraculis S. Benedicti) electus Archiepiſcopus anno 1013. apud Carolum Saulſeyum in Annal. Eccleſiæ Aurelianenſis. Lege vitam S. Gildaſii Biblioth. Floriacen. Ademarum, & Helgaudum, in vita Roberti Regis, vbi ait Gauſlinum dedicaſſe Eccleſiam S. Aniani, ab ipſo Roberto conſtructam 1029. Et ſcribit Fulbertus Epiſcopus 53. Carnotenſis Epiſt. 39. 40. 44 vide Baron. 1028. & 1029. quo loco notat Præſulatum Bituricenſem tenere Principatum Aquitaniæ, & eſſe decus & honorem Franciæ. Obiit 13. Cal. Decemb. 1030 poſt ſedem ann. 17. m. 3. dierum 3. Vion Porrò Gauſlini extat Epiſtola ad Regem Robertum, quæ eſt 96. apud Fulbertũ Carnotẽſem de cauſis pluuiæ ſanguinis, de quibus fuerat ab eodem Rege interrogatus, quod narrat fragmẽtum Hiſtoriæ, apud Pithœũ, in Regione ſcilicet Aquitaniæ ſecus maritima ante ſolemnitatem S. Ioannis Baptiſtæ, tribus diebus pluiſſe ſanguinẽ, qui cadens ſuper carnem hominis, aut ſuper veſtimentum, aut lapidem, non poterat lauari, cuiuſmodi pluuia legitur ſæpè in antiquioris, & recentioris Hiſtoriæ monumentis, prodigii loco ſem-

S. Aignan d'Orleans.

Dignitas Archiepiſc. Bitur.

Pluuia ſanguinis prodigioſa.

per habita, vt apud Ciceronem diuinatione. 2. Liuium l. 34. Plin. l. 2 c. 56. Plutarchum in Romulo, Dionem, Gregor. Turon. l. 6. c. 14. Aymoin. l. 3. c. 39. eaque fortè intelligitur per lacrymas ſãguineas, quibus dicitur Sarpedõ à Ioue defletus, apud Auſon. ex Homero Iliad. 16. Legẽdi Conymbricenſes Commentarij in Meteorologica tract. 7. c. 2. ſed & niuem ſanguinolentam cecidiſſe teſtantur Annales incerti Auctoris, apud Pithœũ. 860.

Cæterùm Gauſlinus, quamuis genere, ætate, Religione, & diſciplinis liberalibus clarus haberetur, vt eſt in M.S.C vix tamen admiſſus eſt ad hanc dignitatem, eò quòd non eſſet legitimo connubio natus, qualis eſt, irregularis ad ordines, & beneficia. Et certè Manzer non ingrediebatur Eccleſiam Dei vſque in decimam generationem, Deuteron. 23. 2. Et Elæi, & Piſitæ Olympicum illum Oleaſtrum tam magni faciebant, vt neminem paterentur ad certamen nudari, niſi qui patrem, & matrem, ac ſtirpis integram, ſinceramque originem approbare poſſet, apud Themiſtium Orat. 1. & Pericles legem tulit Athenis ne nothi pro Ciuibus haberentur Plutarcho teſte. At Timotheus obijcienti probrum maternũ, Maximas, inquit, habeo gratias matri, quòd per eam Cononis ſum filius, ex Athen. & Suidâ. At optimum reparandi natales genus, originis vitium virtute redimere meritorum, vt ait Honorius 4. & antea Innocent. 3. c. niſi de renuntiat. *Qui paterna vitia non ſequuntur, ijs propriæ virtutes poſſunt opitulari.* Vide eumdem Innocentium c. 20. Innotuit, de elect. vbi illegitimus poſtulari, non autem eligi poteſt, & c. 3. Conc. Lateranenſ. Alex. 3. 1180.

Baſtardi irregulares.

58 *Aymo*, frater Archambaldi Domini de Borbonio cognomine de Soliaco, verè generoſus, de quo illud vſurpatum, *Fortes creantur fortibus, & bonis*, Horatius Ode 4. l. 4. Confirmauit dotationem S. Satyri factam per Mathildem, Henrico regnante, in terra Eccleſiæ Bituricenſis, vt eſt in pancharta ipſius Eccleſiæ fol. 359. Concilium habuit Lemouicis, & alterũ in primariâ vrbe, apud Baron. 1034. Ei verò inter cæteros ſcripſit Ranconus Decanus Bituricenſ. idemque Epiſcopus 51. Claromontenſ. cõſecrauit monaſterium S. Frontonis Petragoricenſis 1047. in viſitatione Prouinciæ. Obiit Nonis Iunij 1071. poſt ſedem ann. 41. m. 5. d. 5. regnante Philippo primo ann. 11. Eſt autem Soliacum ad Ligerim oppidũ titulo Ducatus donatum ab Henrico 4. 1605. vnde vnus ex Archidiaconatibus Eccleſiæ Aurelianenſis denominatur, habetque capitulum Canonicorum dicatum S. Itherio. Eſt etiam aliud Soliacum Diœceſis Cadurcenſis ad Dordonã ſeu Duranium fluuium, vulgò Souillac longè à Solenniaco Monaſterio Lemouicenſ. Diœceſis differens Solignac. Ex gente verò Soliacâ præter 5. Biturigum præſules fuere alij, vt Odo Pariſienſis 71. Bernardus 61. Autiſſiodorenſis, Rodulphus Abbas 12. Cluniaci, Philippus præcentor Bituricenſis Eccleſiæ, in cuius Calendario 19. Septembris legitur obijſſe Henricus Dominus Soliaci, deuotus, fidelis, & conſanguineus Regis, pater Henrici, Ioannis & Guidonis Archiepiſcoporum Bituricenſium. Ex Cõcilio vero Bituricenſi ſequentia habui, vt pleraque alia à Ioanne Cordeſio Lemouicenſi Canonico, rerum Eccleſiaſticarum & totius antiquitatis peritiſſimo.

Sully d'azur au Lyon d'or

S. Fronton de Perigueux

Sully.

Monſieur des Cordes.

In Nomine Domini. *Ego Aymo Archiepiſcopus ann. Incarnationis Dominicæ 1031. indict. 14. in Concilio Bituricenſi quod actum eſt cum conſenſu Coepiſcoporum, ſeu Abbatum, reliquorumque fidelium qui ibidem præſentes adfuerunt, decreui, & propriâ auctoritate firmaui, vt Priuilegium Domini Ioannis Romanæ Sedis Papæ, quòd iſdem Dominus inſtituit, & Epiſcopis, & Abbatibus, & reliquis fidelibus totius Galliæ miſit, inconuulſum, & inlibatum permaneret, ſcilicet vt beatus Martialis in numero Apoſtolorum tàm in Litanijs, quàm in omnibus diuinis Officijs computaretur, & eſſet. Nec immeritò; ſi quippe dignum, ſicut in geſtis eius reperimus inſertum, illum videlicet, tàm in Cœnâ Domini, quàm in Paſſione, necnõ in Reſurrectione, Aſcenſione quoque præſentem adfuiſſe, & cum cæteris Apoſtolis Spiritum ſanctum accepiſſe. Quia etſi reliquarum gentium Apoſtolus non eſt, totius tamen Galliæ ad Chriſtianiſmum conuertendæ Princeps, & Apoſtolus eſt. Hoc autem noſtrum edictum Epiſcopis, Abbatibus, & reliquis fidelibus totius Aquitaniæ direximus, obſecrantes, vt ſicut Priuilegium à Sede Apoſtolicâ delatum inuiolabiliter cuſtodiatur. Et qui huic Priuilegio Apoſtolico, & noſtro edicto contrarius extiterit, contraire ſe nouerit præceptis Apoſtolicis, & iram ipſius incurrere noſtri Redemptoris, cuius ipſe, de quo loquimur, Apoſtolus Martialis inuincibilis extitit teſtis. Hæc ſunt nomina Epiſcoporũ qui interfuerunt: Aymo Archiepiſcopus Bituricenſ. Iordanus Lemouicenſ. Stephanus Valacenſis, Renco Aruernenſ. Amelius Albigenſis, Deuſdet Cadurcenſis, Raymundus Mimatenſis, & Azenerius Abbas Moſiacenſis, cum plurimis Abbatibus, & Religioſis viris ſede Rutenenſi vacante.*

vacante. Priuilegium verò Ioannis Papæ ſic ſe habet. *Ioannes Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Iordano Epiſcopo, & eius Clero, cunctiſque Epiſcopis Galliarum, ſalutem cariſſimam cum benedictione Apoſtolicâ. Ad paſtoralem quidem ſolicitudinem pertinet, cũ aliquid cõtrouerſiæ in Eccleſia oritur, antequam vires recipiat, falcaſtro ſeuera linguæ extirpare radicitus, & ea ſuperſerere tàm diuinis inſtitutis, quàm ſanctiſſimis exemplis, quæ meſſem Dei & faciant, & lætificent. Cur enim talia ſuſcepimus, propalabunt ſubiecta. Beatiſſimus quidem Martialis, ſicut in geſtis eius reperimus docente Chriſto in mundo, & præcipiente, à Petro Apoſtolorum principe baptizatus eſt, & tanto S. Spiritus igne inflammatus, vt ex eò derelictis parentibus, ſoli ipſi filio Dei ſeruire eligeret, & hunc Magiſtrum, & Dominum Petro Apoſtolo confirmante, cuius ſanguine cretus erat deſideraret, quod, & factum eſt. Nã in reſuſcitatione Lazari præſens aderat, in Cœnâ interfuit, in lauatione pedum miniſtrauit: poſt Paſſionem verò, quando putabant ſe ſpiritum videre, palpare manus, & latus Thomam vidit, quando Apoſtolis dictum eſt, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: & ; Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retẽta ſunt, audiuit; aſcendentem in Cælum vidit, Spiritum ſanctũ in igneis linguis deſcendentem & vidit & accepit, omnibuſque linguis eſt vſus, deinde Principi Apoſtolorum adhæſit, vt potè carne propinquus, & baptiſmate filius, à quo præcipiente Chriſto, ad prædicandum Prouincijs Galliarum eſt deſtinatus, vbi infinitum populum à cultu idolorum remouens, Chriſto ſuâ doctrinâ dedicauit, quàm piam, ſanctamque tàm grauitate, & pietate morum, quàm reſuſcitatione mortuorum, recuperatione claudorũ, cæcorum illuminatione, & omnium mirabiliũ perpetratione confirmabat. Huic modò quidam veſtrorum, vt audiuimus, detrahere præſumunt, quaſi nihil ſit ei commune cum Apoſtolis, ſed Confeſſoribus. Hi verò non loqui, ſed inſanire videntur, quia grauati faſcibus peccatorum in Cælis iudicare contendunt. Petrum denique noſtrum cui claues Cælorum cõmiſſæ ſunt, Confeſſorem dicimus, quia Chriſtum confeſſus eſt, dicens, Tu es Chriſtus Filius Dei viui, & Apoſtolum dicimus, quia ab ipſo Domino ad prædicationem eſt miſſus, Martyrem nominamus, quia prædicando Chriſtum, martyrio vitam finiuit: Principem Apoſtolorum credimus, quia Apoſtolos conſtituit, ſicut eſt Marcus baptiſmate filius, & Mathias ſorte electus, Lucas Diſcipulus Apoſtoli Pauli, & Barnabas, & quamplures. An fortè nolunt hos recipi inter Apoſtolos eò quòd ab Apoſtolicis ſint electi, & miſſi, qui Martialem eò quòd non ſit de duodeno numero Apoſtolicâ dignitate nolunt clarum videri? Non putant alios Apoſtolos, niſi illos duodenos, & vbi eſt, quod dicit Apoſtolus Paulus Philippenſibus? Neceſſarium autem exiſtimaui Epafroditum fratrem, cooperatorem, & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum, & miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos. Sillam quoque, & Iudam ab Apoſtolis, Apoſtolos nominatos inuenimus. Anglorum verò Eccleſia vſque hactenus beatiſſimum Gregorium, quem nos Confeſſorem dicimus, proprium ſuum Apoſtolum nominat. Romani Pontifices quia vice Apoſtoli funguntur, Apoſtolici nominantur. Cum igitur Apoſtoli nomen non ſit numeri, ſed ſuffragij, quicumque reuelante Deo ad prædicandum mittitur, & ſuâ piâ exhortatione, & exemplo cõmiſſum ſibi diuinitus populum à poteſtate diaboli liberat, non incongruè Apoſtolus dici poteſt, quia Apoſtolus miſſus dicitur. Nec verò in firmâ petrâ educati, hunc de quo loquimur Martialem, vtrum inter Confeſſores, an inter Apoſtolos, Ieſus Chriſtus Dei Filius, cui corporaliter adhæſit, & cuius gloriam vidit, & benedictione eſt vſus, annumeret, Apoſtolum nominari poſſe definimus, & æque Apoſtolica officia in diuinis myſterijs exhiberi ſibi cenſemus, nec de illius beatitudine guſtare quemquam poſſe confidimus, qui ſibi reſpondente nomine ſacris operibus Apoſtolicam dignitatem ſubtrahere inuidioſè conatur. Vt autem reuerentia, & celebritas tanti Apoſtoli in toto terrarum Orbe excelſius recolatur, ædificatum, ac dedicatum eſt à nobis in eius honorẽ pulcherrimum altare in Baſilicâ S. Petri Apoſtoli Romæ ad meridianam Templi partem 3. Idus Maij, vbi quotidiè ipſius ſancti memoria deuotiſſimè veneratur, & præcipuè in die natalitij eius quod eſt pridie Calend. Iullias quotannis dulcius recolitur.*

Mathæi 28. 19.

Ioann. 20. 23.

Tituli aliquot S. Petri.

Philippenſ. 2. 25

Actuum 15.

Apoſtoilles.

59 *Richardus* 2. Senonis à Richerio 65. Archiepiſcopo conſecratus die Paſchæ 8. non. 9. Calend. Maij, ſeu 24. Aprilis 1071. Monaſteriorum acerrimus defenſor, & Pleni-pedenſis fundator, vbi iacet, poſt ſedem ann. 20. nominatur apud Gregor. 7. epiſt. 5. l. 2. delegatus cum Richerio Senonenſi ad cognoſcendam cauſam Raynerij Epiſcopi 59. Aurelianẽſis, apud Baron. 1077. nominatur etiã in inſtrumento pro Dionyſianis Pariſiẽſibus Philippo regnante, de Capellâ-audæ huiuſce Diœceſis.

Plein-pied.

La Chapell'-aude.

60 *Aldebertus*, vel Ildebertus, ex Abbate Dolenſi, interfuit Concilio Claromontano 1095. de bello Siriaco, pro cuius expeditione Herpinus vendidit ſuum Comitatum Bituricenſem Philippo I. R. F. ſexaginta millibus aureorum, apud Tillium, Calameum, Gaguinum l. 6.

& Æmiliũ l. 4. adfuerat antea abſolutio-
ni Fulconis Richini 1094. ſubſcripſitque
confirmationi fundationis Abbatiæ de
Rotâ Diœceſis Andegauenſis pridie Idus
Febr. 1097. vbi Primas dicitur; ſedit ann.
4. dies 6. eius meminit Ordericus l. 8.

61 *Leodegarius*, ei ſcribit Iuo Epiſt. 152.
interfuit Concilio Lateranenſi ſub Paſ-
chali 2. per procuratorem, apud Baron.
1112. in cuius Paſchalis diplomate, apud
Siluiniacum nominatur ann. 1107. indict.
15. 8. Calend. Iunij cum Girardo Engo-
liſmenſi, & Hildeberto Cœnomanenſi.
Dedicauit Eccleſiam Caſalis Benedicti 8. *Chezali-Benoiſt.*
leucis ab Auarico, quâ de re Carolus
Sauſſeyus l. 9. n. 8. fundauit Vrſanum, Vrſanum.
Orſan Prioratum Ordinis fontis Ebral-
di in hac diœceſi, vbi Robertus de Ar- Robertus de Arbriſcello.
briſcello inſtitutor eiuſdẽ Ordinis obiit
11. Calend. April. 1120. Adfuit quoque
Concilio Remenſi Calixti 2. 1119. apud
Ordericum l. 12. ſed ibi legitur malè Leo-
tharicus ſex libras ceræ nouæ cuique Ca-
nonico diſtribuendas in Matutinis Pen-
tecoſtes fundauit. Obijt Martij 31. 1120.
poſt ſedem ann. 22. m. 8. d. 12.

62 *Vulgrinus*, interfuit ſacro Philippi filij
Ludouici Craſſi. 1129. die Pentecoſtes, &
Concilio Lateranenſi 1132. & Piſano 1134.
Conſtituit vt Decanus Eccleſiæ metro-
politanæ Prior eſſet Canonicorum de *Les Aix Dam-gillon.*
Aijs. Benedixit Sugerium Abbatem San-
dionyſianum, & depoſuit Girardum E-
piſcopum Engoliſmenſem ſtantem à par-
tibus Anacleti. Obijt 6. idus Ianuar. 1136.
ſepultus in cathedrali Choro, hoc Epi-
taphio. *Dominus Vulgrinus Archiepiſcopus Bi-
turicenſis.* Sedit ann. 15. m. 4. d. 16.

63 *Albericus* literarum ſcientiâ, & con-
ſilij prudentiâ clariſſimus, *Roberto in ſup-
plem. Sigeber.* 1139. diſcipulus Anſelmi
Laudunenſis, apud Othonem Friſingen-
ſem l. 1. c. 47. quem Belforeſtus putat
fuiſſe 70. Epiſcopum Carnotenſem, ſed
tempus repugnat. Fuerat quidem ex Sco-
larchâ Remenſi, electus in Catalaunen-
ſem, ſed non obtinuit, factus tantùm Ca-
nonicus Laudunenſis, vnde vocatus fuit
ad Patriarchatũ Aquitaniæ. Hunc verò
noſtrũ vocat hominẽ ſanę fidei, & doctri-
næ, in diuinis pariter, & humanis pru-
dentem. S. Bernardus Epiſt. 13. cui etiã
ſcribit Petrus Venerabilis l. 3. Epiſt. 27.
Obiit 1140. in Chron. M. S. Senonenſi,
ſepultus in Monaſterio Loci Regij, vbi
in eius tumulo ſcribitur, *Lo-Roy Abbaye.*

Hic Albericus requieſcit Bituricenſis
Primas magnificus, modò maior in Arce
polorum.

Sedit ann. 2. m. 9.

A 64 *Petrus de Caſtrâ*, (*De la Chaſtre*) con- *La Chaſtre porte de gueule à la Croix ancree de vair.*
ſobrinus Aymerici S. R. E. Cancellarij
promouetur ab Innocẽtio 2. Rege inſcio,
vt eſt in M. S. Chronico Senonenſi, vnde
magna difficultas poſſeſſionis adipiſcen-
dæ exorta eſt: quâ de re Papirius Maſſo
l. 3. Annal. Franc. Andreas Querceta-
nus in vitâ Innoc. 2. Gordonus A. C.
1142. & 1143. Prateolus de ſtatu, & ſuc-
ceſſione Eccleſiæ, Antonius Verderius
in Proſopographiâ tomo 3. S. Bernardus
epiſt. 219. Petrus Venerabilis l. 3. epiſt.
3. Robertus in Supplemento Sigeberti.
Eſt verò Caſtra oppidum leucis 15. ab
B Auarico diſtans, vno ex viginti Archi-
presbyteratibus huius Diœceſis inſigni-
tum, cui Gens, vel quod Genti nomen
dedit, vt aduertit R. P. Iacobus Geor-
gius Biturix S. I. in oratione funebri
Claudij Caſtræi Franciæ Mareſchalli,
apud Bituriges Proregis defuncti 18.
Decemb. 1614. ibique in cathedrali ſe-
pulti. De hoc autem Præſule illud omi-
nis cauſâ vſurpabatur,

Debile principium melior fortuna ſequetur.

Qui verſus apud Petrum Cellenſ. l. 2.
epiſt. 13. habetur, vbi tamen legitur fle-
bile. Extant autem eius 9. epiſtolæ ad Su-
C gerium Abbatem S. Dionyſij, Franciæ,
vt vocãt, regentem, inter epiſtolas ipſius
Sugerij in Cod. Thuano qui fuit V. C.
Nicolai Fabri, vbi etiam habetur epiſto-
la Sugerii de hoc negotio directa præpo-
ſitis Bituricẽſibus. Quo tẽpore 1151. Ca-
nonici S. Ambroſii ſuſcipiunt regulam *S. Ambroiſe.*
S. Auguſtini. Porrò in Cartulario Bituri-
cenſi ei reſcribit Eugenius 3. Papa 1145.
per manum Roberti Cancellarii Idibus
Martiis, & Adrianus 4. 1158. 4. Calend.
Aprilis, per manũ Rolandi Cancellarii,
& Alexand. 3. de concubinariis eiicien-
dis, Idibus Februar. 1164. vbi inter cæte-
ra ait, *totius familiæ ſtatum, & ordinem va-*
D *cillare, ſi quod requiritur in membris, in eorum*
capite non habetur, & ne quis talium Miſſas
audire præſumat, quia per tales nomen Dei ma-
ximè blaſphematur in terris, per tales deroga-
tur ſacramentis fidei orthodoxæ, cum vaſa Do-
mini polluta eorum contactibus profanantur, per
tales decipitur populus in diuinis, & Eccleſia-
ſtica ſubſtantia diſſipatur, & perit erga Reli-
gionem deuotio reuerentia: hinc hæretici inſul-
tant, hinc graſſantur audacius in Chriſti Patri-
monio ſacrilegi exactores, &c. Ibi quoq; cõ-
firmatur ei ius Primatiæ in Prouinciam
Burdegalenſem, & in eâ crucis vexil-
lum deferendi, cum vſu pallii, & Caſtrum
Magdunum cum totâ Caſtellaniâ in Ca- Magduni.
ſamento, cum Oleo, quod in Cœna Do-
mini inde perſoluitur, & ligium homa-
gium

Miſſa Sacerdotis concubinarii non audienda, ſi ſit excommunicatus nominatim denuntiatus. Suarez to. 3. in 3 partem diſput. 88. ſect. 6.

gium de dominio ipſius Caſtri,& ius denarii vnius ſuper ſingulis domibus quæ ſunt in Parrochia Bituricenſi ad Altare S. Stephani iuxta antiquam conſuetudinem perſoluendi, quam Parrochiam Bituricenſem Innocentius 3. confirmans eadem iura S. Guilelmo, interpretatur de ſingulis domibus,quæ ſunt in Bituria. Sed & Ludouicus 7.in huius præſulis fauorē tale diploma emiſit. In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ego Ludouicus Dei præſtāte clementia R.Frāc. Petro Archiepiſcopo Bituricenſi,& ſucceſſoribus ſuis in perpetuum S. Superni Regis cuncta moderantis non immemores, de retributione quidem bonæ volūtatis, & deuotæ actionis nihil dubitantes ipſius Eccleſiam fouere, & S. Sacerdotium honorare ſtudemus. Noſtro itaque tempore apud Deum,&homines acceptus B. Petrus in prima ſede Aquitaniæ,videlicet vrbe noſtra Biturica ſedet, ante cuius tempora Archiepiſcopales domus poſitæ erant indignæ, & modicæ facultates in ſede Paſtorem retinere diutius non poterant, dictus verò Petrus tamquam à Deo in id prędeſtinatus,& gratiæ celeſtis munere temporalis abundans fortunæ, inclytæ nobilitatis erexit Palatium, domos celebres ædificauit, conſtituit grangias, terras acquiſiuit, & vineas, & in grangiis copioſam poſuit nutrituram. Quæ omnia volens prodeſſe ſucceſſoribus ſuis domorum, & grangiarum à nobis depopoſcit libertatem. Nouerint itaque vniuerſi præſentes,atque futuri nos pro Amore Dei, & pro reuerenda prece iamdicti amici noſtri Archipræſulis Petri, Eccleſiæ Bituricenſi domos Archiepiſcopales quitaſſe, & in eiſdem domibus liberaſſe quidquid eſt de ligno, ferro, plumbo, ſtanno, pluma, corio, lana, canabo, lino, mazerias, & omnia domorum vtenſilia. Liberas eidem Eccleſiæ conceſſimus grangias, & in eiſdem grangiis bergerias, bouerias, & porcarias,& quācumque nutrituram vbicumque eam habuerit, ſaluam eſſe, quantum ad Regiam ſpectat poteſtatem. De fructibus verò omnium terrarum, & vinearum ſuarum anno obitus ſui Archiepiſcopo conceſſimus plenariam poteſtatem faciendi teſtamenti, & legandi vinum,& annonam, & legumina, ſecundum quod voluerit. Vt hoc autem præceptum noſtrum firmiſſimum ſit in poſterum, & omnino inconcuſſum Regij ſigilli auctoritate roborari, nominis quoque noſtri charactere cōſignari fecimus. Actum

Bituria.

Hoc diploma extat in Cartulario Bituricenſi, cuius etiam meminit, ex Cartulario Regio Andreas *Du Cheſne*, agens de Mathæo 1. Mommorenciaco Franciæ Conſtabulario infrà ſubſcripto.

A publicè Bituricis anno ab Incarn. Dñi 1159. aſtantibus in Palatio noſtro quorū ſubtitulata ſunt nomina& ſigna, S. Comitis Theobaldi Dapiferi noſtri, S. Guidonis Buticularii, S. Mathæi Camerarij, S. Mathæi Conſtabularii, *data per manum Hugonis Cancellary* Quo in diplomate obſeruabis,ex vaticinio Iſaiæ 49. 23. *Reges eſſe Eccleſiæ nutritios*,& rectè. Nam in Reipub.adminiſtratione, ex mente Ariſtotelis 7. Polit. c. 8. primas tenet rerum diuinarum curatio,vnde S. Leo epiſt.25. ad Theodoſium Imp. Defendite inconcuſſum Eccleſiæ ſtatum, vt & veſtrum B Chriſti dextera defendat imperium. Et S.Greg. Reginæ Franciæ l.9.ep.7. Facite quod Dei,& Deus faciet quod veſtrū eſt. Sic Iuſtinianus Nouella de Epiſcopis,omni prouidentia curam Eccleſiarum gerimus,per quas Imperium noſtrū ſuſtineri exiſtimamus. Vide Lingonēſes Epiſcopos n.38. Nec res humanæ aliter tutæ eſſe poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinent, & Regia,& Sacerdotalis defendat auctoritas. Idem Leo ad Pulcheriam. Sed & proprium eſt nobilium, præſertim Francorum, donare c.1. de Donat. ex S. Gregorio ad Aſ- C clep. Patritium Gallorum, & Principis eſt liberalitate, & clementia ſubiectos gubernare, & in veteri inſcriptione, *Potentiſſima dos, in Principe liberalitas, & clementia.* Hinc quoque vides rectè Ludouicum vocari piiſſimum, & Chriſtianiſſimum Regem à Guilelmo Tyrio l. 22. magnum, nobilem, & ſpecialem filium, & magnificum populi Chriſtiani Rectorem, Petro Venerabili epiſt. ad Innocētium 2.ipſius Ludouici inunctorem, à quo Regia munificentia ſuſceptum fuiſſe Alexandrum 3.apud Caſtrum-Rodulphi, legere poteris in epiſt. 144. At ſem- D per Sacerdotes fuiſſe honoratos, vel hinc patet,quòd *Fidelis* obuius Epiſcopo dicebat ſalutando eum, *Adoro te*, apud Iſidorum Peluſiotam epiſt. 490. vnde reuerendiſſimi, & ſanctiſſimi dicuntur in Principum conſtitutionibus, quo referendum illud Manilii l. 5.

Diuorum ſacrá venerantes numina voce,
Penè Deos.

Namque participatione quadam dii appellantur, vt alibi dictum,ex Rufino l.1. c.2.Clemente conſtitut.l. 2. c. 29. & 31. vnde illis caput inclinat omnis terra, Capitular.l.5.n.107. Quaſi Thronis Dei, in Synodo Tullenſi,quia de cæleſtibus vice Dei in Cœlo regnantis iudicant, Chryſoſtomus Homil. 5. in Iſaiam. Poſtremò hìc aduerte teſtandi licentiam Archi-

Dapifer, *Seneſchal, ou grand Maiſtre.*

Le Grand Bouteiller ou Eſchanſon chargeoit ſes Armoiries de cinq couppes d'or, marques de ſon office.

Res diuinas curet princeps.

Senatoriū eſt donare. l. filiuſfamilias, de donat.

Sacerdotes venerandi.

epiſcopo à Rege concedi, aliàs enim curiales, & fiſcales, Harpyiarum inſtar omnia tactu ſuo fœdantium, inuolare potuiſſent in illos fructus, iure quodam, vt dicitur, Regaliæ, de quo Chopinus l. 1. Polit. ſacræ c. 7. & l. 2. Domanij c. 9. Rigordus in teſtamento Philippi Auguſti 1190. ſed & prauo more ædes Epiſcoporum demortuorum à plebe expilabantur, apud Baron. 885. Quod malum prohibitum, ſed forſan non ſublatũ Concilio Remenſi 904. aduerſus quas direptiones reſcribit Ioan. Comnenus Orientis Imp. 1024. At profectò in Galliã fructus, & reditus Beneficiorum poſt mortem relicti iure communi, vel conſuetudine Eccleſiis, vel ſucceſſoribus conferuntur, Ludouicus Lopez parte 2. c. 105. Couarruuias in c. cum Officijs de teſtam. n. 5. Molina diſp. 147. Porrò hic intelligendus eſt Archiepiſcopus Bituricenſis ad quem extat epiſtola Alexandri 3. ſcripta Tuſculi 8. calend. Maij 1171. quã ei mandatur vt abſoluat vice Apoſtolicã Londonienſem, & Saliſburienſem Epiſcopos à vinculo excommunicationis, quâ innodati fuerant à ſanctæ recordationis Thomâ quondam Archiepiſcopo Cantuariæ, quas tamen litteras morte præuentus non potuit exequi. Sedit an. 3. d. 24. Sepultus in choro maioris Baſilicæ ſub laminâ æneâ hoc Epitaphio.

Domorum Epiſcopalium malo more direptio Epiſcopis morientibus.

Clauditur hîc Primas, ſtans nomine, menteque Petrus.
Quem laudis famâ facta latere negant.
Maior honore ſuo fortuna fortis in omni
Pertulit intrepidus damna, pericla, minas.
Oppida, templa, domus, quorum ſtructura ſuperbit
Auctorem facient inueterata nouum.
Redituum duplicans numerum, via iuris, aſylum
Pauperis, exemplar Religionis erat.
Vltima primatis Maij lux prima prioris
Vitæ meta fuit, principiumque nouæ.

Anno ab Incarnatione Domini 1171. In hoc autem Epitaphio quædam notanda ſunt, primò, quod Petrus dicitur maior ſuo honore, qui honor, vel ex nobilitate generis, vel ex dignitate Eccleſiæ, priore modo poſſet illi dici. *Tanta eſt nobilitas originis tuæ, vt nihil tibi addiderit honoris imperium, ex Panegyrico Conſtantini.* Poſteriore modo ſic intelligi poteſt, quòd etſi duplici honore afficiendi ſunt, qui benè præſunt, & Epiſcopatus ſit apex dignitatum, & in medio fratrum rector illorum in honore, tamen

Nobilitas vera

A *Quod regnat minus eſt, quàm quod regnare meretur.*

Quo ſenſu Sidonius plus ſe admirari ait *Sacerdotalem virum, quam Sacerdotem*, id eſt verè dignum ſacerdotio. Ille enim incrementis ſuis maior eſt, quem ſublimitas parti honoris inclinat. At non ex locorum, vel generis dignitate, vel vrbiũ claritate innoteſcendos eſſe cenſet Gregorius Magnus, ſed ex morum nobilitate, & fidei puritate c. 3. diſtinct. 40. Quamuis ex oraculo Chriſti, qui benè ſedent ſuper Cathedram, honorem accipiant ab illâ, cui iniuriam facit, qui malè ſederit, inde crimen, non dignitatem B acquirens C. multi Sacerdotes, eâdem diſtinct. 40. vbi quoque dicitur hominem non ſanctificari à loco, ſed locum ab homine. Deinde Petri conſtantia laudatur. Nam ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere, Columella l. 6. c. 2. & Philoſophus etiam vim fortunæ ſe inferre profitetur l. 8. Reddatur C. de profeſſoribus. Atqui hoc verum eſt, vt quiſque fortunâ vtitur, ita percellet, atque exinde ſapere omnes diſcimus, ſi cum ſecundæ res ſunt maximè tùm maximè, quo pacto aduerſa ferantur, meditemur. Sic Petrus pari faſtigio C in vtrâque fortuna ſtetit, quod de Attico pronunciauit Cornelius Nepos, nec thus redolet niſi vratur, vnde Seneca epiſt. 95. contraria dixit, bonam fortunã, & bonam mentem, cum ſecundæ res acrioribus ſtimulis animum explorent, quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrũpimur. Maior itaque Petrus Alexandro Magno, qui apud Curtium l. 3. orientem fortunam moderatè, & prudenter tulit, ad vltimum magnitudinem eius non tulit. Tertiò ab ædificatione, & inſtauratione Templorum laudatur Caſtræus, quod Sacerdoti maximè conuenit ornaD re Dei Templa, vt etiam hoc cultu Aula Dei reſplendeat, S. Ambroſius l. 2. Officiorum c. 21. C. Pulchra, diſtinct. 86. S. Hieronymus de Nepotiano, Chryſoſtomus Homil. 18. in Actus. Hinc Ioiadas ad Pontifices, & Sacerdotes 4. Regum 12. Quare inquit ſarta tecta non inſtauratis Templi? Numquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus mea deſerta eſt? Aggei 1. & Ierem. 22. Conſulendus hac de re Euſebius oratione de laudibus Conſtantini. Sic veteres Romani apud Saluſtium domi parci, in ſupplicijs Deorum magnifici, vnde Vlpianus l. 2. de Offic. Proconſulis, ait eum ædes ſacras, & opera publica circuire debere, an ſarta tecta ſint: legendus,

Conſtãtia.

Aduerſa ferenda.

Ædificatio Eccleſiarum.

legendus Suetonius in Auguſto c. 30. & 31. eaque prima cenſorum cura apud Ciceronem 3. legum. Præterea Petrus duplicaſſe numerum redituum hîc ſcribitur. Nam inter cætera Archiepiſcopis dedit Caſtrum, & Dominium de Nauis (*de Naues*) in Archipreſbyteratu Cantelæ, qui loci memorantur in inſtrumento Pipini Regis pro Moſacenſi Monaſterio, item villam *de Chabris*, poſtea permutatã cum Cantiliaco, *Cantilly*, & feudum *de Beaufort* in Aruerniâ, & feudum *de Chaumont* in territorio Aurelianenſi, ac Eccleſiæ multa bona contulit, pręter quadringentas libras in numerato pro anniuerſario. Poſtremò dicitur fuiſſe omnibus exemplar Religionis ſe in omnibus præbens exemplar bonorum operum Titi 2. Cum enim ſciret, ex Seneca, ep. 6. Longum iter eſſe per præcepta, breue & efficax per exempla, inſtar Catonis,

Prælatus ſuis exemplar. Vide Rotomagenſ. c. 4. & Arelatenſ. 12.

Monſtrat tolerare labores,
Non iubet,

apud Lucanum l. 6. Sic enim eſt, exaſperat homines imperata correctio, blandiſſime iubetur exemplo. Pacatus Panegyr. Imò diutius durant exempla quàm homines, vt dicebat Montanus in Senatu Romano, nec tàm imperio nobis opus, quàm exemplo, Plin. Panegyr. Quia qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea, Eccleſiaſt. 10. & in Epiſcopi vitâ formatur omnium vita, S. Ambroſius. Et certè perit reuerentia, eradicatur diſciplina, ſi qui culpas debet emẽdare committit, & cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt, vt grex ad præcipitium ſequatur, S. Gregor. Paſtor. p. 2. c. 3. & 7. Iſidorus Peluſiota l. 3. epiſt. 319. & 326. Iſque malus eſt paſtor, ex cuius præſentiâ neque profectum, neque ex abſentiâ detrimentum grex ſenſerit, quemque patronum, non gauiſus eſt habuiſſe, Fulbertus epiſt. 8. Itaque talis ad gradum huius dignitatis accedat, per quem regula Eccleſiæ in melius plus floreat. Nec omittendum eſt quod hæc meditantes incidimus in veterem codicem Bibliothecæ Thuanæ beneficio V. C. Claudij Puteani, in quo Sugerij, & aliquot aliorum epiſtolæ continentur, vnde ſequentes cum quibuſdam aliis in lucem producimus.

Venerabili, & dilectiſſimo fratri Sugerio Abbati ſancti Dionyſii P. Bituricenſis Eccleſiæ humilis Miniſter ſalutem in Domino. Quod mandauit prudentia veſtra, vt turris S. Palladij præpoſitus Domini Regis redderetur, non fuit nobis graue, quia ſcimus vos pro vtilitate noſtrâ hoc prouidiſſe. Raynaldus autem de Craciaco nolens eam reddere, dixit, quòd mitteret ad Comitem Radulfum, & ſecundum præceptum illius inde ageret. Nos autem non ſuſtinuiſſemus quin ſtatim conuocatâ Communia ſuper eum irrueremus, niſi quia vobis prius ſignificare voluimus. Prouideat ergo dilectio veſtra ne ex parte Comitis R. ſuſtentationem habeat. Damnum enim poſſet eſſe non ſolùm nobis, ſed etiam Domino Regi maius, quàm nobis. Si quid minus de hoc negotio ſcribimus per Magiſtrum Audebertum virum prudentem, & diſcretum, & quem ad vos mittimus, plenius vobis intimabitur.

Egregio Dei gratia Viromandenſi Comiti Roderio Sugerius beati Dionyſij Abbas ſalutem, & dilectionem. Iuuenis iſte Raynaldus de Craciaco feſtinat ad vos vt iuſtitiam mutetis contra Archiepiſcopum Bituricenſem, ipſum de firmitate ſancti Palladij expoliando, qua inueſtitus erat quando Dominus Rex Ieroſolymam profectus eſt. Nos autem dictante iuſtitia præfatum Archiepiſcopum reinueſtiri præcipimus, quod nullomodo mutabimus, & vos hoc ipſum mandare volumus. De VVidone verò de Herenbrachen, quem ad muniendam, & cuſtodiendam turrim Bituricenſem miſeramus, dilectioni veſtræ ſignificamus Præpoſitos Bituricenſes, & Cadurcum ei turrem negaſſe, licet poſtquam vobiſcum locuti fuimus, hoc idem eis iterum mandauerimus, quod per præſentem Nuntium vos ipſis præcipere ſcribendo volumus.

Turris Bituricę.

Kariſſimo Domino, & amico Sugerio Venerabili beati Dionyſii Abbati. P. Bituricenſis Eccleſiæ Miniſter ſalutem. Scire volumus dilectionem veſtram quòd turris ſancti Palladij, ſicut præcepiſtis, reddita ſit, & quamuis nondũ eam habeamus, inde multimodas vobis grates referimus, quia pro certo ſcimus vos ita eam præcepiſſe reddi pro bono, & vtilitate noſtra. Verumtamen nos cum multitudine militum, & peditum ſequenti die, ex quo litteras veſtras recepimus, ſuper Raynaldum ire volebamus, & quantò magis minas inferebat ex parte quorumdam, quos modò nolumus nominare, tantò magis aduerſus eos armabamur, & vires reſumebamus. Præterea mandauit nobis veſtra fraternitas per magiſtrum Audebertum Nuntium noſtrum, vt vobis occurreremus, & ſimul Domino Regi obuiaremus, quod libenter facimus, tùm quia aduentus domini Regis nobis gratiſſimus eſt, tùm quia perſonam veſtram plurimùm dilectã honorare volumus, & deſideramus. Præterea ſcire vos volumus, quia apud Lemouicas Dominũ Burdegalenſem, & Epiſcopos de Aquitania, ſicut inter nos collocuti fueramus, ad fidelitatem domini Regis cõmonuimus, & ſicut nobis promiſerunt, in fidelitate ipſius Domino auctore permanebunt. Quod vobis placuerit, per præſentium latorem nobis reſcribite.

Litteras veſtræ ſublimitatis accepimus, qui-

bus monuiſtis, vt die Iouis apud Vizeliacum, vel die Veneris apud Corbiniacum ſimus. Sed poſteaquam miſimus Nuntium noſtrum ad vos, dictum fuit nobis, quod Dominus Rex Bartholomæum Archidiaconum noſtrum occurrentem ſibi ſuſcepit in gratiam ſuam, ac pro eo fudit preces ad Dominum Papam; & nos quoque pro ipſo interpellare diſpoſuit, & obnixè rogare, vt nos ab hoc, quod pro honeſtate, & decore domus Dei inchoauimus, deſiſtamus. Fiduciam igitur habentes in vobis, non meritis noſtris, ſed quia Deum, & honorem eius diligitis volumus præmunire prudentiam veſtram, vt efficiatis apud Dominum Regem, ne diffamatum illum, de cuius honeſta conuerſatione multùm audiſtis, manutenere velit, nec nos interpellet pro eo: timemus enim ne eſſet cauſa offenſionis, ſi interpellaret nos de re, quæ non haberet effectum, criminoſam quippe vitam illius ſuſtinere non poſſumus, nec debemus, nec indulgere flagitijs eius. Nam quod de ipſo facimus conſilio Religioſorum multorum incepimus, qui grauiter confunderentur, ſi deſiſteremus, & faciem Eccleſiæ Dei quaſi dehoneſtatam iudicarent, ſi hominem talem cōtra ſanctitatem Concilij eorum præualere viderent. Placeat igitur dilectioni veſtræ reſcribere nobis conſilium veſtrum. Nā ſi laudaueritis, proxima die erimus apud Corbiniacum, ſi aliquomodo poterimus.

Quoniam de Religione, & amicitia veſtra plurimùm confidimus, ſecuriùs vobis ſcribimus, maximè quæ ad honeſtatem pertinere cognoſcimus. Bartholomeus ſiquidem Archidiaconus noſter malæ vitæ, & peſſimæ famæ precibus Domini Regis apud Dominum Papam obtinuit, vt cauſa, quæ inter nos & ipſum, ex mandato Domini Papæ ante Dominum Burdegalenſem agitabatur in Octauis Pētecoſtes ad grauamen noſtrum Romæ tractaretur. Quapropter oportet nos illuc in proximo ire, vel mittere, niſi iuſtitiæ, & honeſtati velimus deeſſe. Ideoque dilectionem veſtram obnixius deprecamur, quatinus apud Dominum Regem efficiatis vt Domino Papæ pro nobis ſcribat, & vos ipſe ſcribatis ſicut fidelis noſter Conſtantinus latius vobis exponet.

Cæterùm in eodem epiſtolarum volumine memoratur Petrus Bituricenſis monachus S. Dionyſii, electus 1147. in Abbatem S. Richarij Centulæ: hæc autem eò lubentiùs à nobis ſunt commemorata, quod hæc gens Caſtræa inſignes militiæ Caſtrenſis Duces in Reip. Chriſtianæ tutelam ſemper habuerit, de quibus nulla vnquam ætas conticeſcet.

65 *Stephanus*, ex Abbate Dolenſi, nominatur in inſtrumēto Roberti Briennæ Comitis 1171. pro fundatione hoſpitalis S. Geruaſij Pariſijs, & memoratur Baronio 1172. obijt Idib. Februar. 1173. Hoc verò tempore in quodam M. S. C. legi Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ, & alios vixiſſe in cōmuni huc vſque regularium more, vnde Chopinus notat eos fuiſſe aliquando regulares. At in diplomate Ludouici ſeptimi 1174. pro immunitate clauſtri dicitur Capitulum in memoriam gratitudinis, in ſe recepiſſe Anniuerſarii celebrationem pro ipſo Rege, & pro bonæ memoriæ Stephano quondam Archiepiſcopo Bituricenſi, cui inſtrumento, quod cum aureo annulo Rex obtulit Altari S. Stephani ſubſignarunt Theobaldus Comes Dapifer, Mathæus Camerarius, Guido Buticularius, Radulphus Conſtabularius vacante Cācellariâ. Quam immunitatem conceſſam à proauo ſuo cōfirmauit S. Ludouicus Vindocini 1259. menſe Ianuario. Vbi notare poteris præcepta Principū à proceribus obſignari ſolere, ex Cicer. l.16. ad Atticum epiſt.16. Adiuimus Cæſarem, verba fecimus pro Butrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod eſt obſignatum ab ampliſſimis viris, & l.1. de Conſtitutionibus Principum. Poteris quoque cōſulere Azor. p.3.l.10.c.6. Saxonem Grāmaticum l.3.c.60. de variis inueſtituræ, ſeu traditionis generibus per annulum, cultellum, & per appoſitionem inſtrumentorum rei traditæ, ſuper altare. Qua de re etiam V. C. Hieronymus Bignonius in magno Conſilio Regis Aduocatus, in notis ad formulas Marculfi.

Immunitas clauſtri.

Inſtrumenta rerum Eccleſiæ traditarum altari imponebantur.

M. Bignon.

66 *Guarinus*, vel *Varinus de Girardo*, tàm genere, quàm Religione clarus, in Chron. Lemouicenſ. ex Abbate 3. Pontiniaci. Reduxit numerum præbendarū ad 30. Hūbaldo Decano 1178. Obiit 20. Martii 1180. in Chron. Autiſſiodorenſi more ſcilicet Gallico, cum anno ſuperiore interfuiſſet Concilio Lateranenſi, & tralationi S. Stephani Grandimontenſis. Quo mortuo electus fuit Hubertus Archidiaconus, poſſeſſionem tamen vt credibile eſt, non adeptus. Item electus fuit Stephanus, qui quod breui tempore Auarici Biturigum ſederit, ac vitæ reliquum in monaſterio S. Victoris Lutetiæ peregerit, non reperitur in hac ſerie præſulum, de quo tamen in eiuſdem cœnobij Necrologio habentur hæc verba pridie Idus Ianuarias. *Anniuerſarium ſolenne piæ memoriæ venerabilis Stephani Bituricenſ. Archiepiſcopi, qui Eccleſiam noſtram ſpeciali amore diligens, magnæ deuotionis quam erga nos habebat affectu, de Archiepiſcopatu ſuo ad nos veniens, quietis ſibi, ac ſepulturæ locum, Eccleſiam iſtam inter omnes alias prælegit,*

ſocietatis

ſocietatis noſtræ frater effectus, pro cuius Archiepiſcopi animâ dedit nobis in eleemoſynam frater ipſius Galtherus Regis Camerarius pro Anniuerſario, & pro ſuo, & vxoris Aceline medietatem terræ, grangiæ, & aquæ de Chaſteillon, & omnium quæ ibidem habebat. Extat etiam apud eoſdem Victorinos hoc Epitaphium Iacobo Breulio referente. Hic iacet R. P. Dominus Stephanus, qui natus Pariſijs, ex Epiſcopo Meldenſi (.55) Bituricenſis Primas factus eſt. Obijt anno 1181. more Gallico pridie Idus Ianuarias. Sede verò plus biennium vacante Archiepiſcopus Burdegalenſis euocatus à Capitulo Bituricenſi ordines celebrauit.

67 *Henricus de Soliaco*, conſecratus à Lāberto Cribello Mediolanenſi Archiepiſcopo Cardinale, & poſtea Papa Vrbano 3. & huius Eccleſiæ quondam Archidiacono, qui hoc ipſe teſtatur diplomate ſuo pridie Calendas Martij anno 1. Pontific. 1186. quo concedit Henrico ſex Clericos in obſequio cum perceptione fructuum ſuorum beneficiorum, in Cartulario Bituricenſi fol. 73. cuius pariter conſecrationi interfuit Guilelmus *Le Templier* Archiepiſcopus Burdegalenſis. Eidem etiam concedit Officium Sedis Apoſtolicæ in Prouinciâ Aquitanicâ, præter quam in Monaſterio Dolenſi, pridie Idus Aprilis Veronæ, vbi Henricum vocat virum prouidum, diſcretū, moribus, & genere ſimilem, ibique teſtatur Vrbanus ſe teneri ſpecialiter, & præcipuè diligere Eccleſiam Bituricenſem, inter alias Gallicanas beneficiorum intuitu, quæ iam pridem ab eâ in minori officio conſtitutus acceperat. Et hic in mentem venit me accepiſſe à nonnullis rei antiquariæ peritis cor eius Pontificis in Eccleſia Bituricenſi ſepultum fuiſſe. Extendit numerum Canonicorum ad 40. fretus auctoritate Apoſtolicâ, vt Helias Archiepiſcopus Burdegalenſis ſcribit Vrbano Papæ, vbi Henricum vocat Primatem ſuum, in Cartulario Bituricenſi fol. 69. Henrico etiam ſcribit Innocentius 3 epiſtolâ incipiente, *Nec vniuerſa*, & memoratur alterâ epiſtolâ eodem libro datâ Laterani 12 Calend. Februar. 1199. & habetur c. inter Corporalia, de Tranſlatione Epiſcoporum. Inſtituit de aſſenſu Decani, & totius Capituli, vt feſtum Aſſumptionis celebretur ſub Officio Cantoris ſolemniter inſtar Pentecoſtes. Sed & eidem ſcripſerat Lucius 3. 1183. confirmans ius Primatus in Burdegalenſem Prouinciam, quod idem facit Vrbanus 3. 1187. 5. calend. Februarij, & Cęleſtinus 3. 1192. 3. Idus Ianuar. & Clemens 3. eidem mandauerat antea 1188. 5. Idus Iulias, ne Monachi, vel Canonici Regulares ſoli per oppida, vel domos manerent, vbi eum in Epigraphe vocat *Primatem* Aquitaniæ, quo epitheto cum Primas.
afficit Vrbanus, commendans in eo probitatem, & ſummæ deuotionis conſtantiam. Intereſt tralationi S. Stephani de Mureto. Eius præterea aduentus Claromontem ſedauit diſcordiam, inter Robertum Turrianum Epiſcopum 61. & Guidonem Epiſcopi fratrem propter Comitatum Aruerniæ, apud Sauaronē. Quo referenda hæc epiſtola.

Domino Innocentio, diuina bonitate S. R. E. ſummo, & vniuerſali Epiſcopo, Guido Comes Aruerniæ ſalutem cum omni reuerentia, & hominij fidelitatem debitam. A parentum meorum fide non degenerare laborans, qui quoddam ſuum proprium Caſtellum nomine meo, Deo, & ſanctis Apoſtolis, & Eccleſiæ ſanctæ Romanæ, ſibique præſidentibus, Domino Alexandro Papæ videlicet, & ſucceſſoribus ſuis delegarunt, aliud non minus præcipuum Caſtrum, à me nouiter ædificatum, & meo nomine nominatum, præfatæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ dono, & concedo, aurique vnciam pro meâ recente mutatione tranſmitto. Veſtram itaque protectionem, & defenſionem ſuper fratrem meū R. Claromontenſem Epiſcopum exorare (ſicut videtur) decreui: Quoniam idem frater meus præfatus Epiſcopus, conſentientis & adunatis ſibi Coterellorum, & Baſclorum ruptis diuerſis in præiudicium ſui Ordinis, & præuaricationem totius iuris, terram meam incendijs, homicidijs, rapinis, & quibuſcumque poteſt malitijs, acuaſſauit. Veſtræ itaque Sanctitatis pedibus proſtratus preces fundo, vt cum à tantâ iniuriâ reuocetis: & ſententiam excommunicationis, quam in terra mea, præter præfata mala tulit, amoueatis, & iudices, vel examinatores cauſæ nobis conſtituatis, Dominū Archiepiſcopum Burdegalenſ. & præpoſitum Euaunenſem, qui ab vniuerſis Abbatibus vicinis, veritate cognitâ, remotâ appellatione, tantam iniuriam terminare ſtudeat. Precamur etiam, vt latori præſentium ſuper his, & alijs, quæ intimauerit, credatis. Reperio quoque in Cartulario Bituricenſi fol. 69. huiuſmodi epiſtolam:

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino Honorio Dei gratiâ ſummo Pontifici S. diuinâ miſeratione Nouiomenſ. Eccleſiæ miniſter humilis: Salutē, & tam deuotæ, quàm debitæ ſubiectionis, & obedientiæ famulatum. Mirantur omnes qui audiunt quo conſilio ductus Dominus Burdegalenſ. Archiepiſcopus à ſubiectione Bituricenſis Eccleſiæ tantoperè ſe eximere conetur, cuius ſubeſſe prædeceſſores ſui honorificum reputabant.

Nos quidem Pater ſancte, interfuimus, quando Dominus Wilelmus Burdegalẽſis Archiepiſcopus Dominum Henricum electum in Bituricenſem Archiepiſcopum conſecrauit, vbi idem Burdegalenſis coram omni populo ſe ſubiectum eſſe Bituricenſi Eccleſiæ, & eum, quem conſecrauerat, primatem eſſe ſuum recognouit. Hoc autem ſi placet S. V. parati ſumus pro Deo, & iuſtitiâ teſtificari, & iurare coram illis, quibus hoc V. S. duxerit committendum, & ita nos audiſſe, & vidiſſe in verbo veritatis, coram Deo, & hominibus affirmamus. Sedit ann. 17. d. 24. obiit 3. Idus Septembris 1200. vt eſt in calendar. Medij Monaſterij, cui quatuor arpenta pratorum dedit ſita in iuſtitiâ S. Petri, vbi etiam Hẽricus de Soliaco Eccleſiæ Bituricenſi Cantor, obijſſe dicitur 4. Idus Iullias, eidemque Medio Monaſterio dediſſe 10. libras Baugardorum. Habet autem noſter Henricus in Monaſterio Loci-Regij breue hoc Epitaphium.

Baugardi numi.

Le bon Henry.

Hic Bonus Henricus, vir nobilis, & Patriarcha
Quondam Bituricus, tumuli iacet huius in arcâ.

De eo Vincentius l.30. c. 62. Nangius, & ſupplem. Sigeber. & Rigordus 1189. Dicitur etiam à nonnullis Cardinalis Vrbani 3. ſed nec apud Onuphr. nec apud Ciaconum extat. Hoc tempore 1191. Raymundus Decanus cum Rege Philippo Ieruſalem peregrinatur.

68 *S. Guilelmus* natus Archeſijs vico Niuernenſi, primùm fuit Canonicus Pariſienſis, & Sueſſionenſis Eccleſiæ, in quâ auunculum habebat Archidiaconum, inde Grandimontenſem ingreſſus Ordinem, vnde ad Ciſtercienſem tranſiit, vbi factus Abbas Fontis Ioannis, & Caroli-Loci conſecratur ab Archiepiſcopo Burdegalenſi, qui eum vocat ſuum Primatem. Interfuit Synodo Sueſſionenſi quâ Innocentius 3. per Legatos declarauit filios Agnetis repudiatæ à Philippo Auguſto eſſe legitimos. Is eſt, cui Innocentius ipſe apud Bzouium mandat, vt cum Niuernenſi Epiſcopo, & Abbate Cluniacenſi contra quoſdam Burgenſes de hæreſi ſuſpectos inquirat, & in contumaces anathema pronuntiet. Tunc enim Burgenſis, ſeu Bituricenſis

Vrbs erat Albigei maculis infecta veneni,

vt eſt in Philippidis l. 8. quæ cauſa fortè fuit cur poſtea Alanus librum de pœnitentiâ ad Bituricenſes ſcripſerit. At verò noluit recipere ius conferendi præbendas cathedrales à Capitulo oblatum. Huius tempore fundatur ab Andreâ de Caluiniaco (*Chauuigny*) Abbatia Prateæ

Pratea Abbatia.

A Ordinis Ciſtercienſis, diſtans 6. leucis Auarico, in quâ olim 25. Religioſi. Vniuit conſentiente capitulo Archipresbyteratum Exſoldunenſem maiori Archidiaconatui, cum antea fuiſſet Caſtri Rodulphi Archidiacono ſubiectus 1202. Adfuit quoque repoſitioni reliquiarum S. Benedicti Floriacenſis in capſâ 1207. Sed hoc in primis dici debebat Innocentium 3. ei primatum confirmaſſe nonis Februarii anno 3. Pontificatus 1200. & iterum ei reſcripſiſſe 5. calend. Aprilis Pontificatus 1204. vt magiſter P. Paruus reciperetur in Canonicum, quia B Scholas Theologiæ apud Biturigas rexiſſet, & ipſum Archiepiſcopũ, & quoſdam canonicos habuiſſet aſſiduè auditores. Magiſter autem Scholarum Bituricenſiũ (qui poſtea Cancellarius) memoratur c.7. de his quæ fiunt à Prælatis. Sedit ann. 9. d. 25. aliàs ann. 8. in 10. d. 25. Obiit 1209. Ianuarii 10. in cinere, & cilicio, quod numquam depoſuerat, quo die feſtum eius celebratur ſub Officio Cantoris, & duplex in Eccleſiâ Lingonenſi, ſemiduplex Pariſiis, & Rotomagi, habeturque Patronus nationis Franciæ in Academiâ Pariſienſi. Porrò C notandum eſt quod in ipſius vitâ Surius narrat, eum percepta vnctione extrema ſacro-ſanctam Euchariſtiam ſibi porrigi inſtantiſſimè poſtulaſſe, vt tanto itineris duce munitus, poſſet hoſtium cuneos ſecurius penetrare. Vnde colligit Bellarminus Viaticum, poſt extremam vnctionem, ſeu pœnitentiam infirmorum accipi olim ſolitum l. 2. c.7. de arte benè moriendi, vbi præclara ſubiungit: *Vt autem Dominum, & Creatorem ſuum ad ſe veniſſe cognouerat, illico reſumptis viribus de ſtrato proſiliens tamquam iam febris omnis abſceſſiſſet, non ſine ſtupore circumſtantium, maximè quòd iã ferè in ſupremo ſpiritu poſitus videretur,* D *concito gradu procedit obuiã Saluatori ſuo, vires ſubminiſtrante charitate, flexiſque genibus, totus lacrymis diffluens, illum adorat, vtque ſæpius genua poſſit flectere, crebrò proſtratus erigitur, illique ſuum agonem tota deuotione commendat, orans vt quidquid purgandum ſupereſſet, ipſe purgare dignetur, ne quid funeſtus poſſit inuenire inimicus.* Nec omittendum Mathildem Comitiſſam Niuernenſem vocare Guilelmũ auunculum ſuum in instrumento, quo ea donat Eccleſiæ Bituricenſi. 12. libras Pariſienſes annui redditus, ad incendendum Cereum perpetuò ante ipſius S. Guilelmi corpus 1223. menſe Iulio. De eo plura Vincentius l. 29. c. 62. & l. 31. c. 65. Cæſarius l. 2. c. 29. Theſaurus Ciſtercienſis

Scholæ Theologiæ Auarici.

Autor libri, cui titulus, Præclara Francorum facinora, ait S. Guillelmũ obiiſſe 1207.

Viaticum.

ſtercienſis c.23. Molanus addit. Vſuardi, Vion Martyrol. Monaſt. (deeſt in Romano) Chron. Autiſſiodor. fol. 113. Petrus l. 2. catal. Sanct. c. 63. Henryquez in Faſciculo ſanctorum Ciſtercij l. 1. diſt. 17. denique in Martyrologio Lemouicenſi notatur depoſitio S. Guilelmi eximij Præſulis, & egregii Confeſſoris, cuius vita claret in terris plena fide, & mors in conſpectu populi miraculis pretioſa fulget.

69 *Geroldus*, vel Geraldus, vel Girardus cognomento *Vulgrini*, vel *de Cros*, Sauaroni, ex Archidiacono in expeditione Albigenſi, apud Petrum de Vallibus c. 84 159. & 160. A.C. 1217. cuius tẽpore fũdatur Abbatia Putei-Ferrãdi à Guilelmo *de Chauuigny* domino Caſtro-Rodulphi. Clarus verò fulſit fide, doctrinâ, & miraculis, Vincẽt. l. 27. c. 29. ei ſcribit capitulum Rutenenſe pro licentiâ obtinendâ eligendi ſibi Paſtorem in locum Hugonis 1214. m. Iulio. Huic etiam, aut Prædeceſſori ſcribit, Innocent. 3. c. veniens, de his qui matrimoniũ accipere poſſunt, in 3. compilatione. At in huius fauorem Philippus Auguſtus ipſi Innocentio 3. ſic ſcribebat: *Beatiſſimo in Christo Patri, & Domino I. Dei gratia ſummo Pontifici, Philippus eâdem gratia Rex Francorum ſalutem, & debitam in Christo reuerentiam. Eccleſia Bituricenſis licet tenuis in facultatibus, inter alias tamen Regni nostri Eccleſias exiſtit nobilior, cum ſicut veſtra plenius nouit paternitas, primatiæ obtineat dignitatem, cuius honorem nostrũ, & Regni nostri proprium reputamus. Cum igitur Burdegalenſis Archiepiſcopus prædeceſſorum non ſequens vestigia, ſe adeò obedientem, & deuotum Eccleſiæ Bituricenſi exhibere non velit, ſicut iidem prædeceſſores ſui feciſſe noſcuntur, paternitatem vestram cum quanta poſſumus deuotione rogamus quatenus tuæ Bituricenſis Eccleſiæ intuitu, Dei, & precum nostrarum obtentu conſeruare velitis, nec ſuſtineatis, quòd tantus honor Regni nostri, circa hoc in aliquo minuatur, cum ſola Bituricenſis Eccleſia in toto Regno noſtro Primatiæ obtineat dignitatem, in cuius diminutione, quod Deus auertat, nobis, & Regno noſtro non mediocriter reputaretur eſſe detractum. Actum Pariſiis* 1211. *m. Maio.* Reduxit Canonicos de Salis ad 12. præbendas, quarum habet collationem Archiepiſcopus. Huius etiã tempore 1213. Heruæus vir nobilis Dominus de Virzione multa donat Eccleſijs ſui dominii.) Sedit ann. 9. m. 4. d. 12. Quieuit in Domino 1218. non. Iul. vt eſt in calend. Medii Monaſterii, cui dedit 5. libras Turonenſes pro Anniuerſario, & in Chronico Lemouicenſi, vbi dicitur fide, ſanctitate, doctrinâ, & miraculis clarus. Cæterum hunc eſſe coniicio, qui Archiepiſcopus Bituricenſis dicitur ab Innocẽtio 3. in c. *Nouit*. 13. de Iudiciis, ad Pręlatos Frãcię, vbi agitur de cauſa Philippi Auguſti & Ioannis Angliæ Regis. Quod quidem caput integrius extat in Collectione 3. qua de re Æmilius, Gordonus, & Andreas *du Cheſne* in vita Innocentii 3. Caſamarii autem Monaſterium, cuius Abbas illic memoratur vt Legatus Apoſtolicus, eſt in diœceſi Verulana, de quo Baron. A. C. 1030. effectum Ordinis Ciſtercienſis 1140. April. 23. tax. Floren. 400. cuius loci Abbas Ioannes ſcribit S. Bernardo epiſtolam quæ eſt 333. inter ipſius Bernardi epiſtolas. Eiuſdem quoque loci Abbas Ioannes alter mittitur in Bulgariam, ab Innocentio 3. ad Calo-Ioannem Principem, apud Bzouium 1203. n. 16. Sed & iam antea idem Innocentius 3. mandarat Archiepiſcopo Bituricenſi (S. ſcilicet Guillelmo) vt lites inter Philippum & Ioannem pacaret, apud Bzouium 1203. Neque verò mirum videri debet Abbatem nominari ante Archiepiſcopum, cum nõ ſit ſemper verum illud iuris Brocardicũ, *Ex priori nominatione præſumi dignitatẽ maiorem.* Sic enim Pariſienſis Cancellarius præponitur Cantori in inſcriptione c. *Dilectus, vt lite pendente nihil innouetur.* Denique ex illo c. *Nouit.* colligitur merum executorem non poſſe procedere inſtar Iudicis delegati, nec id caput eſt pars aliorum capitum, *Nouit*. 7. de Officio legati, & 42. de appellationibus ad Illuſtrem Francorum Regem, quæ ad cauſam Ingelbergæ ſpectant, præſertim ad ſententiam interdicti latam Diuione & Veſuntione promulgatam.

70 *Simon de Soliaco*, ex Cantore conſentit 1223. vt Galterus Carnotenſ. conſecret Romæ Stephanum Mimatenſem Epiſcopum, adeſt Ludouico 8. morienti Montis Penſerii 12. Nouembris 1226, & mandatum accipit ab eo de procurandâ coronatione filii Ludouici, ſcilicet 9. & ſancti. Conſtituit Cantorem Eccleſiæ Bituricenſ. in Priorem perpetuum Collegii Canonicorum S. Petri Puellaris. Dedicauit Eccleſiam S. Petri le Guyart, vel le Guillart, ſic dictam à cognomine Zachariæ Iudæi ad fidem conuerſi Creatur Cardinalis S. Ceciliæ 1233. anno ſuæ ſedis vltimo, & Legatus, qui tamen deeſt inter Cardinales apud Onuphr. & Ciacon. Obiit 6. Idus Auguſti in Calẽd. Medii Monaſterii, cui dedit 20. libras Turonenſes pro Anniuerſario: ſedit ann.

Putei-Ferrandi Abbatia.

Commendatio Eccleſiæ Bitur.

Henricus de Virzione.

Caſamar.

14. d. 23. ſepultus in Choro metropolitano ſub laminâ æreâ, his verſibus adſcriptis.

Exſuperans hæreſes Simon, ens in Præſule præſes,
Orator caſtus, patiens, ſine crimine faſtus,
1232. *Denotus Chriſto, tumulo requieſcit in iſto,*
Bis ſexcentenos, octo quater egerat annos
Chriſtus homo, ſexto ſextiles euolat Idus.

Quo in Epitaphio quædam, ex multis prȩclaris elogiis delibabimus ad hæreſeos extirpationem ſpectantia. Præclariſſimum ergò in egregio paſtore curare ne grex malo gramine paſceretur, & diſſipatas ſibi ciſternas foderet, aquã in vitam æternam ſalientẽ derelinquens. Quo Præſule ſui æui decore, & lumine, prudenter & fortiter annitente, & vrgente,

Occidit, & ſerpens, & fallax herba veneni.

Eſt enim hæreſis venenum aſpidum, & fel draconum. Et certè Epiſcopus qui non impedit pro viribus, ne ſingulares feri depaſcantur, aut vulpeculæ demoliantur vineam Domini, & qui non ſe opponit murum ne lupi rapaces

[Lucret. l.2.] *Diſperdant animas per cauſas corporis omnes.*

Non agricola, & pater eſt, ſed mercenarius, à quo villicatio hæreditatis Dominicæ debet auferri, & alus locari, & qui patitur ſponſam proſtitui, lenocinii crimen incurrit. Itaque deponitur Præſul qui non curat hæreticos de ſua diœceſi expelli, c. Excommunicauimus, §. Volumus de hæreticis. [Epiſcoporum eſt hæreſes extirpare.] Sed & clerici qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum dignitates, & alia beneficia Eccleſiaſtica ſunt adepti, iis priuantur: & ſi ea ſcienter receperint, ad alia in perpetuum non admittantur, c. Quicumque, §. ad hæc de hæreticis in 6. Sic enim reſcindẽtur putridȩ carnes ne totũ corpus corrumpatur, nullũ etiam Catholicis cũ hæreticis eſſe commercium docet S. Cyprianus Epiſt. 36. vnde ſancitum in Concilio Epaunenſi c. 21. & Meldenſi c. 73. cui B. Rodulphus Archiepiſcopus Bituricenſis interfuit. *Si ſuperioris loci Clericus hæretici cuiuſcumque conuiuio interfuerit, anni ſpatio Eccleſiæ pacem non habebit: quod ſi iuniores Clerici præſumpſerint, vapulabunt.* At nunc, ô Tempora, videmus pinguem Chriſti panem coniuratis Chriſti Hoſtibus delicias præbere, & ſanctum canibus, & margaritum porcis obijci: nec verò importunum videtur hîc ſubijcere Philippum Auguſtum ſuo acquiſiuiſſe dominio tertiam partem Caſtri Exſolduni, cum iam reliquas partes haberet ab hæredibus Domini *de Culant*, de aſſenſu, & conſilio tutoris, parentum, & amicorum eorumdem videlicet Simonis Archiepiſcopi Bituricenſis, Rodulphi *de Culant*, & aliorum literis confectis apud Sanctum Germanum in Layâ 1221. teſte Calameo pag. 105. His ita ſcriptis in manus ſcheda incidit, in quâ olim notaueramus quæ ſequuntur. A.C. 1123. Idibus Decemb. Honorius 3. confirmat Simoni Archiepiſcopo Bituricenſi ius primatus in prouinciam Burdegalenſem, eique Apoſtolicæ Sedis Legato ſcribit c. 31. ad audientiam de reſcriptis, & Greg. 9. 1227. 3. Calend. Septemb. Indict. 15. anno Pontific. 1. Vide Archiepiſcopos Burdegalenſes in Gerardo. Quo tempore fundantur Franciſcani in Caſtro-Rodulphi, [Frãciſcani Caſtro-Rodulphi.] 12[illegible]0. a Gulelmo de Calumiaco.

71 *B. Philippus Berruier*, S. Gulelmi nepos, *Fromentius l. 3. c.* 134 primum Archidiaconus Turonenſis, inde ex Aurelianenſi 71. Epiſcopo, ad hanc ſedem tralatus à Gregor. 9. nominatur 1238. in Chartis Regijs, vbi dicitur confirmaſſe Guidonem de Turre Ordinis Prædicatorũ, in Epiſcopum Claramontenſem. Prouidit vt familiares ſui, præcipuè ſacerdotes caſtè viuerent, vtque Officiales omni exceptione maiores viduarum, & Pauperum cauſas diligenter tractarent, & ad munera, Iudicum oculos perſtringentia, & animos percellentia, non intuerentur. Corpus B. Vrſini in capſã argenteâ repoſuit 1240. 14. Iunij, quod dicitur feſtum S. Vrſini Roſarum. Inter omnes ſui æui Prædicatores facundiſſimus, & ſanctiſſimus: Prædicatores Patres Ordinis Dominicani in vrbem allectos fouit, dilexit, iiſque Conuentum [Dominicani.] ædificari curauit ope, & auxilio Blanchæ filiæ Comitis Iouiniaci, vxoris Domini Borbonij, & Virzionis. Diebus ieiunij veſcebatur ſolùm leguminibus, & interdum halecibus, & ſępiis, plerumque ſolo pane, & aquâ contentus. Eâ verò fuit lenitate, vt de geniculis ſurgere noluerit niſi impetratâ veniâ ab Innocentio 4. pro Hugone Epiſcopo 62. Claromontenſi in ipſum Philippum contumace, & propter inobedientiam depoſito, reuocando in memoriam ſe in Eccleſiâ ſedere, quæ nomine, & Reliquijs decoraretur eius, qui pro perſecutoribus nouiſſet exorare. Etenim Epiſcopo gloriam ignoſcendi ſanctitas dereliquit. l. 10. Si quis C. de Epiſcopis, vt vincat in bono malũ. Rom. 12. ſicque meritò Philippus illud Iob

29.

Miſericordia.

Peccata ſic cōpeſcenda ſunt, vt ſint quos peccaſſe pœniteat. S. Aug. epiſtola 65. ad Proconſ. Afric.

29. & 31. vſurpabat, *Ab infantia mea mecum creuit miſeratio, & de vtero matris meæ mecum egreſſa eſt, & qui miſericordiam habet, docet, & erudit quaſi Paſtor gregem ſuum, Eccleſiaſt. 18. qui autem vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: ita relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Eccleſiaſt.* 28. & inquirendi, quàm puniendi maiorem eſſe neceſſitatem ait S. Auguſt. c. 1. 25. q. 5. magnique eſt animi iniurias in ſummâ fortunâ pati, Seneca l. 1. de Clementiâ c. 22. hoc verò eſt magiſterium diſciplinæ, vt culpis noueris diſcretè parcere, & eas piè reſerare, ex S. Greg. in Paſtorali. Interfuit Concilio generali Lugduni Innocentio 4. præſente 1245. vt eſt in geſtis Dei per Francos pag. 1195. Dedicauit quoque in Pariſienſi Palatio Capellam inferiorem 1248. 25. Aprilis, quo tempore Odo Cardinalis Caſtri Rodulphi conſecrabat ſanctam Capellam ſuperiorem, de quo Otone, vel Odone, Onuphr. Ciacon. & Nomenclat. Card. Iſque nominatur Canonicus, & Cancellarius Pariſienſis in pancharta Bituricenſi, vbi notatur obiiſſe 26. Ianuarij, eiuſque meminit Poſſeuinus in Apparatu ſacro, qui Legatus noſtrum Philippum cruce ſignauit, apud Guilelmum Nangium, qui eum deceſſiſſe ait miraculis clarum 5. Idus Ianuar. 1260. more Gallico, poſt ſedem ann. 24. m. 4. d. 8. ſepultus in Choro ante aquilam æneam hoc Epitaphio.

Mole ſub hac lapidis ſacrata ſede ſedentis
Philippi Biturix oſſa beata iacent,
Clarus in orbe fuit, pauper ſibi, pauperis altor,
Carnem mirè domans aſſiduis precibus,
Viuus, humóque iacens, medicamen præſtitit ægris,
Eſt ſibi nunc crebris laurea pro meritis.

Vides Philippum dici hic pauperis altorem, & id meritò, quia præter cæteras eleemoſynas, coram illo tredecim pauperes quotidie menſæ accumbebant, & hoc ex regulis & exemplis SS. Patrum, quâ de re Claudius Eſpanſæus l. 2. c. 1. Digreſſionum in Epiſtol. 1. ad Timoth. hinc S. Hieron. ad Nepotianum, *Menſulam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Chriſtus conuiua nouerint.* Et Epiſcoporum domus commune debent eſſe hoſpitiũ, idem Hieron. in c. 1. Titi. Vnde Baſſianus Epiſcopus Epheſinus in Concilio Chalcedonenſi act. 11. Ego, inquit à iuuenili ætate vixi cum pauperibus, & ptochium feci, & in eo poſui 70. lectos, & omnes languentes, & vlceratos hoſpitio ſuſcipiebam. Et certè gloria Epiſcopi eſt, pauperum inopiæ prouidere c. 71. 12. q. 2. eáque ratione olim hoſpitalia iuxta Epiſcopia fuere cōſtructa, vt videre eſt Pariſiis. Et ne externa quæramus, in hac vrbe, vbi ſcholæ Iuriſprudentiæ tenent locum hoſpitalis alio commodius tralati, vnde cura hoſpitalis ad Epiſcopum, vt patrem pauperũ ſpectat, vide Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. nec teſtator prohibere poteſt ne Epiſcopus omnibus piis voluntatibus prouideat. c. Tua de teſtamentis, ſic ſupra Petrus Caſtræus aſylum pauperis, & infra nu. 85. Guilelmus Cambrayus inopum pater, ex quibus claret Biturigum Præſules maximam pauperum curam ſemper geſſiſſe, qualis nunc ſedet in animo noſtri Primatis Andreæ. Neque tantùm pauperis, verum ipſius paupertatis ita amans Philippus, vt diceretur alter Curius acerrimus deliciarum omnem intemperãtiam gignentium oſor, longè diſſimilis illis, qui plerumque nati in paupere domo, & tugurio ruſticano, vix milio, & pane cibario rugientem ſaturare ventrem ſoliti, ſimilam, & mella faſtidiunt, vt ait S. Hieronymus. Hic verò penè exciderat Innocẽtium 1247. Philippo confirmaſſe ius approbandi Mimatenſem Epiſcopum, qui non debeat eligi à Capitulo ſine licentiâ metropolitani. Quo tempore electus fuit Decanus Bituricenſis ab eâdem Eccleſiâ Gabalitanâ, ſeu Mimatenſi in Epiſcopum. Permiſerat quoque idem Innocentius 1254. Philippo diſpenſare ſuper irregularitate pauperum Clericorum habitâ de eius circumſpectione plenâ fiduciâ. Porrò hoc tempore Abbatia Belli-viſus Monialium O. C. fundatur 1236. à Roberto *de Courtenay* domino Magduni. Dotatur etiam Abbatia S. Radegondis ad S. Hippolytum, quæ Eccleſia Monialibus ſublatis ad ſanctam Capellam diu pertinuit, qui eam Patribus Oratorij conceſſere Andrea *Fremyot* Archipræſule.

Belli-viſus Abbatia.

72. *Ioannes de Soliaco*, vir nobilis, & ſpectabili genere, ex Decano cum P. Archiepiſcopo Burdegalenſi, ſcribit Vrbano Papæ in Chartular. Bituricenſ. Sententiam interdicti protulit in Eccleſiam, & Canonicos S. Hilarij Pictauienſis, qui noluerant ipſum viſitantem prouinciam Burdegalenſem recipere: quam ſententiam confirmauit Clemens 4. Peruſij, pridie Calend. Auguſti 1265. anno 1. Pontificatus. Cùm autem rece-

ptus fuiſſet proceſſionaliter, & pulſantibus campanis in Cathedrali ab Epiſcopo, & Capitulo ad maius altare celebrauit cum pallio, prædicauit, & indulgentias conceſſit, quod & Santonis fecit, idemque præſtitit in Eccleſiâ metropolitanâ Sancti Andreæ Burdigalæ, cuius Archiepiſcopus relaxauit ſententiam ſui interdicti præſente Domino Ioanne Primate. Fuerat autem ciuitas Burdegalenſis interdicta, quia violenter extractus fuerat quidam homicidij ſuſpectus, de Eccleſia Sancti Seuerini. Huius tempore fundantur Franciſcani in vrbe Auarico ab Andrea *de Chauuigny* Domino Caſtri-Rodulphi, ſed abſoluuntur ab Herueo Virzionis Domino, ibi poſtea ſepulto, & à Ioannâ de Maceriis vxore. Quo etiam tempore 1260. dedicatur Eccleſia Franciſcanorũ Exſolduni quę ab eodem Domino Caluiniaci fundatâ. Fuit & alter Ioannes de Soliaco Bituricenſis Canonicus, qui per compromiſſum electus Archiepiſcopus ceſſit ſuum ius Papæ, qui inſtituit Simonem de Bello-loco infra n. 74. nominandum, quem Ioannem puto cum eſſe qui 1278. 8. Ianuar. Indict. 6. ſe nominat Clericum Notarium auctoritate Apoſtolicâ, filium Mathæi de Soliaco Aurelianenſis diœceſis. Sedit ann. 11. m. 8. obiit 1273. Ei ſucceſſit in Decanatu Philippus de Caſtrâ, & inde Simon de Rupe-Cauardi, poſtea Archiepiſcopus Burdegalenſis. Porrò ſede adhuc vacante 1275. 7. Iulij dedicatur Eccleſia Franciſcanorum Campi-Aquoſi, non longè à Siluiniaco fundata ab Archãbaldo Borbonij Domino. Vide ſupra n. 46.

Franciſcani.

73. *Guido de Soliaco*, Concilium habuit Auarici 1277. cùm antea ei pallium dediſſet nomine Ioãnis Papæ Guido Turrianus Epiſcopus 63. Claromontenſis in Eccleſia S. Vincentij de Cantela, conceſſa ei facultate, vt poſſet conferre beneficia extra ſex menſes vacantia, pridie Calend. Decemb. anno 1. Pontif. Viterbij 1276. ſedit ann. 4. m. 8. d. 5. ſepultus apud Dominicanos in vrbe, ex quorum Ordine fuerat aſſumptus, teſte Stephano Sampayo in ſtemmate Dominicanorum, & Antonino tit. 23. vbi ait in præſulatu Bituricenſi tria hæc ineſſe, Patriarchatum, Primatum, & Archiepiſcopatum c. 11. §. 1. habetque ante maius altare hoc Epitaphium.

Hic iacet Frater Guido nobilitatis ſpeculum, cunctis exemplum, in ſæculo puer purus, in clauſtro morum grauitate maturus, lector vtilis, Prior amabilis, in dignitate Præſul humilis, benignus omnibus, largus muneribus, ſibi parcus. Obijt ann. 1280. 3. *Non. Martij.*

Cæterùm in Chartis Regiis 1272. dicitur poſt mortem Ioannis de Soliaco electus Goffridus de Ponte-Cheron, ſed forte non confirmatus fuit.

74. *Simon de Bello-loco, de Beau-lieu en Brie*, ex Archidiacono Carnotenſi, & Canonico Bituricenſi & S. Martini Turonenſis, (quem Monachum facit Miræus) ſedet in Parlamento 1283. apud Tillium in iudicio de Comitatu Pictauienſi. Eum Martinus Papa vocat in Cartulario Bituricenſi magnis ſcientiarum dotibus præditum, conuerſatione laudabilem, honeſtate decorum, morum elegantiâ redimitum, variiſq; gratiis, & virtutibus inſignitum. Excepit Biturigis corpus Philippi Audacis Perpiniani demortui 1285. quod propriis humeris portabat Philippus Pulcher, nouus Rex eius filius, cum Othone Burgundiæ Comite, & aliis Principibus eodem etiam Simone Miſſam celebrante, Carnotenſi, & Cadurcenſi Epiſcopis præſentibus. Huic autem Raymundus 30. Epiſcopus Cadurcenſis ſic ſcribebat. *Paternitatem veſtram nobis cariſsimam requirimus, & rogamus quatenus hac inſtante die Sabbathi, vbique vos eſſe in noſtra diœceſi contigerit, omnes ſi placet Ordines celebretis, & omnia alia faciatis nomine veſtro, & noſtro, quoad veſtram pertinet dignitatem. nos ſi placet habentes benè excuſatos quod vobis tardè ſcribimus, cum hac inſtanti die Veneris tardiâ horâ vbi vos eratis, ignorauimus omnino, ſcientes Reuerende Pater, quod ad vos hac vſſemus acceſſum, ſi equitare poſſemus. Valeat veſtra paternitas per tempora longiora. Datum Cadurci die Veneris poſt Dominicã quâ cantatur Lætare A.C.* 1291. Simon verò ſic ei reſcripſit *Cùm nos hac inſtãti die Veneris ante Ramos palmarum ad veſtram Eccleſiã proponamus cauſa ibidem officium viſitationis exercendi, fauente Domino, declinare. Mandamus vobis quatenus dictâ die procurationem nobis debitam præparetis, &c.* Qua in viſitatione comitem habuit Ioannem S. Sulpitij Abbatem, At A.C. 1290. in Caſtro ſuo de Nauis, Sabbatho poſt Brandones, venerabilem virum Dominum Ægidium de Billione electum, & confirmatũ Archiepiſcopum Narbonenſem, ad Ordinem Sacerdotalem promouit. Sepeliuit apud Franciſcanos Bituricenſes corpus Henrici de Soliaco, cuius cor paulò antè cõdiderat in Monaſterio Loci-Regij, monumento Soliacorum gentilitio. Eſtque alius ab Henrico Anniuerſarium habente in Eccleſiâ S. Vrſini cui aliqua prata admortizauerat.

admortizauerat. Obiit 7. Calend. Septembris 1296. Cardinalis, apud Onuphr. & Ciacon.

75. *AEgidius Columna Romanus*, doctor fundatiſſimus, ex generali Priore 6. Eremitarum S. Auguſtini, creato die Epiphaniæ in æde ſanctæ Mariæ de Populo 1292. aſſumitur ad Primatum Bituricenſem 1296.

Magni magnum ordinis incrementum
Romanus, culmen virtutis nobile libris,
Doctrinâ grandis, vigilique labore parentem
Inſequitur, mitræque pares ſortitur honores,

apud Bzouium A.C. 1297. de quo plura Philippus Bergomas ſupplem. Chron. Ioſephus Pamphilus Chron. Auguſt. & Anaſtaſis *Auguſtin*, Iordanus de Saxoniâ in vitâ Patrum c. 22. nobis à R. P. Bordono communicatus, Poſſeuin. in Apparatu ſacro, Trithem. Bellarmin. Coccius, Nangius, & Nomenclat. Cardinal. pag. 49. Præceptorem habuit D. Thomam Aquinatem, diſcipulum verò Albertum eiuſdem ordinis Eremitarum Patauinum, de quo Bernardus Scardeonius Antiquit. Patauinar. claſſe 7. Iuſſu verò Philippi Pulchri librum ſcripſit de regimine Principum, quem Regem Franciæ excepit nomine Vniuerſitatis litterariæ, poſt ſacra Remenſia Pariſios ſolemniter ingredientem, apud Paulum Æmil. l. 8. & Belforeſtum in Orationibus politicis, & militaribus, quâ in oratione de iuſtitiâ præcipuâ in Rege virtute egit, cauſamque dedit ſtabilimento Parlamenti. Sedit an. 22. m. 2. obiit 22. Decemb. 1316 ſepultus apud Auguſtinianos Pariſienſes, quibus ſuam Bibliothecam legauit, quo maximè procurante, eum quem nunc incolunt, locum obtinuerunt Pariſiis, & Bituricis. Huius quoque tempore Stephanus Cardinalis, Franciæ Cancellarius, ex Archidiacono Bituricenſi cognomento *de Suiſy*. Obiit Auenione, ſepultus Lauduni 1311. menſe Decembri in monaſterio S. Ioannis, vbi in Epitaphio dicitur Archileuita Burgenſis. In commemoratione autem huius Præſulis rectè agitari

An beneficia tantùm indigenis conferenda.

poteſt quæſtio, an beneficia, (vt etiam officia) ſint tantum indigenis danda, vel, an perigrinitas impedimentum ſit iuſtum alienigenas, alioquin capaces, à beneficiis arcendi, & repellendi, an ſaltem aborigines externis præferendi? Certè Nauarrus conſilio 5. n. 1. de conſtitutionibus, ſtatutum eſſe ait, ne ex-

A terni fiant beneficiati in Galliâ, cuius ſtatuti meminit Rebuſus in praxi benef. p. 3. tit. de reſcriptis mixtis n. 71. Idque ne illi reuelent ſecreta regni, & quia propter idioma diuerſæ linguæ populus his commiſſus doceri non poſſit, & quia nihil illi, vel illorum maiores ad fundationes beneficiorum contulerunt, quæ tamen euacuant pecunias exportantes: adde quod municipales, & naturales magis amantur, & coluntur à ſuis quàm alieni, vt inſinuatur c. 4. bonæ de poſtulatione prælat. & l. 2. capitular. nu. 25. quod & olim obtinuiſſe in Britanniâ maiore notat Petrus Gregor. inſtit. benefic. c. 7. & in Hiſpaniâ Nauarrus loco citato, & Chopinus politiæ ſacræ l. 3. tit. 1. nu. 26. Ob quas cauſas tali ſtatuto Summus Pontifex libenter acquieſcit, & eſſet valdè vtile & fructuoſum, vt vnuſquiſque in ſuâ patriâ beneficiaretur, Abbas, c. ad decorem de inſtitut. nu. 4. cum naturalium virtus ſit magis perſpecta, qui dulci amore patriæ capti, à beneficiis in quibus reſidere debent, rarò abeſſe ſolent, videndi Azor p. 2. l. 2. c. 4. q. 25. vbi inquit capaciores alienigenas, non eſſe capacibus indigenis præferendos, & S. Thomas 2. 2. q. 63. art. 2. ad 4. & Sotus l. 4. de iuſtitiâ & iure, q. 6. art. 2. Sic Benedictina conſtitutione beneficia, & officia ſui monaſterij alumnis, non adſcititiis ab Abbate ſunt conferenda apud Renatum Chopinum, monaſticon l. 1. tit. 2. nu. 9. Item in l. 24. Diui D. de tutoribus datis, ſancitur vt tutela detur oriundis è loco, vnde pupillus originem ducit, & l. 2. de officio Prætoris, *In vrbe Prætor creari non debet, niſi qui in vrbe domicilium habet*, quod & Venetiis ſeruari docet Gaſpar Contarenus, & originarius l. 17. ad municipalem, Bellamera D deciſione 391. Valer. Reginald. l. 30. Praxis fori pœnitentialis tract. 3. nu. 200. & l. 11. c. de Epiſcopis, & Carolus Magnus l. 1. capitular. nu. 84. & habetur diſt. 63. c. 34. ſacrorum. Flodoard. l. 2. c. 5. & iure gentium connubia inter alienigenas prohibita c. 9. diſt. 1. ſed nec vicarius Epiſcopi eſſe poteſt, niſi indigena, vt eſt in edicto 1554. 8. die Octobris promulgato. Hinc Caſſiodorus glorioſum eſſe ſcribit in patriâ præſidatu fungi, vbi neceſſe eſt, vt aut gratiam parentela prouocet, aut odium longæ contentiones exaſperent. Et certè iure ciuili l. 11. in Eccleſiis, c. de Epiſcopis ſtatuitur, ne ex aliâ poſſeſſione clerici ordinentur, quàm ex eâ in quâ Eccleſia

conſtructa eſt. Nullus etiam Maſſiliæ ſenator fiebat, qui à tertiâ ſtirpe ciuis non eſſet, Strabo l. 4. nec Corinthij vllos fecere ciues, præter Herculem, & Alexandrum. Verùm iure canonico c. 5. de inſtitut. clerici idonei vndecunque ſint admittuntur. Nam aliàs ſummum ius fiet ſumma iniuria, niſi acerbitatem legum ſurdarum, & inexorabilium prudentia Principis, iuſtis magniſque de cauſis temperet. Nec credo quemquam eſſe tam rigidum æſtimatorem rerum, qui Regibus compedes iniicere ita velit, vt ne latum quidem vnguem illis ab argutarum legum præſcripto reſilire liceat, aliqua in bene merentes fauorabilium priuilegiorum benignâ irrogatione. Nam Regem inter amicum; & inimicum, noſſe diſcrimen, apud eum gratiæ locum eſſe, & beneficij, Liuius l. 2. Hæc enim videtur eſſe cauſa ob quam regia poteſtas à Deo in terris conſtituta ſit, vt ad ſpirantem atque viuam legem hominibus eſſet perfugium, Themiſtius orat. 5. quam poteſtatem diuorum Principum decet acrimoniam ſeueri iuris inflectere, Symmach. l. 10. epiſt. 63. Ecquot enim clariſſimis luminibus Gallia caruiſſet, ſi ſua tantùm mirata fuiſſet? Quot cæleſtibus orbaretur agricolis, quorum adoptiuos, & inſitiuos fructus, naturalibus, & propriis plerumque pulchriores, & ſuauiores ſummâ cum voluptate & vtilitate carpimus, & legimus? Vnde quæſo nunc fluenta Euangelij biberemus, ſi maiores noſtri aditum occluſiſſent viris illis Apoſtolicis (omnibus externis) qui vberrimos doctrinæ ſalutaris fontes in noſtram regionem deriuarunt? Vrſinos, Martiales, Trophimos, Clementes, Dionyſios, Irenæos, cæteroſque intelligo, qui Patres Patriæ innumeros in Chriſto genuere filios. Ecquâ luce priuaretur, & Eccleſia, & Schola Pariſienſis celeberrima, ſi Petrum Lombardum Nouarienſem (cui Philippus Franciæ Regis filius libentiſſimè ceſſit in electione ad Epiſcopatum vrbis omnium quas in orbe Chriſtiano ſol videt clariſſimæ) incauta repuliſſet? Profectò cum Pictauis habere non potuerit filium, habuit Patrem Fortunatum

Italâ de gente creatum, Regibus Franciæ cariſſimum) vnde illud Rutilij Numatiani meritò vſurpatur,

Relligioſa patet peregrina curia laudi,
Nec putat externos, quos decet eſſe ſuos.

Ideoque Nerua Traianum hominem Hiſpanum adoptans credidit, non pa-

A triam, ſed virtutem cuiuſque ſpectandam, apud Xiphilinum. Nam

Hoſtem qui feriet mihi erit Cartaginienſis,
Tros, Rutuluſve fuat nullo diſcrimine habendus.

In Chriſto enim Ieſu, neque circumciſio, neque præputium valet, ſed noua creatura, Galat. 6. Et ex decem leproſis mundatis vnus tantũ inuentus alienigena qui daret gloriam Deo, Lucæ 17. 18. Ita lex erat à ſummo Legiſlatore promulgata, Exod. 12. Si quis peregrinorum in veſtram voluerit coloniam tranſire circumcidetur prius, & tunc

B erit ſicut indigena terræ. Vnde Aurelius Victor in Nerone aſſerit vrbem Romam externorum virtute, inſtitutis, & artibus præcipuè creuiſſe. Quâ de re Oratio Claudij apud Lipſium in Tacitum l. 11. & Liuium de Tarquinio Priſco Romæ regnante, & conſtitutio fuit Anaſtaſij Imperatoris, vt nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali Principis permiſſu mandaretur; quæ etiam fuit Caroli 5. 1365. & quorumdam aliorum Franciæ Regum, ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur, Paulus l. 5. Tit. 12. Et egregiè Alexan-

C der Magnus apud Plutarchum Perſides puellas iungens matrimonio Macedonibus mandauit omnibus, vt mundum pro patriâ, caſtra pro arcibus, bonos pro cognatis, malos pro peregrinis cognoſcerent. Nam vt eſt apud Velleium Paterculum, in cuiuſcumque animo virtus ſit, ei plurimum tribuendum eſt. Quamuis Lycurgus à ſuâ Repub. peregrinos arcuerit teſte Plutarcho, qui etiã remouebantur à ciuitate Romanâ lege Papiâ, apud Cicer. pro C. Balbo, & apud Liuium l. 41. Edictum, vt ſocij, & Latini nominis homines in ciuitatem ſuam ante Calend. Nouemb. redirent. At

D poſteà ô Roma ait Rutilius,

Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam,
Vrbem feciſti, quod prius orbis erat.

Laudatur tamen Auguſtus à Suetonio, c. 40. quòd reſcripſerit Tiberio pro cliente Græco ciuitatem petenti, non aliter ſe daturum, quàm ſi præſens ſibi perſuaſiſſet, quàm iuſtas cauſas petendi haberet. Sic Zeno ille Stoïcorum princeps gloriabatur, quòd cum eſſet peregrinus, deque Phœniciâ oriundus, ob inſignem ſcientiam ciuis eſſet ab Athenienſibus factus, apud Themiſt. orat. 14. Legendus Ariſtides in hanc rem in Panathenaïca, hinc Auſon. de Pertinace,

Punica origo illi, ſed qui virtute probaret

Non

Non obſtare locum, cum valet ingenium

Ex his omnibus tandem concludemus *Ludouicum* 13. re, & nomine Iuſtum, iuſtiſſimè, & prudentiſſimè cauiſſe art. 18. edicti 1616. promulgati in confirmationem antiquarum regni conſtitutionum, præſertim Bleſenſium, nulla Beneficia, Eccleſiaſtica, vel Officia militaria, & ciuilia poſſe ab externis adminiſtrari, niſi habita ratione ingentium meritorum, quæ ſuadeant legi derogationem, quæ in vſum, & commodum Regis, & regni fiat. Legendus Lipſius, l. 3. Politic. c. 4. Langlæus l. 7. Otij ſemeſtris c. 10. Gregor. l. 4. de Repub. c. 4. & l. 23. c. 6. Chopinus l. 3. ſacræ Polit. Tit. 1. n. 26.

76. *Reginaldus à Portâ*, ex Epiſcopo Lemouicenſi 63. poſteà Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ex Onuphr. & Ciacono, & Amalrico Biterrenſi. Sedit Auarici ann. 4. conſtituit quomodo à Canonicis, & alijs Sacerdotibus celebrandum eſſet diuinum Officium. Hoc tempore nominatur Ioannes *Thore* Cancellarius, & Reginaldus de Buro Archidiaconus, ac Rogerius *Le Fort* Decanus, poſtea Archiepiſcopus. Reginaldi vero frater fuit Guido Abbas 34. S. Martialis.

77. *Guilelmus de Brocâ, vel Broſſia*, ex Podienſi Epiſcopo 53. & Meldenſi 67. filius Comitis Pentebriæ, dedicauit baſilicam metropolitanam 1324. 6. Maij, G. Dominicâ S. Ioanni Euangeliſtæ ſacrâ, cùm tamen feſtum dedicationis anticipetur 5. Maij, quæ dedicatio intelligitur de Eccleſiâ, ſeu æde ſacrâ S. Stephano, vt nunc eſt omnium Galliæ pulcherrima, longa interius pedes 327. lata 131. alta à pauimento ad fornicem 120. cuius turris habet 396. gradus. Eodem quoque anno 1324. tranſtulit corpus S. Auſtregiſilli, licet alij id contigiſſe dicant 1329. Quo anno poſtulatus Senonēſis 84. diſputationem habuit cum Petro *Bertrandi* Epiſcopo Æduen. 64. nondū Cardinale contra Petrum de Cuneris patronum Regium. Obijt die S. Luciæ 133 . ſepultus Senonis ante majus altare. Ea verò diſputatio à Guilelmo & Petro præſulibus agitata fuit in palatio Regali coram Rege Philippo 6. Valeſio cognomine Catholico die Veneris 15. Decēbris Pariſiis, pro iuriſdictione, & libertate Eccleſiaſtica quam labefactare conabatur Cunerius (qui in quodam M. S. dicitur Conſiliarius Regis, & primus Præſidēs) vt videre eſt apud Genebrardum, Gordonum, & Bzouium, eaque extat tomo 4. biblioth. Patrum editionis 3. & aliis cùm excuſa, cùm manuſculpta, cuius quidem quæſtionis partem affirmantem pro Eccleſia, vt optimam elegerunt, quotquot ab omnibus retro ſæculis doctrina, & pietate illuſtres viri floruere; è quorum cœnâ rectâ, & locuplete penu, nunc tantum hæc pauca raptim in ſportulas congeſta ſummis labris delibare ſufficiet. Sic igitur S. Hilarius Pictauienſis Epiſcopus 10. epiſt. incipiente, Benigniſſima, Conſtantium Imperatorem alloquitur. *Prouideat, & decernat clementia tua, vt omnes vbique iudices quibus prouinciarum adminiſtrationes creditæ ſunt, ad quos ſolum cura, & ſollicitudo publicorum negotiorum pertinere debet à Religioſâ ſe obſeruantiâ abſtineant. Neque poſthac præſumant, atque vſurpent, & cognoſcere cauſas Clericorum.* Quæ monita non ſemper audiiſſe videtur Arrianorum fautor Conſtantius, quem ideò S. Athanaſius Alexandriæ Patriarcha non dubitauit Antichriſto comparare, quòd auſus eſſet cœtui Eccleſiaſtico præſidere. Nam vt ait Theodoſius Imperator epiſtola ad Conciliū Epheſinum, nefas eſt qui ſanctiſſimorum Epiſcoporum catalogo aſcriptus non eſt, eum Eccleſiaſticis negotiis, & conſultationibus ſe immiſcere: & Baſilius Imperat. Act. 5. Synodi 8. Eccleſiaſticas cauſas inueſtigare Pontificum eſſe confeſſus eſt, nec fas eſſe vt diuini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio, vt ait Valentinianus Imperator apud Baronium 425. Quibus conſonat Synodus Gallicana, apud Flodoardum l. 2. c. 5. Vt ſi quis iudex cuiuſlibet ordinis Clericos publicis actionibus inclinare præſumpſerit, aut pro quibuſlibet cauſis abſque conſcientiâ, & permiſſu Epiſcopi diſtringere, aut contumeliis, vel iniuriis afficere, communione priuetur, & in Concilio Pariſienſi ſub pœnâ ſequeſtrationis vetatur ne Clerici ad iudices ſæculares trahantur c. nullus iudicum 1. de Foro competenti, & iudicem laicum ne limis quidem oculis res Eccleſiaſticas aſpicere fas eſſe dixit Gregor. Nazianzenus in funere Patris, & Epiſcopum iudicari non debere niſi in ſynodo c. nullus 6. q. 4. in crimine etiam majeſtatis, apud Fileſacum de ſacrâ Auctoritate Epiſcoporum c. 1. n. 15. imò Concilio Arelatenſi, & Moguntinenſi ſub Carolo Magno 813. præcipitur, vt Comites, & ſæculares iudices obediant Epiſcopis, & ex mente S. Polycarpi epiſt. 6. ad Philadelphenſes: Preſbyteri cum Clero, populo, militi-

Iuriſdictio Eccleſiaſtica.

Ædes primaria Bituric.

Æduenſ. 64.

bus, Principibus, & Cæſare parere debent Epiſcopo, cum quo qui non eſt, eum non eſſe in Eccleſia affirmat S. Cyprianus epiſt. 69. ex doctrinâ S. Petri c. Omnes, *de maioritate, & obedientiâ*. Extat etiam epiſtola Leonis Archiepiſcopi 12. Bituricenſis ſuperius relata, hac de re, ne ſcilicet Clerici expetant iudicia ſæcularia, quod & ipſo Leone præſidente ſtatutum fuerat in Concilio Andegauenſi A. C. 453. apud Binium & Baronium, & confirmatum Concilio Venetico c. 9. vbi ſubjungitur, quod ſi fortaſſe Epiſcopi ſui iudicium cœperit Clericus habere ſuſpectum, aut ipſi de proprietate aliqua aduerſus Epiſcopum fuerit mota contentio, aliorum Epiſcoporum, non ſæcularium poteſtatum debebit ambire, aliter à communione habeatur alienus. Nec ſilendus hoc loco Rex S. Ludouicus nomine 9. qui, vt eſt apud Ionuillæum c. 93. & Tillium referebat auum ſuum Philippum Auguſtum Adeodatum dicere ſolitu, ſe tot tantiſque à Deo beneficiis cumulatum fuiſſe, vt mallet iure ſuo cedere, quàm cum Eccleſia contendere, cuius defenſioni dextram ſe conſecrauiſſe teſtatus eſt Henricus 2. cum more maioribus ſolemni, Lutetiam Pariſiorum ingreſſus publico epulo in Regali palatio exciperetur, Eccleſiaſticis, & laïcis proceribus dextram hinc inde in accubitu poſtulãtibus. Si quis præterea plenius, ac planius cupit animum huiuſce rei cognitione maiori explere, ei cõſulendus Rebufus Tit. de *protectione concordatorum*, vbi exemptionem Clericorum probat à diuino iure promanare Andreas *Du-Val* ſodalis Sorbonicus, & ſacrarum literarum Profeſſor Regius in elencho libelli de Eccleſiaſticâ, & Politica poteſtate, Ioannes Epiſcopus Carnotenſ. l. 5. Policrat. c. 5. & epiſt. 159. Sotus 4. Sententia. diſt. 25. q. 2. art. 2. & l. 1. de iuſtitiâ. Victoria relectione 1. de poteſtat. Eccleſiaſt. Bannes 2. 2. qu. 67. art. 1. Anaſtaſius Gemonius Tarentaſienſ. Archiepiſcopus l. de immunitate Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, & Iacobus Seuertius in ſummâ excommunicat. cap. 1. §. 3. Perron. in Replicâ pag. 367. Nicolaus Langelier in Orat. pro Clero 1585. Quibus vniuerſis teſtibus, ſeu potius iudicibus integerrimis nemo non videt (cui ritè cor ſaliat) potius fidem adhibendam, quàm nuperis omnibus sciolis ſemi-paganis impuriſſimo carmine formas publicas maculosè inquinantibus. Porro iuriſdictionem, ſeu poteſtatem Eccleſiæ Monachicam eſſe, non Ariſtocraticam, aut Democraticam, & plurium, & meliorum ſemper fuit ſententia, contrariâ opinione nouatoribus arridente, & turbonibus fauente. Nam Eccleſiæ, quâ nihil poſt Deum excellentius eſſe, aut cogitari poteſt. adminiſtrationis formam omnium præſtantiſſimam deberi palam eſt, qualem eſſe monarchicam nemo, præſertim in Franciæ monarchiâ Chriſtianiſſimâ, Eccleſiæque primogenitâ, facilè negabit.

Eccleſiaſtica poteſtas Monarchica.

78. *Fulcandus de Rupe-Cauardi, Rochechouard*, ſedit annos 13. ſepultus in metropolitanâ ante ſedem Cancellarij tumbâ olim erectâ 3. cubitis, 7. Idus Augusti 1343. Inſtituit feſtum S. Ioannis Baptiſtæ celebrari ſub officio Cantoris, & ſtationem ſingulis menſibus ad ſanctum Sepulchrum. Huius verò tempore Dominus *de Chauigny* Prioratus S. Marcelli, & S. Stephani prope Argentonium, & domum Dei, apud Caſtrum Rodulphi fundauit. An autem Fulcaudus fuerit is qui 68. nominatur inter Epiſcopos Nouiomenſes nondum ſatis apud me conſtat, ſed videtur fuiſſe Decanus Bituricenſis, aut ſaltem nepos Decani.

Rochechouard porte ondé d'argent & de gueule de ſix pieces.

79. *B. Rogerius le Fort*, (Guidonis anno ætatis 120. demortui filius) ex decano Bituricenſi Epiſcopus 82. Aurelianenſis 1323. inde Lemouicenſis, vnde ad Patriarchatum Bituricenſem tranſlatus eſt 1343. è numero illorum, de quibus Dominus per Iſaiam c. 3. *Dabo vobis Paſtores ſecundum cor meum, & vos paſcent ſcientiâ, & doctrinâ.* Auunculum habuit Guilelmum *de Taillefer* Epiſcopum Toloſanum, & Cardinalem: fundauit Cæleſtinorum monaſterium in domo paternâ de Thernis, vt iam diceret, *Domus mea domus orationis vocabitur*, Math. 11. 17. Item Xenodochium in Marchiâ, fuitque quaſi alter fundator cœnobij Virzionenſis. Interfuit releuationi corporis S. Mayoli Siluiniaci, vbi etiam corpus S. Odilonis in capſa repoſuit viſitando prouinciam 21. Iunij 1345. circa quæ tempora Petrus Rogerij fuit Archidiaconus Bituricenſis, poſtea Papa Gregor. 11. Neque eſt omittendum totam vrbem Bituricenſem præter Eccleſiam, & domum Archiepiſcopalem incendio deflagraſſe 1357. diuinâ vltione, ob contemptum Præſulem ſanctiſſimum, vt eſt in M.S.C. opes ſuas pueris litterarum ſtudioſis teſtamento reliquit. Commentaria ſcripſit *de Actionibus*, profeſſor iuris Aureliæ. Migrauit verò nonagenarius

rius 1367. cùm ſediſſet annos 24. non integros. Sepultus prope cathedram Archiepiſcopalem, verſus maius altare, hoc Epitaphio:

De Thernis natus Rogerius intitulatus,
Noſter Prælatus iacet intus benè gratus
Ter c. mille dabis, ſex x. ſeptem numerabis.
In primâ feriâ (quem ſuſcipe Virgo Maria)
Marci migrauit, quia caſtè ſemper amauit.

vbi primam feriam Marci intellige Dominicam primam Martij incidentem in 7. diem menſis eiuſdem, cuius diei character eſt C. Dominicalis litera illius anni: potes etiam primam feriam interpretari ſimpliciter primum diem initialem, ſeu Calendas Martij, quo die pridie, & poſtridie illius diei celebratur anniuerſarium ipſius Rogerij. Potes quoque intelligere 25. Aprilis S. Marco dicatam eodem anno Dominicam.

80. *Petrus de Stamno, d'Eſtain* ex monacho, & Epiſcopo Sanfloriacenſi 5. creatus fuit Cardinalis ab Vrbano 5. apud Faliſcos (*Monte fiaſcone*) 7. Iunij 1370. Onuphrio, Ciacono, Bzouio. Sedit an. 2. m. 11. Iacet in ſuo titulo Calixti, ſeu B. Mariæ Tranſtiberinæ ad fontes olei.

81. *Petrus de Croſo*, vel Croſſo, vel Creuſius *de Creux*. Sedit ann. 14. cum 5. hebdomadibus Sponſalia celebrauit inter Mariam de Berry, & Ludouicum de Chaſtillon Comitem Dunenſem 1385. ſepultus Auenione in æde S. Martialis, vbi hoc habet Epitaphium apud Nomenclatorem Cardinal. pag. 16.

Hic iacet bonæ memoriæ Reuerendiſſimus in Christo Pater Dominus Petrus de Croſſo, oriundus de Calina-forti, Lemouicenſis Diæceſis, decretorum doctor, qui prius fuit monachus S. Martialis Lemouicenſis ordinis Sancti Benedicti, deinde præpoſitus de Braſſaco dictorũ ordinis, & Diæceſis, poſtmodum Cellerarius Eccleſiæ Tullenſis, & poſt Prior de Voliâ ordinis Cluniacenſis, S. Flori diæceſis, & poſtea Epiſcopus S. Papuli, poſtmodum Archiepiſcopus Bituricenſis, & exiſtente Archiepiſcopo fuit factus Camerarius Domini noſtri Papæ Gregorij XI. ac deinde fuit aſſumptus in titulo SS. Nerei, & Achillei Presbyterum Cardinalem, qui dum adhuc in viuis eſſet ſuam hic elegit ſepulturam. Orate Deum pro anima eius, qui eſtis hoc ſepulchrum inſpecturi. Obijt anno 1388. Maij 10. *in Calend. Bituricenſi*, vbi dicitur Cardinalis Arelatenſis, vt ab Onuphrio pag. 227. & Ciacono 397. Alter fuit Petrus, mortuus item Auenione 1361. 9. Calend. Octobris, apud Onuphrium, à quo dicitur Archiepiſcopus Rotomagenſis; qui tamen in ſerie præſulum eius Eccleſiæ non reperitur. Fuit quoque frater Petri huius Bituricenſis Archepiſcopi Ioannes Cardinalis, & Lemouicenſis 64. Epiſcopus, eiuſdemque gentis extitit Aymarus 64. Claromontenſis præſul.

82. *Bertrandus ac Chanaco, vel Cagnaco, Chaignac vel Chenac*, quo præſule Carmelitæ Religioſi in vrbis loco, qui dicitur ad Nucem *le Noyer*, inſtituũtur 1374. — Carmelitæ.
qui fundus erat Ioannis *Pellourde*, cuius gẽtilitio longa poſt ſerie annorum Ioanni *Pellourdi* Academiæ conſeruatori dicat librum de Magiſtratibus ciuilibus, & militaribus Officiis Andreas Alciatus I. C. qui Ioannes major erat 1525. Eiuſdem familiæ Pellourdeæ Stephanus iacet apud Prædicatores vbi gentilitia cernuntur inſignia, Aquila aurea cum 4. crucibus in ſcuto rubeo, quam Aquilam malè bicipitem effingit Ioannes Calameus, *Chaumeau*, in hiſtoriâ Bituricenſi. Bertrandum verò Clemens 6. ann. 1350. 11. calend. Septemb. commendans, ſcribit Romam canonicis S. Petri, vt illi vultum ſanctum, ſeu Veronicam oſtendant, — Veronica de qua Gretzerus c. 16. De Imaginib. non factis.
litteris Auenione datis referente Bzouio, eum Archidiaconum Agathenſem, Clericumque cameræ appellando. Sedit ann. 12. & ſepelitur Auenione in Eccleſia Dominicanorum, hoc epitaphio in Nomenclat. Cardinal. pag. 8.

Hic iacet Reuerendiſſimus in Christo Pater Dominus Bertrandus de Chanaco Lemouicenſ. diæceſis, genere nobilis, vtriuſque iuris Doctor, Archiepiſcopus Bituricenſ. poſtmodum Patriarcha Ieroſolymitanus, & adminiſtrator Eccleſiæ Abrincenſis extitit, & deinde in S. R. E. Tit. ſanctæ Pudentianæ Presbyterum Cardinalem aſſumptus, & demùm Sabinenſis Epiſcopus effectus obdormiuit in Domino die 20. Maij, anno Domini 1404. De quo Ciaconus pag. 798. Huius autem præſulis tempore Capitulum Patriarchalis Eccleſiæ à iuriſdictione ordinarij eximitur, diplomate Clementis 7. Papæ in ſuâ obedientiâ, — Clemens dictus 7.
hoc eſt in Galliâ, Aragoniâ, Scotiâ, & Italiæ parte, qui antea dictus fuerat Robertus Amedei Geneuenſis Comitis, ex Mathilde Bolonienſi filius, primùm Lugdunenſis Eccleſiæ Præcentor, inde Epiſcopus 44. Teroanæ Morinorum, & 61. Cameracenſ. de quo infra in Epiſcopis Lingonenſibus nu. 67. vbi etiam de prælatis eiuſdem nobiliſſimæ gentis agetur, de quo pariter Onuphr. & Ciaconus de Cardinalibus, Mariana l. 18. c. 1.

hiſt.Hiſpan. Zabarella conſilio 150.Geminianus conſilio 8.& 93. Gentiles verò Bertrandi noſtri fuere Guilelmus Cardinalis Mimatenſis, & Carnotenſ. Epiſcopus, Guilelmus alter Epiſcopus 84. Pariſienſis, inde Patriarcha Alexandrinus, & Petrus Officialis Pariſienſis ſepultus apud Cartuſianos eiuſdem vrbis 1309. Porrò in exemptiones ambitioſas tùm Epiſcoporum ab Archiepiſcopis, tùm Capitulorum, & Abbatiarum ab Epiſcopis inuehuntur plerique viri ſanctiſſimi, vt rarò,& non niſi iuſtis magniſque de cauſis concedendas à ſummis Pontificibus, quorum poteſtatem ſummam in Eccleſiam, in dubium reuocare nullius eſt Chriſtiani. Quâ de re S. Bernardus l.3.de cõſideratione c.8. & epiſt. 42.& 180. Petrus Bleſenſis epiſt.68.Goffridus Vindocinenſ.l.2.epiſt.27. Petrus Venerabilis l.3 epiſt.28. Concil.Tridẽt. ſeſſ.24.c.11. Chopinus,l.1. Politiæ ſacræ tit.5 n.8.& l.2. tit. 4. n.5. & l.1. Monaſt. tit.2.n.19.

83. *Ioannes de Rupe-Cauardi*, ex Dominis *de Charos en Berry*, ſedit ann. 5. obijt 1391.

84. *Petrus Aymericus* Claromonte natus, ad hanc Cathedram aſſumptus fuit viuente adhuc Bertrando de Chanaco Cardinale. Sanctam Capellam à Ioanne Biturigum Duce ſtructam, & inſtructam in honorem S. Saluatoris 1405. conſecrauit poſtridie Paſchæ 20. Aprilis, ſeu 12. Calend. Maias, cum die præcedenti Theſaurarius Arnaldus Belin Ducis Confeſſarius cum 12. Canonicis, & aliis ipſi Eccleſiæ mancipatis à Principe in poſſeſſionem miſſus fuiſſet, P. Toletano Cardinale Legato, Vitale Archiepiſcopo Toloſano, Eliâ Podienſi, Petro Aquenſi Epiſcopis, Bernardo S. Sulpitij, & Emerico S. Ambroſij Abbatibus, Guidone de Broſſiâ, Ioanne de Rupe-Cauardi Vicecomitibus, multiſq; aliis adſtantibus, quę collegimus ex fundationis exemplari nobis iamdiu communicato humanitate nobiliſſimi& prudentiſſimi viri Martini *de Racines* Vernutiæ, & Eleemoſynæ Abbatis, huiuſce Eccleſię Theſaurarij. Arnaldus verò hic memoratus fundauit Prioratum Aubignei Ordinis S. Auguſtini à S. Ambroſio Bituricenſi dependentem. Noſter autem Petrus, Patriarcha etiam Alexandrinus, & Adminiſtrator Carcaſſonenſis obijt 20. Februarij 1409. At verſus ille vulgaris & numeralis *ἀρχαϊκῶς* ſcriptus verum dedicationis annum demonſtrabit.

MeDVCs ConſtrVXIt BItVrIgVs, atqVe dotaVIt
Et presVL attendens anno præſente ſaCraVit:

de quâ ſcribendi ratione C. S. pro X. duplici litterâ, Priſcianus l. 1. & Diomedes l. 2. primam verò ſyllabam in *preſul* ſine diphthongo corripuit, vt in *dotauit*.

85. *Guillelmus Boiſraterius*, ex Secretario Regis, *Monſtreleto* an.1409 & Canonico S.Capellæ, Priore S.Vrſini, ac Decano Bituricenſi, & Ioannis Biturigum Ducis Cancellario, poſſeſſionem adeptus 4. Idus Maij 1410. Petro Pictauienſi,& Martino Carnotẽſi Epiſcopis præſentibus, Legatus Regis in Angliam 1415. Andreas *du Cheſne* l. 17. hiſt. Angl. Executor teſtamenti eiuſdem Ioannis Ducis, 15. Iunij demortui 1416 Pariſijs in ſuo hoſpitio de Nigella *Neſle*, quod poſtea dictũ *l'Hoſtel de Neuers*. Vnus fuit ex electoribus Martini 5. Columnæ, vt eſt in ſeſſione 41. Concilij Conſtantienſis, cui tantum per procuratorem Raymundũ de Mirabello interfuerat 1414. de quo Concilio plura habent, Bzouius, Miræus, Bellarminus, Poſſeuinus, Galtherius, Gordonus, & Binius poſt Genebrardum. Habebat verò Guillelmus pro inſignibus tres cruces aureas in triãgulo diſpoſitas. Ornauit ſepulchrum S. Luciæ ad Catacumbas Romæ iuxta ædem S. Sebaſtiani, quod ex inſcriptione poſtea cognouit Andreas 91. Obijt autem 1421. 19. Iulij in Catalogo M S. poſt ſedem 12. annorum, ſepultus in choro Eccleſiæ Cathedralis, vbi tamen eius anniuerſarium notatur 13. Ianuar. habetque hoc Epitaphium.

Eloquio clarus, ſtudioque, & floridus olim,
Bononiæ leges Doctor vtraſque legens,
Guillelmus Boiſraterij qui nobilis vrbe
Natus, in hac Primas fulſit Aquitaniæ,
Biturigũ præſul regni perſcriptus, honorum
Geſtor, opem cunctis rebus, & arte ferens,
Regis amans, inopumque pater, fideique Sacerdos,
Carne ſubactus humo, ſydera mente rapit.

Eius meminit Guillelmus Vrſinus in hiſtor.Caroli 6. Donauit 1170. Turonenſes libras pro inſtauratione Monaſterij S. Sulpitij ab Anglis vaſtati 1410. circa quæ tempora florebat Henricus Bituricenſis Auguſtinianus Theologus, & concionator inſignis,& in paucis numerandus, cuius Sermones Quadrageſimales editi Lugduni.

86. *Henricus d'Auaugourd* Armoricus, de cuius gente clariſſima Bertrandus Argentræus,

Porte d'argent au chef de gueule, & cette maiſon d'Auangourd eſt au Diæceſe de S. Brieuc en Bretagne.

Argentræus, & Auguſtinus *du Paz* confirmauit Gulielmum *de Charpeigne*, electum Pictauienſem 82. nepotem Martini Epiſcopi 75. Claromontenſis in recuſationem Petri Archiepiſcopi Burdegalenſis. Credo ab eo baptizatum fuiſſe Ludouicum Delphinum, poſtea regem huius nominis 11. Auarici natum 6. Iulij 1423. Ludouico Alenconio eum ex ſacris fontibus ſuſcipiente in æde metropolitanâ. Correxit infinitam ſæcularium litium, & penè immortalium numeroſitatem in officialatu, viris probis, ac doctis ad id munus exercendum conſtitutis. Seceſſit tandem in monaſterium Nigri lacus, poſt ſedem ann. 25. m. 2. d. 25. ibique ſepelitur 13. Octobris 1446. Cuius tempore 7. Iullii 1438. in aulâ S. Guilelmi promulgatur Auarici Sanctio Pragmatica, ex decretis Concilij Baſilienſis, cui Henricus interfuerat, & domus Franciſcanorum conditur Monte-Lucio 5. Maij 1446. Quo etiam ſedente reliquiæ S. Dionyſii Auaricum allatæ ſunt iuſſu Regis, certum contra Anglos munimentum.

D'argent à 3. cœurs de gueule. 2. 1. à la face d'or chargée de trois coquilles de ſable.

87 *Ioannes Cordis, vel Cordius, Cœur,* 1496. egregius prædicator, & in omnes ſuæ diœceſis Eccleſias munificus, ex Abbate S. Sulpitii: conſecrauit Carolum Borbonium Archiepiſcopum Lugdunenſem 1470. Quo tempore plurima Cæleſtinis Lugdunenſibus contulit, vt gentilitia declarant inſignia, quibus nihil frequentius Auarici viſitur, quæ ſunt tria corda rubea in campo cæruleo cum faſcia aurea, ornata tribus conchiliis nigris, verè ipſe cor ſuæ diœceſis, cuius nullam Eccleſiam inuiſitatam, & indonatam aliquo munere prætermiſerit, & doctrina, & exemplo illuſtrarit. Et certè cor eſt animæ ſedes, vitæ domicilium, fons ſanguinis, & quaſi perfectus caloris focus, quo vigente omnia florent, intereunte marceſcunt, at in hoc corde repertæ fuerunt triginta illæ viæ totius Sapientiæ, quas Hebræi obſeruant in cordis vocabulo Numer. 30. referente. Salazardum autem (cuius relatione de cōcionibus egregiè cordati Præſulis Rex Ludouicus 11. placatior factus ſuū Biturigibus reddidit Paſtorem) exiſtimo eſſe Ioannem Triſtandi Senonenſis Archiepiſcopi 96. patrem. Cordius verò Regi infenſus redditus erat, quòd cum idoneis tantùm beneficia conferret, cuidam Aulico dignitatem Archidiaconatus negaſſet incapaci. Summo quoque amore proſequebatur Religioſos, præſertim Carthuſiæ maioris, quos fratres,

Cordis dignitas.

A & amicos in Chriſto cariſſimos vocabat; quibus in perpetuū ſummam 7. librarū Turonenſium annui reditus ſupra domos quas Pariſiis acquiſiuerat, conceſſit ad habendos pileolos, ſiue bonetos, ſingulis Religioſis in feſto omnium Sanctorū tradendos, litteris datis 10. Febr. 1476. quas nobis cōmunicauit D. Polycarpus *de la Riuiere* eruditione, & pietate clarus, eiuſdem ordinis integerrimi, & ſanctiſſimi profeſſor, à quo, & viuæ vocis oraculo, & ſcriptis plura accepimus. Cæterùm ita in omnibus temperatus vixit Ioannes, vt vbique tribus equis contentus eſſet. Quod mihi in mentem

B reuocat S. Baſilii magni Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi obſeruationem in illud Pſalmi 32. *Fallax equus ad ſalutem*, doceri in Scripturâ Sanctos vſum equorum numeroſiorē vitare. Vnde Deut. 12. *cum fuerit Rex cōſtitutus, non multiplicabit ſibi equos.* Hinc S. Hiero. in illud Iſa. 2. *repleta eſt terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius.* Non eſt inquit numero dignum, quod contra imperium Dei poſſidetur, & dormitauerunt qui aſcenderunt equos, Pſalmo 75. & in Apologia ad Guilelmum Abbatem, S. Bernardus: quod, inquit, vt cętera taceam, ſpe-

Equitatura Epiſcopalis.

C cimen humilitatis eſt, cum tantâ pompâ, & equitatu incedere, tantis hominum crinitorum ſtipari obſequiis, quatenus duobus Epiſcopis vnius Abbatis multitudo ſufficiat? mentior ſi non vidi Abbatem 60. equos, & eò amplius ducere in ſuo comitatu. Igitur equos 30. Epiſcopo concederet, qui à paucis hodie Epiſcopis ali poſſunt. Sic Gofridus Vindocinenſis Abbas l. 4. epiſt. 7. ait ſe duodecim equos in itinere conficiendo duxiſſe. At enim duodecim Abbates cum generali ſuo Arnoldo Ciſtercienſi ad prædicationem contra Albigenſes

D procedebant pedibus, modicis expenſis, equitaturis nullis, vt per omnia ſe Euangelicos viros probarent, apud Robertum Chron. Autiſſiod. & Petrum de Vallibus c. 5. Vſus tamen equorum moderatus concedi poteſt, imo Rex ſapiens Eccleſiaſt. 10. v. 7. indignatur ſe vidiſſe ſeruos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos, & Eccleſiam comparat equitatui Cantic. 1. 9. & Abacuc 3. 8. tribuuntur equi, & quadrigæ Deo, vide Canonem, cum Apoſtolis, & Concilium Toletanum 7. c. 4. & Ticinenſe ſub Ludouico 2. c. 15. Notat porrò Durandus l. 1. rationalis c. 8. num. 22. Epiſcopos in die ſuæ conſecrationis ſolere equis albo panno coo-

pertis inſidere, quod & clericis Romanis conceſſum à Conſtantino, c. Conſtantinus diſtinct. 96. Sic S. Bruno Cartuſianorum Patriarcha ſuaſit S. Hugoni Epiſcopo Gratianopolitano, ne venditis equis pedes viſitaret diœceſim, ob difficultatem itinerum, & ne de ſingularitate ab aliis Epiſcopis iudicaretur, & ne ipſe ob eam rem extolleretur, *apud Surium Calend. Aprilis.* Sed rurſus redeunt Senecæ verba exclamantis epiſt. 88. O quantum erat ſæculi decus, Imperatorem triumphalem, Cenſorium, & quod ſupra omnia hæc, Catonem vno caballo eſſe contentum, & ne quidem toto, partem enim ſarſinæ ab vtroque latere dependentes occupabant. Recurrit etiam Stephanus Tornacenſis epiſt. 149. qui laudans equum ſibi miſſum, ait eum eſſe quem ſedere deceat, aut Pontifices magnos, aut Principes Palatinos. Obiit verò poſt ſedem ann. 36. m. 9. d. 8. A. C. 1483. 25. Iunij, vt eſt in ipſius monumēto, cui inſcripta ſunt hæc verba, *Memorare quæ mea ſubſtantia.* Ex Pſalmo 88. v. 47. quaſi diceret, ex mente S. Iſidori l. 1. ſententiar. c. 12. Memento meæ vilitatis quâ fretus miſericordiam imploro, quoniam ex lutea materia prodiens infirmitates traxi, & pro caducæ carnis fragili cōditione reditum mereri videor ad ſalutem, quæ cauſa quoniam deeſt Angelis qui non ſeruarunt ſuum principatum, ſed domicilium ſuum reliquerunt, illi veniam non habent, nec eam ſperare poſſunt. Hic quoque non omittendum Academiam Bituricenſem hoc tempore fuiſſe inſtitutam, ſeu inſtauratam. At A. C. 1466. notaui fundatum fuiſſe feſtum duplex S. Mandeti 18. Nouembris à domino de Croſſiis. Sed, & pater Ioannis ſic recenſetur in Calendario Bituricenſi 25. Nouemb. *Obiit dominus Iacobus Cordis miles, Eccleſiæ Capitaneus generalis contra infideles, qui ſacriſtiam noſtram exſtruxit.* Quibus adde ab eodem Pariſiis in vico S. Honorati fundatū collegium bonorum puerorum cum oratorio S. Clari, in quo iacet Gofridus Ioannis frater mortuus 1488. Item Henricus Cordis Archidiaconus memoratur 1476. & Nicolaus Patruus, Epiſcopus 11. Luſſionenſis. Quo etiam ſedente 1470. M. Ianuario Guido *de Chauuigny* confirmauit fundationem, & dotationem Eccleſiæ collegiatæ S. Germani, & conuentus Carmelitarum, ac hoſpitalis, item leproſariæ, nec non collegij litterarij, duorumque oratoriorum, cum cœmeterio in oppido ſuo Caſtræ, à Rodulpho patre factam. Ipſe verò Guido fundauit Franciſcanos Argentonij ſeu Argentomachi ex bulla Calixti 3. A. C. 1455. & 1458.

Academia Bituricenſis.

Cordilieri d'Argenton.

88. *Petrus Cadouetus*, ex Priore *de Salis*, & Protoclemoſynario Regis Ludouici 11. & Officiali, ſummo litium, & munerum oſore. Monaſterium S. Claræ ſuis ſumptibus ædificauit, qua de re Franciſcus Gonzaga in hiſtoria Franciſcanorum. Obiit 1492. poſt annos ſedis 10. apud Eccleſiam Salenſem ſepultus, hoc Epitaphio.

Monaſterium Sanctæ Claræ.

En Petrus Antiſtes Bituris qui pauit egentes
Conſilio, nummis, hoſpite, veſte, cibis.
Ergo eius nomen ad cœlos vſque feramus:
Corpore ſi moritur, nomine ſemper erit.

Extat & ſequens.

Conditur hac petrâ Petrus fortiſſima petra.
Firmus quippe fide fuit, affluus & pietate,
Hoſpitium pacis, mæſtis ſolamen, & ægris,
Nudorum veſtis, quorum eſt plebs, turba ve teſtis,
Quod zelator erat ſacrarum Relligionum,
Conuentus reſerat Claræ ſtructura ſororum,
Paucis contentus, iſdem cum paupere factus,
Pluria pauperibus, quàm diuitibus hylaratus.
O qui pauper ades, dum tranſis quæ tibi clades!
Ergo pro ſe ores paſtor iam poſtulat ô grex,
Doctrinâ clarus, omnis iuris benè gnarus
Omni poſcenti lucrum aptans lege talenti,
Villicus in cœlis, prudens, ſeruuſque fidelis,
Namque alter Paulus fuit omnibus, omnia factus,
Annis quique decem Primatum Bituricenſem
Rexit, terque decem Eccleſiam hanc primus ipſe Salenſem
Mille quadringeno, ac octogeno duodeno.
Auguſtique die poſtremo, Chriſte Mariæ
Fili celſa petra, Petrum tecum fer in æthras
Adſis tuque pia, pro ſe orans Virgo Maria.

Vitiatur verbo Lucretius l. 1.

Hoc autem loco ex pluribus Petri elogiis vnum attingemus quo doctrinâ clarus, & iuris gnarus celebratur. Tanta quippe debet eſſe ſcientia Pontificis, & eruditio, vt & greſſus eius, & mores vocalia ſint, veritatem mente concipiat, & eam habitu referat, & ornatu, S. Hieronym. epiſt. 128. & cum oporteat eſſe doctorem, id eſt populum ſuum docere, quâ de re Eſpanſæus in 1. Timoth. Sanctus Ambroſius l. 1. c. 1. Offic. Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 2. Azor p. 2. l. 3. c. 28. Sed & Epiſcopi eſt curare ſcholas. Capitular.

Epiſcopi eſt docere, & curare ſcholas.

tular. l. 2. c. 5. c. de quibuſdam diſt. 27. Concil. Bituricenſ. tit. 29. Sic priſcis temporibus Melchiſedech Rex, & Sacerdos curabat domum doctrinæ, id eſt ſcholam, in qua res diuinæ docebantur, vt notat Toſtatus in Geneſim c. 25.

89. *Guilelmus de Cambray* eligitur 14. Octobris 1492. Eius operâ vt à Papa delegati, Religioſæ Fõtis Ebraldi, in domo filiarum Dei Pariſiis collocantur, apud Brulium l. 3. Theatri antiquit. vbi tamen perperàm legitur Robertus Archiepiſcopus Bituricenſis, niſi ſcribatur Archidiaconus. Ei verò dicauit commentarium ad regulas iuris Pontificij Nicolaus Boerius Monſpeſſulanus, tunc profeſſor in academia Bituricenſi, vbi duxit vxorem Ioannam *de Cambray* Guilelmi noſtri neptem. Cuius etiam tempore monaſterium Annunciationis à B. Ioanna Francica ædificatur, quâ de re Aubertus Miræus in ſupplemẽto Chronici Euſebiani A. C. 1501. & 1505. & Franciſcus Gonzaga in hiſtor. Minoritarum pag. 695. eamque Eccleſiam dedicauit Georgius Cardinalis Amboëſius legatus Guilelmo præſente 8. Aprilis 1500. Qui Guilelmus bona immobilia conuentus Franciſcanorum Campi Aquoſi prope Siluiniacum in pios vſus diſtraxit, obſeruantiâ regulari illic ſponte ſuſceptâ 1503. Exequias etiam celebrauit eiuſdem Principis Ioannæ, quæ beato fine quieuit 5. Febr. 1504. ante Paſcha. Caſtrum Turleyum, vel Turliacum non longè ab vrbe extruxit 1496. Legauit ſuam bibliothecam Caſali Benedicto, quam bis perluſtrauimus, quo in monaſterio vixit Carolus Fernandus Brugenſis captus oculis à puero, pietate, & doctrinâ clarus, apud Trithem. 1494. de Script. Eccleſiaſt. At ſepelitur idem Guilelmus in choro cathedrali hoc Epitaphio.

Annunciatæ de quibus etiam Lipſius in Louanio l. 2. c. vltimo.

B. Ioanna Francica cuius vita deſcribitur inter homines Illuſtres ab Hilarione *de Coſte* Minimo, & copioſius à Ludouico *Dattichi* eiuſdem ordinis.

Turly.

Hic iacet exanimis patriæ flos, gemma decora
Guillermus, Biturix cuius origo fuit,
Regius hic Conſul, Biturigis atque decanus,
Poſthinc metropolis culmen honoris habens,
Qui ſibi pro meritis hæredes fecit egenos,
Denique ſumpturus gaudia vera poli.

Deinde ſequitur, *Sepulcrum Reuerendiſſimi in Chriſto Patris Domini Guilelmi de Cambray Archiepiſcopi Bituricenſis, Aquitaniæque Primatis, domini noſtri Regis in ſuo magno Conſilio, Parlamentique Curiâ Pariſius Conſiliarij, qui obijt die vltimâ menſis Auguſti A.D.* 1505. Habuit nepotem Guilelmum *de Cambray* Cancellarium Bituricenſem, qui ſtatuta officialatus redegit in ſcripta tempore Franciſci Turnonij Archiepiſcopi 94. & Priorem S. Cyrici Exoldunenſis præſentem in receptione pallij Franciſci 93. Archiepiſcopi, & Vicarium generalem Antonij 92. & Officialem 1516. Fuit etiam eiuſdem gentis Philippus Abbas Loci-Regij 1542. præſens in correctione conſuetudinum Bituricenſium, & Ioannes Iacobus ex Cancellario decanus, & Vicarius generalis capituli, ſede vacante, & Ioannis *le Roy* Archiepiſcopi 95. vicarius, idemque Regis Vicelegatus Conſtantinopolim, vt obſeruat Bellonius c. 49. cui Iacobo Iacobus Cujacius dicat librum 60. baſilicon 1575. & tit. de excuſationibus 1567. quemque l. 14. obſeruationum c. 34 vocat virum ornatiſſimum, & eruditiſſimum, multiſque præclarè geſtis pro Rege nobiliſſimum. Cuius gentis inſignia ſpectantur tres faſciculi cerei, ex auro in campo rubeo, vulgò 3. *cerots d'or en champ de gueule.* An verò ex eadem gente fuerint ſequentes, nondum mihi compertum, Adam *de Cambray* Protopræſes Parlamenti in fœdere Attrebatenſi 1435. ſepultus ad Carthuſianos Pariſienſes 1456. 15. Maij, cuius filius Hieronymus Pincerna Regius iacet, apud Prædicatores Pariſienſes 22. Octobris 1474. & Guilelmus *de Cambray* à quo Robertus de Sorbonâ emit domũ Collegij Caluitij Pariſiis 1271. & Ambroſius Canonicus, & Cancellarius Pariſienſis, & Magiſter Requeſtarum Regis, vt eſt in ipſius Epitaphio in ſacello Sorbonico 19. Aprilis 1496. cui ſcribit Gaguinus Ep. 4. & 42. & Robertus Clericus Cameræ Papalis 1455. At hîc penè exciderat Stephanus Epiſcopus Agathenſis Patruus potius quàm frater Guilelmi noſtri.

Sur la Tombe de Guilaume ſe voyent ſes Armes eſcartelées, au premier vn Renard, au 2. vne Aigle auec vne face potencée de ſept pieces, qui font paroiſtre qu'il n'eſt de meſme famille que noſtre Archeueſque.

90. *Michael de Buciaco, Bucy*, Pariſienſis, viâ quaſi Spiritus ſancti poſtulatus, nondum ſacris Ordinibus initiatus, & vix annum 22. attingens, ex Canonico 25. Septemb. 1505. à Papa confirmatus, mittitur in poſſeſſionem adminiſtrationis Archiepiſcopatus die Veneris 13. Ianu. 1506. per aſſignationem ſedis inferioris Archiepiſcopalis. Itaque in quodam Senatus decreto eiuſdem anni nuncupatur Archiepiſcopatus adminiſtrator, habens Suffraganeum Dominum Epiſcopum Arcadiæ. Quo tempore Conuentus Minimorum Bomeis à Iacobo Trimolio fundatur. Obijt 1511. 6. Idus Februar. poſt ſedem ann. 6. dierum 16. ſepultus ante ſedem Cancellarij. Vacauit

ſedes per annum m. 5. d. 22. Capitulo (A) intereà Eccleſiam regente, ſecundum Iuris Canonici diſpoſitionem c. 11. de his quæ, & c. 14. Cum olim de maioritate, & obedientiâ. Aliquando autem contingere, vt propter ſingularem virtutem & eruditionem legi annariæ, & ætati legitimæ derogetur in Epiſcoporum iuniorum creatione multa declarant exempla, ſic enim Eleutherius in Illyrico an. ætatis 20. apud Nicephorum l. 2. c. 19. & Sanctus Remigius an. 22. ætatis, vt referunt Flodoardus, Contractus, & Baron. Sic Leo 10. creatus Cardinalis anno 13. ætatis, apud Onuph. (B) S. Ludouicus Archiepiſcopus Toloſanus obiit nondum anno 24. ætatis completo, & S. Carolus factus Archiepiſcopus 125. Mediolanenſis nõdum anno 23. ætatis abſoluto, quâ de re videndus Lorinus in Actus c. 7. v. 59. Coſmas Magalianus in 1. Timoth. c. 4. v. 12. Azor p. 2. l. 6. c. 5. Toletus l. 1. c. 61. idque fit, quia iuuentus, & ſenectus ſimul eſſe poſſunt in animo, apud Sanctum Auguſtinum l. 1. Retractationum. Nec tamen id paſſim fieri debet, vt videre eſt apud S. Bernardum epiſt. 49. Iuonem epiſt. 67. & 157. alioquin poſſet dici illud Ouidii 2. Metamorphoſeon, (C)

Magna petis Phaëton, & quæ non viribus iſtis
Munera conueniant, nec tam puerilibus annis. Et iſtud,
Eligimus puerum, puerorum feſta colentes,
Non noſtrum morem, ſed Regis iuſſa ſequentes.

Atque Virgilius 4. Georgicon v. 178. de apibus rectè,

Grandæuis oppida curæ
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.

Quæ nimirum temporis longitudine ad mellificationem eruditæ Ælianus l. 1. c. 12. de animalibus, ſic etiam Ariſtoteles (D) l. 7. Politic. grauiſſimè cenſet, *Rerum ſacrarum cultum ſenioribus demandandum.* Nec tamen refert an quis ſit puer ætate, an moribus. Sic enim impuberes licet communiter abſtinere debeant ciuilibus officiis, l. 2. de verborum ſignificat. attamen honores militares poſſunt gerere l. vltimâ C. de teſtamento milit. vbi Cujacius docet, nõ in eo ſpectari ætatẽ qui, & virtutibus fulgeat, & moribus polleat. Sanctius tamen Ildebertus Cœnomanenſis epiſt. 1. vulgò in ſummis ſacerdotibus ætatem integram poſtulat, vnde nec periculum Regio metuat, nec reuerentiam dignitas amittat, quæ ætas 30. annorum conſtituitur c. in cunctis

Iuniores Prælati.

de electione, quam concordata coarctant ad 27. ann. quamque iterum ad 30. ann. reducit Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. c. 1. de Reformatione. Nec diſſimilis fuit lex Lacedęmoniorum, apud quos nulli ante 30. an. ætatis concionem habere licuit, teſte Libanio declamat. 24. nec apud Romanos ante 30. ætatis ann. ius ciuitatis conſequebatur, qui vindicta, cenſu, teſtamento, libertate, donabatur, vt me docuit (ſicut, & alia plura) v. c. Edmundus Merillius, vide ſi lubet de legibus annariis, lumen iuris Iacobum Cujacium l. 17. obſeruat. c. 34. Neque verò iniucundum erit hoc loco referre Vipertum in Epiſcopum Raceburgenſem electum vnâ nocte incanuiſſe cùm Pontifex ei confirmationem recuſaſſet ob iuuentutem, apud Kranzium l. 9. metropolis c. 4. hinc Epiſcopi vocantur Patres, imo, & ſeniores Epiſcopi vocabantur à iunioribus patres, & iuniores filiorum nomine compellabantur.

91. *Andreas Formæus, vel Fromen*, Scotus, ex Epiſcopo Morauienſi, de quo Ioannes Leſlæus Epiſcopus Roſſenſis l. 9. extremo hiſt. Scotorum A. C. 1514. pag. 374. vbi Formannus dicitur. Dedit huic baſilicæ Bituricenſi caput S. Luciæ argento, auroque ornatum, quod Româ attulerat, qui poſt ſedem 1. an. m. 4. d. 27. factus fuit Archiepiſcopus S. Andreæ, & Scotiæ Primas circa ann. 1515.

92. *F. Antonius Boërius*, *Bohier*, Auſtremonii Baronis *de Sainct Ciergue*, ex Berardâ Antonii Cardinalis à Prato ſorore filius Cardinalis, apud Ciaconum, à quo tamen malè cognominatur de Prato. Ei Fiſcani, & S. Audoëni Abbati, atque Cancellario Normanniæ eminentiſſimo dicat Eutropium Nicolaus Maillard Rotomagenſis Calend. Aprilis 1513. Habuit Vicarios generales 1517. Iacobum de Brolio Archidiaconum Borbonii, & Ioannem *de Villiers* Decanum. Eidem Ioannes *de Vulcob* Archidiaconus maior genibus flexis, & manibus ſuis, inter manus ipſius Archiepiſcopi complauſis homagium, ſeu hominium, & fidelitatis iuramentum fecit omnibus ſeruatis ſolemnitatibus de ſuo Archidiaconatu 1518. 27. Octobris præſentibus egregiis viris dominis, & magiſtris, Guilelmo *de Cambray* Cancellario, & Iacobo *de la Loë* Officiali, Canonicis Bituricenſibus, quale homagiũ, & iuramentum cæteri Archidiaconi, & Cantor debent, vt eſt in Cartular. Archiepiſcopali

Porte d'or au Lion d'azur au chef de gueule.

pali. dedit 6. millia librarũ Turonẽſium, quibus emptum ab Eccleſia dominium S. Radegondis, pro celebratione Miſſæ quotidianæ, quæ vulgò dicitur *Cardinalis*. Interfuit repoſitioni corporis Sancti Audoëni Rotomagenſis à Georgio Cardinale Amboëſio factæ 16. Augusti 1517. Obiit Bleſis 27. Nouemb. 1519. poſt ſedem ann. 4. m. 11. Ingreſſus enim fuerat vrbem ſolemniter Dominicâ primâ Quadrageſimæ. Sepultus in naui metropolitanæ baſilicæ prope cathedram concionatoriam ſub lamina ænea, his verſibus adſcriptis:

La Cardinale.

Antonius iacet hic Boërius, origine quondam
Aruernâ, eloquio vir, meritiſque grauis.
A puero monachus, clauſtris compluribus Abbas
Dignus, & hac celebri Præſul in vrbe fuit.
Tempore non multo plures ſortitus honores,
Cardineo tandem ſchemate clarus obit.

Eius meminere Onuphr. Vion, & Bellayus in Commentar. eiuſque ſpectantur inſignia, cùm alibi, tùm in aulæis Eccleſiæ ab eo donatis (Salùſtii ſententiâ decoratâ, *Virtuti omnia parent*) Leo cæruleus in campo aureo.

D'or à vn Leon d'azur.

93. *Franciſcus Buellius, de Bueil*, filius Iacobi Comitis Sacri-Cæſaris, vel Sacri-Cereris, *de Sancerre*, & Ioannæ *de Sainte*, ex Profeſſore publico Regis, & Canonico, Notarioque Apoſtolico, presbytero, ac Eccleſiæ Palatinæ Auarici Theſaurario, nec non Abbate Plenipedenſi electus Primas 11. Ianuar. 1520. more Romano, ſed ob controuerſiam ei motam de electione recepit pallium tantummodo an. 1522. calend. Februarii, præſente Guilelmo *de Cambray* Cancellario. Dedit Capitulo vicum, & terram *de Suryen-Vaulx*, & calicem, atque ornamenta ſerica. Sedit ann. 3. m. 8. d. 15. à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, ſed annos 5. dies 14. ab electione oppugnata à Guilelmo *Petit* Dominicano, Regis Franciſci primi Confeſſario, à quo nominatus fuerat iuxta concordata, Buellio ſemper ſatagente, *Vt opprimi in bona cauſa melius eſſe quam malè cedere*, vt eſt apud Ciceronem 3. legum. Obiit Pariſiis 25. Martii ante Paſcha 1525. more Romano. Iacet in ſua metropolitana prope aquilam, ſub lapide ſic inſcripto:

De Bueil porte eſcartelé d'azur, & de gueule au premier cartier, vn croiſſant d'argent mõtant, accompagné de ſix croiſettes fichées d'or, au ſecond vne croix d'or ancrée.

Dominus Fr. de Bueil Archiepiſcopus Bituricenſis. Inueni tamen hoc Epitaphium.

Franciſcus iacet hic à ſtirpe Buellius, idem
Sanguinis, idem animi nobilitate valens,
Qui iurata ſemel ſemper ſeruauit ad vnguem,
Et cuncta intrepido pectore ſuſtinuit.

Quo in loco obſeruabis rectè coniungi nobilitatem à ſanguine, & à virtute: altera enim alterius ope, & auxilio indiget, & vtraque conıurat amicè; aliàs qui præſunt, non ex generis dignitate, ſed morum nobilitate debent innoteſcere c. nos, diſt. 40.

Nec cenſus, nec clarum nomen auorum
Sed magnum probitas, ingeniumque facit.

Ouidius 1. Pont. 10.

—& perit omnis in illo
Nobilitas, cuius laus eſt in origine ſola.

Lucanus ad Piſones, hinc S. Ambroſius c. 4. de Noë, Familiæ hominum ſplendore generis nobilitantur, animarum autem gratia ſplendore virtutis. Nobiles tamen cæteris paribus præferuntur, quia fortius iura Eccleſiæ defendunt, cùm ſit maior eorum auctoritas, c. officii de Electione, vt notat Panormitanus c. conſtitutis de Appellat. & c. venerabilis de Præbendis, vbi tamen Hoſtienſis ſatis ruſticè ait nobilitatem generis in Eccleſia non pluris habendam eſſe quàm ſtercoris. Itaque ſublimes perſonas maioribus beneficiis honorandas, intelligit virtute, non ſolo ſanguine illuſtres in c. de multa, eodem de præbendis. Quòd verò iurata ſtrictè obſeruauerit, intellige benè, rectèque iurata, aliàs in malè promiſſis fides reſcindenda c. 5. 32. q. 4. & Balſamo in epiſt. S. Baſil. c. 29. Nec promiſſis eſſe ſtandum, vbi res ad detrimentum Reipub. ſpectaret ait Valentinianus apud Cedrenum. Porrò ex hac nobiliſſima gente Buellia præter proceres qui ſummis Regni dignitatibus potiti ſunt, inuenio Ludouicum Vencienſem Epiſcopum in Concilio Tridentino, & Harduinum Andegauenſem 58. fundatorem collegii ſui nominis in Academia Andegauenſi. Quomodo autem ad hanc gentem deuenerit Comitatus Sancerræ, videre licet apud Chopinum l. 3. Domanii tit. 6. num. 11. At huius vrbis mœnia dum hæc ſcribimus menſe Iunio iuſſu Regio diruuntur, ne prauitatis hæreticæ ſequacibus deinceps foret aſylum, & perduellionis occaſio, bonum hoc Reipublicæ Biturigum Henrico Bornonio Principe illuſtriſſimo procurante.

Nobilitas in beneficiandis.

Sancerre.

1621.

94. *Franciſcus Turnonius, De Tournon* Iacobi filius, ab ineunte ætate ſigno *Tau*, inſignitur in Ordine S. Antonii Vienenſis, Præceptor generalis Foreſij,

Tournon porte ſemé de France parti de gueule au lion d'or.

Abbas Tornuſii, inde Archiepiſcopus A Ebrodunenſis, poſtea Bituricenſis Primas, & Lugdunenſis, ac denique Auſcenſis Archiepiſcopus, Cardinalis, & Cancellarius Ordinis S. Michaëlis. Auctor fuit pacis Madriti, ſeu Mantuæ Carpetanorum in Hiſpania factæ, inter Franciſcum primum Regem, & Carolum 5. Imperatorem, 14. Ianuar. 1526. Interfuit Comitiis Aurelianenſibus 1560. Eius beneficio, & fauore renaſcentibus apud Gallos litterarum ſtudiis, multi doctrinâ claruere, vt Dionyſius Lambinus, Petrus Daneſius, Vincentius Laurens, Augerius Ferrerius, B Guilelmus Rondeletus, vnde Muretus eum ſic affatur,

Quot quas fudit opes pleno tibi copia cornu
Aſſiduè doctos foueris hiſce viros.

De quo plura Aymarus Falco in compendio Antonianæ hiſtoriæ, Symphorianus Campegius in Monarchia Franciæ, Iacobus Galterus Tabul. Chronol. ſæculo 4. agens de S. Iuſto Archiepiſcopo 13. Lugdunenſi, & ſæculo 16. Genebrardus in Chronolog. Michaël Hoſpitalis ad eum ſcribens,

Turnoni genus Heroum qui ſanguine ducis,
Cuius conſilio res omnis publica noſtra C
Dirigitur foris, atque domi quæcumque gerantur.

Ei dicat Babilam Chryſoſtomi Briccius Valens, & arcam Noë Ioannes Buteo 1550. eidemque Archiepiſcopo Nouempopulaniæ, & Abbati 68. S. Germani Pariſienſis offert libros de vtroque gladio Robertus Cenalis Epiſcopus Abrincenſis. Interfuit quoque 1547. exequiis Franciſci primi Regis Franciæ cum aliis 9. Cardinalibus, & 40. cùm Archiepiſcopis, tum Epiſcopis, orationem habente funebrem Petro Caſtellano Epiſcopo Matiſconenſi. Concilium habuit D Bituricis 6. Idus Martii 1527. ſtilo Gallico, pauloque poſt ei 1529. Andreas Alciatus inſcribebat commentarium de verborũ ſignificatione: ad eum quoque ſcribit Antonius Muretus 1558. l. 1. epiſt. 1. & præfat. in commentar. epiſt. ad Atticum. Coniunxit matrimonio Leonoram cum Franciſco primo in *Captiauxs*, Abbatiâ inter Burdegalam, & Baionam. Sedit in hac cathedrâ ann. 12. m. 4. d. 18. Tandem hoc Regni oraculum, Principum, & Pontificum merum, mellitumque delitium 1562. 22. Aprilis horâ dici 10. ætatis 73. apud S. Germanum in Layâ Palatio Regali in agro Pariſienſi animam Deo reddidit, vnde corpus Turonnum poſtea relatum in ſacello collegij S. I. quod fundauit Reſurrectionem expectans deponitur. Videndus etiam Ribadeneira in vita Iacobi Lainez l. 3. c. 4. & Iacobus Gordonus in Chronol. & Severt. in Archiepiſcopis Lugdunenſibus num. 107. Nicolaus Orlandinus in Annal. Patrum Societatis Ieſu, Ciacon. & Petramellar. de Cardinal. Eius ſymbolum erat manus è nubibus protenſa copiosè manna ſpargens, hoc Paulino 3. Coloſſ. *Non quæ ſuper terram*, adſcripto. Inſignia verò gentis ſcutum bipartitum in cuius parte priore rubea, ſunt lilia incerto numero aurea, in poſteriore etiam rubeâ leo argenteus. Ex qua gente fuit Iacobus Epiſcopus S. Flori, & Valentiæ, Pontius Epiſcopus 38. Podienſis, Hugo Sacriſta Eccleſiæ Lugdunenſis 1269. Porrò Turnonum, ſeu Taurodunum oppidum eſt Rodano imminens, cuius media pars, ſcilicet Caſtrum, & parrochia S. Iuliani, eſt diœceſis Viuarienſis, reliqua diœceſis Valentinæ, ſed vtraque pars oppidi ſub Toloſano Parlamento, eiuſque meminit Gregorius Turonenſis l. 4. c. 31. in gradu longit. 22. 50. latit. 44. 35. è regione Tinurtij in Delphinatu, vbi feliciſſimè pugnauit Seuerus contra Albinum, apud Spartianum. Quod oppidum aliud eſt à Tinurtio, ſeu potius Trinurtio inter Matiſconem, & Cabilonem, ad Ararim in ripa dextra, vulgò *Tornus*, & aliud à Triuurtio in læua parte eiuſdem fluminis Dombarum principatus capite, vulgò *Treuol*. Non ergo Delphinas, ſed potius Viuarienſis Franciſcus dici debet, quamuis Roſſilionis Comitatus in ditione gentis Turnoniæ Delphinatui rectè aſſignetur. Andreas verò Alciatus in hac Bituricenſi Vniuerſitate iuris Profeſſor clariſſimus, cuius mentionem ſuperius fecimus, in S. Epiphaniæ Ticinenſis hoc Epitaphium habet: *Andreæ Alciato I. C. Cæſareóque Senatori, qui omnium doctrinarum orbem abſoluit, primus legum ſtudia antiquo reſtituit decori, vixitque ann. 58. m. 8. d. 4. obijt 1550. pridie Idus Iunias. Natus fuerat 1492. 8. Maij.* Eodémque anno 1580. in hac vrbe moritur Eguinarius Baro Leonenſis Britto Armoricus, *In Chronico Mirat.*

Voy le Sieur de la Mauuiſſiere l. 3. de ſes Memoires parlant du Colloque de Poiſſy.

Tournon.

Tin.

Tornus.

95. *Iacobus Regius*, Renati, ex Magdalena Gouffier filius, Monachus, & Abbas Dolenſis, & Villelupenſis, qui & electus in Cluniacenſem ceſſit precibus armatis Regis in fauorem Ioannis Cardinalis Lotharingi 1528. Adeptus verò eſt poſſeſſionem Bituricenſis Cathedræ 16. Decemb.

Chauigny le Roy, en Touraine porte ſur l'Eſcu ancré d'argent à la bande de gueule, l'Eſchiquier d'azur & d'or à la bordure de gueule.

16. Decembris 1537. in qua ſedit ann. 35. & moritur 1572. Pariſiis, vbi ſepelitur in æde S. Landerici. Fratrem habuit Protonotarium Apoſtolicũ, & magnum Franciæ Eleemoſynarium, & patruum Guilelmum Epiſcopum Magalonenſem Ioannis Amboëſii Epiſcopi 87. Lingonenſis proauunculum. Eadémque ex gente Franciſcus *le Roy Dominus de Chauigny* vnus Equitum S. Spiritus primæ creationis 1579. Calend. Ianuarii. Eſt autem *Chauigny* oppidum diſtans Pictauio 5. leucis, ſed in diœceſi Turonenſi. Hoc verò Præſule 1571. inſtituitur in vrbe Collegium Patrum Societatis Ieſu à Ioanne Niquetio S. Gildaſij Abbate, Regiſque Conſiliario. Quod collegium poſtea vnitum fuit Vniuerſitati Bituricenſi Iacobo *de Neufchezes* Cancellario, & Emundo Merillio anteceſſorum iuris primicerio curantibus. Hoc etiam Præſule Ioannes Calamæus, vel potius Culmeus, Dominus *de Laſſay* edidit hiſtoriam Ducatus Bituricenſis 1566. cùm antea 1562. vrbe captâ ab hæreticis, omnia Templa ſpoliata ſunt, & polluta, nihilque tàm ſacrum, & ſanctum fuit, quod tunc fœdis, & impuris vnguibus iſtarum Harpiarum, & dementium, ſeu potius furentium de genere Gerionaceo rapacidarum, violatum, & contaminatum non fuerit. Sed iſta Auarico fuère communia cum pluribus aliis Galliæ oppidis, quæ partim vi, partim fraude, & proditione hæc peſtifera lues, & lupina rabies in pium ouile Chriſti immaniter ſæuiens Paſtoribus, patribúſque familias non ſatis vigilantibus, inuaſerat. Ea verò tot, tantáque ſcelerata ſacrilegia, & ſacrilega ſcelera, prætextu ſcilicet Religionis reformatæ impunè patrabantur. Vbi Plautinus ille meritò exclamaſſet: *Quis eſt homo tantâ impudentiâ qui Sacerdotem violare audet?* At procul dubio non ſanguine Franco ſunt creti, ſed

Collegium Societatis Ieſu.

—— Genuit duris hos cautibus horrens
Caucaſus, hircanæque admorunt vbera tigres,

Virgil. 4. Æneid.

Qui nec mortuis parcunt, *qui illos de requie ſepulturæ, de Aſylo mortis, iam alios, iam nec totos, totos auellunt, diſſecant, diſtrahunt*, quod vel ſola Beata Ioanna Franciæ abundè teſtari poteſt.

Tertul. Apologet. c. 37.

96. *Antonius Vialard* Pariſienſis poſſeſſionem adiit 1572. 18. Calend. Octobris & poſt ſedem ann. 4. m. 2. d. 19. obiit 1576. pridie Non. Decemb. in Prioratu de Gornayo ad Matronam fluuium ætatis 48. ſepultus à tergo maioris

A altaris in æde metropolitana. De eo legitur hoc Diſtichon Lutetiæ in Eccleſia S. Martini quam Prior rexerat 11.

Dum regeret Vialard, Biturix Præſulque Priorque
Tertius Henricus Gallica ſceptra tenet.

Porte d'argent au ſautoir de ſable, accompagné de quatre croix de gueule.

Fuit etiam Vicarius Claudij à Guiſa Abbatis 48. Cluniacenſis 1575. Iulij 15. vt eſt in Martiniana. Inſignia eius ſpectantur in ornamentis Eccleſiæ ab ipſo collatis, quatuor cruces rubeæ cum maiore decuſſata, ſeu tranſuerſa nigra in campo argenteo.

97. *Reginaldus de Beaune* Guilelmi filius, Iacobi nepos, Ioannis pronepos, B Turonenſis natus 1527. creatus à Franciſco primo 1547. Vicennis Senator Pariſienſis, præterea Canonicus Pariſienſis, Abbas Curiæ Dei, & Moliſmi, libellorum ſupplicum in Regia Magiſter, Epiſcopus Mimatenſis, Cancellarius Franciſci Andium, & Biturigum Ducis, inde ad Primatum Aquitaniæ, & magnam Franciæ Elemoſynariam euectus. Orauit pro Clero in ſacro Regis Conſiſtorio 17. Iulij 1582. & in exequiis Renati Cardinalis Biragi Franciæ Cancellarij 6. Decemb. 1583. & in funere eiuſdem Franciſci Ducis 26. Iunij C 1584. & in obitu Annæ filiæ Chriſtophori Thuani Senatus Principis, & Philippi Chiuernij Franciæ Cancellarij vxoris eodem anno 26. Octobris. Mariam quoque Scotorum Reginam Pariſiis Oratione funebri proſecutus eſt 1587. Anno autem Iubilæo 1600. Aureliæ Henricum 4. communicauit, vt notat Carolus Sauſſeyus tunc eiuſdem vrbis Decanus. Conſecrauit Eccleſiam Capucinorum Auarici 1588. quos quidem veræ virtutis, & ſapientiæ certas imagines quiſquis viderit, ſtatim agnoſcet. In quibus inquam bonæ mentis D gemina gemella ſoror eſt vera paupertas, qui aurum, & argentum perindè aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt, vt ait Iuſtinus de Scythis l. 2. quorum habitus, vultus, inceſſus, ſermo eſt ſanctitatis doctrina, quod de veteribus Anachoretis teſtatur Sanctus Hieronymus ad Ruſticum, & nos ſic obſeruantes ad vnguem S. Franciſci Regulam ſtrictiorem reputabat Nauarrus Chriſti incruentos Martyres, conſilio 4. de Regularibus. Orationem etiam habuit nomine Cleri coram Henrico 3. in Comitiis Bleſenſibus 1589. Tranſiit verò Reginaldus noſter à Patriarchatu Bituricenſi ad Senonenſem Archiepiſcopatum 1602. De eius ſcriptis meminit

De gueule au cheuron d'argent, accompagné de trois beſans d'or, deux en chef, vn en pointe.

Capucini.

Poſſeuinus in Appar. ſacro. Patruos habuit Martinum Archiepiſcopum Turonenſem 96. & Iacobum Epiſcopum 63. Venetenſem. Reginaldo autem adhuc Biturigis ſedente 1590. obiit Iacobus Cujacius Toloſas, de quo illud vſurpo Auſonij de Mineruio.

Mille foro iuuenes dedit hic, bis mille Senatus
Adiecit numero, purpureiſque togis.

Et paulò poſt 1594. felix Auguſtinenſium communitati Bituricenſis exordium datum eſt per R. P. Stephanum Rabachium Priorem. Quâ de re ſcripſit Chriſtinus Francæus eiuſdem Congregationis Vicarius.

98. *Andreas, Benigni Fremiot, ex Margareta Berbiſy* filius, hanc lucem primùm Diuione aſpexit feriâ 4. 26. Auguſti 1573. Conſiliarius Parlamenti Burgundiæ annumeratus die Veneris 8 Auguſti 1597. S. Stephani Diuionenſis Abbas 36. Doctor V. I. vidi Pancirolæ V. C. Patauij auditor; conſecratur Archiepiſcopus Pariſiis 1603. 7. Decemb. S. Ambroſio feſtâ ætatis 30. à Reginaldo prædeceſſore, poſſeſſionem adeptus in Vigilia Natalis Chriſti 1603. per Procuratorem ſuum Franciſcum *Godard* Eccleſiæ, & Vniuerſitatis Cancellarium, quam ipſe adiit 1604. die Dominicâ 9. Calend. Nouembris exceptus à Claudio de *Beaux-oncles* Decano omnibus numeris abſoluto, cui in Decanatus dignitate ſucceſſit V. C. Iacobus *Gaſſot*, qui pro ſua eximia humanitate in obſcuris pluribus mihi præluxit. Eidem etiam Andreæ paulò poſt commendatur Nantuacenſis Prioratus, vt facilius dignitatem Pontificiam tueretur. Is verò coram Rege Henrico Magno, & Regni proceribus luculentam habuit Cleri Franciſci nomine orationem poſtea editam Pariſiis 1608. 8. Auguſti. Scripſit etiam contra hæreſes 1610. *De Notis Eccleſiæ, des Marques de l'Egliſe*, librum elegantem, & doctum eidem Henrico dicatum. Promulgauit quoque ſuæ diœceſeos ſtatuta in meliorem formam redacta ſermone Gallico, & rituales libros correctiores edi curauit. Interfuit præterea vt Diaconus Coronationi Mariæ Mediceæ Illuſtriſſimæ Francorum Reginæ apud Sanctum Dionyſium feriâ 5. Maij 13. 1610. à Franciſco Cardinale Ioienſi peractâ, cui Reginæ poſt dirum in Regem parricidium, obtulit librum de Conſtantiâ, quo eam in tanto luctu publico, & priuato aliquatenus conſolaretur. Appoſuit etiam primum lapidẽ Eccleſiæ Carmelinarum Diuionenſium 29. Septembris S. Michaeli ſacrâ 1609. Interfuit pariter Comitiis Pariſienſibus 1614. & 1615. ſcripſit & epiſtolam conſolatoriam ad Loyſiam Lotharingam Henrici Borbonij Principis Contij vxorem de acerba morte Paridis Guiſij Melitenſis Equitis, ipſius Loyſiæ fratris, qui ictus ænei tormenti maioris recens fuſi fragmento in prouincia Phocenſi miſerandum in modum, non ſine bonorum lacrymis interiit. Illuſtriſſimum quoque Principem Henricum Borbonium Franciæ parem Primarium Biturigum Proregem, baſilicam maiorem ſolemni pompâ ingredientem quâ vtrinque decuit orationis dignitate excepit die ſancto Chriſti Præcurſori conſecratâ 1616. quo tempore à Paulo 5. metropolitanæ Eccleſiæ Priuilegiatum altare Ioachimo *de Beaux-oncles* Decano inſtante conceditur, & Patres Minimi Exolduni inſtituuntur, qui in ipſam vrbem anno ſequente R. P. Ægidij *Camart* Concionatoris perilluſtris curâ recipiuntur; Auguſtiniani Eremitæ ſtrictioris obſeruantiæ Oblincum aduocantur, & Capucini prope Gianum fundantur; Carmelinæ in ipſa vrbe Auarico 1617. 3. Octobris ſtabiliuntur, in quarum templi fundamenta primus lapis ab eodem Præſule iniicitur 2. Iullij anni ſequentis, ad quem locum deductæ ſunt proceſſione publicâ 1620. 2. Iullij Deiparæ Viſitationi ſacrâ. Hæc verò Congregatio à Sancta Thereſa inſtituitur 1560. cuius Conuentus in Francia fœminei circa 30. Benedixit Annam Babon *de la Bourdaiſiere* in Abbatiſſam Bellimontis Dominicâ die 1. April. 1618. Celebrauit 28. Decembris 1617. in Eccleſia metropolitana exequias Franciſci *de la Grange Domini de Montigny* Franciæ Mareſchalli, in quibus oratio à Iacobo *de Neufchezes* Cancellario habita fuit, poſtmodum typis excuſa.) Quantùm verò in excolendo Turlienſi caſtro ditionis Archiepiſcopalis leucam vnam ab vrbo remoto laborauerit his verbis marmor inſcriptum docet:

Godard. — Beaux-oncles. — Gaſſot. — Le Blanc en Berry. — 1610. Carmelinæ — Dominus de Mõtigny Franciæ Mareſchallus. — Turly.

DEO AVSPICE.
AND. FREMYOT PATRIAR.
ARCHIEP. BITVR. AQVITAN.
PRIM. REGIS CONSILIARIVS,
COMMODO OBLECTAMENTO,
MVNIMENTO CIVIVM, HOSPITVM, DOMINORVM, HORTOS
INSTRVXIT, AQVAS DIREXIT,
MVROS CIRCVMDVXIT, TOTAM DOMVM INSTAVRAVIT,
AVXIT,

AVXIT, ORNAVIT. 1619.

Porrò Andreas in fundationem anniuerſarii,& aliarum precum in feſto S. Andreæ per ſacros Sodales maioris baſilicæ quotannis ſolemniter faciendarum mille aureos erogauit,vt plura quotidie in pauperes piè largitur. Sed à viuentis laudibus abſtineo. Eccleſiam Capucinorum Virzione die Dominicâ Maii vltimâ dedicauit 1620. Quo tempore Conuentus Minorum Inay fundatur in Archiepiſcopatu Carentonij: quo item anno Capucini Caſtræ, & Exſolduni ſtabiliuntur Mathæo *Perret* Varenarum Abbate Vicario generali primum lapidem benedicente, & antea crucem figente, de qua fixione crucis Epiſcopi permiſſu in loco erigendæ Eccleſiæ c. Nemo de Conſecrat. diſtinct. 1. l. finali. C. Theod. de Paganis, Iuſtinianus Nouellâ 67. c. 1. Iullianus Anteceſſor Conſtitut. 61. c. 205. Euchologium Grçcum, & Rituale Romanum. Qui Capucini hoc ipſo Prçſule antea euocati fuerunt Montem-lucium & feſtum S. Ludouici à populo ſeruari cœpit. Ad examen quoque ordinandorum, & beneficiis, prçſertim Curatis prçficiendorum, Congregationem ſingulis Mercurij diebus iuxta ſacrorum Canonum decreta inſtituit, rem Diœceſi propriæ, & vicinis longè ſalutarem, & fructuoſam. Denique Andrea Prçſule ſedem in vrbe fixit 1618. 14. Decembris pia Sodalitas Viſitationis B. Mariç, cuius Superior Primaria Ioanna Franciſca Andreç ſoror, fortiſſimi viri Chriſtophori *de Rabutin* Baronis *de Chantal* vidua, verè inquam vidua, rari, & ſingularis exempli, etiam ſi olim fuiſſet, fœmina, quæ in cultu Chriſti peruigil, ſola compellit in ſe peccata dormire, quam cariſſimus frater alloqui poteſt iiſdem verbis, quibus Fucinam ſororem ſanctiſſimam B. Auitus Viennenſis Archipiſcopus 19. affabatur:

Aynay le chaſteau.

Fœminea Congregatio Viſitationis. Ioãna *Fremyot* dequâ omnes qui ſcripſerunt de venerabili Præſule Geneuenſi Domino Franciſco *de Sales*, huius piæ Sodalitatis inſtitutore. Petrus Gretius de Regularibus, Sectione 15.

Te primam meruit cognatio tota Patronam,
Iam te ſigniferam ſequimur, vexillaque Chriſti
Te praeunte libens, ſectatur ſtemma parentum,
Quos licet antiquo mundus donarit honore,
Et titulis à primæuo inſigniuerit ortu,
Plus tamen ornantur ſacris inſignibus illi,
Quòd ſanctè ſtudio, & meritis rexere Cathedras.

Horum autem pater Benignus fuit, ex Aduocato Regis generali Prçſes in Burgundiæ Parlamento, ſanctioriſque Conſiſtorij Patribus, à Regibus adſcriptus, Tribunus plebis, ſeu Major vrbis Diuionenſis, Ioannis in Burgundia, & Sabaudiæ Conſiliarii, ex Guilelmeta Godrania filius, denatus die Iouis 20 Ianuarii circa horam 6. 1611. in Choro S. Stephani Diuione, annum alterum, à Septuageſimo, delicato magis, quàm infirmo corpore excedens, cui honores cùm à Principibus, tum à populis pro vtraque conditione pares, & viuo, & mortuo delati, ſed quibus omnibus par, aut maior ſemper fuit, induſtria incredibili, & curâ peruigili, expectationem, licet magnam de ſe excitatam vbique longè ſuperans. Nam ex Muſarum, Charitúmque locupletiſſimâ penu, tale virtutis, & ſapientiæ viaticum deprompſerat, vt in toto vitæ curſu omnia, quæ ab optimo parente, & ciue expectari debent ſemper elargitus ſit *Eccleſiæ*, *Regi*, *Patriæ*, *Propinquis*. Vt enim gaudent diuina perpetuo motu, & iugi agitatione ſe vegetat æternitas, ſic quidquid homines vocamus laborem, ipſius erat natura, atque vt indefeſſa vertigo cœlum rotat, ita continuatis negotiis, & in ſe quodam orbe redeuntibus, exercebatur:

Benignus Fremyot Præſes.

Compoſitor morum, iuris, legúmque Sacerdos
Vnica ſolicitis quondam tutela, ſaluſque,
Sed ſuper iſta, fidis omni ferrugine pura.
Quo moriente, mihi ſolatia rapta fuiſſent.

Niſi collabentem, benignâ manu ſubleuaſſes Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Præſul, cuius aurâ leuiter adſpirante, & inſpirante immenſum hoc ſtadium decurro, cuius ſupremam calcem vt attingam feliciter, ſummum omnium Paſtorem votis omnibus expoſco: vt ſicut tot, tantorúmque ſingularis doctrinæ, ſapientiæ, & virtutis Patrum venerabili Cathedræ, illis nec diſpar, nec diſſimilis præſediſti, ita (quod proſperum Anagramma nominis tui præ ſe fert) deinceps in Regis, Regnique ſecretiore, ſanctioreque Conſiſtorio, virtutis, & ſapientiæ cunctis admirandum, imitandumque exemplar diu, beatéque viuas. Ego verò vt omine tanti nominis cœpi, ſic partem hanc laboris hic finirem libenter, ſi hoc vnum addidero, tam claræ gentis vnicum reſtare germen, aliquando fauente Deo centum in ſtirpes propagandum, & in mille ramos expandendum, Claudium *Fremyot* Primatis noſtri patruelem, & conſobrinum, Claudij rationalium apud Di-

Andreas Fremyot. Mens ad vera fortis.

Porte d'azur à trois eſtoilles d'or, 2. 1. et trois mariettes d'argent, 2. 1. au chef de gueule.

Nat⁹ Claudius die Sabathi 27. Aug. 1594.

uionem Præſidis filium, Parlamentarem Conſiliarium, qui licet pro ſua ſingulari modeſtia laudes, quantumuis meritò debitas, recuſet, tamen de eo non potui hoc loco ſilere, nec mihi

—Gratior vlla eſt,
Quàm ſibi quæ Fremiot *præſcripſit paginâ nomen.*

Porte d'azur à 3 croiſſans d'argent 2. 1. & ſoubs le dernier paſſe vn arbre au pied enraciné d'or.

99. *Rolandus Hebert*, Claromonte Bellouacorum ortus, ex Pœnitentiario maiore & Theologo Pariſienſi, poſſeſſionem adipiſcitur ſolemniter 1622. Maij 2. ex ceſſione Domini Andreæ. Ei dicat praxim ciuilem Canonicam fori Eccleſiaſtici Galliæ Ioannes Chenu Iuris, & hiſtoriæ Polygraphus.

Hîc porrò adnotabimus, quod antea dici debebat, Præſuli Bituricenſi tanquam Patriarchæ duos cereos ſemper in Eccleſia prælucere, ſicuti lampas coronata Patriarchis in Oriente præfertur, vt eſt apud Curopalatem & Balſamonem.

Bituricenſes Decani.

R*Anconus* 1032. poſt quem multi deſunt.

Emeno 1145.

Hymbaudus 1178. & 1182.

Raymundus 1191. nominatur in Comitatu Philippi Auguſti in peregrinatione Ieruſalem.

Fulcaudus 1194.

Archambaudus 1231.

Benedictus 1240.

Ioannes de Soliaco 1257. poſtea Archiepiſcopus 72.

Philippus de Caſtra 1261.

Simon de Rupe-Cavardi 1267. poſtea Archiepiſcopus Burdegalenſis.

Gefridus de S. Brixio 1271.

Bernardus de Cuciaco 1283.

Fulcardus de Rupe-Cavardi, Rochechoüard, ex Archidiacono. Vide Archiepiſcopos, num. 78.

B. Rogerius 1317. poſtea Aurelianenſis Epiſcopus 82. ac tandem Bituricenſis Archiepiſcopus 79. inueni Decanum Bituricenſ. 1319. inter magiſtros Computorum.

P. de Murato 1347.

Nicolaus Potarellus 1380.

Guilelmus Boiſraterius 1408. poſtea Archiepiſcopus Bituricenſis 85.

Robertus Magiſtri 1409.

Martinus de Chauuigny 1441.

Philippus de Fontanayo 1458.

Petrus Fradeti Bituricus Senator Pariſienſis, obiit Romæ Caroli 7. Regis Orator 1467. fundator Capellæ *Fradetorum* in Eccleſia Bituricenſi.

Ioannes de Bella-villa Conſiliarius Pariſienſis 1467.

Guilelmus Cambrayus 1475. poſtea Bituricenſis Archiepiſcopus 89.

Ioannes de Villiers 1493.

Stephanus de Villiers nepos Ioannis 1524.

Petrus Tuillier, Bituricus.

Petrus Mathé Senator Pariſienſis, nepos ex ſorore Petri ſuperioris 1539.

Ioannes de Moruilliers, inde Aurelianenſis Epiſcopus.

Ioannes Bidault Bituricus.

Ioannes Crenequin 1563.

Germanus Vialard, Pariſinus.

Ægidius Quinaut Abbas S. Genulphi 1570.

Claudius d'Eſcombes Matiſconenſis 1573.

Ioannes Iacobus de Cambray, ex Cancellario 1574. de quo in Archiepiſcopis Bituricenſibus nu. 89.

Claudius de Beaux-oncles 1586.

Ioachimus de Beaux-oncles, Claudij nepos 1613.

Porte de gueule à trois coquilles d'or 2.1. au chef d'argent.

Iacobus Gaſſot, Bituricus 1617. vir eruditus, & antiquitatis valdè ſtudioſus, à quo multa accepimus, pro ſua in nos ſingulari humanitate. Habet fratrem Canonicum probum certè, & doctum virum. De nobis etiam benè meritum, Primatiæ Officialem.

Burdegalenſes Archiepiſcopi.

BVRDEGALA, vel Burdigala, Biturigum Vibiſcorum ad Garumnam, Aquitaniæ 2. metropolis in gradu longit. 19. 30. latitud. 44. 30. Ptolomæo l. 2 c. 7. & Eliæ Vineto, vel 20. 5. 44. 45. vbi altitudo ſolis 45. 30. dies maxima horarum 15. 30. Parlamentum Guiennæ à Carolo 7. inſtitutum, & Patronus Eccleſiæ maioris S. Andreas, fabrica monetæ notâ K, & financiarum generalitas, Collegium, & domus Probationis S. I. Eccleſia Collegialis Sancti Seuerini, Parrochiæ 12. Monaſteria virorum 8. fœminarum 1. ait Gabriel Lurbæus in Chronico huius vrbis, ſed poſtea inſtitutæ ſunt Carmelinæ, Vrſulanæ, Capucini, Carthuſiani, & Minimi. Metropoli *Bourdeaux. Ptol. 4000.*

verò

verò (quæ recenſetur in teſtamento Caroli Magni) ſubſunt Diœceſes 9. ſuprà numeratæ. Abbatiæ autem in Diœceſi Burdegalenſi hæ inueniuntur.

Flor. 500. S. Crucis in vrbe O.B. *Sainte Croix.*
Flor. 800. Siluæ maioris O.B. *la Selue maieur.*
Flor. 400. Fixa, ſiue Faia, ſiue Faiſia O.C. *La Faye, ou Faize.*
Flor. 150. S. Petri de Inſula O.A.
Flor. 600. S. Romani de Blauia O. A. *Blaye.*
Flor. 400. S. Saluatoris de Blauiâ O.B. *Blaye.*
Flor. 600. S. Petri de Vertolio O. A. *Verteyl, ou Barteyl*
De bono loco O. C. *Bon-lieu.*
Flor. 700. S. Vincentij de Burgo O. A. *Bourg.*
Flor. 100. *De Gutres* O. B.
S. Geneſij ſæcularis *S. Genis de la Plaine* O.A.
De Seiennes. O.B.
S. Seuerini O. A. Sed iam togâ ſæculari donata eſt. Plura de hac vrbe Strabo l. 4. vbi eam vocat Coloniam Biturigum Cuborum, Plin. l. 4. c. 19. Georgius Brunus tomo 1. Ciuitatum, Elias Vinetus in Claras vrbes Auſonij, Notitia Imperij, vbi Præſidialis Aquitaniæ 2. dicitur, terraque, marique potens, Michaëli Hoſpitalio, cuius Præſules ſequuntur.

S. Gilbertus A. C. 71. primus, Lurbæo, fortaſſe dignitate ſanctitatis, non ordine temporis.

Orientalis in Concilio 1. Arelatenſi 314.

Auſonius in Concilio Treuerenſi, Demochari, & Gaulterio Tab. Chronolog. ſæculo 5.

S. Delphinus, ad quem ſcribit S. Ambroſius epiſt. 70. & S. Paulinus epiſtolas 5. de quo Martyrol. 24. Decembris. Intereſt 381. Concilio Cæſarauguſtano, eiuſque meminit Seuerus Sulpitius l. 2. hiſtoriæ ſacræ.

S. Amandus 18. Iunij qui recepit S. Seuerinum, & ad quem ſcribit Paulinus ſeptem epiſtolas, Baron. 451.

Leontius.

Gallicinus memoratur Sidon. l. 8. ep. 11.

Amelius, apud Fortunatum l. 1. c. 11.

Cyprianus in Concilio Agathenſi 506. & Aurelianenſi 1. 507. vbi metropolites dicitur.

Leontius 2. ſeu Iunior, in Concilio Aurelianenſi 4. 545. legendus Baron. A.C. 566. nu. 16. & 20. & Fortunatus l. 1. c. 15. & 16. & l. 4. c. 9. & 10. à quo dicitur 13. in ordine Præſulum, vnde patet nomina nonnullorum excidiſſe, vbi & de Placidina vxore Leontij ait:

Quæ tibi nunc coniux, eſt modò cara ſoror.

De quo Sacerdotum coniugio aliàs diximus; ſed & de Leontio Gregor. Turonenſis de Glor. Martyr. c. 65. & l. 4. c. 26. Hiſt.

Heraclius apud Baron. 563.

Berterannus 585. Greg. Turonenſis l. 7. c. 31. l. 8. c. 20. & 21. Fortunatus l. 3. c. 22. filius Ingeltrudis filiæ Clotarij Franciæ Regis, apud Tillium, & Scipionem *Du Pleix.*

Goudegiſillus, Gregor. Turonenſis l. 8. c. 22. l. 9. c. 41. circa A.C. 593.

Frotarius in Concilio Sueſſionenſi 866. & Trecenſi 867. Tomo 3. Conciliorum, & Baron. tomo 10. vbi corruptè legitur Irocarius: videndus Vion pag. 199. eique ſcribebat Nicolaus 1. de Pœnitentia ſacrilegis imponenda c. 16. *de Viro* 12. q. 2. Vide Pictauienſes nu. 49. & Bituric. 49.

Gumbaldus, conſecrat Aldouinum Lemouicenſem.

Seguinus, conſecrat Geroldum Lemouicenſem in Eccleſia S. Hilarij Pictauis 1012.

Godefridus, in Dedicatione Eccleſiæ S. Saluatoris Lemouicenſis 1028. Baronio.

Andro.

Goſſelinus, nominatur anno 4. Pontificatus Alexandri 2. 1064. eique ſcribit Gregor 7. l. 2. Epiſt. 4. & 24. a. c. 1074. cuius tempore habetur Synodus Burdegalæ, ab Amato Oleronenſi Epiſcopo Papæ Legato 1079.

Amatus, intereſt Concilio Claromontano 1095. Eodémque anno more Gallico 6. Idus Martii dedicationi maioris Monaſterii ab Vrbano 2. peractæ, item dedicationi S. Saturnini Toloſæ 9. Calend. Iunii 1096. apud Catellum.

Arnaldus.

Gofridus de Oratorio, ſeu Loriolo, ei confirmantur Regalia diœceſis, & prouinciæ Burdegalenſis à Ludouico 7. Rege Franciæ, & Aquitaniæ Duce 1137. Regni 4. Burdigalæ. Eius extant epiſtolæ 5. ad Sugerium, inter Viros magnos, nec mediocriter litteratos in Concilio Remenſi 1148. Pręſedit in Synodo Balgiacenſi apud Baron. 1151. vbi Lanfredum appellat. Ei ſcribit Petrus Venerabilis l. 4. epiſt. 12. & memoratur apud Robertum in Supplemento Sigeberti 1158. quo anno creditur obiiſſe.

Ardouinus, ex Decano Cœnomanenſi 1160. Supplemen. Sigeberti.

Bertrandus, ex Epiſcopo Lectoratenſi 1163. Supplem. Sigeberti, malè nonnullis Bernardus, vel Baldouinus.

Gulielmus, ex Abbate Radingenſi 1173. in Concilio Lateranenſi 1179. Vion l. 2. c. 19. Interfuit conſecrationi Henrici Archiepiſcopi 67. Bituricenſis, quem

ſuum agnouit Primatem.

Elias 1182. Intereſt tralationi Sancti Stephani de Mureto Grandimontenſis Abbatis, & adſtat Henrico Iuniori Anglorum Regi ex febre morienti, apud Neubrigenſem l.3. c. 7. Datur à Cæleſtino 3. iudex inter Gilbertum Claromontenſem Epiſcopum, & Arnaldum S. Illidij Abbatem.

Gulielmus 1213. & 1224.

Gerardus de Mala-morte 1227. in Angliam à S. Ludouico miſſus. Memoratur à Gregor. 9. Papa anno 2. Pontific. 1228. in Cartular. Bituricenſi fol. 71 Intereſt Concilio Lugdunenſi ſub Innocentio 4. A.C. 1245. Nominatur in Cartulario eodem, vbi A.C. 1247. m. Octobri, & 1258. vocat Philippum Archiepiſcopum 71. Aquitaniæ Primatem, videndus Carolus Sauſſeyus pag. 509. Hic ergo eſt contra quem Gregor. 9. prouidit de Primatia Archiepiſcopo Bituricenſi videlicet Simoni 70. Quâ de re mentio in c. final. de Maioritate, &

Dominicani. Franciſcani. Obedientia Eo autem Præſule Dominicani in vrbe 1230. & Franciſcani 1247. inſtituuntur.

Carmelitæ. *Petrus*, cuius tempore Carmelitæ in vrbe ſtabiliuntur 1262.

Rochechoüard. *Simon de Roche-chouard* 1271. ex Canonico Lemouicenſi, & Decano Bituricenſi, vbi 24. Iulij notatur obitus. Filius fuit Aymari, vel Aimerici, ex Aleide *de Mortemar*.

Auguſtiniani. *Robertus* Regis Angliæ Cancellarius, cuius tempore fundantur Auguſtiniani in vrbe à Dominis *de Candale*, poſtea illic ſepultis.

Henricus 1294. & 1295.

Bertrandus Gothus *de Gonth* ex Epiſcopo Conuenenſi 1300. ſedit ann. 6. poſtea Clemens 5. Vide Andream *Du Cheſne* in vita Summorum Pontificum.

Arnoldus Frigerius de Cantalupo, vel de Sancto Lupo, apud Almaricum Augerium in Actibus Pontific. Roman. affinis Clementis 5. Camerarius, & Cardinalis obiit 1310.

Reginaldus à Porta fit Cardinalis à Ioanne 22. 1320. m. Decemb.

Petrus 1332.

Amaneus, vel Amanetus, vel Armaneus, *Armanieu de Motte*, ſeu *de Caſſis* 1348.

Bernardus, vel Berardus, vel Beroaldus 1357.

Henricus 1366.

Elias nominatur 1372.

Vrbanus 1382.

Franciſcus Hugocionius Vrbinas 1390.

A inde Cardinalis Quatuor Coronatorum in Concilio Piſano 1409. cuius tempore Coſmatus Melioratus Præpoſituram gerebat apud S. Andream in hac vrbe, vnde ad Bononienſem Epiſcopatum, & poſtremo ad Summum Pontificatum vocatus eſt nomine Innocentij 7.

Dauid de Monte-ferrando 1416.

Iacobus electus recuſat, apud Ioſephũ Pamphilum in Chronicis Auguſtinianis 1422. Is fuit cognomento Magni, autor Sopholegij, & Caroli 7. Confeſſarius.

Petrus Berlandus ruſticanus vir, ſed planè vir, & ſanctus, ex Canonico An-

B dreano proteſtatus eſt contra Pragmaticæ Sanctionis publicationem, & fundauit Canonicorum Collegium S. Raphaëlis, ac magnum campanile, ſeu pinaculum ædificauit, eiuſque tempore inſtituitur Academia in vrbe, inſtar Toloſanæ, Eugenio 4. probante. Nominatur in fœdere Burdegalenſi die Sabbathi 12. Iunii 1451. Obiit 1453. 26. Ianuarii. Fuerat electus pleno capitulo nemine contradicente die Sabbathi 19. Auguſti horâ *Tertia* 1430 — Academia. 1441.

Blaſius de Grela 1455.

Artus de Monte-Albano, de Montauban,

C Ioannis ex Bona Mediolanenſi filius, Ordinem Cæleſtinorum profeſſus Pariſiis, Frater Ioannis Admiralij Franciæ, auunculus Ludouici Grauilii Admiralis item Franciæ, ſeu Thalaſſiarchæ, inſignis benefactoris collegii Montis-Acuti in Academia Pariſienſi, & auunculus Andreæ ſucceſſoris. Obiit 1468.

Andreas d'Eſpinay Cardinalis, poſtea Lugdunenſis Archiepiſcopus 103. Obiit 1500. 10. Nouemb. ſepultus ad Cæleſtinos Pariſienſes, vt refert Iacobus Brulius, eum gubernatorem Pariſiorum vocans pag. 926. Theatri Antiquit. Pari-

D'Eſpinay porte d'argent au cheuron d'azur chargé de vnze beſans d'or.

D ſienſ. ſed impropriè dicitur à nonnullis Archiepiſcopus Bituricenſis, & malè *Archeueſque de Bourges*, carus Regibus, Carolo 8. & Ludouico 12. Fratres habuit Robertum Nannetenſem, Ioannem Mirapicenſem, poſtea Valentinum, & patruum Iacobum Redonenſem. Item eiuſdem gentis Carolus Epiſcopus Dolenſis, & Artus Maſſilienſis. Porrò his ſcriptis peruenit in manus ſcheda vetus hæc habens. Nono Calend. April. Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Andreas *d'Eſpinay* Burdigalenſis Archiepiſcopus acceſſit ad Sanctum Seuerinum, & ibi manſit vſque ad craſtinum, quo die feſtum fuit Annuntiationis, & populo ingenti, & præfulgentium

tium hominum nobilitate, ac Clero iubilante honorificè ingreſſus fuit ciuitatem, & comitantibus Dominis, videlicet Domino de Monte-ferrando qui ducebat equum ipſius Archiepiſcopi, & Dominis de Landa, & de Angladiis Locum tenentibus Domini Capitalis, quorum vnus ad dexteram, alter ad ſiniſtram Dominum Archiepiſcopum tenebat, quibuſdam aliis papilionem deferentibus, & venit ad domum Decani, ibique induit ſe veſtibus, & inſignijs Pontificalibus, ſicque ingreſſus Eccleſiam Cathedralem Miſſam celebrauit 1482. A

Carolus de Grammont 1529.

Ioannes du Bellay Cardinalis 1544. Vide Pariſienſ.

Franciſcus de Mauny per ceſſionẽ Ioannis qui Franciſco mortuo iterum per regreſſum ſedet 1558.

Antonius Preuoſt de Sanſac interfuit Concilio Tridentino 1560. & ſubſcribit contractui Cleri, apud Piciacum *Poiſſy* 1561. ac Concilium habuit Prouinciale 1583. Quo ſedente inſtituitur Collegiũ Patrum S. I. in vrbe 1573. Franciſci Bauloni Senatoris liberalitate magno Reipublicæ ornamento, & commodo, ait Gabriel Lurbeus in Chronologia Burdegalenſi. Obiit 1591. Eo quoque ſedente moriuntur Elias Vinetus de litteris benè meritus 1586. pridie Idus Iunii, octogenarius, & Michaël *de Montaigne* 1592. 17. Septembris ſepultus apud Fulientinos, qui in vrbe ſtabiliti fuerunt in æde S. Antonij 1589.

Collegium S. I.

Fulientini.

Franciſcus Deſcoubleau Cardinalis de Sourdys 1599. Franciſci, & Iſabellæ Babou filius. Dedicauit Eccleſiam Fulienſium die Martis 5. Auguſti 1608. Pariſiis. Intereſt Comitiis Pariſienſibus 1615. cuius Præſulis tempore inſtituuntur Burdegalæ Capucini, Carthuſiani, Vrſulanæ, Carmelinæ, & Minimi. Fuit verò Sanctæ Vrſulæ Sodalitas muliebris inſtituta à B. Angela Brixiana, probante Greg. 13. 1572. 24. Nouembris, petentibus Cardinale Boromæo, & Paulo Leone Epiſcopo Ferrarienſi, ſub patrocinio Sanctæ Vrſulæ Primiceriæ vndecim millium Virginum, cuius feſtum agitur 26. Octobris apud Baronium in Martyrol. Roman., & in Annal. Eccleſiaſt. 383. num. 3. & Molanum ad Vſuardum. Habuit Concilium Prouinciale Burdegalæ 1624.

Porte party d'azur & de gueule à la bãde d'or brochant ſur le tout.

Vrſulanæ.

Cameracenſes Præſules.

CAMERACVM *Cambray*, ad Scaldim fluuium in ſeptimo circulo Imperij, olim ſub Remenſi Archiepiſcopo in 2. Belgica, nunc Metropolis, habens ſub ſe quatuor Diœceſes ſuprà enumeratas, gradu longit. 24. 30. latit. 50. 0. vbi dies maxima hor. 16. 5. altitudo ſolis 40. 0. Hæc verò nobiliſſima, & antiquiſſima ciuitas, vt appellatur à Guilelmo Gemblacenſi habet 28. oppida, ſpatio longit. 72. m. p. latit. 60. m. p. & Abbatias quæ ſequuntur. B

Cambray porte d'or à 3. Lionceaux d'azur. Fl. 6000.

S. Sepulchri in vrbe O. B. *S. Sepulchre.* Flor. 232.
S. Luberti in vrbe O. A. *S. Aubert.* Flor. 488.
S. Andreæ de Caſtello O. B. Flor. 1250.
S. Giſleni in cella O. B. Flor. 150.
Loci S. Benedicti ſuper Scaldim O. C. Flor. 880.
Landerini O. B. Flor. 373.
Cantiprati O. A. *Cantimpré.*
De Cizonio O. A. *Ciſoin.*
Vallis Foſſinæ O. B. Flor. 300.
Camberonis O. C. *Cambron.* Flor. 700.
C Valicellæ O. C. *Vaucelle.* Flor. 550.
S. Petri Lobienſis O. B. *Lobbe.* Flor. 300.
S. Petri de Alto monte O. B. *Aumont.* Flor. 120.
S. Saluatoris Examenſis O. B. Flor. 150.
Montis S. Martini in Regno Franciæ O. B.
S. Cornelij. O. P.
S. Humberti de Maricollis, vel Marollis O. B. *Marolles.* Flor. 250.
S. Lamberti O. B. *Lieſſe.* Flor. 100.
S. Mariæ Tongerlenſis O. P. *Tongerlo.* Flor. 238.
S. Dionyſii O. B. in Hannonia. Flor. 1300.
S. Petri Afflighemenſis O. B. *Afflighem.* Nunc Machlinienſis diœceſis. Flor. 100.
D S. Adriani Gereſbergenſis O. B. Flor. 800.
S. Michaëlis O. P. Nunc Antuerpienſis diœceſis, & in ipſa vrbe.
S. Petri Grimbergenſis O. P. Flor. 200.
S. Ioannis Valencienſis O. A. *Valenciennes.* Flor. 400.
Bona Spes in Binchio vrbe Hannoniæ O. P. Flor. 600.
S. Folliani O. P. De quibus Monaſteriis Guilelmus Gazæus in hiſtoria Eccleſiaſt. Belgica. At huius vrbis Icon, ſeu Imago cum deſcriptione extat apud Georgium Brunum tomo 4. & 5. ciuitatum orbis.

Præſules autem qui Eccleſiam Cameracenſem rexerunt, ſibi inuicem hoc modo ſucceſſerunt.

1. *S. Diogenes* Martyr Vandalorum A temporibus circa ann. 407. poſt quem vacauit ſedes ferè ann. 100.

Cameracenſes, & Attrebatenſes conjuncti.

2. S. *Vedaſtus*, à D. Remigio conſtitutus Clodouæi temporibus, præfuit ann. 40. Obiit 6. Februarij 540. apud Surium in eius vita ab Alcuino ſcripta. De quo & Miræus in Faſtis Belg. Febr. 6. Extant etiã Panagij Salii Vedaſtiados libri 4. 1591. Duaci carmine heroïco editi: videndus idem Miræus in Annalibus Belgicis & l. 2. origin. Monaſticar. c. 27. Præfuit, inquam, vt & ſucceſſores, coniunctim Eccleſiæ Cameracenſi, & Attrebatenſi. vnde non abs re viſum fuit quæ ſequuntur apponere ex C. M. S. viri Illuſtriſſ. Iacobi Auguſti Thuani, quo ſæpè vſi ſumus beneficio Claudii Puteani V.C.) *Ante perſecutionem Vandalorum, qui grauiter exercuerunt Eccleſias per Galliam, Attrebatum ciuitas proprium Paſtorem habuit, & Epiſcopum, ſed propter violentiam perſecutionis ciuitas illa diu caruit Epiſcopo, elapſo autem longo tempore B. Vedaſtus factus eſt illius ciuitatis Epiſcopus, & propter locorum ſolitudinem, etiam Cameracenſi Eccleſiæ noſcitur præfuiſſe. Beato autem Vedaſto ſucceſſit Gaugericus qui Epiſcopalis ſedis dignitatem ad Cameracenſem tranſtulit vrbem. Attrebatenſis tamen Eccleſia ſuo titulo ſemper duos habuit Archidiaconos, & non niſi in Attrebatenſi Eccleſia illius diœceſis Epiſcopalia tractabantur. Vnde conſtat Epiſcopalem dignitatem non amiſiſſe, ſed pro ſui penuria, ſub alterius iugo diutius laborauiſſe. S. Gaugerico ſucceſſit Bertrandus, Erebertus & cæteri vſque ad Gerardum, poſt cuius deceſſum Dominus Ieſus Attrebatenſem Eccleſiam viſitauit, & per Dominum Vrbanum 2. proprium Paſtorem, & Epiſcopum habere meruit in perpetuum.* Hæc ibi. Iam nunc perſequamur Catalogum, quem ex Demochare, Gazæo, & aliis contexuimus, ſi prius monuerimus huc facere, quæ habet Miræus origin. Benedictin. c. 5.

3. *S. Dominicus.*

4. *S. Vedulphus* Attrebato ſedem tranſtulit Cameracum circa annum 583.

S. Gery. 5. *S. Gaugericus*, Colvenerius in Notis ad Baldricum l. 1. c. 12. circa annum 594. & Molanus Natal. Sanct. Belg. 11. Auguſti.

6. *S. Bertoldus*, ſeu Bertrandus, apud Flodoard. l. 2. c. 5. circa ann. 633.

7. *Adelbertus*, vel Albertus, vel Enelbertus frater Sanctæ Gudilæ, apud Molanum Natal. Belg. 15. Ianuarii, circa 638.

8. *S. Aubertus* ſedit ann. 33. conſecratur 21. Martii 644. tranſtulit corpus S. Vedaſti 658. obiit 13. Decembris 675. de quo Surius 6. Februarii, Molanus Natal. Belg. & in Additionibus ad Martyrologium Vſuardi, & Miræus in Faſtis Belgicis 13. Decembris. Subſcripſit priuilegio S. Landerici Epiſcopi Pariſienſis pro Dionyſianis anno 15. Clodouæi. B

9. *S. Vindicianus* conſecratus 24. Iulij 676. obiit 11. Martii 712. ſepultus in monte S. Eligij. De quo plura Molanus in Natalibus, Miræus in Faſtis Belgicis, & in Codice donationum c. 5.

10. *Hildebertus* tempore S. Amati Senonenſis Archiepiſcopi. Obiit 24. Iunii 715.

11. *Hunaldus* obiit 9. Ianuarii 717.

12. *S. Adulphus*, vel Hadulphus, obiit 19. Maii 719.

13. *Turonus*, qui, & Tragardus, & Tranardus, obiit 7. Octobris 752.

C 14. *Gofridus* filius S. Arnulphi Martyris, obiit 13. Iullii 770.

15. *Albericus*, vel Albricus, obiit 7. Ianuarii 790.

16. *Hildoardus*, vel Hilduertus, obiit 4. Iullii 816. Reperitur interfuiſſe dedicationi Centulæ circa annum Chriſti 800. vbi dicitur Hildegaudus.

17. *Haicarius*, vel Alicarius, ſcripſit libros de Sacramento Pœnitentiæ ac de virtutibus & vitiis tomo 5. Bibl. Patrum editionis 4. miſſus Conſtantinopolim à Ludouico ad Michaëlem, pro amicitia inter eos Imperatores firmanda 828. obiit 25. Iunii 830. ſepultus in monte S. D Eligij. Meminit Flodoardus l. 2. c. 19. Baldricus l. 1. c. 38. Adam Bremenſis in Chronico.

18. *Theodoricus* fundator Cœnobij Lobienſis, interfuit Concilio Pariſienſi 846. Cariſiaco 848. & Sueſſionenſi 853. obiit 5. Auguſti 863. Molanus Natal. Sanct. Belgic. Vacantem ſedem occuparunt intruſi, Gumbertus, Theobaldus, & Haduinus.

19. *S. Ioannes* Cantor intereſt Concilio Trecenſi 867. & Pontigonenſi 876. obiit 5. Auguſti 878. Molanus Natal. Sanct. Belgic.

20. *S. Rotardus*, ſiue Robertus, cuius tempore 881. Normanni vrbem combuſſerunt. Obiit 13. Octob. 886.

21. *Dodilo*

21. *Dodilo* transtulit corpus S. Autberti, conſecratus 17. Martij 887. Obiit 895. iacetque Lobiis.

22. *Stephanus* Elſatius nominatur in pacto Caroli & Henrici Regum In Capitularibus 926. vel fortè rectiùs 921. Obiit 11. Februar.

23. *Fulbertus* Brabantiæ Ducis filius, ordinatur 934. ab Artaldo Remenſi, *Flodoard. Chronic.* Obiit 1. Iullii 936. conſtructor caſtri Cameracenſis.

24. *Berengarius* poſt annum ſedis interiit percuſſus baculo à S. Gaugerico, de quo mortis genere dicemus in Lingonenſibus n. 17.

25. *Ingelranus*, ſeu Enguerranus, vel Engranus ex Corbeienſi monacho, obiit 12. Octob. 960.

26. *Autbertus* monachus Attrebatenſis, fundauit 8. Canonicos in S. Autberto, obiit 13. Septemb.

27. *Vmbaldus*, vel Vnibaldus, vel Vibaldus huic dedit Imperator Cameracenſe dominium, obiit circa A. C. 968.

28. *Theodoſius*, vel Thieddo, obiit 28. Auguſti 976.

29. *Rotardus*, ſiue Roardus calicem aureum Eccleſiæ donauit, obiit 27. Septembr. circiter A.C. 994 qui & Botardus in C.Th.

30. *Herluinus*, vel Herleuinus cui totus Cameracenſis Comitatus eſt datus, obiit 3. Februar. circiter 1011.

31. *Gerardus* dedicauit templum S. Autberti, obiit 14. Martij 1049. Vide Miræum in Codice donationum c. 46. & 48.

32. *Liebertus* conſummauit Cœnobium S. Andreæ 1052. obiit 22. Iunii 1076. Hebertus C. Th. videndus Miræus in Faſtis.

33. *Gerardus* 2. dedicauit ædem B. Mariæ, obiit 2. Auguſti 1092. poſt cuius mortem Attrebatenſes ſuum habuere proprium Epiſcopum ab Vrbano 2. in Concilio Claromontenſi 1094. conceſſum. Vide Miræum in Faſtis Belgic. 3. Ianuar.

Cameracenſes ſeparati ab Attrebatenſibus.

34. M*Anaſſes* 1095. poſteà Senonenſis.

35. *Galtherus*, ex Archidiacono 1097.

36. *Odo*, vel Odardus ciuis Aurelianenſis, Abbas Tornacenſis ſcriptor aliquot Homiliarum, & expoſitor Canonis Miſſæ, apud Trithem. & Bellarmin. obiit 1113. ſepultus in Monaſterio Aquiſcintenſi, *d'Anchin*. 8. Epiſcopatus anno 13. Calend. Iullij. Vide Molanum in Natal. Sanct. Belgic. 9. Octobris, & Miræum in Codice donationum c. 73. ac Dauidem Lindanum l. 2. c. 2. num. 11. Teneræmundæ.

37. *Bocardus*, vel Burcardus dedicauit chorum, & maius altare Eccleſiæ Antverpienſis:

Vndecies centum ductis ſex, & quater annis
Virginis à partu conciliante reum,

vt refert Svvertius in monumentis Brabantinis, & Miræus in Codice donationum c. 89.

39. *Nicolaus* Claret, obiit 1167. quo præſente plura à S. Bernardo patrata fuere miracula. Iacet Valicellis, conditor Camberonis.

40. *Petrus* 1167. nec ordinatus, nec conſecratus ceſſit 1170.

41. *Robertus*, ex Theſaurario Turonenſi, & Cancellario Flandriæ 1171.

42. *Alardus*, obiit 1178.

43. *Rogerius*, obiit in Terra ſancta 1191.

44. *Ioannes* nominatur 1193.

45. *Nicolaus* 2. Omittitur Gazæo, & eius loco ponitur alius Ioannes.

46. *Hugo* 1196.

47. *Petrus de Corbolio* 1200. poſtea Senonenſis 72.

48. *Ioannes de Bethuna* 1203.

49. *Godefridus Condatenſis* fundator maiorum Obituum 1234. *D'argent à vne face de gueule.*

50. *Guido Laudunenſis*, ſeu Viardus 1238. de quo Cantipratenſis l. 1. c. 5. & ibi Notæ Colueneríj, obiit 1250. ſepultus Afflighemij.

51. *Nicolaus de Fontanis*. Memoratur à Cantipratenſi l. 2. Apum c. 47. obiit 1275.

52. *Ingelranus de Crequy*, poſtea Teroanenſis 1292.

53. *Gulielmus Hannonius*, obiit in peregrinatione Ieruſalem 1296.

54. *Guido de Colomedio*, vel Colemedio.

55. *Philippus de Marigny*, nominatur 1306. poſtea Senonenſis 1309.

56. *Petrus de Mirapico*, *de Mirepoix*, ex Magalonenſi 1310. poſtea Baiocenſis 1324.

57. *Guido de Bolonia* magnus auunculus Roberti 61. infrà nominandi, ex Epiſcopo Tornacenſi 57. poſtea Lugdunenſis 94. & Cardinalis.

58. *Guilelmus 2. de Anconio*, apud Democharem, ſed legendum de Auſſonio, vel Auxona, quæ vrbs eſt ad Ararim in Burgundia, filius Ioannis Comitis Auenenſis in Hannonia, Belforeſto l. 5. c. 7. Coſmographiæ, poſtea Epiſcopus Æduenſis 66. vnus è fundatoribus Collegij Cameracenſis Pariſiis. De quo in Lingonenſibus nu. 77.

Collegium Camerac. Pariſiis.

59. *Guido de Ventadorio* circa 1342. poſtea Vabrincenſis. Huic verò in cathedra Cameracenſi ſucceſſiſſe, & ſediſſe annum vnum cum ſex menſibus, & obiiſſe 1349. Ioannem *Lanjonne* fratrem Comitis Hanoniæ, & Guidonis Epiſcopi 42. Vltrajectenſis, teſtatur Gazæus.

Porte eſchiqueté d'or & de gueule.

60. *Petrus* ex Epiſcopo 70. Nouiomenſi, & 71. Claromontenſi, fecit horologium palatij, feſtum S. Martialis inſtituit ſolemne. Obiit 1368.

61. *Robertus de Gebennis*, ex Epiſcopo Morinenſi 44. poſtea Antipapa Clementis 7. nomine.

Porte vn eſchiquier cōpoſé de 5. points d'or equipolez à 4. d'azur.

62. *Gerardus Dainvillus*, ex Attrebatenſi, & Morinenſi, fundator collegij ſui nominis Pariſiis, obiit 1378.

63. *Ioannes Cerclaus* obiit 1389.

64. *Andreas Lucemburgenſis* obiit 1396. frater B. Petri Cardinalis Metenſis Epiſcopi 73.

65. *Petrus Aliacenſis*, ſeu de Aliaco, filius Colardi, natus Compendij in S. Antonij parrochia, Cancellarius Academiæ Pariſienſis, & Theſaurarius S. Capellæ, magnus Franciæ Eleëmoſynarius, Epiſcopus Podienſis, Cardinalis in electione Martini 5. in Concilio Conſtantienſi 1417. Aquila Franciæ, & malleus à veritate aberrantium indefeſſus, in inſcriptione collegij Nauarrei. Obiit 6. Idus Auguſti in Necrologio Pariſienſi 1425. ſepultus in ſua Eccleſia, de quo Bellarmin. & Nomenclat. Card. Froiſſardus volumine 4 c. 1. Sixtus Senenſis, Trithem. Brulius in Theatro Antiquit. Pariſienſ. l. 1. pag. 661. Valerius Andreas in Bibliotheca Belgic. Ad eum extant Epiſtolæ Ioannis Gerſonis.

Porte en fauſſeté d'azur à la bāde de gueule accompagné de ſix quinte fueilles d'argent, 3. en chef, & 3. en pointes.

66. *Ioannes de Gaure*, filius Domini de Lens, obiit 1438.

Gaure porte d'or au lion de gueule couronné, lampaſſé, & armé d'azur à la bordure engrelee de ſable.

67. *Ioannes de Burgundia* filius naturalis Ioannis Ducis Burgundiæ, electus 1440. Sedit ann. 39. obiit 1479.

68. *Henricus Bergenſis* 1480. electus, vt indicatur hoc verſiculo, *ECCE ſacerdos magnVs qVI In dIebVs ſVIs pLaCVIt Deo*, & ſi addantur hæc verba, *& InVentVs eſt IVſtVs*, annus mortis indicabitur 1502. Fuit etiam velleris aurei Cancellarius. Eius tempore vixit Ægi-

A dius *Netet* Decanus, apud Trithem. de Script. Eccleſiaſticis.

70. *Iacobus de Croy* impetrauit titulum Ducis Cameracenſis à Maximiliano 1512. Miræus.

De Croy porte d'argent à 3. faces de gueule.

71. *Guilelmus de Croy* ſuperioris nepos, ex cuius reſignatione frater, qui ſequitur, ſucceſſit.

72. *Robertus de Croy* 1526. obiit vltimâ Auguſti 1556. Quo ſedente è vitâ ceſſit Chriſtianus Maſſæus 25. Septembris 1546.

73. *Maximilianus à Bergis* eligitur 10. Septembris 1556. factus primus Archi-B epiſcopus 1562. Maij 22. obiit 1570. extremo menſe Auguſto, qui & Manuale edidit: videndus Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica.

Porte de ſynople à trois macles d'argent 2. 1. au chef party, le premier de ſable au lion d'or à 3. paiz de gueule,

74. *Ludouicus de Berlaymont*, electus 5. Septembris 1570. obiit 1596. 15. Februarij, de quo Opmerus, Miræus, Gazeus, Locrius, & Cognatus, cuius tempore Capucini in vrbem euocati 1585. ab Alexandro Farneſio Duce Parmenſi gubernatore.

75. *Ioannes Sarracenus, Sarrazin* electus 6. Martij 1596. ex Abbate S. Vedaſti Attrebatenſis, obiit 3. Martij 1598. C Ei ſcribit Lipſius Epiſt. 23. Centuriæ 1. ad Belgas.

Porte d'hermines à la bāde lozangée d'azur de cinq pieces.

76. *Guilelmus Grimbergius*, ex Epiſcopo Antuerpienſi, obiit 25. Aprilis 1609.

77. *Franciſcus Richardot*, ex Epiſcopo Attrebatenſi filius Ioannis Præſidis in Conſilio Belgico, electus 1609.

78. *Franciſcus Buiſſeret*, ex Namurcenſi Epiſcopo, & quondam Cameracenſi Decano, obiit 1615.

Porte d'azur à deux palz d'or en ſaultoir accompagné de 4. eſtoilles de meſme.

79. *Henricus Franciſcus Vandembourg*, ex Decano Maclinienſi, & Epiſcopo Gandauenſi 1616. Intereſt funeri Alberti Archiducis 1621. Ei dicat opera S. D Paulini cum notis Herbertus Roſueidus 1622. Iulij 25.

Colonienſes, ſeu Agrippinenſes Archiepiſcopi

COLONIA Agrippina, Gallis *Cologne*, Germanis *Coeln* vel *Colen* metropolis Germaniæ ſecundæ, ſeu inferioris in ſolo Gallico ad Reni ripam ſiniſtram in Vbiis media inter Moguntiā & Antuerpiam, & inter Treuerim & Monaſterium g. long. 28. 40. lat. 51. 0. vbi dies maxima hor. 16.

19. 52.

19:52. Ptol. l. 2. c. 9. Plin. l. 4. cap. 17. Tacit. lib. 1. & 4. Hiſtor. Ammian. lib. 15. & 16. Zoſim. lib. 1. in ſigillo habet hæc verba inſcripta, *S. Colonia fidelis Romanæ Eccleſiæ filia*, ciuitas frequentiſſima, & poſt Moguntiam Princeps Gallicarum vrbium Sigebert. 1074. Ea verò olim conſularis, ſub diſpoſitione præfecti Prætorio Galliarum, *in Notitia Imperij Occidentalis*, ciuitas Agripinenſium *in Notitiâ Prouinciarum Galliæ*, à quâ Coloniâ differre Prætorium Agrippinæ docet clariſſimus, eruditiſſimuſq; vir Marcus Velſerus in explicatione Itinerarij Peutingeri, Agripinenſes autem dicuntur iuris Italici in Germaniâ inferiore à Paulo l. vltimâ de Cenſibus, cuius ciuitatis Archiepiſcopus Elector Imperij, & Cancellarius per Italiam, in quâ vrbe plura fuere habita Concilia, de quibus Seuerinus Binius ipſe Colonienſis in Tomis Conciliorum. Scripſit & Erardus Albinoëmius Cartuſianus Agrippinæ ſacrarium, in quo recēſet quid reliquiarum in qualibet vrbis Eccleſiâ obſeruetur. Sunt autem in eâ Eccleſiæ Collegiales 7. præter Metropolitanam D. Petro dicatam, Parrochiales 19. Virorum Cœnobia 16. Fœminarum 20. Sacella 30. Xenodochia 12. Canoniſſarum Collegia 3. de quibus Miræus, vt de Vbiis Pontus Heuterus c. 8. Belgij, Tacitus l. de Moribus Germanorum, & l. 12. Annal. vbi & de nomine ipſius Coloniæ, quæ in antiquâ inſcriptione vocatur, *Col. Claud. Aug. Agripinenſium*, & in Nummo Vitellij, *Col. Agrippina Vbior. Legio XIX.* quam Metropolim obtinuiſſe Primatum ait Rupertus l. 1. de Offic. diuinis c. 7. vnde appellatur Metropolis, & mater Eccleſiarum fidelis populi, principatum auctoritatis ſuæ hinc longè in Gallias vſque ad Oceanum extendens, in vitâ S. Brunonis. At de eius Academiâ Iacob. Midendorp. l. 5. in quâ Cancellariam gerit præpoſitus maioris Eccleſiæ: inſignia verò ciuitatis ſunt, Crux nigra in ſcuto argenteo. Habet autem hæc Metropolis 4. Suffraganeos, Leodienſem cis Renum, Monaſterienſem, Mindenſem, & Oſnaburgenſem, & hos tres in Germaniâ, vltra Renum. Olim etiam huic Metropolitæ ſubdebatur Epiſcopus Vltrajectinus, nunc ipſe Metropolites cis Reni oſtium vlterius, & Orientalius. Sed & in Diœceſi Colonienſi inueniuntur hæ Abbatiæ.

Flor. 170. Sibergenſis O. B.

Flor. 150. S. Martini in vrbe O.B. fundatur 986.

Flor. 140. Stabulenſis O. B.

S. Nicolai Bruilienſis O. B. Flor. 200.

Tuitienſis O. B. olim Diritenſe munimentum. Flor. 100. Flor. 115.

Vallegaudenſis O. C.

S. Pantaleonis O.B. in vrbe à B. Brunone fundatur.

Steinfeldia nobilis præpoſitura, O.P. Qui verò huic Cathedræ præſederunt, hoc modo ſequuntur ex Cratepolio, & aliis.

1. *S. Maternus*, vnicus vt fertur, viduæ filius, quem Chriſtus ſuſcitauit à mortuis, Lucæ 7. & vnus ex 72. diſcipulis, Caniſius martyrol. 14. Septembris, quo mortuo longum fuit interpontificium, aut ſaltem altum de ſucceſſoribus ſilentium, & ſic videtur ſtatuendus alter Maternus, qui datus iudex Donatiſtis cum Melchiade Papâ A. C. 313. apud Baron. & Perronium Replicæ pag. 368. & ita cenſet Midendorpius l. 5. Academiarum, vbi ait Materno Euphratem ſucceſſiſſe, quem Euphratem Agrippinæ, in ſuperiore Gallia Metropolitem laudat S. Athanaſius Epiſt. ad Solitarios, ſed hic poſtea in hereſim lapſus merito hinc deletur, contra quem coactū fuit Concilium Agripinenſe A. C. 340. Onuphr. & Baron, vel 349. Pithæo in Catalogo Epiſcoporum Trecenſium, quod fortè verius ad euitanda quædam abſurda, aliàs inde ſequutura. Mirum verò poteſt videri cur Athanaſio Agrippina ponatur in Galliâ ſuperiore, cum in eâ parte ſit quæ Ptolomæo Germaniæ inferioris nomine cenſetur, niſi fortè reſpexerit Patriarcha doctiſſimus Alexandriæ ad morem Aſtrologorum, qui partem mundi borealem vocant altiorem, quâ de re Ludouicus Lacerda in illud Virgilij 1. Georg. v. 240.

Mundus vt ad Scythiam, Ripheaſque arduus arces
Conſurgit, premitur Libia deuexus in Auſtrum.

At ſi Cæſari l. 4. c. 5. omnis Gallia ad Septemtrionem vergit, certiſſimum id eſt de prouincia Colonienſi quæ ad Oceanum vſque Britannicum pertingebat ante nouarum in Belgio Eccleſiaſticarum Sedium conſtitutionem.

2. *S. Seuerinus* obiit Burdegale in natali ſolo: videndus Baron. Martyrol. 23. Octobris, Binius tomo 1. Concil. Molanus in Natal. Belgicis. Miræus in Faſtis.

3. *S. Euergiſlus* 24. Octobr. apud Molanum in Natal. Belgic. & Miræum in Faſtis.

4. *S. Aquilinus*, vel Solinus.

5. *Simoneus* vel Sunoenus.

Ebregiſilus hic poni debet circa A. C. 590. vt ſit alius à S. Euergiſlo ſuperiore, apud Greg. Turon. l. 10. c. 15.

6. *Carentinus*, vel Carentius apud Fortunatum l. 3. c. 19. vbi Chriſtophorus Broverus.

7. *Renoldus* 614.

8. *S. Combertus*, vel Cunibertus, & corruptè Cutbertus, de quo Molanus 12. Nouembris, Flodoardus l. 2. cap. 5. Surius, & Baldricus lib. 1. c. 14. fuerat Cancellarius Dagoberti 632. Eccleſiam habet in vrbe. Appendix Greg. Turon. c. 58. Aym. l. 4. c. 19.

9. *Bocalaus* 655.

10. *Stephanus*.

11. *Abeluninus* 690.

12 *Giſo* 694.

13. *Anno*.

14. *Farmundus* 728.

15. *S. Agilulfus* 9. Iulij Ado, & Molanus, & Miræus in Faſtis, & Scultingius.

16. *Rangefridus* 746. ſed à nonnullis hic Albericus apponitur, & in Annal. incerti auctoris, apud Pithoëum 573. Hildegarius à Saxonibus interemptus notatur.

17. *Hildebertus* 778. Franciæ Cancellarius præfuit ann. 26. obiit 804. 4. Calend. Iullias.

18. *Bertholinus*.

19. *Ricolfus*.

20. *Hildebodus* in dedicatione Monaſterij Hirſaugienſis per Organum Archiepiſcopum Moguntinum 838. Vnxit Ludouicum Pium in Regem, & ſedit ann. 34. in magno Chronico Belgico.

21. *Hatteboldus*, ſiue Augebaldus, nominatur in Capitularibus Regum Franciæ l. 2. c. 25. Hadaboldus.

22. *Guntherius*, ſiue Gungtharius, in Concilio Tullenſi ad Saponarias 859. Memoratus in C. Theutgaldus 11. q. 3. & apud Reginonem 865. *In Capitular. Calui & ſucceſſor. tit.* 14. Anaſtaſium Bibliothecarium in Nicolao primo.

23. *Vilibertus* electus 870. Flodoard. Chron. in Concilio Moguntinenſi 888. & antea Colonienſi 887. & apud Ioannem 8. epiſt. 283.

24. *Hermannus* in Concil. Triburienſi 895. obiit 924. Vide Capitularia Caroli Craſſi à Sirmundo edita, vbi ſic habetur in pactione Caroli, & Henrici Regum, *Hermannus Archiepiſcopus Agrippinæ, quæ modò eſt Colonia vocitata* 926. Ei dicat vitam S. Lamberti Stephanus Leodienſis Epiſcopus apud Sigebertum cap. 126. & in Chronico 905. & extat l. 1. rerum Leodicarum.

25. *Vichfridus*, vel Vinefridus, obiit 952. Flodoard. Chron. & l. 4. c. 42.

26. *S. Bruno* ordinatus fuit 953. Flodoardus, & Sigebertus. Obtinuit reliquias S. Patrocli ab Anſegiſo Epiſcopo 43. Trecenſi, apud Surium cap. 19. vitæ ipſius: conditur in monaſterio S. Pantaleonis, quod extruxit, apud Miræum c. 55. Origin. Benedictin. & in Faſtis Belgicis 18. Iullij. Molanum 11. Octob. ad Vſuardum 965.

27. *Gero* condidit monaſterium Gladbacenſe.

28. *Varinus*, ſiue Valeanus.

29. *Euergerus* 988.

30. *S. Heribertus*, frater Henrici Herbipolenſis Epiſcopi, primus inter Electores recenſetur. Diſcedit è terris in cælum 1021. 16. Martij, in Martyrologio Romano, corpus ſepelitur in monaſterio Diuitenſi, vel Tuitienſi, quod ipſe conſtruxerat, & dedicauerat 1020. cuius 10. Abbas Rupertus vitam ipſius Heriberti deſcripſit apud Surium 16. Mart. Vide Notas Coluenerij ad Chronicum Cameracenſe l. 2. c. vltimo, Miræum Origin. Benedictin. c. 55. Hermannum Contractum, Sigebertum Gemblacenſem, & Cæſarem Baronium eodem an. 1021. At de Electoribus ſeptem viris S. R. I. Idem Baronius an. 996. Onuphr. de Comitus Imperat. Electores Imperij.

31. *Piligrinus*, vel Peregrinus electus 1021. apud Cæſarium l. 8. c. 61. & Baldricum, Chron. Camerac. l. 3. c. 30. Benedixit Giſlam vxorem Conradi Sueui 1024. & coronauit Aquiſgrani Henricum Nigrum 1030. obiit 1036. *Herman. Contract.*

32. *Hermannus* Othonis 2. ex filia nepos. *Herman. Contract.* Intereſt Concilio Moguntino 1049. præſente Leone 9. vt eſt apud Vibertum in ipſius Leonis vita l. 2. c. 4. Ad eum ſcribit Franco Leodienſis Scholaſticus volumen *de Quadratura circuli*, teſte Sigeberto A. C. 1048. & Trithemio, & coronauit Aquiſgrani Henricum 1054. obiit 22. Aprilis. Quadratura circuli.

33. *S. Anno* obiit pridie nonas Decembris 1075. Epiſcopatus anno 21. apud Surium. De eo plura Otho Friſingenſis l. 6. cap. 30. Baron. Lambertus Schafnaburgenſis, Platina in vita Alexandri 2. & Bertoldus Conſtantienſis. Sepultus in monaſterio Sigebergenſi, vel Sibergenſi, quod condiderat. Habuit fratrem Veſſilonem Archiepiſcopum

pum Magdeburgenſem. Seruatur verò adhuc pedum ligneum S. Annonis, cui inſcripti ſunt hi verſus vitæ indices:

Tityre coge pecus, cæcos ne ducito cæcus,
Moribus eſto grauis, Rector fore diſce ſuauis
Aſtu ſerpentis, volucris tege ſimplæ gementis.

Fit autem in hac inſcriptione alluſio ad illa Virgiliana.

Tityre coge pecus.

Et

——paſtorem Tityre pingues
Paſcere oportet oues,

Et

Tityre dum redeo, breuis eſt via, paſce capellas.
Et potum paſtas age Tityre.

Quod Regius Vates prius, & ſanctius dixerat: Ipſe quondam Paſtor Paſtorem optimum facere ſolitum, Pſal. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ, ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me*, quæ verba ſic effert Philippus Portæus:

Le Paſteur dont ie ſuis guidé,
(C'eſt Dieu, qui gouuerne le monde:
Ie ne puis ainſi commandé
Que tout à ſouhait ne m'abonde)
Dans les parcs d'herbages couuers
Il me couche aux heures brillantes;
Et me mene aux riuages vers
Des eaux paiſiblement coulantes.

Alluditur quoque ad illud Matthæi 15. 14: *Si cæcus cæco ducatum præſtet ambo in foueam cadent.* quia vt inquit Rabanus, non ſolùm ſibi non proſpicit, ſed etiam aliũ in præcipitium ducit: & ad illud, *Diſcite a me quia mitis ſum*, Matthei 11. 29. & *Eſtote prudentes vt ſerpentes, & ſimplices vt columbæ*, Matthæi 10. 16. quem locum poſtremum ſic extulit Iuuencus:

Simplicitas & prudentia, in Epiſcopo.

Sed vos arguto ſerpentum corde vigete,
Simplicitate tamen puras ſuperate columbas.

Nam vt ait Remigius, ſimplicitas ſine prudentia facilè decipitur: prudentia periculoſa eſt, niſi ſimplicitate temperetur. At alio ſenſu benè paſcentem, non benè viuentem cenſebat laudabilem ſcurra Sidonianus l. 3. epiſt. 13. Porrò hîc coniungitur grauitas benignitati, vt Epiſcopus tam intra, quàm extra Eccleſiam ſe Patrem, & Paſtorem eſſe meminerit. Quod conſilium ſalutare, Concilium Tridentinum antiquos Canones ad dignitatis Pontificiæ decorem, & grauitatem pertinentes renouando maximè commendat ſeſſione 25. cap. 17. de Reformatione. Cæterùm Annoni ſcribebat Petrus Damianus lib. 3. epiſt. 6. Gregor. 7. l. 1. epiſt. 79. de quo etiam Marianus Scotus 1077. Conſtitutus fuerat Regni adminiſtrator, & cuſtos Regis Henrici à parentibus A. C. 1062. Baron. eidem verò Annoni Burchardum Alberſtatenſem & Berengarium Magdeburgenſem Præſules ſanguine & religione proximos fuiſſe teſtatur Paulus Bernriedenſis in vita S. Greg.

34. *Hildulphus* obiit 1084. Mariano Scoto.

35. *Sigewinus* ex Decano.

36. *Hermannus* electus 1089. coronauit Aquiſgrani 1101. Conradum 2.

37. *Fridericus* electus 1112. conſecrauit monaſterium Veteris-campi O. C. 1122. adductis è Morimundo Monachis, eodemque tempore ordinauit S. Norbertum presbyterum, & coronauit Lotharium iuniorem 1125. nominatur & 1126.

38. *Bruno* 2. filius Engilberti Altenæ Comitis, conſecratus 1132. à Guilelmo Cardinale Epiſcopo Præneſtino. Baron. Ei ſcribit S. Bernardus epiſt. 8. & 9. ſepultus Barri in Appulia *Otho Friſingenſis* l. 7. c. 21.

39. *Arnoldus* Coronauit Aquiſgrani Fridericum I. 7. Idus Martii 1152. quâ de re Guntherus Ligurini lib. 6. Nominatur in diplomate eiuſdem Friderici Imp. 3. Idus Iunii 1153. pro Cluniacenſi cum Gunthero Spirenſi, & Conrado Vormatienſi.

40. *Hugo* ex Decano 1158.

41. *Arnoldus* 2. 1160. qui & Raynoldus 1161. filius Henrici Comitis Geldriæ.

42. *Fridericus* 2. 1161. à Papa Adriano Romæ conſecratus, ex Comitibus Altenenſibus.

43. *Raynoldus* tranſtulit Mediolano Coloniam corpora trium Regum, ſeu Magorum. Obiit prope Romam 1181. Ipſe ex Comitibus *d'Aſſel*, vt S. Anno, & Philippus ſequens. Meminit Aymoin. l. 5. c. 54. Vincentius l. 30. c. 12. Rippamontius l. 1. hiſt. Mediolanenſis, & Vindechius de Electorum Imperij origine c. 1. Ægidius Aureæ-Vallis in hiſt. Leodienſium Epiſcop. cap. 44. Faſciculus Temporum, & Robertus in Supplemento Sigeberti A. C. 1158. Sigonius de Regno Italiæ.

Corpora trium Sanctorum Regum Magorum.

44. *Philippus de Heinsberg* Ducatum Weſtphaliæ acquiſiuit Eccleſiæ Colonienſi, & fundauit monaſterium Herſterbacenſe, de quo Cæſarius l. 4. c. 64. & ſæpe. Coronauit Henricum filium

Friderici 1170. & vrbis pomerium ampliauit 1180.

45. *Bruno* 3. Euerardi Altenæ Comitis filius, electus 1196. fit poſtea monachus Ciſtercienſis in cœnobio Montis-antiqui 1199.

46. *Adolfus* Brunonis frater, coronauit Othonem 4. 1199. Aquiſgrani, & Philippum in Reges Germaniæ, vnde excommunicatus fuit ab Innocentio 3. nominatur 1200.

47. *Bruno* 4. *de Segebach* conſeruatur à Sifrido Moguntino, ſepelitur in Eccleſia maiori S. Petri 1209.

48. *Theodericus* Comes de Monte, coronauit Aquiſgrani 1210. Fridericum 2. in Regem Romanorum. Iacet cum gentilibus ſuis in Altembergi, ſeu veteris Montis monaſterio.

49. *Engelbertus* ex familia Comitum de Monte, vel Bergis. Eligitur 1216. conſecratus à Petro Cardinale S. Pudentianæ vel S. Potentianæ. Nefariè trucidatur 1225. à Friderico nepote ex fratre, ſepultus Coloniæ in capella Sanctæ Catharinæ, quo anno coronauerat Aquiſgrani Henricum 6. Baronius, Miræus, Galtherus, & Molanus.

50. *Henricus* 1225. Ei dicat vitam Engilberti prædeceſſoris Cæſarius, apud Surium 7. Nouembris.

51. *Conradus* 1232. meminit Cantipratenſis l. 2. Apum cap. 29. Coronauit Aquiſgrani Henricum 7. & Guilelmum 1248. & 1258. Richardum. Obiit 1261. Trithem. Chronic. Hirſaugienſi.

52. *Engelbertus Valkembourg* in Concilio Lugdunenſi 1274. obiit Romæ.

53. *Sifridus de Weſterbourg* 1275. Lugduni feſto Palmarum cathedratus, vt eſt in eius Epitaphio, Romæ eodem feſto tumulatus 1298. Interfuit funeri Alberti Magni 1280. 16. Calend. Decembris: inſtaurauit templum metropolitanum, & coronauit Aquiſgrani 1273. Rodulphum, vel Adolphum 1292. At de Alberto plura habent Antonius Senenſis in Bibliotheca Prædicatorum. Poſſeuinus, Bellarminus, Trithemius, & Bzouius.

Albertus Magnus.

54. *Vicoldus*, vel Vichboldus, vel Vobaldus, Baro Weſtphalus, ex Decano 1298. Coronauit Albertum Aquiſgrani 1299.

55. *Henricus de Varembourg* coronauit Henricum Luxemburgenſem 1308. quo anno obiit Ioannes Duns Scotus doctor ſubtilis, ſepultus in hac vrbe ad Franciſcanos, de quo Bellarminus, & Miræus in Chronico ad Euſebium, &

Scotus.

A Genebrard. At Henricus interfuit Concilio generali Viennæ 1311. Coronauit etiam Fridericum Auſtrium 1314.

56. *Valranus*, Gerardi Comitis Iuliacenſis filius, ex Elizabetha Comitis Gueldriæ filia. Inſtituit Carthuſianos in vrbe 1331. & coronauit Carolum 4. 1346. obiit 1349.

Carthuſia Colonienſes.

57. *Guilelmus Genap* 1350. & 1356.

58. *Ioannes à Varembourch*, à nonnullis omittitur, quòd non fuerit confirmatus.

59. *Adolphus* Comes de Marka 11. ex Epiſcopo Monaſterienſi 36. obiit 1367. filius Adolfi Comitis Altenach, & N. B Loſſenſis.

La Marck porte d'or à la face eſchiquetee d'argent & de gueule, de 3. ſlets.

60. *Engelbertus*, Comes Marchianus, ex Leodienſi Epiſcopo, patruo ſuccedit 1368 quo & moritur, ſepultus in cathedrali 22. Auguſti.

61. *Cono à Falkenſt*, ex Treuirenſi præfuit duabus prouinciis ſummâ cum laude.

62. Fridericus 3. Comes Somverdenſis 1370. Bzouius. Coronauit Venceſlaum 1376. pridie Nonas Iullij, Rupertum 1400. & Sigiſmundum 1411. pius, ſapiens, & legum peritiâ clarus. Mortuus Bonnæ 1414. 9. Aprilis.

C 63. *Theodericus* Comes de Morſa, adminiſtrator 35 Padeburnenſis. Coronauit Albertum 1438. & Fridericum 3. 1440. obiit 1462. die S. Valentini 14. Februarij. Ei ſcripſit Æneas Siluius ep. 240. & 360.

64. *Rupertus* Dux Bauariæ, Ludouici Barbati, ex Mathilde Sabaudâ filius. Eligitur 1463. ſepultus in Cœnobio S. Caſſij 1479.

65. *Hermannus*, Lantgrauius Haſſiæ 1480. Coronauit Maximilianum 1486. 20. Septembris. Extant eius epiſtolæ ad Trithemium, & Trithemij ad illũ 1507. fuit etiam Padeburnenſis 35. obiit 1508. D Quo Præſule Nicaſius Voerda captus oculis à tertio ætatis anno obiit Coloniæ 7. Calend. Septembris 1491. ſacerdos, ſepultus in maiore baſilica, cùm edidiſſet commentarios in Inſtitutiones Iuſtiniani, & in Magiſtrum Sententiarum, apud Trithem. & Valerium Andream in Bibl. Belgic.

Nicolaus Voerda cæcus, Doctor.

66. *Philippus d'Hyn* ex Decano.

67. *Hermannus de Veda*, ex Comitibus de Morſa 1515. adminiſtrator Paderburnenſis 37. coronauit Carolum 5. Aquiſgrani 1520. & Ferdinandum 1531. Habuit Concilium prouinciale 1536. tomo 4. Conciliorum. At tandem fuit excommunicatus, & pulſus ob hæreſim Lutheranam à Paulo 3. Papa, cùm tentaſſet

taſſet Eccleſiam ſuam per Bucerum deformare, Vide Sadoletum l. 14. epiſt. 14. A

68. *Adolphus Schauvembergius* interfuit Concilio Tridentino 1552. cùm antea habuiſſet Concilium Prouinciale 1549. in Quadrageſima, tomo 4. Conciliorum. Obiit 1556. 10. Octobris.

69. *Antonius*, Adolphi frater, obiit 1558. ex qua gente fuere alij quinque Epiſcopi.

70. *Ioannes* Gebardus eligitur 1559.

71. *Fridericus de Veda*, ex Decano 1562. ſepultus apud Prædicatores 26. Decembris, vir innocentia, & prudentia ſingulari. B

72. *Salentinus Iſembergius* Comes, electus 1567. 23. Decembris. Eligitur quoque Paderburnenſis, ſed iiſdem Epiſcopatibus in Conuentu Canonicorum reſignatis, duxit vxorem 1577. non conſecratus, diſpenſante Pontifice. Eius ſymbolum, teſtudo alata his verbis inſcripta: *Amor addidit.* Ei Melchior Hittorpius dicauit Auctores de Diuinis Eccleſiæ officiis 1568.

72. *Gebardus Valburgius Truchſes*, Othonis Cardinalis, & 58. Epiſcopi Auguſtenſis nepos, ex Argentinenſi Decano electus 1577. pridie feſti S. Nicolai anno ætatis 31. Is verò non conſecratus, turpi amore Agnetis Mandsfeldiæ captus eam 4. Ianuarij 1583. ſibi deſponſauit, vnde exauctoratus fuit dignitate Pontificiâ à Ioanne Franciſco Epiſcopo Vercellenſi Nuntio Apoſtolico. At eo ſedente erigitur collegium S. I. 1581. cùm antea obiiſſet Laurentius Surius 1578. Maij 23. profeſſionis anno 36. de quo Theodorus Petræius in Bibliotheca Carthuſiana. C

74. *Erneſtus*, ex Epiſcopo Leodienſi 89. electus 1583. Gebardo ob hæreſim depoſito. Obiit 1612. 7. Februar. quo anno excitatur Coloniæ Archiconfraternitas ſanctæ Crucis ad eos beneficentia iuuandos, qui ex hæreſeon tenebris ad lucem fidei Catholicæ fuerint reducti. D

75. *Ferdinandus Bauarus*, etiam Leodienſis 90.

Ebredunenſes Archiepiſcopi.

EBREDVNVM, vel Ebrodunum, vel Ebrodunum, vel Ebridunum, vel Ambronum ciuitas, *Ambrun*, vel *Embrun*, in Alpibus maritimis, ſeu Vienneſi 4. apud Caturiges, quod à Suſſione vrbe diſtare dicitur amplius duodecim dietas è præſente, de Teſtibus. gradu longitud. 27. 30. latitud. 44. 20. vbi dies maxima horarum 15. 15. ad Druentiam fluuium, in Parlamento Delphinatus Gratianopolitano; cuius Eccleſiæ patrona S. Deipara Maria. At de Alpibus maritimis Tacitus lib. 15. Ann. & lib. 2. hiſt. Plinius l. 14. cap. 3. Dio lib. 54. Vopiſcus in Aureliano & Probo. Hieronymus Surita in Itiner. Anton. Ammian. lib. 15. & notitia Imperij. Ebreduni autem Archiepiſcopus dicitur Princeps, habens ſub ſe ſex Suffraganeos ſuprà enumeratos. Sed & in veteri prouinciarum Galliæ notitia Alpibus maritimis tribuitur ciuitas Ricomagenſium, ciuitas Solonenſium, vel Solinienſium, quæ vbi ſint, aut fuerint amplius inquirendum, hæc fortè *Solses* vicus prouinciæ, vel *Satllans* Delphinatus, & ciuitas Cemelenenſium, vel Cemelenſium ſupra fontem Vari, in Vediatiis Liguriæ in Italia populis, Plin. l. 3. c. 5. & Ptolem. l. 3. cap. 1. gradu long. 28. 20. latitud. 43. 15. licet tribui videatur Galliæ ab Antonini Itinerario, vbi ſic habetur. *Alpem ſummam, vſque huc Italia, nunc Gallia*, Cemenelum m. P. 9. Varum flumen 6. Antipolin. 5. Cemeneli verò fuit Epiſcopus ſanctus Valerius ſcriptor Homiliarum, quas R. P. Iacobus Sirmundus S. I. edidit. In diœceſi autem Ebrodunenſi inuenio Abbatiam Boſcandum O. C. Porrò Druentia eſt Alpinus Amnis longè omnium Galliæ fluminum difficillimus tranſitu. Nam cùm aquæ ingentem vim vehat, non tamen nauium patiens eſt, quia nullis coërcitus ripis, pluribus ſimul, neque iiſdem alueis fluens noua ſemper vada, nouoſque gurgites faciens, nihil ſtabilis, nec tuti ingredienti præbet, apud Liuium l. 21. quò alludit Silius Italicus l. 3. v. 468.

Ambrun.

Alpes maritimæ.

Varus fluuius de quo ſupra in Galliæ deſcriptione Cemelum vrbs.

Flor. 350.

Druentia fluuius.

Turbidus hic truncis, ſaxiſque Druentia letum
Doctoris vaſtauit iter, namque Alpibus ortus
Auulſas ornos, & adeſi fragmina montis
Cum ſonitu voluens fertur luſtrantibus vndis,
At vada tranſlato mutat fallacia curſu.
Non pedes, fidus, patulis non puppibus aquus.

Vnde intortum vadis, & gurgitibus vocat Ammianus l. 15. quæ incerta Druentia riuis Auſonio in Moſellâ.

Ebredunenſes denique Preſules, quos inuenire potuimus, hi ſunt.

S. Marcellinus 20. Aprilis,

Ingenuus, memoratur in epiſtola 4. Hilarij Papæ ad Leontium, & alios Galliæ Epiſcopos, & in Concilio Romano A. C. 465. vbi dicitur Ebredunenſis Alpium maritimarum prouinciæ metropolitanus.

Gallicanus, Concilio Aurelianenſi 4. 545. qui corruptè aliquando Gallumus, & Gallurinus.

Salonius depoſitus in Concilio Lugdunenſi A. C. 570. & Cabilonenſi 582. Baron.

Emeritus, vel Emericus, in Concilio Matiſconenſi 1. 588.

Asbertus Concilio Cabilonenſi circa 660.

Bertimundus recenſetur in Synodo Pontigonenſi 876.

Aripertus, vel Aubertus. Ei ſcribit Ioannes 8. tomo 3. Concil. epiſt. 70.

Guilelmus. Ei ſcribit Petrus Venerabilis epiſt. 12. l. 1. & librum contra Petrobruſianos eidem dicat.

Bernardus 1214. in geſtis Simonis Montisfortis.

Raymundus de Madul, vel de Medulione S. Antonin. titulo 23. c. 1. & Sampayo.

Seguſia. *Henricus de Seguſia* Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, fons iuris, de quo Nomenclat. Cardinal. pag. 30. Iacet Lugduni ad Prædicatores 1267. Auditorem habuit Guilelmum Durandum ſpeculatorem, Epiſcopum Mimatenſem, Trithemius, & Bellarmin. de Viris Illuſtribus, Onuphrius, & Ciaconus. Eſt autem Seguſia, ſeu rectius Seguſio Plinio l. 3. c. 10. & Seguſium Ptol. l. 3. c. 1. Ammian. l. 15. Paulo Diacono lib. 3. cap. 8. Antonino, & vrbs, quæ nunc Suza in Pedemontio 9. longitud. 28 30. latitud. 42. 55. ſuperatis Alpibus Italiæ clauſtra obijciens, vt habet Nazarius in Panegyrico Conſtantini, vnde duas turres in inſignibus geſtat. De Oſtia alibi dictum.

Guilelmus cognomento de Mandagoto, memoratur in Prœmio 6. Decretalium à Bonifacio 8. creatus Cardinalis à Clemente 5. Obiit Auenione 1301. Bzouius, Trithem. Nomencl. Cardinal. pag. 53. Is fuerat Archidiaconus Nemauſenſis.

Paſtor de Albenaco Cardinalis obijt Auenione 1554. ibidẽ ad Minores vbi quondam Minorita, ſepultus 1354. Nomencl. Cardinal. pag. 61. & Ciacon. pag. 719. Onuphr.

Bertrandus de Deucia in Nomenclat. Card. pag. 58. fundator Eccleſiæ S. Deſiderij Auenione, vbi moritur 21. Octobris 1355. Iſque eſt fortè qui interfuit Concilio Auenionenſi 1337. Quo tempore moritur Franciſcus Mayronis Franciſcanus, huius diœceſis qui 1315. Actum maiorem Sorbonicum inſtituit, quã de re Galtherus ſæculo 14. & Genebrardus, ac Bellarmin. de Script. Eccleſiaſt. qui tamen poſterior eum facit Scotum.

Petrus Sarracenicus de Sarcenatz Cardinalis 1378. Onuphr.

Iacobus an. 1. Eugenij 4.

Ioannes Bal præſens in appoſitione primarij lapidis Conuentus Obſeruantiæ Lugduni 1494. 25. Martij.

Roſtaguus de Anceaunâ 1505.

Nicolaus de Fliſco Cardinalis Alexandri 6. apud Ciaconum.

Iulius Medices Cardinalis Leonis 10. poſtea Papa Clemens 7. apud Ciaconum.

Franciſcus de Turnone Cardinalis.

Antonius de Leui.

Balthazar de Iarento vel *Gerenthe* ex primo præſide Computorum 1536. & 1550. Papon l. 1. Titulo 1. Arreſtorum. Cæſar Noſtradamus in hiſt. Prouinciæ.

Robertus de Lenoncour.

Guilelmus d'Auançon, in Comitiis Bleſenſibus 1588. vixit poſtremus Prælatorum, qui Concilio Tridentino interfuerant, quem Romæ 1595. virum graui comitate amabilem cognouimus. Fuit etiam Abbas Montis maioris prope Arelate, vide Epiſtolam 27. 21. Arnoldi Oſſati Cardinalis. *Porte d'or au ſautoir de gueule.*

Honoratus Laurentius, frater Gaſparis Arelatẽſis laudauit oratione funebri Margaretam Hiſpaniæ Reginam 1511. Pariſiis, vbi ipſe obiit anno ſequente 24. Ianuar. ſepultus ad Auguſtinianos.

Guilelmus Hugonis, ex Franciſcanorum Conuentualium generali eruditione, & prudentiâ clarus.

Eluſani

A

ELVSANI.

ELVSANI Archiepiſcopi. Vide Auſcenſes, ſuprà.

L'Egliſe de Lion porte de gueule au Griffon d'or, party de la ville de Lion, qui eſt de gueule au Lion d'or.

Lion.
Fl. 3000.

Lugdunenſes Archiepiſcopi.

LVGDVNVM Seguſianorum magna vrbs, & ampla, Herodiano lib. 3. anno 19. Auguſti, Hircio, & Panſâ Coſſ. manifeſtiſſimè conditum reperitur ad confluentem Araris, & Rodani, vnde Rodanuſia dicitur à Sidonio l. 1. epiſt. 5. quo alludit Stephanus Tornacenſis epiſt. 92. Attamen Rodanuſiam vocat Epiphanius hæreſi 34. Tractum Rodani, quæ vrbs eſt Martiano Heracleotæ in Perigeſi, quam Rodanus fluuius magnus alluit. Dicitur & Araria in vita S. Lupi, vt notat V. C. Ioannes Sauaro ad Sidon. Vnde Aquoſa à Petro Venerabili nuncupatur Sidonium ipſum alloquente: B

Præſul Lugdunum patiens, qui rexit aquoſam, C
Quanti ſit meriti te referente patet.

Sic Lugdunus in fœminino genere, apud S. Hieronymum in Epitaphio Nepotiani. Quod Lucanus lib. 1. ſic exprimit:

Quâ Rodanus raptum velocibus vndis
In mare fert Ararim.

Et Claudianus:

Quos Rodanus velox, Araris quos tardior ambit.

Liuius lib. 21. ex Polybio l. 2. Quartis, inquit, caſtris ad Inſulam peruenit Annibal, vbi Arar, Rodanuſque amnes diuerſis ex Alpibus decurrentes, Agri aliquantulum amplexi fluunt in vnum, mediis campis inſulæ nomen, & Hericus Autiſſiodorenſis in vita Sancti Germani l. 4. D

In Lugdunenſes aquis proceſſibus arces,
Vexit Arar, Rodano ſeſe ſub mœnibus abdens,
Lugduno celebrant Gallorum famine nomen
Impoſitum quondam, quod ſit mons Lucidus idem.

Aliis Lugdunum interpretatur mons felix, Becano l. 1. *Gallicorum*, vel mons deſideratus, in veteri itinerario Ieroſolymitano, vel Corui mons, Plutarcho de Fluminibus, ſed liber ille fabuloſus, & id habet ex Diodoro Siculo, vel Luctus mons in veteri carmine, quod hîc licet mendoſum, ex bibliotheca Franciſci Iureti eruditiſſimi, & humaniſſimi viri apponimus, quod tamen apud Claudium Rubis reperimus, in hiſtoria Lugdunenſi.

Gallia victoris premitur dum Cæſaris armis,
Victaque Romano ſubditur Imperio,
Quâ fluit in Rodanum pinguis, lentuſque Sagona,
Conditur à Planco Plancia magna viro,
Vrbs ea, ſeu locus hic lento qui præſidet amni
Monte iacens, flammis corruit in cineres.
Inſtaurant ciues in margine fluminis idem,
Et meliore locant mœnia priſca ſolo,
Nomen ab euentu triſti renouata priore,
Luctunum à luctu quem dedit ignis, habet.
Vulcano fanum qui ſacros temperat ignes
Ponitur in tumulo qui cinis vrbis erat.
Omen, vt id flumen ſuperexecrabilis eſſet, Forte legendum flammæ.
Et memor exuſti plebs miſeranda loci.
Fama refert populum (quò dignis artibus eſſet
Clarior, & doctis vrbs benè culta viris)
Marmore candenti niueum poſuiſſe Theatrum
Hîc vbi ſe flumen miſcet vtrumque ſimul.
Palladis ara Deæ medio ſtetit orbe theatri;
(Mira canam quamuis, numina poſſe putes)
Palladis intacta Rhetor dicturus ad aram
Palluit, & ſtupido protinus ore fuit.
Ipſe licet Cicero Diuæ ſimulacra petiſſet,
Ante Deæ ſcenam corde tremente foret.
Sed modus vnus erat placandi Numinis iram,
(Miteſcunt ſacris Numina quæque ſuis.)
Fit focus ex lento media clariſſimus ara
Vimine, quo flagrans, garrula pica perit,
Stat ſupplex circum populus; funditque ſacerdos
Thurea Palladijs cum ſale dona ſacris.
Hic vbi litauit, fas eſt, impallidus orat
Rhetor, & orantis verba Minerua probat.

Iuuenal. Satyra 1. v. 43. Torrentius in Suetonij Caligulam c. 20. Florus lib. 3. Strabo lib. 4. S. Odilo in vita S. Mayoli huius aræ meminerunt. Dicitur etiam

Lugdunum exordium Galliarum Ammiano lib. 15. caput Galliarum in tabula Peutingeri, Narbonenſi videlicet oppoſita reliquæ Galliç Septentrionali, ſeu Cæſarianæ. Sed aliud eſt Lugdunum caput Germaniarum in Itinerario Antonini, vulgò *Leyden*. Poſita verò eſt hæc vrbs in gradu longitud. 26. 0. latitud. 45. 10. Clauio, diem habens maximam hor. 15. 30. diſtans ab Alexandria verſus occaſum hor. 2. 30. ferè in medio climatis 6. vbi verticale ſidus capellæ, in altitudine ſolis 44. 50. vbi ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 61. ad gnomonem 60. partium, à qua vrbe Germania Lugdunenſis dicitur à Sidonio lib. 5. epiſt. 7. ea pars Galliæ ſuperioris, quæ poſtea Burgundiæ à populis è Germania profectis nomen eſt ſortita, vt notat Sirmundus. At de noſtro Lugduno Galliæ vrbe celeberrima, vt dicitur in vita ſancti Auſberti Rotomagenſis, & metropoli Galliarum, vt eſt in vita ſancti Benigni, plura Strabo lib. 4. Plin. lib. 4. c. 16. Plin. alter lib. 9. epiſt. 11. Diodorus lib. 16. Ptolomæus lib. 2. c. 8. & in Europæ tabula 3. Sueton. in Claudio cap. 2. Dio lib. 54. Lipſius ad Senecam epiſt. 91. & Seneca in Ludo de morte Claudij, & Tacitus lib. 1. hiſtor. Pontacus ad Euſebium, Fuluius Vrſinus in familijs Romanis pag. 27. & 168. Onuphrius lib. 2. de Republica Romana, Alexander ab Alexand. lib. 4. cap. 24. Raphaël Volaterranus lib. 3. Georgius Brunus tomo 1. & 5. Ciuitatum orbis, & cæteri recentiores, quos vt omittam, huc aduoco Gregorium Turonenſem l. 1. c. 18. hiſt. Franc. vbi illuſtratam ſanguine Martyrũ nobiliſſimam vocat hanc vrbem, in qua olim ſedes Præfecti Prætorio Galliarum, apud Lazium de Republica Romana lib. 2. c. 2. vnde Lugdunenſis prouincia Proconſularis, & theſaurorum Præfectus per Gallias Lugdunenſes, & Procurator Cynegij, vel Gynecij, & officina, ſeu fabrica monetæ, *in notitia Imperij Romani Occidentis*, quæ moneta hodie ſignatur littera D. At de Primatu Eccleſiaſtico huius ciuitatis in Francia, ſeu Gallia Celtica, quæ & Lugdunenſis, Fileſacus de ſacra Epiſcoporum auctoritate cap. 9. §. 12. Azor p. 2. l. 2. c. 36. Sirmundus in Notis ad Gofridum Vindocinenſem, Stephanus Tornacenſis epiſt. 22. Sed maximè notanda ſunt verba auctoris vitæ S. Mayoli in Breuiar. Cluniacenſi 11. Maii, quæ poſtea comperi eſſe S. Odilonis apud Surium, & in Bibliotheca Cluniacenſi,

A vbi Lugdunum vocat vrbem philoſophiæ nutricem, & quæ totius Galliæ, ex antiquo more, & Eccleſiaſtico iure obtineat arcem. Sic enim ipſe Odilo ait in vita S. Aleidis Imperatricis: *Exultabat Lugdunum philoſophia quondam mater, & nutrix vrbs inclyta.* Et Glabro lib. 5. c. 4. index veri luminis maximæ partis Galliæ: videndus Petrus Venerabilis lib. 2. epiſt. 2. hinc Guilelmus Britto:

Nec mittebatur Romam lis vila, niſi quam
Lugdunenſe forum per ſe finire nequiſſet,
Et Lugdunenſis quo Gallia tota ſolebat,
Vt fama eſt Primate Regi, cauſaſque referre
B *Difficilis vt ibi lis vltima litibus eſſet.*

Cuius etiam Eccleſiæ dignitas hinc claret, quòd ipſius ritus ſacros Valtherus Archiepiſcopus Gneſnenſis in Polonia, induxit in ſuam Eccleſiam teſte Cromero lib. 6. quod etiam factitatum in Eccleſia Leodienſi apud Eburones ab Hugone de S. Theoderico, vel de ſancto Charo S. Sedis Legato. Habet autem Eccleſia maior olim S. Stephano, nunc S. Ioanni Baptiſtæ dicata has dignitates, ſeu perſonatus, Decanum, Archidiaconum, Prçcentorem, Cantorem, Camerarium, Sacriſtam, Cuſtodem,
C Prçpoſitum, prçter Archiepiſcopum Apicem dignitatum cum 32. Canonicis, geritque Capitulum pro inſignibus Griphem auream in campo rubeo, vrbs verò Leonem argenteum in campo rubeo cum tribus liliis aureis in ſuperiore ſcuti parte cærulea, ſic Leo in numis Antoniorum, ſeu moneta Lugdunenſi vetere apud Fuluium Vrſinum, & Iacobum *Dalecſcamp* in Plin. lib. 4. c. 18. Lipſium l. 2. epiſt. quæſt. c. 21. Lugdunenſes quoque liberi dicuntur à Paulo l. 8. de Cenſibus. Porrò de Rodano legendus Cæſar lib. 1. Strabo lib. 4. Ptolom. lib. 2.
D cap. 10. Polyb. lib. 3. Plin. lib. 3. cap. 4. & lib. 2. cap. 3. Mela lib. 2. cap. 5. Ammian. lib. 15. Iſidorus lib. 3. cap. 21. Itinerarium Ieroſolymitanũ hoc vocabulo velocem ſignificari ait, de cuius oſtiis inter Auctores eſt diſſentio. Liuius plura ei tribuit, Diodorus 5. Polyb. & Ptolom. 2. Actor vitæ S. Benigni 9. quibus ſeſe mari vertiginoſus inſinuat, fortè alludens ad illud Virgilij Æneid. 1. de Timano.

Rodanus fluuius, qui & Eridanus Græcis, vt Oppiano l. 1. Halieutic.

Vnde per ora nouem, &c.

Sed nec omittendus verſus Silij Italici lib. 3.

Aggeribus caput Alpinis, & rupe Niuali
Proſilit in Celtas, ingentemque extrahit amnem.

Spumanti

Spumanti Rodanus proſcindens gurgite campos,
Ac propere in pontum lato ruit inclytus alueo,
Auget opes ſtanti ſimilis, tacitoque liquore
Miſtus Arar, quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, raptumque per arua
Ferre vetat patriam vicina ad littora nomen.

Vnde dicitur à Solino cap. 8. Torrentior ipſo freto quod inuadit. Ei verò Rodano impoſitus eſt pons Lugduni 21. arcuum, longus 900. paſſus, ſeu gradus communes, cùm Araricus tantùm 9. arcubus conſtet. Adde etiam in honorem huius fluminis, quod ſanctus Hilarius dicitur à S. Hieronymo in epiſt. ad Galatas Latinæ eloquentiæ Rodanus, & à Fortunato lib. 1. vitæ ſancti Martini,

—— Rodano torrentior amplo.

Hinc S. Ambroſius de celeri obitu Valentiniani, & Gratiani Impp. Lugduni, rapidiora, inquit, vtriuſque vitæ fuere curricula quam Rodani ſunt fluenta, vnde ab eo profundum impelli ait Seneca in Medæa v. 886. De Arari verò Seruius in 3 Egloga Virgilij, & Golutus lib. 2. Commentar. Sequanicorum, ſed penè exciderat, quod Ennodius in Lugdunenſium laudem protulit,

Quo natos Rodanus nix probitatis habet.

Præterea hæc metropolis habet Suffraganeos quatuor ſupra expoſitos. At in ipſius diœceſi hæ ſunt Abbatiæ.

Flor. 400. Athanati O. B. *Aſnay.*
Flor. 64. S. Mariæ de Miratorio O. C. *Miroir.*
Flor 33. Benedictionis O. C. *Benizon.*
Flor 450 Inſulæ Barbaræ O. B. *l'Iſle Barbe.*
Flor. 200. Bellę villę O. A. *Belle-Ville.*
Flor. 500. S. Martini Sauiniacenſis O. B. *Sauigny.*
Flor. 450. De Ambroniaco O. B. *Ambornay.*
Flor. 250. S. Remgeberti O. B. *S. Remberg.*
Flor. 33. Vallis Benedictæ O. C. *Vau-Benoiſt.*
Flor. 60. Caſſanię O. B. *Chaſſaigne.*
Flor 33. De Iugo Dei O. B. *Ioug-Dieu.*
Flor. 1100. S. Eugendi Iurenſis O. B. *S. Oyant, ou S. Claude.*
S. Petri fœminarum nobilium O. B. *S. Pierre de Lion.*
Boni-loci fœminarum. *Bon-lieu.*
L'aſſault fœminarum, & celebris Prioratus Giniaci Cluniacenſis in Burgundię Comitatu. Sunt & in vrbe pręter Cathedralem, Eccleſię collegiales, S. Iuſti cum 25. Canonicis, S. Pauli cum 20. Canonicis, S. Nicetij cum 18. vt in diœceſi Archipresbyteratus 16. Parrochiæ 750. Prioratus 124. circiter. Pro Corollario addimus hîc verba Gregor. 7. lib. 6. epiſt. 36. qui ſcribens Canonicis Lugdunenſibus: *Volumus*, ait, *vt nobilitatem quâ inter Gallicanas Eccleſias, veſtra huc vſque reſplenduit Religionis exemplo, nunc quoque vigilanter cuſtodiat, & vt gloriam, quam præ cæteris hactenus habuit in dignitate, nunc augere in forma Religionis.* Sic Innocentius 4. eam titulis nobilitatis inſignem, fidei puritate pollentem, pacis vnione concordem, rerum affluentia locupletem, ſitu loci communem & habilem vniuerſis appellauit, apud Bzouium A. C. 1251. nu. 8. lege S. Bernardi epiſtolam 175. vnde intelliges huic ſanctiſſimo viro cum Lugdunenſibus Canonicis eamdem fuiſſe concertationem de Virginis Deiparæ Conceptione, quæ Petro Cellenſi cum Nicolao S. Albini in Anglia monacho Benedictino: quâ de re ipſe Petrus epiſt. 23. lib. 6. qui ſapienter eâ in re nihil innouandum ante Sedis Apoſtolicæ decretum cenſuerunt, de cuius controuerſiæ ſedatione Azor. p. 1. lib. 4. cap. 34. & p. 2. lib. 1. cap. 2. Bonifacius hiſtoriæ Virginalis lib. 1. cap. 4. Baron. Martyrol. 8. Decemb. Vion lib. 5. c. 103. Delrio Panegyri 1. Floridæ Marianæ, Toletus lib. 1. c. 36. Præſules verò Eccleſiæ Lugdunenſis hi ſequuntur, ex Iacobo Seuertio Pariſienſi Theologo, ac Lugdunenſi Eccleſiaſte, viro eruditiſſimo, & nobis amiciſſimo. E quibus fuere 10. Cardinales. Sed quęrunt, imò & queruntur multi, cur vndecimus nunc non adcenſeatur, nihil pietate & eruditione aliis inferior.

1. *S. Photinus*, vel Pothinus, miſſus à S. Clemente, *Ivo, & Chronicon Antiſſiodorenſe, ac Lemouicenſe, atque Alexandrinum Martyrol. 2. Iunij, Galtherus ſæculo 2. Ordericus lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſt. Eu. herius homiliâ de S. Blandina, Vincentius lib. 10. c. 99. Volaterranus l. 18. Faſciculus temporum, Nauclerus tomo 2. Mathæus Weſtmonaſterienſis*, à quo dicitur ſenex mirabilis.

2. *S. Irenæus* floret ſub Commodo doctrina inſignis, vt ait Iſidorus & Flauius Dexter, in fragmento Chronici A. C. 185. paſſus ſub Seuero 205. cuius corpus releuatum à Petro de Turcyo Legato 8. Idus Aprilis 1410. de quo Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Feuardentius Præfat. in opera huius Doctoris, Baron. & Galeſinus in Martyrol. 4. Calendas Iullias, Galtherus ſæculo 2. Chronic. Alexandrinum, Ordericus l. 1. S. Hieronymus in Catalogo cap. 35. Honor. Auguſt. cap. 33. At in Breuiar.

nouo Biſuntino dicitur Burgundiæ Apoſtolus, & ſepultus à Zacharia Presbytero in criptâ. Ipſe quoque Irenæus lib. 3. c. 3. indicat ſe vixiſſe Eleutherio Romæ ſedente, ſub cuius, inquit, ordinatione, & ſucceſſione veritatis traditio, & prædicatio peruenit vſque ad nos.

3. *S. Zacharias.*

4. *S. Helius*, vel Helias.

5. *Fauſtinus*, cuius meminit S. Cyprianus epiſt. 67.

6. *Verus.*

7. *Iulius.*

8. *Tomaus*, vel Ptolomæus.

9. *Vocius.*

10. *Maximus*, fortè is, de quo Eucherius in Homilia inter eas, quæ Emiſſeno tribuuntur.

11. *Tetradius.*

12. *Veriſſimus* in Concilio Sardicenſi 347. ſed cum dicere, ſolum è Gallicanis Epiſcopis ei Synodo interfuiſſe, temerarium puto.

13. *S. Iuſtus* intereſt Concilio Aquileienſi 381. Iuo, Chronologia Lirinenſis p. 316. Galtherus ſæculo 4. Martyrol. 25. Septemb. Petrus Venerab. l. 1. epiſt. 9. ſepultus in Eccleſia SS. Machabæorum, quæ poſtea S. Iuſti dicta extra muros in colle ab hæreticis fuit omnino diruta 1562. nunc intra vrbem inſtaurata, olim hoſpitium Innocentij 4. & vbi Clemens 5. coronatus.

14. *S. Albinus*, vel Alpinus 15. Septembris.

15. *S. Martinus.*

16. *S. Antiochus* 15. Octobris, cui à nonnullis præponitur Antherus.

17. *S. Elpidius*, cuius corpus quieſcit in pago de ſuo nomine, ait Ferrarius 2. Septembris in Piceno.

18. *S. Sicarius* 11. Aprilis.

19. *Senator.*

20. *S. Eucherius* Martyrol. 16. Nouembris, Ado Chronic. 452. Chronic. Lirinenſis pag. 352 Marcellinus Comes Chronico 456. Sidonius lib. 4. epiſt. 3. Petrarcha de vita ſolitaria lib. 2. ſect. 3. cap. 14. ornatus in ſententiis, elegans in verbis, Chron. Autiſſiod. Multa ſcripſit tam Eccleſiaſticis, quàm Monaſticis ſtudiis neceſſaria. At egregiam vitam morte confirmat anno 26. Theodoſij, Proſper, Trithem. Bellarm. ſed in Chron. Maximi notatur obiiſſe 449. vbi malè appellatur Euſebius. Interfuerat Cõcilio Arauſicano circa A. C. 441. alius ab Eucherio in Concil. 2. Arauſicano circa 529. vt notat Binius. Prioris meminit Claudianus de ſtatu animæ lib. 2. c. 10. poſterioris Cyprianus in vita Cæſarij, apud Surium. Noſtri verò libros vocat Saluianus ſtilo breues, doctrinâ vberes, lectione expeditos, inſtructione perfectos, menti, ac pietati pares. Vide Collecta Flori inter opera Agobardi. Ipſe verò in Homelia de S. Blandina vocat ſe Lirini alumnum, & Photini ſucceſſorem, de quo etiam Gennadius cap. 63. Iſidorus c. 16. Honorius Auguſtodunenſis. Eius operâ Romæ à Galeſino edita 1564. & Homiliꝫ extant tomo 2. Bibliothecæ Patrum, & alia opuſcula in Chronologia Lirinenſi. Et certè meritò appellatur præcipuus Lugdunenſis Eccleſiæ Antiſtes, in vita S. Capraſij

21. *S. Veranus* 11. Nouembris in Martyrol. Romano, Bedæ, Vſuardi, & Adonis, eumque memorari puto in epiſtola 4. Hilarij Papæ, & eum qui ſcribit Leoni Papæ cum Sagittario, in epiſtola quæ ponitur poſt 51. ipſius Leonis de quo etiam Gennadius cap. 63. de Viris Illuſtribus. Porrò huic nonnulli Salonium præponunt. Tomo I. Concil. Salonius.

22. *S. Patiens* conſtruxit Eccleſiam S. Stephani, vt coniicit Sirmundus ad Sidonium epiſt. 10. lib. 2. Obiit 491. 11. Septembris, apud Baronium.

23. *S. Affricanus*, à quo tutelari Patrono inditum nomen Eccleſiæ Vabrincenſi.

24. *S. Ruſticus*, vel Ruſticius, apud Ennodium, in vita ſancti Epiphanij, & Baron.

25. *S. Stephanus.* Ei ſcribit Ennodius l. 3. epiſt. 1. vt notat Iacobus Sirmundus.

26. *S. Lupicinus* 3. Februarij, alius à Lupicino Abbate Iurenſi 21. Martij.

27. *S. Viuentiolus*, Concilio Epaunenſi 509. Martyrol. 12. Iunij. Citatur in Concilio Meldenſi cap. 73. ſubſcribit fundationi Cœnobij Agaunenſis, per Sigiſmundum Burgundiæ Regem factꝫ. Cuius verò doctrinæ fuerit non ſolùm ipſius, ſed & aliorum de eo ſcripta teſtantur, apud Agobardum: & fruſtrà ſunt, qui hic Belnenſe Concilium ſomniant aliud ab Epaunenſi, de quo in Lingonenſibus num. 16. Porrò Eucherium 2. nonnulli ſubiiciunt hoc loco poſt Viuentiolum.

28. *S. Lupus* ex Anachoreta inſulæ Barbaræ, vbi & quieſcit 25. Septembris. Interfuit Concilio 3. Aurelianenſi 540.

29. *Leontius.*

30. *S. Sacerdos* 12. Septembris, conſtruxit Eccleſias S Pauli, & S. Eulaliæ, quꝫ nunc eſt S. Georgij, à qua vna portarum vrbis denominatur.

31. *S. Nicetius*

31. *S. Nicetius* 4. Nonas Aprilis. Nominatur in inſtrumento S. Germani Epiſcopi Pariſienſis anno 5. Regis Chariberti 569. & Gregor. Turonenſis lib. 5. cap. 20. Galthero ſeculo 6. Vir totius religionis dicitur in vita Greg. Turon. habetque Lugduni Eccleſiam celebrem collegialem, & parrochialem, vulgò *S. Niſier*.

32. *S. Priſcus*, in Præfatione Concilij 2. Matiſconenſis 582. dicitur Patriarcha. Vide C. prima adnotatio diſtinct. 16. Concilium 2. Lugdunenſe 587. Concil. 2. Valentinenſe 589. & citatur in Concilio Meldenſi cap. 73.

33. *S. Ætherius*, *Trier* adduxit ex Hiſpaniâ Cabilonum Ermembergam vxorem, Theoderico Regi. Meminit Gregorius Magnus lib. 9. epiſt. 41. & Gregorius Turonenſis lib. 10. cap. 28. à quo Ætherio S. Auſtregiſillus (poſtea Archiepiſcopus Bituricenſis) ordinatus fuit Preſbyter, & Abbas S. Nicetij, quique Ætherius in vita M. S. Auſtregiſilli dicitur inter ſtratores domus Guntranni Regis vir præſtantiſſimus, prudentiſſimus, & ſingulari cautelæ deditus, cui Rex omnia tractatus ſui opera peculiariter permittebat, qui dignus Epiſcopatu, poſtea in Lugduno nobiliſſima Galliæ ciuitate Epiſcopus ordinatus eſt. Malè verò dicitur Lingonenſis Archiepiſcopus pro Lugdunenſi, apud Aymoinum lib. 3. cap. 90. vitio Librarij.

Aliàs legitur operta pectoris pandebat.

34. *Secundinus* ſuccedit Ætherio 604. apud Herman. contract. & Aymoin. l. 3. c. 90.

35. *Dalphinus*, legendus Malmeſburienſis l. 3. Beda lib. 5. c. 20. hiſtor. Angl. Baron. 614.

36. *Chagnoaldus* diſcipulus S. Columbani, vt eſt in ipſius Columbani vita cap. 16. alius à Chainoaldo Epiſcopo Lauduni Clauati, apud Flodoardum lib. 2. cap. 5. cui ſedi hic reſtituendus.

37. *Aridius* tempore Theodorici Burgundiæ Regis Eccleſiam S. Crucis conſtruxit, & S. Iuſti baſilicam reſtituit, de eo Appendix Gregorij Turonenſis cap. 24. 30. & 31. Aymoinus lib. 3. cap. 90. & 94. vnde patet eum Secundino ſucceſſiſſe, & ſic Dalphinum, & Chagnoaldum hinc mouendos, & alibi in hac ſerie collocandos, niſi potius Chagnoaldus Lugduno Clauato ſit reddendus, vt iam monuimus.

38. *Tetricus*, cuius tempore floruit S. Baldomerus, vulgò *S. Germier*, 27. Februarij.

39. *Viuentius*, ex Abbate S. Iuſti.

40. *Gaudericus*, quem credo eſſe eum qui in Synodo, apud Flodoardum lib. 2. cap. 5. dicitur Theodoricus circa 634. Interfuit Concilio Cabilonenſi circa 650.

41. *S. Annemundus* 28. Septembris. Vide epiſtolam Leidradi Archiepiſcopi Lugdunenſis ad Carolum Magnum inter opera Agobardi, vulgò *S. Chaumond*. Is cognomento fuit Dalphinus, & idem forte cum 35. huc referendo.

42. *S. Geneſius* 14. Aprilis, ex Abbate Fontinellæ, ſeu S. Vandregiſili. Eius corpus quieſcit in Abbatia de Cala, *Chele*, agri Pariſienſis.

43. *S. Lambertus* conſecrauit S. Auſbertum Rotomagenſem 22. Archiepiſcopum, apud Molanum & Miræum in Natal. Belgic. 14. Aprilis. Quâ die etiam Vion conſulendus in Martyrolog. Monaſt. & Nicolaus *Taillepied* in Antiq. Rotomagi, & autor vitæ S. Vandregiſili, vbi Lambertus vocatur vir eximiæ religionis, & gentis in territorio Teroanenſi.

44. *Iſaac*.

45. *Leboinus*, vel Loboinus.

46. *Gadinus*.

47. *Fraldus*, vel Faraldus, vel Focoaldus, vel Eraldus, tot enim modis ſcriptum inuenio huius Præſulis nomen, quorum vltimum verius eſſe credo. Memoratur in vita S. Mauri, vt vir induſtrius.

48. *Maldabertus*.

49. *Addo*, vel Ado.

50. *Ilduinus*, vel Hilduinus.

51. *Leidradus* Reliquias B. Cypriani Cartaginienſis Lugduni, regnante Carolo Magno ſuſcepit. Quâ de re Legendus Ado in Martyrolog. 14. Septembris. Extat eius epiſtola ad Carolum Magnum inter opera Agobardi. At Leidrado Lugdunenſi, & Nebridio Narbonenſi ſcribit Alcuinus contra Elipondum Archiepiſcopum Toletanum, qui & epiſtol. 69. meminit Leidradi. Nominatur etiam in Teſtamento Caroli Magni 811. Sed non omittenda videtur hic epiſtola Leidradi ad Carolum Imperatorem, quæ ſtatum Eccleſiæ Lugdunenſis hoc tempore indicat.

Summo Carolo Imperatori Ledradus Epiſcopus Lugdunenſis. S. Domine noſter, conſtans, & ſacer Imperator, ſupplico clementiæ celſitudinis veſtræ, vt hanc breuem ſuggeſtiunculam meam vultu ſereniſſimo audiatis; quatinus quæ hic incerta ſunt, piiſſimæ prudentiæ veſtræ nota fieri queant, & intentio mea poſt lationis ab ingenua clementia veſtra reminiſce-

tur. Olim me exiguiſsimum famulorum veſtrorum ad regimen Eccleſiæ Lugdunenſis deſtinare voluiſtis, cùm ego huic officio impar exiſterem, & indignus, ſed vos, qui non attenditis hominum merita, ſed veſtram ſolitam clementiam, egiſtis de me, ſicut ineffabili pietati veſtræ placuit, nullo exiſtente merito meo, méque admonere dignati eſtis vt ego ſollicitudinis curam gererem. Et vt negligentiæ, quæ in prædicta Eccleſia perpetratæ noſcebantur, emendarentur, & perpetrandæ vitarentur. Erat enim dicta Eccleſia, multis in rebus deſtituta, interius, exteriuſque, tàm in officiis, quàm in ædificiis, & cæteris Eccleſiaſticis miniſteriis. Ego humillimus ſeruulus veſter, poſt- B *quam ibidem perueni, quæ cum Dei adiutorio, & veſtro peregi, audite. Quoniam, vt inſpector conſcientiarum Dominus omnipotens mihi teſtis eſt, non tali intentione, ea vobis patefacio, quæ dicturus ſum, vt propterea in rebus augeri merear, neque aliud tale in mea cogitatione compoſui, vt acquiſitionis mihi occaſio ſit: nec ſuggero, quoniam quotidie exitum à rebus humanis ſuſpicor propter infirmitatem meam, & inceſſanter de morte ſuſpectus ſum. Et ideo hæc ſuggero, vt cùm benigniſsimis auribus veſtris præſentata fuerint, & clementer inſpecta, ſi qua bene, & ſecundum voluntatem veſtram geſsi, poſt meum diſceſſum non deficiant, aut pereant.* C *Denique poſtquam ſecundum iuſsionem veſtram, ſæpe dictam Eccleſiam ſuſcepi iuxta vires paruitatis meæ, omni induſtriâ egi, vt Clericos Officiales poſſem habere, ſicut iam Deo fauente ex magnâ parte mihi habere videor. Et ideo officio veſtræ pietatis placuit, vt ad petitionem meam mihi concederetis redditus, qui ab antiquo fuerant de Lugdunenſi Eccleſiâ, per quam, Deo iuuante, & mercede veſtrâ annuente in Lugdunenſi Eccleſiâ eſt ordo pſallendi inſtauratus, vt iuxta vires noſtras (ſecundum ritum ſacri Palatii) omni ex parte agi videatur, quicquid ad diuinum præſoluendum Officium ordo expoſcit.* D *Nam habeo ſcholas Cantorum, ex quibus plerique ita ſunt eruditi, vt alios etiam erudire poſſint. Præter hæc verò, habeo ſcholas Lectorum non ſolùm qui Officiorum lectionibus exerceantur, ſed etiam in diuinorum librorum meditatione ſpiritalis intelligentiæ fructus conſequantur, ex quibus nonnulli de libro Euangeliorum ſenſum ſpiritalem eum ex parte adipiſci poſſunt. Plerique verò librum Prophetarum ſecundum ſpiritalem intelligentiam adepti ſunt. Similiter libros Salomonis, vel libros Pſalmorum, atque etiam Iob. In libris quoque conſcribendis, in eadem Eccleſia in quantum potui, elaboraui. Similiter veſtimenta ſacerdotum, vel miniſteria procuraui. De reſtauratione etiam Eccleſiarum in quantum valui, non ceſſaui, itavt eiuſdem ciuitatis maximam*

A *Eccleſiam, quæ eſt in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ, à nouo operuerim, & macerias ex parte erexerim: ſimiliter Eccleſiæ ſancti Stephani tegumentum, de nouo inſtauraui, Eccleſiam quoque ſancti Niceti de nouo etiam reædificaui, ſimiliter Eccleſiam ſanctæ Mariæ, præter Monaſteriorum reſtaurationes, domus quoque Epiſcopales, inter quas vnam reſtaurani, quæ iam penè deſtructa erat, quam operui; aliam quoque domum cum ſolario ædificaui, & duplicaui, & hanc propter vos paraui, vt ſi in iſtis partibus, veſter eſſet aduentus, in ea ſuſcipi poſſetis. Clauſtrum quoque Clericorũ cõſtruxi, in quo omnes nunc, ſub vno conclaui manere noſcuntur.*

Eccleſia S. Ioannis.

B *In eadem ciuitate alias reſtauraui Eccleſias: vnam quidem in honorem ſanctæ Eulaliæ, vbi fuit Monaſterium puellarum, in honorem ſancti Georgii, quam de nouo operui, & ex parte macerias eius à fundamentis erexi. Alia quoque domus in honorem ſancti Pauli de nouo operta eſt. Monaſterium quoque puellarum in honorem ſancti Petri dicatum, vbi corpus S. Annemundi Martyris humatum eſt, quod ipſe ſanctus Martyr, & Epiſcopus inſtituit, ego à fundamentis tàm Eccleſiam, quàm domum reſtauraui, vbi nunc Sanctimoniales numero triginta duæ, ſecundum inſtitutionem regularem viuentes, habitare videntur, &* C *Monaſterium Regale Inſulæ Barbaræ (ſitum in medio Araris fluuii, quod antiquitus eſt dedicatum in honorem ſancti Andreæ Apoſtoli, & omnium Apoſtolorum, nunc autem in honorem ſancti Martini, recèns videtur eſſe fundatum iuſſu Domini Caroli Imperatoris, qui ibidem præfecit Dominum Benedictum Abbatem, cum quo ſimul direxit ibi ſuos Codices) ita reſtauraui, vt tecta de nouo fuerint, & aliqua de maceriis à fundamentis erecta, vbi nunc Monachi ſecundum regularem diſciplinam numero nonaginta habitare videntur: cui etiam Abbati tradidimus poteſtatem ligandi, & ſoluendi, vbi habuerunt Prædeceſ-* D *ſores ſui, ſcilicet Ambroſius, Maximinus, Licinius, clariſsimi viri, qui ipſum locum rexerunt: quos Eucherius, Lupus, atque Geneſius, cæterique Epiſcopi Lugdunenſes, vbi ipſi deerant, aut non poterant adeſſe, mittebant concognituros, vtrùm Catholica fides rectè crederetur ne fraus hæretica pullularet. Quibus illis in tantùm erat commiſſa cura, vt ſi Eccleſia Lugdunenſis viduaretur proprio Patrono, ipſi in cunctis adeſſent Rectores, & Conſolatores, quouſque à Domino digniſsimo illuſtraretur Paſtore. Nos ſimiliter poſteris illorum hanc poteſtatem tradidimus. Inſuper iuſsimus fieri decreta priſcorum Regum Franciæ, vt quemadmodum ipſi ſtatuerunt monimenta emendi, & augendi locum in omnibus rebus, quas ad præſens habere videntur, vel in*

S. Eulalia.

Inſula Barbara.

Fortè legendum, vti.

futuro

futuro Deo auxiliante) acquirere poterunt, ſine vlla querimonia, per ſæcula poſſideant.

52. *S. Agobardus.* In Breuiario Lugdunenſi 8. Idus Iunij. Baron. 823. 825. 831. 835. eius Opuſcula nuper edita fuere à Papirio Maſſono, ſed quæ prohibentur, donec corrigantur, in indice Magiſtri ſacri Palatij pag. 337. & habentur Tomo 9. Bibliothecæ Patrum edit. 4. Extant de eo carmina Strabonis Augienſis, apud Caniſium tomo 6. Antiquæ Lectionis.

53. *Amulo,* vel Amulus, in Capitularibus Regum Franciæ 846. & 847. & apud Gordonum. Ei ſcribit Guenilo Senonenſis, apud Lupum Ferrarienſem epiſt. 81. de eo Trithem. vbi eum ſcripſiſſe ait contra Iudæos, & dicitur Amulus Flodoardo lib. 3. c. 21.

54. *S. Remigius*, apud Flodoardum l. 3. cap. 21. Lupum Ferrarienſem epiſt. 122 in Synodo Valentinenſi 855. & Tullenſi 859. Baron. Hunc verò Remigium Auctorem Commentariorum in Epiſtolas Pauli, qui ſancto Ambroſio tribuuntur, Maldonatus exiſtimat. Quo tempore ſcripta eſt Epiſtola nomine Eccleſiæ Lugdunenſis aduerſus Ioannem Schotum, eaque extat Tomo 4. Bibl. Patrum editionis 4.

55. *S. Aurelianus* apud Flodoardum l. 4. cap. 1. in Synodo Pontigonenſi 876. Tricaſſinâ 878. & Cabilonenſi 889. & in alia item Cabilonenſi Calendis Maii, Indict. 4. 894. cum Ardrado Cabilonenſi, Gualone Æduenſi, Geraldo Matiſconenſi, & Legatis Thetbaldi Lingonenſis, in qua auditus Gerfredus Monachus & Leuita Flauiniacenſis infamatus, quòd veneficio mortem intuliſſet Adalgario ſuo Epiſcopo, vt eſt in Cartulario illius Cœnobij.

56. *Alvalonus*, vel Alualo.

57. *Auſterius*, in inſtrumento S. Stephani Diuionenſis nominatur cum Agrino 40. Lingonenſi, & Giraldo 26. Matiſconenſi 912. anno Regis Caroli Simplicis 13. Hic verò apponendus videtur alter Remigius circa A. C. 919. Vide Æduenſes nu. 43.

58. *Aucherius*, vel Aucherius 927.

59. *Guido* in Synodo Trenolchiana, ſeu Tornuſiana ad Ararim 944. Obiit Nonis Octobris.

Sigisbertus Archiepiſcopus. 60. *Bernardus* circa 946. poſt quem addunt Sigibertum.

61. *Amblardus*, vel Ambladus 956. inſtaurator Abbatiæ Atanatenſis, de qua infrà in Abbatus.

62. *Burchardus*, vel Brocardus, confirmauit Brunonenſem Epiſcopum 47. Lingonenſem in Eccleſia ſancti Stephani Diuionenſis 981. Indict. 9. Habuit Concilium Anſanum 1025. Eſt autem Anſa oppidum non longè ab Arari, 4. leucis diſtans Lugduno, in dominio Eccleſiæ, Archipreſbyteratus titulo clarum. Sed de Burchardo plura Glaber lib. 5. cap. 4. vbi ait eo mortuo S. Odilonem Cluniaci Abbatem recuſaſſe Archiepiſcopatũ Lugdunenſem, vbi & de altero Burchardo inuaſore meminit, de quo poſteriore credo Hermannum cõtractum intelligendum, cùm ait eum fuiſſe genere nobilem, & ſtrenuum, ſed per omnia ſceleſtum, & ſacrilegum. Anſa.

63. *Odelricus*, vel Odolricus, Glabro lib. 5. cap. 4. electus ex Archidiacono Lingonenſi, cui Glabro cõcordat Chronicon Benignianum, vbi dicitur Odelricus fuiſſe tunc in Palatio Regali, ætate pariter, ac conuerſatione prouectus, litteris apprimè eruditus, quem dominus Alinardus ſuaſit expetendum, quem & ſapientiæ vbertas & ſenectutis cõmendabat dignitas, qui rexit Eccleſiam Lugdunenſem per annos 5. verbo, & exemplò, poſtcà à quibuſdam inuidis veneno peremptus. Subſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi Veſuntini 1044. 8. Calend. Aprilis, cum Valtherio 35. Matiſconenſi, & Hugone 50. Lingonenſi.

64. *Alinardus*, ex Abbate S. Benigni Diuionenſis 34. in cuius loci Chronico M. S. dicitur diuinitus reuelatus prudenter, ſobriè, iuſtéque viuens, à Papa Gregorio confirmatus: interfuit Concilio Remenſi 1049. natus erat patre Lingonenſi, matre Eduenſi nobilibus, filius ſpiritualis è fonte Valtherij Epiſcopi 46. Eduenſis, quem monumenta Benigniana notant coram Imperatore noluiſſe iurare, cùm ordinaretur ab Hugone Biſuntino 48. Archiepiſcopo 1046. in loco *Herbeſtein*, (quo vocabulo ſignificantur bonæ manſiones) cumque poſt ann. 7. Pontificij obiiſſe Romæ 1052. 4. Calend. Auguſti in ſancti Gregorij Monaſterio, quod olim ipſe Gregorius Magnus in paterna domo apud Cliuum Scauri, Sancto Andreæ dicauerat Baron. 356. n. 28. & ipſe Gregorius l. 9. epiſt. 9. vbi nunc degunt Camaldulenſes. Sepultus verò fuit Alinardus à nobilibus Romanis Arcu tombæ impoſito ad læuam partem baſilicæ Patriarchalis S. Pauli viâ Oſtienſi, quam incolunt Monachi ſancti Benedicti, de qua baſilica poſt Onuphrium, Hugonium,

Marlianum, & Fuluium, Baronius ad A Martyrol. 18. Nouemb. & Annal. lib. 1. Octauius Pancirolus in Theſauro rerum ſacrarum vrbis Romæ. Quod autem de iuramenti recuſatione diximus ad id referri poteſt, quod ait Baſilius Seleuciæ Epiſcopus in Concilio Chalcedonenſi, hactenus iuramentum Epiſcopis neſcimus oblatum, legendus Gratianus 22. q. 1. cap. 22. & qu. 5. cap. 2. & cap. 51. de Teſtibus, S. Thomas 2. 2. quæſt. 89. & ibi Valentia, Sotus l. 8. de Iuſtitia, Scholaſtici in 3. diſtinct. 39. Azor p. 1. Baron. A. C. 1095. agens de Concilio Claromontano, quo inter cætera cauetur ne B Epiſcopus, vel Sacerdos Regi, vel alicui laico in manibus ligiam fidelitatem faciat, quâ de re videndus Rebufus in Concord. de Regia ad prælaturas nominatione, Suarez lib. 1. extremo de Religione, Burcardus lib. 2. cap. 188. Iuo p. 2. cap. 233. vbi ſancitur ne vllus ex Eccleſiaſtico ordine cuipiam laico ſuper ſancta Euangelia iurare præſumat, ſed ſimpliciter cum veritate dicat, eſt, eſt, non, non, quod eſt, ex Concilio Remenſi: licet tamen, ex cauſa neceſſaria iurare, etiam Religioſis, vt ait Innocentius 3. C. Etſi Chriſtus 26. de iureiurando, quod eſt ad Abbatem, & Capitulum Caſtellionis ad Sequanam. Sic Prætor apud Gellium lib. 10. cap. 5. ait *Flaminem dialem in omni mea iuriſdictione iurare non cogam*, quâ de re Dio lib. 59. Liuius 31. extremo. Quo autem ritu fiat, & vnde dicatur, vaſſallus ligius docet, Lælius Biſciola lib. 17. cap. 22. & præcipuè notanda verba cap. vlt. de Regulis Iuris *pro ſpiritualibus homagia non fieri.*

Iuramenta quomodo Clericis prohibita.

65. *Humbertus.* Ei, & Aganoni 49. Eduenſi ſcribit Greg. 7. lib. 2. epiſt. 15. Indictione 13. Item Humberto Soli lib. 1. epiſt. 62. Indict. 12. 3. Idus Nouembris 1074. & 1075. quibus in locis agitur de Epiſcopo Matiſconenſi & Clericis eius.

66. *Gofridus.* Memoratur in vita ſancti Hugonis Abbatis 6. Cluniaci ſcripta ab Hugone Monacho in bibliotheca Cluniacenſi, vbi Agano Eduenſis, Drogo Matiſconenſis, & Acardus Cabilonenſis recenſentur.

Beaujeu.

67. *Gebuinus* dedicat Eccleſiam collegialem Belli-Ioci fundatam à Beraldo præſente Hugone Dienſi, & Landrico Matiſconenſi, Baron. 1079. Ei confirmat Primatum Gregor. 7. lib. 6. epiſt. 34. & 35. apud Baron. tomo 11. Annal. 1079. ſepultus fuit in Eccleſia ſancti Irenæi, vbi colitur vt Beatus vulgò *Sainct Iubin*, quem apud quoſdam ſequitur Arnulphus.

68. *Hugo*, de eo Vincentius lib. 26. cap. 95. Leo Caſſinenſis lib. 3 cap. 64. & 74. S. Anſelmus lib. 2. epiſt. 11. lib. 3. epiſtola 24. & 33. Iuo Carnotenſis ſæpe ei ſcribens, Baron. tomo 11 vir Religione, prudentiâ, & auctoritate mirabilis, in l. M S. de exordio Ciſtercij, cuius Ordinis, & monaſterij inſtitutionem probat 1098. Abſoluit Fulconem Andegaui Comitem præſente Adelberto Bituricenſi 62. & Gofrido Vindocinenſi Abbate 1094. die feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ in Abbatia ſancti Florentij prope Salmurium ad Ligerim, Galliarum omnium Legatus, in vita ſancti Hugonis, Calend. Aprilis apud Surium. Interfuit Concilio Claromontenſi 1095. eodémanno more Gallico adhuc fluente 6. Idus Martij in dedicatione Maioris monaſterij ab Vrbano 2. peracta recenſetur, vbi Galliæ Primas nominatur à Ioanne Monacho eiuſdem cœnobij. Præterea memoratur inter Cardinales ſub Alexandro 2. ab Onuphrio, cùm nondum eſſet ex Epiſcopo Dienſi Archiepiſcopus Lugdunenſis, & cap. 10. 9. quæſt. 2. & apud Malmeſburienſem de Geſtis Pontificum Anglorum dicitur magni nominis & pietatis, nec egenus Religionis, à quo ſuſceptus fuerit ſanctus Anſelmus Lugduni Edinero referente. Idem quoque Hugo Legatus Gregorij 7. in Concilio Lugdunenſi depoſuit Manaſſem Archiepiſcopum 44. Remenſem 1084. cui ipſe Gregorius ſæpiſſimè ſcribit, etiam Epiſcopo Dienſi in Burgundia lib. 2. epiſt. 43. & aliis. At de igne à monaſterio Marciniacenſi miraculosè ab eo depulſo, Petrus Venerabilis lib. 1. Miracul. cap. 22 & 26. eidemque mandat Vrbanus 2. vt tanquam Legatus Sedis Apoſtolicę cōpellat Archiepiſcopū Aquenſem obedire Narbonenſi Primati ſuo. Vide etiam Tauellum in Epiſcopis Senonenſibus pag. 70. Obiit 1106. Salaminæ, ſeu Famagoſtæ, Chron. Cadurcenſ. Nec omittendum quod vnus fuit ex tribus quos Gregorius 7. moriturus Pontificatu dignos iudicauit apud Paulum Bernriedenſem.

Ciſtercium

69. *Gaucerannus*, vel Iocerannus. Nominatur in Diplomate Diuionenſi, cum Eberardo Matiſconenſi, & Guidone Gebennenſi Epiſcopis 1116. vbi agitur de Regularizatione Canonicorum ſancti Stephani, ad quem ſcribit Iuo epiſtola 232. Nam I. littera capitalis, & ſingularis indicare poteſt, & Iocerannum,

&

& Ioannem, aliàs Iuo ſedens Carnuti in ordine Epiſcoporum 60. ab anno 1092. ad annum 1117. alium Ioannem videre non potuit, cùm præſertim eam epiſtolam Baronius referat ad A. C. 1113. niſi is Ioannes dicatur omiſſus in hoc Catalogo, quod ſuſpicatur Iacobus Sirmundus in Notis ad Gofridum Vindocinenſem. Idemque ſentit Iacobus Seuertius in 2 editione horum Præſulum, eumdem præponens Ioceranno.

Ioannes I. Archiep. Lugdunenſis.

70. *Vmbaldus*, vel Vnibaldus, vel Himbaldus. Interfuit electioni Erberti primi Abbatis ſancti Stephani Diuionenſis cum Ioceranno Lingonenſi 44. Epiſcopo, eidemque ſcribit ſanctus Bernardus epiſt. 22. & meminit Petrus Venerabilis lib. 2. Miracul. cap. 13. cùm fuiſſet Archidiaconus Eduenſis. Interfuit Concilio Remenſi 1119. apud Ordericum l. 12. vbi malè ſcribi puto Vmbertum, qui & Lugduni Papam Calixtum 2. excepit.

71. *Raynaldus* nepos ſancti Hugonis Cluniacenſis, ac frater Gofredi de Sinemuro, Vion lib. 2. cap. 25 Vide Lingonenſes num. 55. Huius verò Præſulis tale extat Epitaphium apud Petrum Venerabilem Cluniaci Abbatem.

De Semur porte coticé d'argent, & de gueule.

Gloria Pontificum iacet hic Præſul Raynaldus,
Magnus in exiguo conditus hoſpitio,
Vezeliacenſis prius Abbas, poſt Patriarcha
Lugduni fulſit factus honoris honor.
Prædia, theſauri, faſtigia celſa loquuntur,
Quo ſtudio primo præfuit ille loco.
Lugdunenſis apex iunxiſſet cornua cælo,
Ni celer occaſus ſurripuiſſet eum.
Cuius erat monachus, prope cuius ab vbere natus
Accubat in gremio nunc Cluniace tuo.
Quem tibi commiſſum numero coniunge piorum,
Cumque tuis precibus fac penetrare polum.

72. *Petrus*, apud Baronium 1136. tomo 12. Tyrium lib. 15. cap. 15. qui eum vocat natione Burgundionem, ex Viuarienſi Epiſcopo, cuius meminit S. Bernardus epiſt. 152. Petrus Venerabilis l. 2. epiſt. 2. & 18. eum appellans, *Patriarcham*, qui arbiter electus inter Aribertum Epiſcopum Taurinenſem, & Amedeum Sabaudiæ Comitem, Pedemontijque Principem 1138. apud Pingonium.

73. *Fulco*, apud S. Bernardum epiſt. 172. & 173. ex Decano.

74. *Amedeus* 1144. in diplomate Cæleſtini Papæ, quo ei confirmatur Primatus in tota Celtica.

75. *Humbertus*, vel Vmbertus, auctor domus Carthuſianæ in Brixia, vbi tandem Anachoretam profeſſus eſt, frater Raynaldi Balgiacenſis, cum quibus nominatur Pontius Matiſconēſis 42. 1149. in quodam inſtrumento, cui ſubſcribit inter alios teſtes Mayolus Rabutinus, apud Sanjulianum in Antiquitatibus Matiſconenſibus. Hic etiam Humbertus, qui & Vmbaldus, ex littera ſingulari v. ſcribens Sugerio Abbati Dionyſiano 26. hæc habet in C. Th. *V. Dei gratiâ S. Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus cariſſimo, & venerabili Sugerio S. Dionyſij Abbati debitam in Chriſto Ieſu ſalutem. Quo dolore, quibus lacrymis Orientali Eccleſiæ in tot, & tantis miſerijs nunc conſtitutæ compati debeamus, nullus fidelis, Deumque timens ignorat. Quâ verò vigilantiâ, quo ſtudio pro eius ſubuentione omnis Religioſus, & cultor ſollicitari debeat, ipſa quam patitur calamitas & afflictio manifeſtat. Verum, quia nos pro officio, & pro iure Primatus, ex parte Domini Regis, & Optimatum Regni, ad colloquium, quod apud Carnotam celebrari debet inuitati ſtis, ſciat charitas V. quod donec Senonenſis Archiepiſcopus in eadem cauſa Primatus nobis derogare non veretur, & Apoſtolicis mandatis contumax, & rebellis exiſtit, pudor nobis eſt ad illas progredi partes, vbi Domino Papæ contradicitur, & Lugdunenſis Eccleſia debito honore fraudatur. Ad hæc alio magno, & inopinato detinemur impedimento, quia Domnus Vlio Abbas, vir vtique magnus, & in Lugdunenſi Eccleſia præcipuus grauiter infirmatur, & quotidie ingraueſcente morbo ad exitum properare videtur: & quia caſtra, & munitiones Eccleſiæ noſtræ in manu ipſius ſunt, rogatu, & conſilio Clericorum noſtrorum longius exire ad præſens diſtulimus, ne fortè in abſentia noſtra filij huius mundi, qui ſemper Eccleſiis aduerſantur, oportunitatem malignandi inueniant, & Lugdunenſi Eccleſiæ inſanabile vulnus infligant. His igitur ex cauſis mittimus ad vos hunc venerabilem fratrem noſtrum, & dilectum Eccleſiæ noſtræ filium Domnum Stephanum, virum vtique religioſum, & in maximis exercitatum, qui vobis in cauſa noſtra, quantum licuerit, Dei vice aſſiſtat: & ſi quid de Senonenſi negotio ad honorem Dei, & Lugdunenſis Eccleſiæ per Domini Regis ſtudium, & veſtrum compoſitum fuerit, ad nos idoneè referat. Soluto enim huius diſcordiæ ſcrupulo, & pace inter Eccleſias reformata Domino Regi, & perſonis Eccleſiæ quolibet occurrere, & in hac cauſa conſilium Dei, & auxilium noſtrum parati ſumus impendere.*

Rabutin.

76. *Heraclius*, frater carne vocatur à

Petro Venerabili epiſt. 5. lib. 3. & ipſe vocat ſe Abbatem ſancti Iuſti, & memoratur in vita ſancti Anthelmi Bellicenſis 1157. Frater etiam fuit Pontij Abbatis Veſalienſis, ex epiſt. 4. & 33. eiuſdem lib. 3.

Bella villa.

77. *Drogo* 1164. inſtituit Stephanum Abbatem primum in Eccleſia B. Mariæ de Bella-villa, poſt quem electus inuenitur Gregorius; non conſecratus, aut poſſeſſionem non adeptus.

Vardenſes.

Riotier.

78. *Guichardus* nominatur in veteribus monumentis cum Galthero Epiſcopo 57. Lingonenſi. Fuerat Abbas 2. Pontiniaci, ex Chronico Autiſſiodorenſi. Ei ſcribit Alexander 3. cap. 1. de Depoſito, vt ex 2. Compilatione decretalium facilè colligitur. Conſecrauit altare ſancti Ioannis in Eccleſia ſancti Stephani Diuionenſis Epactâ 1. ſolaris Cycli 3. vt eſt in Cartulario illius Eccleſiæ 1171. cui & nonnullas donationes confirmauit, Baronius quoque tomo 12. A.C. 1176. ait Gilbertum Lugdunenſem Archiepiſcopum dediſſe ſententiam in Albienſes hæreticos, quem videtur poſtea nominare Gocelinum Leodienſem, niſi ſit error in nominibus. At conſulendus de Valdenſibus & Albigenſibus hæreticis Iacobus Galtherus ſæculo 12. Tabul. Chronol. Sepultus verò fuit ante maius altare Retorterij, ſeu Reoterij, vulgò *Rotier* 28. Iulij, quod eſt caſtrum ad Ararim diſtans 5. leucis Lugduno, quodque acquiſierat à Ioanne Brennenſi Comite Matiſconis pretio ſexdecim millium librarum. Dedicauit etiam Bellævillæ Eccleſiam Abbatialem 1179. cui dedicationi interfuit Stephanus Matiſconenſis Epiſcopus 41. de eo plura Henriquez in Faſciculo ſanct. Ciſtercij lib. 2. diſtinct. 10. cap. 17.

Talaus
Beleſme.

79. *Ioannes*, in Supplemento Sigeberti, & apud Baronium 1182. ex Epiſcopo Pictauienſi 64. & Narbonenſi, vt eſt in epiſt. 92. Stephani Tornacenſis, huncque eſſe credo, cui ſcribit Innocentius 3. I. quondam Archiepiſcopo Lugdunenſi C. cùm Marthæ, de Celebratione Miſſarum. Cognomentum verò fuit Ioanni non *de Talaru*, vel de *Bellis-manibus*, ſed Belliſmẽſis, *Beleſme* ex gente *de Talvas*, & Dominus Alenconij, & Pontinij. Erat enim filius Guilelmi, & B. Comitiſſæ de Varenna, inter quos coniuges diuortium factum, ob cognationem ipſius B. cum vxore priore defuncta, ſine iudicio Eccleſiæ, ad id tamen neceſſariò, etiam in publica, & notoria parentela, quare ipſum ad eam recipiendam, quæ petebat reſtitutionem diſtrictè compellendum ſcribit Alexander 3. Ambianenſi Epiſcopo C. Porrò de Diuortiis. Obiit verò Ioannes Monachus Claræuallenſis eiuratâ dignitate Archiepiſcopali, vt ex Annalibus Rogerij Houedenſis notauit Ægidius *Bry* in hiſtoria Comitatus Alenconij lib. 2. cap 17. & retulit Ioannes *Chenu*, apud quem legendum cognatam, pro cognatum, hincque patet, cur dictus fuerit ab Innocentio 3. quondam Archiepiſcopus.

Scotatio.

Franciſcani.

La Deſerte

80. *Raynaldus*, eius nomen legitur in Archiuis Diuionenſibus appoſito ſigillo cæræ viridis 1194. Confirmauit inſtitutionem Canonicorum capellæ Diuitum 1195. cum Garnerio Epiſcopo 59. Lingonenſi, huicque puto Innocentium 3. reſcribere c. 2 ex litteris, de Conſuetudine, vbi fit mentio Scotationis, & nominatur in Bulla Honorij 3. 1224. cum Duranno Epiſcopo 45. Cabilonenſi. Eo ſedente anno ſcilicet 1210. inſtitutus Franciſcanorum primus in Gallia Conuentus Villæ-Francæ, huius diœceſis, à Guichardo Bellijocenſi, *apud Franciſcum Gonzagam* in hiſtoria Seraphica, & apud Iacobum *Foderé*, & Claudium *Fisquet* in deſcriptione Prouinciæ S. Bonauenturæ, ſeu Lugdunenſis, ſeu Burgundiæ. Quo anno *Deſerta* fundatur Monaſterium à Blanca Guichardi vxore, & Franciſcani à Domino *de Groſlye*. Cæterum Raynaldus fuit filius Guidonis vel Guigonis 2. Seguſianorum, ſeu Foreſij Comitis, ex Guilelma frater Guidonis 3. patruus Guidonis fundatoris Canonicorum Montis Briſonis 1223. apud Miræum de collegiis Canonic c. 97. Quercetanum hiſt. Burgund. quam fundationem Raynaldus confirmauit menſe Octob. 1224. Hoc autẽ loco apponitur à quibuſdã Guilelmus Peraldus, qui alius potius cenſetur tantùm Propontifex ſeu Suffraganeus, Autor Summæ de Virtutibus, & Vitiis, de quo Poſſeuinus in Apparatu ſacro poſt Trithemium.

Guilelmus Peraldus.

81. *Robertus*, filius Comitis Aruerniæ, ex Claromontenſi 61. Epiſcopo, factus Archiepiſcopus Lugdunenſis 1227. qui in Chartâ Odonis Ducis Burgundiæ de electione Decani S. Capellæ Diuionenſis à Canonicis faciẽda nominatur Epiſcopus Claromontenſis conſanguineus ipſius Odonis 1214. qui etiam ſubſignauit confirmationi priuilegiorũ vrbi Diuioni ab Hugone Duce Burgundię conceſſorum 14. Ianuarij 1231. vbi vocat ipſum

ſum Hugonem amatum,& fidelem conſanguineum. Legauit autem Eccleſiæ S. Stephani Lugdunenſi Metropolitanæ ducentas marcas argenti in ſuum anniuerſarium,& Odonis Burgundiæ Ducis ſui conſanguinei 1232. 6. Ianuarij. Sepultus in Capellâ quadam Eccleſiæ maioris S. Ioannis vbi ſpectantur inſignia gentis Turrianæ, videlicet turris argentea in campo cæruleo, liliis aureis ſeminato.

82. *Rodulphus*, primo Igniacenſis Abbas, inde Claræuallenſis 15.1227. poſtea Epiſcopus Agennenſis, tandemque ad hanc Cathedram euectus. 1235. Obijt 3. Nonas Martij eodẽ anno ſepultus Claravalle ad altare S. Saluatoris, iuxta beatam Aleidem, ſeu Aletham S. Bernardi matrem illuc ex Monaſterio Benigniano tralatam.

83. *Aymericus*, ab anno 1236. ad ann. 1245. Quo anno habitum Concilium 1. generale Lugduni Innocentio 4. (qui & aliquando Lugdunenſis fuerat Canonicus) præſente in Baſilicâ maiore, in quo Concilio Fridericus 2. hoſtis Eccleſiæ pronuntiatur, Imperioque priuatur, & de terræ ſanctæ recuperatione conſtituitur; cuius expeditionis Ludouicus Rex caput declaratur,& purpurâ Cardinales donantur. Aymericus verò poſt reſignationem Archiepiſcopatus in manibus Papæ factam ſeceſſit Grandimontem, vbi & ſepelitur in medio choro, inſcriptum laminæ cupreæ tale habens Epitaphium:

Laus Cenomanenſis, & gloria Lemonicenſis
Quo doctore prius, & iuſto iudice fulſit
Inclyta Pariſius, & quo paſtore reluxit
Lugdunum, patriæ decus, & arca ſophiæ,
Largus, famoſus, ſubtilis, & ingenioſus,
Hic Emericus iacet, ordinis huius amicus,
Et quoniam voluit in Grandimonte locari,
Fac Deus illius animam ſuper aſtra leuari.

Sed & in monimentis illius Cœnobij dicitur fuiſſe cognomento à Ripis, & Archidiaconus Pariſienſis, amator paupertatis, Iuris Canonici Doctor, ſtudioſus, ſtudioſorúmque fautor præclarus.

84. *Philippus de Sabaudiâ*, in diplomate ſub plumbo dato Lugduni, cui impreſſa eſt imago Saluatoris, cum litteris A,& Ω, 1254. menſe Februario, pro celebratione feſti S. Petri martyris nominatur D. 63. primæ Lugdunenſis Eccleſiæ electus, ex Valentinenſi etiam electo, quæ ſacerdotia diu poſſeſſa eiurauit, & factus Comes Sabaudiæ ductâ

A Aleide Comitiſſâ Burgundiæ, nullis tamen ſuſceptis liberis hydrops moritur, & Altecombæ ſepelitur 1285. ſicque rarò feliciter coniugia ſuccedunt Clero, & Domini ſorti adſcriptis. Quo etiam anno 1254. confirmauit Richardũ Epiſcopum Eduenſem, & 1262. Ioannem Dalmatium Matiſconenſem. Præterea eius tempore fundantur Franciſcani Mõte-briſone 1258. Nonnulli verò huic Philippum de Bello-ioco præponunt.

85. *Petrus* 2. 1271. Ordinis Prædicatorum, cognomento de Tarentaſiâ, Doctor Pariſienſis, poſtea Papa Innocentij 5. nomine, de quo Onuphr. &
B Ciaconius cum Nomenclatore Cardinalium, & Bellarmino ac Trithemio de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Interfuit Concilio generali 2. in ſuâ Metropoli celebrato Lugduni 7. Maij triduo ante Aſcenſionem præſente Gregorio decimo, olim eiuſdem Eccleſiæ Canonico, vbi Petrus Oratione funebri laudauit S. Bonauenturam, de quo infrà in Generalibus Franciſcanorum. In eâ autem Synodo Græci ad S. R. E. vnionem redierunt, apud Cicarellam, Panſam, & Roccam, cum de inſcriptionibus Sixti 5. tractant in Bibliotheca Vaticana. S. Bonauentura.

C 86. *Aymarus de Roſſillon*, ex Monacho Cluniacenſi, conſecratur à Gregorio 10. in cuius diplomate nominatur 12. Calend. Nouemb. 1275.

87. *Rodulphus de Thorotâ* 1284.

88. *Ioannes* 2. 1289. cui nonnulli ſubiungunt Hugonem Seguinum, de Billomo in nomenclatura Cardinal. pag. 45. ſed videtur alijs tantùm fuiſſe Archidiaconus, infrà n. 92.

89. *Beraldus*, frater Clementis 5. Bzouio 1305.

90. *Henricus de Villarijs, de Villards.* Eum Ionvillæus c. vltimo ait interfuiſ-
D ſe canonizationi, & releuationi S. Ludouici Regis Franciæ. Nam ad hunc pertinent ea Ionvillæi verba, non ad Henricum 95. vt olim calamo feſtinanti notaueramus ad marginem Seuertij, vnde anſam errandi alij arripuerunt: Huius porrò tempore Synodum habitam fuiſſe à Bonifacio Papa Lugduni contra nobiles, vectigalia Eccleſiæ imponentes, teſtatur Polydorus Virgilius.

91. *Ludouicus de Villarijs* concedit facultatem Carmelitis ædes conſtruendi in loco à Guidone decano attributo, vt nos monuit Robertus *Berthelot* Ordinis Carmelitani religioſiſſimus, & doctiſſimus, Damaſci Epiſcopus.

92. *Petrus* 3. *de Sabaudia.* Thomæ 3. Mauriennæ Comitis filius ex Guyetâ Hugonis Burgundiæ Comitis filiâ. Dedicauit Eccleſiam Franciſcanorũ Lugduni 15. Septemb. 1328. Obijt ætatis anno 53. Lugduni conditus in æde majori apud Pingonium in Arbore Gentilitiâ Sabaudiæ. Seuertius tamen vult Petrum cõdidiſſe teſtamentum Calend. Nouemb. 1332. & in S. Iuſti Baſilica iacere. Præterea huius Petri, aut ſucceſſoris tempore obijt 1328. Hugo *Seguin* de Billonio Aruernus, Lugdunenſis Archidiaconus, & Cardinalis, Romæ ad ſanctam Sabinam ſepultus, in Nomenclatura Card. pag. 45. ſuprà iam çitata, n. 88. Eius Vicarius Generalis Ioannes de *Senecey* 1316. apud Sanjulian. in Antiq. Matiſconenſib. vide Chopin. l. 2. Domanij, tit. 9. n. 13. de Iure Regaliæ huic Pręſuli à Rege conceſſo. Illi verò à nonnullis ſubijcitur alius Petrus *de Chalanco*.

93. *Guilelmus de Surâ*, ex Cantore, & Archidiacono 1335.

94. *Guido de Boloniâ*, filius Roberti Comitis Bononiæ, & Aruerniæ, ex Maria Flandricâ, frater Ioannis de Mongaſcoin, Comitis Montfortij, ex Tornacenſi 57. & Cameracenſi 57. poſtea Cardinalis Epiſcopus Portuenſis, apud Onuphr. pag. 214. & 223. & Ciacon. pag. 714. & Quercetanum in Clemente 6. vbi à duobus illis Italis dicitur de Monte-forti, & Epiſcopus Bononienſis, ſed hoc poſterius malè, cum neque in Catalogo Bononienſium in Italiâ reponi poſſit, neque Bononiâ Galliæ tunc eſſet ciuitas Epiſcopalis, quorum error ad alios ſequaces tranſiit. Nam vox (*Epiſcopus*) eò referenda eſt, vt Guido fuerit domo Bononienſis, dignitate Epiſcopus Portuenſis, vel alius Eccleſiæ. Nominatur in actis fundationis Collegij Æduenſis Lutetię 1341. Dedicauit Eccleſiam Carmelitarum Pariſiis 1353. 16. Octobris ad Preces cognatæ ſuæ Ioannæ Philippi Longi Vxoris, Collegij Burgundiæ fundatricis, & Eccleſiam Clariſſarum Moncelli, Diœceſis Bellouacenſis Margaritâ ipſius ſorore Abbatiſſâ, Rege, & Reginâ præſentibus. Obiit Ilerdæ in Hiſpaniâ Legatus 1373. Onuphr. vel 1374. Ciacono 7. Calend. Decembris.

95. *Henricus 2. de Villarijs.* 1343. Humberti, & Eleonoræ Bellijoci filius, ex Epiſcopo Viuarienſi, & Valentino 48. memoratur in Statutis Delphinalib. cũ agitur de tranſportu ipſius Delpinatus.

96. *Raymundus Saquetius*, ex Morinenſi ſeu Taruanenſi 42. 1350.

97. *Guilelmus de Tureyo*, qui adhuc Decanus cum Girardo fratre fundauit Oratorium in Eccleſiâ de *Cuſery*, vt dicetur in Æduenſibus n. 68. ſedit 1357. & 1359.

98. *Carolus Alenconius*, Ordinis Prędicatorũ, filius Caroli fratris Philippi 6. Valeſij Francorum Regis, & *Mariæ d'Eſpagne de Lacerda*, frater Philippi Rotomagenſis 68. Archiepiſcopi, renitens 1367. electus. Baptizauit 1371. Diuione Ioannem, poſtea Burgundiæ ducem, cuius ſuſceptores fuere Ioannes dux Biturigum patruus, & Ioannes Epiſcopus Carpentoractenſis, ac Margarita Francica, apud Bzouium, & Heuterum. Interfuerat antea baptiſmo Caroli, poſtea 6. huius nominis in æde Paulina Pariſiis 11. Decembris 1368. à Ioanne *des Dormans*, Cardinale Cancellario, & Epiſcopo 68. Bellouacenſi peracto. Moritur 5. Iullij 1375. Lugduni in ſuo caſtro Petræ-inciſæ, *Pierre-Enciſe.*

99. *Ioannes 3. de Talaru* 1376. Cardinalis ad preces Caroli 6. cùm eſſet ipſe Rex Auenione, apud Clementem 7. 1389. vir probus, & doctus, vt eſt in Annal. Victorinis.

100. *Philippus 2. de Tureyo* 1393. Eo præſente Petrus Cardinalis legatus ipſius frater anno 1410. 8. Idus Aprilis, releuat corpus S. Irenæi, adſiſtentibus Petro de Saluciis, Ioanne Sauiniaci, Ludouico Ambroniaci, Guilelmo S. Ruſſi, Girardo Inſulæ Barbaræ, Antonio Athenati Abbatibus, Petro de Mõte-joco decano Lugdunenſi, Amedeo *de Talaru* decretorum doctore Canonico poſtea Archidiacono, & Archiepiſcopo, ex inſtrumento ipſius relationis nobis communicato à Domino Priore S. Irenæi N. *Grolier de Seruieres.* Iacet in Cappellâ S. Sepulchri, quam fundauit ad maiorem Eccleſiam. Quo tempore Cæleſtini 1421. in vrbe inſtituuntur.

Grolier. *Cæleſtini.*

101. *Amedeus de Talaru*: Eius extant epiſtolæ ad Patres Baſilienſes 1416. & 1417. Obiit 1443. 3. Idus Februarij. Ipſius conſecrationi interfuere, Carolus de Pictauia 81. Lingonenſis, Ioannes 57. Matiſconenſis, Hugo d'Orges Cabilonenſis 68. Fuit etiam Cardinalis, & Ioannis 99. nepos. Quo ſedente, Lugduni obiit Ioannes Gerſon habens hoc Epitaphium in tumulo, ornamentis ab hęretica rabie ſpoliato, in æde S. Laurentij.

Magnũ parua tenet virtutibus vrna Ioannẽ,
Præcelſũ meritis, Gerſon *cognomine dictũ,*
Pariſijs ſacræ Profeſſor Theologiæ
Claruit, Eccleſiæ qui Cancellarius anno
Milleno

Milleno Domini, centum quater, atque vigeno

Nono, luce petit ſuperos Iulij duodenâ.

De quo plura Bellarminus, Genebrard. Alii. Præterea eiuſdem gentis *de Talaru* fuit Hugo Archidiaconus Lugdunenſis, qui electus quidem inuenitur Archiepiſcopus 1488. ſed non legitur conſecratus.

102. *Carolus Borbonius*, filius Caroli Ducis & Agnetis Burgundæ, frater Ludouici Leodienſis 82. Abbas S. Vedaſti 69. Cardinalis S. Martini in montibus, & Legatus Auenionenſis, ac Epiſcopatus Claromontani adminiſtrator, & Burdegalenſis, conſecratus à Ioanne Cordis Archiepiſcopo 87. Bituricenſi 1470. Fuerat primùm Præcentor eiuſdem Eccleſiæ Lugdunenſis, in qua ſepelitur ſub marmore candido 13. Septembris 1488. in ampliſſima capella, quam cum palatio Archiepiſcopali condiderat. Quo quidem anno ſuſcepit è ſacro fonte Carolum 8. Regem. Appoſuit etiam primarium lapidem ſacello decem millium Martyrum apud Celeſtinos Pariſiis, vbi eum ſepultum eſſe ait Onuphrius 1489. ſed eum locus, & tempus fallit. Videndus Sauaro in Epiſcopis Claromontanis n. 77. & Carolus Sauſſayus in Aurelianenſibus nu. 95. in Ioanne de Vado, vbi tamen patruum Caroli vocat Carolum, qui Ioannes dicendus, Abbas 42. Cluniacenſis, & Epiſcopus Claromontanus 71.

103. *Andreas d'Eſpinay* Prior 47. S. Martini Pariſienſis, & Archiepiſcopus Burdegalenſis, cuius tempore conduntur Clariſſæ in Monte-briſonis in hac diœceſi, à Petro *Durfé* 1497, à quo pariter erigitur conuentus Minorum Baſtiæ, apud Seguſianos, ſeu Foreſianos, quorum nunc caput *Monsbriſo*. Corruptè verò dicitur *de l'Eſpine* in Chronico Burdegalenſi Lurbæi, & malè Ludouicus ab Onuphrio, & Ciacono, niſi fortè eſſet binominis. Quo etiam ſedente 1494. 25. Martii Carolus 8. Rex Franciæ, cum Anna vxore petram fundamentalem appoſuit Conuentui Obſeruantiæ Lugduni, procurante R. P. Ioanne *Bourgeois*, benedictam à Ioanne *Rely* Epiſcopo Andegauenſi. Obiit Lutetiæ 10. Nouemb. 1500. ſepultus in cœnobio Cæleſtinorum. Eodem quoque ſedente conditur monaſterium Auguſtinenſium *de Brou* prope Burgum in Breſſia à Philiberto Sabaudiæ Duce, & Margarita Auſtriaca coniugibus, illic poſtea ſepultis, quo opere non facile reperies elegantius.

Conuentus Obſeruantiæ.

A 104. *Franciſcus de Rohan* Petri Domini *de Gié* Franciæ Mareſcali filius, ex Abbate ſancti Albini, & Epiſcopo Andegauenſi per poſtulationem huc tralatus 1501. Interfuit publicationi conſuetudinum Andegauenſium 1508. ei dicat librum de Quadruplici Monarchia Symphorianus Champerius medicus Lugdunenſis 1507. 6. Idus Iunii. Obiit 1536. ſepultus in naui maioris baſilicæ Lugdunenſis, amplâ, ſed planâ tumbâ, quo etiam anno moritur apud ſuos Dominicanos Santes Pagninus.

Rohan porte de gueule à 10. macles d'or 3. 3. 3. 1. Rohan Dioceſe de S. Malo.

105. *Ioannes 2. Lotharingus* 1537.

B 106. *Hippolytus Eſtenſis* 1539. etiam Epiſcopus Æduenſis 82. Vide infra, nu. 108.

107. *Franciſcus de Turnone* edidit ſtatuta Synodalia Lugduni 1560. vbi etiam Abbas Athanatenſis. Vide Bituricenſes num. 94. & Franciſcum Sacchinum lib. 4. num. 84. & lib. 6. num. 38. hiſtoriæ S. I. ac Elogia virorum illuſtrium patris Hilarionis *de Coſte* Minimi. Ei ſcribit Iac. Sadoletus lib. 6. epiſt. 10. & 11. & lib. 14. ep. 19.

108. *Hippolytus Eſtenſis* iterum 1560. per regreſſum, de cuius regreſſus ad beneficia reſignata reſeruatione Garſias C Canonicus Abulenſis, de beneficiis, Thomas Campegius, & Azor p. 3. lib. 12. cap. 9. Vide Auſcenſes. Inter quos recenſetur:

Diuini pectoris heros

Hippolytus ſacri gloria magna chori,

vt eſt in Tibure Mureti.

109. *Antonius de Albone* 1561. Edidit commentaria Ruffini in Pſalmos, quos dicauit Pio 5. Obiit 1573. cuius tempore Gabriel *de Saconay* ſcriptis claruit, de quibus Antonius *du Verdier* in ſua Bibliotheca. Quo ſedente RR. PP. S. I. inſtituti Lugduni 1565. Galtherus ſæ-D culo 15.

Albon de ſable à la croix d'or.

110. *Petrus d'Eſpinac* Petri Locumtenentis Regij in Burgundia, & Guichardæ Alboniæ filius, conſecratus à Petro Viennenſi 104. Orauit pro Clero in Comitiis Bleſenſibus 1577. Breuiarium edidit correctius 1585. obiit 9. Ianuarii horâ 11. noctis, ætatis 59. 1599. ſepultus in Capella ſanctæ Magdalenæ in metropolitana. Fuit etiam Abbas Athanati, Inſulæ Barbaræ, & Benedictionis Dei, ac Prior ſancti Remberti, quem, inquit Opmerus, diuinarum, & humanarum rerum peritum nemo miretur illuſtribus viris aſſociari, cuius

Ingenium velox, præceps facundia, ſermo

Promptus, & Iſao torrentior.

Iuuenalis Satyrâ 10.
In dicendo quaſi furore diuino percitus, tanta vis animi, tantus impetus in oculis, vultu, geſtu, vt non ſolùm incendere auditores, ſed ipſe ardere videretur, qui omnia ornatè, & politè, ſiue meditata, ſiue ſubita proferebat. Quo Antonij dicto de Craſſo apud Ciceronem 2. de Orat. manibus tanti Præſulis parentamus. Cæterum Petro dicauit Athenæum Iacobus Dalecampius, qui eodem Præſule obiit 1588. ſepultus ad Dominicanos. Plura de Petro, Petrus Mathæus, cùm agit de poſterioribus Comitiis Bleſenſibus. Porrò hîc dubius ſum, eloquar, an ſilean (potius enim obliuione quàm commemoratione videntur digni) cacoëticæ Satyræ ignes emendatorios ſui veneni maculis infecturæ, ſcriptores popinarios, ac lupanarios, in caſtris Bacchi, & Veneris duces primarios, famam huius Præſulis inuidiâ maiorem, & in excelſo defixam, quam caninis dentibus dilacerare, nec arrodere poterant, latratu inani, & rabioſo baubatu inſequi conatos fuiſſe, vnde tamen nihil aliud ſibi, quàm ignominiam perpetuam, innocenti gloriam immortalem parauerunt.

Is eſt libellus famoſus vulgò, le Catholicon d'Eſpagne.

111. *Albertus de Bellieure* 1599. filius Pomponij Franciæ Cancellarii, nepos Claudii Primopræſidis Gratianopolitani, cuius tempore Clariſſæ Lugduni fundantur 1601.

Clariſſæ.

112. *Claudius de Bellieure*, frater ſuperioris 1605. Obiit 1612. feria 5. maioris hebdomadæ 19. Aprilis, ſepultus iuxta Petrum *d'Eſpinac*: cum anno ſuperiore 15. Februarii obiiſſet Claudius *de Talaru* Dominus *de Chalmazel* decanus ſepultus in naui maioris baſilicæ: quo etiam ſedente obiit Antonius *de Chalom* in metropoli Vicarius Generalis, in Primatia Franciæ Iudex, Conſiliarius Regius in Præfectura Lugdunenſi, & Sacriſta Templi Nicetiani, in quo habet hoc Epitaphium.

Bellieure porte d'azur, à la faſſe d'argent accompagné de 3. treffles d'or 2. en chef, & 1. en pointe.

D. O. M.

Qui nunc hîc ſitus ſum A. E. Chalom fui, vixi, ac vtinam fuiſſem, vixiſſem, ſolum æternum Numen eſt, ſolum viuit, niſi qui illi adhæret nemo eſt, niſi qui illud colit nemo benè, beatéque viuit, ſic, ô bone, æternùm ſimus, viuamus, cætera nihil. Vbi alluſit hoc ſibi viuens Monumentum ponendo ad illud S. Bernardi, *Qui Christo non ſapit, deſipit, & qui curat eſſe, non propter eum, pro nihilo eſt.*

113. *Dionyſius Simon de Marquemont* (cuius nominis Anagrammatiſmo indi-A catur *Monſmet in quo nidus Amoris Dei*) Pariſinus, ex Auditore Rotæ ſacri Palatii, ſeu Capellano Papæ Primatus Lugdunenſis poſſeſſionem adipiſcitur die 9. Martii circa horam 10. 1613. Regaliam Æduenſem diu habuit, per obitum Petri *Saulnier*, 86. Epiſcopi. Appoſuit primum lapidem fundationi Capucinorum Villæ-Francæ 1615. menſe Auguſto, cùm anno ſuperiore 27. Octobris in Comitiis Pariſienſibus pro Clero coram Rege oraſſet. Quo anno Sorores Viſitationis B. Mariæ in vrbe ſtabilitæ ſunt, itémque Carmelinæ. Anno verò 1616. 6. Iunii Eccleſiam Cartuſianorum dedi-B cauit. Sæpius autem Orator, ſeu Ambaſciator Regius Romam miſſus legationis ſuæ munus feliciter ſapienterque abſoluit. Quo tempore Fulienſes, & Carmelitæ diſcalceati in vrbem inducuntur, & hoſpitale in Bellâ-Curia. (Locus eſt vrbis amœniſſimus, vt quaſi alter campus Martius) ædificatur magnificè. Extruitur etiam conuentus Capucinorum Burgi in Brixia, vbi ſteterat arx ingens, quod oppidum olim Epiſcopatu donatum fuerat 1516. à Leone 10. inſtante Carolo Sabaudiæ Duce, ſed poſteà id non obtinuit. Dionyſius pariter C conſecrauit Alphonſum *de la Croix* in Epiſcopum Chalcedonenſem, & Coadiutorem Gratianopolitanum aſſiſtentibus Petro *de Villards* Epiſcopo Epheſino Coadiutor Viennenſi, & Roberto *Berthelot* Epiſcopo Damaſceno, Lugdunenſi Suffraganeo die Dominicâ 8. Nouemb. apud Carmelitas 1615. Inſtituitur etiam collegium Patrum S. I. Rodanæ (*Roanes*) quam Ptolomæus lib. 2. c. 8. Rodunam vocat 24. 0. 45. 30. quæ vrbs ad Ligerim portu, Ducatu & Archipreſbyteratu inſignitur. Prætereà Ludouicus 13. Rex Lugdunum ſolemniter inuiſit D 1622. 4. Decembris, Dionyſio Reipublicæ cauſa Romam profecto, cuius Vicarius Generalis Thomas *de Mechatin La Faye* Eccleſiæ Lugdunenſis Camerarius, & S. Portiani Prior, pro integritate, & vigilantia ſingulari ſemper ab omnibus commendabitur.

Sorores Viſitationis.
Carmelinæ
Carthuſiani
Fulienſes.
Carmelitæ diſcalceati.
Hoſpitale in Bellacuria.
Capucini Burgi.
Rodana.
Dominus de la Faye.

Machlinienſes Archiepiſcopi.

Malines. MACHLINIA vel Malina, vrbs Ducatus Brabantiæ, in gradu longitud. 26. 50. latitud. 51. 15. vbi dies maxima horarum 16. 24. altitudo ſolis 28. 45. Auellitur ab Epiſcopali ſede Cameracenſi, & fit à Paulo 4. metropolitana & primatialis 1559. cuius Eccleſia maior S. Rinnoldo dicatur Calend. Iullii apud Molanum, & Miræum in Faſtis Belgic. & Codice Donation. pag. 90. habens in ſua diœceſi vrbes 17. diſtans æque ab Antverpia, Lovanio, & Bruxella, eique ſuffraganeur diœceſes, Antverpienſis, Brugenſis, Gandenſis, Iprenſis, Ruremundenſis, Siluiducenſis. Primatialis verò diœceſis habet in longit. 69. m. p. Italorũ, in latit. 30. Abbatiæ autem hæ reperiuntur in hac Machlinienſi diœceſi Viridis-vallis O. B. *Verd-val* 1304. ſed credo eſſe tantùm Prioratum.

Rubea-vallis *Rauecloiſtre*, O. A. 1371. Prioratus celebris. Bigardenſis O. B. *Bigarden.*

De Cambra fœminarum O. C. *la Chambre*, 1211.

Sertogendala O. C. 1237.

Vallis-ducis *Valduc*, Cantipratenſi l. 2. c. 10.

Cortemberg fœminarum O. B. inter Bruxellam, & Louanium.

Afflighemenſis O. B. olim Cameracenſis, *Afflighem.*

S. Saluatoris O. B.

Grandimontenſis O. B, *Grand-mont.*

Vliderbeck fit Abbatia 1259.

Graimberga O. P. *Grimberg* 1228.

De Parco prope Louanium, *Du Parc* 1129.

Helielmenſis, *Heliham*, O. P. 1131.

S. Gertrudis O. P. Louanij 1206.

Minoüe O. P. iuxta Aloſtum. 1137.

Dieleghem O. P. 1140.

Æuerborbia O. P. *Euerbeur* 1133. Præfuere verò huic ſedi ſequentes Præſules.

1. *Antonius Perrenot*, ex Attrebatenſi Cardinalis Granuellanus, Biſuntinus Archiepiſcopus 86. Obiit 1585. die ſanctę Marthæ Iullii 29. ætatis 70. Eodemque anno è viuis diſceſſit Petrus Diuęus, de quo Valerius Andreas in Bibliotheca Belgic.

2. *Ioannes Hanchin* per reſignationem ſuperioris 9. Calend. Februarii 1582. A obiit 5. Ianuarii 1589. Eodem anno 17. Calend. Auguſti inter homines deſiit eſſe Petrus Pecquius, ætatis 60. ſed Louanij ſepultus. De quo Biblioth. Belgic. Valerij Andreæ.

3. *Guilelmus Alanus*, Anglus, Cardinalis, poſſeſſionem non adiit, de quo Petramellarius.

4. *Leuinus Torrentius*, ex Antverpienſi, de quo Miręus 1595. & Poſſeuinus in Apparatu ſacro, & Valerius Andreas in Biblioth. Belgica. Ei verò tale appoſitum eſt Epitaphium in cathedrali Antverpiæ.

D. O. M.

B *Leuinus Torrentius, patriâ Gandenſis, litteris, & legationibus domi, foriſque clarus, ex Archidiacono, & Principis Eccleſiæ Leodienſis Vicario generali, tertius Antverpienſis Epiſcopus, quartus Archiepiſcopus Machlinienſis deſignatus, Collegij S. I. apud Louanienſes fundator, ad rerum ſtatus Belgij conſilium adſcitus, cum Rempublicam fractis viribus præcipitem, animo infracto, conſilijs ſuſtento Bruxellæ diſceſſ 6. Calend. Maij 1595. Vixi ann. 70. m. 1. d. 18.*

Ibidem verò habetur hoc alterum Epitaphium.

D. O. M.

C *Ioannes Lininetus Gandenſis Leuini Torrentij Antverp. Epiſcopi, ex ſorore nepos, Canonicus, & Cantor huius Eccleſ. qui vt genere, & eruditione, ſic & tumulo proximus auunculo hîc quieſcit. A Græcis Patribus illuſtrandis, in qua lingua valdè excelluit, è medio curſu abreptus ætat. LII. Chriſti A. CIϽ. IϽ. XCIX. Id. Ianu.*

5. *Mathias Houius* ei dicat Iuſtus Lipſius 1603. Syntagma de Veſtalibus, & ſcribit Epiſt. 15. Centuria 5. qui Lipſius hinc migrauit 10. Calend. Aprilis 1606. Lovanii in hac diœceſi. Eidem 1614. fuêre dicati Commentarii in Paulum à D Ioanne Cornelio à Lapide. Mathias verò Concilium Prouinciale habet in ſua metropoli menſe Martio 1607. At obiit 1620. 30. Maii in cœnobio Afflighemenſi, vbi celebratæ ei exequiæ à Iacobo Boonem Epiſcopo Gandauenſi, & deſignato Mechlinienſi, in quibus orationem habuit funebrem Laurentius Beyerlinck, Archipreſbyter Antverpienſis. Laudatus item fuit à Iacobo Ianſenio Decano, & Profeſſore Louanienſi. Eo autem ſedente obiit Ioannes Viringus qui ſcripſit de Triplici Cœna Chriſti.

6. *Iacobus Boonem*, ex Epiſcopo Gandauenſi. Intereſt exequiis Alberti Archiducis 1621.

Moguntinenſes Archiepiſcopi.

Mayence. Fl. 10000.

MOGVNTIA metropolis Germaniæ primę ſiue ſuperioris ſolo Gallico è regione Mœni in Renum influentis, vnde Ligurinus lib. 1.

Nomen ab infuſo recipit Moguntia Mogo.

Quæ vox Eutropio, & Reginoni nota, grad. longitud. 30. 0. latitud. 50. 0. vbi dies maxima hor. 16. 9. 44. altitudo ſolis 39. 0. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 31. 30. Ciuitas Mogũtiacenſium, vel Moguntiacus in C. Thuan. Gallis *Mayence*, incolis *Meints*, Tomo 1. Ciuitatum Georgii Bruni, in qua vrbe 10. Collegia Canonicorum, de quibus Miræus, inter quæ metropolitanum ſancto Martino nunc dicatum, olim S. Stephano, Parrochiæ 7. Monaſteria virorum 10. fœminarũ 8. Subſunt ei Suffraganei Epiſcopi plures: è quibus in Gallia, nobis cis Rhenum 4. Argentoratenſis, ſeu Straſburgenſis, Nemetenſis, ſeu Spirenſis, Vangionenſis, ſeu Vormatienſis, & Conſtantienſis, olim Vindoniſſenſis, de quibus Miræus. Abbatiæ verò in diœceſi Moguntinenſi hæ præcipuè reperiuntur, in prouinciali Romano.

Flor. 133. Vladenſtadenſis O.B.
Flor. 500. Lauriſcenſis O. P.
Flor. 160. Herfeldenſis O. B.
Flor 150. S. Albani extra muros O. B.
Vallis S. Georgii O. B.
S Iacobi extra muros O. B. in monte Specioſo.
Ottemburgenſis O. C.
S. Valtrudis O. C. Attamen Trithemius in ſola diœceſi Moguntina dixit fuiſſe Abbatias 124. Ordinis Benedictini. Moguntia verò facta fuit metropolis à Zacharia Papa in perſona S. Bonifacii. Quâ de re Hincmarus Epiſt. 6. cap. 19. Baronius A.C. 745. Surius in vita S. Bonifacii l. 1. c. 37. & Nicolaus Serrarius in ſua Moguntia, ex qua mox depromemus ſeriem Archiepiſcoporum huius ſedis, ſi prius dixerimus hos Archipręſules nuncupari Archicancellarios Germaniæ, & pro inſignibus geſtare rotam auream in campo rubeo, & inter ſeptem viros Electores S. R. I. annumerari, ac Ducem Moguntiacenſem in notitia Imperii Occidentalis recenſeri, & Moguntiacum memorari vt vrbem Galliæ apud Tacitum lib. 4. hiſt. Ptolem. lib. 2.

A cap. 9. Ammianum lib. 15. S. Athanaſium Apolog. 2. S. Hieronym. ad Gerontiam, Vopiſcum in Aureliano, & Probo, Sigebertum 174. Radeuicum lib. 1. cap. 12. Reginonem lib. 2. A. C. 923. qui metropolim Franciæ, Regiamque ciuitatem appellat.

1. *S. Creſcens*, vel Creſcentius A. C. 80. Sedit ann. 22. diſcipulus S. Pauli, 2. Timoth. 4. vt ibi notat Emanuel Sà, ergo idem qui & Viennenſis primus, Martyrol. 27. Iunii.
2. *S. Marinus* ann. 6.
3. *S. Creſcentius* 2. ann. 18.
4. B *S. Cyriacus* ann. 14.
5. *S. Hilarius* ann. 20.
6. *S. Martinus* ann. 14.
7. *S. Celſus* ann. 22.
8. *S. Lucius* ann. 10.
9. *S. Gotardus* ann. 15.
10. *S. Sophronius* ann. 8.
11. *S. Herigerus* ann. 8.
12. *S. Rutheras* ann. 20.
13. *S. Auitus* ann. 22.
14. *S. Ignatius* ann. 13.
15. *S. Dionyſius* ann. 26.
16. *S. Ruthbertus* ann. 12.
17. *Adelardus* ann. 10.
18. C *S. Lucius* ann. 18.
19. *S. Maximus* in Synodo Colonienſi 349. vbi depoſitus Euphratas annos 24. Obiit 375.
20. *Sidonius* ann. 19.
21. *Sigiſmundus* ann. 6.
22. *Lupoldus* ann. 17.
23. *Nicetius* ann. 8.
24. *Marianus* ann. 10.
25. *S. Aureus.*
26. *S. Eutropius* ann. 23.
27. *Adelbertus.*
28. *Ratherius*, vel Raderius.
29. *Adelbaldus.*
30. *Lanfridus.*
31. D *Ritardus.*
32. *Sidonius* 2.
33. *Vilbertus.*
34. *Ludegaſtus.*
35. *Rutelmus.*
36. *Rutvaldus.*
37. *Leovaldus*, fortè Lupoaldus, apud Flodoardum l. 2. c. 5.
38. *Richbertus.*
39. *Geroldus.*
40. *Gervilio.*
41. *S. Bonifacius* Archiepiſcopus primus Moguntinus (cæteri tantùm Epiſcopi nominabantur) 729. ex Regum Angliæ ſtemmate, patriâ linguâ dictus Vinfridus 755. ſepultus Fuldæ, quam condiderat, Apoſtolus Germaniæ, Trithemius

themius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Martyrol. 5. Iunii. Miſſus S. Petri dicitur in Capitular. lib. 2. nu. 2. & lib. 5. c. 1. & 2. Miræo in Faſtis Belgic. 5. Iunii. (Eâque appellatione plerumque cenſentur, qui à Sede Apoſtolica mittebantur.)

Miſſi S. Petri.

Martyr, & Antiſtes Chriſto dilectus in æuum.

Saxo lib. 1. Annal. Caroli Magni.

42. *S. Lullus* 756. Obiit 787. 16. Octobris.

43. *Ricolfus.* Ei ſcribit Alcuinus epiſt. 41. tribuens ei cognomen Damiatæ.

44. *Aiſtulphus*, vel Heiſtulphus. Ei dicat Rabanus librum de Inſtitutione Clericorum, & memoratur in Capitularibus Regum Franciæ lib. 2. cap. 25. ex Abbate Fuldenſi, apud Chriſtophorum Brouernum S. I. in Antiquit. Fuldenſ. lib. 1. cap. 17. vbi & de aliis Abbatibus inde ad hanc ſedem aſſumptis.

45. *Otgarius*, vel Orgarius, vel Odegarius. Baptizauit Harioldum Danorum Regem coram Ludouico Pio 826. ſepultus ad S. Albanum Calend. Maii 847. Nominatur apud Flodoardum l. 2. c. 20. A. C. 840.

46. *Rabanus* Magnentius Maurus ex Abbate Fuldenſi 847. de quo Trithemius, Bellarminus, & cæteri, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis egerunt, & Brouerus in Antiquit. Fuld. Nec pigebit Ademari verba exſcribere A. C. 819. *Beda*, inquit, *docuit Simplicium, Simplicius Rabanum, qui à transmarinis oris à Domno Imperatore Carolo ſuſceptus eſt, & Pontifex in Franciâ factus Alcuinum docuit, Alcuinus Smaragdum, Smaragdus autem Theodulphum Aurelianenſem Epiſcopum, Theodulphus verò Eliam Scotigenam Engoliſmenſem Epiſcopum, Elias Henricum, Henricus Remigium, & Vcbaldum.*

47. *Carolus*, ex Duce Aquitaniæ, obijt 865. ſepultus ad S. Albanum.

48. *Luitpertus*, ſiue Ludbertus, in Concilio Sueſſionenſi 866. obijt 889. ſepultus ad S. Albanum, Flodoard. l. 3. c. 2. hic ſæpè in Diplomatibus ſubſignat vt Cancellarius, & ad eum extat Epiſtola Orfridi Monachi, inter eas, quæ editæ ſunt à Ioanne Cordeſio cum Hincmari Opuſculis.

49. *Sunzo*, vel Sunderodus.

50. *Hatto*, ex Franciæ Principũ ſtemmate, & Abbate Augienſi, obijt 913. cum interfuiſſet Concilio Triburienſi.

51. *Herigerus*, vel Hugerus 913. cui Rupertus adiutor datur 928.

52. *Hildebertus*, vel Hildebrandus, Dux Franciæ Orientalis. Sepultus ad S. Albanum 939.

53. *Fridericus* Dux Lotharingiæ 939. obijt 954.

54. *Vilelmus* Dux Saxoniæ, Othonis Imperatoris, ex Idithâ Anglicâ filius, electus 954. Sepultus 965. ad S. Albanum.

55. *Hatto* 2. cognomento Bonoſus, ex Abbate Fuldenſi, quem vt in pauperes inclementem, & ideo corroſum à muribus multi ineptè fabulantur. Sedit circa 969. vide Serrarium.

56. *Rupertus*.

57. *Viligiſus*, Humili loco natus, primus Elector, & pro inſigni rotam habuit à ſucceſſoribus receptã, nominatur 983. obijt 1001. fuit Othonis Imperatoris Cancellarius.

Elector.

Rota, inſigne.

58. *Ekemboldus*, ex Abbate Fuldenſi, in Diplomate Henrici Imperatoris 1014.

59. *Arabo* Palatinus Reni 1021. obijt 1031. vir valdè doctus, qui ſcripſit Commentarium in Pſalmos Graduales ad Bernonem Augiæ Abbatem, & ad eum Berno Tractatum de Aduentu Domini, Trithem.

60. *B. Bardo*, ex Abbate Fuldenſi, & Hirsfeldenſi. obiit 1050. Sigebert. Sub eo habitum Concilium 1049.

61. *Luitboldus*, vel Leopoldus 1060. obiit 7. Decembris ſepultus in Monaſterio S. Iacobi ab eo extructo.

62. *Sigefridus* Baro *Epeiſtein*, ex Abbate Fuldenſi, ſepultus Haſtorgi 1084.

63. *Vezilo*. Obiit 1089.

64. *Rutardus*. Obiit 1109. Sepultus in Monte Epiſcopi, in quo Monaſterium condiderat.

65. *Adalbertus* Dux Lotharingiæ deceſſit Iullij 14. 1137.

66. *Adalbertus* 2. Comes Sarbrucenſis, ſuperioris ex ſorore Nepos. Obiit 1140. 17. Auguſti.

67. *Marculfus*, aliàs Marcellus. Obiit 1142. Idibus Iulij.

68. *Henricus*, cognomento Felix 1142. Obiit 1153. Nonis Septembris.

69. *Arnoldus Salenhofen* 1153. trucidatur à ciuibus die S. Ioannis Baptiſtæ.

70. *Conradus* Comes de Vitelſbach, Cardinalis Sabinenſis, ex Saliſburgenſi Archiepiſcopo.

71. *Chriſtianus* ab anno 1164. ad 1180. intruſus in ſchiſmate à Friderico Imperatore. Duæ huius ab Hildegardem Epiſtolæ in illius libro leguntur, & plures Hildegardis ad ipſum. Quo mortuo reuocatur Conradus eiectus ab ipſo Friderico, qui Conradus moritur Pataui æ in Bauariâ 1205. ſepultus Moguntiæ.

72. *Siegfridus* 2. Cardinalis S. Sabinæ, obiit Erfordiæ 1230. ſepultus in æde B. Mariæ.

73. *Sigefridus* 3. electus 1230. obiit Bingæ 1248. ſepultus in ſuâ Cathedrali.

74. *Chriſtianus* 2. interfuit coronationi Guilelmi Romanorum Regis Calend. Nouemb. 1248. obiit 1251.

75. *Gerardus* Erfordianus, minorita 1251. vbi & ſepultus 1260.

76. *Vernerus* Comes à Falkenſtein. Obiit 2. Aprilis 1282. ſepultus in Cathedrali. Interfuerat Concilio Lugdunenſi 1274. apud Bzouium, à quo Garnerius dicitur.

Dignitas Sacerdotalis. 77. *Henricus* 2. piſtoris filius, Franciſcanus Lucernę, ConfeſſorRodulphi, Theologus, ex Baſilienſ. Epiſcopo 1286. obiit 1288. ſepultus in Cathedrali. Arguitur verò quod nobiles, ſeu milites Clericis etiam in menſa epulari anteponeret. Et hic locus dicendi de Sacerdotum dignitate, niſi alii pręueniſſent; & nos aliqua inſeruimus alibi. Memineris interea ſacerdotium appellari à S. Ignatio omnium bonorum hominis eſſe apicem. Vide Exhortationem Baſilii Imperat. ad filium, quibus ſimilia habes de ſancto Ludouico in extremis filium alloquente. Sed & ante oculos obſeruari debet illud Ambroſianum, *vt Sacerdotis nomen congruat actioni, reſpondeat actio nomini, ne ſit nomen inane, & crimen immane, ne ſit honor ſublimis, & vita deformis, ne habeatur in Eccleſia Cathedra ſublimior, & conſcientia noſtra reperiatur humilior. De Dignitate Sacerdot. c.* 3.

78. *Gerardus* 2. ex Archidiacono Treuerenſi, obiit 1304.

79. *Petrus* Treuirenſis, Medicus Henrici Comitis Lucemburgenſis, nondum Imperatoris, ex Epiſcopo Baſilienſi extruxit inſignem Cartuſiam. Moguntiæ moritur die feſto S. Bonifacij 1320. ſepultus in Cathedrali.

80. *Mathias*, ex Monacho Murbachii Cœnobii in Alſatia potentiſſimi, obiit 1328. 10. Septembris.

81. *Henricus* 2. obiit 1353.

Naſſau. 82. *Gerlacus* Naſſauuius, ſiue Anaxouianus Comes, obiit 1371.

83. *Ioannes* Luxemburgenſis, & Comes S Pauli, ex Epiſcopo Argentinenſi, obiit 1373. pridie Nonas Aprilis Sepultus in Monaſterio Eberbacenſi, veneno ſublatus.

84. *Adolphus* Naſſauuius Comes, vel Anaxouianus, ex 59. Spirenſi Epiſcopo, obiit 1388.

A 85. *Conradus* 2. obiit 11. Septembris 1395. ſepultus in Cathedrali.

86. *Ioannes* Comes Naſſauuius, Adolphi ſuperioris frater, obiit 1419. die S. Techlæ.

87. *Conradus* Comes Renenſis, ex Præpoſito Eccleſiæ ſancti Bartholomęi Franco-furtenſis 1419. obiit 10. Iunij 1434.

88. *Theodoricus* Imperii Pincerna de Herpach electus 1435. obiit pridie Nonas Maii 1454. Huius tempore inuenta eſt Moguntiæ Typographia à Ioanne Gutembergo circa A.C. 1440. Polydor. B l. 2. c. 7. Galtherus ſæculo 15. Genebrardus in Eugenio 4. Bergomas Supplementi lib. 15. Vimphelengius hiſtoriæ Typographia. ſuæ cap. 65. quæ tamen dudum antea fuit apud Sinas, vel Chinenſes, vt teſtatur Garſias lib. 1. Aromatum Indiæ cap. 38. Ioannes Barrus in deſcriptione Aſiæ lib. 9. cap. 1. Paulus Iouius lib. 19. Hermannus Hugo cap. 34. De prima ſcribendi ratione. Vide & Lingon. num. 83.

89. *Dietherus*, fundauit Academiam Academia Colonienſis. in ſua metropoli, de qua Iacobus Midendorpius l. 5. obiit 1482. Maii 7.

90. *Adolphus* 2. Naſſauuius, obiit C 1475. ante Dietherum depoſitum.

91. *Albertus* Saxoniæ Dux, obiit Calend. Maii 1482.

92. *Bertolaus*, ex Decano, Auctor Cameræ Imperialis Spiræ conſtitutæ. Ei Camera Imperialis Spiræ. autem Bernardus Bredembachius Itinerarium ſuum Ieroſolymitanum dedicat, vbi inter cætera ait, ſe reſpexiſſe in vanitates, & inſanias falſas laſciuioris ætatis, tandémque deſuper, quaſi de graui ſomno expergefactum cogitare cœpiſſe vias, & conuertiſſe pedes ſuos in teſtimonia Dei, atque, inquit, poſt multa vana vanè experta tempus adeſſe ratus D ſum, quo quod bonum eſſet, & ſaluti accommodum, tenerem, & amplecterer. Ei quoque Iacobus Vimphelengius inſcripſit librum de Triplici candore. Obiit verò Bertoldus 1505.

93. *Iacobus*, ex Decano, in quo nihil fuit, quod à quoquam culparetur, niſi Ludus Taxillorum. quòd ad Taxillorum ludum fuiſſe putetur aliquantò propenſior, obiit 1508. 17. Calendas Octobris. Porrò taxatur conſuetudo Galliæ Clericorum in ludo c. 11. inter. de Exceſſibus Prælatorum, & meritò. *Nam*, vt ait S. Gregorius, *infamis eſt vita Paſtoris, qui modò Calicem Domini ſignat, modò talos agitat. Vnde Epiſcopus aleæ deſeruiens, aut deſinere, aut certè damnari debet.* c. 1. diſt. 35. & Molin. d. 521.

94. *Vriel*

94. *Vriel*, ex Decano, obiit 3. Februarij 1514.

95. *Albertus* 2. Marchio Brandeburgenſis, ex Magdeburgenſi Archiepiſcopo, deceſſit 8. Calend. Octobris 1545. ſepultus in Cathedrali.

96. *Sebaſtianus*, in Concilio Tridentino 1551. obiit 1555. ſepultus Moguntiæ in ſummo templo S. Martini.

97. *Daniel Brendelius*, coronauit Maximilianum 2. in Regem Romanorum 1562. vltimâ Nouembris. Inſtituit collegium Patrum S. I. Moguntiæ 1566. Excepit Henricum Andegaui Ducem, proficiſcentem ad capeſcendum Regnum Poloniæ, ad quod ſolemnibus procerum comitiis vocabatur 1572. Coronauit etiam Rodulphum 2. 1575. Obiit 1582. 22. Martii, Præſulatus 27.

98. *Wolphgangus* electus 20. Aprilis 1582. obiit die 5. April 1601. ſepultus in Cathedrali.

99. *Ioannes* Adamus Bikius, nepos Danielis ſuperioris, electus 15. Maii 1601. obiit 10. Ianuarii 1604.

100. *Ioannes Schwicardus*, electus 7. Februarij 1604. cui Nicolaus Serrarius dicat Commentarios in Ioſue, & libros 5. Rerum Moguntinarum, & Chriſtophorus Broverus, Germaniæ ſidera. Plura de his Preſulibus leges apud eundem Serrarium, Cratepolium, & Vionem.

Narbonne.

Narbonenſes Archiepiſcopi.

Flor. 800.

NARBO, ſiue Narbona, vulgò *Narbonne*, Plin. lib. 3. cap. 4. Ptolom. lib. 2. cap. 10. Sirmundus, & Savaronus in Sidonium, & Vinetus in Auſonium, Strabo lib. 4. extremo, Onuphrius de Imperio Romano, Antonius Auguſtinus, Velleius l. 1. Suetonius Tiberio cap. 4. Eutropius l. 4. Polyb. lib. 3. Iſidor. lib. 15. fortiſſima, & Gothorum metropolis, Ademaro pulcherrima, Martiali celeberrima, Aymoino lib. 4. cap. 57. à qua vrbe primaria, magna pars Galliæ ad Auſtrum vergentis, dicitur Narbonenſis, de qua Garſias Loaiſa in Notis ad Concilium Lucenſe, & Ioannes Mariana lib 6. c. 15. rerum Hiſpanicarum, Plin. loco citato, vbi ex Agrippa tradit longitudinem Prouinciæ Narbonenſis 270. m. p. latitudinem 248. m. p. Vrbs verò poſita eſt ad exitum Atacis fluuij in mare Mediterraneum labentis, 24. 30. 42. 30. diſtans ab Alexandriæ meridiano in Occidentem horis 2. 35. vbi dies maxima hor. 15. 15. altitudo ſolis 47. 30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 55. 57. dexter humerus aurigæ verticalis, in Toloſano Parlamento, cuius vrbis antiquitatem inter cætera monumenta declarat aræ dedicatio è terra effoſſæ 1556. quam Commentariis illuſtrauit Elias Vinetus Burdegalæ 1571. & quam Andreas Theuet in ſua Coſmographia retulit. Eccleſia verò maior dicata S. Iuſto Martyri. Prouincia etiam Narbonenſis memoratur à Pomponio lib. 2. de Origine iuris, & Narbonenſis moneta in Capitularibus Caroli Calui, tit. 31. nu. 12. in qua prouincia, Viennenſes ſunt iuris Italici, apud Paulum l. vltima de Cenſibus, & Acantius legitur Proconſul Narbonenſis prouinciæ in veteri inſcriptione, cum tamen recenſeatur inter Prætorias populi Romani, reliquâ Galliâ Præſidiali inter Cæſaris prouincias exiſtente. Falſum verò eſſe docet Baronius A. C. 680. num 64. quod ait Raſes Arabs apud Marianam lib. 6. Hiſpaniæ c. 6. Narbonam cum Suffraganeis accepiſſe primum Epiſcopum ab Imperatore Conſtantino, & Narbonam fuiſſe ſubditam Toleto, quâ de re Bertherius *Diatribé 2. c. 4.* quæ ſpecula, & propugnaculum populi Romani dicitur à Cicerone pro Fonteio, in quam deducta Colonia M. Porcio Catone, Q. Martio Rege. Coſſ. Olympiad. 165. an. 3. V.C. 635. apud Sigonium, & Onuph. in Faſtis, Euſebium in Chronicis. Hanc quoque vrbem Theodulphus decoram vocat, vt Martialis pulcherrimam lib. 8. Epigrammate 72. & Fortunatus lib. 6. cap. 7.

Excipit hinc Narbo, quâ littora plana remordens
Mitis Atax Rodani molliter intrat aquas,

Id eſt, vbi Atax, ex Pyrenæo monte digreſſus, Narbonam attingens intrat mare Mediterraneum, quod Rodanus ipſo torrentior freto inuadit, quò loco à nonnullis legitur Arar, ſed vitioſè, vt in Proœmio Concilij Agathenſis legitur Ararim pro Araurim, & apud Lucanum lib 1. v. 404.

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas,

legendum eſt Arar, vnde Claſſis Ararica, & Nauicularij Ararienſes in veteribus inſcriptionibus. Sed & Guilelmus Britto Philippidos lib. 9. ait, Atacem alluere Sueſſionem, & Axonam interpretatur, cùm ait

Lenifluis piſcoſus aquis, quam ditat, & ornat
Mitis Atax, Latias doluit qui ferre carinas
Itala cum Gallis inferret Iulius arma,
Axona cui faciunt nomen vulgare moderni.

Malè pariter legitur apud Aymoinum lib.4. cap.59. Adicem fluuium, pro Atacem, vbi celeberrimam vocat metropolim Narbonam, quæ pro inſignibus gerit Crucem rubeam in campo argenteo. Habet ſub ſe Suffraganeas ſedes 9. ſupra enumeratas, & olim Toloſam, Helena. nunc metropolim, & Elnam in Hiſpania, inter *Salſez*, & *Colibre*, de qua Vaſæus in Chronico, & Ortelius in Theſauro v. Helena, gradu longitud. 23. 30. latitud. 42. 15. quæ ciuitas Elenenſium, in Chronico Autiſſiodorenſi, à qua Elenenſis Epiſcopus, qui nunc Perpiniani ſedet ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi. Vnde in Chronico Caſſiodori legitur Sergio, & Magno Coſſ. Conſtans Imperator haud longè ab Hiſpania in caſtro, cui nomen Elenæ interfectus. Præterea in hac Diœceſi recenſentur Abbatiæ.

Flor. 800. S. Petri de Cannis O.B. *des Cannes*, aliàs de Canibus.

Flor. 500. S. Polycarpi, *S. Polycarpe*, O.B.

Flor. 500. S. Mariæ de Quadraginta O.A. *Noſtre Dame de Quarante.*

S. Mariæ Fontis-frigidi, *Fonte-froide* O. C.

S. Pauli in vrbe, nunc ſæcularis. Denique hi Archipræſules reperiuntur.

S. Paulus, Martyrologium Romanum vetus, & nouum cum aliis, 11. Calend. Aprilis, Baron. A.C. 61. Ordericus lib. 2. Auctor vitæ S. Genulphi cap. 10. in Bibliotheca Floriacenſi, Lorinus in Actus Apoſtolor. c. 13. v. 12. Chronic. Autiſſiodorenſe, Belforeſtus, & Maximus in Chronic. Mariana in tractatu de Aduentu S. Pauli in Hiſpaniam, Greg. Turonenſis lib. 1. cap. 30. Eccleſiam habet Collegialem in ſuburbio ad Atacem fluuium, olim Abbatialem, vt iam dictum,

Quo iure exultat proprio Narbona Magiſtro.

Vandelbertus in Martyrolog.

Stephanus.

Hilarius, ad eum extat Bonifacij Papæ epiſtola Tomo 1. Conciliorum Binij fol. 604. Baron. an. 422. num. 8. Præfuit Synodo Regienſi, in cauſa Ebredunenſis Epiſcopi an. 439. apud Baron.

S. Ruſticus 26. Octobris. Ei ſcribit S. Leo epiſt. 92. editionis Binij, & Innocentius epiſt. 2. editionis Venetæ, & S. Hieronymus epiſt. 4. eum adhuc Monachum inſtruit, eiuſque fit mentio in dedicatione Aræ Narbonenſis apud Gruterum pag. 159. vbi dicitur Bonoſi Epiſcopi filius, Aratoris Epiſcopi de ſorore nepos, Venerij Epiſcopi in Monaſterio ſocius, Compresbyter Eccleſiæ Maſſilienſis, & anno Epiſcopatus 18. reſtituiſſe Eccleſiam exuſtam Valentiniano Auguſto, vbi etiam fit mentio Dinamij Epiſcopi.

Migetius, vel Nigetius, in Concilio 3. Toletano 589. & Narbonenſi eodem anno, & altero Toletano 597. apud Baronium tom. 8. Annal. & Binium tom. 2. Conciliorum.

Sergius, ſubſcribit edicto Gondemari anno 610. Bin. tom. 2. Concil.

Salva, vel Selva, vel Silva, in Concilio Toletano 4. 5. & 6. A. C. 633. 636. & 638. cui ſexto Concilio ſubſcribit primus ante Toletanum, & Bracarenſem.

Felix, eius & Deſiderij Cadurcenſis extant mutuæ epiſtolæ tom. 5. Antiq. Lect. Caniſij, vbi & Fauſti Reienſ. epiſtola legitur ad hunc Felicem.

Argebaldus, vel Argebaudus, Vaſæo 973.

Sunifredus, Concilio Toletano 13. per Paccatum Abbatem procuratorem, & 14. & 15. id eſt A.C. 683. & 684.

Nebridius, memoratur ab Agobardo Lugdunenſi, & Baronio 813. in Concilio Arelatenſi Carolo Magno Imperatore inclyto, & orthodoxo, Domino, & Principe noſtro, glorioſiſſimo, & ſereniſſimo, apud Binium tomo 3. Conciliorum.

Barthelomæus, apud eumdem Agobardum, & in Cartulario Ferrarienſi.

Sigebodus, vel Siſebodus primæ ſedis Narbonenſis Epiſcopus, in epiſt. Ioannis 8 Papæ, apud Binium, Concilio Trecenſi 878. & Iuon. p. 3 cap. 98. & c. 8. Conqueſtus 9 q. 3.

Agius 883. ex Abbate Vabrincenſi.

S. Theodardus 887. patria Cadurcenſis, apud Crucium in hiſtoria Cadurcenſi num. 59. Iacet in monaſterio ſui nominis, vbi nunc Eccleſia Cathedralis Montis-albani.

Arnuſtus, tempore Caroli Simplicis.

Aymerius, ſcribit Ioanni 8. Papæ, cum Hugone Toloſano, & Reginaldo Biterrenſi. Intereſt dedicationi S. Pontij Tomeriarum 937.

Hermingandus 974.

Gofridus

Gofridus, vel Vefridus 1056. Baronius num. 16. Binius, & Quercetanus. Detulit Narbonem corpus S. Iuſti de Pardinaco, 1058. Ei verò fecit homagium, & fidelitatem iurauit Raymundus Berengarius Vicecomes Narbonenſis 1066. præſentibus Durando Epiſcopo Toloſano, & Raymundo de S. Ægidio. Obiit 1069.

Thebaldus, vel Theobaldus 1079.

Dalmatius 1081. eum commendat Vrbanus ſcribens Clero, & populo Narbonenſi, Raymundo videlicet Comiti, atque Aymerico Vicecomiti, apud clariſſimum, & eruditiſſimum virum Guilelmum *Catel* Conſiliarium Parlamentarem, in hiſtoria Comitum Toloſæ.

Bertrandus 1086. Credo eum eſſe qui interfuit Concilio Claromontano 1095.

Richardus, 1.12. 8. Iunij. *Catel*

Arnaldus de Leueſo 1121. huic ſcribit Petrus Venerabilis epiſtolam 11. quæ incipit: *Audiens à pluribus* lib. 4. obiit pridie Calend. Octobris 1149.

Berengarius de Narbona, filius Ermelendis. Ei præſtat homagium 1157. Raymundus Tricauellus Vicecomes Biterrenſis, apud *Catel.*

Pontius de Alſatio 1165.

Petrus Aurelli 1176. quem virum valentiſſimum vocat Almaricus in Actibus Pontificum Romanorum.

Ioannes, ex Epiſcopo Pictauienſi, tandem Lugdunenſis 79. Vide epiſtolam 92. Stephani Tornacenſis.

Bertrandus Granjellus 1191.

Inquiſitores fidei de quibus Azor lib. 8. c. 18.

Arnaldus, ex Abbate Ciſtercienſi 16. primus Inquiſitor fidei in Gallia, & Legatus Pontificius contra Albigenſes. Qua de re Petrus de Vallibus cap. 5. 7. 21. 95. & 104. Cæſarius lib. 5. cap. 21. & lib. 7. cap. 52. cuius nomen reſtituendum puto in inſcriptione cap. 30. de electione, & cap. 18. de Accuſationibus, quemque memorari credo ab Onuphrio de 7. Eccleſiis Romæ pag. 86. A. C. 1213. Eidemque reſcribere puto Innocentium 3. apud Azor lib. 8. cap. 26. q. 4. de libris ſacris vulgari linguâ non permittendis. Vide Notas Ioannis Picardi ad epiſtolam 42. S. Bernardi, & indicem Librorum prohibitorum. Præterea de Arnaldo electo 1212. plura Guilelmus *Catel* pag. 28. hiſtor. Comitum Toloſæ, vbi cognominatur Amalricus, vir magnæ religionis, & prudentiæ, mortuus 1225. Legendus *Henriquez* in Faſciculo Sanctorum Ciſtercij lib. 1. diſtinct. 22.

Libri ſacri lingua vulgari non paſſim permittendi.

Petrus Amelius, ex Archidiacono maA
jore ſucceſſit Arnaldo 1225. apud Guilelmum de Podio Laurentij cap. 25. & apud Auctorem libri cui titulus *Præclara Francorum facinora*, & in Chronic. M. S. nobis commodato, à Domino *Lanier* in Conſiſtorio Prætoriano, Conſiliario, eruditione, & pietate commendando. Præterea de Petro notanda ſunt hæc, quæ habentur in Martyrologio Narbonenſi à Catello relata. *Anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo intrauit Comes Toloſæ Narbonam de conſenſu Domini Amalrici tunc Narbonæ Comitis, & Capitulum Narbonenſe cum quibuſdam Canonicis*
B
S. Pauli, & plures Burgenſes in craſtinum exierunt villam Narbonæ, & Dominum Petrum Amelij tunc Archiepiſcopum ſecuti fuerunt, & poſtmodum anno milleno ducenteſimo quadrageſimo quarto omnes prædicti Canonici, cum Burgenſibus, honorificè cum Domino Archiepiſcopo ſupradicto redierunt. Ita pro certo, quòd Dominus Raymundus Comes Toloſæ, & Dominus Amalricus Vicecomes Narbonenſis, pedibus, & ſine ſupertunicalibus duxerunt Dominum Archiepiſcopum ſupradictū, qui equitabat ſupra ſuum equum, per habenas ac ſi eſſet ſponſus, à domo fratrum Minorum Narbonenſium, vſque ad Pa-
C
latium Archiepiſcopale, & ibi abſoluit eos.

Guilelmus de Broa 1249.

Guido Groſſus, ex Epiſcopo 50. Podienſi, poſtea Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis, in Nomenclat. Cardinal. pag. 31. quem Aduocatum Fulcoldi filium diœceſis Nemauſenſis, & S. Ludouici Conſiliarium facit Amalricus in Geſtis MM. SS. Pontificum Romanorum, vbi de eo plura ſub nomine Clementis 4. Papæ, & apud Andream *du Cheſne*, qui mihi, & cordatis omnibus palmam ferre videtur inter cæteros hiſtoriarum ſcriptores eruditiſſimos, qui plures hac ætate florent.

Andreas du Cheſne.

D

Maurinus, vel Mauricius 1272. 3. Nonas Aprilis Dominicâ Lætare. Appoſuit primarium lapidem in fabrica noua Eccleſiæ maioris.

Petrus, nominatur vt recèns electus 1283. in literis Epiſcoporum Pontij Biterrenſis, Bertrandi Toloſani, Bertrandi Vceticenſis, Petri Agathenſis, Berengarij Lodeuenſis, Bertrandi Nemauſenſis, quibus Regem exorant, ne quid ſiniſtri de Petro velit credere, eum quippe eſſe virum probum, & induſtrium, cuius opera & Clemens Papa, & Cardinales ſede vacante in arduis Eccleſiæ negotiis moderandis vſi fuerunt. Quod ipſum teſtari verè poſſunt Magalonenſis Epiſcopus, & Abbas S. Ægi-

P. Angeli vitam ſcripſit Hilarion de Coſte. poſteà adſcripti Capucinorum Ordini, Patris Angeli nomine, creatur Cardinalis anno ætatis 24. à Gregorio 13. 1583. 23. Decembris, Galliæ protector 1584. deinde ad Toloſanam ſedem tranſlatus. Eſt verò Ioyoſa validæ munitionis oppidum in diœceſi Viuarienſi, in titulum Ducatus erectum.

Ludouicus de Veruins Dominicanus in cœtu Cleri 1610. Pariſiis.

Claudius de Rebé Archiepiſcopus Heraclienſis Coadiutor, ſeu Syncellus ex Canonico Lugdunenſi. Fuit verò olim
Heraclea. Heraclienſis metropolites totius Thraciæ, ac Macedoniæ Exarchus, & Anteceſſor Hypertimorum, ſeu Præſul ſuperhonoratorum, locum tertium obtinens inter thronos Conſtantinopolitano Patriarchæ ſubiectos.

Pariſ.

Pariſienſes Præſules.

Fl. 3500. PARISIORVM Vrbs Lutetia, omnium, quas ſol videt ampliſſima, & pulcherrima, Regum Chriſtianiſſimorum ſedes, reſplendens gloriâ, fertilis ſolo, Regum diuitiæ, Emporium populorum dicitur Adrevaldo c. 33. de Miraculis ſancti Benedicti, & Guilelmo Gemeticenſi lib. 1. ſalubris aëre, iucunda flumine, arboribus nemoroſa, vineis vberrima, referta commerciis, in vita S. Dionyſii, mundi roſa, balſamus Orbis, Architren. lib. 2. nobilis Galliarum ciuitas, & ſedes Regia, S. Bernardo lib. 3. Conſiderat. cap. 6. maxima totius Regni metropolis, in quam ſolent Reges conuentum Prælatorum & Principum euocare, Sugerio, flumen Paradiſi, ſalutarium dogmatum per climata Orbis terræ præ cæteris copioſius, Vrbano 5. ſcientiarum, & litterarum docentibus, & diſcentibus grata parens, Gregor. 9. fons totius ſcientiæ, & pietatis, Cæſario lib. 5. cap. 22. vnde fluunt aquæ largiſſimæ ſalutaris doctrinę, in diplomate S. Ludouici pro Carthuſianis, fons hortorum, & puteus aquarum viuentium, Iacobo Cardinali de Vitriaco hiſt. Occid. cap. 7. è cuius Academia fluuius ſapientiæ maximus emanat quo tota rigatur Chriſtiana Religio apud Viualdum in Elogio Liliorum, in qua Cathedram Regni conſtituit Clodouæus, apud Greg. Turonenſem l. 2. vtpotè in corde Galliæ, *Arioſto* Inſtar calathi, quò po- A ma vndique peregrina, & nobilia deferuntur. *Petrarchæ,*

Vrbibus vrbs ſpecioſa magis, bona cuius ad vnguem
Commendare mihi ſenſus breuitate negatur,
Quæ caput eſt Regni, quæ grandia germina Regum
Educat, & doctrix exiſtit totius Orbis.

Guilelmo Brittoni Philipp. 1. Egregia ob dignitatis Regiæ ſedem, ſed Doctorum in omni ſcientia præeminentium frequentia plus inſignis, Chron. Autiſſiod. fol. 96. locus deliciarum, hortus B plantariorum, ager primitiarum, ſed in qua vitiorum retiacula, & malorum decipula, Petro Cellenſi lib. 4. epiſt. 10. nec enim eſt vlla tam illuſtris flamma, quæ aliquid vitij non habeat, nulla domus tam lauta in qua non ſit cloaca, Ioſephus lib. 1. contra Appiſonem, vt ait Seneca de Roma, & vbi omnium gentium bona cominùs iudicantur, Plin. lib. 11. cap. 42. cui Romæ Gallicæ florentiſſimæ illud Claudiani de Roma veterę lubens accommodo,

Cuius nec ſpatium viſus, nec corda decorem;
C *Nec laudem vox vlla capit.*

In qua conſumitur quidquid omnibus aratur. Eius verò amplitudo, quaſi forma circulari, tanta eſt, vt in longitudinem extendatur 2052. à porta S. Antonij ad portam nouam, in latitudinem 1872. m. paſſuum à porta S. Martini ad portam S. Iacobi, quo ſpatio non comprehenduntur plura ſuburbia, quorum ſingula vrbem non contemnendæ magnitudinis efficerent. Nec verò tantùm ſolo Regali, tamquam ſolis fulgore proſpero, & ſalutari illuſtratur, ſed hunc Principem, Ducem, & moderatorem ſequuntur, vt comites alia ſidera, Parla- D mentum ſcilicet omnium auguſtiſſimum, in quo ſedendi, & deliberandi ius habet Epiſcopus, Camera Computorum, Curia Iuuaminum, Tribunal Quæſtorum, ſeu Financiarum generalitas, & præfectura monetæ, cuius nota A. cuiuſque monetæ Pariſienſis fit mentio in Capitular. Caroli Calui tit. 31. num. 12. S. Dionyſij nomine inſcripta: decoratur quoque, vt iam attigimus, Academia omnium princepe, & antiquiſſima. Hæc verò vrbs Iulio, & Iuliano Cæſaribus, Straboni, Ptol. Zozimo, & Ammiano Marcellino memorata, poſita eſt in gradu longitud 23. 25. latitud. 48. 40. Clauio, altitud. ſolis 41. 20. in medio climatis 7. vbi dies maxima hor. 16. vn-

L... Paris ... de gu... vne n... gent au ... d'azur ... de fleurs de lis d'or ... France.

bra æquinoctialis meridiana 68. 23. ad 60. & verticalis ſtella fulgens in latere dextro Perſei, & nebuloſa in genu Orionis, ad Sequanam, qui accepto Matrona, eam interlabendo triplicem facit. Media Ciuitas, pars dextra Vrbs, ſiniſtra Vniuerſitas vocatur. Ciuitati quidem hinc datum eſt nomen, quòd in ea ſit ſedes Epiſcopalis, & Eccleſia primaria, ſub Senonenſi metropoli, vſque ad Ioannem Gondium primum ſedis huius Archiepiſcopum, vnde Abbo:

Vrbs in honore micat celſæ ſacrata Mariæ.

Baſilica enim Pariſiacæ vrbis in honorem S. Mariæ dicata eſt Aymoin. lib 3. cap. 57. quam baſilicam ſi nunc videret Fortunatus, de ea juſtius, quàm olim efferetur,

L'Egliſe de Paris porte de France ſans nombre chargé d'vne croſſe d'or.

Splendida marmoreis attollitur aula columnis.

Quam, nobile membrum Regni Francorum vocat Stephanus Tornacenſis ep. 100. Ea verò alta eſt à pauimento ad fornicem 172. lata 144. lõga 390. pedes, habens turres geminas in fronte (quæ ſingulæ 389. gradibus aſcenduntur) altas pedes 204. In qua Canonici 52. & in cuius diœceſi vicina ab Occidente Carnotenſi, ab Oriente Meldenſi, à Meridie Senonenſi, à Septentrione Rotomagenſi) numerantur Eccleſiæ parrochiales 439. in 3. Archidiaconatibus ſub ſe ſingulis duos Decanatus habentibus. At Abbatiæ, de quibus Brulius, & nos infrà, hæ ſunt,

Flor. 8000. S. Germani de Pratis O. B. *S. Germain des Prez*, olim S. Vincentij.
Flor. 100. S. Victoris O. A. *S. Victor.*
Flor. 800. S. Genouefæ O A. *S. Geneviefue*, olim SS. Petri, & Pauli Apoſtol.
Flor. 307. S. Maglorij O. B. *S. Magloire*, ſed nunc menſæ Archiepiſcopi vnita.
Flor. 750. S. Mauri Foſſatenſis, *Sainct Maur des Foſſez* O. B. vnita etiam Epiſcopatui.
Flor. 800. Vallis S. Mariæ O. C. *Val-noſtre Dame.*
Flor. 1100. S. Petri de Latigniaco, *Lagny* O. B.
Flor. 6000. S. Dionyſij in Francia, *S. Denys en France*, O. B.
Flor. 500. S. Mariæ de Herivalle O. B. *Erivaulx.*
Vallis-Sarnaij O. C. *Les Vaux-Sarnay*,
Flor. 66. Hinc Petrus ſcriptor hiſtoriæ Albigenſium.
Flor. 33. De Rocha, *De Roche.*
De Cala fœminarum O. B. *Chelle.*
De Hedera fœminarum O. C. *de D'Hierre.*
De Livriaco, *Livry* O. A.
De Hermeriis, vel Herminariis, *Hermieres.*
S. Mariæ de Hibernali, *Noſtre Dame d'Yverneaux* O. A.
S. Antonij fœminarum O. C. *S. Antoine des Champs.*
Mons-Martyrum, *Mont-Martre.*
Longi-campi fœminarum O. S. Claræ Vrbaniſtarum Sororum, *Lons-Champs.*
Mali-Duni, *Maubuiſſon* O. C.
De Portu Regio fœminarum O. B. *De Gif, ou Port Royal.*
De Mala-noda, *Male-noüe, ou Bois aux Dames.*
De Gerſiaco *Gerſy* O. B. fœminarum.

Porrò hanc Eccleſiam rexere Epiſcopi, quos hic damus, ſi prius dixerimus Pariſiis datas eſſe leges. In Cod. Theodoſ. 11. de numerar. Act. Scriniar, & Exceptor. 3. de metallis, & metallar. 13. de annona, & tributis.

1 *S. Dionyſius* Areopagita, ex Athenienſi Epiſcopo miſſus in Galliam à S. Clemente Papa A. C. 98. vbi feliciſſimè erigens, & dirigens Eccleſiam, martyrio afficitur anno ætatis circiter 110. ſalutis verò humanæ circiter 120. Imperio Trajani finiente, & Adriani incipiente die 9. Octobris, quâ de re Baronius in Martyrol. & in Annal. Lorinus in Actus cap. 17. v. 34. Breuiar. Romanum, Pariſienſe, Bituricenſe, Rotomagenſe, & Codex M. S. in vita S. Vrſini, vbi apertè dicitur Areopagita. Quod etiam aſſeruit Iacobus Faber Stapulenſis, Dionyſius Carthuſianus, Demochares, Onuphrius. Genebrardus, Adam de S. Victore, Galeſinus, Budæus, Brullius, Loiſillius, Epanſæus, Stephanus Binet in eius vita Gallico ſermone eleganter & doctè conſcripta, Hieronymus Bignonius Regis in maiore Conſilio Aduocatus in libro Gallicè ſcripto de excellentia Regum Franciæ, Ioannes Golutus Fuliacenſis, Petrus Lanſellius in Apologia præfixa editioni Gallicolatinę Operum ipſius Dionyſij, pro quibus alteram defenſionem ſcripſit Delrio. Vnde Ioannes Scotus dicans eadem Opera Latina à ſe facta Carolo glorioſiſſimo Catholicorum Regi (is eſt Caluus, poſteà Imperator) hæc habet inter cætera,

Lumine ſidereo Dionyſius auxit Athenas
Areopagites, magnificuſque Sophos.

Eamdem quoque tuentur opinionem Trithem. de Scriptor. Eccleſiaſt. Surius in Vitis Sanctorum, Baleſter in Onomaſtico, Petrus *Coton* lib. 1. cap. 12. Inſtitut. Catholicæ, Padræus lib. 2. Chronolog. Normaniæ, Opmerus, Galtherus, Gordonus, Chronic. Autiſſiodorenſe, & Lemouicenſe,

Lemouicenſe, Stephanus Pleurius Victorinus in Æneide ſacra huc inflectens verſus Virgilianos,

Gratus homo noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes,
Cui genus à proauis ingens, via prima ſalutis
(Quod minimè reris) Graia pandetur ab vrbe.

Et Scultingius in Bibliotheca Eccleſiaſtica. Vnde Vandelbertus in Martyrologio,

Gallia doctorem Paulo inſtituente magiſtrum,
Quem meruit.

A quibus tot tantiſque teſtibus vix auſim diſcedere, licet nonnulli docti, Pijque viri aliter ſentire videantur, ex Martyrologio vetere Romano, & Notkeriano, nec cæteros moror inſanabili quodam æſtu morbi affectos Eccleſiæ communi ſenſui altiore voce reclamãti, negantes quòd vni Tacito mendaciorum loquaciſſimo facile concederent. Nec verò mirandum, ſi plerique Authores in annorum numeris vel ætatis, vel paſſionis ipſius Dionyſii inter ſe non conueniant, & aliqua quodammodò veritati non congruentia interſerant, cùm, vt alibi iam diximus, *Omnium memoriam habere, & in nullo penitus errare Diuinitatis potius ſit, quàm mortalitatis.* Propriumque eſt ſacræ Scripturæ omni næuo & mendo carere. Neque hic abs re fuerit notare quod conijcit Illuſtriſſ. Cardinalis Baronius tom. 2. Annalium, Gallos cum Aſianis charitate coniunctos non ſolùm ob diſcipulos Polycarpi in Galliam amandatos, ſed etiam maximè ob ſingularem Polycarpi & Dionyſij amicitiam. Cæterùm Dionyſius ſecundo ab vrbe lapide Regale habet Monaſterium, de quo infra, & in vrbe Eccleſiam in ipſo loco carceris in quo olim detentus fuit, & Capellam in Palatio Archiepiſcopali, & plures alias Eccleſias quà patet orbis Chriſtianus. Sed penè exciderat Ioannem Baptiſtam Mantuanum libros tres de Dionyſio ſcripſiſſe, in quibus inter alia hæc habentur:

Gallorum ſublime decus, rariſſima gentis
Gloria Cecropiæ, toto Dionyſius orbe
Altior, è magnus Superum primatibus vnus.

Quibus conſentiunt quæ habet Roſvida virgo Monialis in paſſione huius Hieromartyris, quam metricè conſcripſit, & Conradus Celtes edidit.

2. *Mallo.*

A 3. *Maſſus*, apud Surium 9. Octobris in Areopagiticis.

4. *Marcus.*

5. *Aduentus.*

6. *Victorinus*, in Concilio Sardicenſi 347. & Agripinenſi 349.

7. *Paulus.*

8. *Prudentius*, in vita S. Marcelli ſucceſſoris memoratur, & ſepelitur in cripta, vbi iam olim ſacellum cui poſtea ſuperſtruxit Eccleſiam Clodouæus Rex Protochriſtianus in honorem SS. Apoſtolorum, quæ poſtea ſanctæ Genouefæ dicta eſt, de quâ inferius.

B 9. *S. Marcellus, Sainct Marcel,* Antiſtes Pariſij, ſed Ciuis Paradiſi, apud Fortunatum tomo 6. Surii, qui Marcelli vitam dicat S. Germano, de quo item Martyrol. Calend. Nouembris, cùm tamen eius feſtum agatur die 3. ſequente, propter Panagia, ſeu omnium Sanctorum ſolemnitatem, & Defunctorum Commemorationem. Eccleſiam habet Collegialem quæ nomen dat vni ſuburbiorum, in qua (olim S. Clementi ſacrâ) ſepultus fuit circa A. C. 436. Habet etiam parrochialem Eccleſiam in oppido S. Dionyſii. At interfuiſſe dicitur electioni S. Euvrtij Epiſcopi 6. C Aurelianenſis apud Sauſſeyum.

10. *Vitianus.*

11. *Felix.*

12. *Flauianus*, ſedebat eo tempore quo S. Germanus Autiſſiodorenſis cum S. Lupo Trecenſi in Britanniam proficiſcens, S. Genouefam virginem Deo conſecrauit Nanthodori, ſeu Nemethodori, quod refertur apud Baronium 429. & in Breuiario Pariſienſi, & ab Aymoino l. 1. c. 24. *Nanterre.*

13. *Vrſicinus.*

14. *Apedinius.*

15. *Heraclius*, Concilio 1. Aurelia- D nenſi 507.

16. *Probatius.*

17. *Amelius*, in Concilio 2. & 3. Aurelianenſi 536. & 540.

18. *Saphoratus*, Concilio 5. Aurelianenſi 552. & in Pariſienſi, in quo depoſitus.

19. *Libanius.*

20. *S. Germanus*, Auguſtoduni natus, vbi & ordinatus Preſbyter à S. Agripino, & Abbas S. Symphoriani à Nectario, ac Præfectus eleemoſynis Childeberti, à quo Rege dicitur ſanctiſſimus Pariſiorum vrbis Pontifex, cuius exhortatione fundatur Eccleſia S. Vincentij, cui priuilegium immunitatis, ſeu exemptionis à iuriſdictione Epiſcopali con-

ceditur anno 4. Chariberti 12. Calend. Septemb. 566. vel 569. Quâ de re & pluribus aliis huc ſpectantibus Aymoinus lib. 1. cap. 24. lib. 2. cap 18. 20. 25. & 29. lib. 3. cap. 2. & 16. lib. 4. cap. 62. in editione Iacobi Breulij, & in Chronologia Lirinenſi pag. 184. & 204. Intereſt Concilio Pariſienſi 259. vbi actum eſt de iuribus Eccleſiæ quæ ſibi Reges vſurpabant. Intereſt etiam ordinationi Felicis Archiepiſcopi Bituricenſis 25. Sed & eum ſic laudat Fortunatus lib. 2. cap. 10.

In medio Germanus adeſt Antiſtes honore,
Qui regit hinc iuuenes, ſubrigit inde ſenes
Solicitus quemquam ne deuoret ira luporum,
Colligit ad caulas paſtor opimus oues.

Obiit autem 28. Maii 579. apud Baronium num. 21. ex Gregor. Turonenſi lib. 5. cap. 8. Vion in Martyrol. Monaſtico. Sepultus in Monaſterio S. Vincentij, quod dedicauerat, & quod poſtea de ipſius nomine appellatum eſt, cuius Abbates inferius dabimus, vbi hoc Epitaphium illi poſuit Rex Chilpericus referente eodem Aymoino l 3. c. 16.

Eccleſiæ ſpeculum, patriæ vigor, ara reorum,
Et pater, & medicus, Paſtor, amorque gregis
Germanus virtute, fide, corde, ore beatus.
Carne tenet Tumulum, mentis honore Polum.
Vir cui dura nihil nocuerunt fata ſepulchri,
Viuit enim, nam mors, quem tulit, ipſa timet.
Creuit adhuc potius iuſtus poſt funera, nam qui
Fictile vas fuerat, gemma ſuperba micat,
Huius opem, ac meritum, mutis data verba, loquuntur,
Redditus & cæcis prædicat ore dies,
Hic vir Apoſtolicus rapiens de carne trophæum,
Iure triumphali conſidet arce Poli.

21. *Ragnemodus*, memoratur à Greg. Turonenſi l. 2. cap. 14. l. 6. c. 27. l. 7. c 4. l. 9. c. 6. Aymon. l. 3. c. 57. Fortunato l. 9. c. 10. interfuit Concilio 2. Matiſconenſi 588.

22. *Euſebius* de quo Gregor. l. 10. c. 26. Ordinauit S. Clodoaldum, vt eſt in Breuiario Pariſienſi die 7. Septembris ipſi Clodoaldo ſacrâ, ſepulto Nogenti ad Sequanam qui vicus nunc de eius nomine appellatur. *S. Cloud.*

23. *Pharamondus*. Gregor. Turonenſis l. 10. c. 26. Aymoin. l. 2. c. 18.

24. *Simplicius.*

25. *S. Cerannus.* Sepultus in criptâ à ſiniſtris S. Genouefes 27. Septembris. Ei dicata fuit hiſtoria Tergeminorum Lingonenſium, vbi Papa dicitur; apud Surium 17. Ianuarij.

26. *Leudbertus*, vel Leudebertus, apud Flodoardum l. 2. c. 5. in Synodo Remenſi 634.

27. *Autbertus*, vel Audobertus. Interfuit Concilio Cabilonenſi per Procuratorem Grimoaldum Abbatem circa annum 650. Ei S. Audoënus dicat vitam S. Eligij. Exemit à iuriſdictione Epiſcopi Monaſterium Foſſatenſe. Anno 5. Clodouei ſecundi.

28. *S. Landericus.* Exemit à Iuriſdictione Epiſcopali Monaſterium S. Dionyſij anno 15. Clodouæi, in Synodo Clipiaci, Calend. Iulliis circa A. C. 662. diplomate in cortice tiliæ exarato, & à 25. Epiſcopis ſubſignato, in Cartophylacio Dionyſiano: obiit 10. Iunij, habetque Eccleſiam de ſuo nomine in vrbe, de quo Aymoinus l. 4. c. 41. Inſtituit hoſpitale iuxta Eccleſiam maiorem. Ei dicauit formulas Marculfus, vt obſeruauit V. C. Hieronymus Bignonius in maiore Conſilio Aduocatus Regis. *S. Landry.*

29. *Robertus.* Eius mentio in vitâ S. Bathildis, S. Audoëni, & S. Eligij, vbi & mutuæ Epiſtolæ Rodoberti Pariſienſis, & Audoëni Rotomagenſis leguntur apud Surium, & Sigebertum c. 58. de Viris illuſtribus.

30. *Sigebaudus.*

31. *Importunus.*

32. *Agilbertus*, vel Aglebertus, apud Bedam l. 3. c. 7. & l. 4. c. 1. & c. 5. c. 20. hiſt Angl. Trithem. l. 4. c. 142. de Viris illuſtribus Ordinis Benedictini, Baron. Dicitur & Albertus ab Herico Heutindonienſi, cuius Alberti nepos Letherius Epiſcopus Veſtſaxonum in Angliæ: fuit dotator monaſterij Malmeſburienſis.

33. *Sigofridus.*

34. *Turnaldus*, ex Abbate Sandionyſiano 11.

35. *Adulphius.*

36. *Bernecharius.*

37. *S. Hugo*, factus Archiepiſcopus Rotomagenſis 25. ex Baiocenſi 13. circa ann. 720.

38. *Merſcidus*, vel Merfridus, vel Meliardus Franciæ Cancellarius 726. ex Epiſcopo Trecorenſi, vt vult Ioannes Feron.

39. *Fedolus.*

40. *Ragnecaptus.*

41. *Deodefridus.* Circa quæ tempora Academia Pariſienſis inſtituitur à Carolo Magno 792. auctore Clemente Hyberno, quâ de re vide librum Pariſiis editum 1620. cui titulus Brigida Thaumaturga, Iacobum Midendorpium de Academiis, Zaba. el. Clementinâ. 1. de Magiſtris, Chaſſaneum Catal. Glor. Mundi p. 10. Conſiderat. 32. Gaguin. l.4. Polydor. l.5. hiſt. Angl. S. Antonin. tit. 14. c. 4. §. 12. Ioannem magnum in Sophologio c.15. Petrũ Griſium de Clericis, & Regularibus, ſect. 16. Omnium quæ ſunt in terris celeberrima. Sabellic. Enneadis 10. l. 3.

Academia Pariſienſis.

42. *Erkanradus*, ſub eo habitum Pariſienſe Concilium 829. quod extat tribus libris comprehenſum tomo 3. Conciliorum Binii.

43. *Ermanfredus.*

44. *Inchadus.* Interfuit reſtitutioni Ludouici Pij 835. & obiit 839.

45. *Erkanradus* 2. interfuit electioni Hincmari 845. apud Flodoard. l.3. c. 1. qui eiuſdem meminit c. 11. & in Concilio Pariſienſi 846. & Baron. 853. obiit 3. Idus Maij. Memoratur etiam à Lupo Ferrarienſi Epiſt. 98. & in Cartular. Ferrarienſi tempore Ludouici Pij.

46. *Æneas.* De eius electione agit Lupus Ferrarienſis Epiſt. 98. qui eidẽ ſcribit Epiſt. 119. interfuit Concilio Tullenſi 859. & Trecenſi 867. Dat Foſſatenſibus præbendam Pariſienſem 868. Indict. 1. annuentibus cunctis Archidiaconis & Clericis, Odone Abbate. Librũ edidit de erroribus Græcorum iuſſu Nicolai 1. Papæ, qui in membranis ſcriptus in quibuſdam Bibliothecis reperitur: ei dat pontem Pariſienſem Carolus Caluus pridie Idus Iulij, anno 22. regni diplomate dato Compendio palatio. Is eſt annus Chriſti 862. intereſt Concilio Vermeriæ 870.

47. *Angelinus*, vel Ingelinus, vel *Ingelvvinus* Archicancellarius & Archicapellanus Caroli Calui. Intereſt Synodo Pontigonenſi 876. & Trecenſi 878. nominatur etiam in Capitul. Caroli Calui apud Cariſiacum tit. 43. n. 15. vbi Imperator vult eũm aſſiduè eſſe cum Ludouico filio: memoratur & ab Aymoino lib. 2. ex lib. Miracul. *S. Germani*, cum Carolo Rege & Gozelino Abbate, poſtea Epiſcopo.

48. *Geſlinus* vel Ganſlenus, ex Abbate S. Germani Pariſienſis 21. & Sancti Dionyſii 24 tranſtulit corpus S. Mederici 884. 22. Ianuar. Obiit 887. Regino, Aymoinus, vel eius Continuator, vbi dicitur Præſul Domini, Paſtor benignus, & Heros dulciſſimus. Sororem habuit Bilichildem vxorem Bernardi Comitis Pictauiæ.

49. *Ancherieus*, vel Anſchericus, vel Albericus, apud Reginonem lib. 2. cui Carolus confirmat donationem magni pontis Pariſiis die 16. Octobris, Regni 17. vt ait Brulius, ex Cartulario Eccleſiæ, quod magnum Paſtorale dicitur lib. 19. Charta 55. de eo ſic Abbo in obſidione Pariſienſi:

Nobilis, egregiuſque, ſacro pompatus honore
Totius Anſchericus virtutis germine clarus.

50. *Theodulphus*, vel Tradulphus, de quo ſic Calendar. Pariſienſe 8. Calend. Maii. Obiit Theodulphus qui primus firmauit Clauſtrum noſtrum ſub Rege Carolo Simplice, cuius firmitatis diploma datum eſt Cangiaci 15. Calend. Iunij Indict. 15. anno Incarn. Dominicæ 911. regnante Domno Carolo Rege 19. redintegrante 14. Ea verò redintegratio Regni intelligitur cœpta mortuo Odone, qui Burgundia, & Aquitania potitus eſt, dum vixit.

Cangiaca villa.

51. *Fulradus* 922.

52. *Adelmus* Balduini Calui Comitis Flandriæ filius, obiit poſt ſedem anno 16. Hic cum duobus ſuperioribus memoratur in vita S. Gerardi Bronienſis, apud Surium 3. Octobris.

53. *Galtherus.*

54. *Albericus.*

55. *Conſtantinus*, vel Conſtantius, nominatur in Charta Ragenfredi Epiſcopi Carnotenſis 51. circa A. C. 954.

56. *Garinus*, vel Gerinus.

57. *Lyſiardus*, vel Eliſiardus: hoc tempore Giſlebertus Pariſiorum Epiſcopus dicitur obiiſſe, apud Glabrum l. 2. c. 7. 993.

58. *Raynardus*, vel Ragenoldus, vel Raynoaldus de Vindocino, Burchardi Comitis Vindocinenſis, Pariſienſis, ac Melodunenſis, & Elizabethæ relictæ Aimonis Comitis Corbolienſis filius, ex Cancellario Roberti Franciæ Regis. Confirmat præbendam Foſſatenſem in Cathedrali percipiendam Hildeberto Abbate 1006. Indict. 4. Epacta 18. Reg. Robert. 20. Epiſcopatus 16. pridie Calendas Maias, in Cartular. S. Martini Pariſienſis, obiit 8. Idus Ianuar. videndus Brulius in ſupplemento Antiquit. Pariſ. Nec omittendum quod habetur in Chron. M.S. Lethericum Archiepiſcopum 62. ciuitatem Senonum Ro-

berto Regi reddidiſſe 1015. 10. Calend. Maii conſilio Papæ, & procerum Suffraganeorum, præcipuéque Raynaldi Pariſienſis Epiſcopi, qui & Comes Melodunenſis, Aymoino l.5.c.46.

59. *Albertus*, vel Anzelinus, vt ait Brulius nominum varietate ex littera ſingulari A. nata, quem exiſtimo eum eſſe, de quo Fulbertus epiſt. 8. quique obiit 9. Calend. Septemb. 1020. ſed & Coluenerius in Notis ad cap. 110 lib. 1. Chronici Cameracenſis circa hæc tempora Azelinum de Tronchinis villa Flandriæ prope Gandauum, Antiſtitem Pariſiorum fuiſſe obſeruat.

60. *Franco*, ex Decano, & Franciæ Cancellario, vt eſt apud Odonem Foſſatenſem in vita Burchardi Comitis, & in diplomate Roberti Regis pro ſancto Martino Pariſienſi. Eius meminit Fulbertus epiſt. 88. ad Regem Robertum. Obiit 8. Cal. Auguſti.

61. *Anzelinus* qui & Imbertus nominatur 1032. & 1042. in Charta Roberti Burgundiæ Ducis pro S. Germano Pariſienſi, & in Concilio Senonenſi 1048. & præſens in coronatione Philippi Regis 1059. circa quæ tempora Henricus Rex 1060. inſtaurauit Monaſterium ſancti Martini de Campis Lutetiæ. Hic verò opportunè aſcribentur verba Necrologii Benigniani Monaſterii Diuionenſis 10. Calend. Decemb. Depoſitio Domini Humberti Epiſcopi Pariſienſis, qui dedit nobis cellam ſancti Amatoris in vrbe Lingonenſi. Vide Lingonenſes num. 48. & Epiſcopos Æduenſes nu. 48. & Andream *du Cheſne* in hiſtoria Vergeya.

Porte d'azur à 5. beſans d'or au chef de pourpre chargé de 3. coquilles d'argent.

62. *Gaufredus* Cancellarius Philippi Regis & patruus Gothofredi Bullonij, ac Euſtatii Bononienſis filius, quem tamen Ioannes Feron cognominat *de la Roche-Guion*. Ei ſcribit Gregorius 7. lib. 4. epiſt. 20. vbi dicitur Iofredus. Nominatur anno 1064. & 1066. in diplomate pro Monaſterio Meſſinenſi apud Miræum in Codice Donationum c. 57. in fundatione ſancti Ioannis Vinearum Sueſſionenſis 1076. & 1092. Epiſcopatus 33. apud Camuzatum, & Paulum Æmil. lib. 3. & ſanctum Anſelmum lib. 3. epiſt. 12. Quo tempore Guido Trouſſelli Dominus *de Montlhery* fundat Prioratum B. Mariæ de Longo-ponte Ordinis Cluniacenſis in hac diœceſi, de quo Guidone Andreas *du Cheſne* in hiſtoria Mommorenciaca pag. 688. vbi ait hanc fundationem fuiſſe confirmatam à Gofrido Epiſcopo, & ipſum Guidonem profeſſum ibidem Monachum, eumque fuiſſe auum Guidonis fundatoris Prioratus de Gornayo de quo infrà n.66. Conſtruitur quoque Prioratus S. Honorinæ Confluentii in Decanatu Pariſienſi ab Iuone Belli-montis ad Iſaram Comite, & Adela vxore apud eumdem Andream *du Cheſne*, ſæpè, ſed numquam ſatis laudatum. Cæterùm patet Gofridum fuiſſe Cancellarium ex Cartulario Miciacenſi, Æmilio, Tillio, Meyero, & Ferone.

Beaumont porte de ſable au lion d'argent.

63. *Guilelmus*, de cuius electione 1097. Iuo epiſt. 50. ad Richerium Senonenſ. 65. ep.64. ad Hugonem 68. Lugdunenſem. Dedit Eccleſiā Montis-Martyrum ſancto Martino Pariſienſi 1098. Philippi Regis anno 38. Hunc verò eſſe puto quem Andreas *du Cheſne* facit filium Humberti Moriennæ Comitis, & fratrem Aleidis vxoris Ludouici Craſſi.

64. *Fulco*, cui adhuc Decano ſcribit Iuo epiſt. 112. vt de electione eius epiſt. 138. & 139.

65. *Gualo*, vel Valo, ex Abbate 2. S. Quintini Bellouacenſis ordinatur 1105. Edidit Statuta Synodalia quæ habentur in Bibliotheca Patrum, & ſeparatim Pariſiis impreſſa. Interfuit exequiis Philippi 1. 1108. in Monaſterio Floriacenſi, & inaugurationi Ludouici Craſſi eodem anno in Eccleſia ſancti Samſonis Aurelianenſis à Daimberto Archiepiſcopo 66. Senonenſi peractæ, vt eſt in Supplemento Aymoini lib. 5. c. 49. & apud Sugerium, & Edinerum lib. 2. vitæ S. Anſelmi, qui Anſelmus Valoni ſcribit lib. 3. epiſt. 69. vbi Ioannes Picardus in Notis, & Iuo epiſt. 243. Et ſubſcribit 1113. diplomati Ludouici Craſſi pro fundatione S. Victoris Pariſienſis dato Catalauni. Obiit Cardinalis 7. Calend. Martii 1114. cuius tempore Bernerus fuit Decanus. At commodum videtur hic inſerere Epiſtolas prout eas ex M.S. C. nobis exhibuit, non ſine honoris præfatione appellandus Ytherius Franciſcus Chaſtelain Canonicus Pariſienſis, diuinarum humanarumque literarum lumen clariſſimum. Hæ verò ſic ſe habent.

Stephanus Archid nominatur ante Bern. Decanum, vt Franciæ Cancellarius, vel quia tunc Archidiaconatus dignitas maior Decanatu.

GALLONI EPISCOPO, & Stephano Archidiacono, Bernerio Decano, & Ram Archidiacono, & N. Præcentori.

Anſellus glorioſiſſimi Sepulchri Cantor, & Presbyter, licet indignus, ſubiectionem, reuerentiam, & amorem, & ſic in hoc ſæculo viuere, vt per orationes veſtras in futuro

futuro vobiſcum merear ſine fine gaudere.

Cum ab Eccleſia veſtra, & à vobis, in qua, & cum quibus nutritus & eruditus fui, iam per viginti quatuor annos remotus ſim corpore, tam animo feruens in amore veſtro, & Eccleſia veſtra vobiſcum cohabito mente. Namque cum his qui per ſingulos annos à vobis ad nos venerunt, qui vos nouerunt, & vobis noti fuerunt, ſemper fuit mihi ſermo, & eſt ſedulæ inquiſitionis de ſtatu Eccleſiæ veſtræ, & de vobis quid agatis, & quomodo vos habeatis, de vobis præcipuè quos vidi, & quos cognoui, & quandiu vixero, licet abſens, ſemper amabo, ſæpè quoque per ſomnia in ſolemnitatibus, & proceſſionibus, nec non & ferialibus Matutinis, & Officijs veſtris videor intereſſe, & vobiſcum canere. Hac ergo dilectione pro vobis ſollicitus Dominum Venerabilem Patriarcham, & Canonicos noſtros rogaui, vt orationibus, & beneficiis noſtræ Congregationis fratres, & participes iungeremini: cui petitioni concedentes itidem à vobis rogant, & requirunt. Præterea, de donis quæ dedit mihi Deus ad honorem, & gloriam, & ſublimationem Eccleſiæ veſtræ, & veſtri, veſtræque ciuitatis, donum maximum, & incomparabile, videlicet Crucem vnam de ligno ſanctæ Crucis per Anſelmum fidelem veſtrum vobis deuotus transmiſi, à quo & litteras veſtras nobis miſſas accepi. Sicut à Græcorum, & Syriacorum ſcripturis didicimus, patibulum Crucis Chriſti, de quatuor lignis fuit, vnum in quo Pilatus titulum ſcripſit, & aliud in quo brachia eius extenta, & palmæ affixæ fuerunt, tertium in quo corpus eius appenſum eſt, & quartum cum quo affixa fuit crux, quod etiam aſperſione ſanguinis lateris, & pedum intinctum, & ſanctificatum eſt; & Crux iſta quam vobis miſi de duobus eſt lignis, quia Crux quæ inſerta eſt Cruci, de eo in quo pependit, eſt, in qua inſeritur, de ſubpedaneo in quo Crux affixa fuit, vtrumque dignum, vtrumque ſanctum. Porrò Dauid Rex Georgianorum, qui cum ſuis prædeceſſoribus portas Caſpias tenuit, & cuſtodiuit, vbi ſunt incluſi Gog, & Magog, quod & filius eius adhuc facit, cuius Terra & Regnum contra Medos, & Perſas eſt nobis quaſi antemurale. Hanc Crucem quamdiu vixit, in ſumma veneratione, & dilectione habuit, quo defuncto, & filio in Regno promoto, eius venerabilis plus ſanctitate, quàm generis nobilitate caput totondit, habitumque religionis ſuſcepit, & aſſumpta Cruce iſtâ, & multo auro Hieruſalem cum paucis non reditura, ſed vt ibi inquieto, ſilentio, & oratione vitam finiret, aduenit, & de auro quod attulerat, congregationibus ſanctæ ciuitatis per partes diſtribuit, pauperibuſque, & peregrinis eleemoſynas erogauit, poſtea ſub manu Domini Gibelini Patriarchæ congregationem Sanctimonialium Georgianarum, quæ eſt in Hieruſalem, inſtituit. Nec multò poſt rogatu Sororum, & Patriarchæ regimen Congregationis ſuſcepit, denique diſtributis, & erogatis, & in neceſſitatibus commiſſæ congregationis, omnibus quæ attulerat, expenſis, cum inedia regionem noſtram oppreſſiſſet, ipſa cum ſubditis cœpit egere, cumque iam multa dono, multa mutuò recepiſſet, quod nullomodo pro neceſſitatibus ſui corporis faceret, pro neceſſitatibus Congregationis ſibi commiſſæ, pio affectu facere compulſa eſt. Itaque iſtud lignum nulli pretio comparandum hac ratione pretio comparatum eſt, ecce illud vobis miſi, precor habetote illud honorificè ſicut debetis. Verumtamen vt memoriale ſit poſteris, & ſucceſſoribus veſtris, vnde & quomodo illud habuiſtis, ſcribite in libris veſtris. Anſellus Clericus noſter hanc Crucem de ligno ſanctæ Crucis Eccleſiæ noſtræ, & nobis de Hieruſalem tranſmiſit. Poſtulo igitur à vobis, vt me diligentem vos diligatis, & poſt mortem meam in orationibus veſtris mei memoriam habeatis. Quid verò tanti theſauri latori contigerit, vtrumne ad vos proſperè peruenerit, per litteras veſtras mihi notum faciatis.

Amor verus in abſentes.

Anſelmus.

Crux Chriſti ex 4. lignis. Vide Gretzer. l. 1. c. 5.

Georgiani, de quibus Miræus l. 2. Politiæ Eccleſiæ c. 11. Ortelius v. Iberia. Boterus lib. 2. Relation.

Gibelinus Patriarcha Hieroſolimitanus ex Archiepiſcopo Arelatenſi. Onuphr. 1108.

Alia littera eiuſdem ad eoſdem.

Quæſiiſtis quâ ratione, quâ neceſſitate portio iſta de Dominica Cruce aſſumpta fuerit; ego quid inde ex literis, & relatione ſeniorum Surianorum audiui, & didici vobis manifeſtabo. Legitur in Euangelio, multa quidem, & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu Diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, & vos multa legiſtis, ſed non omnia, multa enim habent Græci, quæ non habent Latini: legiſtis tamen quòd ſancta Helena Crucem Dominicam per medium ſecari fecit, & Crucem Conſtantinopolim ad filium detulit, Crucemque Hieroſolymis reliquit, relictam Choſrhoë vaſtata Hieruſalem rapuit, & in Perſidem detulit, quam interfecto Choſrhoë Heraclius Imperator Hieroſolymam retulit, & in Caluariæ loco vt à populo Chriſtiano veneraretur repoſuit. Poſt mortem verò Heraclij populus infidelium adeò Chriſtianos oppreſſit, vt nomen Chriſti conarentur extinguere, & memoriam Crucis, & Sepulchri delere. Itaque congerie lignorum ſuppoſita partem Sepulchri combuſſerunt, & Crucem ſimiliter comburere voluerunt, ſed Chriſtiani eam abſconderunt; quocirca multos ex eis occiderunt. Denique Chriſtiani habito conſilio ſecatam in multas partes diuiſerunt, & per Eccleſias fidelium diſtribuerunt, quatenus ſi eis vna pars ad comburendum auferretur, tali modo aliæ partes reſeruarentur. Itaque in Conſtantino-

Ioan. 20. 30.

polis vrbe, præter Imperatoris Crucem, ſunt inde tres Cruces in Cypro duæ, & Crete vna in Antiochia, tres in Edeſſa, vna in Alexandria, vna in Aſcalone, vna in Damaſco, vna in Hieruſalem, quatuor Suriani habent, vnam Græci, de ſancto Saba vnam, Monachi de valle Ioſaphat vnam, nos Latini ad ſanctum Sepulchrum habemus vnam, quæ habet palmum, & dimidium longitudinis, & pollicem vnum latitudinis, & groſſitudinis in quadro. Patriarcha quoque Georgianorum habet vnam, Rex etiam Georgianorum habuit vnam, quam modo, Deo gratias, vos habetis. Nunc verò ad ſupplendum gaudium veſtrum, & ad gloriam & honorem Eccleſiæ veſtræ, & Regiæ dignitatis, & ciuitatis veſtræ, & veſtrum donum maximum, & theſaurum incomparabilem, nec inferiorem priore videlicet Crucem vnam de lapide dominici Sepulchri per Bernardum ſanctæ Genouefæ Præcentorem, teſtimonio veſtro virum honeſtum vobis deuotus tranſmiſi, quam obnixè imploro, vt honorificè ſicut dignum eſt, habeatis. Poſtulo igitur à vobis, vt poſt mortem meam in orationibus veſtris mei memoriam habeatis. Quid verò tanti theſauri latori contigerit, vtrùm proſperè ad vos peruenerit, per litteras mihi veſtras notum faciatis.

Eidem Valoni Sedis Apoſtolicæ legato ſcribit Hildebertus Epiſcopus Cenomanenſis epiſt. 38. Porrò prædictum fuerat futurum Domini Sepulchrum glorioſum, Iſaiæ 11. 10. vbi Cornelius à Lapide, & Chriſtianus Adrichonius in Theatro terræ ſanctæ pag. 177. Nam mutatur hìc ordo rerum, mortem non mortuum deuorat hoc ſepulchrum, domus mortis manſio fit vitalis, vtero noua forma mortuum concipit parit viuum. Chryſologus Serm. 75. At de S. Crucis Inuentione Gretzerus lib. 1. de Cruce cap. 62. & 72. Genebr. lib. 3. Chronolog. Boſius de Cruce triumphante. Scultingus, & Baronius, tùm in Martyrol. 3. Maij, tùm in Annalibus 326. At de Exaltatione S. Crucis Martyrol. 14. Septemb. Gretzer. lib. 1. c. 65. & ſequenti, & Scultingus in Biblioth. Eccleſiaſt.

66. *Gilbertus*, vel Girbertus (malè Godericus, niſi ſit alius) ex maiore Archidiacono nominatur 1122. in Cartulario S. Martini Pariſienſis. Hoc verò tempore fundatur Prioratus de Gornayo ad Matronam fluuium leucis quatuor ab vrbe à Guidone Rubeo & Aleyda vxore Dominis *de Mont-l'hery*, vt ait Belforeſtus Annalium lib. 3. cap. 34. & 71. & Britto lib. 6. Philippidis. Interfuit autem Girbertus cum Bernerio Decano, & Stephano Archidiacono, ac Ludouico Craſſo exequiis Milonis *de Bray* Vicecomitis Trecenſis ſepulti in Clauſtro Longi-pontis apud Andream *du Cheſne* lib. 12. hiſt. Mommorentianæ. At Gilbertus obiit 1123. de quo ſic in S. Victoris Necrologio legitur 8. Cal. Februarij Anniuerſarium ſolemne Domini Gilberti Pariſienſis Epiſcopi, qui locum iſtum primò ædificare cœpit, & poſtmodum Beneficium contulit apud Iulliacum, & Balneolum ſeptem iugera vinearum, &c.

Gournay Prieuré.

67. *Stephanus*, ex Franciæ Cancellario, & Eccleſiæ Pariſienſis Archidiacono, & Aurelianenſi Decano, quem alij faciunt filium Philippi 1. alij Ludouici Craſſi, alij ex gente Garlanda fratrem Ancelini magni Franciæ Magiſtri. Obtinuit à Rege immunitatē, & iuriſdictionem in Clauſtro. Nominatur in diplomate pro Dionyſianis 1129. Indict. 7. & pro Religioſis S. Martini vbi agitur de fundatione Abbatiæ Sanctimonialium Montis-Martyrum per Ludouicum Regem, & Aleydam Reginam, tempore Petri Venerabilis Cluniacenſis, & ſancti Bernardi, qui pro eo ſcribit ad Honorium 2. Videndus Ioannes Picardus in Notis ad epiſt. 158. & Papirius Maſſonus in Ludouico Craſſo. Sepultus ad ſanctum Victorem in medio Chori hoc Epitaphio.

Garlande porte d'or à 2. faces de gueule.

Hic iacet fœlicis memoriæ R. P. & Dominus Stephanus quondam Franciæ Cancellarius, poſt Epiſcopus Pariſienſis, huius domus ſpecialis benefactor, qui obijt anno Domini 1110. 3. Calend. Auguſti.

Sed & ſequens eidem poſitum fuit.

Hic iacet inter oues Stephanus qui Pariſienſis
Extitit Eccleſiæ Paſtor, & huius ouis.
Hanc inopem, paruamque, nouamque pius pater auxit
Extulit, ornauit, rebus, honore, libris,
Multa dedit multis, ſe nobis, pluſque daturus,
Si dare plus poſſet quã ſua, ſéque dedit.

Eius verò corpus repertum fuit integrum 1515. dum Eccleſia inſtauraretur. Eo autem ſedente contigit miraculum ſanctæ Genouefæ Ardentium circa annum 1130. Inueni etiam Abbatiam Hederacenſem 1138. ab eo fundatam, & Hugoni Abbati Pontigniaci ſubmiſſam eiuſque memorari in vita S. Bernardi lib. 4. cap. 3. Alij tamen tribuunt eam fundationem Euſtachiæ Stamparum Comitiſſæ 1132. quã de re nos infrà. Nec omittenda ſunt verba Ioannis Canonici

S. Geneviefue des Ardens.

Abbaye de l'Herre.

nonici ſancti Victoris ad annum 1130. Tunc Epiſcopus Pariſienſis Stephanus, ſucceſſor Girberti ſucceſſoris Galonis florebat, qui dedit Eccleſiæ ſancti Victoris Pariſiēſis Annualia Prębendarum Eccleſiæ Pariſienſis, & aliarum quæ ſui iuris erant, & à Papa Innocentio 2. qui hoc anno venit Lutetiam confirmari impetrauit.

68. *Theobaldus*, nominatur in diplomate pro Religioſis fœminis Hederacenſibus A.C. 1142. vbi Stephanus prædeceſſor memoratur, & in Cartulario S. Martini Pariſienſis 1144. & 1157. licet alii ex Chronographo Victorino mortuum ſcribant Idibus Ianuarij 1151. Ei ſcribit Petrus Cellenſis epiſt. 21. lib. 1. Petrus Cluniacenſis lib. 5. epiſt. 40. cuius initium *Placuit*. Obiit 6. Idus Ianuarij 1158. in Supplemento Sigeberti. Sepultus apud ſanctum Martinum Pariſienſem, vbi Prior 6. fuerat. Quo ſedente, & Bartholomæo Decano Eugenius 3. præſente ſancto Bernardo conſęcrauit Eccleſiam Abbatialem Sanctimonialium Montis-Martyrum 22. Aprilis 1146. à Ludouico Groſſo, & Aleide vxore fundatam. Eius quoque tempore 1148. Clemens nominatur Decanus.

69. *Petrus* Lombardus Nouariæ in Longobardia Tranſpadana ortus, Carnotenſis Eccleſiæ Canonicus, fit Pariſienſis Epiſcopus ex ceſſione Philippi Franciæ Archidiaconi, & habet ſepulchrum in æde ſuburbana ſancti Marcelli Pariſienſis ſic inſcriptum:

Hic iacet Magiſter Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, qui compoſuit librum Sententiarum, gloſſas Pſalmorum, & Epiſtolarum, cuius obitus dies eſt 13. Calend. Auguſti.

De quo plures plura, & quis non? Trithemius, Sixtus Senenſis, Poſſeuinus, Bellarminus, S. Antoninus tit. 18. cap. 6. & 7. Auctarium Affligemenſe, & Aquicinctinum ad Sigebertum, Baronius, Galtherus, Gordonus, Henricus Gandauenſis, Opmerus, Genebrardus Mathæus Paris 1179 ex quibus tamen vix facilè tempus ſedis notare poteris, quod breue fuiſſe patet ex pręceſſoris obitu, & ſucceſſoris electione.

70 *Mauricius de Soliaco*, nominatur 1160. in Cartulario ſancti Martini Pariſienſis. Intereſt Concilio Turonenſi præſente Alexandro 3. Papâ 1163. cum 124. Epiſcopis, 414. Abbatibus, præter 17. Cardinales, in Octauis Pentecoſtes. Conſecrauit Senonis Guilelmum Archiepiſcopum 69. Baptizauit Philippum Auguſtum in Capella ſaincti Michaëlis 1165. die Dominica poſt Octauas Aſſumptionis, Hugone ſancti Germani, Herueo ſancti Victoris, & Odone ſanctæ Genouefæ Abbatibus, è fonte luſtrico ſuſceptoribus, cum Regis ſorore Conſtantia, & duabus viduis Pariſienſibus. *Aymoini Continuator* lib. 5. capite vltimo. Docuit Theologiam ante Epiſcopatum, apud Trithemium, qui eius ſcripta recenſet, *Sermones ad populum, & de Cura animarum ad Presbyteros*. Ad eum ſcribit Petrus Epiſcopus Claromontanus, apud Stephanum Tornacenſem epiſt. 3. cui reſpondetur epiſtolâ ſequente, ſed ibi ex littera ſingulari P. legi debet Pontius, qui eſt 59. in ordine Antiſtitum Aruernorum, item Lucius 3. cap. 2. *De his qui filios occiderunt*. Domos Epiſcopales à fundamentis inſtaurauit, quatuor Monaſteria fundauit, Vicum nouum B. Mariæ aperuit, & multa Eccleſiæ bona contulit, vt eſt in Necrologio 3. Idus Septembris. Nominatur 1190. cum Herueo Decano Pariſienſi, auunculo Guidonis de Cociaco, *in Charta pro Monialibus Malenodæ*, & 1194. Epiſcopatus 35. & 1195. menſe Septembri Sepelitur autem ad ſanctum Victorem hoc Epitaphio.

Hic iacet R. P. Mauricius Pariſienſis Epiſcopus, qui primus Baſilicam B. Mariæ Virginis inchoauit. Obijt anno Domini 1196. 3 Idus Septembris. Alexander 3. Papa Eccleſiæ B. Mariæ primum lapidem impoſuit.

De quo Genebrardus, & Magnum Chronic. Belgij, Iacobus Vitriacus c. 38. & Cæſarius l. 6. c. 19. l. 9 c. 43. Rigordus 1196. Antoninus lib. 17. c. 9. §. 29. ex Vincent. l. 29. c. 58. Guillel. Nangius, Ioannes Garetius Centuriâ 12. Vbi, inquit, eum ſcripſiſſe in Canonem Miſſæ, & Henricus Gandauenſis de Viris illuſtribus. Fuit autem non de dominis, ſed de ſubiectis Soliaci admodum pauper, cuius ſolis moribus poterat inhiare ambitio, cui nec damnoſa poterat eſſe huiuſmodi præda, cum minui non poſſet aſportata Religio. Non igitur mirum ſi fuerit in Ædium ſacrarum, & publicorum operum extructione tam magnificus, qui domi tam parcè vixerit, longè diſſimilis eorum, qui opima Chriſti patrimonia pauperibus deſtinata, in locorum amœnorum, ſignorum, tabularum, vaſorum cælatorum, auleorum, pigmentorum, & cæterarum nugarum homine libero indignarum coëmptione inſanientes turpiter inſumunt, quorum auaritia, & luxuria duo mala diuerſiſſima,

Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant.

Sed non eſt modò noſtrum inſtar Saty- A
rographi,

Ex Perſio. *Molles auriculas mordaci radere vero.*

Cæterùm hoc tempore 1186. Philippus Auguſtus lapide quadrato muniuit Cœmeterium Campellorum, quod poſtea ſanctorum Innocentium dictum eſt, quâ de re Guilelmus Britto lib. 1. Philippid. Quo etiam tempore floruit Petrus Cantor Pariſienſis, apud Henricum Gandauenſem c. 15. Trithemium, & Ioannem *Beleth*, qui de ratione Diuini Officij ſcripſit, & Herueus de Montemorenciaco Pariſienſis Decanus. Cæterùm in Mauricij obitum quidam contemporaneus hos verſus edidit, quos ex M.S.C. Nicolaus Camuzatus Ioanni Picardo tranſmiſit: B

Migrat Pariſij pater ad patriam Paradiſi
Mauricius: mundo Martha, Maria Deo,
Hic obit à quinta iejunus luce viator,
Eſurit in vera carne videre Deum.
Offertur panis, quem clauſis ſenſibus intra
Spiritus inſpirat corporis ipſe cibum,
Verbo, mente, manu calicem, panémque repellit,
Et ſic cœleſti corripit ore dolum.
Illuſere mihi velut hoſtes: poſtulo paſſum,
Paſſum ſub vera poſtulo carne Deum. C
Rem ſtupet Auditor, offert venerabilis Abbas
Quod petit, occurrit mente, manuque pater.
Sentit adeſſe Deum, feruescit in oſcula: ſanctum
Vas tenet, & verum corpus adorat ita,
Ecce ſalus mundi, Verbum Patris, hoſtia vera,
Viua caro, Deitas integra, verus homo.
Te Deus eſurio, quod non ſinis exteriorem
Te Deus, interior ſumere poſſit homo
Tranſeat ad dextram Patris Chriſti caro, cum quo
Diſponit Patris regna Redemptor homo. D
Sic ſpes hîc meruit rem præſentire, fideſque
Scire, videre Deum glorificandus homo.
Sic amor exarſit, ſic ſpes præſentit, vt vna
Crederet, & ſciret credita certa fides.

Extant etiam hi verſus de Mauricij obitu apud Brulium:

Doctor & Antiſtes, cathedrâ condignus vtrâque,
A prima meruit continuare duas.
Sana fides, doctrina frequens, eleemoſyna iugis,
Clamat Pariſius non habuiſſe parem.
21. Septembris. *Virginei menſis quæ tertia præuenit Idus,*
Splendorem ſepelit nube ſepulta dies.

Suilly porte d'azur au lion d'or, ſe- 71. *Odo de Soliaco*, frater Henrici Bituricenſis Archiepiſcopi 67. vberes reditus diſtraxit, vt pecuniam inde quæſitam pauperibus erogaret. Nominatur in Cartulario Abbatiæ Vallis noſtræ Dominæ 1202. Confirmauit ſancti Honorati fundationem 1204. & S. Symphoriani 1207. Pontificatus 10. quo anno iterum nominatur cum Hugone Decano menſe Auguſto in Cartulario Sandionyſiano. Ei committit cauſæ cognitionem Lingonenſis Epiſcopi Innocentius 3. lib. 1. Epiſt. *Cùm olim*, eidémque dirigit cap. 5. Ex parte de corpore vitiatis, vbi ait Michaëlem Presbyterum, qui ſibi virilia curauerat amputanda, lepræ vitandæ cauſa, poſſe Altari miniſtrare. Quinam autem ſeipſos mutilantes à ſacris Ordinibus vt irregulares arceantur docet Toletus lib. 1. cap. 61. vbi & de leproſis non initiandis, & S. Thomas 2.2. quæſt. 108. art. 4. Lepram verò, ſeu vitiliginem, ſeu vt vocat Horatius malam ſcabiem caſtratione impediri refert Cuiacius l. 17. Obſeruationum cap. 24. quam caſtrationem conſuluerunt Medici veteres, ad elephantiaſim non ſolùm euitandam, ſed & profligandam, nec ſine cauſa. Cùm enim hîc morbus fiat à bile retorrida & hepatis totiuſque habitus corporis intemperie præcalida & ſicca humores adurente, euiratio ipſa plurimùm opitulatur ob temperamenti totius, quam parit immutationem cùm teſtes maximam vim caloris, feruoremque in vniuerſum corpus effundant, ex qua humoris concitatione exſurgit elephâticis indeſinens partium pruritus ocyuſque foras prorumpunt, & extuberant mali illi ichores faciem fœdè turpantes. Quâ de re Ætius Tetrabibl. 4. Sermone 1. c. 24. quem ſequuntur qui de luis illius elephanticæ curâ ſcripſerunt, inter quos Platearius, Valeſcus de Tarenta, Fallopius, Riolanus, Marcellus, Donatus, Plin. lib. 2. cap. 1. At lepram eſſe vitium coloris, non valetudinis & integritatis ſenſuum atque membrorum ait ſanctus Auguſtinus lib. 2. cap. 10. Quæſtion. Euangelic. Vnde odioſa vitiligo Lucilio. Quamuis enim nullum per ſe periculum adferat, tamen fœda eſt, Celſus lib. 3. cap. 25. Plin. 16. c. 1. & maculoſi corporis morbus Diuo Ambroſio, & lurida ſquamoſi corporis nota Iuuenco, imò ex Sereni Sammonici ſententia,

mé de 4 r. de la dime.

Eſt elephas morbus triſti quoque nomine dictus,
Non ſolum turpans infandis ora papillis,
Sed citò præcipitans funeſto fata veneno.

Hinc apud Perſas eo affecti malo extra portas

portas ciuitatum amandabantur teſte A Herodoto lib. 1. & apud Iudæos Leuit. 13. 49. 5. & 4. Reg. 15. 5. Inde Tertulliano tranſportanei dicti. Ad hunc etiam Epiſcopum ſcribit idem Innocentius Pontifex lib. 1. Epiſt. vt Philippum Auguſtum inducat ad recipiendam vxorem Iſembergam, quam à ſe quodam fribuſculo amouerat. Alterâ quoque epiſtolâ idem Pontifex. Eam, inquit, de diſcretione tua fiduciam obtinemus, vt ſi quando tibi committimus quæ ad honorem diuinum, & vtilitatem Eccleſiaſticam pertinere noſcuntur, gratia & timore poſtpoſitis ſatagas promouere. In hac parte nobis Coadiutor exiſtens qui B ex iniunctæ ſeruitutis officio ſecundum

Ieremi. 10. Prophetam debemus euellere, & plantare quæ in Eccleſia Dei euellenda fuerint, & plantanda. Odonis verò ſepulchro, ex ære in Chroro cathedrali hi verſus inſculpti ſunt.

Quem Cat. eat& decorauit honor, quem
ſanguis auitus,
Quem morum grauitas hîc iacet Odo ſitus
Præſulis huius erat, quod habent hæc tempora rarò
Mens ſincera, manus mũda, pudica caro,
Lenibus hic lenis, toga nudis, victus egenis, C
Vita fuit iuuenis clara, probata ſenis,
Bis ſexcenteno Chriſti, quartoque bis anno,
Tredecimo Iuly tranſiit Odo die.

Legendus Stephanus Tornacenſis epiſt. 225. in qua cõmendatur Odo ab honeſtate, nobilitate, & dignitate, & à Petro Bleſenſi epiſt. 126. 127. & 160. & in vetere Martyrol. dicitur benefactor ſingularis Eccleſiæ, cuius vigilantia ſolers in gregis cuſtodia facilè deprehenditur (neque enim lucerna eius fuit ſub modio, ſed ſuper candelabro poſita) ex ſanctiſſimis Conſtitutionibus quæ in Bi- D bliotheca Patrum leguntur. Videndus Rigordus 1208. Cæterùm Præſulis huius ſuaſu. Religioſæ S. Antonij Campeſtris Regulam S. Ordinis Ciſtercienſis ſuſcepetunt, iuuante S. Guilelmo, tunc Caroli-loci Abbate, poſtea Bituricenſi Archiepiſcopo 68. Quâ in vrbe Biturica ipſe Odo fuerat Cantor, indeque Canonicus Victorinus, vnde fuit aſſumptus pietate & nobilitate commendantibus, ac Mauricij decedentis hortatu, vt eſt in commentariis Victorinis.

72. *Petrus 2. Camb*, ex Theſaurario Turonenſi nominatur 1208. menſe Nouembri. Vide Rigordum in vita Philippi Auguſti A. C. 1209. vbi ait hoc

Epiſcopo ſedente damnatam fuiſſe doctrinam Almarici Carnotenſis (quem Epiſcopum perperam facit Tillius) & libros Metaphyſicorum Ariſtotelis combuſtos Pariſiis. Confirmat fundationem hoſpitalis Gonneſſiæ 1210. Quo tempore Mathurini Pariſiis ſtabiliuntur, & Eccleſiarum S. Andreæ, & S. Coſmæ fundamenta iaciuntur à S. Germani Abbate Ioanne de Verno 44. Erigit Eccleſiam S. Ioannis Grauiæ (ea eſt platea forenſis in vrbe) in parrochialem, menſe Ianuario 1212. Noua autem Eccleſia poteſt & debet erigi ab Epiſcopo ſi populi Chriſtiani multitudo ita creuerit, vt prior ſufficere non poſſit commodæ Sacramentorum adminiſtrationi c. Præcipimus 16. q. 1. & c. Tua nos de Eccleſ. edific. Eaque cauſa exprimitur in litteris Petri, apud Brulium lib. 3. Antiquit. Pariſienſ. Huius verò Eccleſiæ rectores fuêre Ioannes *Gerſon*, & nuper Ioannes Fileſacus, poſtea Theologus Canonicus Pariſienſis, & Vicarius Generalis Capituli ſede vacante 1622. qui de origine Parochiarum inter cætera ſcripſit; vir multis nominibus apud omnes commendandus. Nominatur etiam 1215. anno Epiſcopatus 7. Moritur autem Damiatæ circa ann. 1217. quo anno Dominicani Prædicatores Lutetiæ inſtituuntur. Huc verò debent referri verba Rigordi in vita Philippi Auguſti, cùm ait fuiſſe tres fratres eodem tempore vterinos (credo eum dicere voluiſſe tergeminos) ſimul Epiſcopos, Stephanum Nouiomenſem, Petrum Pariſienſem, & Guilelmum Meldẽſem, Galtherij Franciæ Camerarij filios. Notabis etiam verba Necrologij Victorini Idibus Septembris. Anniuerſarium ſolemne piæ memoriæ venerabilis Patris noſtri Domini Petri Pariſienſis Epiſcopi, de cuius beneficio habuimus 40 libras ad emendos reditus, & bibliothecam octodecim librorum. Habuimus etiam de eius Capella caſulam dalmaticam, & tunicam & quædam alia. Habuit præterea de ipſius beneficio eleemoſyna noſtra ducentas libras ad emendos reditus, de quibus in die anniuerſarij eius mille pauperibus diſtribuuntur mille panes, qui fieri poſſunt de octo ſextarijs bladi, & mille attertia. Dedit & ipſi Abbatiæ noualia in Parrochia *de Cons* quæ pertinet ad donationem ſuam.

Mathurini. *S. Iean de Graue. S. André des Arts. S. Coſme, & S. Damian.* Dominicai.

73. *Guilelmus 2. de Silgniaco, Seligny*, ex Autiſſiodorenſi 59. 1220. apud Bzouium num. 14. Interfuit exequiis Philippi Auguſti 1223. menſe Iullio, co-

demque anno ipſe obiit apud ſanctum Clodoaldum in feſto S. Clementis 22. Nouemb. Sepultus Pontiniaci, de quo Chronic. Autiſſiod. fol.113. Vincentius Bellouacenſ.l.31. c. 24. vbi dicitur libertatis Eccleſiaſticæ defenſor mirabilis. Hunc verò Demochares, & quidam alij faciunt fratrem Hugonis 68. Senonenſis Archiepiſcopi ſenio confecti 1169. ſed falluntur. Nam frater Hugonis eſt Guilelmus Tuciacenſis 57. in ſerie Autiſſiodorenſium. Cæterùm Guilelmus hic, vulgò Autiſſiodorenſis dictus, ſcripſit Summam Theologicam, in qua (inquit Bellarminus de Script. Eccleſiaſt.) notari ſolet vna eius ſententia, vt ſingularis, quòd videlicet, merita hominum iuſtorum prius, & principalius à fide, quàm à charitate dependeant: quamuis enim ipſe fidem prædicet longè alio ſenſu, quàm hæretici, tamen ſententia eius hoc potiſſimùm tempore vitanda eſſe videtur. Vide ſi placet quæ idem Bellarminus habet lib. 5. de Iuſtificatione cap.15. Porrò in Necrologio Victorino notatur 10. Calend. Decembris Anniuerſarium ſolemne venerabilis Patris Domini Guilelmi Pariſienſis Epiſcopi, de cuius beneficio habuimus quadraginta libras, niſi mauis hoc referre ad Guilelmum paulò pòſt ſequentem.

74. *Bartholomæus*, ex Decano Carnotenſi. Obiit 1227. 13. Calend. Nouembris.

75. *Guilelmus* 3. Aruernenſis natione, non dignitate Epiſcopali 1228. apud Bzouium num. 16. Vincent. lib.31. cap. 134. Idémque fortè eſt, qui Venerabilis Archidiaconus Pariſienſis dicitur in Expeditione Albigenſi à Petro de Vallibus cap. 62. Dedicauit nouam Eccleſiam ſancti Antonij Campeſtris 1233. 2. Iunij, cum Guilelmo Epiſcopo Cameracenſi, & Petro Epiſcopo Meldenſi præſente ſancto Ludouico Rege. Obiit Calend. Aprilis anno 1248. feriâ 3 maioris hebdomadæ, ſepultus ad Victorinos hoc Epitaphio ære inſculpto:

Conditus hic recubat fatali ſorte Guilelmus,
Pariſij Paſtor qui gregis aptus erat.
Reperit illuſtrem cæleſti munere famam,
Quam nequit in tanto mors abolere viro.

Nam perpetua Principem fama inuitum manet, Senec. lib. 1. de Clementia cap. 15. Habetque hoc magna fortuna quod nihil tectum, nihil occultū eſſe patitur, omniaque arcana noſcenda famæ proponit, atque explicat, Plin. Panegyr.

Præterea Guilelmus damnat quoſdam articulos in Theologia erroneos 1240. tom. 4. Bibliothecæ Patrum comprehenſos. Præterea hoc Præſule Lutetiæ conſtruitur Conuentus ſanctæ Catharinæ Vallis-ſcholarium 1229. & fundantur Franciſcani in eadem vrbe 1230. & S. Capella in Palatio à ſancto Ludouico ad reponendas Reliquias ſanctæ Coronæ, & alias quas Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus ei ceſſerat diplomate dato apud ſanctum Germanum in Laya menſe Iunio 1241. vbi eius ſubſcriptio cernitur litteris Græcis, & miniatis, ſeu ſacro encauſto exarata, de (Encauſti.) quo Cæſar Bullengerus lib. 2. c. 10. de Imperatore, Viginereus in Narciſſum Philoſtrati. Ea verò dedicata fuit 1248. 7. Calend. Maij ab Odone Caſtri Rodulphi Cardinale, Epiſcopo Tuſculano legato, præſentibus viginti Epiſcopis. At de Guilelmo videndus Bellarmin. de Scriptor. Eccleſiaſt. Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Thomas Cantipratenſis lib. 1. Apum cap. 19. num. 5: & lib. 2. cap. 55 num. 6. Gerſo in Epiſtola ad ſtudioſos Theologiæ Nauarræos, & Genebrardus in Gregor. 9. vbi fit mentio diſputationis habitæ Pariſiis hoc Præſule 1238. vel circiter, quâ poſt longam deliberationem definitum fuit, neminem poſſe duo beneficia obtinere ſine peccato mortali; ſi vnum ſufficiat ad eum alendum. De qua pluralitate beneficiorum, (Pluralitas Beneficiorum vt illicita.) & eorum collatione extant duo Tractatus huiuſce Guilelmi, inter alia eiuſdem opera Venetiis excuſa. De qua item pluralitatis Beneficiorum incompatibilitate, & diſpenſationis validitate, vel nullitate ſcripſerunt, qui conſulendi ſunt Leſſis de Iuſtitia lib. 2. c. 34. Azor p. 2. lib. 6. cap. 10. Vaſquez de Beneficijs cap. 4. Rebufus in formula diſpenſationis ad plura Beneficia, quę pluralitas hinc inde improbatur, quod miles in duabus militiis eodem tempore inſcribi prohibetur l. 5. Qui militare poſſunt, Cod. lib.12. nec ex vna militia in aliam tranſire licet l. 4. C. de Offic. Magiſtri milit. nec eodem tempore honores in duabus ciuitatibus ſunt gerendi, Paulus l. 17. Libertas §. 4. ad municipalem, Ariſtoteles lib.2.cap.9. Politic. Liuius lib. 9. belli Macedonici, Quintinus in c. de Multa, de Præbendis, imò nec vni conceſſum aſſidere duobus magiſtratibus l. Nemo. C. de Acceſſoribus. Hæc verò rabies plura Beneficia agglutinandi obſeruata agnoſcitur in Ebroino Pictauienſi Epiſcopo 48. qui primus

primus in Gallia Epiſcopatui ſuo Abbatiam S. Germani adiunxit, Aymoinus lib. 5. cap. 19. At duo primùm Epiſcopatus vni fuere traditi ab Alexandro 3. qui Abſaloni Epiſcopo Roſchildenſi commiſit adminiſtrationem Archiepiſcopatus Lundenſis in Dania, Eſchylo vitam appetente ſolitariam, poſt diuturnam gubernationem portum appellens tutiorem, apud Baronium 1177. Quod ſemel ex cauſa præſumptum malè apud complures tranſit in exemplum. Sed non importunè, vt conijcio, huc importabuntur verba Onuphrij, qui lib. de Origine Cardinalium, Omnia, inquit, hæc nomina Auenione inuenta ſunt, ſcilicet, Tituli, Commendæ, Adminiſtrationis perpetuæ, tempore Clementis 5. Quæ conſuetudo vſque ad noſtra tempora perdurauit, in quibus eò deuētum, vt vnus Cardinalis Preſbyter, vel Diaconus haberet aliquando in commendam ſex Epiſcopatus. Huic verò rei modus fuit impoſitus in Concilio Tridentino ſeſſione 7. de Reformatione cap. 2. Sic anteà Clemens 4. Papa Gallus compulit nepotem ſuum, vt ex tribus Canonicatibus retineret vnum quem vellet, alios dimitteret, vt poſt alios refert Platus cap. 25. de Cardinalitia dignitate. At hæc mala pluralitatis ſcabies videtur iam pridem inuaſiſſe Paſtores ouilis Gallicani, vnde Alexander 3. c. Cùm non ignores, de Præbendis in 2. compilatione reprehendit conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ, quæ vnum, eumdemque hominem ad plura recipiebat beneficia, licet præ multitudine delinquentium emendari non poſſe videatur. Sic audiuimus quemdam ex Conſiliariis Parlamentaribus ſimul, iure vel iniuria 18. vel plures Præbendas obtinere. Cæterùm Guilelmo ſedente obiit 1236. Ioannes de Sacroboſco ad Mathurinos quieſcens, & Alexander Alenſis ſepultus in ſuo Conuentu Franciſcanorum Pariſiis 1245. 12. Calend. Septembris.

Chaſteau-Thierry.

76. *Galtherus de Caſtro-Theoderici*, vexillum tradit Sancto Ludouico aduerſus Infideles 1248. proficiſcenti. Eò ſedente circa annum 1250. fundantur in vrbe Auguſtinenſes Eremitæ; & 1252. Collegium *Sorbonæ* inſtituitur toto orbe celeberrimum, cuius eximiam doctrinam, & fidei conſtantiam; & deuotionem erga Sedem Apoſtolicam, commendat Paulus 5. 1606. apud Brulium in Antiquit. Pariſinis. Scholas verò Theologiæ Pariſiis inter cæteros maximè Religioſi, & Monachi commendarunt Adam, Hugo, & Richardus de ſancto Victore Canonici Regulares, B. Albertus magnus, Hugo de Sancto Caro, S. Thomas, Durandus, Paludanus, Capreolus, Petrus de Tarentaſia, Heruæus, Petrus *Doré*, Petrus *Divolé*, Nicolaus *Coeffeteau*, Franciſcus de Victoria Dominicani: Alexander Alenſis, S. Bonauentura, Scotus, Ioannes de Rupella, Ioannes de Parma Generalis; Petrus Aureolus Aquenſis Archiepiſcopus, Franciſcus Mayronis inſtitutor Actus magni Sorbonici circa 1315. Nicolaus de Lira, Ioannes Galenſis auctor Manipuli florum, Nicolaus de Orbellis, Stephanus Brulefer, Franciſcus Feuardentius, Franciſcus Licetus, Iacobus *Federé*, Franciſcani: Ægidius Columna Romanus, Archiepiſcopus Bituricenſis; Gregorius Ariminenſis, Albertus Patauinus, Thomas Argentinenſis, Auguſtinus Fivizanus, Raymundus Altopontanus Auguſtiniani: Simon de Spira, Girardus de Bononia, Hubertus Leonardus, Petrus de Caſa, Ioannes *Noblet*, Ioannes *Doret*, Henricus de Vrinaria, Ioannes *Valgran*, Thomas *Beaux-amis* Carmelitæ: Alcuinus Academiæ ipſius parens, Claudius Sanctæus, Gilbertus Genebrardus, Guido Iuuenalis, Ioachimus Perionius Benedictini.

Auguſtiniani. Sorbona. Franciſ. Roton ag. Archiepiſc. lib. 1. c. 46. Apolog. Euangel.

77. *Reginaldus de Corbolio*, frater Petri Archiepiſcopi Senonenſis 72. nominatur 1257. menſe Septembri in inſtrumento pro Dominicanis. Quo anno Pariſiis fundantur Carthuſiani à Sancto Ludouico in Valle-viridi, & Carmelitæ 1258. Idemque 1263. recipit Seruos B. Mariæ, vulgò Albimantellos, in quorum locum poſteà facti Guilelmitæ, quibus ſucceſſere tandem Benedictini reformati. Conditur etiam Longi-Campi Conuentus 1261. Obiit autem Reginaldus 1268. 7. Idus Iunij, ſepultus apud Victorinos hoc Epitaphio:

Carthuſiani. Carmelitæ. Albimantelli. Guilelmitæ.

Diſcite mortales portu memoranda ſuprema
Fata, quibus mors eſt indita, vita breuis.
Nobile Pontificum decus hac Reginaldus in vrna
Occubat, exili contumulatus humo.
Pariſiæ quondam Præſul celeberrimus vrbis,
Fatali ad Superos ſorte vocatus obit,
Quiſquis ades, ſic te facilem memorare viator,
Mors eſt certa, breuis gloria, vita nihil.

Reſciui etiam, ab eodem Reginaldo S. Ludouicum in terram ſanctam profici-

ſcentem baculo peregrini fuiſſe donatum 1248. in Eccleſia Pariſienſi. Item Fratres ſanctæ Crucis in ciuitate ſtabilitos 1258. & eumdem memorari 1262. non 1258. vnâ numeri denarij X. notâ per ſculptorum imperitiam prætermiſſa. Huius porrò animam in cælum aſcendentem vidit Odo Baiocenſis Epiſcopus.

78. *Stephanus* 2. Aurelianenſis cognomento *Tempier* electus 1268. & nominatur 1269. vt executor in teſtamento S. Ludouici: damnat quoſdam errores 1277. tomo 4. Bibliothecæ Patrum. Moritur 1279. die Dominica poſt feſtum Sanctorum Lupi, & Ægidij, cuius anniuerſarium notatur in Calendario Bituricenſi 23. Septembris, vbi Templarius dicitur. Quo tempore Otho Fliſcus Cardinalis, poſteà Papa Adrianus 5. erat Canonicus Pariſienſis, vt eſt in Necrologio 3. Nonas Auguſti. Eo ſedente Abbatia de Gerſiaco *de Gerſy* Sanctimonialium 1272. fundatur. Notatur prætereà Stephani obitus in Calendario Victorino 11. Calend. Octob. vbi (ſicut & Reginaldus prædeceſſor) dicitur Canonicorum Victorinorum Frater. Hoc tempore 1273. Gofridus de Pontecheuron Decanus Pariſienſis in Archiepiſcopum Bituricenſem electus, moritur ante conſecrationem.

79. *Raynulphus*, Normanus, fundator feſti Conceptionis, & benefactor Eccleſiæ in Necrologio. Obiit pridie Idus Nouembris 1288. Quo defuncto Ioannes de Allodiis Aurelianenſis, Canonicus, & Cancellarius Pariſienſis cum præſentiret ſe comitiali ſententia Cleri Præſulem electum iri, & quaſi iam deſignatum confugit maturè ad Dominicanos, togam eorum induens, ac ſacrâ anchorâ in tutiſſimo portu infixâ noluit in tam periculoſo mari nauigare, vt eſt apud Stephanum Sampayo in ſtemmate Prædicatorum, & apud Chronographum ſancti Victoris. Quo etiam tempore notatur in Necrologio 12. Calend. Septembris obitus Gaufridi de Barro, ex Decano Pariſienſi Cardinalis ſanctæ Suſannæ, quem ſepultum tradunt in æde S. Praxedis, Onuphr. & Ciacon. hic 1284. ille 1287. & de Barbo cognominant quos ſequitur Nomenclat. Cardinal. Fortè ad eius inſignia reſpicientes in quibus duo Barbi, ſeu Barbatuli piſces ſpectantur. At quia Burgundus dicitur fortaſſe nomen ſumpſit à Barro ad Sequanam. Porrò Ioanne mortuo in habitu nouitij Dominicani, in eius lo- A cum electus fuit Ranulphus Normanus, quo item mortuo ante confirmationem, ſuffectus eſt Adenulfus de Anagnia vita functus 1289. ex Præpoſito S. Audomari, & Canonico Pariſienſi, ante conſecrationem factus Canonicus Victorinus, vbi iacet in medio Chori.

80. *Simon Matiphas*, vel Matifardi *de Buſſy* diœceſis Sueſſionenſis, ex Archidiacono Remenſi, & Canonico Pariſienſi factus eſt Epiſcopus Pariſienſis, in quem plebs Rotomagenſis inſurrexit, cùm eſſet Magiſter Scacarij illius vrbis, cum Archiepiſcopo. Fundauit B tres Capellas in Baſilica maiore 1296. in quarum vna ſepelitur 1304. 10. Cal. Iullij, ſeu die Lunæ ante feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ. Quo tempore Clariſſæ ſtatuuntur in ſuburbio S. Marcelli Pariſiis 1289. & Collegium Choletanum 1292. Clariſſæ.

81. *Guilelmus* 4. *Bauſeti* Aureliaco in Aruernia oriundus. Nominatur in Charta Montis-Martyrum 1305. primo anno Epiſcopatus, & in Charta S. Capellæ 1306. Moritur poſt ſedem ann. 5. & ſepelitur in Capella Infirmariæ Victorinorum 1310. Quo ſedente fundatur Col- C legium Nauarræum Pariſiis à Ioanna Campaniæ Comitiſſa, & Nauarræorum Regina 1304. Collegium Nauarræũ.

82. *Stephanus* 3. *de Boretto*. Memoratur 1320. obiit 1326. 8. Calend Decembris, Eccleſiæ benefactor. Hoc Præſule Pariſiis erigitur Collegium Cardinalitium 1313. & Cæleſtini ſtabiliuntur 1318. à Iacobo *Marcel*, ciue Pariſienſi, quorum poſteà benefactor inſignis, & fundator, tempore quidem ſecundarius, ſed munificentiâ primarius Rex Carolus 5. Cæleſtini. Vide infrà nu. 89.

83. *Hugo de Bizuntio*, *Bezançon*, electus poſtridie Octauarum Epiphaniæ 1327. Obiit 1332. in Necrologio 3. Cal. D Auguſti, ſeu 29. Iullij. Quo ſedente Archidiaconus maior Pariſienſis erat Pontius Claromontanus, Roberti filius S. Ludouici nepos. Vide Veſuntionenſes n. 68. Interfuit diſputationi contra Petrum de Cuneriis.

84. *Guilelmus* 5. *de Chanaco*, ex Archidiacono inſtitutus à Ioanne 22. 1332. die 18. Auguſti, poſteà Patriarcha Alexandrinus 1342. fundator Collegij S. Michaëlis Pariſiis, moritur quaſi centenarius die S. Crucis 3. Maij 1348. Habetque hoc Epitaphium apud Victorinos, in Capella S. Dionyſij

Hic ſitus eſt Dominus G. de Chanac Patriarcha
Alexandrinus, iuris dum viueret arca,
Mores ornatos ad culmen nobilitatis
Adiungens,

Adiungens, gratos actus habuit pietatis,
Plebis, & Eccleſiæ Prælatus Pariſienſis;
Cultor iuſtitiæ, peruerſorum fuit enſis,
Hunc ſibi non ſolùm, ſed eum qui poſt ibi ſedit,
Dictus Fulco, dedit Lemonicenſe ſolum,
O quàm ſollicitè, quàm ſanctè, quamq́; peritè
Ius ſtuduit Cleri, libertateſque tueri.
Multos promouit, quos ſanctè viuere nouit,
Clam refouens inopes diſtribuebat opes.
Sancta luce Crucis tranſiuit ad atria lucis,
In Maio moriens corde Deum ſitiens,
Anno milleno trecenteno quadrageno
Octauo, annos centenos peragens, quaſi plenos,
Pro dilectoris anima tu dulciter ora,
Sancti Victoris Conuentus quálibet hora.

85. *Fulco de Chanaco* per patrui reſignationem, ex Archidiacono Cathedram conſcendit Clemente 6. probante litteris Auenione datis 1342. 5. Calend. Decembris, & nominatur 1348. ſepelitur cum patruo 4. Calend. Auguſti, vt eſt in Necrologio. Alius verò eſt à Fulcone de Chenaco Aurelianenſi 84. Præſule illic ſedente, ab anno 1334. ad 1342. quo illic moritur, & ſepelitur in Choro Cathedrali, apud Sauſſeyum pag. 563. Cæterùm beneficiorum, ſeu Sacerdotiorum reſignationes promanarunt, ex ſucceſſorum nominationibus, & coadiutorum aſſumptionibus. Planè fœlici illo primorum Chriſtianorum ſæculo, Sacerdos quiſque ferè ſibi adoptabat ſucceſſorem, non fraude, non affectu domeſtico, ſed occulto numinis iudicio, inſtinctúmque cæleſti ſpirante, quâ de re Chopinus lib. 1. Sacræ Politiæ, titulo 2. Extant verò tomo 4. Bibliothecæ Patrum articuli de diuina Eſſentia damnati per R. P. D. Fulconem Epiſcopum & Theologiæ magiſtros 1340. vbi videtur error in notis numerorum cùm nondum eſſet Epiſcopus, nec Clemens Papa. Prætereà huius Præſulis tempore 1347. Billetarum, ſeu Charitatis B. Mariæ Ordo Pariſiis conſtituitur.

Reſignationes beneficiorũ.

86. *Audoinus Alberti* 1349. & fit Autiſſiodorenſis 77. anno ſequente.

87. *Petrus de Foreſta* 1350. ex Abbate Sandionyſiano & Epiſc. Teroanen. 62. poſtea Rotomagenſis 66. Archiepiſcopus, & Cardinalis, fuit etiam Cancellarius Franciæ apud Feronem, cuius etiam meminerũt Froiſſartus & Tillius. Circa quod tempus Ioannes de Iuſtitia Canonicus Pariſienſis, & Cantor Baiocenſis fundauit Collegium de ſuo nomine in hac vrbe 1355. At in Necrologio Pariſienſi Calend. Nouembribus nota- A tur obitus Petri Epiſcopi Pariſienſis, & Philippi Epiſcopi Cathalaunenſis fratrum, quem Philippum exiſtimo eſſe 78. in ſerie Cathalaunenſi, poſteà Senonenſem 86. cognomine Melodunæi. Prætereà hoc tempore 1353. fundatur Pariſiis Collegium Becodianum à Petro Becodiano Morinenſi milite, cuius anniuerſarium agitur Calend. Martiis in Eccleſia S. Bertini Sithienſis, ſeu Audomaropolitani.

La Foreſt portoit de gueule à l'aigle d'or eſcartelé d'argent, freté de gueule ſur le tout de gueule à la croix pommetée d'hermines.

College de Boncour.

88. *Ioannes de Melento, Meulant*, quod oppidum 9. tantùm leucis diſtat Pariſiis) prius 75. Nouiomenſis, huius Eccleſiæ Pariſienſis poſſeſſionem adeptus B 1351. die Mercurij poſt *Iudica.* Obiit 1363. Quo ſedente vitæ munere defungitur Petrus Berchorius in Prioratu S. Eligij ſepultus 1361.

89. *Stephanus 4. de Poiſſy* 1363 fit Cardinalis ab Vrbano, Montefiaſcone menſe Septembri 1368. poſt ſedem ann. 10. obiit 1373. 16. Calend. Nouemb. Auenione, Ciacono & Quercetano teſtibus. Quo ſedente dedicata fuit Eccleſia Cæleſtinorum in hac vrbe 15. Septembris 1370. in honorem Annunciationis Deiparæ à Guilelmo 87. Archiepiſcopo Senonenſi, inſtante Carolo 5. C Rege.

90. *Aymericus de Magnaco, Maignac*, nominatur in dedicatione Capellæ Collegij Nauarrenſis 1373. 16. Octobris die Dominica, & in tralatione brachij ſanctę Opportunæ 1374. Ad eũ reſcribit Gregorius Papa 11. Auenione 3. Calend. Septembris 1377. pro Collegio Magiſtri Geruaſij Chriſtiani. Confirmat ſtatuta Collegij Cameracenſis Pariſiis 27. Iullij 1380. Creatur Cardinalis à Clemente 7. Auenione 1383. Ipſe verò in Cathedrali Pariſienſi hoc Epitaphium habet:

Hic iacet in Chriſto Pater Reuerendiſſimus D *Dominus Aymericus de Magnaco natione Lemonicenſis in villa S. Iuniani, ex nobilibus parentibus procreatus, vtriuſque Iuris Profeſſor, quondam Regum Ioannis & Caroli 5. Conſiliarius, & Magiſter Requeſtarum hoſpitij. Primò fuit Decanus Eccleſiæ Pariſienſis nominatus, deinde ad Pontificalem aſſumptus eſt dignitatem. Tandem factus fuit tituli S. Euſebij S. R. E. Presbyter Cardinalis. Obijt autem 1384. Auenione 20. die Martij, cuius corpus integrum intra Pariſios aſportatum ſub hac tumba requieſcit. Anima eius requieſcat in pace, Amen.*

Cæterum hoc ſedente fundatur S. Capella de Vicenis 1379. à Carolo 5.

91. *Petrus de Horaco monte, d'Orgement*, Petri ex Protopræſide Senatus, Franciæ

D'Orgemōt porte d'azur à trois eſpics d'orge d'or en pal.

Cancellarij, & Margaritæ Viciniæ, *de Voiſines* filius, Nicolai S. Martini Turonenſis Decani, & omnium Franciæ Clericorum ditiſſimi frater, Præſes Cameræ Computorum Pariſiis 1387. ex Epiſcopo Morinenſi 47. nominatur in tralatione S. Ludouici 1392. Dedit Eccleſiæ Capitulo terram librarum Turonenſium 80. annui reditus 1396. Maij 5. Benedixit Philippum *de Villette* Abbatem 57. Dionyſianum ſine præiudicio exemptionis. Obiit calculari, & pediculari morbo, in cella vinaria, vltione diuinâ, (ait Guilelmus Vrſinus) quòd inſontem neci dediſſet Ioannem *Des-Mareſts*. Sepultus prope altare maius Baſilicæ Marianæ tumulo è nigro marmore, his verbis inſcripto:

Hic iacet Reuerendus in Christo Pater Dominus Petrus de Ordeo-monte Pariſius oriundus, in vtroque Iure licentiatus, olim Morinenſis, poſtmodum Pariſienſis Epiſcopus, qui obijt A. D. 1409. *die* 16. *menſis Iulij.*

Collegé de Fortet.

Eo ſedente Petrus Fortetius, Canonicus Pariſienſis fundat Collegium ſui nominis Lutetiæ 1391. cuius nunc moderator primarius vir eruditionis, & prudentiæ non vulgaris, Iterius Franciſcus *Chaſtelain*, Theologus & Canonicus Pariſienſis, ac S. Genulphi Abbas. Item Collegium Trecorenſe 1400. in eadem vrbe Pariſienſi conſtruitur. Petrus verò Cancellarius ſepultus fuit apud ſanctam Catharinam Vallis-Scholarium Pariſiis 1387. Fuit quoque eiuſdem gentis Guilelmus Andegauenſis Decanus, de qua gente plura Andreas *du Cheſne*, in exquiſita illa Mommorentiorum hiſtoria.

De Montagu portoit d'or à la croix d'azur accompagnee de 4. aigles de gueule. Feron.

92. *Gerardus de Monte-acuto*, ex Pictauienſi 79. frater Ioannis Magni in aula Franciæ Magiſtri, Cæleſtinorum apud Marcouciacum 1404. fundatoris, & illic ſepulti, poſſeſſionem adipiſcitur 22. Septembris. Fuit quoque Cameræ Computorum Præſes, de quo Monſtreletus vol. 2. vbi eum vocat Simonem pro Gerardo. Is verò benedixit Capellam Hoſpitalis ſancti Spiritus Pariſiis 1415. 4. Auguſti. At ſepelitur iuxta fratrem, Marcouciaci, *Marcoucy*.

93. *Ioannes Breuis-coxa*, vnde factum puto corruptè Gallicum, *Breuiſcoxe*, quod eſt, *Courte cuiſſe*, tranſtulit Gallicè librum Senecæ de quatuor Virtutibus, quem & Commentarijs illuſtrauit, & Ioanni Biturigum Duci dicauit. Eligitur, & confirmatur 1421. ſed poſtea tranſlatus fuit ad Gebennenſem, vt eſt in Calendario Pariſienſi 6. Nonas Martij. *Bonne Perſonne, & grand Clerc*, id eſt vir bonus, & doctus, inquit Chronicon Ludouici 11. Interfuiſſe Concilio Conſtantienſi notatur à nonnullis. Quod ſi verum eſt, interfuit vt Doctor, nondum Epiſcopus. Nam tempore Cōcilij, quod ab anno 1414. ad annum 1418. durauit, necdum erat Epiſcopus Pariſienſis, & eo tempore alius Ioannes Gebennenſis Epiſcopus inter Patres Concilij annumeratur.

94. *Ioannes de Rupe-ſciſſa*, nominatur Patriarcha Conſtantinopolitanus, & adminiſtrator Pariſienſis in diplomate quo confirmat ſtatuta Collegij Marchiani Pariſiis 19. Maij 1423. Indict. 1. quod diploma vidimus beneficio Laurentij Bourſereti ipſius Collegij Gymnaſiarchæ, viri de re literaria, & de nobis benemeriti. Dedicauit Eccleſiam ſancti Petri de Aſſis in vrbe 1424. die 4. Martij, poſteà fit Rothomagenſis Archiepiſcopus 73. & Veſontinus 77. *Collegium Marchiæ Pariſiis.*

95. *Ioannes de Nanto*, dedicauit Eccleſiam ſancti Nicolai de Cardueto 13. Maij 1425. obiit 1426. ſepultus in maiore Eccleſia. Quo ſedente Pariſiis, Collegium Sagienſe fundatur à Guilelmo *Langloys* Sagienſi Epiſcopo. *Collegium Sagienſe Pariſiis.*

96. *Iacobus du Chaſtellier*, dedicauit Eccleſiam ſancti Laurentij 10. Iulij 1429. & ſancti Pauli 1431. Dominicâ Miſericordia, ſed ea dedicatio celebratur 13. Iulij: obiit 1438. Quo ſedente Ioannes *Gerſon* huius Eccleſiæ, & Vniuerſitatis Cancellarius vita excedit Lugduni in Eccleſia ſancti Laurentij ibidem ſepultus 1429. vt diximus in Lugdunenſibus. *Gerſon.*

97. *Dionyſius de Molendino*, Meldis oriundus, ex Toloſano Archiepiſcopo fit Patriarcha Alexādrinus, & Epiſcopus Pariſienſis. Dedicauit Eccleſiam S. Antonij intra vrbē 1442. Dominicâ poſt Euchariſtiam, & Eccleſiam SS. Innocentium 1445. 22. Februarij & Beguinarum 1447. 18. Martij, quo anno Septembris 15. obiit, ſepultus in Cathedrali Pariſienſi, æneâ laminâ iuxta cornu Epiſtolæ.

98. *Guilelmus Quadrigarius, Chartier*, nobili apud Aurelianenſes familiâ. Dedicauit quandam Capellam in Eccleſia ſancti Pauli 24. Auguſti 1450. quo anno decreuit Proceſſiones ob victoriam de Anglis reportatam in pugna Forminia inter Carolum & Baiocas, quibus in Proceſſionibus ſemel numerata ſunt 12000. puerorum infra 12. annos, & Eccleſiam Auguſtinianorum 1453. Maij 6. & Eccleſiam Boloniæ iuxta S. Clodoaldum

dum 1469. Dominicâ 19. Iullij. Obiit 1472. Calend. Maij, cùm fuiſſet anteà Epiſcopus Baiocenſis. Fratrem habuit Ioannem monachum ſcriptorem Chronicorum. 3. voluminibus, quæ vulgò dicuntur *magna Chronica Dionyſiana*. Eorum quoque frater fuit Alanus Caroli Secretarius.

Portoit de gueule à l'aigle d'or à l'orle de chauſſetrapes.

99. *Ludouicus de Bello monte* filius Domini *de la Foreſt*, ex Cancellario Vniuerſitatis, & Franciæ, in ſolemni ingreſſu 7. Februarij 1473. Epulum dat Eccleſiæ, Vniuerſitati, Parlaméto, Cameræ Computorum, Generalibus, Magiſtris libellorum ſupplicum, Secretariis, Præfecto Mercatorum, Scabinis, & notabilioribus Lutetiæ ciuibus. Dedicauit Eccleſiam S. Martini in Clauſtro S. Marcelli 1480. & Capellam decem millium Martyrum apud Cæleſtinos 1482. Erigit Eccleſiam S. Magdalenes in parochialem, & Archipreſbyteralem. Notatur eius Anniuerſarium 3. Nonas Iullij, vbi inter ſingulares Eccleſiæ benefactores recenſetur.

100. *Gerardus 2. Gobaille*, ex Sueſſionenſi 70. 1490. Quo anno Minimi Nigeone ad Sequanæ ripam dextram altero à Lutetia lapide beneficio Annæ Armoricæ Francorum Reginę conſtituuntur, vt copioſius docet. R. P. Ludouicus *d'Attichi* in exquiſita illa hiſtoria ſui Ordinis Minimorum. Obiit 1494. 18. Calend. Auguſti in Necrologio, vbi dicitur electus tantùm Pariſienſis.

101. *Ioannes Simon* Pariſienſis. Quo ſedente Robertus Guaguinus 1501. 22. Maij obiit, ipſe verò Ioannes anno ſequente migrat.

Porte d'or au chevron de gueule accompagné de 3. coquilles de ſable 2. en chef, & 1. en pointe.

102. *Stephanus de Poncher* natione Turonenſis, iuris Pontificij, & Imperatorij Interpres celeberrimus, atque in ampliſſimo Galliarum Senatu Præſidens æquiſſimus, Cancellarius Mediolanenſis, & Ordinis S. Michaëlis, Franciæ verò Procancellarius, ſiue ſigillorum Cuſtos eligitur Pariſienſis Epiſcopus 1503. cui electo ſcribit Ioannes Raulin Epiſt. 1. vbi vocatur vir geminâ pollens ſcientiâ, vitæ, & doctrinæ, & verè S. Pater, permittit conſtructionem Capellæ Collegio Choletano 1504. Eidem dicantur Commentarij Decij de confirmatione vtili, vel inutili, & de officio delegati à Franciſco *Poncher* nepote, & Areopagitica Mantuani à Iofredo Pręſide Delphinatium. At poſteà fit Senonenſis 97. & mittitur ad Philippum Regem Catholicum Orator Regius 1517. Hoc verò ſedente obiit Philippus Comminæus 17. Cal. Sept. ſepultus, ad Auguſtinianos Pariſienſes, cui poſteà poſuit Epitaphium Petrus Ronſardus.

103. *Franciſcus de Poncher*, Stephani nepos memoratur 1519. Quo anno 5. Maij obiit Paulus Æmilius huius Eccleſiæ Canonicus hiſtoriæ Francicæ ſcriptor perelegans. De quo Lipſius in notis ad c. 9. l. 1. Politicor. Poſſeuinus in Bibliotheca ſelecta. Obiit etiam 1522. 3. Dec. Ioannes Rauiſius Textor ſepultus in Sacello Collegij Nauarræi.

D'argent à vne bande de gueule fuzelee, accompagnée de ſix fleurs de lis d'or, 3. en chef, & 3. en pointe.

104. *Ioannes du Bellay*, frater Guilelmi, & Martini Dominorum *de Langey*, ex Baionenſi ad hanc ſedem tranſlatus: præſtat obedientiam Clementi 7. nomine Regis Franciſci præſentis, 13. Octobris 1533. Maſſiliæ, Oratione habitâ ex tempore. Vide Commentaria Vilelmi l. 4. creatur Cardinalis à Paulo 3. 1535. 12. Calendas Iunij, apud Ciaconum pag. 1115. vbi dicitur ab adoleſcentia optimis diſciplinis honeſtatus, illuſtri natus familiâ, ob ſcientiam, & virtutem à Franciſco Rege multis Reipublicæ muneribus præfectus, poſteà Burdegalēſis, & Cenomanenſis adminiſtrator 65. & Lemouicenſis 79. ac Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Collegii ſacri Decanus: legendus Paulus Iouius in Elogiis, & Michaël Hoſpitalis, ac Macrinus Salmonius, qui ei dicat ſex libros Hymnorum 1537. Iacob Sadoletus lib. 5. epiſt. 1. lib. 6. epiſt. 2. & 3. lib. 9. epiſt. 19. Scæuola Sammarthanus. Eius autem præcipuè ſuaſu, & Budæi conſilio Regii litterarum Profeſſores in Academia Pariſienſi ab eodem Franciſco inſtituuntur, litteris datis 24 Martii ante Paſcha 1529. cuius etiam Regis celebrauit exequias 1547. præſentibus 9. aliis Cardinalibus, & 40. Præſulibus. Ipſe verò moritur Romæ 14. Calend. Martii 1560. ætatis 68. & in Eccleſia ſanctiſſimæ Trinitatis in monte Pincio ſepultus. Eius autem curâ, & ſtudio Epiſcopi Pariſienſis menſæ vnita fuit Abbatia S. Mauri Foſſatenſis, tunc Monachis Benedictinis clericali togadonatis. Cæterùm mons Pincius (cui impoſita S. Trinitatis Eccleſia, titulo Cardinali decorata, cum Monaſterio Minimorū) aliàs dicitur Collis hortulorum à celebribus illis Saluſtii hortis, quorum meminere Tacitus lib. 3. Plin. l. 7. c. 6. Dio lib. 40. Vopiſcuns Aureliano, Onuphr. & vterque Pancirolus in Roma. Eodem Præſule obierunt Budæus 1540. Vatablus, Tuſanus 1547. Ruellius patria Sueſſionenſis, ex inſigni Medico, Ca-

Mons Pincius

nonicus huius Baſilicæ, mortuus 1537. Porrò eiuſdem gentis Bellayę fuit Claudius Abbas Sauignei in Normania.

105. *Euſtachius*, ex reſignatione Ioannis cognati ſui, conſecratus fuit 15. Nouembris 1551. Edidit ſtatuta Synodalia 1557. eique ſcribit Claudius Eſpanſæus 1561. Interfuit Concilio Tridentino. Quo ſedente inſtituitur Pariſiis Collegium Claromontanū Patrum S.I. à Guilelmo *du Prat* Epiſcopo Claromontenſi. Quâ de re Frãciſcus Sacchinus l. 3.n.89. & lib. 5 n.192.hiſt. Societatis Ieſu. Cuius etiam tempore obierunt Iacobus Siluius Franciſci frater, Ioannes Fernelius, ac Andreas Tiraquellus 1558. Petrus Galandius 1559. Canonicus Pariſienſis, in Bibliotheca Belgica. Item Ioachimus Bellayus Euſtachij gentilis Poëta inſignis Calendis Ianuarii 1560. ſepultus in Cathedrali, in qua fuerat Archidiaconus. Exceſſit quoque è viuis Ægidius *le Maiſtre* Protopræſes, 1562. Adrianus Turnebus 1565. & Franciſcus Connanus ad D. Opportunæ ſepultus.

Viole porte d'or, à 3. cheurons de ſable briſez par haut.

106. *Guilelmus Viole*, ex Conſiliario Parlamenti poſſeſſionem adiit 18. Martii 1565. obiit die Martis 4. Maii 1567. in Eccleſia Pariſienſi ſepultus. Quo mortuo ſede vacante obiit Claudius Eſpanſęus 1569. in Eccleſia ſua S. Coſmæ ſepultus, & Petrus *Diuolé* in Conuentu Prædicatorum ſui Ordinis Lutetiæ 1568. Martii 30.

Pierre-viue porte d'or à 4. pals de gueule chargez chacun vers le chef d'vne perle d'argent.

107. *Petrus de Gondi*, patre Antonino, matre Maria Catharina Petra-viua, natus Lugduni, ſed gente nobili Florentiæ in Etruria oriundus, ex Lingonenſi 91. Ingreditur ſolemniter Eccleſiam Pariſienſem Dominicâ *Lætare* 19. Martii 1570. Sepeliuit Cor Regis Caroli 9. apud Cæleſtinos 1574. quo anno emendatum curauit edi Manuale Sacerdotum, & militiæ S. Spiritus inſcribitur 1579.

Capucini

Quo anno Capitulum Franciſcanorum Generale Pariſiis habetur. Item Capucini circa id tempus in ſuburbio ſancti

Fulienſes.

Honorati conſtituuntur. Creatur Cardinalis 1586. Excepit Fulienſes 1587. Conſecrauit Claudium Bellivræum Archiepiſcopum Lugdunenſem Pariſiis 1604. Iacet in Baſilica maiore, eleganti è marmore tumulo, cui hoc Epitaphium inſcriptum.

D. O. M.

Petrus S.R.E. Cardinalis de Gondi, Lingonũ & Pariſiorum Epiſcopus, Comes Iuniacenſis, ſacri Ordinis S. Spiritus Commendator Torquatus, vir nota in Deum pietate, in Eccleſiam obſeruantia, in Reges fide, in ſubditos cura, in A *Patriã caritate, in ſuos amore, domi dignitate, publicè, præſertim in pauperes vinctos, Religioſaſque familias liberalitate, auctoritatis, iuris, diſciplinæ Eccleſiæ tenax, ſacrarum ædium collapſarum reſtaurator, nouarum ædificator, frequens ad PP. MM. Legatus, Regibus Carolo 9. & Henrico 3. carus, Henrici cum Pont. Max. & Eccleſiæ Conciliator, Ludouici 13. in fonte Progenitor, mortalitatis memor hoc ſibi (funeri ſuo ann. 14. ſuperſtes) monumentum. P.C. Exceſſit A.D. 1616. ætatis 84. 13. Calendas Martias plenus dierum, & bonorum operum.*

Baptizatur a Petro Ludouicus Delphinus Fautaneblei 14. Septem. 1606.

Eum porrò laudauit oratione funebri B Hieronymus *de Beneuent* Theſaurarius Franciæ apud Bituriges in lucem edita. Eius quoque meminit Petramellar. pag. 458. & Ciaconus, vterque in Sixto 5. Cæterùm eo ſedente hac in vrbe vita functi ſunt, æternùm gloriâ victuri, Franciſcus Balduinus 1573. Iacobus Carpentarius, Stephanus *Iodelle*, Antonius *Demochares* 1574. Guilelmus Poſtellus 1581. Iacobus Bilius Prunæus Abbas S. Michaëlis in Eremo, ſepultus ad ſanctum Seuerinum ætatis 47. Franciſcus Belforeſtus 1583. Vidus Faber Pibracius in Senatu Præſes 1584. Ioannes Auratus 1588. Thomas *Beauxamu* Carmelita C 1589. Calend. Maii, Barnabas Briſſonius 1591. Claudius Puteanus Senatus ornamentum, Calend. Decemb. 1594. ad ſanctum Sulpitium ſepultus, cui Muſæ omnibus linguis parentarunt, Ludouicus *Duret* alter Hippocrates 1596. ætatis 69.

De Gondi porte d'or à deux maſſes de ſable croiſees, entretenuës par le bas d'vn lien de gueule bordé de ſable.

108. *Henricus de Gondi*, Alberti Franciæ Mareſchalli Ducis Retzij, ex Claudia Catharina Claromontia filius, per reſignationem patrui nanciſcitur poſſeſſionem Dominicâ *Quaſi modò* 29. Martij 1598. ex Canonico. Supremos honores perſoluit Henrico Magno 1610. Quo D anno Septēb. 9. obijt Ludouicus *Seguier* anno ætatis 60. Decanatus 15 Canonicatus 48. in Parlamento Conſiliarius, Petri Præſidis filius. Henricus verò creatur Cardinalis à Paulo 5. 1618. Inter præceptores militiæ S. Spiritus 1619. annumeratus, Regi à ſecretioribus, ſanctioribuſque Conſiliis, de cuius vigilantia, & prudentia in rebus Eccleſiæ, & Regni adminiſtrandis, malo ſilere, quàm pauca dicere. Hîc tamen in memoriam reuoco illud Gregorianum lib. 12. Epiſt. ad Aſcl. Patricium Gallorum, Prudentes viros Regibus adhærere multorum eſſe ſolamen. Nec ſine cauſa tot tantiſque negotiis diſtricto datus eſt coadiutor Ioannes frater Decanus & Abbas

Claudia monumentum habet marmoreũ in Eccleſia de *Aue Maria*.

Eccleſiarum erectio.

bas S. Albini. Eo verò Præſule primum Monaſterium Carmelitarum in Francia 1604. Pariſiis inſtituitur, & Capucinarum 1606. Hoſpitale ſancti Ludouici extra muros 1607. Vrſulanarum 1611. fundatrice Maria *l'Huillier* Domina *de Sainte Beuue*, eodemque anno Carmelitarum diſcalceatorum, & Dominicanorũ ſtrictioris obſeruantiæ, item Auguſtinenſium communitatis Bituricenſis, Minimorum ad Plateam Regalem 1610. curante R. P Oliuario *Chaillou*, vno ex Religioſiſſimis S. Franciſci de Paula nepotibus ex Canonico Pariſienſi, & Capucinorum in ſuburbio S. Iacobi, Petri Cardinalis ſumptibus, Pœnitentiũ 3. Ordinis in Picpucio *Picpuce*. Conſtituitur item domus Patrum Oratorij Ieſu, quorum Congregatio auctore Petro Berullo viro noſtræ laudis non indigo, morum ſuauitate, ſapientia, eruditione omnibus noto, inſtante Henrico Præſule cum Maria Medicæa Regis & Regni parente optima, probatur à Paulo 5. 1613. 13. Calend. Nouembris apud ſanctam Mariam maiorem, Hoſpitale charitatis, Conuentus ſanctæ Mariæ de mercede in Capella *de Bracque*. Item Conuentus Sororum Viſitationis B. Mariæ non longè à Cæleſtinis erigitur, & Sodalitium Fulientinarum in ſuburbio ſancti Iacobi 1622. & Annunciationis cerulei, ſeu cæleſtis habitus cura & beneficio Henricæ *de Balſac* Vernolij Marchioniſſæ, quæ primùm Genuæ Ligurum 1604. inſtitutæ fuerunt: item Conuentus Valliſgratiæ Benedictinarum, & Conuentus ſanctæ Elizabeth Sororum tertij Ordinis Franciſcani, ac Collegium Hybernorum, quorum omnium locorum Religioni & pietati ſacrorum multitudine & frequentiâ colligi poteſt Paſtoris & gregis in Deum & proximum amor ſingularis. Plures autem libri qui Henrico dicati fuere declarant apertè eum fuiſſe litterarum fautorem, litteratorúmq; Mœcenatem. At talis tantuſque Præſul omnium bonorum luctu Biterris denaſcitur terris, vt cælis renaſcatur 3. Auguſti 1622. ſepultus iuxta patrem & patruum in Baſilica maiori Pariſienſi. Porrò Henrico ſedente obierunt in hac vrbe viri docti Ioannes Pâſſeratius 1603. Georgius *Crit-ton*, & Papirius Maſſonus apud Billetas ſepultus, qui præter alia notitiam Epiſcopatuum Galliæ poſteritati reliquit, Simon Marionus Regis Aduocatus generalis 1605. 3. Idus Februarias, Nicolaus Faber Nonis Septemb. 1612. ætatis 65. Iacobus Brulius Benedictinus 1614. 14 Calend. Auguſti in Monaſterio ſuo S. Germani ſepultus, Ioannes Picardus apud ſuos Victorinos vita fungens & functus nobis cariſſimus, Iacobus Auguſtus Thuanus 1617. & eodem anno pridie Idus Aprilis Theodorus Marcilius. Sed penè exciderat habitum fuiſſe Capitulum Generale Dominicanorum Pariſiis 1611. vbi etiam habita fuere trium Ordinum Galliæ Comitia quibus Henricus interfuit 1614. & 1615. cum aliis 4. Cardinalibus, 7. Archiepiſcopis, 47. Epiſcopis, & multis Cleri proceribus. Cæterùm Oratione funebri laudatus fuit Henricus Pariſiis à Philippo *Coſpean* Epiſcopo Nannetenſi die Iouis 6. Septembris 1622. & hic fœlicitati acceſſit cumulus laudator eloquentiſſimus, Plin. lib. 2. epiſt. 1. De eo etiam ſcripſit diſcurſum funebrem Ioannes *le Blanc* Presbyter Pariſienſis Officialis.

Virorum illuſtrium obitus.

108. *Ioannes Franciſcus de Gondi*, Henrici frater ex Decano, & Abbate ſancti Albini primus ſedis huius Archipræſul factus à Gregorio 15. inſtante Ludouico 13. Franciæ Rege 1622. attributis ei Suffraganeis tribus, Carnotenſi, Aurelianenſi, & Meldenſi antiquæ Senonum metropoli detractis. Conſecratur die Dominicâ Sexageſimæ 19. Februarij 1623. Pariſiis in ſua Eccleſia à Franciſco Cardinale *de Sourdis*, Franciſco Archiepiſcopo Rotomagenſi, & Leonorio Carnotenſi, cuius Leonorij miniſterio poſteà die Aſcenſionis pallium recepit. Ioanni verò Marinus Marſennus Cenomanenſis inter Patres Minimos non vltimo loco ob inſignem pietatem & doctrinam recenſendus dicauit 1623. eruditiſſimos in primam Geneſeos partem Commentarios, & Thomas Meſinghanus Florilegium Inſulæ Sanctorum 1624 quo anno conſtituit permiſſu Papę 7. Eccleſias Lutetiæ inſtar earum quæ Indulgentiarum cauſa frequentantur Romæ. Eodem quoque ſedente Archiepiſcopo aqua è ſalientibus fontis ductilis in area ſicca, ſeu vt dicitur in beatæ Mariæ Paradiſo prius non irriguo, inque pluribus vrbis compitis, Muſarumque delubris editioribus Ludouici 13. addicentibus auſpiciis (cùm ea cura publici commodi cæteros retrò Principes prætermiſſet) ſalubriter, iugiterque Romanâ Virgine purior ditiorque Chriſtiano Herculi blandè obſequens manare cœpit. Quo anno obiit Fronto Ducæus Societatis Ieſu, de re Chriſtiana

Le Parvis de noſtre Dame.

& litteraria benè meritus 26. Septembris, & Capucini in Paludibus ſtabiliuntur. Dedicauit autem Ioannes Eccleſiam Dominicanorum in ſuburbio ſancti Honorati 1625. Dominicâ *Latare* Martij die 19. Cæterùm probis omnibus periucundum eſſe debet, quòd hoc tempore, vt ſemper retrò actis ſæculis, Eccleſia Pariſienſis floreat Clero, nobilitate virtute, doctrinâ, dignitate, & religione nulli alij inferiore, quo in numero V. C. Dominicus *Seguier* Decanus, & Parlamentaris Conſiliarius Ludouici olim Decani nepos mihi non fuit prætermittendus.

Reims en Champagne.

Remenſes Archiepiſcopi.

Flor. 4000. REMI, vel Durocortorum, vel Durocortum Remorum, *Reims*, gradu longitud. 25. 30. latitud. 49. 15. Ptol. lib. 2. cap. 9. & Tabula 5. Europæ, aliis 9. longitud. 25. 30. latitud. 49. vbi dies maxima hor. 16. 20. Ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 68. 23. 60. altitudo ſolis 41. 15. in medio 7. climatis ad Vidulam fluuium (*Velle*) in Campania, à Vienna diſtans 432. m. p. in Itinerario Antonini, Ducatus & primus Pariatus Franciæ Eccleſiaſticus, in Parlamento Pariſienſi, qua in vrbe Reges Franciæ inaugurantur, Matthæus *Paris* 1257. Vnde Iuo epiſt. 48. teſtatur hanc Sedem habere diadema Regni, & omnibus penè Gallicanis Eccleſiis exemplum ruinæ, vel reſurrectionis exiſtere. Hinc Guilelmus Britto libro 1. Philippid. de Rege ait:

Reims, ou Durencourt voy l'hiſtoire des grands chemins de l'Empire Romain par Nicolas Berger Remois, l. 3. c. 39.

C

Quem ſacrare ſuis Remorum metropolites
Cum Compræſulibus habet illo chriſmate ſacro,
Hoc ad opus ſolùm, quòd cælica fudit oliua
Vnguine cum reliqui ſacrentur materiali.

D

Sancta Ampulla. De qua Ampulla Flodoardus lib. 1. cap. 3. Vt de vnctione ſacra Regum Franciæ, Rituale Remenſe, S. Thomas lib. 2. de Regimine Principum cap. vltimo, S. Antonin. tit. 11. cap. 2. §. 7. Iuo Carnotenſis epiſt. 70. quæ incipit, *Noueris*, S. Bernardus epiſt. 246. At de vnctionibus Regum in genere Azor p. 2. lib. 11. cap. 7. Pererius in Geneſim cap. 28. Lorinus in Pſalm. 88. Serarius in Iudices lib. 9. quæſt. 10. & in 1. Regum c. 10. Pineda lib. 5. cap. 4. de rebus Salo-

A

monis, & Pontificale Romanum. Prætereà hæc vrbs olim præpotens fuit, Cæſari lib. 6. cap. 4. Plin. lib. 4. cap. 17. Straboni lib. 4. S. Hieronym. epiſt. 11. ad Ageruchiam, vbi data lex prima, de Canone Frumentario vrbis Romæ Cod. lib. 11. & L. Si quis, 1. de Poſtliminio reuerſis, Cod. Theodoſ. Nobiliſſima Franciæ ciuitas, Belgicæ 2. caput, in vita ſancti Bernardi lib. 2. cap. 4. Remis ſoror Treviris, Hincmaro epiſt. ad Nicolaum Papam, & ad Ludouicum Transrenanum, apud Flodoardum lib. 3. cap. 20. & aduerſus Gotheſcalcum: ſic etiam Guilelmus Britto Philipp. lib. 12. de Guilelmo Archiepiſco 55. qui:

B

Lingonica de ſede ſit ad Remenſe vocatus
Ex inſperato Regnum mereretur vt idem
Bis ſenis ſibi ſubiectu gaudere cathedris.

Compræhenſa ſcilicet Remenſi cum 11. tunc Suffraganeis, vel etiam 12. ſi vera ſunt quæ de antiqua ſede Epiſcopali Bononia, dicuntur, cui nunc tantùm 8. ſuffragantur, ſubſtractis tribus in dominio Belgicorum Principum, à die 4. Idus Maij 1559. de cuius dignitate Alexander 2. ad Geruaſium Archiepiſcopum Remenſem loquens, Eam, ait, inter cæteras Occidentales Eccleſias Deo propitio, nitore prudentiæ, atque Religionis reſplendere, ac per Sedem Apoſtolicam magnificatam emicare. Vide Hincmarum epiſt. 6. cap. 18. Aymoinum lib. 5. cap. 24. Bullam Hormiſdæ Papę apud Surium in vitâ ſancti Remigij, & Rupertum lib. 1. de diuinis Officiis cap. 27. de Academia verò hîc inſtituta à Carolo Lotharingo Cardinale, infra ſuo loco dicetur, vt de Conciliis hîc habitis Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Nec omittendum quod de Eccleſia Remenſi ſanctæ Mariæ dicata (in qua Canonici 68. cum 12. Vicariis) ait Paulus 3. ſcribens Carolo Archiepiſcopo, eam ſcilicet eſſe præcipuum Religionis Chriſtianæ in Francorum Regno ſeminarium, & in quâ vrbe olim fabrica ſcutaria, & Præpoſitus Argentariorum, in Notitia Imperij Occidentalis, ac fabrica monetæ, in capitulis Caroli Calui tit. 31. nu. 12. in cuius diœceſi ſitæ ſunt Abbatiæ ſequentes.

L'Archeueſque de Reims porte d'azur ſemé de fleurs de lis d'or à vne croix de gueule.

S. Remigij Archimonaſterium, *S. Remy*, O.B. Flor. 5000.
S. Nicaſij in vrbe O.B. *S. Nicaiſe.* Flor. 1000.
S. Baſoli O. B. *S. Bâle.* Flor. 750.
De Moſſonio, *Mouſſon*, O.B. Flor. 850.
S. Dionyſij in vrbe O. A. *S. Denis.* Flor. 900.
De Alto-villari O.B. *Auvillier.* Flor. 700.
De Calvo-monte in Portiano O.P. *De Chaumont* Flor. 70.

Chaumont en Porcien.
Flor. 500. Igniacum, *Igny* O. C.
Sparnacum, *Eſparnay*, O.A.
Flor. 100. Elenium, vel Elenus O.C. *Elem.*
Flor. 400. Vallis Regis O. C. *Vau-le Roy.*
Flor. 750. Signiacum O. C. *Signy.*
De Caherio O. C. *Chery.*
Flor. 300. Septem-fontium O.P. *Sept-fontaines.*
Flor. 350. Bellæ-vallis O.P. *Belle-val.*
Flor. 750. S. Theoderici O. B. *S. Thierry.*
Flor. 66. Vallis-Dei, *Vau-Dieu* O. P.
Orbaci, *Orbaiz.*
S. Petri fœminarum in vrbe O.B. *Sainct Pierre de Reims.*

In hac verò vrbe Primaria, prętet Baſilicam, Cathedram, & Abbatias ſuperius dictas, ſunt, Conuentus Franciſcanorum, Dominicanorum, Auguſtinenſium, Carmelitarum, Minimorum, Capucinorum, Collegium Patrum S. I. Capitulum S. Symphoriani, & Eccleſiæ Parrochiales. Sed penè exciderat Remos ſecundùm dignitatis locum obtinuiſſe poſt Æduos, Cæſari lib. 6. cap. 4. & Remenſem, ac Treuirenſem Diœceſes haberi ſorores, in Teſtamento ſancti Remigij, apud Flodoardum lib. 1. cap. 18. & lib. 3. cap. 14. & 20. Series verò Archipræſulum huius Sedis talis eſt, ex quibus dignitate Cardinalitia fulſere tredecim.

1. *S. Sixtus*, Martyrolog. 1. Septembris, Flodoardus lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 5. de eius Baſilica Hincmatus Remenſis contra Hincmarum Sueſſionenſem cap. 16. & Chron. M. S. S. Petri Viui Senonenſis, vbi poſt Breuiarium Remenſe dicitur miſſus à ſancto Petro, quod etiam tradit Chronicon S. Mariani Autiſſiodorenſis.

2. *S. Sinicius*, Flodoardus lib. 1. cap. 3. Sigebertus de Viris Illuſtribus cap. 90.

3. *S. Amantius*, poſt ſedem ann. 21. obiit 4. Nouembris A. C. 89. Flodoard. lib. 1. cap. 5.

Interpontificium diutinum.

4. *Betauſius*, natione Græcus, ſancti Euſebij Papæ, ex ſorore nepos. Ordinatus à Melchiade Papa in Concilio Arelatenſi 314. Baron. vel 312. Sirmundo.

5. *Aper*, ſeu Afer, Flodoard. lib. 1. cap. 5.

* *Diſcolius*, omittitur à Flodoardo, & antiquis catalogis, & recenſetur à Demochare, ex Concilio Sardicenſi 347. & Agripinenſi 349.

6. *S. Mat[illegible]ianus*, huius corpus à Ludouico Rege in Alemaniam tranſlatum eſt, Flodoard. lib. 1. cap. 5. Fertur fuiſſe frater Materni Archiepiſcopi 9. Mediolanenſis.

7. *S. Donatianus*, Romæ natus, cuius reliquiæ miſſæ in Flandriam ad Balduinum Caluum à Carolo Caluo Brugas, & Ebbone 30. Archiepiſcopo Remenſi, in cuius Eccleſia longo poſt tēpore Ordo Velleris aurei inſtituitur, quæque poſteà Cathedralis facta eſt. Legendus Flodoardus lib. 1. cap. 5. Miræus de Collegiis Canonicorum cap. 42. Ludouicus Guicciardinus in deſcriptione Belgij, Molanus in Natal. Sanct. Belg. 14. Octobris. Miræus Codice Donationum cap. 15.

8. *S. Viuentius*, vel Viuianus, Flodoard. l. 1. c. 5. octauus à Sixto in Breuiario Remenſi.

9. *Seuerus*, Flodoard. lib. 1. cap. 5. extremo.

10. *S. Nicaſius* paſſus à Vvandalis 14. Decembris 407. Baron. licet alij paſſim dicant ſub Hunnis 453. Legendus Colvenerius in Notis ad Flodoardum lib. 1. cap. 6. Molanus in Natal. Belg. quos non exſcribo. Abbatiam habet ſui nominis in vrbe, vbi olim Sanctorum Vitalis, & Agricolæ Eccleſia.

11. *Baruchus*, ex Præpoſito Eccleſiæ Cathedralis, in qua iacet. Flodoard. lib. 1. c. 9.

12. *Barucius*, Flodoard. lib. 1. cap. 9. aut hic, aut ſuperior omittitur in Catalogo Thuano.

13. *Barnabas*, Flodoard. lib. 1. cap. 9. Barabeus Cod. Thuano.

14. *Bennadius*, vel Bennagius, vel Gennadius. Obiit 471. Flodoard. lib. 1. cap. 9. Germanus S. Hilarij Arelatenſis.

15. *S. Remigius*, Baron. Calend. Octobris, Flodoard. lib. 1. c. 16. & ſequentibus, baptizator Clodouæi primi Franciæ Regum Chriſtiani A. C. 499. non in Peruigilio Paſchæ, vt coniicit Hincmarus, ſed in Natali Domini, vt eſt in epiſtola ſancti Auiti Viennenſis ad Clodouæum, quod monet Sirmundus, de quo baptiſmo Gregor. Turonenſis lib. 2. cap. 30. Remigio verò ſcribit Sidonius Apollinaris lib. 9. epiſt. 3. quam hiſtoriæ ſuæ intexuit idem Flodoardus l. 1. cap. 12. cuius Remigij Explanationes in Epiſtolas Paulinas ex V. C. S. Ceciliæ Romæ operâ Villipandi Mogūtiæ 1614. fuerunt editæ, quas tamen alii Remigio Lugdunenſi, vel Autiſſiodorenſi tribuunt. Videndus Poſſeuin. in Apparatu

ſacro. Obiit ætatis 96. ordinationis ſuæ 74. Chriſti 545. in Breuiario Pariſienſi, & Chron. Autiſſiodorenſi fol. 63. & Weſtmonaſterienſi, Galtherus ſæculo 5. Molanus Natal. Sanct. Belgic. 13. Ianuarij, quo die Natalis eius recenſetur in Capitularibus num. 35. lib. 2. Vir ex ſapientia, virtutibuſque factus, Baldrico lib. 1. cap. 6. cuius vitam ſcripſit Hincmarus, & ipſe Remenſis Archiepiſcopus, apud Surium tomo 1. Quâ ratione dixit Cicero de claris Orator. Scipionem ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum. Sic Terentius Adelph.

Tu quantus quantus nil niſi ſapientiâ es. B

De eo ſic Vandelbertus,

Francos qui primus docuit, domuitque feroces,

Remigius proprio Octobrem præſignat honore.

Vide tamen Baronium in Martyrol. Calend. Octobris, & A. C. 541. & nos in num. 17. De eo quoque Alcuinus homil. de S. Vilibrordo, Tota, inquit, Campania cum populis ſuis propter Remigium venerabilem prædicatorem, ad Remenſem feſtinat vrbem, apud eam quaſi præſenti patrono ſua vota ferens.

16. *Romanus*, vel Romenius C. Th. C Flodoard. lib. 2. cap. 1. Nicolaus Camuzatus in Promptuar. Antiquit. Tricaſſ. pag. 357.

17. *Flauius*, in Concilio Aruernenſi, & Aurelianenſi 4. 545. Vocatur Archiepiſcopus in ſubſcriptione Priuilegij Monaſterio Sueſſionenſi à Gregorio Magno conceſſi 593. Flodoard. lib. 2. cap. 1. At ex ſubſcriptione huius Flauii in Synodo Aruernenſi colligit Baronius Remigium non perueniſſe ad A. C. 541. nec fuiſſe in Epiſcopatu annos 70. quod etiam videtur Bucherio.

18. *Malſinius*, vel Malpinius, vel Ma- D prilis, Flodoardus l. 2. c. 1. Obiit 572. poſt ſedem ann. 7.

19. *Ægidius*, vel Gillius in Synodo Metenſi exauctoratus 574. quia in Childebertum Regem coniuraſſe diceretur, qui à caula Chriſti ad aulam Cæſaris deflectens, ab vtraque expulſus oſtendit infelici ſibi exemplo, ſed poſteris ſalutari, aulam, quos beat, perdere. Quomodo tamen poſſint, & debeant Principibus adeſſe Præſules, à nobis in Ioanne Amboeſio Epiſcopo Lingonenſi notabitur. Hoc verò tempore B. Baſolus, Lemouix origine, in territorio Remenſi claruit, in quo Abbatiam habet, Flodoard. lib. 2. cap. 3. Gregor. lib. 10. cap.

A 19. Quo Paſtore ſacro peruigilante,

Nil lupus inſidijs cauto ſubduxit ouili.

vbi in quodam Ms S. C. legitur Iginius: de eo Aymoin. lib. 3. cap. 50. & 51. & Hincmarus in vita S. Remigii, quæ ibi ſcripta dicitur à Fortunato precibus Ægidii.

20. *Rauulphus*, vel Romulphus, Flodoard. l. 2. c. 4. Gregor. Turonen. l. 9. c. 30. l. 10. c. 19.

21. *Sonnatius*, Flodoard. l. 2. c. 5. ex Archidiacono ordinatus 600. Obiit 637. 20. Octobris.

22. *Leugillus*, vel Leudegillus, vel Leudegiſillus, vel Gillius regnante Chilperico, frater Attolæ Epiſcopi Laudunen. Flodoard. l. 2. c. 6.

23. *Engilbertus*, vel Englebertus, Flodoardus l. 2. c. 6. Obiit 651. poſt ſedem ann. 3.

24. *Lando*, vel Laudo inter familiares Sigeberti Regis Auſtraſiorum. Obiit 14. Martij, ſepultus in Eccleſiâ S. Remigij 655.

25. *S. Nivardus*, vel Vinardus, vel Nivo circa 661. Condidit Monaſterium Alti-villare, vbi quieſcit, Flodoard. l. 2. c. 7. Vion in Martyrol. Monaſt. 28. Ianuarij, & l. 2. c. 29. Subſcripſit cuidam donationi S. Bercarij Abbatis cum S. Leodegario Epiſcopo 28. Auguſtodunenſi, anno 4. Regis Childerici circa A. C. 669. Vide Nicolaum Camuzatum in vitâ S. Bercarij fol. 80. vbi dicitur Nivardus ſanctitatis, ac Religionis magnitudine toto Francorum orbe famoſiſſimus. Vitam verò Nivardi ſcripſiſſe Almannum Altivillarenſem tradunt Sigebertus c. 99. de Scriptorib. Eccleſiaſticis, & Trithemius circa A. C. 890.

26. *S. Regulus* vel Reolus & Reolius in Codice Thuano, alius à Siluanectenſi eiuſdem nominis, interfuit dedicationi Elnonenſis Monaſterij, cum Vindiciano Cameracenſi Epiſcopo, & Bertino Sithienſi, ac Petro Blâdinienſi Abbatibus, circa A. C. 662. & ſubſcripſit teſtamento ſancti Amandi anno 2. Theodorici Regis. Obiit 25. Nouembris, & ſepelitur in Cœnobio Orbacenſi, quod fundauerat. Videndus Flodoardus l. 2. cap. 17.

27. *S. Rigobertus* 723. Flodoardo l. 2. c. 11. iniuſtè agitatus, & expulſus à Carolo Martello ſpirituali ex fonte baptiſmi filio, qui in eius locum ſuffecerat Milonem. Obiit 733. 4. Ianuarii, apud Baronium in Martyrol. cui etiam coadiutor datus fuerat S. Abel Scotus, de quo Molanus Natal. Belg. 5. Auguſti, & Colvenerius

uenerius in Scholiis ad Flodoardum l. 2. c. 16. Paulus Æmilius l. 2.

28. *Turpinus*, vel Tulpinus. Dedicauit Eccleſiam S. Iacobi Compoſtellæ in Hiſpaniâ cum 9. aliis Epiſcopis, apud Tarapham, & accepit Pallium ab Adriano Papâ 774. Obiit 2. Septembris 811. ſepultus in S. Remigio, Epiſcopatus an. 42. vel 47. licet Ferrarius in Topographiâ Martyrologii eius obitum notet 28. Ianuarii, de quo plura Trithem. Poſſevin. Vincent. l. 25. c. 6. Flodoar. l. 2. c. 17. Inter Epiſtolas S. Bonifacii extat vna Gregorii 2. ad Turpinum.

29. *Vulfarius*, vel Vulfarus, ſubſcribit teſtamento Caroli Magni 811. & Synodum habuit Remis eodem Carolo Magno Imperante 813. quæ extat tom. 3. Binii, & Noviomi 814. poſtea Cancellarius Ludouici Pii. Obiit 5. Iunii, ſepultus in metropolitanâ.

30. *Abbo*, vel Ebbo, Ludouici Pii quondam collactaneus, ordinatus 822. Miræus, Codice Donationum c. 16. depoſitus in Concilio Theodonis-villæ, poſt annum 13. ſedis 835. factus poſtea Epiſcopus 3. Hildeſinenſis, vbi ſcribitur 851. vel 854. obiiſſe, apud Crantzium, & Democharem. Videndus Flodoardus l. 2. c. 9. Ebboni verò Alitgarius Epiſcopus Cameracenſis 17. dicauit librum de Remediis Peccatorũ, & pœnitentiâ, apud Sigebertum c. 123. & memoratur in Capitularibus Regum Franciæ l. 2. c. 25. Buzelin. l. 3. Annal. Gallo-Flandriæ.

31. *Hincmarus*, ex Monacho ſancti Dionyſii Pariſienſis, ordinatur 844. Herman. Contracto, à quo dicitur vir doctus. Intereſt Synodo Meldenſi 845. Pariſienſi 846. Cariſiacæ 848. in qua auditus fuit Gaudeſcalcus, contra quem tractatum edidit, Sueſſionenſi 851. Tullenſi 859. & Trecenſi 867. Dedicauit Eccleſiam Remenſem 18. Octobris 856. & inunxit Carolum Caluum in Regem Auſtraſiæ Metis 869. 5. Idus Septembris, & Ludouicum 2. Balbum Compendii 6. Idus Decembris 878. De eo plura Flodoardus toto l. 3. ſed c. 11. meminit Synodi Sueſſionenſis, de quâ Baronius, & Gordonus, Greg. 9. c. 1. de Libelli Oblatione, Burchardus lib. 2. c. 197. Iuo p. 2. c. 269. Tranſtulit corpus ſancti Remigii Calendis Octobris 852. Herman. Contract. Baron. in Martyrol. Eius autem Epiſtolæ aliquot editæ à Ioanne Buſæo 1602. Moguntiæ, & alia quædam Opuſcula 1615. Pariſiis à Ioanne Cordeſio Eccleſiæ Le- A mouicenſis Canonico, de quibus Sigebertus cap. 100. Trithem. & Bellarmin. de Scriptor. Eccleſiaſt. ac Poſſeuinus in Apparatu ſacro, apud quos obiit A. C. 882. Epiſcopatus 37. & amplius, ſepultus ad ſanctum Remigium. Ad eum quoque extant 5. Epiſtolæ Nicolai Papæ 1. tomo 1. Epiſt. Pontificum Romanorum, qui Nicolaus eum arguit, quòd Rotaldum Sueſſionenſem Epiſcopum ad Sedem Apoſtolicam appellantem carceri mancipaſſet c. Arguta 2. quæſt. 6. Quâ de re Baronius 863. n. 74. & Anaſtaſius Bibliothecarius.

32. *B. Fulco*, ex Abbate ſancti Bertini B 18. & ſancti Vedaſti 13. Eligitur 882. apud Locrium Ferreolum in Chronico Belgico, coronauit Carolum Simplicem 893. 5. Calend. Februarij, cuius Caroli nominatur Cãcellarius & Herideus Notarius. Scholas Remenſes reſtituit, cæſus à Vinemaro, Balduini Comitis fraude, Flodoardo lib. 4. cap. 1. & Reginoni, Molan. Natal. Belgic. 17. Iunij 900. & Miræ. in Faſtis & Annalibus Belgicis.

33. *Heruens*, Caroli Simplicis Cancellarius ſummus, Roberti Fortis inaugurator, ſeu inunctor, ac triduo poſt mor- C tuus 922. Flodoardus lib. 4. cap. 11. Ipſe verò conſecratus fuerat 6. Iullii 900. Baldricus lib. 1. Chronici Cameracenſis cap. 63. Eius Heruei, vel Heriuei, vel Hermei extat epiſtola ad Valonem Archiepiſcopum 39. Rotomagenſem poſt Hincmari epiſtolas, vulgò, *Herueus*, vel *Hermeus*, apud Tillium. Sed & in Chronologia Lirinenſi p. 2. pag. 212. & apud Aymoinum lib. 5. cap. 42. in editione Breulyana legitur Goſlinus ad vicem Heruei Archiepiſcopi, ſummique Cancellarii recognouiſſe diploma Caroli Simplicis pro Cruce ſancti Leo- D fredi. Filius fuit Vrſi, & Berthæ, frater Odonis, vel Eudi, à quo gens de Caſtellione ad Matronam fluuium originem ducit, quique Odo fortè filius fuit alterius Odonis Trecarum Comitis, vt aduertit Andreas Quercetanus, in accurata gentis Caſtilloneæ Genealogia.

Chaſtillon ſur Marne porte de gueule à 3. pals de vair, au chef d'or.

34. *Seulfus*, ex Archidiacono, Synodum habuit apud Troſleyum 924. & immunitatem Clauſtri dedit Canonicis, poſtea veneno extinctus dolo Heriberti Comitis ann. 925. Acceperat Pallium à Ioanne 10. Baron. tomo 10.

35. *Hugo*, Heriberti Veromanduorum Comitis filius, quinquennis, Flodoardus lib. 4. cap. 18. & 20. Petrus Pi-

thœus in Genealogia Comitum Campaniæ, Baronius tomo 10. Sed quia non conſecratus, omittitur à nonnullis. Vide Flodoardum.

36. *Artoldus*, aſſumptus ex cœnobio ſancti Remigii ordinatur 932. Pallium ſuſcipit 933. Eodemque anno conſecrat Hildegarium Bellouacenſem, & Fulbertum Cameracenſem Epiſcopos, Ludouicum Regem Vltramarinum vngit 935. Eiuſdemque Vltramarini filium Ludouicum baptizat 948. qui Rex dedit Artaldo monetam & Comitatum Remenſem. Vnxit quoque 950. Rodulfum Nouiomenſem Epiſcopum, & 954. Lotharium Regem, cum eodem anno ſepeliſſet Ludouicum Lotharij patrem 13. Nouembris apud ſanctum Remigium. Obiit poſt ſedem annorum 28. A.C. 961. pridiè Calend. Octobris. Alii tamen ſediſſe aiunt annos 30. & deceſſiſſe 963. in Appendice ad Flodoardum, quem vide lib. 4. cap. 24. vbi deſinit eiuſdem Flodoardi hiſtoria.

Comitatus Remenſis.

37. *Odalricus*, Hugonis Comitis filius ordinatur à Vidone Sueſſionenſi, Rauricone Laudunenſi, Gibuino Cathalaunenſi, Hidulpho Nouiomenſi, & Vinfrido Virdunenſi 962. Obiit 19. Auguſti 971. Appendix Reginonis.

38. *Adalbero*, vel Albero, Godefridi Comitis filius, Henrici Comitis frater 972. Conſecrauit Rotardum Attrebatenſem Epiſcopum, & inunxit Hugonem Capetum 987. menſe Iullio, eique ſcribit Gerbertus epiſt. 8. 61. 93. 102. nominatur ſummus Lotharij Cancellarius 975. rexit ann. 19. ſepultus ſub altari S. Crucis in Baſilica maiore 5. Ianuarii 989. hoc Epitaphio ex Appendice Flodoardi:

Contulerat natura parens, quæ ſumma putauit,
Ad meriti cumulum tibi Præſul Adelbero, cùm te
Præſentem cunctis mortalibus abſtulit Orbi,
Quinta dies fundentis aquas cum pondere rerum.

39. *Arnulphus*, Lotharii Regis filius naturalis A.C. 990. depoſitus, Baron. Vide Lingonenſes num. 47. & Sauſſeyum in Arnulpho Aurelianenſi 53. Orderic. lib. 1. Continuatorem Aymoini libro 1. cap. 46. reſtitutus à Ioanne 15.

40. *Gilbertus*, vel Gerbertus electus 992. de quo Baron. Ciacon. Onuphr. agentes de Silueſtro 2. Papa Poſſeuin. in Apparatu ſacro, Aymoin. Continuat. A lib. 5. cap. 46. Sapiens dicitur in hiſtoria S. Bercarij, Vion lib. 2. cap. 29. Chron. Cameracenſ. 1050. Ordericus lib. 1. omittitur in Cod. Thu.

41. *Ebalus*, ex laïco electus, vir tamen ſacris litteris eruditus, Bertiniacum villam dedit Canonicis. Sic S. Nicolaus, S. Seuerinus, & S. Ambroſius ex laïcis electi. Vide C. Statuimus, diſtinct. 61. Nec verò neophitos, id eſt recèns in Clerum adſcriptos, eſſe in Pontifices eligendos notat Sirmundus ad epiſtol. 1. lib. 1. Gofridi Vindocinenſis. Vide notata in Syagrio Auguſtodunenſi 26. Extat verò ad Ebalum epiſtola 54. Fulberti Carnotenſis. B

42. *Vido*, vel Guido de Caſtellione, (quod eſt oppidum ad Matronam, in monte inter *Dormans*, & *Eſparnay*, diœceſis Sueſſionenſis.) Conſecrauit B. Lietbertum 32. Cameracenſem Epiſcopum, & Remis excepit Leonem 9. qui ibidem Concilium habuit 1049. Eleuauit corpus S. Bertini in monaſterio Sithienſi 1052. 6. Nonas Maij, adſtantibus Drogone Morinenſi Epiſcopo, Heremaro S. Remigij, Alefrido S. Vulmari, Geruino S. Richarij, Fulberto S. Bauonis, Rumoldo. S. Vinoci, Heriberto. S. Iodoci ſupra mare, & Valone S. Valarici C Abbatibus, præſente item Adela nobiliſſima Roberti Francorum Regis filia Balduini Inſulani coniuge, cum fratre ſuo Eudone, quæ Brandeum ſacrorum pignorum ſuſceptiuum contradidit, vt eſt in Commentariis Bertinienſibus, à Petro Bertio nobis communicatis. Sedit ann. 22. m. 2. obiit 1055. ſepultus ad S. Remigium.

43. *Geruaſius Barbet*, aliis *de la Roche-Guyon*, ſed rectiùs filius dicitur Hamelini Belleſmenſis Domini de Caſtro-ledi, anteà Epiſcopus Cenomanenſis 29. D Philippum Regem adhuc ſeptennem Henrico patre præſente, die Pentecoſtes 23. Maii 1059. ſacrauit. Ad hunc Geruaſium editæ ſunt epiſtolæ 20. Summorum Pontificum, Stephani 10. Nicolai 2. & Alexandri 2. & duæ Geruaſij ad Alexandrum 2. poſt epiſtolas Stephani Tornacenſis, ex Bibliotheca Papirij Maſſoni. Ei quoque ſcribit Stephanus Papa, apud Baronium anno Domini 1057. vbi fortè ex littera G. ſingulari corruptè legitur Guilelmus, & habetur inter eas epiſtolas, quas ſuperiùs diximus. Fuit prætereà Cancellarius Philippi Regis 1060. Scripſitque vitam S. Donatiani, & obiit 1072. vir maximæ ſtrenuitatis, in fragmento Floriacenſi, linguâ

linguâ facundus, iuſtitiâ inſignis, nobilis genere, virtute nobilior, auri, & argenti copiâ ſatis abundans, in Breuiario, Remenſi cum agitur de Tranſlatione S. Nicaſii.

44. *Manaſſes*, Subſcribit 1076. fundationi ſancti Ioannis vinearum Sueſſione. Congregauit Concilium Sueſſionenſe anno Domini milleſimo ſeptuageſimo octauo, eique ſcribit Gregorius 7. lib. 2. epiſt. 32. & lib. 3. epiſt. 52. depoſitus ab Hugone Epiſcopo Dienſi Legato eiuſdem Gregorij in Synodo Lugdunenſi milleſimo octogeſimo, Baron. Ideóque fortè omittitur in Cod. Thu.

45. *Raynaldus*, vel Renoldus, vel Reginaldus Contractus, ad quem extat Iuonis epiſtola 13. vbi ius nuptiarum Regis pertinere dicitur ad Archiepiſcopum Remenſem ex antiqua conſuetudine, & Apoſtolica auctoritate. Synodum habet 1085. in qua eximuntur Compendienſes à iuriſdictione Hilgoti Sueſſionenſis Epiſcopi. Fuerat Theſaurarius ſancti Martini Turonenſis, de quo etiam meminit S. Anſelmus Præfat. lib. de Incarnatione. Conſecrauit Gerardum Epiſcopum 33. Cameracenſem, & Valtherium 1094. & Synodo Claromontanæ ſeu Aruernenſi Concilio interfuit 1095. Obiit 19. Calend. Februarias 1096. Attrebati.

46. *Manaſſes 2. d'Affray*, ſed rectius aſcribitur genti Caſtellioneæ, electus 1096. confirmatus ab Vrbano 2. Ad eum extant Iuonis epiſtolæ 85. 102. 145. Interfuit Synodo Trecenſi 1114. 4. Nonas Aprilis, apud Nicolaum Camuzatum, quo anno videtur obiiſſe. Conſecrauit ſanctum Godefridum Epiſcopum Ambianenſem adſtantibus Lamberto Attrebatenſi, & Ioanne Morinenſi, apud Surium 8. Nouembris.

47. *Geruaſius*, filius Hugonis Comitis *de Rhetel*, & Meleſindis *de Mont-l'hery*, creatus 1114. abdicauit, apud Robertum Montenſem, itaque malè omittitur in Cod. Thuano.

48. *Radulphus Viridis*, Iuo epiſt. 83. 185. 212. 254. 261. Supplementum Aymoini lib. 5. cap. 49. vbi de iure inunctionis Regiæ, & Sugerius in Ludouico Craſſo. Ei Radulpho tribus libris contenta Miracula ſancti Angilberti obtulit Auſcherus Abbas Centulæ. Memoratur in vita ſancti Godefridi Ambianenſis Epiſcopi lib. 3. cap. 11. & à Petro Venerabili lib. 2. Miracul. cap. 5. & in vita ſancti Arnulphi Epiſcopi Sueſſionenſis cap. 36. Quo ſedente Remis habitum Concilium à Calixto 2. 1119. apud Ordericum lib. 12. vbi dicitur obiiſſe 1124. Eruditione, & facundiâ inter Patres præcipuus, poſt quem Raynaldus Andegauenſis pluribus priori diſpar ſedem adeptus eſt.

49. *Raynaldus*, vel Reginaldus de Pratis, vel de Martiniaco, ex 43. Andegauenſi Epiſcopo. Interfuit Concilio Claromontano 1124. & Trecenſi 1128. Conſecrator Philippi (præmortui patri Ludouico 6. Craſſo) 1129. die Paſchæ 14. Aprilis, præſente Henrico primo Rege Angliæ, eodemque anno Indictione 7. Confirmat iura Monaſterii Henniacenſis Ordinis Benedictini, & Canonicos Regulares conſtituit Ciſonii. Eius meminit ſanctus Anſelmus epiſtola ad Fulconem Bellouacenſem, Gofridus Vindocinenſis lib. 1. epiſt. 31. & lib. 3. epiſt. 2. Nominatur in Chartulario ſancti Cornelij Compendienſis, anno primo Ludouici 1137. quo & obiiſſe creditur, ſepultus in Monaſterio Igniaci, quod fundauerat, vbi puto agi anniuerſarium ipſius 19. Calend. Febr. Prætereà hoc ſedẽte 1131. Remis habetur Synodus ab Innocent. 2. qui ibidem 25. Octobris Ludouicum iuniorem conſecrauit.

50. *Samſon* de Pratis, ex Archidiacono Iuonis Carnotenſis. Nominatur in Charta Sandionyſiana 1137. Indict. 15. & in Charta ſancti Martini Pariſienſis, in Concilio Balgenciaci ad Ligerim pro diſſolutione coniugii inter Ludouicũ 7. iuniorem, & Leonorã Aquitaniæ Duciſſam, in Supplemento Aymoini l. 5. c. 53. Chron. Autiſſiodorenſe 1154. cum anteà 1140. in Concilio Sueſſionenſi Petri Abailardi errores dãnaſſet, & in Remẽſi 1148. coram Eugenio 3. contra errores Gilberti Porretani Pictauienſis Epiſcopi, & 1151. Eccleſiam Valcellenſem dedicauit. Duæ eius extant epiſtolæ ad Sugerium, & totidem ad Innocentium 2. & Ludouici Regis, & Sugerij ad eumdem in C. M. S. V. C. Auguſti Thuani, vbi dicitur Sugerius pretioſa gemma Coronæ Regni. Obiit 11. Auguſti 1160. ſepultus Igniaci iuxta Raynaldum patruum. Vide vitam ſancti Bernardi lib. 4. cap. 5. & hîc infrà in deſcriptione Abbatiarum V. Moræ, cuius fuit Archidiaconus is, qui de ſe ipſe dicit:

Petrus Riga vocor, cui Chriſtus petra rigat cor.

De quo Trithem. & Onuphr. 1161. & Henricus Gandauenſis c. 22.

lus noſter Wilelmus, in conſilijs noſtris oculus vigilans, in negotijs dextera manus, eum, vel ad tempus recedere à nobis, ſuccedere eſt hoſtibus noſtris. Retinuimus eum clauum in oculis hoſtium noſtrorum, & in lateribus eorum lanceam, ſine ipſo fieri nihil exiſtimantes, ſiue de pace, ſiue de bello cum hoſtibus ſit agendum. Cæterùm in his alludit Galtherus ad locum Virgilij 8. Æneid.

Atque hîc auratis volitans argenteus anſer
Porticibus, Gallos in limine adeſſe canebat.

Roma à Gallis Senonibus capta an. 1. Olymp. 98. V.C. 365. 14. Calend. Auguſti cõdita fuit 11. Cal Maij Palilibus anno 1. Olymp 7.

Et Ouid. lib. 1. Faſt.

Nec defenſa iuuant Capitolia, quominus anſer
Det tecur in lances Inache lauta tuas.

Et Lucretij 4.

Romulidarum arcis ſeruator cãdidus anſer.

Et Martial. lib. 13. Epigrammate 73.

Hæc ſeruauit auis Tarpeij Templa Tonantis.

Legendus Florus lib. 1. cap. 3. Plin. lib. 10. cap. 22. & lib. 29. cap. 3. Gellius lib. 17. cap. 21. S. Baſilius in Hexamero, Plutarchus in Camillo, & in Quæſtionibus Romanis num. 23. Plin. de Viris Illuſtr. c. 23. Arnob. l. 6. Liu. l. 5. Aymoin. lib. 1. cap. 5. Onuphr. in Faſtis A. V. C. 364. S. Auguſt. lib. 2. Ciuit. cap. 22. Iſidor. lib. 12. c. 7. Polyb. lib. 7. Iuſtin. lib. 20. Oroſius lib. 2. cap. 19. Valerius Maxim. lib. 1. cap. 5. Strabo lib. 5. At in extremis Carminibus, idem Galtherus reſpicit ad illud eiuſdem Principis Poëtarum Eglogâ 8. Sic Varum alloquentis:

— atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

At penè memoriâ exciderat conſecratum fuiſſe à noſtro Guilelmo, Pontificis mandato, ſanctum Albertum Leodienſem Epiſcopum 63. A. C. 1192. 20. Septembris Remis, vbi paulò pòſt occiditur 24. Nouembris feria 3. à ſatellitibus Henrici Imperatoris, quâ de re videndus Ægidius Aureæ-vallis Monachus cap. 64. hiſt. Leodienſis, vbi etiam Guilelmus dicitur conſecraſſe Ioannem Epiſcopum Cameracenſem eodem anno & menſe.

53. *Guido*, cognomento *Paré* Cardinalis legatus, ex Abbate 15. Ciſtercienſi. Ei Innocentius 3. confirmat priuilegium inungendi Reges Franciæ. Is poſt ſedem 3. annorum obiit peſte Gandaui 1206. 30. Iullij, ibique in ſancti Petri Monaſterio primùm ſepultus, ſed inde Ciſtercium deportatus, vbi tale in Choro habet Epitaphium:

Nobis donatus de culmine Pontificatus,
A *Remis tranſlatus iacet hic vir Guido beatus.*

54. *Albericus de Hombert*, ex Archidiacono Pariſienſi ordinatur 1207. Inſtaurauit Baſilicam Remenſem incendio conſumptam. Tranſtulit corpus B. Lietberti Epiſcopi Cameracenſis 1211. Interfuit Concilio Lateranenſi 1215. & in iudicio Parium Franciæ 1216. Meloduni pro Comitatu Campaniæ. In expeditione contra Albigenſes, Verbi diuini præco inſignis, apud Petrum de Vallibus cap. 64. Obiit Papiæ 1218. rediens Ieruſalem, ibique iacet in æde S. Petri. Alius ab Alberico Remenſi electo in B Cathalaunenſem, apud Othonem Friſingenſem. Dedicauit Abbatiam ſancti *Ived* Brainæ ab Agnete Comitiſſa conſtructam, quæ ibi poſteà ſepulta eſt, Sammarthani.

55. *Guilelmus 2. de Iouuilla*, Gofridi, & Felicitatis filius 1219. Nominatur in cõtractu matrimonij Theobaldi Cãpaniæ Comitis, & Margaretæ ſorore Regis Scotiæ, apud Camuzatum, ex Epiſcopo 62. Lingonenſi, de quo ſic Guilelmus Britto Philippid. lib. 12. agens de his qui exequiis Philippi Auguſti interfuerunt 1223. pridie Idus Iullias.

Iouuille ſur Marne Dioceſe de Toul, Principauté

C *Nec minus Archipater Remorum cum Senonenſi*
Galthero, Guilelmus adeſt, qui Regis in aula
Præcipui clarum genus alto ſanguine ducunt.

Eodemque anno 8. Idus Auguſti Remis inunxit Ludouicum 8. cum Blancha vxore, cum antea interfuiſſet 1220. eleuationi corporis ſancti Thomæ Cantuarienſis teſte Dadræo in hiſtoria Rotomagenſi. Obiit 1227. ſepultus Claraualle 6. Nouembris, apud Miræum, poſt reditum è patria Albigenſi. Quo defuncto S. Ludouicus anno ætatis 12. Remis inungitur ab Epiſcopo Sueſſionenſi D 61. Iacobo de Baſochiis 29. Nouembris, vt eſt apud Bzouium & Nangium, vacante ſede metropolitanâ. Vide in Monaſteriis v. Ionuilarenſe.

56. *Henricus 2. Brenenſis*, Roberti iunioris Drocarum Comitis, & Iolandæ *de Coucy* filius, ex Theſaurario Bellouacenſi 1227. Miræo, conſecrat Ioannem Epiſcopum Leodienſem 66. Dominicâ in *Paſſione* 9. Martii: obiit poſt ſedem ann. 8. 6. Iullii 1235. ſepultus in Cathedrali.

Braine, De Dreux porte eſchiqueté d'or & d'azur.

57. *Iuellus*, ex 71. Turonenſi tranſiit ad hanc ſedem, & interfuit Concilio Lugdunenſi 1245. vnde profectus ad bellum ſacrum obiit Damiatæ 1249. Vincentius Bellouacenſis lib. 30. c. 69.

qui aliis dicitur Ioël de ſancto Martino, aliis de *Mathefelen*, 1245. in Charta Prioratus Siluiaci.

58. *Thomas de Bello-manſo, Beauxmeix*, ſeu de Bello-miſſu, *Beaumets*, Attrebas, ſeu Arteſius. Librum edidit de ſtatu Eccleſiæ Gallicanæ ad Alexandrum 4. Papam. Obiit 1262. 17. Februarii, quâ die anniuerſarium habet in Eccleſia Attrebatenſi, cuius olim Canonicus fuerat, apud Locrium. Huius tempore 1250. in vrbe Franciſcani ſtabiliuntur.

Franciſcani

59. *Ioannes de Courtenay*, filius Roberti, & Mathildis de Magduno, ex Archidiacono Pariſienſi, Roberti Epiſcopi 75. Aurelianenſis frater. Obiit 20. Augusti 1271. ſitus in metropolitana. Circa hæc tempora inuenio Bernardum Minoritam Archiepiſcopum Remenſem ſcripſiſſe Sermones. Quæ ſcriptio ſi recta eſt, is fortè fuit Suffraganeus, ſiue Propontifex huius Diœceſis.

Courtenay porte d'or à 3. tourteaux de gueuls.

60. *Petrus Barbet*, ex Canonico Nouiodunenſi. Coronauit Mariam Brabantinam vxorem Philippi Audacis 1274. 24. Iulij in Capella Regia Pariſienſi. Philippum Pulchrum conſecrauit 128. .8. Idus Ianuarij indignante Archiepiſcopo Senonenſi id ſe inuito fieri, vt refert Diuæus lib. 11. rerum Brabanticarum. Dedicauit Eccleſiam Monaſterij Flinenſis 1279. 5. Calend. Iunij præſentibus Philippo Tornacenſi Epiſcopo & Margarita fundatrice, cum Guidone filio Flandriæ Comite, ac multis Abbatibus, teſte Buzelino in Gallo-flandria. Confirmat 1294. Guazonem electum Laudunenſem. Obiit 3. Octobris 1300. ſitus Remis. Scribit cum Suffraganeis ad Papam pro canonizatione ſancti Ludouici 1276. menſe Iunio, in Cartulario Sandionyſiano.

61. *Robertus de Courtenay*, Ioannis nepos cui recèns electo, vt reſtituantur bona Eccleſiæ nomine Regaliorum inuaſa, ſcribit Bonifacius 8. 1299. apud Bzouium. Concilium prouinciale habuit die Veneris poſt feſtum Circumciſionis 1303. Intereſt Parlamento 1315. menſe Iunio, contra Comitem Flandriæ Robertum Betunium, & inunxit Ludouicum 10. Hutinum 1315. Philippum 5. Longum 1316. 6. Ianuarij more Gallico, & Carolum 4. Pulcrhum 1321. 9. Calend. Martias. Obiit 30. Martij 1325. Remis ſepultus. Legitur in Necrologio Pariſienſi 4. Nonas Mart. Guilelmus de Cultiniaco Archidiaconus Prouinienſis, item Philippus Abbas Loci-Regij, in proceſſu verbali Conſuetudinis Bituricenſis 1539.

62. *Guilelmus 3. de Tria*, Cardinalis, auunculus Philippi Valeſij, quem coronauit in ſua metropoli 1328. 4. Calend. Iunij in feſto ſanctæ Trinitatis, ex Baiocenſi Epiſcopo. Obijt 1334. in Vigilia S. Michaëlis, ſepultus Remis.

63. *Ioannes de Vienna*, ex Epiſcopo Teroanenſi 41. ſepultus Remis in Baſilica maiore 1351. cùm Synodum habuiſſet 1344.

64. *Hugo de Arceiis*, vel de Arciaco, ex Monacho Ferrarienſi, & Laudunenſi Epiſcopo 60. vnus ex tribus fundatoribus Collegij Cameracēſis Lutetiæ. Quâ de re in Lingonenſibus num. 77. obijt 1352. Remis ſepultus condito teſtamento 25 Maij.

Collegium Cameracenſe.

65. *Hambertus*, vel Imbertus. In cuius tumulo à nullo adhuc rectè exſcriptum apud Dominicanos Pariſienſes Epitaphium:

Hic iacet R. P. & Dominus ampliſsimus Hambertus, primò Viennæ Delphinus, deinde relicto Principatu frater noſtri Ordinis, Prior in hoc Conuentu Pariſienſi, ac demum Patriarcha Alexandrinus, & perpetuus Eccleſiæ Remenſis adminiſtrator, & præcipuus huius Conuentus benefactor. Obijt anno Domini 1356. Maij 22.

Vbi malè pro Alexandrino legitur Aquileienſis. Obierat Claromonte, & profeſſus fuerat Lugduni venditâ ditione ſuâ Philippo 6. Regi Franciæ A. C. 1343. 9. Cal. Maij. Legendus Bzouius 1344. nu. 11. Malè verò ſepultum Lugduni ait Rebufus in Concord. de Regia ad Prælaturas nominatione. Cupierat recipi in Ordinem Carthuſianum, cui centum florenos legauit.

66. *Ioannes de Credonio, Craon*, ex Epiſcopo Cenomanenſi 52. filius Almarici, ex Beatrice *de Roucy*. Coronauit Carolum 5. & Ioannam Borboniam eius vxorem in feſto ſanctæ Trinitatis 19. Maij 1364. & baptizauit Ludouicum Aurelianenſem eorum ſecundogenitum. Obiit 29. Maij 1374. ſepultus ad Minoritas Pariſienſes, de quâ gente Credoniâ Froiſſardus lib. 1. c. 48. 157. & 159. Monſtreletus volum. 1. c. 149. in qua memoratur Andreas 911.

Credoniũ Ducatus Andegauenſis oppidum, Sirmondo in Goffridi ep. 44. lib. 4. *Craon porte lozangé d'or & d'azur.*

67. *Ludouicus Thezart*, aliàs Pertinax *Teſtart*, ex Archidiacono Remenſi, & Epiſcopo Baiocenſi electus 1374. Obiit 1375. 11. Octobris, ſepultus in ſuâ metropoli.

68. *Richardus Picus*, aliàs, *l'Agace*, id eſt picus, vel pica, malè *de Picque*, natione Burgundus, Decanus Biſuntinenſis.

ſis. In Conſilio Regis Franciæ 1374. 19. Martij, conſecrator Caroli 6. Dominicâ Omnium Sanctorum 1380. Obiit 6. Decembris 1389. ſepultus in Cathedrali. An verò ſit idem cum Richardo de Picâ Ordinis Minorum, qui ſcripſit Sermones varios, apud Trithemium, & Poſſeuinum, & alius à Richardo Biſuntinenſi Decano Theobaldi de Nouo-caſtro, *Neuf chaſtel*, ex Maria de Caſtro-villano, filio, amplius quærendum.

Porte vairé d'or & de gueule au baſton d'azur pers en bande.

69. *Ferricus*, vel Federicus *Caſſinel*, ſeu *Petite-maiſon*. Obiit 1390. ſepultus in Eccleſia Autiſſiodorenſi, in qua fuerat Epiſcopus 83. magnus aſſertor intemeratæ Conceptionis Deiparæ.

Porte de gueule à la bande d'argent au lambel d'azur.

70. *Guido* de Roya, vel de Royo, *de Roye*, ex Epiſcopo Virdunenſi 73. apud Roſerium, & Vaſburgium, & Archiepiſcopo Senonenſi deſignato, & Turonenſi 85. fundator Collegij Remenſis in Academia Pariſienſi 1399. Iacet Genuæ, cùm Voutræ in finibus Ligurum Italiæ caſu interfectus fuiſſet, proficiſcens ad Concilium Piſanum cum Ludouico Cardinale de Barro Epiſcopo Lingonenſi 80. A. C. 1409. 8. Iunij, apud Monſtreletum, qui de eo plura 1408. ſeu volumine 1. cap. 46. & 51. Meyer. lib. 15. cuius etiam meminit Iacobus Iuuenalis de Vrſinis Archiepiſcopus Remenſis 74. in hiſtoria Caroli 6. vbi eum fuiſſe ait Archiepiſcopum Turonenſem, Senonenſem, & Remenſem. Ex eadem quoque gente Roya fuit Albertus 57. Laudunenſis & Nicolaus Nouiomenſis 60. Eſt autem Roya (Rodrina in veteri Notitia Prouinciarum) oppidum Picardiæ, inter Remos, & Ambianos, diœceſis Ambianenſis, Rodium in Tabula Peutingeri.

D'azur à vne bande d'or à l'orle de gueule chargé de beſants d'or.

71. *Simon* de Cramaudo, poſteà Patriarcha Alexandrinus, & Cardinalis S. Laurentij in Lucina, ex Epiſcopo 78. Pictauienſi, Agennenſi, Biterrenſi, Carcaſſonenſi, Auenionenſi, & Cancellario Ioannis Pictonum Comitis. Intereſt creationi Martini 5. in Concilio Conſtantienſi 1417. cum Guilelmo *Philatre* Cardinale ex Decano Remenſi. Obiit 1429. de quo Monſtreletus volumine 2. cap. 16. & 55. Ioannes de Vrſinis in hiſt. Caroli 6. & Nomenclator Cardinalium. Eſt autem Cramaudum vicus iuxta Rupem-cauardi, ſeu *Roche-chouard*, Lemouicenſis diœceſis. Iacet Pictauij in Cathedrali, cuius primò Epiſcopatum, deinde adminiſtrationem geſſit.

72. *Petrus* Trouſſelli, *Trouſſeau*, ex Epiſcopo 82. Pictauienſi huc tralatus per ceſſionem Simonis ad Cardinalatum promoti 14. Aprilis 1413. poſſeſſionem ſolemnem non adeptus, obiit eodem anno 16. Decembris Lutetiæ, ſepultus tamen in Eccleſia Bituricenſi, in qua Canonicus, & Archidiaconus fuerat, vbi agitur eius anniuerſarium, & in tabula è lapide albo hæc leguntur, (quæ aliis correctiora oſtendimus) Epitaphium: *Memorandiſſimi, & admodum famoſi viri Domini Petri Trouſſelli dudum citra & infra præmia, & honores ſubſcriptos Archiepiſcopi Remenſis, & eodem de pacto Ducis, & ſupremi Paris Franciæ.*

Quem decor, & mores quondam celebrare ſolebant,
Trouſſelli Petrum frigida petra tegit.
Quem pietas, virtus, & honos, & pulchra ſophiæ
Nobilitas vexit, militiaque genus.
Qui ſtabilis leges, iuris quis pluribus artes
Edocuit, grato Præſes amore gradu.
Tempore metropolis fuit huius in ordine templi,
Collega frater, Pariſeique ſimul
Audomari Præpos, maiórque, priórque Diacon: Id eſt Præpoſitus.
Vnde opera Sanctis parta dabat miſeris
Conſilijs magna Regis conſcriptus in aula,
Res cunctis ſalubres, & pia verba dedit.
Poſtque tot intereà medios aſſumptus honores,
Templicola, & multis frater amore locis, nunc
Euehitur meritò Pictauis Epiſcopus: at
Poſtremò Antiſtes Remis in vrbe fuit.
Quo primùm de iure parem Regnique, Ducemque
Tot probat hinc titulis inclyta fama virum,
Inde hac perpetuò ſacros ſibi promere cantus,
Támque ſalutiferas iuſſit in æde preces,
Quam hoc Stephani templo proprijs è ſumptibus actam
Dotauit donis vt decet ipſe ſuis.
Hinc poſt mille, quater centum, poſt treſq; decémque
Chriſtiſequos orbes clauſit in orbe diem
Pariſius ſummum, ſex dena luce Decembris,
Quo ſibi pro meritis ſit ſuper aſtra quies.

Nec omittendum Montem-hericium, *Mont-l'hery*, acquiſitum fuiſſe à Philippo 1. cùm anteà eſſet in dominio Galtheri *Trouſſeau* domini de Magduno. Eiuſdem quoque gentis Iacobus dominus *de Bois Trouſſeau* Vicecomes Bituricenſis, Caroli

6. & 7. Regum tempore. Iacet in Capitulo Dominicanorum Bituricenſium, mortuus 6. Iunij 1446. cum vxore Maria de ſancto Germano in Foreſio, mortua 1450. qui fuerant ſimul in coniugio ann. 61. ſed & Iaquelinus Trouſſelli obijſſe dicitur 3. Nonas Ianuarij in Calendario Medij-monaſterij, ac Thomas Trouſſelli Pœnitentiarius Pariſienſis obiit 11. Calend. Auguſti, in Necrologio Pariſienſi.

Trous trouſſeaux ou balets, ou pacquets d'or liez de ſable ſur l'eſcu de gueule. 2. 1.

73. *Reginaldus* de Carnoto, *de Chartres*, Hectoris filius. Coronauit Regem Carolum 7. Remis 1429. 7. Iullij præſente Ioannâ Puellâ, apud Ioannem *Bouchet*, & Gaguinum. Intereſt etiam vt Cancellarius paci Attrebatenſi 1435. die ſancti Mathæi 21 Septembris. Et in Parlamenti reſtitutione Pariſijs Calend. Decembris 1436. Anglis expulſis. Obiit 1448. apud Turonenſes, ibique ad Minoritas ſepultus. Creatus fuerat Cardinalis ab Eugenio 4. in Concilio Florentino 15. Cal. Ianuarias 1439. Vocatus etiam ad Bellouacenſem ſedem, vbi quõdam Decanus, ſed poſſeſſionem non adiit, qui & fuit Aurelianenſis 93. adminiſtrator.

Porte d'argent à 2 faſces de gueule.

74. *Iacobus Iuuenalis de Vrſinis* Præſes Cameræ Computorum, ſeu rationum Regiarum, ex Archidiacono Remenſi viâ Spiritus ſancti electus. Sedit Remis vſque ad A. C. 1449. quo tralatus eſt ad Patriarchatum Antiochenum, & adminiſtrationem Pictauienſem 83. Obiit Romæ 1457. vel 1458. & anniuerſarium habet in Eccleſia Bituricenſi 13. Octobris.

75. *Ioannes* Iuuenalis de Vrſinis, Ioannis Iuuenalis Domini *de Treinel*, & Michaëlæ de Vitry filius, Iacobi frater ex Præfecto Mercatorum in natali ſolo Pariſiis, & Aduocato Regio, ac Libellorum Magiſtro Cancellarius, atq; ſcriptor hiſtoriæ Franciæ, Epiſcopus 77. Bellouacenſis, & Laudunenſis 65. Conſecrauit Ludouicum 11. Auguſti 15. 1461. datur Iudex cum Guilelmo Pariſienſi, & Richardo Conſtantienſi à Calixto 3. ad retractandum proceſſum Ioannæ Darciæ cognomento Puellæ Aurelianenſis. Obiit 14. Iullij 1473. ſepultus ante maius altare metropolitanum. Sic Neapoleon Vrſinus, ex Canonico Remenſi, Archiepiſcopus Montis-Regalis in Sicilia, mortuus Auenione 1337. & Ludouicus Canonicus Pariſienſis, Ioannis Archiepiſcopi Remenſis nepos, in Necrologio Pariſienſi 3. Idus Iullias. Porrò hiſtoriam noſtri Ioannis de rebus geſtis

Grandement enlinagé, dit Alain Chartier.

Portoit de l'Egliſe de Reims, qui eſt ſemé de France à la Croix d'argent, eſcartelé de bande d'argent & de gueule au chef d'argẽt chargé d'vne roſe de gueule pointée d'or ſouſtenu de meſme qui eſt d'or.

A Caroli 6. edidit (vt pleraque alia) Theodorus Godefridus, vir de hiſtoria Francica benemeritus. At Scipio *du Pleix* negat Ioannem fuiſſe Franciæ Cancellarium.

76. *Petrus*, filius Guidonis Comitis *de la Val*, & Elizabethæ Britanniæ, Abbas ſancti Menenij, ſancti Albini, & ſancti Michaëlis in Eremo, ac ſancti Nicolai Andegauenſis, vbi iacet cor ipſius hoc Elogio:

Laual porte d'or à la Croix de gueule chargée de cinq coquilles d'argent accompagnée de ſeize alerions d'azur.

Aſpice mortalis greſſus qui dirigis iſtuc,
Proh! ſpeculum mortis cernis, me vermibus eſcam,
B *Regia cùm fuerim proles, Dux, Præſul, & Abbas.*
Octaui Caroli vnctor, déque Laual decus omne,
Arriſit ludens mihi ſors mea fragile donum,
Quod dedit, hoc rapuit Clotho, nunc pro ædibus vrna eſt,
Luſtra decem, menſeſque duos mea vidit & ætas.
Diſce mori, qui regna petis: mors omnia ſternit.

Fuit etiam Epiſcopus 59. Maclouienſis, & Briocenſis, qui obiit poſt ſedem ann. 20. 1494. Martij 14. Huic porrò
C nobiliſſimæ familiæ conceſſum eſt à Paſchali Papa, vt primigenij, Guidonis nomine afficiantur. Videnda Oratio funebris Guidonis 21. & vltimi nomine à Turcis cæſi, & Panegyris Andium, apud Vrbanum *de la Val de Bois Daulphin*.

77. *Robertus Briçonnetus*, Ioannis maioris primi Turonum, & Ioannæ *Berthelot* filius, ex Parlamenti Conſiliario, & Abbate 70. S. Vedaſti Attrebatenſis 1490. apud Locrium, Archiepiſcopus Remenſis 1494. & Cancellarius Franciæ Carolo 8. 31. Auguſti 1495. Obiit Molinis in Borbonio 3. Iunij 1497. vbi iacet
D in Collegiali Eccleſia B. Mariæ. Vide Genealogiam huius gentis per Guidonem *Bretonneau*. Cæterùm in Calendario Bituricenſi notatur obitus Martini Briçonneti Canonici 1406.

78. *Guilelmus Briçonnetus*, ſuperioris frater, ex Epiſcopo 60. Maclouienſi 1497. Conſecrat Ludouicum 12. 1498. Hinc transfertur ad Narbonenſem 1507 vbi moritur 1514. Cardinalis, Archiepiſcopus & Prorex, cùm fuiſſet etiam Abbas S. Germani Pariſienſis 66. & Grandimontenſis, & S. Nicolai Andegauenſis, ac Epiſcopus Nemauſenſis. De eo plura Guicciardinus lib. 10. cui ſoli ad interiorem Regis amicitiam aditum patuiſſe ait Iouius, & eius Conſilio in

Porte d'azur à la bande cõponée d'or, & de gueule briſée d'vne eſtoille d'or accompagnée d'vne autre en chef.

in omnibus Regem nixum fuiſſe, Bembus, cui in omnibus, ſiue ſeria, ſiue ludricra tractarentur, Regem acquieuiſſe ait Ferronius, oraculum Regis, & Regni colomnam alij eum appellauere, qui omnia non ad Paſtoris, ſed gregis vtilitatem ſemper direxerit, & geſſerit, denique eum, & aulæ, & caulæ ſimul inſeruiſſe, (quod paucis datum) ac multa ſuis Eccleſiis donaſſe certum eſt. Nec ſilentio premendum eidem ſolenmibus ſacris operanti, duos filios legitimè ex Rolleta Belnea ſuſceptos, officio Diaconi, & Subdiaconi fungentes, alterum Meldenſem, alterum Lodeuenſem Epiſcopum adſtitiſſe. B Codicem præterea Manualem ſeu Enchiridion Precũ Chriſtianarum Latinè ab eo compoſitum eſſe aiunt, Regique Carolo 8. oblatum. Cæterùm eo ſedente obiit 1502. 5. Septembris Martinus, Roberti, & Guilelmi frater, huius Eccleſiæ Archidiaconus, Theologus Pariſienſis, ſepultus in Eccleſia ſancti Martini Turonis, cuius, & S. Gatiani fuerat Canonicus.

79. *Carolus* de Carecto Cardinalis *de Final* per ceſſionem ſuperioris in Curia 16. Septembris 1507. & paulò pòſt obiit 1517. de quo Petrus Bembus lib. 2. hiſt. Venetæ, vbi Rex omnibus in rebus magnoperè eius vnius Conſilus vtebatur.

Porte d'argent à la Croix dentelée, ou engreſlee de gueule.

80. *Robertus de Lenoncour*, ex Archiepiſcopo Turonenſi, & Abbate Cõmendatario S. Remigij Remenſis iniunxit 1514. Franciſcum I. 25. Ianuarij more Gallico, vel 1515. more Romano. Obiit 25. Septembris, ſepultus ante altare ſancti Lactis in Metropolitana 1531. cuius gentis Genealogia extat poſt vitam ſancti Sigeberti editam Nanceij 1616. à Georgio *Aubery*.

81. *Ioannes*, Renati Lotharingiæ ducis, & Philippæ Gheldriæ filius, ex Tullenſi, & Narbonenſi. Abbas 46. Cluniaci, & Cardinalis S.R.E. Obiit 6. Idus Maij 1538. Ciacono, & Coluenerio, malè Onuphrio, & ſequacibus 1550. Ei dicat Macrinus Salmonius libros tres Hymnorum ſelectorum 1540. vbi Regum potentium progenies dicitur. Ad eum ſcribit Iacobus Sadoletus lib. 6. ep. 13. & ſequentibus.

Loraine porte d'or à vne bande de gueule chargee de 3. allerions d'argent, &c.

82. *Carolus Lotharingus*, Claudij primi Guiſiæ Ducis, ex Antonia Borbonia filius (*Orator Gallicus vnus*) vt eſt in eius Anagrammate. Ad hanc ſedem vocatus ætatis anno circiter 16. vnde Petrus Ronſardus inter cæteras eius laudes hæc cecinit:

A
Et la vertu qui reluit
Par les ans de ta ieuneſſe
Comme l'or ſur la richeſſe
Eſt la lune parmy la nuit.

Vnxit tres Franciæ Reges, Henricum 2. & duos eius filios Franciſcum 2. & Carolum 9. ordine quidem naturæ, & Legis Salicæ præſcripto, ſed properantibus nimium fatis, primum ſcilicet die feſto B. Annæ 1547. cuius & exequias celebrauit in ſua Eccleſia Abbatiali ſancti Dionyſij 1559. ſecundum 12. Calend. Octobris eodem anno 1559. & tertium die Aſcenſionis 15. Maij 1561. Cuius Caroli vxorem Elizabetham Auſtriam coronauit in Reginam Franciæ apud Sandionyſium 1570. menſe Martio, præſentibus quatuor Cardinalibus, Carolo Borbonio, Ludouico Guiſio, Aloiſio Eſtenſi, & Nicolao de *Pelvé*. Præfuit acclamationibus Concilij Tridentini 1563. Baptizauit Carolum nunc Guiſiæ Ducem. Pſallebat in Choro, pauperibus propriis manibus miniſtrabat, concionabatur in templis, lectionem ſacram menſæ adhibebat, Veneris, & Sabbati ſingulis diebus ieiunabat, cilicio plerumque vtebatur, vaniloquio abſtinebat, ſolemnibus feſtis pontificaliter li- C tabat, litteratis fauebat, ordinabat, viſitabat, Synodos habebat per ſe. Huic dicat ei librum ſuum de Politicis Franciſcus Roſerius Archidiaconus Tullenſis Calend. Ianuarij anno Domini 1574. Sed iam demortuo, eidemque obtulit libros de Agrorum Conditionibus Gallandius 1554. & antea Guilelmus Paradinus hiſtoriam ſui temporis 1547. Geſſit curam publici ærarij, vt olim Carolo 6. Rege Abbas Corbeiæ & Maiorismonaſterij. Exctiauit 1549. Remenſem Academiam, & Pontimuſſanam 1573. Euocatis Patribus S. I. vt habet Orlan- D dinus in hiſtoria eiuſdem Societatis. Eius etiam beneficio Conuentus Minimis datus in vrbe 1568. cùm paulò antè 1566. Rhetelij in hac diœceſi conſtituti fuiſſent Ducis Niuernenſis liberalitate, quâ de re Ludouicus Donius *d'Attichy* in hiſtoria ſui Ordinis Minimorum. Fuit quoque auctor Sedis Præſidialis conſtituendæ Remis, ibidemque Seminarij fundator. At in eius familia nulli aucupes, nulli venatores reperiebantur. Quo porrò ſedente 1559. à ſua hac Metropoli diœceſes, Cameracenſis, Tornacenſis, & Attrebatenſis ſunt ſubtractæ, de quo plura Michaël Hoſpitalis præcipuè lib. 1. Epiſt. incipiente,

Iam creditur vni ſanctarum digeſtus opũ, Partæque per omnes, diuitiæ, populos. Statius.

Lotharij magnum iubeo ſaluere nepotem.

Et Poſſeuinus, ac Nomenclat. Cardinalium ſcriptis Illuſtrium. Sepelitur Remis, mortuus Auenione die S. Stephani 7. Calend. Ianuar. 1574. Præſulatus 36. vixit ann. 49. menſes 10. dies 8. hor. 4. Natus fuerat horâ 9 matutinâ 17. Februar. 1524. Vide librum Nicolai *Boucher*, cui titulus, Coniunctio litterarũ, & armorum duorum Illuſtrium Principum Caroli Cardinalis, & Franciſci Guiſiæ Ducis, cùm vulgò hic Mars, ille Mercurius nuncuparetur, cuius Elogium apud Papirium Maſſonum extat, & Epitaphium apud Georgium Coluenerium poſt Flodoardum. Fuit & ipſe Abbas Cluniaci 47. de quo præter Ciaconum, & Petramellarium, Ioannes Franciſcus *de Chamlecy* vt ſanguine ita virtute & eruditione clarus in Elogiis Principum Lotharingiæ, & Petrus Ribadeneira in vita S. Ignatij, vbi dicitur Cardinalis ampliſſimus, homo ſummâ prudentiâ, antiquâ fide, egregia doctrinâ, ſingulari eloquentiâ, quibus artibus catholicam fidem ſemper defendit, omninoque adeò familiæ Lotharingiæ, & Guiſiæ laudem eam eſſe propriam vt ſanguinis ſemper prodiga fuerit, idque orbem vniuerſum teſtari. Vide elogia Patris Hilarionis *de Coſte* Minimi. Quem ſic alloquitur Ioachimus Bellayus:

Quod cunctis natura dedit, quod numina, & aſtra,
Quod fortuna potens, Carole, ſolus habes
Ingenium, formam, eloquium, floremque iuuentæ,
Virtutem, atque animo præmia digna tuo.

Et Adrianus Turnebus:

Carole, qui tanti ſubijſti pondera Regni,
Et tantam rerum molem ſic viribus æquas
Herculeis, vt non melius ceruicibus olim
Sederit immenſi conuexum tegmen olympi.
Nec tamen interea Muſarum aulæa linquis
Otia, ſed curas harum requiete relaxas,
Atque aciem mentis rerum molimine feſſam
Theſpiadum æterno reparas ſermone ſororum.

Et Veuræus Diuionenſis Conſiliarius:

Euge rei eximiæ inſtaurator maxime Præſul,
Euge ſupernatis clare Miniſter opis.
Cœnobijs per te diuina repullulat illa
Doctrinæ radix, quam coluêre Patres.
Cœnobijs inquam das noſtro primus & vnus
Tempore, linguarum cognitione frui.
Scilicet id rupto eſt alijs aperire ſopore
Lumina, & hoc illis voce præire modo.
Otia iam noſtris tollamus, & otia demus
Cœnobijs, ſanctis otia digna viris.

Item arx ſtudiorum, & anchora dicitur ab Auguſto Thuano in pœmat.

82. *Ludouicus à Lotharingiâ*, Franciſci Guiſiæ Ducis, ex Anna Eſtenſi, ſeu Ateſtina Ludouici 12. abnepte filius, natus 6. Iullij 1553. Huius tempore Henricus 3. Rex Franciæ è Polonia, ſeu Sarmatia Europea reuerſus, Remis inungitur 15. Februarij 1575. à Ludouico Cardinale Lotharingo Epiſcopo Metenſi, Ludouico Remenſi itidem Cardinale nondum in ſacris conſtituto. Præfuit Concilio Remenſi 1583. Cardinalis, ſed nondum pallio accepto, idque ex indulgentia Gregorij 13. Abbas etiam fuit ſancti Dionyſij, ac inter Commendatores Ordinis ſancti Spiritus tunc recèns inſtituti Calend. Ianuar. 1579. Morti occubuit Bleſis 24. Decembris 1588. (paulò poſt fratrem Henricum Guiſiæ Ducem Archiœconomum Franciæ, & Campaniæ Gubernatorem) de quo Petramellarius, & Ciaconus. Exceperat Anglos Sacerdotes profugos, inter quos Guilelmus Alanus, poſteà Cardinalis à Sixto 5. creatus, Religionis auitæ propugnator. Eoque tempore proceſſionaliter in albis venerũt in vrbem deuotionis ergò variis dieb. pluſquam 70000. hominum, quorum impenſa Præſul ipſe valdè ſubleuauit.

84. *Philippus de Lenoncour*, Cardinalis, Abbas Vngiacenſis, & Epiſcopus Catalaunenſis. Sedit Remis ann. 3. mortuus 1592. de quo Petramellarius, & Ciaconus. Quo Præſule Hubertus Morus ſcripſit de ſacra Regum vnctione.

85. *Nicolaus de Pelleué* Cardinalis, ex Archiepiſcopo Senonenſi 102. vnde tralatus ad Remenſem 4. Octobris 1592. Obiit in Comitiis Pariſienſibus 1594. 5. Aprilis, depoſitus primùm ad Cæleſtinos Pariſienſes, deinde in Cathedralem Senonenſem tranſlatus eſt.

86. *Philippus du Bec* ex Epiſcopo Nannetenſi, mortuus 1605. poſt ſedem annorum 10.

Du Bec porte fuzele d'argent, & de guenle.

87. *Ludouicus à Lotharingia*, Henrici Guiſiæ Ducis, & Catharinæ Cleuenſis filius, Caroli Prouinciæ Proregis frater, natus 11. Auguſti 1582. Abbas S. Dionyſij, Cluniaci 49. Dervi, Vrſicampi, Cariloci, & Corbeiæ, creatus Cardinalis à Paulo 5. 21. Decembris 1615. Protector Galliæ. Obiit non conſecratus Epiſcopus, ſed tantum Subdiaconus,

Mediolani

Mediolani Sanctonum valdè piè, & generoſè tempore obſidionis S. Ioannis Angeliaci 1621. die Lunæ 21. Iunii, ſepultus Remis iuxta propatruum. Huius Præſulis tempore conſecratus eſt Rex Ludouicus 13. menſe Octobri 1610. à Franciſco Cardinale Iouienſi. Quâ de re in Rotomagenſibus num. 84. & ſancti Alberti Epiſcopi Leodienſis corpus ex hac Cathedrali tralatum fuit Bruxellam 1612. Alberti Archiducis curâ, vt eſt apud Molanum in Natalibus Belgicis 22. Nouembris. Porrò ex hac illuſtriſſima gente Lotharinga ſpatio 700. annorum floruerunt 9. Archiepiſcopi, & 20. Epiſcopi, ex quibus 8. Cardinales, & 4. Imperij Electores, ac 1. Papa, ſcilicet Stephanus 9. Denique Philippus, vel Theodericus frater Engilberti primi Ducis Neuerſij, Ioannis Cliuiæ Ducis filius recenſetur Archiepiſcopus Remenſis ab Heutero in Genealogia Cliuienſi, qui tamen in hoc Catalogo non repertus, præſumitur tantùm deſignatus. Item Guilelmus Remenſis Archiepiſcopus, filius Theoderici Lotharingiæ Ducis, apud Roſerium c. 70. ſtemmatis Lotharingiæ, frater Henrici Epiſcopi Tullenſis, eodem modo vt conijcio, inter electos tantùm annumerandus eſt, idemque iudicium ferendum cenſeo de pleriſque in ſtemmatis, vel Genealogiis multorum procerum recenſitis.

Porte d'azur à dix beſans d'argent 4. 3. 2. 1.

88. *Gabriel* à S. Maria *de Gifford* Ordinis Benedictini, Anglus, ſed cuius maiores olim è Gallia oriundi, Theologus inſignis, ex Epiſcopo Archidaliæ, & Suffraganeo Remenſi Ludouici Archiepiſcopi, & Cardinalis.

Hoc tempore floret Petrus *Frizon* Doctor Pariſienſis, & Pœnitenciarius Canonicus Remenſis, ex cuius Commentariis, ſeu ſchedis pleraque notatu digna excerpſimus.

Roüen.

Rotomagenſes Archiepiſcopi.

Fl. 12000.

ROTOMAGVS, vel Rotomagenſium, vel Rotomagorum ciuitas, & Rodonium, & Rodomus, ciuitas Normanorum nobiliſſima, in vita ſancti Simeonis Calendis Ianuarii; vrbs ſecundæ Lugdunenſis metropolis, *Roüen*, ad Sequanam, cuius vtramque ripam pons lapideus 13. arcuum, ſeu fornicum ibi comungit, gradu A longitud. 22. 20. 49. 10. vbi dies maxima horarum 16. 0. 8. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 69. 10. altitudo ſolis 40. 50. cuius Icon tom 3. Georgii Bruni, cuiuſque antiquitates deſcripſerunt Nicolaus *Taillepied*, & Ioannes Dadræus Canonicus, Theologus, & Pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis S. Mariæ dicatæ, in qua 50. Canonici, & campana omnium maxima in Gallia, vulgò Georgia Amboëſia 36. millium librarum pondere, alta pedes 13. lata 11. & in diœceſi 24. Decanatus Rurales, ſeu Archipreſbyteratus in 6. Archidiaconatibus, in quibus Eccleſiæ Parochiales B circa 1400. In hac verò vrbe ſtabilitum fuit Parlamentum Neuſtriæ, ſeu Normaniæ inſtante Georgio Amboëſio, apud Ludouicum 12. 1501. Eſt & Camera Computorum, & Generalitas Theſaurariorum, & fabrica monetæ, cuius nota B. de qua mentio in Capitularib. Caroli Calui tit. 31. num. 12. ac Suffraganeas ſedes habet ſex ſuprà enumeratas. At in diœceſi Rotomagenſi hæc reperiuntur Abbatiæ.

S. Audoëni in vrbe O.B. *S. Oüin.* Flor. 4000.
Fiſcanum, *Fecam*, O.B. Flor. 8000.
S. Trinitatis O.B. in monte ſanctæ Ca- C tharinæ, nunc eſt tantùm Prioratus.
S. Martini prope Pontiſaram, *Pontoiſe*, O.B. Flor. 500.
S. Petri Gemeticenſis, *Iumieges*, O. B. Flor. 2300.
S. Laudi, *S. Lo* O. B. in vrbe.
S. Michaëlis de vlteriori portu, *Treport* O.B. Flor. 500.
Montis-fulcardi, *Foulcarmont* O. C.
De Becco, *Du Bec* O. B. Flor. 5000.
S. Vandregiſilli, *S. Vandrille* O. B. Flor. 4000.
S. Victoris de Caleto, *S. Victor en Caulx*. Flor. 300.
Mortui-maris, *Morte-mer* O.C. Flor 30.
S. Mariæ de Inſula-Dei, *L'Iſle-Dieu*, O.P. Flor. 118.
D Montis-villaris fœminarum prope *le Havre* in Decanatu S. Romani O. B. *Mont-villiers.*
Fontis-gomerici O. C. *fœminarum.*
Fontis-geraudi fœminarum O.C. *Fontaine-girand*, Theſauri fœminarum, *Du Treſor* O.C.
S. Amandi fœminarum in vrbe O. B. fundata à Iodoco Vicecomite ibi ſepulto cum Ammelinâ vxore. Pauliacum ædificatum à S. Philiberto, vbi Religioſa ſancta Auſtrebertha 4. leucis ab vrbe.
Caui-fontis, *Caue-fontaine.*
Albæ-malæ, *Aumale*, O.B.
Validimontis, *Vallemont*, O.B.
Valaſſiæ, *Valaſſe* O. B.

Belli-becci, *Beau-bec* O.C.
Brimal fœminarum O.C.
Belloſanæ, *Belloſane* O. P.
Marchaſium Rodulphi, *Marcheroux* O.P.
Corneville, O.A.
Reſſonium O.P.

Porrò hæc vrbs in Chronico Autiſſiodorenſi dicitur opulenta, populoſa, & valdè munita, ac à Paulino inter vrbes ſacratis locis nobiles cum diuina laude memoratur, cui præfuere hoc ordine Archiepiſcopi.

1. *S. Nicaſius* à B. Clemente miſſus cum ſancto Dionyſio, *Mathæus Weſtmonaſterienſis, Ordericus Vitalis lib.* 5. vbi & de ſequentibus; vſque ad Gofridum 48. Eius corpus ſepultum à ſancta Pientia, & colitur 11. Octobris, in Martyrologio Romano Vſuardi, à quo dicitur tantum Presbyter, cuius etiam meminit eâdem die Molanus agens de tralatione ſancti Quirini vnius ex ſociis Nicaſij, poſt cuius necem ſedes diutiſſimè vacauit, propter acerbas perſecutiones, aut ſaltem ſucceſſorum aliquot nomina obliuioni ſunt tradita, quod & aliàs accidiſſe monuimus, licet alij malint pleráſque Eccleſias, zelo quidem pio, ſed non ſecundùm ſcientiam ad Petri perſonam, potiuſquàm Cathedram referre ſuam originem.

2. *S. Mello*, vel Melonus ordinatus à Stephano Papa, origine Britannus circa annum 265. in Breuiario Rotomagenſi. Habet Eccleſiam Collegialem Pontiſaræ, de quo Martyrol. 22. Octobris, vbi aliquando Malonus ſcribitur, & Melanius.

3. *Auidianus*, vel Auicianus in Concilio Arelatenſi 1. 314.

4. *S. Seuerus* 325. alius à Rauennate, & Abrincenſi. Habet Eccleſiam ſui nominis ſuburbanam.

5. *Euſebius* in Concilio Agrippinenſi 349.

6. *Marcellinus* 366.

7. *Petrus* 385.

8. *S. Victricius*. Intereſt miraculo patrato à ſancto Martino, quo puella muta vſum loquendi accepit, apud Seuerum Sulpitium Dialogo 3. Commendatur ab Innocentio epiſt. 2. A. C. 404. vnde ſumptus eſt c. de aliena diſt. 61. & plures alij apud Gratianum, & à Paulino Nolano epiſt. 27. & 28. editionis Roſreidi aliàs 25. & 26. Feſtum eius agitur in Martyrologio Romano 7. Auguſti, & Breuiario Rotomagenſi, & apud Molanum Natal. ſanct. Belgic. Baron. 396. & A 404. Miræum Faſt. Belg.

9. *Innocentius* 417.

10. *S. Euodius*, vel Euodus 426. qui à Dadræo reiicitur in annum 520. poſt Flauium, & in Breuiario Rotomagenſi 10. Octobris de eo agitur.

11. *S. Silueſter* 430.

12. *Malſinus*, vel Malſonus, vel Malſorius 442.

13. *Germanus*, ſiue Guyanus 451.

14. *Creſcentius* 459.

15. *Gildardus* frater geminus germanus S. Medardi Epiſcopi Nouiomenſis 14. in Martyrologio 8. Iunij in Concilio Aurelianenſi primo 507. B Conſecrauit ſanctum Laudum in Epiſcopum Conſtantienſem. Aliquando etiam Godardus dicitur.

16. *S. Flauius*, ex Quæſtore Palatij Regalis, intereſt Concilio Aurelianenſi 2. 3. & 4. hoc eſt A. C. circiter 536. 540. 545. Quo tempore fundat Monaſterium SS. Petri, & Pauli, quod poſteà S. Audoëni dictum. *S. Fileuil.*

17. *S. Prætextatus*. In Concilio Pariſienſi 1. Turonenſi 2. Aurelianenſi 5. 552. Matiſconenſi 2. 588. Sedit ann. 48. vt vult Ordericus, qui & hoc Carmen habet:

C *Occubuit Martyr Prætextatus Fredegondis*
Reginæ iuſſu pro Chriſti nomine Ieſu.

Qui fortè illud Ambroſianum meditatus fuerat, quod & re ipſâ oſtendit, nihil in Sacerdote tàm periculoſum apud Deum, tam turpè apud homines, quàm quod ſentiat non liberè denuntiare, epiſt. 29. ad Imperatorem Theodoſium. Vide Martyrologium 24. Februarij, & Baronium 589. Ipſius celebrauit exequias Romacarius Epiſcopus Conſtantienſis, apud Paulum Æmilium. Quo tempore pons lapideus Sequanæ Rotomagi imponitur. D Subſcripſit diplomati ſancti Germani Epiſcopi Pariſienſis pro immunitate monaſterij ſancti Vincentij. Sic enim legendum videtur apud Iacobum Brulium, in Antiquit. Pariſ.

18. *Melantius*, ſiue Melanius 582. Prætextato exulante, cuius mentio apud Greg. Turonenſem. l. 7. c. 19.

19. *Hildulphus*, vel Idulphus 594.

20. *S. Romanus* 620. Octobris 23. filius Benedicti & Felicitatis è proſapia Regum Franciæ, Clothario Regi à ſecretis.

21. *S. Audoënus*, qui & Dado, ex Cancellario, ſeu, vt vocat Fridegodus, Auriculario Dagoberti. Conſecratur cum ſancto Eligio 14. menſis tertii Dominicâ *Auricularius apud Iulliannum Anteceſſorem, qui ad diuinas au-*

res cauſas refert diuináſque iuſſiones iudicibus inſinuat.

minicâ Rogationum an.3. Clodouei iunioris, qui & 15. Dagoberti, id eſt 646. Intereſt Concilio Cabilonenſi circiter 650. & Clipiaci 662. apud Aymoinum lib.4. cap. 41. ſcripſit vitam ſancti Eligii Nouiomenſis Epiſcopi libris tribus ad Robertum 29. Pariſienſem Epiſcopum. Trithemius, & Sigebertus cap. 28. de Viris Illuſtribus. Obiit 677. 9. Calend. Septembris Clipiaci, quæ agri Pariſienſis villa vulgò inde dicitur *S. Ouen*, ſed poſteà corpus eius in celebri Monaſterio de eius nomine depoſitum. At Dado in diplomate Dagoberti nominatur Cancellarius anno regni 2. 3. Calendas Auguſti, & anno 10. pro Dionyſianis, id eſt Chriſti 640. & anno regni 15. ſeu Chriſti 6 6. qui & primus Sedis in Compendio Palatio 4. Idus Auguſti pro Prioratu S. Dionyſii de Ruliaco diœceſis Bituricenſis, quod nobis communicauit Hugo de Oblato, *du Bled*, Prior. Mentio quoque habetur S. Audoëni in vita ſanctæ Auſtrebérthæ ab eo conſecratæ, & S. Vandregiſilli, vbi dicitur fidei catholicæ fautor, & præceptor, & apud Mathæum Vveſtmonaſterienſem A. C. 623. Sigebert. Ad eum quoque extat Epiſtola 10. ſancti Deſiderij Epiſcopi Cadurcenſis, & Dadonis ad Deſiderium tom. 5. Caniſij Antiq. Lect.

S. Vandregiſillus.

23. *S. Auſtrebertus*, vel Auſbertus 677. in vita ſancti Leufredi cap. 29. Franciæ Cancellarius à Lamberto Archiepiſcopo Lugdunenſi conſecratus, & nominatur in Concilio Rotomagenſi 682. Baronio. Inſeruiuit pauperibus ad menſam ſedentibus, apud Surium, qui & videndus in vita S. Vulfranni 20. Martij. Vide Molanum Natal. Sanct. Belgic. 9. Februarij, Vionem eâdem die, Martyrologium Monaſt. & lib. 2. cap. 29. Breuiarium Rotomagenſe, & Miræum in Faſt. Belgicis.

24. *Grippo* 695. Mathæus Vveſtmonaſterienſis.

25. *Rotolandus*, vel Rolandus 719.

26. *S. Hugo*, ex Epiſcopo Baiocenſi 13. Molanus Natal. Sanct. Belgic. 9. Aprilis, & Breuiarium Rotomagenſe, vbi anno ætatis 70. Deo ſpiritum reddidit circa 720. Nonnullis etiam Pariſienſis 37. videtur fuiſſe Epiſcopus, ac tandem Monachus Gemeticenſis. *Molanus Faſt. Belgic. ex Baldrico l. 2. c. 29. Chron. Camerac.*

27. *Robertus*, ſiue Ratbertus, ſeu Rutherus 729.

28. *Grimo* 733. Flodoardus lib. 2. cap. 16. in Synodo Leptinenſi Hannoniæ 743.

29. *Ragenfridus* 739. cui & aliis Galliæ Epiſcopis Zacharias Papa ſcribit A. C. 748. apud Baronium, ex vita S. Bonifacij l. 2. c. 5.

30. *Remigius*, Patruus Caroli Magni, quem Paulus Æmilius vocat Caroli Martelli filium naturalem, & Adreualdus lib. 1. Miracul. S. Benedicti cap. 16. appellat Remigium Pipini fratrem naturalem, Choppinus etiam l. 2. Monaſticon tit. 3. num. 25. Pipinum Regem in Galliam induxiſſe refert Romanum canendi ritum curante Ægidio Rotomagenſi Epiſcopo, Sigebertus verò 651. Remigium Rodomenſem Archiepiſcopum vocat, qui aliis corruptè Ægidius, de quo etiam Malmeſburienſis, & Vveſtmonaſterien. A. C. 748. Andreas Quercetanus matrem ipſius vocat Suanichildem. Quo ſedente A. C. 768. Carolus Magnus Rex feſtum Paſchæ celebrat Rotomagi.

Tillius naturalem credit, Du Pleix legitimum putat.

31. *Meginardus*, ſiue Maynardus, ſiue Medardus. Interfuit dedicationi Eccleſiæ S. Richarij Centulæ circa A. C. 800.

32. *Viſlebertus*, vel Guiſlebertus, vel Gilbertus, in Capitularibus Ludouici Pij l. 2. c. 25. circa 819. apud Aymoinum l. 5. c. 3.

33. *Ragnoaldus*, vel Ragnoardus 829. in Concilio Pariſienſi, & 835. in Cartulario Ferrarienſi cum Aldrico 48. Senonenſi.

34. *Gambaldus*, vel Comboldus, in Præfatione Concilij Meldenſis 845. Calend. Martij.

35. *Paulus* 849. apud Lupum Ferrarienſem epiſt. 84. ad Hincmarum Remenſem 31. Archiepiſcopum, in Synodo Vermeriæ 853.

36. *Vanilo*, vel Valino, ſeu Venilo, vel Guenilo in Concilio Tullenſi 859. & Trecenſi 867. 4. Nonas Nouéb. Indict. 1. In Capitular. Caroli Calui, & ſucceſſor. tit. 24. A. C. 869.

37. *Adalardus*, nepos Gumbaldi 868. Sedit an. 1.

38. *Riculphus* 869.

39. *Ioannes* 876. In Synodo Pontigonenſi.

40. *Victo*, ſeu Vitto circa 877. Ei ſcribit Herueus Remenſis 33. Archiepiſcopus epiſtolam de Pœnitentia poſt Opuſcula Hincmari editam à Cordeſio fol. 697.

41. *Franco*, Rolonem baptizauit A. C. 912. Guilelmus Gemeticenſis l. 2. c. 18. Ordericus l. 1. & 3. Qui Rolo iacet in

Rolo Dux Normaniæ

metropolitana 917. quam inſtaurauerat, Antonin. tit. 16. c. 1. n. 12.

42. *Gunsharius*, tempore Guilelmi Longæ-ſpatæ, inſtaurator monaſterij Gemeticenſis circa ann. 919.

43. *Hugo*, ex monacho S. Dionyſij 942. Vion l. 2. c. 29.

44. *Robertus*, Richardi primi Ducis Normaniæ filius, Comes Ebroicenſis. Nominatur A.C. 1003. cum fratre Richardo Duce, in Chronico Benigniano, & Gemeticenſi lib. 6. c. 3. & in Chartulario S. Vedaſti Calend. Maij Indict. 6. regnante Roberto 28. Chriſto 1023. Leduino Abbate, Balduino Honeſtæ barbæ Flandriæ Comite præſentibus in Compendio Palatio. Ei ſcribit Fulbertus epiſt. 52. & 56. obiit 1037. ædificato ſanctæ Mariæ templo maiore. Cuius etiam Præſulis ſuaſu Olauus Noruegiæ Rex baptizatur, poſteà fidei causâ interemptus. Porrò de Richardo patre Roberti ſic vetus Chronicon Collegij Nauarræi 1013. obiit Richardus Dux Normaniæ pius, tertius Normaniæ Dux, Monachorum auctor, prouiſor Clericorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum ſuffragator, orphanorum tutor, viduarum defenſor, & in multis bellis victor.

45. *Malgerius*, *Maugier*, ſuperioris frater, vel nepos, filius Richardi intrepidi, patruus Guilelmi Conqueſtoris, Gemeticenſis lib. 7. cap. 24. Paradinus in Genealogiis, vbi Malgerio ſucceſſorem dat alterum Malgerium nepotem. Subſcripſit inſtaurationi monaſterij Vticenſis S. Ebrulfi Indict. 4. 1050. cum Hugone Lexouienſi, Odone Baiocenſi, Vilelmo Ebroicenſi, apud Vincentium lib. 26. c. 40. Valſinghan, & Malmeſburienſem. Fuerat & Abbas Fiſcanenſis, ob culpam ab Archiepiſcopatu depoſitus.

46. *Mauricius*, ſeu Maurilius 1055. electus. Dedicauit Eccleſiam metropolitanam Calendis Iullij 1067. apud Gemeticenſem l. 7. cap. 22. & 38. & Chronicon Cadomenſe. Cuius tempore Odo Vilelmi Ducis frater vterinus, Baiocenſis, Hugo frater Roberti Auxi Comitis, Lexouienſis, Vilelmus Ebroicenſis, Ioannes Abrincenſis Epiſcopi, Ordericus lib. 3. Vincentius lib. 26. cap. 40. Obiit 5. Idus Augusti 1067. ſitus in Cathedrali, Vion lib. 2. cap. 29. Ioannes Picardus in Notis ad epiſtolam 16. lib. 1. S. Anſelmi.

47. *Ioannes*, ex Epiſcopo Abrincenſi, Radolphi Baiocarum Comitis filius. Concilium habuit Rotomagi 1074. coram Guilelmo Conqueſtore, Ordericus l. 3. vbi recenſentur Suffraganei præſentes. Obiit 1079. 9. Septembris, ſepultus in Cathedrali, ipſe Ordericus lib. 5. & Mathæus Pariſius, in cuius Epitaphio legitur hic verſus:

Dona Dei ſub eo venalia nulla fuere.

Eius meminit Andreas *du Cheſne* lib. 11. hiſt. Angl.

48. *Guilelmus* primus Monachus, & Abbas 2. S. Stephani Cadomenſis 1079. Ei ſcribit Anſelmus l. 3. epiſt. 68. Interfuit funeri Guilelmi Conqueſtoris ſepulti in Eccleſia eiuſdem S. Stephani, quam fundauerat. Conſecratus fuerat Archiepiſcopus à Giſleberto Ebroicenſi Epiſcopo. Concilium habuit 1107. Videndus Gemeticenſis lib. 7. cap. 26. & Malmeſburienſis, vbi ſequentes verſus de eius obitu.

Fine bono felix biduo ter ſolueris antè
Quàm piſces ſolis conſequeretur iter.

Ioannes Picardus in Notis ad epiſtolam 33. lib. 1. S. Anſelmi, & ipſe Anſelmus lib. 3. epiſt. 68. Gemeticenſis lib. 8. cap. 3. Andreas *du Cheſne* l. 11. hiſt. Angl. vbi cum hoc Guilelmo recenſentur Odo Baiocenſis, Gilbertus Lexouienſis, Gilbertus Ebroicenſis, Michaël Abrincenſis, Gofridus Conſtantienſis, Girardus Sagienſis Epiſcopi, Anſelmus Beccenſis, Guilelmus Fiſcanenſis, Gerbertus Fontenellæ, Gontardus Gemeticenſis, Maynerus Vticenſis, Fulco Diuenſis, Durandus Troarni, Robertus Sagienſis, Rogerius ſancti Michaëlis, Nicolaus ſancti Audoëni, Galtherus ſanctæ Trinitatis de Monte, Abbates. Habentur quoque in eius Epitaphio hi verſus:

Exemploque tuo ſubiectos dedocuiſti,
Verba pudenda loqui, turpia facta ſequi.

Sic præclarè Cecinna apud Tacitum l. 3. Annalium ait ſe quæ in publicum ſtatueret, domi ſeruaſſe, & Ouidius 6. Faſtorum:

Sic agitur cenſura, & ſic exempla petuntur,
Cùm iudex alios quod monet, ipſe facit.

Et à capite bona valetudo, Seneca de Clementia cap. 2. vt etiam à capite putreſcit piſcis, quâ de re Libanius Chriâ 2. Chryſologus homil. 12. & 17. Hinc ille apud Senecam Controuerſiâ 7. lib. 2. frugaliter vixi, quandiu frugi patrem habui. Nam præſidentium integritas ſalus eſt ſubditorum, Concilium Tridentinum ſeſſione 17. cap. 1. Hocque eſt ſuperiorum, vt quidquid faciant, præcipere videantur, Quintil. Declamat. 3. vnde

vnde Laïs meretrix ſapiens vulgò credebatur, quæ Ariſtippum Philoſophum haberet pro lenone, vt ad eam omnis iuuentus exemplo, & auctoritate doctoris corrupta ſine vllo pudore concurreret, Lactantius lib. 8. cap. 15. Totius quippè familiæ ſtatus & ordo vacillat, ſi quod requiritur in membris, in capite non habetur, Alexander 3. ad Bituricenſem Archiepiſcopum, in Cartulario M.S. quod eſt ex ſancto Gregorio lib. 9. epiſt. 9. extremâ, Abominabile ante Dei oculos eſſe, ſi ab eo, à quo punienda ſunt crimina, nutriri vitia videantur. Audiant hæc, quæſo, ſi qui ſunt hoc tempore, (quo corrumpere, & corrumpi ſæculum vocatur) quorum indoles proba & ingenium nobile impuris flagitioſorum aſſeclarum (queis ſæpius magnatum feruent, ſcatentque aulæ) deprauata lenociniis, aberrant à recta illa & ſeueriore viuendi regula ſanctioribus vſurpata Præſulibus vetuſtioris æui, quo religioſa pietas ſingulari doctrinæ coniuncta regnum Dei quærentibus, in bonos vſus peperit diuitias, quibus nepotes iſti degeneres malè abutuntur. Vide & Bituricenſem n. 64.

49. *Gofridus*, ex Decano Cenomanenſi, frater Iudicaëlis Alethæ in Armorica Epiſcopi, apud Ordericum l. 10. Dedicat Eccleſiam nobilis Abbatiæ S. Albani Protomartyris in Anglia 1116. die ſanctorum Innocentium, Math. Vveſtmonaſt. Concilium habet 1118. Nonis Octobris, apud eumdem Ordericum l. 12. Interfuit Concilio Calixti 2. Remis 1119. Eum commendat Paſchali Papæ Iuo epiſt. 256. Obiit 7. Calendas Decembris 1128.

50. *Hugo*, Cluniaci Prior, & Abbas Radingæ primus, eligitur 1130. Adeſt morienti Henrico Regi Angliæ, & Duci Normaniæ 1135. Calendis Decembris. Conſecrauit Richardum Gloceſtriæ Comitis filium in Epiſcopum Baiocenſem eodem anno 1135. & S. Romani oratorium in S. Dionyſij Baſilica dedicauit, inſtante Sugerio Abbate. Intereſt coronationi Henrici 2. Angliæ Regis in Vveſtmonaſterio 13. Cal. Ianuar. 1155. à Theobaldo Cantuarienſi Archiepiſcopo peractæ. Obiit 1164. Idus Octobris, Supplementum Sigeberti. Ei ſcribit Arnulphus Lexouienſis epiſt. 15. cui & Epitaphium poſuit. Vion lib. 2. c. 29. Petrus Venerabilis lib. 1. epiſt. 4. & l. 6. epiſt. 32. S. Bernardus epiſt. 25. & Sugerius epiſt. 101. Scripſit de hæreſibus in Armorica natis ad Albericum Oſtienſem, vt notat Quercetanus. Porrò Radingæ Monaſterium conditur ab Henrico primo R. Angliæ, Guilelmus Neubrigenſis lib. 1. cap. 3. & Gemeticenſis lib 8. cap. 30.

51. *Rotrodus*, vel Rotoldus, vel Rotrocus 1166. 12. Calend. Octobris, in Carthulario Sandionyſiano. Dedicauit Eccleſiam Becci 1175. Ei ſcribit Alexander 3. c. Tranſmiſſæ, Qui filij ſint legitimi, & c. Ad noſtram de iureiurando, & Innocentius 3. ad reprimendam, de officio Iudicis ordinarij, & Aruulphus Lexouienſis epiſt. 1. Fuit anteà Epiſcopus Elienſis in Anglia, & Baiocenſis in Normania, & fortè Ebroicenſis. Vide Petrum Bleſenſem in epiſtola 154. & Supplementum Sigeberti. Nonnullis etiam vocatur Ægidius, ex nobili gente Comitum Perticenſium. Et hic finit Catalogus Codicis Thuani.

52. *Valtherus de Conſtantijs*, ex Epiſcopo Lincolnienſi 1183. Celebrauit Concilium 1186. & nominatur in Diplomate Regis Richardi 1190. 17. Octobris cum Henrico Baiocenſi, Gar. Ebroicenſi, Liſiardo Sagienſi, Guilelmo Abrincenſi, & Guilelmo Conſtantienſi Epiſcopis. Vide Baronium A.C. 1192. Ei ſcribit Innocentius 3. lib. 1. epiſtol. Pontific. 1. 1198. 12. Calendas Maij, vt Clerici ad reſidentiam perſonalem compellantur, & epiſtolâ ſequenti, de pactione quadam cum eodem Richardo Rege, vbi ipſe Richardus ait Eccleſiam Rotomagenſem èminere plurimâ celebritate inter vniuerſas terrarum ſuarum Eccleſias, & c. Ex parte, vltimo de his, quæ fiunt à maiore parte Capituli anno primo Pontificatus 5. Idus Iunij. Obijt 1207. 16. Calend. Decembris. Receperat 1190. ipſum Richardum filium Henrici, & Mathildis in Ducem Normaniæ, & Ioannem 1199. eis enſem, & pileum Ducalem imponens. Eo autem ſedente 1204. totam Normaniam Franci recipiunt anno ducenteſimo ab occupatione Rolonis. Quæ reductio Normaniæ in Calendario Bituricenſi notatur 12. Auguſti feſto ſanctæ Claræ, ad cuius ædem ibi proceſſio generalis eâdem die agitur. Porrò Valtheri meminit Rogerius Houeden 1192. & Guilelmus Neubrigenſis l. 3. c. 8.

53. *Robertus* Pullus 1208. malè à Gaguino dicitur Reginaldus in expeditione contra Albigenſes, quâ de re Petrus de Vallibus c. 62. Obiit 1221. 4. Nonas Maij, ſepultus in Abbatia Mortui-maris, vulgo *Robert Poullain*. Huic reſcripſit

Innocentius 3.c.8. ad reprimendam, de offic. Ordinarij, quatenus poſſit Archiepiſcopus abſoluere excommunicatum à Suffraganeo.

Franciſcani Dominicani.

54. *Theobaldus*, ordinatur 1222. pridie Calendas Septembris. Induxit in vrbem Patres Franciſcanos, & Dominicanos. Interfuit exequiis Philippi Auguſti, apud Guilelmum Brittonem lib. 12. Philippidis, vbi de eo ſic canit:

Et qui Rotomago Theobaldus præſidet vrbi,
Vir precibus vix flexibilis, nimiȳque rigoris.

55. *Mauricius* 2. ex Epiſcopo Cenomanenſi 39. 1231. obiit 1234. Videndus Ioannes Cantipratenſis lib. 1. Apum cap. 1. & 8. vbi, inquit, mirum valdè in ipſo Archiepiſcopo videri potuit, quòd ſibi tam parcus, & pauperibus tàm largus fuerit. Dicebat enim œconomis cùm annuos reditus ad duodecim librarum millia computarent, *Duo, aut tria millia ad victum familiæ noſtræ conſeruate, in reliquis omnibus nihil habeo, pauperum enim ſunt, & in pauperes diſpenſate. Illis autem quæ mihi manent, diſpenſatoris vtar loco, non domini.* Vide c. Dudum, de Electione: vnde claret Thomam tunc Decanum à parte altera electum, ceſſiſſe ius ſuum Papæ Honorio 3. qui Mauricium inſtituerit. Mauricius verò paulò poſt ipſum, Thomam *de Fearuille* conſecrauit in Epiſcopum Baiocenſem. Obiit clarus miraculis apud Hermannum *Schedel* in Chronico Nurembergenſi.

56. *Petrus* de Colle-medio, ex Præpoſito S. Audomari eligitur 1234. legatus Innocentij 4. ad Federicum 2. Imperatorem pro pace ineunda, vir genere Italus, conſpicuâ religione, magnâque litteraturâ, apud Sigonium lib. 8. de Regno Italiæ, & Locrium 1219. & 1229. Cardinalis factus ab eodem Innocentio 4. in Concilio Lugdunenſi 1245. Ciaconus, & Miræus. Fundauit 10. Capellanos in Eccleſia metropolitana. Legatus item contra Albigenſes, déque eo feruntur hi verſus:

Hanc Sedem Petrus medio de Colle ſubiuit,
In quo ius, pietas, ratio, lex, gratia fulſit.
Ortu Campanus, ſenſu Cato, dogmate Canus,
Cuius larga manus ad ſumma negotia Ianus.
Inclytus athleta, fideî propriâ nece ſpretâ,
Sulcans claſſe fretâ fuit hoſti præda quieta:
More rapax Pardi tulit hunc Papa, & ſibi Cardi-
-nalem fecit eum, vidua rapiens Eliſæum.

De Columiers Champenois, ait Dadræus, ſed fallitur, nam fuit ex Campania Italica ortus.

57. *Odo*, cognomento *Clemens*, ex Abbate ſancti Dionyſij 33. Intereſt Concilio Lugdunenſi 1245. prædeceſſore ad Cardinalatum promoto, Vion lib. 2. cap. 29. Anglus, Mathæo Pariſio. Sedit an. 1.

58. *Odo* Rigaldus, *Rigault*, Ordinis Minorum 1248. ab Innocentio 4. Papa Lugduni conſecratus menſe Maio, cùm poſtulatus fuiſſet die Paſchæ, Antonin. tit. 24. cap. 9. obiit 1276. 5. Maij, vt eſt in Calendario Dionyſiano. Huius Præſulis tempore 1269. Guilelmus de Saona Theſaurarius Eccleſiæ Rotomagenſis Collegium Pariſiis inſtituit, quod Theſaurariorum dicitur, *Genebrard. Chronolog.* Reperiuntur verò Sermones de Tempore editi ab Odone, qui cognominabatur *Regula viuendi*, apud Petrum Rodulphium in hiſtoria Seraphica 1274. Et certè Epiſcopus debet eſſe forma gregis, & domus Epiſcopi magiſtra diſciplinæ, ſanctus Hieronymus epiſt. 13. Paulino.

College des Treſoriers à Paris.

59. *Guilelmus* de Flaua-curia, ex Epiſcopo Lingonenſi, ait Ioannes *Chenu* poſt Democharem, Trithemium, & Dadræum, ſed puto legendum Lincolnienſi, vnde facilis mutatio in Lincolnienſem, ſeu vt tunc paſſim ſcribebant Lingonienſem, pro Lingonenſi electus, ſeu tralatus ad hanc metropolim die Lunæ poſt *Lætare* 1278. & memoratur in Pancarta Bituricenſi 1281. & in Rotomagenſi, vbi fundat Anniuerſarium 1293. Auguſti 29. Eſt autem Lincolnia vrbs Epiſcopalis ſub metropoli Cantuarienſi in Anglia. At fuit Præſul noſter valdè pius in pauperes, quâlibet enim die, quâ fames inualuit 1304. ſingulis diebus 300. libras erogauit. Obiit 5. Nonas Aprilis 1305. ſepultus in æde primaria.

60. *Bernardus* de Vaſconia, vel Bertrandus 1306. Clementis 6. Papæ nepos, poſteà Narbonenſis.

61. *Ægidius Anſelini*, vel *Aycelin*, 1307. fundator Collegij Montis-acuti Pariſijs 1314. apud Iacobum Brulium in Antiquitatibus Pariſinis pag. 671, vbi tribuitur ei cognomen *de Mont-aigu l'Iſtenois*, quæ gens in Ducatu Burgundiæ, vnde immeritò eum traheret ad ſuos Aruernos V. C. Ioannes Sauaro, ſi noſter hic Rotomagenſis idem eſſet cum Narbonenſi, quod vix credo; nec etiam puto eumdem eſſe cum Ægidio Iſſalnij, vel Aſſalni de Bellamera Aruerno Cardinale, quem faciunt Epiſcopum Morinenſem 43. & Auenionenſem, ibique mortuum

mortuum 1378. ratione temporum, & ſedium repugnante, ſed rectè Onuphrius, ex Epiſcopo Morinenſi creatum ait Cardinalem Ægidium Iſſalnij Bellameram de Monte-acuto Gallum, ex Auditore Rotæ 15. Calend. Octobris 1361. Auenione. Hic verò Ægidius Rotomagi obiit 1318.

62. *Gulielmus de Duroforti*, ex Epiſcopo Lingonenſi 70. tranſiit ad hanc metropolim 1318. per mortem ſuperioris Ægidij potiùs, quàm per aſſumptionem eiuſdem ad Cardinalatus dignitatem 1361. Ante quam aſſumptionem non eſt credibile illum Ægidium tranſiiſſe in diminutionem auctoritatis ad Epiſcopatum Morinenſem. Obiit 1330. cum anno ſuperiore interfuiſſet diſputationi contra Petrum de Cuneriis.

63. *Petrus* Rogerij de Malo-monte Theologus, ex Senonenſi 85. Archiepiſcopo, ad hanc ſedem tranſlatus 1330. inde Cardinalis 1337. titulo SS. Nerei, & Achillei, ac tandem euectus ad Summum Pontificatum Clementis 6. nomine 1342. Vion lib. 2. cap. 29. vir litteratiſſimus Petrarchæ, ſepultus Caſæ-Dei, vbi fuerat Monachus, & Abbas, ac etiam Fiſcanenſis.

64. *Aymericus Guenault*, ex Epiſcopo 71. Autiſſiodorenſi Petro ad Cardinalatum promoto, ſubrogatus 1338. obiit 1343. 17. Ianuarij Pinteruillæ. Iacet in æde metropolitanâ iuxta Odonem *Rigault*, in Capella S. Mariæ.

65. *Nicolaus* Rogerij, Petri ſupradicti nepos, & Gregorij XI. Papæ patruus. Obiit Auenione feriâ 3. poſt Paſcha 1347.

66. *Ioannes* de Mariniaco, *Marigny* ex Epiſcopo 65. Bellouacenſi. Obiit 1353. ſepultus in Eccleſia Cæleſtinorum *d'Eſcouys*. Fratrem habuit Philippum Senonenſem Archiepiſcopum 82.

Froiſſartus & magnum Chron. 67. *Petrus* de Foreſta Monachus S. Dionyſij, Franciæ Cancellarius, Epiſcopus Tornacenſis 61. deinde Pariſienſis 87. vnde ad hanc Sedem euocatus, & Cardinalis factus, ex Oratore Regis ad Pontificem 1356. Obiit peſte Auenione 1361. 25. Iullij ætatis 55. Natus fuerat Suzæ in diœceſi Cenomana. Vide Feronem. Quo tempore Carolus Delphinus recipitur in Ducem Normaniæ 1355.

68. *Gulielmus* de Flaua-curia, ex Auſcenſi Archiepiſcopo, hic recenſetur à Demochare, à Dadræo omiſſus fortè rectiùs.

69. *Philippus* de Alenconio, ex Bellouacenſi 67. fit Rotomagenſis Archiepiſcopus, & Patriarcha Aquileienſis 79. Onuphrio. Chron. Eccleſiaſt. & de Cardinalibus, & apud Tillium in Genealog. Ægidium *Bry* hiſtoriæ Alenconiæ cap. 7. lib. 5. Sammarthanos lib. 9. Sepelitur Romæ apud S. Mariam Tranſtiberinam Tit. Calixti hoc Epitaphio: *Portoit ſims de France à la bordure de gueule chargee de 8. beſans d'argent.*

Francorum genitus, Regia de ſtirpe Philippus
Alenconiades Oſtia titulatus ab vrbe,
Eccleſia Cardo, tantâ virtute reluxit,
Vt ſua ſupplicibus cumulentur marmora votis.
Anno millene cum C. quater, abde ſed I. ter
Occubuit, quâ luce Dei pia, Virgóque Mater.

Id eſt 1397. 15. Aug. apud Onuphr. quod non retuliſſemus ſi rectè ab alijs exſcriptum fuiſſet. Volunt etiam nõnulli eum fuiſſe Patriarcham Ieroſolymitanum. Cæterùm Oſtia eſt ciuitas Epiſcopalis Cardinalitia, Colonia olim ſplendidiſſima ad fauces Tiberis 16. M. P. ab vrbe in Latio, gradu longitud. 36. 30. latitud. 42. 20. Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Videndus Plinius lib. 3. cap. 5. Itinerar. Antonini, Gobelinus lib. 11. Commentar. Onuphrius lib. 3. de Imperat. Romanis, Sigonius de Iure Prouinciæ, Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 3. Sedrenus, Martianus Capella lib. 6. Iſidorus lib. 15. cap. 1. & 7. Stephanus, Procop. l. 1. Gothic. Euſebius, & Caſſiodorus in Chron.

70. *Petrus* Indicis, ſeu Monſtrius, *De la Monſtre*, alijs Iudicis, *Le Iuge*, ex Narbonenſi 1378.

71. *Gulielmus* de Leſtrangiis. Obiit 2. Martij 1388. apud Carthuſianos, quos fundauit ad vrbem, quæ domus Roſæ vocatur, vbi tale habet Epitaphium:

Hic iacet R. in Chriſto Pater, & Dominus Gulielmus de Leſtrangijs diœceſis Lemouicenſis, Archiepiſcopus Rotomagenſis, fundator à primo lapide iſtius domus: Obtinuit Bullam iuris deportuum, quo bonis Beneficij vacantis Archiepiſcopus fruitur.

72. *Gulielmus* de Vienna, ex Æduenſi 72. qui an ſit idem cum 71. Bellouacenſi, quærendum, de qua nobili gente in Lingonenſibus num. 83. Intereſt tralationi S. Ludouici 1392. Cuius tempore 1405. Ioannes Bellencurtius, Rotomagenſis primus Inſulas Fortunatas, ſeu Canarias reperit. *Vienne porte de gueule à l'aigle d'or à la bordure d'argent:*

73. *Ludouicus*, filius Ioannis de Harcuria, & Catharinæ *de Bourbon*, natus 1382. in Chriſti Natali electus 1408. auunculus Gulielmi 78. Ex eadem gen- *Porte de gueule à 2. faces d'or.*

ce Robertus 53. Conſtantienſis, Ioannes Ambianenſis 56.

74. *Ioannes* de Rupe-ſciſſa, *Rochetaillade*, Cardinalis, Vicecancellarius, & Prolegatus Bononiæ, qua in vrbe è viuis exceſſit, vnde corpus relatum Lugdunum, vbi nonnulli iacere volunt in naui Eccleſiæ maioris, cuius infans Chori, ſeu Symphoniacus fuerat. Videndus Chiffletius in Veſuntione, vbi agit de hoc Ioanne illius ciuitatis Maximæ Sequanorum Archiepiſcopo 73. qui & Pariſienſis 94. Antiſtes fuerat.

75. *Hugo* de Orgijs, *d'Orges*, ex Epiſcopo Cabilonenſi 67. cuius tempore obiit Rotomagi 1430. Calend. Maij Thomas Valdenſis Anglus Carmelita, & ſequente anno 1431. menſe Maio Ioanna Puella capta ab Anglis comburitur Rotomagi. Quo anno inſtituitur Academia Cadomenſis. Hunc Dadręus afficit cognomine *d'Alorges*, ſed legendum *d'Orges*.

Portoit d'argent au lion de gueule armé, lampaſſé, & couronné d'or, la queuë retrouſſée en ſautoir à la bordure d'azur.

76. *Ludouicus* Luxemburgenſis in Concilio Baſilienſi 1436. ex Morinenſi Epiſcopo 50. Cardinalis. Obiit in Anglia 1443. 4. die Octobris, ſepultus in Eccleſia Elienſi, cuius etiam erat Epiſcopus. Ex hac illuſtri gente Luxemburgica Ligneia, *Ligny*, fuerunt alij duo Cardinales, & Epiſcopi ſeptem præter tres Conneſtabiles.

77. *Rodulphus Rouſſel*, ex Canonico, electus 1443. cuius tempore fundantur Cæleſtini, 1449. Obiit 1452. vltimâ Octob. ſepultus in metropoli.

Cæleſtini.

78. *Gulielmus* Totavillanus, vel Deſtoutavilla, filius Ioannis, & Margaretæ Harcuriæ, ex Priore ſancti Martini Pariſienſis 44. ex Epiſcopo Biterrenſi, Legatus in Gallia reformat Academiam Pariſienſem auctoritate Pontificiâ, & Regia 1452. Ædificauit à fundamentis Eccleſiam S. Auguſtini Romæ primo lapide iacto 1479. Calend. Nouembris, in qua ſepultus octogenarius 1483. 10. Calend. Februarij, vir pietate inſignis, & magno animo præditus, Onuphr. de 7. Eccleſijs, & Ciacon. de Cardinalibus, Vion pag. 291. & Octauius Panciroła in Theſauro Romæ, Philelphus l. 23. epiſt. 15. l. 31. ep. 50. Quo ſedente inſtituitur Rotomagi Cœnobium Clariſſarum à Ioanne de *Toutteville* Equite 1466.

Porte faſcé d'argent & de gueule de 8. pieces, chargé d'vn lion de ſable, lampaſſé, armé, & accolé d'or à vne croix de meſme en l'eſpaule.

79. *Robertus de Croiſmare*, ex Canonico electus 1483. Fecit organa, eoque Præſule inſtituitur certamen Poëſeos, in quo Deiparæ Conceptio laudibus euehitur Rotomagi. Obiit 1494. 18. Iullij.

80. *Georgius* de Amboëſia, Petri, & A Annæ Buelliæ filius ex Narbonenſi. Recipit pileum Cardinalitium Lutetiæ per manus Cæſaris Borgiæ 1496. Guicciardinus lib. 4. & Bembus lib. 6. legatus 1499. Interfuit Concilio de fœdere Cameracenſi 1509. idem Guicciardinus l. 8. Obiit Lugduni 25. Maij 1510. ætatis 50. cuius exequiis Rex interfuit, vbi omnia ab eo geſta laudauit. At corpus magnifico ſumptu Rotomagum tranſlatum iacet in metropoli, in cuius tumulo legitur hoc Epitaphium:

Paſtor eram Cleri, populi pater, aurea ſeſe
Lilia ſubdebant, Quercus & ipſa mihi.
B *Mortuus en iaceo, morte extĩguũtur honores:*
At virtus mortis neſcia, morte viget.

Huc verò facit Theophilactus Simocatius: Circui, inquit, ſepulchra, & maximas hominum fortunas, videbis vltra cinerem nihil eſſe. Et S. Chryſoſtomus: Si proficiſcamur ad ſepulchra nihil video præter putrida oſſa, & vermes. Sed & manet perpetuò Ordinis Epiſcopalis, vt aliorum ordinum ſacrorum character indelebilis, ex D. Thoma p. 3. quæſt. 63. A. 5. Quercus autem nomine intelligit Iulium 2. Papam, quem ſic alloquitur Baptiſta Mantuanus:

Maxime Quercentum Princeps, & ſumme
C *Sacerdos,*
Qui iura, & leges, diuûmque hominûmque gubernas.

Roborea enim gens, vulgò *la Roverl* pro inſignibus Quercum, ſiue robur gerit. Vrbem Rotomagum egregiis fontibus, & ædificiis ornauit, eoque ſedente 1497. in ſcacario Rotomagenſi dignior ſedes adiudicata fuit Abbati S. Audoëni contra Abbatem Fiſcanenſem. De Georgio autem ſic Gallicè Auctor Bayardy hiſt. cap. 41. *C'eſtoit tout le gouuernement du Roy Louys* 12. *& du Royaume, tres-ſage Prelat, & homme de bien, qui ne* D *vouloit auoir qu'vn Benefice, homme tres-excellent, & accomply de ſens, d'experience, de loyauté, & de bonne vie, & tant qu'il veſquit le Royaume fut bien gouuerné.* Claudius *Seiſſel* in hiſtoria Ludouici 12. & Ioannes *Bouchet* in Annalibus Aquitaniæ, Genebrardus in Chronolog. Onuphr. & Ciaconus de Cardinalibus, Iacobus Cardinalis Papienſis Commentarios hiſtoricos ei dicat, & ſcribit epiſt. 123. A. C. 1465. vbi dicitur conſanguinitate Francorum Reges attingere, doctrinâ Pontificij iuris, & Principum clientelis inſignis. Vide Elogia Hilarionis *de Coſte* Minimi, Ioannem *de Saint Gelais* in hiſt. Ludouici 12. pag. 106.

81. *Georgius* 2. de Amboëſia, Ioannis

&

& Catharinæ *de Saint Bellin* filius, ſuperioris nepos, ex Canonico & Archidiacono, ac Abbate Burgidolenſi 1510. cui oblatus pileus Cardinalitius in Eccleſia maiore Auarici Biturigum 1546. Præceptorem habuit Philippum Decium, vt patet ex epiſtola Ioannis de Selua, quâ Commentarios ipſius Decij de reſcriptis ei adhuc Archidiacono dicat. Obiit 22. Auguſti 1550. ſepultus iuxta Patruum in Eccleſia maiore Rotomagenſi, cuius pyramidem erexit. Quo ſedente Portus gratiæ vrbs ad oſtium Sequanæ à Franciſco primo Rege conditur 1516. vulgò *le Havre de Grace*, qui Rex anno ſequente Auguſti 2. feſtiuo applauſu Rotomagum ingreditur.

82. *Carolus Borbonius*, ex Niuernenſi 99. & Santonenſi 65. factus Archiepiſcopus huius ſedis 1550 cui præfuit ann. 40. Intereſt 1560. Comitijs Aurelianenſibus, & Colloquio Piſciaci 1561. ac in lecto iuſtitiæ Rotomagi, vbi Carolus 9. declaratur maior, cuius Caroli Regis cum Elizabetha Auſtria nuptias celebrauit 1570. 26. Nouembris. Conſecrauit Eccleſiam Minimorum Diepæ, & Eccleſiam ſancti Ludouici Pariſiis in vico ſancti Antonij, vbi conſtruxit domum Profeſſionis Patribus S. I. quos etiam in vrbem ſuæ diœceſis primariam induxit. Synodum Prouincialem in ſua metropoli habuit 1581. Obiit autem Fontaneti Pictonum die Mercurij 9. Maij, hora 9. 1590. ætatis 70. ſepultus Gallione in Eccleſia Carthuſianorum, quam ædificauerat, dotauerat, & conſacrauerat. Natus verò fuerat die Dominicâ 22. Decembris horâ 11. matutinâ 1523. in caſtro Firmitatis, ſeu Feritatis in Bria, *La Ferté en Brie*. Suſceptorem habuit Antonium fratrem poſtea Regem Nauarræ, dictuſque Cardinalis Vindocinenſis vſque ad mortem Ludouici patrui Cardinalis Borbonij Archiepiſcopi Senonenſis 99. 6. Idus Martias 1557. Porrò Caroli vitam Gallicè ſcripſit Iacobus Brulius monachus ſancti Germani Pariſienſis, vbi quoque Abbas 69. fuit ipſe Carolus, de quo etiam Ciaconus, & Petramellarius de Cardinalibus. Cæterùm eo ſedente Nouatores 1562. inter alia pleraque ſacrilegia è matrice Eccleſia mille ducentas argenti, & 50. auri marcas rapaci, & impiâ manu abſtulerunt. Quo tempore Antonius Rex Nauarræ, Caroli frater 17. Nouemb. moritur ex vulnere, quod hanc vrbem expugnans acceperat. Quo loco mihi in memoriam venit, quod Diodorus Siculus notat, Gallos in Templis plurimum auri habere, quod nemo propter Religionem attingere audeat; non viderat ſcilicet noſtras Harpyas informem deformatorum ſobolem diris vnguibus omnia fœdantem.

83. *Carolus*, Caroli nepos, filius Ludouici Principis Condei, & Leonoræ *de Roye*, creatus Cardinalis à Greg. 13. pridie Idus Decemb. 1583. cognomento Vindocinenſis, inde Borbonius. Intereſt Comitiis Bleſenſib. 1588. Abbas S. Germani Pariſienſ. vbi moritur Cal Auguſti 1594. ſepultus Gallione iuxta patruum prædeceſſorem ætatis 33. Natus enim fuerat prope Gandalupum in Bria 1562. 30. Martij, de quo Petramellar. & Ciac.

Portoit de Bourbon à la barre d'argent cõmençant au coſté ſeneſtre de l'eſcu.

84. *Carolus*, Antonij Regis Nauarræ filius naturalis, ex Epiſcopo Lectorenſi. Minimorum permittit ædificationem Rotomagi 1600. & Carmelitarum Pontiſaræ Calend. Decemb. 1604. Domina Briantea fundatrice, & Andrea *du Val* Doctore Sorbonico, & Regio Theologiæ Profeſſore eruditiſſimo ac religioſiſſimo ædes liberaliter cõcedẽte. Obiit 1610. in maiore monaſterio iam anteà Rotomagẽſ. Archiepiſcopatu depoſito.

Minimi in vrbe.

Carmelinæ Pontiſaræ.

85. *Franciſcus de Ioyeuſe*, Cardinalis, ex Archiepiſcopo Toloſano huc tralatus. Is Legatus Clementis 8. Pontif. O. M. nomine Delphinũ, poſteà Regem Franciæ Ludouicum 13. è fonte ſacro ſuſcepit cum Leonora Mãtuæ Duciſſa ipſius Ludouici matertera Petro Cardinale Gondio baptizante Fontaneblæi 14. Septembris 1606. Coronauit Mariam Medicæam in Franciæ Reginã apud S. Dionyſium Feriâ 5. Maij 13. 1610. Quo anno poſt impiã Henrici Magni cædem Ludouico Cõfirmationis ſacramentũ contulit, pridiè quàm illum Remis inungeret die Dominicâ 17. Octob. Ipſius autẽ Ludouici fauſtum natalem albo lapillo notauit Ioannes Bernard. vir eruditiſſ. & Proprætor Cabilonenſ. integerrimus hoc numerali carmine æternitati ſacro:

Ioyeuſe portoit d'azur à 3. pals d'or chargez de 3. Hydres de meſme, eſcartelé d'azur au lion d'argent à la bordure de gueule chargé de 8. fleurs de lys d'or.

LVCe IoVIS prIMâ, qVâ ſoL ſVb LanCe reſVLget,
Nata ſaLVs regno eſt, IVſtItIæqVe CapVt;

Natalis Ludouici Franciæ Regis.

ſcilicet feriâ 5. die 27. Septemb. SS. Coſmæ, & Damiano ſacrâ horâ 10. pomeridianâ 1601. nouo, & felici ſęculo proſperum hoc ſalutare, & æquum perpetuo Chriſtianitatis bono ſidus exortum S. Ludouicum 12. gradu, Hugonem Capetum 20. attingens, cùm vix 4. gradus ſol deſcendiſſet ab eo Zodiaci puncto:

Libra die, ſomniq; pares vbi fecerat horas:

In quo Henrice Magne,

Cernis vt impletur votum, iam natus adæquat,
Te meritis, & quod magis eſt optabile, vincet.

Et Claudiano.

Tibi optimo omnium parenti blanda eſt hæc iniuria. (Tydides melior patre.)

Manilius.

Qui reget Auguſtis parentem legibus orbem,
Lancibus & poſitis, gentes tolletque premetque
Cæſar nunc terris, cælo poſt maximus auctor.

Fas tibi nō eſt ſaluo Cæſare de fortuna queri, hoc incolumi, ſalui tibi ſunt tui. Senec. Cō. ad Polyb. ... cal. 1. cap. 2. de Clem.

At certè vel cæcutiens videt hoc Oraculo totam boni Principis imaginem, breui tamen tabellâ, viuis coloribus, inimitabili penicillo, melius, quàm ære mollius ſpirante expreſſam, omnium oculis ſpectandam, & animis colendam, Regem eſſe populi ſalutem. Nam Princeps eſt vinculum per quod Reſpublica cohæret, & ille ſpiritus vitalis, quem tot millia trahunt, nihil ipſa per ſe futura niſi præda, ſi mens illa Imperij ſubſtrahatur. Ecquidni ſalus populi ſit ille, cuius tota laus in ſubiectorum felicitate collocatur? Is certè eſt finis iuſti Imperij, & ſuprema lex, ſalus populi, & vtilitas ſubditorum. Ea verò nulla ſine Iuſtitia, quæ quidem in alijs optata, tibi Ludouice, aut parens, aut filia, vt per te propria, perpetuaque ſit orbi Gallico, votis omnibus ſummum veræ, æternæque ſalutis auctorem, ſingularemque Regiæ maieſtatis tutorem expoſco,

Remotâ Iuſtitiâ regna nihil niſi magna Latrocinia. S. Auguſt. l. 4. Ciuit. c. 4.

Imperatores dicūtur iuſtitiæ Sacerdotes à Symmacho l. 10 Ep. 54.

Anna diu tecum viuas caſtiſſima coniux,
Terrarum Dominos cenium paritura potentes.

Cuſtodes iuſtitiæ, & iura animata S. Thom. Lect. 8. in 5. politic. Ariſtot. & Iuſtitiæ fouēdæ causâ conſtituti. Cic. 1. Offic.

In eo præterea Ludouici religionis veræ, & antiquæ propugnatoris fortiſſimi, & propagatoris ſapientiſſimi, ac hydræ Lerneæ (& quidem in ea ætate quâ illud optare in alio nullus audeat) profligatoris elucet maximè Iuſtitia, quòd in nominandis præſulibus Eccleſiæ doctis, & probis ingētem curam adhibeat. Scit enim profectò (vt Ludouicus 7. ad Sugerium Abbatem tunc Franciæ Regentem ſcribebat) ex præſidentium imbecillitate, atque ignauiâ, honorem Eccleſiæ deperire, & regni decus minui. E contra Remp. tunc maximè florere, in quâ vnus, idemque aditus in geminam germanam virtutis, & honoris ædem pateat. Sed & curatio rerum diuinarum primas tenet in cœtu hominum iure ſociatorum, apud Ariſtot. l. 7. politic. c. 8. nihilque in rebus humanis Religione præſtantius habetur, quam ſummâ vi princeps debet defendere. nam ille Dei imago, & qui Deo proximus habetur ſi per eum maieſtas Dei vindicetur. Hic quoque notabis Summos Pontifices iam ab antiquis temporibus deſideraſſe plerúmque fieri Regum Franciæ Compatres, & in ſpiritualibus progenitores, vt videre eſt in Epiſtolâ 49. Adriani, & 48. Stephani. Porrò Franciſcus præfuit Cameræ Eccleſiaſticæ in Comitiis Pancelticis, ſeu ſtatibus trium Ordinum Franciæ, Pariſijs 1614. habitis, & anno ſequente 1615. obijt Decanus ſacri Collegij multis piè factis, & legatis die Dominicâ 23. Auguſti circa meridiem Auenione, vbi cor eius ſepultum in Collegio S. I. corpus verò Pontiſaræ. Eius funus Oratione Lugubri proſecuti ſunt R. P. *Seguiran* S. I. Regis Conſiliarius, Confeſſarius, & Concionator, Hieronymus Beneuentus Franciæ apud Biturigas Theſaurarius, & Ioannes *de Monteuil* Aduocatus Pariſinus, de quo etiam præter Ciaconum, & Petramellarium de Cardinalibus, & Galtherum ſæculo 17. ſic Philippus Bertherius Toloſanus Præſes:

Ronſard l. 4. des Elegies du Temple de Vertu. *L'vn bas, et l'autre haut en ſon reng y habite, Et chacun à ſon lieu ſelon qu'il le merite.*

Muricis Auſonij ſplendor, qui ducis ab alto
Principibus noſtris cognatam ſanguine gentem
Cuius conſilio ſceptri moderator auiti
Henricus diuiſam odijs, armiſque frementem
Italiam, placidæ reuocauit ad oſtia pacis.

Eidem dicat Commentarios in Partitiones Ciceronis Theodorus Marcilius. Legendus etiam Iacobus Fuligatus in vita Roberti Cardinalis Bellarmini, cap. 11.

86. *Franciſcus*, filius Ioannis *de Harlay* Domini de Chamvalon, & Catharinæ *de la Mark* Theologus Pariſienſis, ex Abbate 38. S. Victoris Pariſienſis, & Archiepiſcopo Auguſtopolitano, ac Franciſci Iouienſis Coadiutore, fit Archiepiſcopus huius ſedis demortuo prædeceſſore. Quo tempore orat Cleri nomine coram Rege 1615. 8. Auguſti. Breuiarium correctius edendum curauit, multaque alia quotidie ad maiorem Dei, & Eccleſiæ gloriam molitur: Inter quæ numquam ſatis laudabitur Apologia Euangelij, pro Catholicis edita 1625. Ei adhuc Abbati S. Victoris ſcribit Lipſius Epiſt. 50. Centuria 5. memoratur etiam Iacobo Fuligato in vita Roberti Cardinalis Bellarmini, c. 23. Facile verò eſt creditu nunquam hoc magiſtro clauum tenente Galliam formidaturam

Præcipitem Africum decertantem Aquilonibus, nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti.

Sens.

Senonenſes Archiepiſcopi.

Flor. 6000.

AGENDICVM, vrbs Senonum primaria, ſeu Senonus in Notitia prouinciarum C. Thu. vel Senonis, Roberto ſancti Mariani Autiſſiodorenſis Monacho, & Senonæ, metropolis Lugdunenſis quartæ, quæ inde Senonia, & Sequanica dicitur in Notitia Imperij, & apud Sidonium Apollinarem lib. 4. epiſt. 18. & lib. 7. epiſt. 5. in Parlamento Pariſienſi, non ad Sequanam, ſed ad Icaunam, ſiue Ionam in ipſum Sequanam, longo tamen tractu influentem, g. longitud. 24. 50. latitud. 47. 50. vbi dies maxima horarum 15. 46. altitudo ſolis 42. 10. vmbra meridiana æquinoctialis 65. 9. Ptolomæus lib. 2. cap. 8. apud quem non reperio vrbem Senonum totius Galliæ metropolim, & caput vocari, vt vult Iacobus Tauellus diligens hiſtoriæ Archiepiſcorum huius Sedis indagator, & ex eo Ioannes *Chenu*, ſed obſcurius. Hæc verò ciuitas antiquitus caput extitit vrbium, quas Galli ciues incolunt, qui quondam Brenno Principe Sedem vrbis Romanæ cœperunt forti pectore. Giſlebertus lib. 2. cap. 10. de Miraculis ſancti Romani, quâ de re aliàs diximus, & Senonica metropolis potens, & nobilis appellatur in vita SS. Sauiniani, & Potentiani, quam Chronicon Autiſſiodorenſe, & Lemouicenſe Galliæ vrbem præ cæteris inſignem, tàm affluentiâ opum, quàm confluentiâ populorum appellat, & Chronicon M. S. D. Petri Viui præ cæteris vrbibus Galliæ meliorem, & nobiliorem. Hinc Aymoinus lib. 1. cap. 5. Senonis magnæ antiquitus, apud Gallos auctoritatis, atque potentiæ, viribus confiſa ſuis ipſam Romam orbis caput obſidere non pertimuit, & cœpit: quâ de re ſuprà in Remenſibus num. 52. At Senones in Æduorum fide fuiſſe teſtatur Cæſar l. 6. cap. 1. Notanda etiam quæ habet de hac vrbe Nicolaus Liranus in Abdiam: Procedens, inquit, ſanctus Sauinianus, qui fuit de 72. Diſcipulis vnus, conuertit ad fidem vrbem Senonenſem quæ tunc erat metropolis in tota Francia, (rectius Gallia) & ciuitas aurea vocabatur, quæ & alibi repetit. Primaria autem Eccleſia ſancto Stephano dicata, dicitur nobilis à ſancto Bernardo epiſt.

Monetæ Senonenſis mentio in Capitulis Caroli Calui tit. 31. n. 10.

A 202. ad Clerum Senonenſem, Grandis res, ait, nobili Senonenſi Eccleſiæ paſtorem inſtaurare, grandis prorſus, nec ſine grandi adorienda conſilio, expectandum proinde Suffraganeorum conſilium. In ea verò ſunt dignitates 9. & in eius diœceſi parochiæ 674. Habuitque Suffraganeos 7. ſuprà enumeratos. At nunc tãtum tres, Trecenſem, Autiſſiodorenſem, & Niuernenſem. Abbatiæ quoque in hoc Archiepiſcopatu inueniuntur.

S. Remigij O.B. *S. Remy.* Flor. 600.
S. Petri Viui O.B. *S. Pierre le Vif, lez Sens, ou S. Pere.* Flor. 700.
B S. Columbæ O. B. *Sainte Colombe lez Sens.* Flor. 1000.
S. Ioannis O. A. *S. Iean de Sens.* Flor. 600.
S. Eugenij O. A. Flor. 100.
S. Seuerini O.A. *S. Seuerin, de Chaſteau-Landon.* Flor. 600.
Barbellæ O.C. *Barbeau.* Aliàs Sacri-portus. Flor. 800.
Sacræ Cellæ O.C. *Sercanceaux.* Flor. 100.
S. Petri de Calamis O.B. in Bria, vulgò *des Chaulmes.* Fl. 100.
S. Petri Ferrarienſis O.B. *Ferrieres.* Flor. 800.
De Ioyaco, *Iouy* O.C. Flor. 500.
S. Ioannis de Iardo, vel Gardo O. A. C *S. Iean du Iard.* Flor. 235.
S. Trinitatis de Moriniaco O. B. *Morigny pres d'Estampes.* Flor. 465.
De Pruliaco O.C. *Pouly.* Flor. 200.
Vallis Lucentis O.C. *Van-luiſant.* Flor. 200.
S. Iacobi de Prouino O. A. *S. Iacques de Prouins.* Flor. 250.
S. Petri de Meloduno, *S. Pere de Melun* O. B. Flor. 800.
Dei-loci, *Dilo*, O. C.
Fontis Ioannis O. C. *Fontaine-Iean.*
De Eſchalariis, *Des Eſchalis* O. C.
Pomerarium fœminarum, *Pommeraye*, O.B.
D Vilaris Monialium, *Viliers.*
S. Pauli O. P. *S. Paul.*
Roſeta fœminarum, *Roſette.*
De Lilio, *Du Lys* fœminarum.
De Gaudio, *De Ioye*, fœminarum.
Villechaſſon fœminarum O.B. Porrò qui huic Sedi præfuerunt metropolitæ, ſequuntur.

1. *S. Sauinianus*, vel Sabinianus, vnus ex 72. Diſcipulis, à S. Petro miſſus, de quo Liranus loco citato, Sauſſeyus lib. 1. Annalium Eccleſiæ Aurelianenſis, Chron. Autiſſiodorenſe pag. 31. Breuiarium Pariſienſe 19. Octobris, & Aurelianenſe 20. eiuſdem menſis, Vincentius lib. 9. cap. 41. Antonius tit. 6. cap. 25.

Vrbem qui Senonum primi docuere patroni. Vandelbert. Martyrol.

2. *S. Potentianus*, de quo Martyrologium pridie Calendas Ianuarij, ſeu 31. Decembris anno vertente à cæde ſancti Sauiniani, quorum corpora anno 840. tranſlata fuere ab Antiſtite huius ciuitatis Guenilone 49. de quibus Ado, Beda, Vſuard. in Martyrolog. 31. Decembris, Breuiarium nouum Biſuntinum 19. Octobris, præter Romanum Martyrologium.

3. *Leontius*. Sedit ann. 58. obiit 103. in Chronico M. S. S. Petri Viui huius vrbis. Ergo diu vacauit Sedes, aut obliuioni quorumdam Præſulum huius Sedis tradita fuere nomina, nec omnino fidem adhibendam eſſe cenſeo temporum rationi Democharianæ, & ſequacium.

4. *Polycarpus*, omittitur à Roberto ſancti Mariani monacho in Chronico Autiſſiodorenſi, & à Iacobo Tauello, qui à Demochare nonus ponitur, confuſo vt videtur ordine.

5. *Audatus*, vel Laudatus. Obiit 216. in Chron. M.S.

6. *Heraclius*. Obiit 257. in Chronico M.S.

7. *Lunarius*, vel Lunanus, ſiue Lucianus, obiit 281. in Chron. M.S.

8. *Simplicius*. Obiit 320. Chron. M.S.

9. *Seuerinus* in Concilio Sardicenſi 347. & Agrippinenſi 349. Malè verò in ordine ponitur 4. à Demochare, niſi fuerint duo eiuſdem nominis temporibus diuerſis.

10. *S. Vrſicinus*, in Martyrologio 24. Iullij. Obijt 356. in Chron. M. S. ei tribuente conſtructionem monaſterij Geruaſiani, vbi & ſepelitur.

11. *Theodorus* 405. in Chronico M.S.

12. *Siclinius*, ſiue Sindinus. Obiit 421. Demochari, & Chronico M.S.

13. *S. Ambroſius*, obiit 455. 3. Decembris.

14. *S. Agricius*, vel Agretius, cui ſcribit Sidonius lib. 7. epiſt. 5. non confundendus cum eo, qui interfuit Concilio Agathenſi, & ad quem extat epiſtola Synodi Carpentoratenſis, nec cum Græco Maſſilienſi, vt monet Sauaro, & Sirmundus ad eum Sidonij locum. Huius verò feſtum agitur in Eccleſia Senonenſi Idibus Iunij.

15. *S. Heraclius* 2. Eccleſiam conſtruxit in honorem ſancti Ioannis Euangeliſtæ vbi Moniales poſuit, & ſepultus eſt, Martyrologium Romanum 8. Iunij 530. Nec verò multum credibile eſt

A cum Concilio Chalcedonenſi interfuiſſe.

16. *S. Paulus*, cuius feſtum 9. Iullij agitur frater Eraclij.

17. *S. Leo*, in Concilio 2. Aurelianenſi 536. & 3. 540. ſed in illo per procuratorem Orbatum, in hoc perſonaliter. Feſtum 22. Aprilis in Martyrolog. Romano.

18. *Conſtitutus*, ſiue Conſtantinus in Concilo Pariſienſi, & Aurelianenſi 5. 552.

19. *S. Arthemius* in Concilio 1. Matiſconenſi 582. & 2. 588. citatur in Concilio Meldenſi cap. 73. & memoratur in
B Chronico M. S. 609. feſtum 23. Aprilis.

20. *S. Lupus*, vulgò *S. Leu*, Sigebertus A. C. 616. Nepos S. Anacharij Epiſcopi 19. Autiſſiodorenſis, & S. Auſtrenij 24. Aurelianenſis, Robertus Autiſſiodorenſis fol. 66. & Sauſſeyus, ac Surius, vbi ait Lupum expulſum operâ Magdegiſilli Abbatis S. Remigij ad Epiſcopatum aſpirantis, ſed paulò pòſt interfecti, legendus Baronius A. C. 616. & in Martyrol. Cal. Septembr.

21. *S. Senecius*, tempore Clotharij Regis ſedit expulſo S. Lupo, ſed mor-
C tuus 623. Iacere dicitur in Cœnobio Sauinienſi, poſt cuius mortem reſtituitur S. Lupus, qui obijt Calend. Septemb. 631. ſepultus ad S. Columbam.

22. *Armentarius*, S. Lupi ſucceſſor, Tauello in Concilio Cabilonenſi, ſepultus in S. Remigio; ab alijs datur ſucceſſor Auriperto. Subſcribit Diplomati S. Landerici Epiſc. Pariſienſis pro Dionyſianis anno 15. Clodouei 2.

23. *Emmo*, vel Anno, vel Aimo, vel Haymo circa ann. 660. Obiit 675. in Chronico M.S. vbi dicitur ſubſcripſiſſe priuilegio pro ſancti Petri monaſterio
D cum Audoëno Rotomagenſi, Pharone Meldenſi, Eligio Nouiomenſi, Amando Trajectenſi, & in diplomate quo eximit monaſterium S. Columbæ à ſubiectione Epiſcopali Calendis Septembris Clotario Rege. Meminit Beda lib. 4. hiſtoriæ Anglicæ capite primo. Sepelitur in Monaſterio S. Petri Viui.

24. *S. Amatus*, ab Ebroino afflictus, & expulſus fortè anno Domini ſexcenteſimo octogeſimo quinto, quo multi Præſules ab eodem Tyranno fuere mulctati exilio. Inſignem verò habet Eccleſiam Duaci; in Arteſiâ, apud Molanum in Natalib. Sanct. Belgic. decimo tertio Septembris, vide Colueneriuum

uenerium in c. 22. l. 1. Chronici Cameracenſis, Miræum de Collegijs Canonicorum. Buzelinum l. 1. Galloflandriæ c. 41. & libro 2. Annalium, vbi Patronus Duacenſium nuncupatur, & l. 2. c. 12. Eſt autem Duacum Galloflandriæ in Diœceſi Attrebatenſi oppidum, *Dines, & armipotens, & claro ciue refertum*, Philippidis l. 2.

25. *Medericus*, vel Mederius expulſo S. Amato ſufficitur, & ſepelitur in Monaſterio S. Symphoriani, quod fundauerat.

26. *Hildegrannus*, vel Hildegarius.

27. *Auripertus*.

28. *Arnulphus*.

29. *Landebertus*, ſiue Lambertus, Vion l. 2. c. 31. Oportet autem horum quinque inter S. Amatum & S. Vvlfrannum, interiectorum, tempus ſedis fuiſſe admodum breue, aut eorum nonnullos, vt ſupernumerarios, his locis, rectiùs alibi collocari debere.

30. *S. Vvlfrannus*, vide Vionem l. 2. c. 31. & in Martyrol. Monaſt. 20. Martij, quo etiam die conſulendus Molanus in Natal. Sanct. Belgic. Ioannes Becanus in Chronographia Holandiæ: habet verò S. Vvlfranus Eccleſiam Collegialem in Pontiuo, & in Abbatiſuilla Diœceſis Ambianenſis.

31. *Gericus*, ex Comite Tornodorenſi, & Abbate Senonenſi, in Chron. M. S. circa ann. 700. per ceſſionem S. Vvlfranni, Fontanellis Monachum profeſſi, ibique vitæ huius fragilis munere defuncti circa ann. 720. Iacet ad S. Petrum Viuum.

32. *S. Ebbo*, vel Abo, Gerici nepos, ex monacho ſancti Petri Viui. Obiit 750. 6. Calend. Septembris, Odouannus, & Robertus Autiſſiodorenſis, Vion lib. 2. cap. 31. Aymoinus lib 4. cap. 55.

33. *S. Honobertus*. Obiit 755. filius ſui ſucceſſoris. Eorum feſtiuitas agitur 5. Ianuarij.

34. *Honulphus*, ſuperioris pater. Tranſiit in meliorem vitam 761. & hîc locum videtur habere illud:

Ordine turbato ſuccedis Bulgare nato.

Videndus Petrus Rebuffus in Praxi Beneficiorum de diſpenſatione ſuper defectu natalium num. 29. At de ſucceſſionibus filiorum, in beneficiis parentum diximus numero 15. Bituricenſis.

35. *Menulphus*, ſiue Melulphus 761. ſed ſtatim tralatus fuit ad aliam Eccleſiam.

36. *Obertus*, ſiue Ocbertus, ſiue Odobertus, ſiue Artbertus, ſiue Harbertus, Flodoardo l. 2. cap. 16. à ſancto Bonifacio Zachariæ Legato conſtitutus. Intereſt Synodo Liptinenſi in Hannonia 743.

37. *Lupus* 2. 763. qui Remos tranſlatus dicitur in Chron. M. S.

38. *Vilarius*, ſeu Viricarius. Obiit 769.

39. *Goteſcalcus*. Obiit 773.

40. *S. Gumbertus*, vel Gaudebertus abdicato Archiepiſcopatu Eremitam egit in monte Voſaco, vel Vogeſo, vt notat Seruatius *Lairuelz* in Optica Religioſorum pag. 39. Obiit 778. De quo etiam Petrus Damiani lib. 1. epiſt. 9. virum digniſſimæ vitæ, Chronicon ſancti Mariani, & miraculis clarum, Chronicon S. Petri Viui vocat.

41. *Serenus*. Obiit 784. Chronic. M. S.

42. *Petrus*. Obiit 787.

43. *Vinebaudus*, qui & Guilebodus, & Vilebaldus. Obiit 792.

44. *Venerandus*, vel Bernardus, & Verardus. Obiit 795.

45. *Renobertus*, ſiue Raymbertus. Sub eo Aſpaſia condidit monaſterium fœminarũ in vrbe, ſub tutela S. Maximini Treuirenſis, nunc eſt parochialis Eccleſia.

46. *S. Magnus*, vel Magno, ædificator Eccleſiæ S. Saluatoris (in quâ ſepultus) qui Notas iuris à ſe collectas dicat Carolo Magno, & in veteribus formulis poſt Marculfum n. 12. ſic habetur: *Sancto, & Deo amabili Magnoni Archiepiſcopo, ex Senonica vrbe, Ego in Dei nomine Ebroinus dono Dei Archiepiſcopus ex Bituriga vrbe in Domino Ieſu ſalutes optamus vobis in perpetuum anno 2. Imperij, 34. Regni Caroli. Is eſt annus Chriſti* 802.

47. *Hieremias*, ſed potius Ieremias. Nominatur in Capitular. Regum Franciæ l. 2. c. 25. & in alio diplomate Ludouici Pij. Sepultus in S. Columbâ 828. 7. Idus Decembris, ex Monacho S. Richarij, Odorannus, Vion l. 2. c. 31. Itaque in diplomate Ludouici, & Lotharij Regũ 829. quo varia indicuntur Concilia, ſancitur, vt in Pariſiorum vrbem, conueniat futurus Antiſtes Senonicus ſede ſcilicet tunc vacante. Succeſſio patris in Beneficiis filij.

48. *S. Aldricus*, ex Abbate Ferrarienſi. Obiit 840. 6. Iunij, cuius meminit Lupus ſucceſſor eius in munere Abbatiali, non tamen immediatus, Epiſt. 41. nutritorem ſuum appellans, & epiſt. 1. Vion l. 2. c. 31. & l. 3. pag. 188. Dedicauit Mo-

naſterium Foſſatenſe, diſcipulus Alcuini; nominatur cum altero Sancto Aldrico Epiſcopo 22. Cœnomanenſi in Cartular. Pariſienſi.

49. *Venilo*, ex Abbate Ferrarienſi. In Concilio Verni Palatij, anno 5. Caroli Calui menſe Decemb. Indict. VIII. (ſic n. legendum puto, pro VII.) id eſt A. C. 844. Meldenſi, & Beluacenſi 845. Pariſienſi 846. Transfert corpora Sanctorum Sabiniani, Potentiani, Altini, Codaldi, & Serotini Martyrum in Eccleſiam ſancti Petri Viui 847. 8. Calend. Septembris. Intereſt etiam Synodo Cariſiacæ 848. & Sueſſionenſi & Vermeriæ, 853. ac Tullenſi ad Saponarias 859. Eique reſcribit Nicolaus Papa c. Reuera 3. Quæſt. 9. vbi corruptè legitur Archiepiſcopo Gallioni Senenſi. Nam Senæ in Etruriâ fuere Archiepiſcopali dignitate à Pio 2. Summo Pontifice ciue ſuo donatæ A. C. 1449. apud Miræum. In Chron. M. S. dicitur Venilo nobiliſſimus genere, litteraturâ clarus, moribus plenus, inunctor Caroli Calui Aurelijs in Eccl. ſanctæ Crucis, & Ludouici in Regem Burgundiæ, & in alio M. S. nobilitate præcipuus, & ingenio acutus, perfector Valilias, & dedicator Calend. Nouembris, Eccleſiæ ſancti Stephani inſtaurator, & conſecrator 4. Idus Decembris, & S. Columbæ, 11. Calend. Auguſti. Quo tempore Othardus Corepiſcopus 17. Calend. Februarias in Baſilica S. Deſiderii ſepelitur: nominatur quoq; apud Hincmarum contra Godeſcalcum. Obiit autem Venilo 864. 5. Nonas Maii, ſepultus apud Valilias in crypta ſanctæ Agathæ, vt notat Odorannus. Ad eum extant plures Epiſtolę Lupi Abbatis Bethleem ad Ferrarias.

50. *S. Egilus*, ex Monacho omni bonitate conſpicuo S. Petri Senonenſis, & Abbate Prumiæ diœceſis Treuirenſis, & Flauignei Eduenſis in Burgundiâ poſtulatus 865. interfuit Concilio Trecenſi 867. obiit 871. ſepultus in Oratorio S. Stephani ad S. Petri Viui Baſilicam.

51. *Anſegiſus*, vel Angeſilus, primò Canonicus maioris Eccleſiæ, inde ſancti Petri Viui Monachus, tùm Abbas Lobienſis. Quo tempore collegit Capitularia Regum Franciæ A. C. 872. vt vult Antonius Auguſtinus libro ſecundo de Emendatione Gratiani Dialogo 10. vir laudabilis, nobilis genere, litteraturâ magnus, moribus honeſtus, Chron. M. S. Trithem. Sigebertus, Vion lib. 2. cap. 31. Antoninus tit. 16. cap. 5. §. 11. Sigonius de Regno Italiæ lib. 5. Baronius A. C. 876. Odorannus, & Supplementum Aymoini lib. 5. cap. 32. vbi de eius Primatu Galliæ, & Germaniæ in Synodo apud Pontigonem 17. Calendas Auguſti Indict. 9. 876. quem annum pugnare cum ea Indictione neſcio quomodo in mentem venerit Iacobo Tauello viro doctiſſimo. Pontigonem verò aliquando putaui eſſe Pontem Iconis, vel Icaunæ, *Pont ſur Yonne*, tribus circiter leucis diſtantem ab Agendico Senonum metropoli, vbi natus eſt Nicolaus de Veris, Epiſcopus 61. Cabilonenſis, quem Pontem ſuper Icaunam propè Senonas fulmineo igne conſumptum, notat Chronicon Autiſſiodorenſe fol. 108. Adde quòd in Annalibus Pithæanis ſcribitur Ponticona. Sed textus appendicis, ſeu Supplementi ad Aymoinum lib. 5. cap. 32. monet Pontigonem in diœceſi Catalaunenſi quæri oportere. Is ſic habet loquens de Carolo Caluo tunc apud ſanctum Dionyſium exiſtente: *Quò accerſens Legatos Apoſtolici Ioannem Tuſculanenſem, & Ioannem Aretinum, atque Anſegiſum Senonenſem, illorum conſilio medio, futuro menſe Iullio generalem Synodum auctoritate Apoſtolica, & ſanctione ſua, apud Pontigonem indixit, quo per Remos, & Catalaunos peruenit*, & cap. 35. *Dominus Imperator Carolus de Cariſiaco Compendium, indéque per Sueſſionas ad Remenſem ciuitatem, & ſic iter ſuum per Catalaunos, & Pontigonem, atque Lingonas peragens cum vxore, & maxima auri, & argenti, cabalorúmque, ac facultatum aliarum copia, de Francia, Italiam petunt*. Quod & R. P. Iacobo Sirmundo placere ſcio. Idque etiam coniici poteſt ex Gregorio Turonenſi lib. 3. cap. 23. vbi Pontigonem ponit in Regno Sigeberti, cuius ſedem Remis collocauerat cap. ſuperiore 22. Itaque videtur eſſe *Pont yon*, ad *Saulx*, & *Orne*, non multò inferiùs in Matronam influentes duas circiter leucas à Vitriaco Cremato, *Vitry le Brulé*, cui imminet vetus caſtrum, quod Pontio dicitur in Polyptico ſeu Poliario Catalaunenſi. Ac in ſcheda M. S. penes Iacobum Seuertium Eccleſiaſtem Lugdunenſem amicum noſtrum huic Synodo habitæ anno Caroli Calui Regis 37. Chriſti 876. menſe Iullio interfuere Patres, qui malè adſcribuntur Ticinenſi, ſeu Papienſi Synodo apud Tillium, eam cum Pontigonenſi confundentem, quæ Pontigonenſis probabilius ſequi videtur Ticinenſem. Præ-
tereà

Pontico, ſeu Pōtio.

tereà Anſegiſus in M. S. vocatur vir in cunctis optimè agens, cuius tempore Eccleſia Senonenſis magno, & pacifico viguit honore, & quo curante corpus ſancti Romani Valilias, ex baſilica ſancti Germani tranſlatum eſt, quique 7. Calendas Decembris deflente mundo, lætante cælo in Oratorio ſancti Bartholomæi ad ſanctum Petrum ſepelitur hoc Epitaphio:

Antiſtes Senonum, reuerentia magna potentum,
Anſegiſus in hoc conditus eſt tumulo,
Vt Primas fieret Gallorum, Papa Ioannes
Inſtituit meritis hoc tribuendo ſuis.
Carli Romanâ cinxit caput iſte coronâ,
Et dedit in cunctos Imperium populos.
Gregorij Papæ ſecum caput abſtulit inde,
Hic locus oſſa fouet, ſpiritus aſtra tenet.

Sed dies hic obitus, qui & Natalis in mentem reuocat natalem cathedræ, ſeu electionis Anſegiſi, cuius formam edidit Ioannes Cordeſius poſt Opuſcula Hincmari pag. 861. A.C. 871. Indict. 4. 5. Calend. Iulij. Fratrem habuit Valam Epiſcopum Autiſſiodorenſ. 39.

52. *Eurardus*, Vion lib. 2. cap. 31. Obiit Calend. Februarij 887. ſepultus in ſancta Columba, vbi fuerat Monachus, & inde aſſumptus 4. Cal. Maij 877.

53. *Galtherus*, Odonem filium Roberti Andegauenſis in Regem Franciæ conſecrauit 888. & Rodulphum Burgundum 923. 13. Iulij in baſilica ſancti Medardi Sueſſionenſis. Obiit verò 13. Decembris, ſepultus in Eccleſia ſancti Petri Viui. Eius meminit Abbo in obſidione Pariſienſi. Rodulphus autem iacet ad ſanctam Columbam Senonenſem 937. menſe Februario, iuxta patrem Richardum. Quo anno alter Rodulphus Burgundiæ Transiuranæ Rex locum quietis in æde Mauricij Agaunenſis inuenit. Cæterùm Galtheri conſtitutiones Synodicæ extant tomo 3. Bibliothecæ Patrum.

54. *Galtherus 2.* nepos ſuperioris. Nonis Iulij 927. vel 928. iuxta patruum ſepelitur, à paganis interfectus.

55. *Odaldus*, vel Audoaldus, vel Aldoaldus, vel Adaldus ſepultus in ſancto Petro poſt 5. ann. ſedis 933. aliis dicitur primus Præſulum in metropolitana iacere retrò maius altare, vbi renouauit Capellam B. Mariæ. Sanctus Antoninus tit. 18. cap. 13. Aliis ſepelitur in ſancta Columba.

56. *Guilelmus*, Monachus ſancti Petri Viui. Reduxit, & inunxit Ludouicum Transmarinum, Chronicon ſancti Mariani, Vion lib. 2. cap. 31. Flodoardus, *Duplex* hiſt. Franc. A.C. 936. Aymoinus lib. 5. cap. 42. Andreas Quercetanus lib. 8. hiſt. Angl.

57. *Gerlanus* Monachus, obiit 954. ſepultus Nonis Auguſti in ſuo monaſterio ſancti Germani Autiſſiodorenſis, quo anno pluit ſanguis in Gallia. Vide Chronicon Flodoardi 941. vbi de Frotmundo intruſo. Ædificauit turrim in S. Petro.

58. *Vildemannus*, vel Hildemannus, ex Monacho ſancti Dionyſii. Obiit 959. Nonis Auguſti poſt ſedem ann. 4. m. 10. d. 19. ſepultus in ſancti Petri Viui monaſterio. Subſcripſit inſtaurationi monaſterii ſancti Petri Carnotenſis per Raginfredum Epiſcopum cum Theobaldo Comite 955. Quo tempore Burchardus Mommorenciacus fundauit monaſterium S. Saluatoris prope Brayum ad Sequanam.

59. *Archambaldus*, Lubricus cognominatus in Chronico M. S. vbi dicitur, quòd apparuit illi S. Sauinianus, qui poſt tertiam, vel quartam, monitionem, provt ipſe ſuis recognouit, quâdam nocte dum iacebat in Refectorio Monachorum, dicens: Non ampliùs patiemur deſolari locum Martyrio noſtro dedicatum. Audientes verò cubicularij cum maximo tonitru hanc vocem: Surgentes inuenerunt nudum mortuum iacentem in terra, nec potuit hoc celari, iuſtum cunctis cenſentibus, vt qui locum nudauerat nudus moreretur. Vide Epiſcopos Lingonenſes num. 18. de ſimili nonnullorum morte Epiſcopatu indignorum. Hic verò electus fuerat 5. Calendas Iulias parentum potiùs, quàm Dei probatus examine. Obiit adhuc iuuenis 4. Calend. Septembris, ſepultus in Capitulo ſancti Petri Viui, anno Domini 968. Meminit Aymoini Continuator lib. 5. cap. 44. Flodoard. Chron. 862.

60. *Anaſtaſius*, vir Deo dignus, Chronicon ſancti Mariani, miræ ſanctitatis, & abſtinentiæ Chronic. M. S. in quo dicitur obiiſſe 7. Idus Ianuarij 978. mediâ nocte, & iacere in ſancto Petro, poſt ſedem ann. 10. menſis 1. dies. 13. viuente adhuc Lothario Rege.

61. *Seuinus*, vel Seguinus, filius ſoro-

ris Rainardi Comitis, à quo multa paſ- A ſus eſt. Inſtauratam Eccleſiam Cathedralem dedicauit 3. Nonas Octobris 983. præſentibus Herberto Autiſſiodorenſi, & Rocleno Niuernenſi Epiſcopis. Cœnobium S. Petri Meloduni conſtruxit. Iacet in Capitulo S. Petri Viui. Conſecratus fuerat 3. Idus Iullias 978. in Eccleſiâ S. Stephani Autiſſiodorenſis. Vide Baron. 992. Aymoinum in vitâ S. Abbonis c. 7. Sauſſeyum in Arnulpho Aurelianenſi 53. Ordericum l. 1. Raynardus verò Comes cognomento veteris caſtrum de ſuo nomine *Chaſteau-Regnard* in terris Monaſterij de Ferrariis, B & caſtrum Iouiniaci *Ioign*, in terris Abbatiæ S. Mariæ ędificauit. Meminit Cōtinuator Aym. l. 5. c. 46. & vetus ſcheda S. Petri Viuij, vbi dicitur Seuinus congregaſſe Synodum, cui interfuere Odo Carnotenſis, Milo Trecenſis, Reginaldus Pariſienſis, & Manaſſes Aurelianenſis.

62. *Leotericus*, diſcipulus Gerberti, poſteà Papæ, nomine Silueſtri 2. à quo pallium accepit, ex Archidiacono electus 1000. videndus Baron. 1004. Glaber l. 3. c. 6. Aymoin. l. 5. c. 46. & 47. Roberto Regi permiſit ciuitatē 1015. apud C

Monſtreau. Gaguinum. Quo anno Monſteriolum caſtrum ad confluentes Ionæ, & Sequanæ conſtruxit Raynardus Comes. *In Chron. M. S. Senonenſi.* Intereſt Dedicationi Eccleſiæ S. Aniani Aurelüs 1029. apud Flodoardum, & Synodo Calę Roberto. R. Ei ſcribit Fulbertus epiſt. 7. 23. & ſequentibus. Obiit 1032. 6. Calend. Iullij ſepultus poſt maius altare S. Stephani. Quo tempore Archidiaconus fuit Raynardus filius Fromundi 2. Comitis Senonum, Abbas S. Mariæ prope vrbem mortuus 1023.

63. *Gilduinus*, ſeu Gelduinus creatus 1033. deponitur in Concilio Remenſi à D Leone 9. 1051. habuerat Synodum Prouincialem Stampis, & alteram 1048. Senonibus, in qua fundationem Monaſterij S. Aigulfi Prouinij factam à Theobaldo Comite confirmat, cum Imberto Pariſienſi, Maynardo Trecenſi, Hugone Niuernenſi, Gilberto Autiſſiodorenſi, Galtero Meldenſi, & Iſambardo Aurelianenſi.

64. *Maynardus*, ex Epiſcopo Trecenſi 50. nominatur. 1060. Obiit 1062. ſepultus in Capitulo S. Petri iuxta fratrem ſuum Daymbertum Vicecomitem, poſt ſedem ann. 12. m. 3. d 8. vide Camuzatum in Promptuario Antiquit. Tricaſſinarum.

65. *Richerius*, ex Archidiacono. Ei ſæpè ſcribit Alexander 2. & Gregorius 7. Nominatur 1067. in Martiniana, & apud Nicolaum Camuzatum 1071. 7. Calend. Maij, cuius tempore 1078. Arnulphus Abbas S. Columbæ oſſa ſancti Theobaldi fratris ſui ex Italia refert, & in ſuâ Eccleſiâ locat, dum aliam ædificaret in eius honorem. Synodum habuit Senonis menſe Octobri 1080. cui interfuere Gofridus Pariſienſis, Gofridus Carnotenſis, Philippus Trecenſis, Galtherus Meldenſis, Arnulphus Aurelianenſis Epiſcopi, Arnulphus ſanctæ Columbæ, Iſambardus ſancti Germani Pariſienſis, Guibertus S. Germani Autiſſiodorenſis, Erminus ſancti Petri Melodunenſis, Galtherus S. Petri Ferrarienſis, Robertus S. Florentini Bonæ-vallis, Guillelmus S. Remigij Senonenſis Abbates. Richerius verò interfuit Concilio Claromontano 1095. At peractis in Archiepiſcopatu penè 35. annis, nudus omnibus temporalibus moritur, & ſepelitur in Monaſterio S. Laurentij ad maiorem Baſilicam A. C. 1096. 6. Calend. Ianuarias. Ordinatus fuerat Pariſiis die Paſchæ à Gothofrido Epiſcopo, præſente Rege, & Balduino Comite Flandrenſi 1063. Quo magni anni periodus conſtans 532. annis finitur, & anno ſequenti incœpit circulus, in cuius fine erit labor, & dolor, vt eſt in Chronico M. S. Senonenſi. Nec omittendū quòd Richerius hic alius eſt à Richerio apud Flodoardum l. 2. cap. 5. & ex eo apud Baldricum l. 1. cap. 14. Chron. Cameracenſis, vbi tamen legitur Riclerius.

66. *Daymbertus*, ex Archiclaui & Vicedomino. Inunxit Regem Ludouicum Craſſum in æde S. Samſonis Aureliæ 3. Nonas Auguſti 1109. vt Sugerius, Continuator Aymonij l. 5. cap. 50. Iuo epiſt. 189. & alij notant. Synodū habuit Stampis cum Iuone Carnotenſi, Guilelmo Pariſienſi, Ioanne Aurelianenſi, Galthero Meldenſi, & Huncbodo Autiſſiodorenſi, quorum Epiſcoporum extat epiſt. ad Philippum Trecenſem, vt ſuam ſiſtat præſentiam in confirmatione Niuernorum Præſulis, apud Iuonem epiſt. 79. Induxit 113. Canonicos regulares in Eccleſiam S. Ioannis, Monialibus inde expulſis. Ordericus l. 12. Obiit 1122. ſepultus in Capitulo S. Petri, ordinationis 27. Gilbertus verò, qui hîc à nonnullis ſubijcitur, idem eſt cum Daymberto.

67. *Henricus Aper*, *Sanglier*, nobilis, *Sanglier, porte d'or, à vn ſan-* caſtus, prudens, largus, & qui neminem niſi

Sanglier de ſable denté d'argent.

niſi ſolum Deum dubitabat, electus ex Canonico 1122. Ei ſcribit ſanctus Bernardus epiſt. 2. & 182. qui Henricus cum eodem Bernardo interfuit Concilio Trecenſi 1128. & dat Eccleſiam de Branlis monaſterio Ferrarienſi 1133. Pontific. 10. Synodum habuit 1127. præſentibus Stephano Pariſienſi, Attone Trecenſi & Burchardo Meldenſi, & alteram in eadem vrbe 1140. in qua Petri Abaillardi errores damnati ſunt: in quâ præter Suffraganeos fuêre Samſon Remenſis, Ioſlenus Sueſſionenſis, & Galfridus Cathalaunenſis, ibidemque Henricus inueſtiuit Gilduinum Abbatem ſancti Victoris Pariſienſis de Eccleſia B. Mariæ Floriaci diœceſis Pariſienſis. Eodem verò ſedente anno ſequente 1129. cœnobium Vallis lucentis ædificatur. Huius etiam tempore habetur Cõcilium Stampis, *Eſtampes*, in hac diœceſi 1130. in quo ſuadente S. Bernardo Innocentius 2. agnoſcitur legitimus Pontifex, apud Baronium & Auctorem vitæ S. Bernardi l. 2. c. 1. Obiit autem Henricus 1144. 4. Idus Iunias, vt eſt in Chronico M. S.

68. *Hugo*, frater Guilelmi Autiſſiodorenſis Epiſcopi 57. ex Præcentore eligitur 1144. vt eſt in Chronico M. S. & in Notis Sirmundi ad epiſtolam primam Petri Cellenſis: nominatur in Charta Pontiniaci 1151. cum Odone Decano, & Simone Theſaurario. Extant epiſtolæ mutuæ Eugenij 3. Sugerij, & Hugonis in Cod. Thu. M. S. Leguntur quoq; reſcripta Alexandri 3. ad noſtrum Præſulem c. 8. Si verò, de Iureiurando, & c. 1. ſicut Roma, de Reſcriptis, quem Alexandrum die feſto S. Hieronymi pridie Cal. Octob. 1164. excepit Senonis, vnde Alexander oriundum ſe profitebatur, ipſe enim Senis in Etruria natus, quam vrbem olim Galli Senones condiderant. Id certè innuere videtur Polybius cùm Senones ædificaſſe tradit Senam alteram vrbem, præter eam quæ Adriatico mari apposita eſt, cui ſuffragatur Ioannes Sariſberienſ. l. 7. Polycratici c. 7. At in hac vrbe Senonenſi Alexander Papa ſeſquiannum moratus eſt, Eccleſiamq; S. Columbæ à fundamentis inſtauratam dedicauit. Præterea Hugo coronat Cõſtantiam Regis 7. Ludouici vxorem Aurelis, & Aleydem Campanam eiuſdem Ludouici vxorem 3. Lutetiæ in præſentia 8. Cardinalium 1166. Cæterùm obiit Hugo 3. Non. Febr. 1169. & ſepelitur in Choro S. Petri Viui, vt eſt in Chron. Lemouicenſi, & apud Aymoin. l. 5. c. 33.

69. *Guilelmus*, Theobaldi Magni filius, Henrici largi Campaniæ Comitis, & Theobaldi Bleſenſis, ac Stephani Sacri Cæſaris, poſteà Carthuſiani frater, electus Carnotenſis 66. indeq; ad hanc ſedem vocatus conſecratur 11. Calend. Ianuarij 1168. à Mauritio Epiſcopo 75. Pariſienſi. Fuerat primùm Canonicus S. Æmiliani Prouini, auunculus Reginaldi, ex Theſaurario S. Martini Turonenſis, Epiſcopi 69. Carnotenſis. Huius Guilelmi extant duæ epiſt. ad Alexand. 3. de morte S. Thomæ Cantuarienſis, apud Rogeriũ Houedenum. Nominatur 1170. in fundatione prioratus de Nemoſio, & 1174. in Cartulario S. Dionyſij. Poſtremò fit Remẽſis 52. Hoc verò tempore Decanus in Eccleſia Senonenſi in locum præpoſiti ſubſtituitur, & ſic Odo nominatur Decanus 1170. Cæterùm Guilelmo Senonenſi Archiepiſcopo dicat hiſtoriam Scholaſticam Petrus Comeſtor.

Decanus inſtituitur.

70. *Guido* cognomento de Nuceriis in Burgundia, ad Serenum fluuium, ex Archidiacono. Eliſam, vel Elizabetham filiam Balduini Fland. Comitis coronauit in Reginam 1180. die Aſcenſionis apud S. Dionyſium. Vide c. 29. Conſuluit de Appellationibus, quod eſt Alexandri 3. contra appellationem Philippi Auguſti pro mancipiis Chriſtianis Iudæorum, ad quem etiam ſcribit Vrbanus 3. c. 12. de ſententia excõmunicationis. Memoratur eius tranſactio 1191. Salomone Decano, Manaſſe Archidiacono, & Gofredo Præcentore. Eo ſedente Communia cum Maiore, & Scabinis in vrbe inſtituitur à Philippo Auguſto 1189. vt refert Chopinus l. 3. Doman.

Noyers porte d'azur à l'aigle d'or.

71. *Michaël*, frater Reginaldi de Corbolio Epiſcopi Pariſ. 77. Decanus Pariſienſis 1194. apud Rigord. vbi ex ſcholarum regimine, & eleemoſynarum largitione valdè cõmendatur, poſteà Ieroſolymorũ Patriarcha. Sepultus in maiore baſilica 4. Decẽb. 1199. de cuius obitu ſe dolere ait Innocent. 3. cũ Eccleſia Senonenſi viduata Paſtore, qui etſi nobilis eſſet genere, nobilior tamen fuerat ſanctitate, c. ad hæc 1. de Poſtulatione, in 3. Cõpilatione, ad Decanum, & Capitulũ Senonenſes, vbi Eccleſia Senonẽſis Eccleſiæ Romanæ deuota dicitur. Obitus notatur 7. Cal. Decemb. in Necrologio Pariſienſi, vbi ex Vincentio l. 30. c. 63. vir bonus, & Deo plenus appellatur, & ab eod. Innoc. l. 2. ep. 51. (vnde ſumptũ eſt c. 10. inter ſollicitudines, de Purgatione Canonica) nũcupatur vir prouidus

& diſcretus,veri Paſtoris adimplens officiũ,& ſuper grege ſibi cõmiſſo purè, & plenè ſollicitudinem paſtoralem exercens, dum legem Chriſti zelatur,& hæreticorum impugnat errorem. Porrò in locum Michaëlis defuncti poſtulatus fuerat Hugo Autiſſiodorenſis Epiſcopus 58. ſed à Papa reprobatus cap.1.de Poſtulat.

72. *Petrus* de Corbolio, ex Epiſcopo Cameracenſi 47. Eius poſtulationem confirmat Innocentius 3.c.Gratum de Poſtulatione in 3. Compilatione: Qui Pontifex eidem Petro adhuc Canonico Pariſienſi committit cauſam Lingonenſis Capituli contra Epiſcopum lib. 1. epiſt. *Cùm olim*, 1198. Vide Lingonenſes num. 60. Atque vt ipſi tradatur pacificè Archidiaconatus in Eccleſia Eboracenſi mandat eodem anno 16. Calend. Ianuar. Decano, & Capitulo, de cuius, inquit litteratura, & ſcientia in longinquis, & remotis partibus prædicatur, ſub cuius magiſterio nos aliquando fuiſſe in memoriam reducimus, & ab eo diuinarum audiuiſſe paginam ſcripturarum,(Pariſiis)quod volumus reputare glorioſum. Et aliâ epiſtolâ, ad Richardum Angliæ Regem,ait, Magnificentiam ipſius regiam non ignorare, qualiter is Petrus inter alios orbis Clericos ſcientiâ liberali præfulgeat, & ſuâ probitate & diſcretione ſit admodum commendandus. Alibi dixerat perſonam eius ſpeciali meritorum prærogatiuâ, & ſacrarum Scripturarum intelligentiâ à diuina bonitate illuſtrari. Neque ſine cauſa gloriatur Papa ſe didiciſſe Theologiam. Nam qui docti fuerunt, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti,& qui ad iuſtitiam erudiunt multos,quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, Danielis 12. v. 3. vbi Cornelius, & Pererius. Imò in Campis Eliſiis, Æneid.6.v.662.

—qui vitam excoluere per artes,
Omnibus his niueâ cinguntur temporâ vittâ.

Quas artes vocat Hippocrates Munera deorum: & certè in cælis ſua eſt beatis Doctoribus aureola. At Doctorem eſſe oportet Epiſcopum, quâ de re Eſpanſæus lib. 2. Digreſſionum c. 2. in epiſtola ad Timotheum, Bannes 2. 2. quæſt. 63.a. 2. Itaque debet prius fuiſſe diſcipulus, Sauaro in epiſt. 3. lib.5. & epiſt. 9. lib. 7. Sidonij Apollinaris. Vnde meritò conqueritur ſanctus Hieronymus ſacram Scripturam ſic factam eſſe oblectamentum populare, vt ea
A ſola ſit artium, quam omnes ſibi vindicent, antequam didicerint, cùm tamen nemo ſit, qui doceri non egeat, dum viuit, quamtumlibet profecerit, ſanctus Ambroſius lib. 1. Offic. cap.1. extremo. Porrò Innocentius imbiberat altius neminem eſſe liberaliter educatum, cui non ſui Magiſtri, Doctores, & Pædagogi cum grata recordatione in mente verſentur diligendi, & quodammodo colendi, ex Cicerone pro Plancio, & in Lælio. Hic enim licet obſeruare gratum diſcipuli animum in præceptorem, tamquam alterum, cúmque nobiliorem parentem, quem, vt innuit
B Tauellus primùm Cameracenſi, deinde Senonenſi Eccleſiæ præficiendum piè curauit. Quo in munere Petrus Henricum à Veringhem in Epiſcopum Argentinenſem 54. A. C. 1206. conſecrauit teſte Guilimanno, & beatum Philippum Aurelianenſem 71. 1222. Pontificem ordinauit, qui poſteà Bituricenſi Eccleſiæ 71. loco præfuit, vt vult Sauſſeyus. Prætereà certauit aduerſus Albigenſes apud Gaguinum, & Petrum de Vallibus cap. 14. Obiit 1222. pridiè Idus Iunij, ſepultus in metropolitana, litteraturæ ſæcularis, & Theologiæ
C præco famoſus, in cathedra magiſtrali Pariſius, in Chronico Autiſſiodorenſi, qui totum Apoſtolum expoſuit ſubtiliter, & copioſè, appoſitis ſanctorum Patrum ſententiis, locis ſingulis conuenientibus, vt refert ex nonnullis Henricus Gandauenſis cap. 33. & Trithemius, & meminere Thomas Cantipratenſis lib. 2. cap. 75. num. 7. Vincentius lib. 30. cap. 63. Bzouius 1212. n. 19. Ei quoque ſcribebat Innocentius 3. an. Pontif. 14. vt induceret Philippum Auguſtum ad amouendam ſaiſinam Regaliæ ſuper bonis Eccleſiarum Aurel.
D & Autiſſiodorenſ. Epiſcop. appoſitam. Quâ de re V. C. Paulus *Dumey* in lucubrationibus ad epiſtolas ipſius Innocentij. Non igitur immeritò ſequentes verſus in medio Chori ante ſedem Præcentoris leguntur:

Flos, & honor Cleri Petrus huic qui ſubiacet æri,
De Cameracenſi datus eſt ſedi Senonenſi.
Moribus, & vita verè fuit Iſraëlita,
Et pro more via ſacra nouit Theologia.
Lux erat Annalis Synodi cœtus Synodalis.
Non ſine lamento patris oſſa dedit monumento.
Doctoris fidei, ſit cognitio ſpeciei,
Quódque ſpei certa ſuberat, modò cernit apertè.

Vbi

Vbi alludit ad illud 1. Corinth. 13. 12. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

73. *Galtherus* Cornutus, ex Decano Pariſienſi. Intereſt funeri Philippi Auguſti 1223. apud Guilelmum Brittonem Philippid. 12. qui de eo ſic canit:

At tibi, Galthere, cùm confirmata fuiſſet
Pariſiani apicis electio, mox Senonenſem
Ad Cathedram raperis, vt dum te lingua malorum
Inſequitur, proſit tibi neſcia, quâ mediante;
Pluribus vt præſis, Cathedrâ priuatus es vnâ.

Celebrauit etiam exequias Ludouici 8. in Sandionyſio, & coronauit ſanctum Ludouicum 1. Decembris 1226. Remis, & Margaritam Reginam eiuſdem Ludouici vxorem, cum quo Ludouico ſuſcepit Coronam Chriſti ſpineam 1234. ad vrbem nouam Archiepiſcopi in Breuiario Pariſienſi 11. Auguſti, & Franciſcanos, ac Dominicanos in vrbem induxit 1231. Obiit 1241. 12. Calend. Maij, ſepultus ante aquilam in metropolitana, in medio Chori à parte dextra aquilæ tumba cuprea his verſibus inſculpta:

Præſul Galtherus iacet hîc in puluere, verus
Cultor iuſtitiæ, Cleri pater, arca ſophiæ,
Non parcunt generi, nec honori fata, nec æri,
Traditur hic cineri fex modò, Præſul heri,
M. ſcribis ad bis C. quater X. addens quoque ſcribe I.
In ſumma appoſita ſic finitur ſacra vita.

Quibus ſubiunguntur duo ſequentes verſiculi:

Dum viguit tua, dum valuit Galthere poteſtas
Fraus latuit, pax magna fuit, regnauit honeſtas.

De eo Vincentius lib. 31. cap. 124. Quo Præſule Clariſſæ in æde ſanctæ Catharinæ Provini ſtatuuntur 1237. & Franciſcani Stampis 1240.

74. *Gilo*, vel Ægidius Cornutus, ſuperioris frater, ex Archidiacono ſanctorum Martyrum, Cantij, Cantiani, & Cantianillæ apud Stampas corpora tranſtulit. Interfuit Concilio Lugdunenſi 1245. & dedicauit Eccleſiam Prædicatorum, & Minorum 1251. in vrbe. Sepelitur iuxta prædeceſſorem læua parte tumba item cuprea, in cuius cir-

A cumferentia hæc leguntur:

Corpus Gilonis iacet hîc, quem plebs regionis
Huius patronum plangit obyſſe bonum.
Cantus mênſque pia, facundia, philoſophia,
Normáque iuris ei dona fuere Dei.
Conſeruare fidem ſatagebat firmiter idem,
Vt conſeruet eum, poſco, rogate Deum.

75. *Henricus* Cornutus, ſuperioris nepos Viterbij ab Alexandro 4. conſecratus. Obiit 1258. ſepultus ante maius altare metropolitanæ 12. Calend. Nouembris ex Archidiacono, veneno à

B coquo ſublatus. Fratrem habuit Albericum, ex Canonico Senonenſi, Epiſcopum Carnotenſem 70. & Robertum, ex Carnotenſi Epiſcopum Niuernenſem 63.

76. *Guilelmus* de Brocia Rogerij Domini ſanctæ Seueræ, ex Margaretâ de Aquis, *d'Eaues*, filius, ex Præcentore, & Decano, electus 1258. ab Alexandro 4. conſecratus ceſſit 1267. Obiit 1269. 5. Februarij ſepultus in metropolitana. Vide infrà 84. Hoc porrò ſedente fundantur Mathurini in caſtro Fontanebleo à ſancto Ludouico, vt patet ex ſe-

C quente diplomate quod habuimus curâ & diligentia eruditiſſimi viri Michaëlis Conſtantini Melodunenſis Preſbyteri, multis nominibus de nobis benemeriti.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ludouicus Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerint vniuerſi præſentes pariter & futuri, quòd pro ſummi largitoris amore pariter & honore, & pro ſalute animæ noſtræ & remedio animarum inclytæ recordationis Regis Ludouici genitoris noſtri, & Reginæ Blanchæ genitricis noſtræ, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, ad petitionem Nicolai Capellani Capellæ domus noſtræ de Fontebleaudi, & ad liberam reſignationem eiuſdem de voluntate, &

D *aſſenſu dilecti & fidelis noſtri Vuilelmi Senonenſis Archiepiſcopi, & parochiali Presbyteri de* Auous *conſenſu pariter accedente ad diuini cultus augmentum Fratribus Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis & captiuorum Capellaniam prædictam, cum omnibus redditibus, prouentibus, & pertinentijs quibuſcumque, ac domum & porpriſium in quo Capellanus manebat, in puram & perpetuam eleemoſynam dedimus, & conceſſimus ab eiſdem fratribus quietè & pacificè poſſidenda, & ad ædificandum & fundandum in eadem domo & porpriſio, & circa baſilicam in honore ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & hoſpitale pauperum infirmorum qui de circumadiacentibus locis deſertis & aridis confluant & trahantur ad illud, vt in ipſis Chriſtus Dominus tanquam in*

membris proprijs foveatur, ac officinas fratribus ibidem & iuxta ſui Ordinis inſtituta Deo debitæ ſeruitutis obſequio ſoluturis accõmodas, & familiæ eorumdem. In eadem autem domo morari tenebuntur in perpetuum ſeptem fratres Clerici ordinis antedicti, quorum eſſe debent quinque Sacerdotes ad minus, & ex quinque ipſis Sacerdotibus vnus vel duo in Capella noſtri manerij ſupradicti, dudum in honore Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, & B. Martyris Saturnini fundata, ac poſtmodum à beatiſſimo Martyre Chriſti Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo conſecrata, duas Miſſas, vel vnam ad minus tenebuntur diebus ſingulis celebrare. Tenentur etiam dicti fratres celebrare pro nobis quandiu vixerimus in loco prædicto, vel in Capella noſtri manerij diebus ſingulis vnam Miſſam de Spiritu ſancto, vel de Beata Virgine, & poſt deceſſum noſtrum in perpetuum diebus ſingulis Miſſam quæ pro defunctis fidelibus celebratur, exceptis paucis diebus ſolemnibus in quibus celebrare non conſueuit Eccleſia pro defunctis. Inſuper Anniuerſaria iſta videlicet inclytæ recordationis Regis Ludouici genitoris noſtri, Reginæ Blanchæ genitricis noſtræ, R. Comitis Attrebatenſis fratris noſtri & noſtrum, & Margaretæ Reginæ vxoris noſtræ poſt noſtrum & ipſius obitum celebrare ſolemniter tenebuntur. Hos autem redditus inferiùs annotatos inuenimus olim à noſtris prædeceſſoribus inclytæ recordationis Rege Ludouico proauo noſtro & Rege Philippo auo noſtro regiâ liberalitate donatos, & conceſſos fuiſſe Capellaniæ prædictæ ſicut in chartis aui noſtri prædicti vidimus pleniùs contineri, videlicet tres modios frumenti ad menſuram Gaſtinenſis in feſto B. Remigij annuatim percipiendos in granchia apud Capellam, quatuor libras annui redditus in præpoſitura noſtra Moreti die Aſſumptionis B. Mariæ ſoluendas, item quatuor libras de cenſu terræ arabilis, quam prædictus proauus noſter olim adcenſauerat Gileberto de Braya. Ita quod Gilebertus & quicumque poſt ipſum terram illam haberet, Sacerdoti qui pro tempore dictæ Capellæ deſeruiret quatuor libras annuatim in feſto S. Remigij perſolueret. Si autem poſſeſſor terræ Capellano die ſtatutâ nõ ſolueret, cenſum illũ nobis emendaret, & ſimiliter dictus Præpoſitus Moreti idem faceret, ſi in ſolutione aliarum quatuor librarum prædictarum deficeret ad terminum prælibatum. Item viginti ſolidos Pariſienſ. pro luminari Capellæ prædictæ S. Saturnini annuatim perſoluendos in cenſu dictarum terrarum arabilium apud Moretum. Ex quibus quatuor libras præfatæ Capellæ conceſſerunt prædeceſſores noſtri prædicti. Item decimã vini, quam dicti prædeceſſores noſtri Reges percipiebant apud Recloſes *conceſſit auus noſter prædictus Capellano dictæ Capellæ in perpetuum percipiendam in cupa, ſub hac forma. Quòd ſi Capellanus aliquem hominem accuſaret decimam ſuam retinuiſſe, ille ſe inde ſacramento purgaret: ſi verò nollet ſacramentum præſtare, ipſe integraliter eidem Capellano decimam ſuam redderet, & ipſe Rex emendationem ſuam inde haberet. Si quis autem vindemiam ſuam duceret extra decimarium antequam idem Sacerdos de decima ſua gratum ſuum haberet, ipſe Rex emendationem, & Sacerdos decimam ſuam haberet. Cæterum ſexaginta ſolidos Pariſienſ. quos percipere conſueuit Capellanus Capellæ prædictæ pro roba annuatim in præpoſitura noſtra Moreti, volumus, & concedimus vt dicti fratres ſine difficultate percipiant in eadem annuatim ad terminum conſuetum. Prænominatos autem redditus à prædeceſſoribus olim datos & conceſſos Capellaniæ prædictæ ſecundum quod ſuperius continetur, prædictæ domui & fratribus in perpetuum concedimus, & auctoritate confirmamus Regia. Inſuper donamus in perpetuam eleemoſynam ad ſuſtentationem fratrũ ipſorum & pauperum infirmorum ac ſeruientium eorumdem duodecim modios frumenti ad menſuram Senonenſ. in redditibus noſtris percipiendos annuatim per manum præpoſiti qui pro tempore ibidem fuerit infra Octabas omnium Sanctorum, & octo modios auenæ apud* Hames *in redditibus noſtris eiuſdem loci ad eumdem terminum per manum, præpoſiti dicti loci & quadraginta libras Pariſienſes annui redditus in præpoſitura noſtra Moreti medietatem videlicet ad Octabas omnium Sanctorum, & aliam medietatem ad Octabas Aſcenſionis Domini, per manum ſimiliter præpoſiti qui pro tempore fuerit apud Moretum: cuiuſmodi redditus volumus & præcipimus à dictis præpoſitis in terminis prænotatis prædictis fratribus annuatim perſolui ſine difficultate, diminutione, vel dilatione quacunque. Quòd ſi dicti præpoſiti in ſolutione prædictorum pro toto, vel pro parte defecerint, pro ſingulis diebus quibus fuerit in ſolutione ceſſatum, quinque ſolidos Pariſienſes nomine pœnæ memoratis fratribus perſoluere teneantur. Cæterùm donamus & concedimus eiſdem preſſoriũ noſtrũ de* Recloſes *cũ omnibus iurib. quæ habebamus, vel quæ habere poteramus in ipſo preſſorio quoquo modo. Præterea donamus & cõcedimus domui & fratribus antedictis vſuagiũ ſuum in foreſta noſtra Bierriæ competenter, & ad ædificãdum, & vt centum porcos habeant in peſſona noſtra dictæ foreſtæ, quotienſcumque erit ibidem peſſona liberos & quittos ab omni coſtuma & exactione quacumque. De oblationibus autem Capellæ ſancti Saturnini, & de libratione panis & vini & coquinæ cùm præſentes fuerimus nos vel Regina, ſeu proles Regia volumus & præcipimus ordinationem in Chartis*

prædicti

prædicti aui noſtri contentam teneri inuiolabiliter, & ſeruari. Hæc autem ſupradicta omnia dicti fratres in vſus conuentus ſuperiùs memoratos, nec ea teneantur aut valeant tertiare. Quod vt perpetuæ ſtabilitatis robur obtineat præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate ac Regij nominis charactere inferius annotato fecimus communiri. Actum apud Fontemblaudi anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono menſe Iullio, Regni verò noſtri anno triceſimo tertio, aſtantibus in Palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt, & ſigna Dapifero nullo. Signum Ioannis Butricularij, ſignum Alphonſi Camerarij, ſignum Egidij Conſtabularij.

Datâ vacante Cancellariâ.

Charta verò primariæ fundationis eiuſdem Capellæ talis eſt:

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ego Ludouicus Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus omnibus futuris ſicut & præſentibus quòd in honore Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, & glorioſi Martyris Saturnini apud Fontembleaudi conſtruximus Eccleſiam quam dotauimus hoc modo, Domino Bartholomæo & ſucceſſoribus ſuis, qui ibi poſt Bartholomæum deſeruierint aſſignauimus tres modios frumenti ad menſuram de Gaſtinois, *in feſto B. Remigij annuatim recipiendos, in granchia noſtra apud Capellam, & ſex modios vini in noſtro clauſo de* Herici *ad menſuram* de Samois. *Quòd ſi vinea aliquâ occaſione ad perficiendos ſex modios defecerit, de cenſu vini noſtri* de Samois *perficiantur, & apud Moretum quatuor libras in denarijs de cenſu terræ arabilis quam aſcenſiuimus Giſleberto de Braja, & quicumque poſt ipſum terram illam habuerit, Sacerdoti qui ibi deſeruierit quatuor libras annuatim perſoluat in præfato feſto. Si autem poſſeſſor terræ Capellano die ſtatutâ non perſoluerit cenſum illum nobis emendabit. Capellanus verò in luminaribus Eccleſiæ prouidebit, quicquid autem à Capellano ædificatum fuerit apud Fontembleaudi, ſiue in domibus, ſiue in arboribus, ſiue in vinario & prato, excepto mobili in perpetuum Eccleſiæ remaneat, & illi qui Eccleſiæ deſeruierit, inſuper Capellanus vſuarium ſuum in nemore habebit ad ardendum, & quæ vſque in hodiernum diem perſoluuntur, quotiens nos, ſiue Regina, ſiue filius noſter ibi affuerimus, Capellanus habebit librationem ſuam integrã, ſcilicet quatuor panes & dimidium ſextarium vini, & pro coquina duos denarios, vnam teſam candelæ. Quod vt ratum in poſterum habeatur: ſigilli noſtri impreſſione, & nominis noſtri charactere muniri, & conſignari præcepimus. Actum publicè apud Fontembleaudi anno ab Incarnatione Domini* 1169. *aſtantibus in Palatio noſtro, quorum nomina & ſigna ſubſcripta ſunt. Signum Comitis Theobaudi Dapiferi noſtri, ſignum Guidonis Butricularij, ſignum Matthæi Camerarij, ſignum Radulphi Conſtabularij.*

Data per manum Hugonis Cancellarij.

77. *Petrus* de Charniaco, humili loco in vico *de Charny*, huius diœceſis natus, ex pædagogo *Cornutorum*, Officiali, & Decano. Quinque habuit fratres Canonicos in maiori Eccleſia, è quibus tres Archidiaconi, & vnus Præcentor fuêre. Obiit 1274. 17. Septembris, ſepultus in ingreſſu Chori metropolitani.

78. *Petrus* 4. de Aniſiaco; *Aniſy*; ex Theſaurario conſecratus à Gregorio Papa 9. paulò pòſt moritur 8. Idus Decembris 1274. ſepultus in Cathedrali Autiſſiodorenſi, vbi Canonicus fuerat.

79. *Gilo*, ſeu Ægidius 2. Cornutus, Galtherij, & Gilonis nepos, conſecratus ab Innocentio 5. Papâ 1276. Quo anno menſe Iunio cum Suffraganeis ſcribit ad ipſum Papam pro Canonizatione ſancti Ludouici, in Cartulario Sandionyſiano. Obiit 1292. ſepultus in Choro metropolitano 12. Calend. Iunij. Ad eum ſcripſit Martinus Papa de ſua promotione 1281. qui anteà Simon de Bria nominabatur.

80. *Stephanus Becard*, aliàs *Bocquart*, *de Penoul*, electus 1292. ex Decano, à Cæleſtino 5. confirmatus. Obiit 4. Calend. Aprilis 1310. ſepultus ad maius altare Cathedralis.

81. *Philippus Becard* 1310. Obiit 1320. & à nonnullis malè omittitur.

82. *Philippus* de Mariniaco; *Marigny*; ex Epiſcopo Cameracenſi 55. frater Engerani. Obiit 1325. Pariſiis, apud Carthuſianos ſepultus. Fratrem alterum habuit Ioannem Archiepiſcopum 65. Rotomagenſem. Huius tempore 1324. obiit Maria Luxemburgica Exolduni Biturigum, & ſepelitur in Conuentu Dominicanarum quem fundauit prope Montargium, in hac diœceſi.

83. *Guilelmus* de Meloduno filius Adami Vicecomitis, & Ioannæ de Soliaco. Nominatur 1229. obiit 4. Nonas Maij, in Calendario Pariſienſi. Quo tempore corpora cœperunt in vrbe ſepeliri, cùm anteà hoc ſolis Archiepiſcopis concederetur. Ipſe verò iacet in metropolitano Choro. Quomodò autem ſepulchra ex ſuburbanis locis in vrbes & in media templa migrauerint, vide Theodorum Marcilium in leges 12. Ta-

De Melun porte da'zur à ſpt bezãs d'or au chef de meſme.

bular. cap. 89. & 96. Chopinum lib. 2. Monaſtic. tit. 1. n. 15. Lingonenſ. nu. 3. & Æduenſ. n. 1.

84. *Gulielmus* de Brocia, ex Archiepiſcopo Bituricenſi 77. Obiit 1338. ſepultus ad maius altare ſancti Stephani die feſto S. Luciæ apud Senones. Vide ſuprà 76.

85. *Petrus Rogerij* 1338. ex Archidiacono Senonenſi, poſteà Rotomagenſis 62. ac tandem Clemens Papa 6.

86. *Philippus de Meloduno*, ex Epiſcopo Catalaunenſi 86. Obiit 7. Aprilis 1345. ſepultus in Eccleſia maiore, cuius tempore fundantur Cæleſtini à Ioanne de Maſſeriis anno 1366. ſepelitur cum fratre ſuo Guilelmo 83.

87. *Gulielmus de Meloduno* Philippi nepos. Eccleſiam Cæleſtinorum dedicauit 8. Iunij 1373. Obiit 1378. ſepultus ad maius altare metropolitanum, cæſus in prælio Pictauienſi die Inuentionis S. Crucis.

88. *Ademarus*, vel Odomarus *Robert*, ex Epiſcopo Lexouienſi, Attrebatenſi, & Morinenſi. Obiit die Conuerſionis ſancti Pauli 1384. ad læuam maioris altaris ſepultus in metropolitana. Quo tempore Archidiaconus fuit Nicolaus de Veris, poſteà Epiſcopus Cabilonenſis 61.

89. *Guntherius* de Balneolis, *de Baignaulx*, ex Epiſcopo Cenomanenſi 54. ſepultus in Choro metropolitano 1386.

90. *Guido de Roya*, ex Archidiacono eligitur 1388. Dedit aquilam Chori, poſteà fit Rotomagenſis 70. A. C. 1390. Auctor eſt libri cui titulus *Doctrinale Sapientiæ*, qui vulgò extat, & refert Antonius *du Verdier* in Bibliotheca.

91. *Gulielmus de Dormanis*, *des Dormans*, ex Epiſcopo Meldenſi 79. interfuit tralationi S. Ludouici 1392. Obiit 2. Octobris 1405. ſepultus Pariſiis in Collegio Bellouacenſi, non apud Cartuſianos, vt patet, ex Epitaphio. Vide Bellouacenſes n. 68. Eo mortuo Hugo *Blanchet* Archidiaconus Senonenſis, & Theſaurarius S. Capellæ Pariſienſis, ac Libellorum ſupplicum in Regiâ Magiſter, à maiore parte Canonicorum electus non obtinuit.

Montaigu d'or à la croix d'azur accompagnée de 4. aigles de gueule.

92. *Ioannes de Monte-acuto*, ex Carnotenſi 90. Pacificè rexit Eccleſiam ſuam, quamuis res totius Regni Franciæ propter diſſidium Principum malè ſe haberent, Chronicon M. S. Dedicauit Eccleſiam Cæleſtinorum Marcouſienſium 1408. à Ioanne fratre fundatorum, occiſus in prælio Azincurio 25. Octobris, ſepultus in metropolitana 1415. cuius tempore Iacobus Borbonius erat Archidiaconus Senonenſis, qui eam dignitatem in gratiam Caroli fratris eiurauit. Habuit etiam Guilelmus fratrem Gerardum, ex Pictauienſi 79. Pariſienſem 92. At Ioannem hunc inter Franciæ Cancellarios enumerat Ioannes *Feron*.

Sauoiſy d'or au cheuron de gueule de 5. pieces, à la bordure engrelee de meſme.

93. *Henricus de Sauoiſy*, ex Decano Lingonenſi, & Præſide Curiæ vectigalium, electus 1418. deceſſit in Caſtro paterno *de Signelay*, 1422. 14. Martij, ſepultus ante maius altare. Coniunxerat matrimonio Catharinã Francicam cum Henrico Angliæ Rege in æde S. Ioannis Trecenſis 2. Iunij 1415. vt eſt apud Guilelmum Vrſinum in hiſtoriâ Caroli 6. Eiuſdem gentis Petrus 70. Bellouacenſis, & Maria, 28. Abbatiſſa Hederacenſis, in diœceſi Pariſienſi. Carolus Franciæ Cancellarius: Item Carolus alter Franciæ Cambellanus conditor ipſius caſtri *de Signelay* 1400. tribus ab Autiſſiodoro leucis.

94. *Gulielmus*, ſeu potius Ioannes de Nantone Burgundus, ex Abbate ſancti Germani Autiſſiodorenſis, vir nobilis. Obiit 30. Iunij 1432. in Prioratu B. Mariæ ad Iuniacum ſepultus in Eccleſiâ quam dedicauerat, poſt ſedem circiter ann. 11. Eſt autem Iuniacum, vel Iouiniacum (*Iogny*) in vita S. Bernardi l. 4. cap. 4. diœc. Senonenſis, pertinens nunc ad gentem *de Gondy* ſuper Ionam *Flu*, cuius loci antiqui Comites ferebant in ſcuto cæruleo aquilam auream alis oppanſis.

95. *Ludouicus de Melun*, Henrici *de Sauoiſy*, ex ſorore nepos, ex Archidiacono confirmatus ab Eugenio 4. Papâ, vrbem Senonas ingreditur ſolemniter 1433. Sabatho 4. Iullij. Obiit poſt ſedem annorum 42. 1474. Chronicon M. S. quod hic finitur.

96. *Triſtandus de Salazard*, ex Epiſcopo Meldenſi 81. primum fœdus cum Heluetiis nomine Regis Ludouici 11. percuſſit. Obiit 1518. 11. Februarij, & iacet in Metropolitanâ, tumulo marmoreo, quem viuens ſibi fecerat, clarus in Eccleſiam eximiâ liberalitate, & in quo electio Capituli ceſſauit. Nam ipſius nepos Ioannes in Conſilio magno Senator, ex Archidiacono electus quidem fuit à cœtu Canonicorum, ſed non confirmatus. Hoc verò Præſule florebat Iacobus Almaynus Senonenſis, Theologus inſignis Pariſiis.

97. *Stephanus*

Poncher portait d'or au cheuron de gueule, accompagné de 3. coquilles de ſable.

97. *Stephanus de Poncher*, ex Epiſcopo Pariſienſi 102. & Procancellario Franciæ. Edidit ſtatuta Diœceſana, & multis legationibus Regis nomine functus, Lugduni obijt 6. Calend. Martias 1524. ætatis 78. ſepultus in Cathedrali. Ei dicauit Auguſtinus Iuſtinianus Genuenſis librum Rabbi Moyſis Ægyptij ex Hebræo Latinum factum 1520. cui titulus eſt Dux, ſiue Director dubitantium. Ingreſſus fuerat vrbem ſolemniter 1519. die Dominica vltima Iulij.

Du Prat portoit d'or à vne face de ſable, accompagnée de 3. treſles de ſynople.

98. *Antonius du Prat*, ex Epiſcopo Meldenſi 90. & Albienſi, huc tralatus, Cardinalis, & Legatus, ac Franciæ Cancellarius, ex Primopræſide Pariſienſi, & Aduocato Regio Toloſæ. Concilium Prouinciale habuit Pariſiis 1529. 20. Februarij, quod extat tomo 4. Conciliorum, de quo Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Ei verò interfuerunt Ludouicus *Guillart* Carnotenſis, Franciſcus *Poncher* Pariſienſis, Guilelmus *Briçonet* Meldenſis, Franciſcus *d'Inteuille* Autiſſiodorenſis, Guilelmus *Petit* Trecenſis, Iacobus *d'Albret* Niuernenſis, Petrus de Stella Vicarius Aurelianenſis. Coronauit Eleonoram 1530. Porrò de Antonio plura Nomenclator Cardinalium, & Ciaconus, Sanjulianus in Commentariis rerum Burgundicarum, Dominus *de Refuge* in Tractatu Curiæ p. 2. cap. 25. Obiit 1535. Iulij 9. ſepultus in Metropolitana, quam viuus numquam ingreſſus fuerat Archiepiſcopus. Fuit etiam Abbas Floriaci. Ad eum extant epiſtolæ Sadoleti 4. 5. 6. l. 6. & 6. & 8. l. 7.

99. *Ludouicus de Borbonio*, ex Laudunenſi Epiſcopo 69. Lucionenſi 16. Cœnomanenſi 63. in ſedem Senonenſem 3. Ianuarij receptus 1536. Religionis Chriſtianæ decus nobiliſſimum, Franciſci Vindocinenſis, & Mariæ Luxemburgenſis filius. Baptizauit Franciſcum, poſteà Regem huius nominis 2. Fontaneblæi 1542. 10. Februarij, & coronauit Catharinam Medicæam Franciæ Reginam 10. Iunij 1549. apud S. Dionyſium. Obiit Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus, Martij 11. 1557. Eius corpus ſepultum in Cathedrali Laudunenſi, cor verò in æde Dionyſianâ, cui præfuerat Abbas 64. in cuius obitu orationem habuit Petrus Gemellius. Vide Elogia Hilarionis *de Coſte*. Eſt autem Præneſte, vrbs Latij Mediterranea grad. long. 37. 30. Lat. 42. 55. Ptolom. l. 3. cap. 1. Strab. l. 5. Silio l. 8. Virgil. l. 8. Sueton. Aug. c. 72. Symmacho l. 1. epiſt. Gell. lib. 16. c. 13. Plin. l. 3. c. 5. Flor. l. 1. c. 11.

Præneſte.

Portoit d'azur au cerf d'or au chef d'argent.

100. *Ioannes Bertrandi* Cardinalis, apud Ciaconum in Paulo 4. Vicecancellarius Franciæ, ex Primopræſide Pariſienſi, & Toloſano, Epiſcopo Conuenenſi poſſeſſionem adiit 8. Septembris 1557. per procuratores Eccleſiæ Senonenſis quam numquam inuiſit. Obiit Venetiis Orator Regius 4. Decembris 1560. ibique ſepultus. Fratrem habuit Epiſcopum Cadurcenſem 55. & Petrum Abbatem, & nepotem, ex Nicolao fratre Senatus Toloſani Præſide, Ioannem Senatus eiuſdem Præſidem, cuius vita extat ante ipſius libros de Iuriſperitis Toloſæ editos 1617. vbi dicitur originem trahere à Comitibus Toloſæ.

101. *Ludouicus à Lotharingia* Cardinalis Guiſianus, Caroli item Cardinalis, & Remenſis Archiepiſcopi frater, Metenſis Præſul, ac ſancti Germani Autiſſiodorenſis Abbas mortuo Bertrando, Regiâ nominatione ad hanc ſedem euehitur, quam poſt biennium in gratiam Nicolai ceſſit 1563. Vide Metenſes nu. 82.

Porte de gueule à vne teſte humaine d'argent, au poil leué.

102. *Nicolaus Pelleué*, ex Ambianenſi 68. ad hanc ſedem tralatus, poſteà fit Remenſis 85. Iacet tamen in maiore Eccleſia Senonenſi. Eiuſdem gentis eſt Carlotta Abbatiſſa S. Pauli Bellouacenſis 1591.

103. *Reginaldus de Beaune*, ex 97. Bituricenſi 1602. Obiit Pariſiis anno ætatis 79. 1606. Ibique in maiore baſilica ſepultus, in qua fuerat Canonicus. Vide Arnoldum Cardinalem Oſſatum lib. 8. epiſt. 143.

104. *Iacobus Dauy* Perronius lectione SS. Patrum, ex hæreſi ad fidem Catholicam conuerſus, hæreticorum fit maſtix, & malleus diſputationibus, concionibus, & ſcriptis, cui laurus æternos honores Pleſſiaco peperit triumpho, vnde meritis vrgentibus creatur magnus Franciæ Eleemoſynarius, & Cardinalis, ex Epiſcopo 59. Ebroicenſi. Eo ſuadente Collegium Regale Pariſiis incœptum à Ludouico 13. Auguſti 28. 1610. Eius extat elegantiſſima, & neruoſiſſima de Auctoritate Eccleſiæ Oratio habita in Comitiis Galliæ Pariſiis edita 1615. vt & alia eius opera, quæ æternitati litarunt. Inter cæteros verò in ouile Catholicum reduxit Ioannem, & Henricum fratres Spondanos (homines, vt doctrinâ, ſic poſteà pietate claros) vt ipſe Henricus teſtatur in epiſtola quâ Perronio Epitomen Annalium Baronij conſecrat, in prima editio-

ne. Prætereà Iacobus interfuit Conuentui notabiliũ Rotomagi 4. Decembris 1617. Ei quoque Theodorus Marcilius (meus quondam præceptor in humanioribus litteris) dicat Commentarios in Inſtitutiones Iuſtiniani 1610. & Iacobus Gretſerus Appendicem operum Gregorij Niſſæni 1616. At omnibus amabilis, & charus ipſe Iacobus obiit Pariſiis die Lunæ 3. Septemb. 1618. animam cælo, corpus metropoli ſuæ commendans. Ei verò tumulus à Muſis, Charitibus, Nymphis, omnium virtutum, & diſciplinarum totâ cohorte religioſè politus eſt. Cui, & nos hanc Tabellam floſculis redimitã, & hoc, qualicumque Carmine, inſcriptam appendimus:

Naturæ hîc ingens pauſat certamen, & artis,
Quo minus eſt, quidquid maius in orbe viget.

Sed tàm breui annulo, nec aureo, tàm grandis Sacerdotum gemma in templo Domini refulgens, tantuſque Theſaurus nullomodo concluditur. Et profectò is eſt, quem quocumque agit pennâ metuente ſolui fama ſuperſtes, quique Tullij inſtar non reliquit:

Silius de Cicer.
Par decus eloquij cuiquam ſperare nepotum, qui
Ouidius 13. Metamor.
Plura quidem fecit, quam quæ comprehendere dictis
In promptu mihi ſit.

Cenſorinus.
Nec quemquam eſſe puto, qui ſe eius laudibus poſtponendum erubeſcat:

Lucretius l. 5.
Nam ſicut ipſa petit maieſtas cognita rerum,
Nullo, vt opinor, erat mortali corpore cretus.

Et quod Voluſianus de Auguſtino dixit, de hoc vſurpare licet, legi deeſſe quidquid ab eo contigerit ignorari.

Mathieu Pourcheres.
Le ſçauant Cardinal, miracle de nos iours,
Le demon de ſçauoir, le ciel de la doctrine,
Demon en forme humaine, & d'eſſence diuine.

Quod videtur, ex Iacobo Amioto, apud Plutarchum de Platone lib. 1. Symp. quæſt. 2.

Pas ne ſembloit eſtre d'homme mortel
Fils engendré, mais d'vn Dieu immortel.

Ariſtides tom. 1.
Et ludicra videri ſapientium præ ipſius colloquiis, neque enim cuiuſquam opinor tanta eſſe poteſt in exprimendo ſolertia, vt qualem adhuc virtutum illius effigiem animo, ac memoriâ retinemus, talem nobis oratio, atque eloquentia repræſentare poſſit, cuius ingenium, ſine exemplo maximum. Enimuerò,

Velleius de Homero. Claudianus.
Talem nulla refert antiquis pagina libris,
Nec Latia cecinere tuba, nec Græca vetuſtas,
Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro, & cui
Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatemur, Horatius.
Cui fuit in tanto non paruum pectore numen. Silius de Homero.

In omni genere litterarum Antiſtes, decus, & ornamentum Eccleſiæ Gallicanæ, & validiſſimum Catholicæ fulcimentũ, aduerſus hæreticos impari congreſſione luctator acerrimus, in quo vno certarunt inter ſe, rarum ingenium, memoria præſtans, eloquentia inſignis, & omnis diſciplinæ peritia, quem ideò (vt Caſſiodorus, Auguſtinum) appellare non reformido bellatorem hæreticorum, & famoſorum palmam certaminum, in quo exornando vtraque vicit ars, & natura, vtraque eum immortalitate donauit. Qui ſemper loquetur in ſtylo, audietur in cerâ, manus omni ſono clarior, littera omni voce vocalior. Vide Arnaldum Cardinalem Oſſatum l. 1. epiſt. 26. ad Henricum Magnum, & epiſt. 28. ad Villaregium, & l. 2. epiſt. 41. & 43. Epiſtolam ſeu Breue Clementis 8. ad eum adhuc Epiſcopum Ebroicenſem 1597. Inter epiſtolas ipſius Iacobi, vbi extat quoque epiſtola Guilelmi *du Vair*, poſtea Procancellarij. In eiuſdẽ Iacobi laudem. Legendus etiam Iacobus Fuligatus in vitâ Cardinalis Bellarmini cap. 11.

Baron. tom. 6.
Nomenclat. Cardinal.
Galtherus Tabul. Chronol.
Tertullianus c. 25. de Idololat.

105. *Ioannes Dauy*, ſuperioris frater, & ferè alter doctrinâ, & pietate, quo loco S. Ambroſij in funere fratris S. Satyri illud nobis vſurpare ſummo iure licet, *Non mediocrem eſſe fraterni amoris vſuram, non vilem naturæ ſortem, quem cumulauit incrementum virtutis.* Obiit 1621. Quo Præſule fundatur Montis-Argi Collegium Patrum Barnabitarum. Porro ſede vacante Pariſienſis Eccleſia huius Suffraganea erigitur in Metropolitanam 1622.

Dauy porte d'azur au cheuron d'argent, accompagné de trois harpes d'or, 2. en chef, 1. en pointe.

106. *Octauius de Bellegarde*, ex Epiſcopo Conſeranenſi & Abbate S. Germani Autiſſiodorenſis, 1623. Dedicauit Eccleſiam *de Valery* Maij 27. feria 2. Pentecoſtes. ab Illuſtriſſimo Principe Condæo Henrico Borbonio loci domino inſtauratam.

Porte eſcartelée, au 1. & 4. d'azur au lion d'or, au 2. & 3. de gueule au vaſe d'or ſur le tout d'azur, à la cloche d'argent bataillée de ſable.

Tarentaſienſes Archiepiſcopi.

Flor. 1400. TARANTASIA, ſeu Tarentaſia, quæ, & Monaſterium ad Iſaram fluuium Centronum in Gallia Narbonenſi, ſeu Viennenſi quinta, Alpium Pœninarum, & Graiarum metropolis, olim forum Claudij Neronis Centronum, vulgò *Mouſtier*, gradu longit. 28. 9. latitud. 45. 10. vbi dies maxima hor. 15. 16. altitudo ſolis 44. 50. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 60. 0. in medio ſexti climatis, cui Capellæ ſidus verticale. Hinc fuit oriundus Petrus de Tarantaſia, ex Generali magiſtro Prædicatorum, Lugdunenſis 85. Archiepiſcopus, inde Papa Innocentius 5. Habet verò ſub ſe Suffraganeas ſedes 2. Auguſtam Prætoriam, diſtantem à ſua metropoli 40. m. p. in Antonini Itinerario, cuius mentio ſuprà in diuiſione Galliæ, & Sedunum, de quo infrà. In hac autem diœceſi Tarentaſienſi vnam reperio Abbatiam nomine Stamedium, quæ poſteà deſcribetur. Prætereà de Graiis Alpibus, & Pœninis, vel Penninis, vel Pheninis (ſic enim variè ſcribitur in Cod. Put. & C. Thu.) Ammian. Marcellin. l. 15. Liuius l. 21. Tacitus lib. 1. hiſt. Probus in Annibale, Porrò huius ſedis Antiſtites hi tantùm à nobis reperti.

Monſtier en Tarentaiſe ſur l'Iſere.

Flor. 700.

S. Thomas, in Chronologiâ Lirinenſi pag. 149. p. 2. ſed non additur tempus ſedis.

Sanctius, Concilio Epaunenſi 509.

Martianus, Concilio Matiſconenſi 1. & 2. 576. & 588. & Valentinenſi 2. 589.

Bendomeris, Concilio Cabilonenſi.

Teutrandus, vel Teutrannus. Ei ſcribit Ioannes Papa 8. epiſt. 100.

Amiro, circa A. C. 1025.

Emmo. Subſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi 48. Veſuntinenſis, 8. Calend. Aprilis 1044.

Petrus, anteà Abbas Firmitatis O. C. ex vita ſancti Petri ſequentis cap. 3. apud Surium, & Chryſoſtomum, *Henriquez* in Faſciculo ſanctorum Ciſtercij lib. 2. diſt. 2. vbi monachus Firmitatis, & Abbas Bonæ-vallis appellatur.

S. Petrus O. C. ex Abbate Stamedienſi 1138. Obiit 1171. die 8. Maij, Surius, Baronius, Vion, & *Henriquez* in Faſciculo Sanctrum Ciſtercienſ. lib. 2. diſtinct. 1.

Petrus. Dedicauit Capellam Montiſmorenciaci 1174. quo anno obiit.

Aymo, in Concilio Lateranenſi 1179. dicitur etiam *Anno*, & nominatur 1196.

Edoardus, ex Bellicenſi. Obit 1390. ſepultus Muſterij, Vion pag. 267. & 291. Pingonus in arbore Gentilitia Sabaudiæ.

Ioannes, Concilio Baſilienſi ſeſſione 38. cognomento Arſius Cardinalis A. C. 1439. apud Onuphr.

Thomas, Ordinis Minorum, fundator Conuentus ſui Ordinis.

Chriſtophorus de Rueré Cardinalis 1477.

Ioannes de Campegio, conſecrat Eccleſiam Minorum apud Cluſas diœceſis Geneuenſis 16. Iunij 1485. fundatam à Comitibus Fulciniaci ad Aruam fluuium.

Anaſtaſius Gemonius, ſcripſit de immunitate Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, Referendarius vtriuſque ſignaturę memoratur lib. 3. vitæ Franciſci *de Sales* Epiſcopi Geneuenſis, à Ioanne de S. Franciſco deſcriptæ.

Toloſani Præſules.

Toloſa.

TOLOSA, Cæſari lib. 2. cap. 5. Straboni lib. 4. ciuitas Narbonenſis primæ, poſteà Viennenſis 2. vrbs Toloſatium Gregor. Turonenſi lib. 1. Miraculorum cap. 8. & in Notitia Prouinciarum Melæ lib. 2. cap. 5. Sueton. Vitellio cap. vltimo, Iuſtino lib. 32. Ammiano lib. 15. Iornandi cap. 32. Paulo Diacono lib. 4. Iſidoro, Caſſiodoro, Proſpero, Idatioque in Chronicis, Plin. lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19. oppidum Toloſanum in terra Gallia, Gellio lib. 3. cap. 9. grad. longitud. 22. 20. latit. 43. 35. Ptolem. lib. 2. cap. 10. vbi dies maxima horarum 15. 20. altitudo ſolis 46. 25. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 58. ad 60. ad Garumnam fluuium, in qua vrbe Parlamentum Franciæ ſecundum, de quo Guilelmus Benedicti c. *Raimutius* v. *& vxorem nomine Adelaſiam*, vt de eius Academia Midendorpius lib. 6. de cuius priuilegiis Panormitanus c. vltimo, Ne Clerici, vel Monachi. Baldus in l. cùm priuilegia, c. de Epiſcopis, & Ia- Fl. 5000.

ſon in l.1 de Legatis. At de octouiris Capitolinis conſule Aufrerium quæſtione 52. deciſ. Capellæ Toloſanæ. Hæc verò ciuitas maxima & populoſa valdè nuncupatur à Petro de Vallibus hiſt. Albigenſis c. 85. innumeris culta populis, Auſonio de claris Vrbibus, cui & Palladia dicitur in Parental. & Profeſſor. Petro Venerabili l.1. epiſt. 2. Martiali l. 9. Epigrammate 101. Sidonio Carmine 7. v. 437. vbi, &

—— pelliti Principis aula,

ideſt Gothorum Regia, vt notat Sauaro in eiuſdem Sidonij l.4. epiſt. 8. cuius vrbis Comes olim par Franciæ. Quæ quidem ciuitas Epiſcopalis euecta fuit in Archiepiſcopalem anno 1317. à Ioanne 22. vt eſt in extrauagante communi, *Saluator*, & ſequentibus, de præbendis, cui ſubſunt 7. Sedes Suffraganeæ ſuperius enumeratæ. Patronus autem Eccleſiæ metropolitanæ colitur ſanctus Stephanus Protomartyr. Prætereà Abbatiæ in Toloſana diœceſi recenſentur.

Flor. 4000. S. Saturnini, olim O. A. nunc ſæcularis, *S. Sarnin*, cuius Eccleſia deſcribitur à Fortunato l. 12. c. 9.

Flor. 4000. Grandis-ſilua O. C. *Grand-ſelue.*

Flor. 600. Manſi O. C. *le Meix.*

Flor. 300. S. Mariæ de Capella O. P. *de la Chapelle.*

Flor. 220. Helluarum O C. *Heaures.*

Flor. 200. S. Petri de Curte O.B *de la Court.*

Falluntur verò qui putant Eccleſiam Toloſanam fuiſſe metropolitanam ante ipſius Ioannis 22. tempora. Nam in Concilijs, quæ ab iis citantur, legendum eſt Eloſa, non Toloſa, vt anteà monuimus. Porrò Antiſtites huius ſedis hoc ordine reperiuntur.

S. Saturninus 2. Nouembris in Martyrologio, de quo Vincentius lib. 10. cap. 112. Gregor. Turonenſis 38. de Gloria Martyrum, & ſæpè Sidonius lib. 9. epiſt. vltimâ, Fortunatus lib. 2. cap. 7. Ambroſius Morales lib. 9. cap. 4. Belforeſtus in Coſmographia. Breuiarium verò Bituricenſe ſic habet: Tempore quo poſt Aduentum Domini, Apoſtolorum prædicatione Eccleſiæ Chriſtianorum ſurgere incipiebant, & adhuc miſerabili errore Gentilium nidoribus fœtidis, multa vbique templa fumarent, tunc primùm ciuitas Toloſana B. Saturninum habere cœpit Antiſtitem. Extat Toloſæ in Eccleſia S. Stephani lapis marmoreus antiquiſſimus, in quo ſculptæ ſunt ſancti Petri, & ſancti Saturnini imagines, ſed Saturnini cum incuruo baculo, hoc verſu adſcripto:

A *Curua trahit, quos recta regit, pars vltima pungit,*

vt refert Stephanus Duranti lib. 2. cap. 9. nu. 38. de Ritibus Eccleſiaſticis, agens de Pedo Paſtorali, de quo alter verſus apud Guilelmum Durandum, lib. 3. Rational. c. 15.

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

Item alibi legitur:

Collige, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta.

Vbi obſeruabis Paſtorem oues pigras, non occidere, nec quidem percutere, B niſi gladio correctorio, & medicinali, quà de re Claudius Eſpanſæus num. 8. lib. 2. digreſſionum ad Timotheum c. 3. de Clerico Percuſſore. Neque enim licet Epiſcopo manibus ſuis verberare etiam correctionis cauſâ, c. 25. Non liceat, diſtinct. 86. Quòd ſi Clericus corrigendus eſt, id fiet leniter & leuiter per alium Clericum iuſſu Epiſcopi, Toletus lib. 1. cap. 33. & Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit deponi præcipimus, aiunt Apoſtoli cap. 26. Sed & locum Pauli citatum de Clerico percuſ- C ſore Chryſoſtomus, Theodoretus, & Hieronymus intelligunt non de manus violentia, ſed de linguæ acerbitate, vt Epiſcopus nemini maledicat, ne ſit ſæuus, & improbus obiurgator. ne conuicijs perdat, quos poterat modicâ reprehenſione emendare. En quò baculus myſticus S. Saturnini nos deduxit. Sed & in Clauſtro eiuſdem Eccleſiæ hi verſus leguntur:

Petrus Pontificem benedicens miſit ad vrbem.

Pro populi cura conceſſit ei ſua iura.

Saturninum autem nonnulli paſſum vo- D luit circa A.C. 72. alij tamen ipſius necem A.C. 254. apud Baronium nu. 29. & Genebrardum in Fabiano aſſignant Decio Imp. Habet verò S. Saturninus celebrem Eccleſiam in ſua vrbe, de qua ſuprà, & Lucius Flauius Dexter in Fragmento Chronici, & Bertrandus in Geſtis Toloſanorum.

S. Honoratus, in vita S. Firmini Epiſcopi Ambianenſis.

S. Hilarius, in vita ſancti Saturnini, & Surio, & M.S. dicitur inueniſſe corpus S. Saturnini, & ſanctus Siluius eidem Saturnino Eccleſiam ædificaſſe, quam S. Exuperius dedicauerat. Colitur Cal. Iuniis.

S. Papulus.

Martinus

Martinus, Concilio Arelatenſi.

S. Siluius, vel Siluinus, Vion, Baron. Molan 17. Februarij, Meyerus,& Galtherus in tabula Chronologica.

Rodanius, exul factione Arianorum 356. Baron. num. 10. Euſeb. in Chronic. ſed in vita S. Athanaſij, & apud Marianum Scotum legitur Rodanus. Meminit & Sozomenus l.4.c.9.

S. Exuperius, de quo B. Hieronymus epiſt. 4. ad Ruſticum Monachum & Martyrolog. Romanum 28. Septembris. Interfuit Concilio Agrippinenſi, apud Baronium 356. Ei dicat Commentarium in Zachariam idem Hieronymus, & meminit epiſt. 10. ad Furiam, & 11. ad Ageruchiam. Innocent. epiſt. 3. in Conciliis editionis Venetæ, ex qua plerique canones apud Gratianum. De eo pluribus agit Baronius 405. & 406. Conuertit Templum Mineruæ in Eccleſiam B. Mariæ cognomento de Auratâ vulgò *La Dorade*. Quâ de re libellum ſcripſit Ioannes *de Chabanel* Theologus, & eiuſdem Eccleſiæ Rector.

Maximus, apud Sidonium l.4. epiſt. 24.

S. Germerius, quieſcit in Eccleſiâ Parochiali S. Iacobi de Murello.

Herculianus, in Concilio Agathenſi, 506.

Magnulfus, vel Manulphus, Gregor. Turonenſ. l. 7. c. 27. In Concilio Matiſconẽſi 2. 588. Nullum verò è Toloſanis Epiſcopis obſeruaui interfuiſſe Cõciliis Narbone, vel Toleti, Regum Gothorum tempore habitis, eò quòd Toloſa tunc in Francorũm poteſtate eſſet.

Mennas. Ei ſcribit S. Gregorius lib. 9. epiſt. 52. indict. 4. Is eſt, A. C. 601. Perperam verò dicitur Archiepiſcopus Toloſæ ab Illuſtriſſimo Normaniæ Primate Franciſco Harlæo lib. 2. cap. 24. Apolog. Euangel.

S. Hilarius, vel Hilaris, quieſcit in æde S. Saturnini, ibique natalis eius colitur Calendis Iunij.

Samuel, tempore Caroli Calui.

Bernardus Bonus-homo.

Raymundus, 887.

S. Erembertus, obiit in monaſterio Fonteneti 30. Aprilis. Nominatur in vita Auſtreberti Rotomagenſis Archiepiſcopi, & in vita ſancti Vulfranni Archiepiſcopi Senonenſis, apud Surium, & Molanum in Natal. Belgic.

Luza, recenſetur inter amicos defunctos Eccleſiæ Veſuntinenſis in veteri Codice illius Eccleſiæ.

Elizacar, apud Aymoinum l.2.c.9. de tralatione S. Vincentij.

Arnoldus, in Concilio Toloſano 1056. Baronio, Binio, fortè is qui Bertrando dicitur Rogerij Conuenarum Comitis filius.

Bernardus.

Durandus, vel Durannus, cognomento *de Bridon*, in dedicatione Moſſacenſis Eccleſiæ 8. Idus Nouembris 1063. vbi Abbas fuerat, Vion lib. 2. cap. 32. & memoratur ab Hugone Monacho in vita ſancti Hugonis Cluniacenſis, cuius Cluniaci ipſe Durandus fuerat Monachus.

Iſamus, vel Iſarius, & rectiùs Iſarnus, Canonicos ſuæ Eccleſiæ facit Regulares 1072. conſilio Gulielmi glorioſiſſimi Comitis, ſuique fratris Raymundi Comitis Rutheniorum & primatum, ac Principum præfati Comitis ditioni militantium, vt refert Guilelmus *Catel* lib. 1. hiſt. Comitum Toloſæ. Prætereà dat Eccleſiam B. Mariæ deauratæ ſancti Hugoni Cluniacenſi 1077.

Alarius, vel Alnardus.

Rogerius.

Amelius, 1100. ac 1127. Bertrando comitante, & Ludouico regnante.

Raymundus, 1141. & 1148. in Concilio Remenſi. Ei datur Brachium ſancti Eugenij à monaſterio Sandionyſiano, Baronius. Fortè is eſt, quem adhuc Monachum, vt Poëtam egregium laudat Petrus Venerabilis l. 4. epiſt. 23.

Chriſtianus, ex Monacho eleemoſynæ, & Abbate Coroneti Ordinis Ciſtercienſis, Miræus.

Guilelmus.

Girardus de Bertha, aliàs de Barra.

Hugo.

Goſcelinus 1176.

Fulcrandus, vel Fulcranus. Nominatur 1181. menſe Auguſto feriâ 4. Obiit 1201. Aprilis 14. Guilel. de Podio-Laurentij.

Raymundus de Rabaſtenis, ex Archidiacono Agennenſi memoratur 1203. cum Guilelmo Canteſio Abbate S. Saturnini, apud Guilelmum de Podio-Laurentij c. 6. depoſitus meritis exigentibus, ait Petrus de Vallibus c. 9. hiſtoriæ Albigenſis. Itaque eum eſſe puto qui memoratur in c. per inſiquiſitionem, de electione R. olim Tholoſanus Epiſcopus, quod C. eſt Innocentij 3. ad Abbatem Ciſtercij, Arnoldum ſcilicet Narbonenſem, deinde Archiepiſcopum hoc tempore Philippidos l. 8. memoratur Bernardus Epiſcopus Toloſanus in obſidione Murelli.

Fulco. Euocat S. Dominicum Tolo-

ſam, nominatur in epiſtolis Innocentij 3. A 1212. 5. Ianuarij in ſolemni iureiurando Raymundi Comitis, & in Bullâ Honorij 3. confirmantis Regulam S. Dominici 1216. In Miræi Chronico Ciſtercienſi, vbi malè dicitur Archiepiſcopus, & à Papirio Maſſono in Philippo Auguſto. Ei dicat vitam S. Mariæ Ogniacenſis Iacobus Vitriacus Cardinalis, apud Surium 23. Iunij. Videndus Bzovius 1215. S. Antoninus tit. 23. c. 4. Vion l. 1. c. 45. Petrus de Vallibus c. 9. hiſt. Albigenſis, Catel in hiſtoriâ Comitum Toloſæ pag. 346. vbi intereſt exequiis Philippi Auguſti 1223. & obiit die Natalis B Domini 1231. ſepultus in ſuo Monaſterio Grandis-ſiluæ iuxta tumulum Guilelmi de Monte-peſſulo ad maius Altare. Natus erat Maſſiliæ, vbi fortè primùm Epiſcopus. Fuerat etiam Abbas de Thoroneto, ſeu Floregia, apud Guilelmum de Podio-Laurentij c. 7. qui ait Epiſcopatum mortuum à Fulcone ſuſcitatum fuiſſe, vide Henriquez in Faſcic. Sanctorum Ciſtercii. l. diſt. 22.

Raymundus de Falguerio, ex caſtro Miri-montis, apud Antoninum tit. 23. c. 11. & Sampayum, electus in Quadrageſimâ 1232. die S. Benedicti 21. Martij. C Obiit 1270. 14. Calendas Nouembris mediâ nocte, ſepultus apud Prædicatores.

Bertrandus de Inſulâ, ex præpoſito Eccleſiæ Narbonenſis confirmatur, & nominatur 1278. cum Euſtachio *de Bellemanche* Seneſchalo. Obiit vltimâ Ianuarij 1285. In caſtro Balmario quod exſtruxerat, primus Epiſcoporum ſepultus in Cathedrali, quam multis Capellis, & Capellanis decorauit. Sedit an. 15. m. 3. d. 3.

Hugo Maſcarius, vel Mareſconi, electus ex Canonico 1285. Obiit poſt ſedem annorum 11. Romæ, ſed ſepultus D apud Prædicatores Toloſanos 6. Decembris 1296. Eius tempore 1291. Parlamentum erigitur Toloſæ. Genebrardus Chronolog.

S. Ludouicus, Caroli 2. vtriuſque Siciliæ Regis, Prouinciæ, & Andegaui Comitis, ex Mariâ Hungaricâ filius, apud Onuphrium, Tilliũ, Paradinum, & Sammarthanos, ex ordine Minorum Eccleſiæ Toloſanæ præficitur à Bonifacio 8. 1296. Bzovius. Obiit 19. Auguſti 1299. pari loco, & die, quo natus, Brignolæ ante 25. annos. Itaque fuerat electus circa ætatis 21. annum, ſepultus in Templo Franciſcanorum Maſſiliæ, relatus in numerum Sanctorum à Ioanne 22. Auenione 3. Idus Aprilis 1317. cuius vita ab Henrico Sedulio è tenebris eruta, & edita eſt Antuerpiæ 1602. de eo quoque Petrus Rodulphius, Toſſiniacenſis l. 1. hiſt. Seraphic. vbi dicitur vſus Præceptore Richardo de Media-villâ. Surius tamen ait obiiſſe anno ætatis 33. quod videtur probabilius ſi res geſtæ in Epiſcopatu accuratius conſiderentur. Quidquid ſit, grandæuum hoc Pontificium videbitur his qui non ratione dierum, aut menſium, ſed operum multitudine & effectarum rerum modo, tempora metientur. Sic autem Valerius Coruinus Conſul factus anno ætatis 23. Liuius l. 7. Eutropius l. 2. c. 1.

Petrus d'Arablay Dominus Capellæ *de Taillefer*, auunculus B. Rogerij Archiepiſcopi Bituricenſis 71. poſteà Cardinalis Præneſtinus, & Franciæ Cancellarius 1316. Ciaconus, Onuphr. Quercetanus.

Gaillardus de Motâ, *de la Motte preſſage*, nepos Clementis 5. ex Epiſcopo Vaſatenſi, Toloſanus, inde ad ſedem Regienſem tranſlatus, eam acceptare noluit, vt eſt apud Amalricum Biterrenſem in Actis Pontificum Romanorum, cùm Ioannes Conuenas creatus fuiſſet primus Archiepiſcopus. Gaillardus verò Cardinalis S. Luciæ in ſilice renunciatus eſt à Ioanne 22. 16. Ianuarij 1316.

Ioannes, Raymundi Conuenarum Comitis filius, ex Epiſcopo Magalonenſi, factus eſt primus Archiepiſcopus menſe Iulio 1317. à Ioanne 22. poſteà Cardinalis 1328. tit. S. Vitalis in Veſtinâ, inde Epiſcopus Præneſtinus, mortuus Auenione 1349. cùm recuſaſſet Pontificatum ei oblatum, eâ lege ne vnquam proficiſceretur Romam, creato tunc Benedicto 12. Sauerduni in hac diœceſi nato, ex Epiſcopo Apamienſi, & Mirapicenſi, ac S. Priſcæ Cardinale. Archiepiſcopatus erectio.

Dominicus de Vayrolis 1320. & 1328.

Guilelmus de Lauduno, Ordinis Prædicatorum 1340. Sampayo.

Stephanus de Cambaruti aliàs Albranſi, ex Abbate Cellenſi, Clementis 6. Camerarius 1360. quo tempore iuſſu Vrbani 5. corpus S. Thomæ Aquinatis de Monaſterio Foſſæ-nouæ Toloſam allatum fuit 1368.

Raymundus de Canillac, Cardinalis tit. S. Crucis in Ieruſalem, ſeu Baſilicæ Seſſorianæ, fortè idem, qui Epiſcopus Atrebatenſis, omittitur à nonnullis.

Ioannes de Caraaillac, 1370.

Franciſcus de Sernayo, 1390. diœceſis Gratianopolitanæ.

Petrus

Petrus de S. Martiale 1401. A

Vitalis de Caſtro-morano. In dedicatione ſanctæ Capellæ Bituricenſis 1405. Ioanni Duci affinis.

Dominicus de Florentiâ, Prouincialis Ordinis Prædicatorum, Clementis 7. Confeſſor, Albienſis Epiſcopus 1379. Inde S. Pontij Tomeriarum 1382. rurſus Albienſis, vnde ad hanc Cathedram tranſlatus. Obiit 1422. cuius tempore claruit Ioannes Capreolus Ordinis Dominicani, Thomiſta inſignis, Trithem. & Antonius Senenſis in Bibliotheca Prædicatorum.

Dionyſius de Molendino (*de Moulin*) B Meldenſis, Magiſter Libellorum ſupplicum in Regiâ Caroli 1423. tandem Patriarcha Antiochenus, & Adminiſtrator Pariſienſis 97. cuius tempore florebat Ioannes Coquerelus Ordinis Prædicatorum Toloſanus.

Petrus de Molendino, Dionyſij frater, ex Senatore Toloſano 1439. Obiit Balmarij peſte 3. Octob. 1451. ſepelitur in S. Stephano.

Bernardus de Roſſergio, Canonicus, & Profeſſor Iuris, 30. ann. In Academiâ huius vrbis, inde Auguſtinienſ. Ordinem ingreſſus, fit Epiſcopus Vaſatenſis, & C Montalbanus, vnde ad hanc Cathedram Archiepiſcopalem vocatus Caroli 7. Regis tempore, apud Catel, & Bertrand. in hiſtoriâ Toloſanâ.

Canonici Regulares metropolis donantur ſeculari togâ, à Iulio 2. 1510.

Petrus de Leone frater Seneſchali Toloſæ.

Hector de Borbonio, ex Epiſcopo Vaurenſi. Inueni etiam in quibuſdam ſchedis, *Theobaldum Dancinum* Archiepiſcopum ex Epiſcopo Aurelianenſi, vrbem Toloſam ingreſſum, omniũ gaudio, 14. Maij 1500. germanum Ducis Longovillani.

Portoit les armes pleines de Longue-ville, qui ſont d'Orleans, au baſton pery en bande d'argent, cõmençant au coſté dextre.

Ioannes de Aureliâ, *d'Orleans*, Franciſci Longæ-villæ, ex Agneti Sabaudâ filius D 1515. fit etiam Epiſcopus Aurelianenſis 101. 1521. & Cardinalis tit. S. Martini in Montibus 1533. 9. Calendas Martias. Obiit 1534. natus erat Partenaci Pictonum 1484. de quo Ciaconus, Onuphrius, & Sammarthani.

Grand-mõt porte d'or au lion de gueule.

Gabriel, Cardinalis *de Grand-mont*, ex Epiſcopo Pictauienſi 92. & Tarbenſi, quem Onuphrius, & Ciaconus vocant de Acri-monte, *d'Aigre-mont*. Obiit 26. Maij 1554. ſepultus in Eccleſiâ *de Bidache* diœceſis Baionenſis.

Colligny porte de gueule à l'aigle d'argent.

Odetus de Coligny, Epiſcopus Bellouacenſis 83. Cardinalis, moritur hæreticus.

Antonius Sanguin, Cardinalis *de Meudon*, ex Epiſcopo Aurelianenſi 102. Obiit Decembris 22. feria 6. 1559. ſepultus in Eccleſiâ ſanctæ Catharinæ Vallis-ſcholarium Pariſiis. Fuit etiam Abbas Floriacenſis. Vide Petramellar. pag. 58.

...membré, & coronné d'azur, armé, & lampaſſé d'or.

Robertus de Lenoncour, ex Epiſcopo Catalaunenſi 87. Obiit 1561. Cardinalis.

Armaignac porte eſcartelé d'argent au lion rampant, & de gueule au leopard d'argent.

Georgius Armeniacus, filius Petri Domini *de l'Isle Iourdain*, Legatus Aucnionenſis abſente Carolo Borbonio, ipſe Cardinalis, ex Epiſcopo Ruthenenſi. Ei Legato Regis Franciſci primi 1541. dicat Commentarios in Vitruuium Philander, cui Philandro ipſe Georgius poſteà tumulum poſuit, vt alibi notauimus. Gerebat, in Symbolum, Abietem in cœlum cacumina tollentem his verbis inſcriptam, *Altiora peto*, videndus Petramellarius pag. 297. Ciaconus pag. 1128. Præterea Georgio ſedente 1565. ſepultus fuit apud Dominicanos I. Mandinellus qui vixit centum viginti annos, è quibus 70. cum vxore. Dicitur verò Georgius à Ludouico Baltico, *Gallorum anchora ſacra, ingenio potens, Regum delicis, columna firma reipublica.*

DeFoix porte eſcartelé au premier & 3. d'or à 3. pals de gueule, au 2. & 4. d'or à deux vaches paſſantes de gueule, accolées, accornées, & clarines d'azur.

Paulus Foxius, *de Foix*, Ioannis Comitis Comminij, & Magdalenæ de Campena filius. Ei Cujacius clarum Iuriſprudentiæ lumen Paratitla Codicis inſcripſit. Is verò legationibus multis, variiſque defunctus obiit Romæ 1584. 29. Maij, ætatis 56. cuius laudes oratione funebri proſecutus eſt Muſarum delitium Muretus, ſed & Pauli elogium apud Scæuolam Sammarthanum inter viros illuſtres legitur.

Franciſcus de Ioyeuſe, Cardinalis, ex Narbonenſi. Habuit Toloſæ Concilium Prouinciale 1590. menſe Maio. Cuius tempore floruerunt in eadem vrbe, Stephanus Duranti, Petrus Faber, & Philippus Bertherius Præſides, Franciſcus Roaldes, & Petrus Gregorius. Quo etiam ſedente Capucini, & Patres S. I. in vrbe inſtituuntur. Vide Rotomagenſes nu. 84.

Viri docti. Capucini. Patres S. I.

Porte d'argent à l'arbre de synople (qui eſt vn noyer) party de gueule à la croix d'or.

Ludouicus, Ioannis Ludouici *de Nogarets* Domini *de la Vallette* Ducis Eſpernonij, & Margaretæ Foxiæ Dominæ *de Candale* filius, in Comitiis Pariſienſibus 1614. Cardinalis 1620. 10. Decembris, Abbas Grandis-ſiluæ, prudentiâ, & ſcientiâ clarus.

Treuirenſes Archiepiſcopi.

Trier, ou Treues, porte d'argent à la croix de gueule.

Fl. 10000.

AVGVSTA Treuirorum ad Moſellam fluuium in circulo 6. Imperii, Belgicæ primæ metropolis, gradu longitud. 28. 0. latitud. 49. 10. Ptolom. l. 2. c. 9. cui latitudini 20. m. addidit Clauius, ſicque dies maxima horarum 16. 4. 49. altitud. ſolis 40. 30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 71. 15. ad gnomonem 60. partium. Treueris, in notitia Imperij, vrbs Galliarum potentiſſima, & excellentiſſima Saluiano lib. 6. & Treuirorũ clariſſima ciuitas lib. 11. C. Theod. de Medicis, & Profeſſoribus, quæ lex eſt Gratiani Imperatoris ad Antonium Præfectum Prætorio Galliarum, Galliarum metropolis à ſancto Athanaſio ad Solitarios, clarum domicilium Principum, Ammiano lib. 15. vnde à ſancto Ambroſio ibi notatur Palatium, epiſt. 27. veteris editionis quæ eſt. 56. In noua vrbs ſpoliis exercituum, & Ducum cædibus ouans, Tacito, Tripartitæ Galliæ prima metropolis, Thiofrido præfat. in florem Epitaphij Sanctorum. Roma ſecunda Berengoſio, vbi ſe Hilarij libros de Synodis deſcripſiſſe teſtatur Hieronymus:

Vrbs quoque nobilium nobilis atque caput.

Fortunatus lib. 10. cap. 9. vbi olim fabrica ſcutaria, & baliſtaria Præpoſitus theſaurorum, Procurator Gynecii, & monetæ, *in notitia Imperij Occidentalis*, vrbs Tranſalpinarum gentium maxima, Zozimo lib. 3. vrbs opulentiſſima in Treuiris Belgarum clariſſimis, Melæ lib. 3. cap. 2. & Treuirorum Equitum inter Gallos virtutis opinio eſt ſingularis, Cæſar lib. 2. cap. 7. Itaque tamquam capitales cenſet eſſe vitandos Cicero lib. 7. epiſt. 13. Legendus Pontus Heuterus cap. 7. Belgii, Æneas Siluius in Apologia ad Mayerum, Georgius Brunus in Theatro ciuitatum lib. 1. fol. 35. Auſonius de claris Vrbibus. In qua vrbe quinque Eccleſiæ Parochiales, & quatuor Collegiales, quarum prima ſancto Petro dicatur, quatuor Conuentus Mendicantium, Collegium Patrum Societatis Ieſu, & Abbatiæ.

Flor. 300. S. Martini O. B.

Flor. 400. S. Maximini O.B.

A S. Mathiæ O. B. Flor. 150.

S. Mariæ ad Martyres O. B.

præter plura Monaſteria fœminarum. ſed & in diœceſi Abbatiæ aliæ reperiuntur.

Epternacum O.B. Flor. 300.

S. Saluatoris O.B. Flor. 500.

S. Mariæ Lacenſis, vel de lacu O. B. prope Andernacum. Flor. 150.

Aurea-vallis O. C.

Theologienſis O.B.

Bonæ-viæ O. C. fœminarum.

Clari-fontis O.C. fœminarum.

Præterea huic metropoli ſubiiciuntur B tres Suffraganeæ ſedes ſuperiùs enumeratæ. Nec omittendum Archiepiſcopum Treuirenſem eſſe S. R. I. Electorem, & Archicancellarium dici in Regno Arelatenſi per Gallias, cuius dominium patet in longitudinem m. p. 74. in latitudinem 70. Bothero in Relationibus. Archipræſules autem hoc modo ſequuntur, ex Cratepolio præſertim, & aliis, donec R. P. Chriſtophori Broveri expectatum diu opus in lucem prodeat, vel Syntaxis Chronologica Præſulum huiuſce prouinciæ à Theobaldo *de Voüez* Presbytero Argonenſi typis mandetur. Sed C & B. Rhenanus lib. 3. Rerum Germanicarum aſſerit huic ſedi, Colonienſem, & Moguntinenſem ſubiectas fuiſſe, de cuius Primatu Bertherius *Diatribé* 2. cap. 4. & Treuirenſis Eccleſia dicitur ſoror Remenſis in Teſtamento ſancti Remigij, apud Flodoardum lib. 1. cap. 18. & S. Thomas in 4. diſtinct. 24. qu. 2. art. 9 obſeruat Papam non portare baculum Paſtoralem, niſi in diœceſi Treuirenſi.

1. *S. Eucharius*, miſſus à ſancto Petro cum duobus ſequentibus, vt eſt in Chron. Autiſſiodorenſi pag. 33. Obiit D 8. Decembris A C. circiter 66. Legendus Innocentius. 3. lib. 1. Myſter. Miſſæ cap. 62.

2. *S. Valerius*, 29. Ianuarij A. C. 96. Martyrolog. Nauclerus, Eiſengrenius.

3. *S. Maternus*, de quo videndus Thiofridus lib. 3. cap. 3. florum Epitaphij Sanctorum, & ibi Ioannes Robertus Societatis Ieſu, in Notis, & Ioannes Molanus in Natal. Sanct. Belgic. 14. Septembris. De his tribus ſanctis peculiarem libellum edidit Gloſcherus. Obiit Coloniæ. Cuius tempore ſanctus Nazarius venit Treuiros. Conſulendus etiam Cæſarius libro octauo cap. 89.

4. *S. Auſpicius*, 8. Iullij, Baron. Molanus.
5. *S. Celſus*, Februarij 23.
6. *S. Felix* 26. Maij. Alij tamen putant Felicem 2. deſignari.
7. *Manſuetus*.
8. *Clemens*.
9. *Moyſes*.
10. *S. Martinus* 19. Iullij.
11. *Anaſtaſius*.
12. *Andreas*.
13. *S. Ruſticus*.
14. *Auctor*, vel Actor 20. Auguſti, Maurolico.
15. *Fabricius*, vel Fortunatus. Niſi ſint duo.
16. *Caſſianus*.
17. *Marcus*.
18. *S. Autus*, vel Nanitus. Breuiar. Treuir. 7. Iullij.
19. *S. Marcellus*, 4. Septembris, Martyrol.
20. *Metropolius*, vel Metropilus. Breuiar. 8. Octob.
21. *S. Seuerinus*, 21. Decemb. Breuiar. 24. Octob.
22. *S. Florentius*, vel Florentinus 16. Octob. Breuiar.
23. *S. Martinus* 2. Haſbanorum Apoſtolus, Molan. 11. Calend. Ianuarij circa A.C. 276.
24. *S. Maximinus*, Breuiar. 20. Iunij.
25. *S. Valentinus*, 16. Iullij, Martyrol. & Breuiar.
26. *Mauricius*, aliis omiſſus, niſi ſit idem cum Fabricio, ſuprà.
27. *S. Agritius*, vel Agripinus 13. Ianuarij in Concilio Arelatenſi 314. Obiit Idibus Ianuar. Faſt. Belgic. Miræi 345. in quo tanta vbertas gratiæ ſpiritualis eminebat, vt apicem dignitatis, titulo ſanctitatis ornaret.
28. *S. Maximinus*, 29. Maij in Martyrologio, potẽs in omni ſanctitate, Greg. Turon. l. 1. c. 37. S. Athanaſium honorificè excepit 346. apud S. Hieronymum in Chronico. Interfuit Concilio Sardicenſi 347. & Agrippinenſi 349. Monaſterium habet ſui nominis in vrbe. Eius vitam ſcripſit Lupus 830. apud Surium, vbi dicitur S. Maxentii Pictauienſ. Epiſcopi 15. frater, & Agritii ſucceſſor, & memoratur à S. Athanaſio ad Conſtantium Imperatorem.
29. *S. Paulinus*, 31. Auguſti. Nominatur S. Athanaſio epiſt. ad Solitarios, ſancto Hieron. Chron. 361. Tripartit. hiſtor. lib. 5. cap. 15. ex Socrate lib. 2. cap. 28. Sozomeno l. 3. c. 8. Baron. 359. & in Martyrolog. pridie Calend. Septemb. & in vita S. Maximini, vbi fidei ſuæ veritatem exilii perpeſſione firmaſſe dicitur. Vnde Vandelbertus, Exilio Antiſtes vero pro dogmate clarus. Miræus in Faſtis Belgicis.
30. *Bonoſus*, obiit 365.
31. *Britto*, obiit 380. qui Bricto, & Brictonius dicitur, & Pritanius Veteranus.
32. *Felix* 2. Cõſtruxit Eccleſiam S. Paulini, & B. Mariæ ad Martyres circiter 380. obiit 392.
33. *Mauricius* 2. Tranſiit ad Dominum circiter 404. aliis omittitur.
34. *S. Leguntius*, vel Leontius, 19. Februarii, Molano, ſepultus in S. Maria ad Martyres.
35. *Auctor* 2.
36. *S. Seuerus*, S. Lupi Trecenſis diſcipulus. Obiit 420. Octobris 15. totius ſanctitatis vir, gentibus Germaniæ primæ verbum vitæ prædicans, Conſtantius l. 2. c. 1. vitæ S. Germani, Beda lib. 1. c. 21. hiſt. Angl.
37. *S. Cyrillus*.
38. *Iammerius*, vel Himerius.
39. *Emerus*, vel Eremerus.
40. *Marcus* 2. Iacet in Eccleſia S. Paulini, quam inſtaurauerat.
41. *Voluſianus*. Obiit 468.
42. *Miletus*. Obiit 472. aliàs Meletius.
43. *S. Modeſtus*, 24. Februarii 486. Martyrol.
44. *Maximianus*.
45. *S. Fibicius* 5. Nouembris 500. ex Abbate 5. ſancti Maximini. Aliàs Vibicius.
46. *S. Apruncułus*. Obiit 515. in S. Paulini æde ſepultus, ſed inde transfertur in monaſterium Springemburienſe.
47. *S. Ruſticus*, aliis poſtpoſitus S. Nicetio ſequenti Martyrol. Roman. 14. Octobris.
48. *Apranculus* 2. aliis omiſſus tanquam idem cum ſuperiore S. Aprunculo.
49. *S. Nicetius* in Concilio Aruernenſi 541. & Aurelianenſi 5. 552. Vion lib. 2. cap. 32. Martyrolog. 5. Decembris, de quo Fortunat lib. 3. cap. 11. & 12. Gregorius Turonenſis l. 10. c. 29. & in vita Patrum, cap. 17. & de Glor. Confeſſorum c. 94. Baronius A.C. 529. nu. 14. Surius, Vion, Martyrol. Monaſtic. Miræus in Faſtis Belgicis.
50. *S. Magnericus*, Martyrolog. 25. Iullii, de quo Fortunatus lib. 3. cap. 13. Baptizat Theodobertum filium Childeberti Auſtraſiæ Regis 585. Gregorius Turonenſ. l. 8. c. 37.

Culmen honorificum, patrum pater atque Sacerdos, &c.
ſepultus in monaſterio S. Martini, quod ipſe reparauerat, & auxerat.

S. Gery d'Tuoy. 51. *S. Gangericus*, ex Cameracenſi 5. Obiit 633. vel Gondericus.

52. *Sabaudus*, alijs poſtpoſitus Seuerino 2.

53. *Seuerinus*. 2.

54. *S. Modoaldus*, ſepultus in monaſterio ſancti Symphoriani ab eo extructo, quo poſteà euerſo transfertur in ſancti Paulini Eccleſiam. Cuius tempore ſanctus Villibrordus poſteà Antiſtes Vltraiectenſis monaſterium Epternacum conſtruxit in diœceſi Treuirenſi A.C. 695. Fuit verò ſanctus Modoaldus ſanctæ Gertrudis auunculus, apud Molanum 12. Maij, Roſerium in Stemmat. Lotharing. hiſt. cap. 47. Sigebert. 646. vbi à nonnullis legitur malè Rudoaldus, & apud Flodoardum l. 2. cap. 5. Ei ſcribit S. Deſiderius Cadurcenſis epiſt. 7.

Epternacum monaſterium.

55. *S. Clodulphus* filius ſancti Arnulphi, ex Metenſi Epiſcopo triceſimo. Obiit centenarius A.C. 700. 8. Iunij. Videndus Vion, Molanus, Baron. Martyrol. 16. Auguſti, Roſerius Stem. Lotharing. hiſt. cap. 49. vita ſancti Trudonis cap. 12. l. 1. Expungitur ex albo Archiepiſcoporum Treuirenſium in Catalogo eorum, quem exhibet Aubertus Miræus in Faſtis Belg.

56. *S. Numerianus*, 5. Iullij 715. Martyrol. Roman.

57. *S. Baſinus*, ex Abbate 17. S. Maximini, Vion lib. 2. c. 32. & in Martyrol. Monaſtico 4. Martij.

58. *S. Luitwinus*, auunculo ſucceſſit. Obiit 29. Septembris anno Incarnationis 721. ſepultus in monaſterio Mediolacenſi, quod ipſe condiderat, Vion, Trithem. l. 4. cap. 72. Milo hic à nonnullis additur.

59. *S. Hidulphus* 11. Iullij, Vion, & Molanus Natal. Belgic. anno Chriſti 707. frater Echardi Epiſcopi Ratiſponenſis.

60. *Vermadus*, vel Veomadus, ex Abbate 18. ſancti Maximini eligitur 753. Obiit 776. Vion 6. Idus Nouembris.

61. *Richboldus*, ex Abbate Mediolacenſi. Ei ſcribit Alcuinus epiſt. 34. & 40. vbi eum cognominat Macharium. Obiit anno Incarnationis 784. Vion, Trithemius lib. 4. cap. 75. Hermannus Contractus.

62. Watzo, vel Vaſſo, ex Abbate Mediolacenſi, Vion, Trithem. lib. 4. cap. 79. circa A. C. 820. Annales Pithœani, & Fuldenſes. At in Annalibus incerti auctoris 804. Ribbitto Archiepiſcopus Treuirenſis moritur.

63. *Amalarius*, vel Hamularius, Fortunatus, ex Monacho Lexouienſi, Vion, poſteà Cardinalis, Cratepolio, ſepultus ad ſanctum Paulum 822. Videndus Baronius 813. & 830. Metenſem Epiſcopum facit Honorius Auguſtodunenſis. Videndus Trithemius de Scriptor. Eccleſiaſt. Bellarminus, Sigebertus cap. 87. Amalarium tamen libri diuinorum Officiorum auctorem facit Archidiaconum Archiepiſcopo ætate ſupparem Sirmundus ad Ennodium pag. 73. Archiepiſcopus verò miſſus fuerat Conſtantinopolim à Carolo Magno ad Michaëlem Balbum cum Petro Abbate Nonantulæ, quod eſt monaſterium Mutinenſis diœceſis, Ordinis Benedictini, in Italia fundatum ab Anſelmo ex Duce Foro-Iullienſi, Abbate primo, de quo Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ A.C. 752.

64. *Hetto*, vel Hethius, ex Abbate ſancti Villibrordi Epternacenſis 6. Adeſt Ludouico Pio morienti. Sepultus eſt ad S. Mathiam 838. Vion. Nominatur in Capitularib. Regum Franciæ lib. 2. & 26. & in Teſtamento Caroli Magni 811.

65. *Thietgaudus*, vel Theutgaudus, ex Abbate Epternacenſi 7. in Concilio Tullenſi 859. Memoratur in cap. 10. 11. quæſt. 3. vbi dicitur Primas Belgicæ prouinciæ, & intelligitur c. Auctoritatem 15. quæſt. 6. & Regino 865. Anaſtaſio Bibliothecar. in Nicolao primo, Baronio 863. Et in Annalibus Franciæ à Pithœo editis. Mariano 868. Sigeberto 862. Anſelmo cap. 37. hiſt. Epiſcop. Loedienſ.

66. *Bertholdus*, ſeu Bertulfus, ex Abbate Mediolacenſi, electus 867. nepos ſancti Aduentij Epiſcopi Metenſis. Obiit 884. Chronic. Cameracenſ. Baldrici lib. 1. cap. 50. & Vion, Regino, Sigebert. Trithem. lib. 4. cap. 90. de Viris Illuſtribus Ordinis Benedictini. Aliis dicitur obiiſſe 4. Idus Sept. 883. rectiùs.

67. *Ratbodus*, ex Abbate Epternacenſi 14. Vion. Conſecrauit Robertum Metenſem 8. Cal. Maij 884. in Concilio Moguntino 888. Ei dicauit Regino Prumienſis Abbas duos libros decretorum, ſeu de diſciplina Eccleſiaſtica, apud Trithemium.

68. *Rutgerius*,

68. *Rutgerius*, ſiue Rotgarius, Flodoardo 913. ſummus Cancellarius, in diplomatibus Caroli Simplicis datis Heriſtalli 920. & 923. Intereſt pactioni Regum Caroli, & Henrici 926. in Capitulis Regum, à Sirmundo editis. Et in diplomate Henrici Aucupis Imp. 932. quo confirmatur fundatio Abbatiæ Bronij. Obiit 934.

69. *Rupertus*, ex Ducum Saxoniæ familia. Obiit 956. poſtquam optimè præfuiſſet ann. 22. Quo tempore dedicatur Eccleſia S. 940. Regin. Contractus. Et anteà ipſe dedicauerat Eccleſiam S. Maximini, ab Ogone 20. Abbate inſtauratam, qui Ogo ſeu Hugo poſteà Leodienſis Epiſcopus.

70. *Henricus*, ex Epiſcopo Ratiſponenſi, eligitur tempore Othonis Magni Imperatoris, in vita ſancti Volſgangi cap. 5. & 7. frater Poponis Virtzeburgenſis. Obiit 964.

71. *Theodericus*, obiit 970. ſepultus ad ſanctum Eucharium, ipſe auctor vitæ ſanctæ Lutrudis. Vnde eſt ea quæ extat apud Surium 22. Septembris.

72. *S. Ekbertus*, filius Theoderici Comitis Holandiæ. Obiit 989. ad quem plures extant Gerberti Epiſtolæ.

Elector. 73. *Ludolfus*, Saxonici ſanguinis. Eligitur 989. & fit primus, ex Archiepiſcopis Treuirenſibus Elector S.R.I.

74. *Adelbero* de Luxemburgo, filius Giſilberti, frater Reginæ Cunegundis, & Theoderici 47. Metenſis, Præpoſitus ſancti Paulini, ſed non pacificus, tranſit ad Metenſem 48. Ei dicat Chronicon Regino.

75. *Minguardus*, vel Megnigaudus, vel Megingotus, vel Megingandus contra Adalberonem electus, qui ideò dicitur ſucceſſiſſe Ludolfo, apud Hermannum Contractum, 1008. vbi vir doctus appellatur.

76. *S. Popo*, filius Leopoldi, ex Auſtriæ ducibus, promotor fidei Catholicæ in Daniâ. Nominatur Bobo in inſtrumento Henrici primi Imperatoris 1014. & corruptè Tilpo dicitur. Meminit etiam Poponis Vibertus Archidiaconus Tullenſis in vitâ Leonis 9. lib. 1. cap. 12. & Sigebertus 1016. & Pontacus. Intereſt dedicationi Eccleſiæ Baſilienſis 1019. & Epternacenſis 1031. Moritur 1037. ſepultus in baſilica ſancti Simeonis, quam ædificauerat. Vide ipſius Simeonis vitam apud Surium Cal. Iunij.

77. *Eberardus*, Herſelini Comitis Palatini filius. Moritur pridie Paſchæ A in ſacrario Eccleſiæ cùm à cerei benedictione rediiſſet. Interfuerat Concilio Remenſi, & Moguntino ſub Leone 9. 1049. in cuius Leonis vita memoratur à Viberto Archidiacono Tullenſi lib. 2. cap. 2. & Lamberto Schafnaburgenſi 1065.

78. *Cono*, vel Conradus Sueuus ordinatus à ſancto Annone Colonienſi, cæſus ab impiis 1066. Sepultus in Eccleſia Theologienſi à Theoderico Virdunenſi Epiſcopo.

79. *Vdo* Sueuus, ex Comitibus Nellemburgenſibus. Ei ſæpè ſcribit Gre- B gorius 7. vt epiſt. 81. lib. 7. A. C. 1074. vbi Hermannus Metenſis, Theodericus Virdunenſis, & Popo Tullenſis memorantur. Recenſetur quoq; Vdo à Thiofrido Prologo in flores Epitaphij Sanctorum. Et à Paulo Bernriedenſis in vita Gregorij 7. Obiit 1077. ſepultus ad S. Petrum.

80. *Ado*, 1077. deſignatus, à nonnullis omiſſus, & fortè idem cum ſuperiore, quem plerique putant eſſe Martyrologij ſcriptorem.

81 *Engilbertus*, Bauarus. Creatur 1079. obiit 1101. ſepultus in cathedrali. Quo Præſule fundatur Monaſterium C Lacenſe prope Andernacum per Henricum Comitem Reni 1093.

82. *Bruno*, Francus. Dedicat Eccleſiam cathedralem Vormatiæ 1111. quo anno intereſt Comitiis Argentinæ. Ei ſcribit Iuo epiſt. 216. & Thiofridus Epternacenſis 24. Abbas illi dicat flores Epitaphij Sanctorum. Bruno verò dicitur à Sugerio in Ludouico Craſſo vir elegans, & iucundus, eloquentiæ, & ſapientiæ copioſus, Gallicano cothurno exercitatus, qui coram Papa Paſchali 2. orauit pro Imperatore Henrico. Obiit autem Bruno 1123. poſt conditum S. Flo- D rini Collegium Confluentiæ.

83. *Godefridus*, ex Decano ſepelitur in cathedrali ad altare ſancti Coſmæ.

84. *Meginherus*, vel Megumbertus 1130. Parmæ ſepultus, inde in ſuam metropolim relatus.

85. *Adelbertus*, vel Adelbero, ex Primicerio Metenſi electus 1132. quo anno in diplomate Lotharij Imp. nominatur. Cuius tempore floruit ſancta Elizabetha Schonaugienſis Benedictina, de quâ Baronius in Martyrologio 18. Iunij, Trithem. lib. 2. cap. 120. de Viris Illuſtribus Ordinis Benedictini, & l. 3. c. 335. Alberonis verò epiſtola extat ad Sugerium 1148.

86. *Hilinus*, vel Hilius, ex Decano, electus 1152. obiit 1154. vir litteratus, & prudens, Othoni Friſingenſi lib. 2. cap. 4. in vita ſancti Bernardi lib. 5. cap. 1.

87. *Aroldus*. Obiit 1188. legitur, & Arnoldus.

88. *Ioannes*. Obiit 1213. ſepultus in monaſterio *Himelrodt* Ciſtercienſis Ordinis.

89. *Theodericus* Comes de Veda, ex Archidiacono electus 1213. obiit anno 1242.

90. *Aroldus* 2. ex Præpoſito, ſucceſſit auunculo. Muris cinxit Confluentiam. Nominatur 1247. obiit 1259. ſepultus in cathedrali.

91. *Henricus* 2. de Vinſtigen, ex Decano Metenſi. In Concilio Metenſi. Moritur 1286.

92. *Boemundus de Vosberg*, ſepultus in Hymelrodt 1299.

93. *Dietherus*, ex Ordine Prædicatorum, Adolphi Naſſauvij Romanorum Regis frater, Antoninus tit. 23. c. 10. §. 1. Sedit ann. 7. obiit 1307. ſepultus in templo Dominicanorum.

94. *Balduinus* Comes Lutſemburgenſis, Imperatoris Henrici 7. frater aſſumptus 1307. iuſtitiæ obſeruantiſſimus: nam in fratrem germanum, qui propriam vxorem occiderat ſpe alterius ducendæ animaduertit. Pontem lapideum ſuper Moſellam prope Confluentiam extruxit, duo Cœnobia Carthuſianorum ædificauit, vnum iuxta Treuirim, alterum iuxta Confluentiam. Obiit 1354. Fuit & adminiſtrator Spirenſis 56. & Vormatienſis, & aliquando etiam Moguntinus.

95. *Boëmundus* 2. *de Sarraponte*, *de Sarrebrucke*, ex Archidiacono 1354. Obiit 1368.

96. *Conradus à Falckenſtein*. Hunc appellat Cunonem Trithem. de Scriptor. Eccleſiaſt. cùm ait ei dicatum eſſe librum de illuſionibus dæmonum à Bertrano Epiſcopi Metenſis Vicario. Fuit etiam Colonienſis adminiſtrator, qui obiit 1388. nonnullis Cardinalis.

97. *Vernerus à Roningſtein*. Obiit 1418. ſedis 30. ſepultus in diui Caſtoris.

98. *Otho de Zegehein*. Iacet in cathedrali, mortuus 1430. Bzouius.

99. *Rabanus de Helmſtad*, ſepultus in cathedrali Spirenſi, vbi fuit etiam Epiſcopus 61. Vide Bzouium 1430. numero 8.

100. *Iacobus* Baro à *Sireck*, vel à *Sarck*. Obiit 1436.

101. *Ioannes* 2. ex Marchionibus Badæ. Obiit 1505.

102. *Iacobus* 2. ex eadem illuſtri gente Badenſi. Obiit 1511. ſepultus Confluentiæ in ſancto Florino, filius Chriſtophori Marchionis, & Otiliæ Catzenelbogenſis.

103. *Richardus Goyſenclau*, in cuius funere Orationem habuit Bartholomæus Latomus.

104. *Ioannes* 3. *Metzenhauſen*. Obiit 2. Iullij 1540. ætatis 48. ſepultus in maiore Eccleſia.

105. *Ioannes* 4. Ludouicus ab *Hagen*. Obiit 1547. ſepultus in cathedrali.

106. *Ioannes* 5. ex Comitibus ab *Iſemburg*, electus 1547. Concilium habuit, Prouinciale 1549. & interfuit Concilio Tridentino 1552. & obiit 1556. ſepultus Confluentiæ in æde ſancti Florini, quâ in vrbe Collegium Patribus S. I. poſuit. Fuit etiam Abbas 66. ſancti Maximini. *Coblentz.*

—— vbi Renus conſluit idem,
Littoribuſque ferens fontes Moſella Lyæi,

quod Auſonius dixerat:

Pampinus, & vitreis vindemia turget in vndis.

107. *Ioannes* 6. de Petra, eligitur 25. Aprilis 1556. Obiit Confluentiæ 1567. menſe Februario.

108. *Iacobus* 3. *ab Eltz*, ex Decano electus 1567. Interfuit creationi Radolphi 2. 1576. obiit 1581. ſepultus in maiore baſilica 14. Iunij.

109. *Ioannes* 7. *à Schomberg*, electus vltimâ Iullij 1581. & anno ſequente in Comitiis Auguſtanis à Pontificis Legato conſecratus eſt, vir ætate, & prudentiâ mirabilis. Obiit Calendis Maij 1599. Circa quæ tempora in Francia Gaſpar *Schomberg* eius gentilis Nantolij Comes intercepto ſpiritu moritur ad portam Sanctonianam, dum Confluentio Lutetiam rediret, cuius Gaſparis filius Henricus Mareſchalus Franciæ, ex ſupremo Ærarij Regalis Præfecto.

Schonenbergius.

Schomberg porte d'or au lion coupé de gueule & de ſinople.

Sur-intendant des Finances.

110. *Lotharius à Metternik* 1599.

Turonenſes.

A

Tours. ## *Turonenſes Archiepiſcopi.*

Flor 1500. CÆSARODVNVM Turonum, vel Turonorum metropolis. In C. Put. Turonis, in Chronico Autiſſiodorenſi, vel Turonus in Cod. Thu. ad Ligerim in 3. Lugdunenſi, quæ olim Præſidialis, nunc in Parlamento Pariſienſi. gradu longit. 21. 0. latitud. 47. 30. Ptolom. lib. 2. c. 8. vbi dies maxima horarum 15. 39. altitudo ſolis 41. 30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 63. ad 60. aliis tamen latitudinis gradus aſſignatur 47. 49. in qua vrbe fabrica monetaria, cuius Nota E. & reperiuntur numi Turonenſes S. Martini nomine inſcripti tempore Ludouici Pij. Eſt etiam Generalitas Finantiarũ. Patronus verò olim S. Mauricius, nunc ſanctus Gatianus Eccleſiæ Turonicæ memoratur cap. 10. 3. quæſt. 6. Huic verò vrbi non paruum confert ornamentum Chriſtophorus Plantinus Architypographus indigena. Metropoli autem Turonenſi 11. ſedes ſuffraganeæ ſuperiùs recenſitæ ſubiiciuntur. At in propriâ diœceſi hæ reperiuntur Abbatiæ.

B

Flor. 7000. Maius-monaſterium, *Mar-motier* O. B.
Flor. 200. S. Pauli de Cormeriaco, *Cormery* O. B.
Flor. 300. S. Mariæ de Nucariis O. B. *de Noyers.*
Flor. 400. S. Iuliani de Scalaria O. B. *Sainct Iullien.*
Flor. 150. S. Mariæ de Aqua-viua O. B. *Aigreviue.*
Flor. 100. S. Trinitatis de Bello-loco O. B. *Beaulieu*, aliàs S. Saluatoris.
Flor. 120. Villelupenſis O. B. *Ville-loup.*
Flor. 50. S. Mariæ de Gaſtineta O. A. *Gaſtine.*
Flor. 110. S. Mariæ de Sulleyo O. B. *Sully.*
Flor. 100. Turpiniacum O. B. *Tourpenay*, vel *Turpigny.*
Flor. 100. S. Petri de Pruliaco O. B. *Prully.*
Flor. 33. De Fontanis Albis O. C. *Fontaine les Blanches.*
Flor. 100. De Claritate Dei O. C. *La Clerté.*
S. Sepulcre Belli-loci O. B.
Belli-montis fœminarum O. B. *Beaumont.*

C

Nec omittendum Turonenſes argenteos memorari in Clementina 2. de Magiſtris, quorum millia tria valere ducentos aureos teſtatur Gloſſa. Ad commendationem quoque huius vrbis faciunt verſus Gulielmi Brittonis Philippid. 3.

Inde iter accelerat Turonis feſtinus in vrbem,
Quam geminum nitidâ flumen circumfluit vnda;
Hinc Liger, hinc Carus, medio ſedet inter vtramque
Clara ſitu, ſpecioſa ſolo, iucunda fluentis,
Fertilis arboribus, vberrima fruge, ſuperba,
Ciue, potens Clero, populo numeroſa, referta
Diuitijs, lucis, & vitibus vndique lucens,
Quam ſacroſancti præſentia corporis ornat
Præſulis eximij Martini, gloria cuius
Omnibus Eccleſiis ſummum decus accumulauit.

Et Bernardus Silueſtris in Megacoſmo ad Ericum Monachum,

—— Vbi Martinopolis inter
Sidereos fluuios, pictaque rura ſedet.

Rectè itaque Martinopolis dicitur hæc vrbs, quia Reliquiæ ſancti Martini Turonem omnibus Regum Palatiis honeſtiorem faciunt, vt eſt in vita M. S. ſancti Bonifacij Moguntini, vnde Eccleſia Turonenſis dicitur, Pupilla oculi Regis Franciæ à Stephano Tornacenſi epiſt. 49. Nobilis & magna Petro Venerabili lib. 4. epiſt. 10. Metropolis ex antiquo & meritis glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Martini honorabilis, ſempérque venerabilis, & inter Gallicanas ſacratior, Adriano 2. epiſt. 27. tomo 3. Conciliorum, vbi eam Pontifex petit à Carolo Imperatore ita exornari, vt iam non Cæſarodunum, ſed Carolodunum appelletur. Hinc Alcuinus in Homilia de ſancto Villibrordo: Turonica, inquit, ciuitas muris quidem paruula & deſpectibilis, ſed ſancti Martini patrociniis magna & laudabilis. Iam verò Præſules

D

huius Sedis hi ſequuntur:

1. *S. Gatianus*, vel Guatianus, vel Vatianus, & corruptè Gratianus A. C. 84. ſub Domitiano, Genebrard. in Calendario miſſus à ſancto Clemente, in Chron. Autiſſiodorenſi, & in vitâ M. S. S. Vrſini Bituricenſis, quo vniuerſæ carnis viam ingreſſo diu ciuitas Turonica ſine Sacerdotali benedictione fuit, impedientibus Paganis, Greg. Turonenſ. lib. 1. cap. vltimo hiſt. Franc. qui tamen diſſentit in tempore miſſionis. Nec verò miranda ſunt initio naſcentis Eccleſiæ Interpontificia, ſeu quædam inter-Regna ſpiritualia in pleriſque ciuitatibus, procella perſecutionum detonante, & fulminante in Chriſtianos.

Vide Martyrol. 18. Decembris.

2. *S. Lidorius*, quieſcit in baſilica ſui nominis. Hic tamen cum ſuperiore Gatiano dicitur iacere in baſilica S. Martini ab Adriano 2. ep. 27. tom. 3. Conciliorum, vbi dicuntur primi Epiſcopi Turonenſes, & Turonēſis metropolis, ex antiquo, & meritis glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Martini honorabilis, ſempérque venerabilis, & inter Gallicanas ſacratior, & quam petit à Carolo ita exornari, vt iam, non Cæſarodunum, ſed Carolodunum appelletur.

3. *S. Martinus*, de quo Martyrol. 11. Nouembris, & 4. Iulij, & ibi Baronius, & in Annalibus Eccleſiaſticis ſæpè, ſed præcipuè anno 402. quo eum tranſiiſſe putat. At Rigordus hac de re agens, ſic ait: *A Natiuitate Domini, ad tranſitum B. Martini ſunt anni* 445. *& à tranſitu B. Martini ad tranſitum Clodouæi Regis ſunt anni* 112. Videndus Galtherus ſæculo 4. vel rectiùs tranſiiſſe dicetur A. C. 400. Bucherio, Miræo in Faſtis, & Annalibus Belgicis Quo anno 11. Nouembris fuit Dominica, quâ die Dominicâ tranſiiſſe Martinum notat Gregorius Turonenſis. In Conſulatu tamen Cæſarij, & Attici deceptus, quique eſt Sigeberto 402. & Proſpero 403. Vbi notabis Sigebertum præcurrere ſemper Dionyſium biennio, vſque ad ann. 750. quod & alij ante nos aduerterunt. Niſi reiiciatur is Conſulatus in A. C. 395. in quem potuit incidiſſe nobilis ille tranſitus mediâ nocte Dominica G. 3 Idus ſeu 11. Nouembris, poſt ſedem ann. 25. menſ. 4. dierum 7. à quarta die Iulii 370. quâ ratione ſanctus Ambroſius Mediolanenſis intereſſe potuit raptu quodam mentis diuino exequiis ipſius ſancti Martini, qui vir per omnia Apoſtolicus, cuiuſque vita ab omnibus legitur teſte Vranio in vita ſancti Paulini à quo Paulino Martinus vocatur *Perfectæ regula vitæ*, Apoſtolicis virtutibus eximiè clarus, Flauio Dextro, vitæ meritis, & patratis virtutum miraculis inſignis, Idatio, &

——votis latè famoſus in Orbe.

Vandelberto, intimus Chriſti Senator, Fortunato in vita ſanctæ Radegondis, apud Surium. Is verò tranſitus in vetere Calendario Thuani vocatur dormitio ſancti Martini, in cuius feſtum extat Sermo ſancti Bernardi de Exemplis Obedientiæ, quod *Feſtum* habetur c. 1. Pronuntiandum, diſt. 3. *& Miſſa* lib. 2. Capitularium num. 18. & *Natalis* num. 35. Videndus Scultingius in Biblioth. A Eccleſiaſt. Legendus etiam Adrianus 2. epiſt. 27. & 30. tomo 3. Conciliorum Binij: ſed inter cæteros laudatores egregios habuit quatuor, Seuerum Sulpitium, Gregorium Turonenſem, Paulinum, & Fortunatum, poſteriores verſu, priores proſâ. Porro Magiſter ſacri Palatij in Indice librorum expurgandorum pag. 255. notat à ſancto Odone Cluniacenſi ſanctum Martinum appellari *Parem Apoſtolis* piâ quadam hyperbole, & amplificatione, alioquin ſcimus, ex Theologiâ alios Sanctos (præter Deiparam, & Deiparæ ſponſum Ioſephum, Baptiſtam, & Stephanum Protomartyrem) Apoſtolis in gratia, & gloria eſſe inferiores, quâ de re S. Thomas in 1. Epheſiorum lect. 3. exponens illud Pauli ſecundum diuitias gratiæ eius, quę ſuperabundauit in nobis.

B

4. *S. Briccius* 13. Nouembris, ſepultus in baſilica quam ſuper ſancti Martini ſepulchrum ædificauerat 422. Gregor. Turonenſ. lib. 2. cap. 1. & lib. 1. cap. 30. vbi ait eum ſubiiſſe iudicium prunarum candentium, depellendi ſtupri causâ: de quo iudicio, ſeu probatione innocentiæ poſt alios, Andreas Quercetanus in notis ad Bibliothecam Cluniacenſem columnâ 157. & nos in Epiſcopis Æduenſibus num. 4. Hinc Vandelbertus:

C

Briccius exilio, lachrymis, ſigniſque probatus.

5. *S. Euſtochius*, 19. Septembris, Greg. lib. 2. cap. 1. & 39. & lib. 10. cap. 30. vel vltimo, vbi dicitur vir magnificæ ſanctitatis, timens Deum, & ex genere Senatorio 19. Septembris.

6. *S. Perpetuus*, 8. Aprilis, in Concilio Venetico circa ann. 453. Ei ſcribit Sidonius lib. 1. epiſt. 9. Concilium habuit Turonis A. C. 482. editum tomo 2. D Conciliorum. Eidem dicat librum de Miraculis ſancti Martini Benedictus Paulinus alius à Nolano Epiſcopo, quod poëma edidit, & illuſtrauit V. C. Franciſcus Iuretus.

7. *S. Voluſianus* 18. Ianuarij, Senatorij generis, Gregor. Turonenſ. lib. 2. cap. 26. & lib. 10. cap. vltimo. Maximus in Chronic.

8. *Verus*, vel Virus, vel Vitus, idem Gregorius Turonenſ. l. 2. c. 26. & l. 10. c. vltimo.

9. *Licinius* Concilio Aurelianenſi 1. 507. Ciuis Andegauenſis.

10. *Theodorus*, & Proculus iubente Clotilde Reginâ ſubrogantur Licinio, eò quòd de Burgundia Epiſcopi iam ordinati

ordinati ipſam ſecuti fuiſſent, & ab hoſtilitate de vrbibus ſuis expulſi fuerant, ambo ſepes valdè, rexeruntque Eccleſiam Turonicam ann. 2. ſimul, Gregor. Turonenſis lib. 10. cap. vltimo. Hic porrò locum habere poteſt ſanctus Arnulphus, cuius vita habetur in Bibliotheca Floriacenſi, cuiuſque meminit Molanus additionibus Vſuardi 15. Calend. Auguſti, quo die habentur de eo duæ Lectiones in Breuiario Aurelianenſi, ex Catalogo Sanctorum lib. 6. c. 113. & Sigeberto A.C. 513. à quo tamen non dicitur Epiſcopus: & in eodem Breuiario videtur tantùm electus. Videndus Miræus cap. 26. originum Benedictin. & in Faſtis Belgic. pag. 432. Meminit etiam Breuiarium Pariſienſe, & Roſueidus eodem die: & Hieronymus Rubeus lib. 3. hiſtoriæ Rauennatis. Is fuit ſancti Remigij in baptiſmate filius.

S. Arnulphus.

11. *Dinifius*, vel Dionyſius Burgundus, Gregor. lib. 3. cap. 2. & 17. & lib. 10. cap. vltimo. Sepultus in ſancto Martino.

12. *Ommarius*, vel Ommatius. Cœpit ædificare Eccleſiam B. Mariæ, de eo Greg. locis citatis.

13. *Leo*, ex Abbate Baſilicæ ſancti Martini, Gregor. Turonenſis lib. 3. c. 16. & lib. 10. cap. vltimo. Hæc autem ciuitas iam à tempore Caroli Magni, ſæculari toga donata habet 52. Canonicos cum Decano, & Theſaurario, qui numerus Canonicorum par eſt in Cathedrali.

14. *Francilio*, aliàs Grancilius in M. S. C. Th. ciuis Pictauus. Iacet in ſancto Martino.

15. *Iniurioſus*, Concilio 2. Aurelianenſi 536. 3. 540. & 4. 545. de quo Gregorius lib. 10. cap. vltimo, Baron. A. C. 540. Iacet in S. Martino, & abſoluit Eccleſiam S. Mariæ.

16. *Baudinus*, aliàs Balius, Referendarius Clotharij, inſtituit menſam Canonicorum.

17. *Guntharius*, ex Abbate S. Venantij. Iacet in S. Martino.

18. *S. Euphronius*, ad eum ſcribit Fortunatus lib. 3. cap. 1. à quo etiam memoratur in vita ſanctæ Radegundis. Intereſt Concilio Pariſienſi 559. Quo etiam ſedente habita Synodus 2. Turonenſis 570. cuius tamen in ea ſubſcriptio deeſt. Iacet in ſancto Martino, mortuus 573. Aug. 4. Baron. Gordon. id eſt anno 173. à tranſitu S. Martini, ann. 12. Regis Sigeberti.

19. *S. Gregorius*, qui lib. 10. cap. vltimo de omnibus ſupradictis agit, & lib. 2. Miraculorum ſancti Martini cap. 1. Anno, inquit 173. (ſic enim legendum) poſt tranſitum ſancti Martini Antiſtitis Sigeberto glorioſiſſimo Rege ann. 12. regnante, poſt exceſſum ſancti Euphronij Epiſcopi onus Epiſcopale indignus accepi:

Quem patris Ægidij Domino manus alma ſacrauit,
Vt populum recreet, quem Radegundis amet,

S. Radegundis Vide Pictauienſes n. 32.

vt canit Fortunatus lib. 5. cap. 3. & lib. 10. cap. 18. & in vita ſanctæ Radegundis, Aymoinus lib. 3. cap. 43. Chronic. Autiſſiod. Galtherus ſæculo 4. Tabulæ Chronologicæ, Baronius, Sigebertus de Viris Illuſtribus cap. 49. Trithem. Bellarmin. Petrus Venerabilis Petrum Pictauienſem alloquens:

Gregorium laudas Aruerno germine clarum,
Cui dat Martini celſa cathedra locum.

Vir ſapientiâ & virtutibus admirandus anno 6. Mauritij Imperatoris Pictauis relauit ſanctam Radegundem in monaſterio, quod illa conſtruxerat, vt eſt in Chronico Lemouicenſi, id eſt, A. C. 591. Abſoluit hiſtoriarum libros A. C. 594. circa menſem Martium, ordinationis ſuæ 21. à tranſitu ſancti Martini 194. Guntranni 33. Sic enim legendum iam alij doctores monuerunt. Obiit Nouembris 17. in Martyrol. Romano A. C. 595. vel 600.

20. *Pelagius*, vel Paladius.

21. *Leopachatius*, vel Leuparius in vita ſancti Columbani cap. 21. circa ann. 610.

22. *Agiricus*, vel Augaricus 626.

23. *Ginaldus* à nonnullis hic interponitur.

24. *Valarius*, vel Gaualarius.

25. *Sigilacius*, vel Sigealicus, vel Silaius, cuius filio Sigiranno dat locum ad fabricandam Abbatiam Molepeci Dagobertus circa annum 642. Chopinus Monaſt. lib. 2. tit. 2. num. 19. vbi etiam dicitur Comes Bituricenſis.

S. Siran Mobec.

26. *Lethbaldus*, vel Leobaldus 629.

27. *Madegiſilus*, Flodoard. lib. 2. cap. 5. vel Medeſilus, in Concilio Remenſi 634.

28. *Latinus*, vel Latio, in Concilio Cabilonenſi circa A. C. 650.

29. *Charigiſilus*, vel Garigius, vel Gongiſilus.

30. *Rigobertus*, vel Ragobertus.

31. *Papolenus*, vel Papelonus.
32. *Childebertus*, vel Chrobertus, 675.
33. *Bertus*, vel Rutbertus, vel Ebartius, in vita ſancti Leodegarij, nonnullis Petrus, ſed malè, vt puto Metalepſi litterarum, cùm fortè ſcriptum eſſet Petrus, pro Bertus, quod nomen ſignificat dignitate plenum.
34. *Palladius*, 710.
35. *Ebalterius*, vel Euartius, 713.
36. *Ibbo*, vel Ibaldus 721.
37. *Gundranus*, vel Guntranus 728.
38. *Dido*, vel Vido 738.
39. *Ragobertus*, vel Ragimbertus 744.
40. *Aubertus*, vel Autbertus 752.
41. *Oſtaldus*, vel Oſaldus 767.
42. *Euſebius*.
43. *Ragenelmus*, in Concilio Pontigonenſi 786.
44. *Herlingus* 793. nonnullis Helragus.
45. *Ioſeph*, cuius tempore habetur Concilium Turonenſe 813. Carolo Magno Imperatore, tomo 3. Conciliorum Binij, tunc Alcuinus obiit 14. Iunij 804. ſepultus ad ſanctum Martinum, in cuius vitâ Ioſeph dicitur vir bonus, & Deo amabilis.
46. *Landranus*, in Capitularibus Regum Franciæ lib. 2. cap. 25. & apud Lupum Ferrarienſem epiſt. 84. in Concilio Senonenſi 829. in Reſtitutione Ludouici Pij 835. Flodoardus lib. 3. cap. 2. & cap. 21. & in Cartulario Ferrarienſi cum Aldrico 48. Senonenſi recenſetur.
47. *Vrſmarus*, in Synodo 846. in Capitularibus Regis Caroli Calui, in villa Sparnaco, tit. 6. quem vocat Lupus Ferrarienſis Orſmarum epiſt. 16. Dedicauit Eccleſiam Glannæfolij à Gauſlino Abbate inſtauratam, vt eſt in libro Miraculorum S. Mauri c. 6.
48. *Amalricus*, Flodoard. lib. 3. cap. 21. fortè is, cuius meminit Lupus Ferrarienſis epiſt. 16. Interfuit Pſeudo ſynodo Sueſſionenſi 853. tomo 3. Concil. Binij, & Vermeriæ eodem anno, in Capitulis Caroli Calui.
49. *Erardus*, vel Ayrardus, vel Herardus. Ei ſcribit Nicolaus Papa cap. 10. Notum 2. quæſt. 1. & Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 20. Lupus Ferrarienſis epiſt. 18. In Concilio Tullenſi ad Saponarias 859. Extat etiam ad eum epiſtola Adriani 2. tomo 3. Concil. & forſan is eſt, cui ſcribit Nicolaus primus epiſt. 13. tomo 3. Concil. Indict. 14. A. C. 866. Nominatur in conſecratione

A Electranni Epiſcopi Redonenſis eodem anno 866. Baron. eum vocans Henricum errore ſcriptoris, ex litterâ ſingulari H. Interfuit etiam Concilio Trecenſi 867.
50. *Actardus*, ex Epiſcopo Nannetenſi 32. Vide epiſtolam 15. & 16. Adriani 2. tomo 2. Conciliorum. Obiit 874.
51. *Adalardus*, vel rectiùs Adalandus, frater Raymonis Epiſcopi Aurelianenſis 48. Ei ſcribit Ioannes 8 epiſt. 113. Intereſt Synodo Tricaſſinæ 878. & Ingergerio Andegauenſium Conſule 887.
B intereſt relationi ſancti Martini apud Odonem Cluniacenſem.
52. *Herbertus*, vel rectiùs Hebernus, ex Abbate Maioris-monaſterij, ſcripſit miracula ſancti Martini, tempore Ingergerij Andegauenſium Conſulis, & Haſtingi. Nominatur 912. 3. Idus Nouembris.
53. *Robertus*, interimitur à latronibus Alpinis 931. Flodoard.
54. *Theudolus*, vel Theodolus, vel Theutato, vel Teotolo, ex Canonico ſancti Martini; Monachus Cluniaci, iubente Odone Abbate inuitus fit Archiepiſcopus, Flodoardus. Obiit 945.
C ſepultus in ſancti Iuliani monaſterio (quod reſtituerat) iuxta ipſum Odonem: meminere Flodoardus in Chronico, & lib. 4. cap. 24. & Ademarus Engoliſmenſis. At Ioſephus videtur hìc deeſſe qui ſubſcripſit 954. Cartæ inſtaurationis S. Petri Carnotenſis.
55. *Frotinus*, vel Fronerius, vel Forterius 962.
56. *Hardoinus*, vel Ardoinus.
57. *Erchambaldus* de Soliaco 986. Memoratur auctore miraculorum S. Benedicti l. 2. c. 7. in Biblioth. Floriacenſi.
58. *Hugo*, tempore Gregorij 5. & Ro-
D berti Francorum Regis, apud Glabrum l. 2. c. 41. Baron. tom. 10. Recuſauit conſecrare Abbatiam Belli-loci prope Lochias à Fulcone Nerrâ Comite Andegaui fundatam. Obiit 1023.
59. *Arnulphus*, nepos Hugonis. Ei ſcribit Fulbertus ep. 47. & ſubſcribit inſtrumento Vindocinenſis monaſterij 1040. Interfuit dedicationi S. Aniani Aurelianenſis 1029. Baronius, & in conſecratione Eccleſiæ S. Leonardi Belliſmenſis in Pertico cum Roberto. Filius fuit Alberti, poſteà Monachi Gemeticenſis.
60. *Bartholomæus*, nominatur A. C. 1057. Ei dicat Mathæus Vindocinenſis ſuam Paraphraſim metricam in Tobiæ librum

librum. Intereſt ſacro Philippi Regis 1059. Tillio.

61. *Radulphus*, Fulcredi filius. Ad hunc extant plures epiſtolæ Gregorij 7. cuius tempore dedicatur Eccleſia Majoris-monaſterij.

62. *Radulphus* 2. Patriâ Aurelianenſis, in Concilio Claromontenſi 1095. Quo Præſule, & Philippo Francorum Imperium tenente (ait Vetus Cartularium) in Concilio Turonenſi Apoſtolicus Miſſam celebrauit 12. Calendas April. lunâ 22. A. C. 1096. id eſt, die S. Benedicto ſacrâ 21. Martij, cum Paſcha eſſet 13. Aprilis E. numero aureo 14. Is verò Apoſtolicus fuit Vrbanus 2. Radulpho autem ſcribit Gofridus Vindocinenſis l. 1. epiſt. 30. & Iuo epiſt. 235.

63. *Gilbertus*, vel Giſlebertus in C. Th. in Concilio Remenſi 1119. cùm Hildeberto Cœnomanenſi, præſente Calixto 2. apud Ordericum l. 12. Obiit Romæ 1125.

64. *B. Hildebertus*, ex Cœnomanenſi 33. huc tralatus 1129. Eum appellat Sacerdotem magnum, & magnam Eccleſiæ Columnam, cumque hortatur vt Innocentium 2. verum Pontificem agnoſcat, & veneretur, S. Bernardus epiſt. 123. & 124. & meminit Petrus Bleſenſis epiſt. 101. commendans ipſius Hildeberti Epiſtolas, quæ extant in Bibliothecâ Patrum tomo 3. editionis 3. de quo plura Chronicon Autiſſiodorenſe, Guilelmus Gemeticenſis l. 5. c. 9. Guilelmus Malmeſburienſis l. 3. de Geſtis Regum Angliæ, Ordericus l. 12. Henricus Gandauenſis c. 8. Poſſeuinus in Apparatu Sacro, Vion, Bellarmin. de Script. Eccleſiaſt. Sirmundus ad Gofridi Epiſtolam 13. l. 3. Trithemius, Ioannes Picardus ad epiſt. 53. l. 3. S. Anſelmi, Vincent. l. 26. c. 108. Petrus Bleſenſis epiſt. 102. Obiit 1136. 15. Calendas Ianuarij ſepultus in Metropolitanâ, ætatis 80. Vir ſcientiâ perſpicuus & tàm verſificando, quàm dictando gratiam pecularem aſſecutus, Chron. Lemouicenſe.

65. *Hugo* 2. memoratur à Petro Venerabili l. 5. epiſt. 9. & in hiſtoriâ Ambaſienſium 1134. & 1137. Nicolao Claræuallenſi epiſt. 23.

66. *Engebaldus*, vel Engelbaudus. Obiit 1157. Supplem. Sigeberti, contra hunc fortè electus Philippus (ad quem ſcribit S. Bernardus epiſt. 151.) Decanus, Ludouici 7. filius naturalis.

67. *Ioſcius*, C. Thu. aliis Iodocus, vel Ioſius, Ioſue, Ioſcinus, Gotho, & Iotto. Huius tempore 1163. in Octauis Pentecoſtes habitum Concilium Turoni ab Alexandro 3. Obiit 1175. iſque eſt cui ſcribit Petrus Bleſenſis epiſt. 32. qui anteà fuit Briocenſis Epiſcopus.

68. *Bartholomæus* 2. 1196. Ad eum ſcribit Stephanus Tornacenſis Epiſt. 47. & Innocent. 3. l. 2. epiſt. licet primum, pag. 421. vbi ei adiudicat Dolenſem Antiſtitem vt ſuffraganeum anno 2. Pontific. 1199. cui, & ſcribit c. Quòd ſedem, 10. de Offic. Iudicis ordinarij, vbi Metropolitanus legitimè impeditus poteſt cuipiam Coëpiſcoporum, ſeu Suffraganeorum vices ſuas committere, alicuius Epiſcopi conſecrandi gratiâ, modò ille Commiſſarius ſit Catholicus. Quâ de re illic Ioannes Fileſacus copioſè diſputat, Leſſius de Iuſtit. l. 2. c. 34. Concil. Tridentinum ſeſſ. 23. c. 2. de Reformatione. Eidem quoque dirigitur caput 11. de ſepulturis, quod ſic incipit in M. S. C. Eccleſiæ Turonenſis, in 3. Compilat. Ex parte parentum Miethæ, quondam iuuenculæ noſtris eſt auribus intimatum, quòd cùm in crepuſculo noctis nobilis vir Dominus de Inſulâ Burchardi, Turonenſis diœceſis eidem iuuenculæ poſuiſſet inſidias, volens eam opprimere, &c. cuius capitis ſumma eſt caſualiter mortuum non debere priuari ſepulturâ Eccleſiaſticâ. Amnem verò, in quem vim fugiens, è ponte cecidit Mietha, intellige Viennam, ſiue Vigennam (vt dicitur in vitâ S. Martialis) apud Candatenſem vicum ſeſe Ligeri permiſcentem. Rectè verò addit Pontifex caſu cecidiſſe in amnem, quia peccaſſet ſe præcipitando, nec enim ordinariè cuiquam licet ſibi mortẽ conſciſcere, S. Thomas 2. 2. q. 64. art. 5. ne quidem pro caſtitate tuendâ, ex ſententiâ D. Auguſt. 2. de Moribus Eccleſiæ. Poterat quidem Mietha, caſtitatis tuendæ gratiâ, ſi aliàs non poſſet, occidere inuaſorem. Quâ de re Toletus l. 5. c. 6. cum ibi notatis, ex Leſſio, Valentiâ, Azorio, & aliis. Conſule etiam ſi lubet Quintilianum in milite Mariano, Valerium Maximum l. 6. c. 1.

69. *Gofredus* de Leudo, *du Lude*, in Supplem. Sigeb. & Chronic. Autiſſiod. fol. 103. Hucuſque vetus C. Thuani. Requieſcit ſub altare S. Maurilij.

70. *Ioannes*, nepos Bartholomæi *de Fayet*, ex Decano, conſecratur ab Amelino Cœnomanenſi. Pallium accepit ab Innocentio 3. per manus Gallionis Cardinalis S. Mariæ in Porticu, Quercetanus, in Innoc. 3. ſepelit Michaëlem S. Florentij Abbatem 1220. 3. Nonas Iulij.

Matheſelons fondateurs de Calaches Abbaye d'Anjou, portent de gueule à ſix eſcuſſons d'or, 3. 2. 1.

71. *Iuellus*, ſeu Iubellus *de Matheſelon* dedicauit Eccleſiam Franciſcanorum Loxij 1237. poſteà Remenſis Archiepiſcopus 57.

72. *Martellus*, vel Marcellus.

73. *Petrus de Lambale* 1251. menſe Ianuario, nominatur in Tabulis Blancæ Reginæ.

74. *Vincentius de Pilenis*, vel *Pilnio*, confirmat Goffridum electum Cenomanenſem 1258. & nominatur, in Cartul. Bituric. 1264. & 1270.

75. *Ioannes de Montſorello*, electus 1270. vt patet ex litteris capituli ad Mathæum Abbatem Sandionyſianum Franciæ Regentem. At poſt Ioannis mortem in Cartis Regalibus notatur Oliuarius electus per viam compromiſſi 1285. vt Sammarthani me monuerunt.

76. *Burchardus Dain.*

77. *Ragus de Mont-bazon*, in ſcheda, inueni ſedem vacaſſe 1291. per mortem Philippi.

78. *Gofridus de la Haye* 1315.

79. *Stephanus de Burgolio, de Bourgueil*, fundator Collegij Turonenſis Pariſiis 1333. Obiit 1336.

80. *Petrus Frerot*, vel *Fretet*.

81. *Philippus Blanche.*

82. *Simon Renulphi* 1366. & 1367.

83. *Seguinus* Patriarcha Alexandrinus 1386.

84. *Alelmus Boiſtel.*

85. *Guido de Roya*, poſteà Remenſis 70.

86. *Amelius* de Malio, vel Brolio, 1402.

87. *Iacobus* Gelu, in Concilio Conſtantienſi 1417. ſeſſione 20. & 41. vnus ex electoribus Martini 5.

88. *Philippus de Coetquis*, ex Leonenſi Epiſcopo in Armoricâ, in Concilio Baſilienſi, in quo factus Cardinalis à Felice 5. 1440. Gallus Gallorum dictus, apud Bertrandum Argentreum in hiſtoriâ Britannicâ. Quo tempore Martinus Brennerij Decanus Turonenſis eidem Concilio interfuit.

89. *Ioannes* Bernardi, ciuis Turonenſis. Tranſigit cum Radulpho de iure metropolitico, probante Nicolao 1452. 16. Februarij. Obiit 24. die Lunæ Aprilis horâ 4. Pomeridiana 1466. Epiſcopatus 25. ætatis 80.

Cruſſol porte face d'or & de ſynople.

90. *Gerardus de Cruſſol*, 1466.

Bourdeille portoit de gueule à 3. fleurs de lys.

91. Fr. *Helias de Bourdeille*, ex Epiſcopo Petragoricenſi, poſteà Cardinalis, ſcripſit pro abrogatione Pragmaticæ Sanctionis. Obiit 1484. miraculis clarus. Accepto galero nullum edidiſſe ſignum lætitiæ notat Rodulphius [Toſciniacenſis l. 2. hiſt. Seraphicæ. Sic rebus ſecundis (quæ cæterorum, etiam ſapientum animos fatigant) ne quidem latum vnguem à recto ſtatu, vel curſu huc, aut illuc deflexit, ſed ſapienter vento nimium ſecundo vela contrahere cùm cæleſtibus præceptis tùm exemplis edoctus, proſperitatem humanam iudicauit ſimilem vitro, quod maximè frangitur cum maximè ſplendet, quippè quę plures falſis imaginibus luſit, quàm aduerſitas, quæ inſtar lapidis Lidij filios Dei, non extus auratos, ſed intus aureos indicio demonſtrat, & tactu probat. Videbatur itaque Helias ſibi audire S. Baſilium, Homil. 3. in Moſem hæc vociferantem. *Tibi mirè places ob opes, vel aucta gentis claritatem, aut patria celebritatem, aut elegantiam corporis, & ob honores ab omni gradu tibi delatos? attende tibi, mortalis enim es tu: terra es, & in terram ibis.* Vel certè S. Bernardum cogitabat, qui l. 2. Conſiderat. c. 10. Nunquid, ait, egreſſus es de vtero matris tuæ infulatus? nunquid micans gemmis, aut floridus ſericis, aut coronatus pennis, aut ſuffarcinatus metallis? Vbi interim aduertes coronas Principum fuiſſe plumeas, ſeu è pennis auium, præſertim pauonum.

d'or en face, 3. roſes d'argent, 2. en chef, & vne en pointe.

92. *Robertus de Lenoncour* 1506. poſteà Toloſanus, & Remenſis, ac Cardinalis. Quo tempore Conuentus Minimorum Pleſſiaci fundatur à Carolo 8. 1489. *Minimi Pleſſiaci.*

93. *Carolus de Caretto*, Cardinalis de Finario, *Final*, Epiſcopus Cadurcenſis, & Archiepiſcopus Thebanus.

94. *Chriſtophorus de Brillac*, ex Epiſcopo Aurelianenſi 99. 1514.

95. *Martinus*, Iacobi *Fornier*, aliàs *de Beaune* Domini *de Samblancey*, ex Ioannâ Ruzæâ filius 1520. Is Iacobus inſons neci datus M. Auguſto 1527.

96. *Antonius de la Barre*, receptus 5. Iunij 1528. & nominatur 1534.

97. *Georgius d'Armaignac*, Archiepiſcopus Toloſanus. Recipitur in hac Eccleſiâ 1547. 27. Februarij.

98. *Stephanus*, Ioannis Poncherij, ex Catharinâ *Hurault* filius, Turonicus ciuis, & Archiepiſcopus nominatur 1552. & 1557. ex Epiſcopo Baiocenſi, poſſeſſionē adeptus per Procuratorem Ioannem de Seluâ Abbatem Turpiniaci.

99. *Alexander* Cardinalis Farneſius 1553. prouiſus, apud Petramellar. & Ciaconum. Vide Auenionenſem.

Maillé porte facé d'or & de gueule de ſix pieces.

100. *Simon de Maillé*, ex Monacho, & Abbate Oratorij, creatur 1560. Concilium prouinciale habuit 1583. Latinas fecit

fecit è Græcis 24. homilias S. Baſilij, Carolo Cardinali Lotharingo dicatas. Ei dicat Opuſcula Marci Eremitæ Ioannes Picus Claſſium Inquiſitoriarũ Præſes 1563. Obiit ætatis 82. 11. Ianuarij 1597. Cuius tempore obiit Petrus Ronſardus 1585. ſepultus in Prioratu ſuo SS. Coſmæ, & Damiani. Eſt autem *Maillé* ſeu Malliacum oppidum agri Turonici Ducatus titulo à Ludouico 13. inſignitum (mutato nomine in *Luine*.) Simon verò dedit in fundationem feſti ſancti Simeonis 1200. aureos in ſuâ Cathedrali, in quâ iacet in Capellâ ſancti Blaſij. Muniuit etiam maius altare clatris cupreis 1554. quo anno tranſlatus in hanc ſedem ex Viuarienſi. Ei porrò dicauit hiſtoriam S. Gregorij Turonenſis Guilelmus Morellius 1561.

La Gueſle porte d'or à 3. trompes de ſable veroiées d'argẽt, auec les pendans, & chevron de gueule.

101. *Franciſcus de la Gueſle*, ex Senatore Pariſienſi, filius Iacobi Primo-Præſidis Diuionenſis 1566. inde Procuratoris Generalis, ac tandem Præſidis in Parlamento Pariſienſi. Obiit 1614. in Comitiis Pariſiẽſibus 30. Octobris. Quo Præſule Carmelinæ, Recolecti, & Fulienſes in vrbe ſtabiliuntur. Ipſe receptus 18. Auguſti 1597.

Carmelinæ, Recolecti. Fulienſes.

102. *Sebaſtianus Galligai* Florentinus. Ceſſit 1617. cùm receptus fuiſſet 20. Aprilis eiuſdem anni. Fuit etiam Abbas maioris Monaſterij. Momorantur verò Galigai 1248. apud Scipionem Ammiratum, in familius Florentinis.

Porte d'azur à la face d'or de 3. pieces.

103. *Bertrandus Deſchaux*, ex Baionenſi 1618. 14. Octobris, primus Regis Eleemoſynarius, quo anno interfuit Cœtui notabilium Rotomagi 4. Decembris, & inter Præceptores Ordinis S. Spiritus, ſeu Commendatores aſcitus 1619.

Veſuntionenſes ſeu Biſuntini Archiepiſcopi.

Bezançon.

VESVNTIO in vmbilico Burgũdiæ Comitatus ad Dubim fluuium, quæ & Veſunticũ & Biſuntium *Bezançon* oppidum maximum Sequanorum, Cæſari l. 1. cap. 9. ciuitas in Codice Puteano Prouinciarum Biſuntios apud Sequanos reliquis oppidis potiores ſe vidiſſe teſtatur Ammianus l. 15. gradu longitudinis 27. 20. latitudinis 46. 56. Ptolom. l. 2. c. 9 vbi dies maxima horarum 15. 46. altitudo ſolis 43. 4. ratio vmbræ æquinoctialis Meridianæ 65. 10. cuius vrbis
A Icon typis æneis expreſſa in theatro vrbium, ſed elegantiſſimè à V. C. Ioanne Iacobo Chiffletio, Patricio Conſulari & Archiatro in opere doctiſſimo cui titulus *Veſuntio ciuitas Imperialis*, libera Sequanorum Metropolis, in decimo ſcilicet Imperij circulo, quæ & Municipium dicitur in vetere Numo. Maxima autem Sequanorum (quæ, & Lugdunenſis 5.) diuidebatur Reno à Germanis. Iura ab Heluetiis verſus ortum, Rodano à Narbonenſi verſus meridiem, Arari ab Eduis verſus occaſum, Vogeſo à Lotharingis verſus Septentrionem, quam Golutus extendit trans Ararim
B vſque ad Sequanæ fontes, ſed, vt mihi videtur, id non probat. Habet verò nunc 3. Suffraganeas ſedes, Bellicenſem in Regno Franciæ; Lauſanenſem, & Baſilienſem in ditione Heluetiorum, vt iam ſuprà attigimus. At in veteri notitiâ Prouinciarũ, præter metropolim numerantur ciuitas Equeſtriũ Niuedunenſiũ, ſiue Neuidunũ, vulgò (*Nyon*) ad lacum Lemanum, ſedes olim Epiſcopalis, quæ nunc Bellicij ciuitas Eluitiorum, id eſt, Auenticũ ditionis Friburgenſis, *Auenche*, ſedes Epiſcopalis, quæ poſteà Lauſanæ, Baſilienſium ciuitas, caſtrum Vindoniſ-
C ſenſe, ſeu ciuitas Vindoniſſa C. Th. caſtrum Argentarienſe C. Put. ſeu ciuitas Argentoratum C. Th. caſtrum Rauracenſe, id eſt, Portubucini C. P. ſeu ciuitas Rauracenſis, portus Abucinus C. Th. caſtrum Ebredunenſe C. P. ſeu ciuitas Ebridunenſis in Vrbigeno Pago C. Th. vulgò, *Yuerdun*, quam videtur confundere cum Ebredunenſi Alpium maritimarum metropoli Hieronymus Surita in Itinerario Antonini pag. 497. & caſtrum Elcebus vulgò *Schleſtad*. Sed hîc ſunt notanda Antonini verba in Itinerario, *Argentariâ Elcebum M. P. 6. inde*
D *argentoratum M. P. 12.* vnde conijcio errorem eſſe in C. Thu. vbi legitur Argentoratũ pro Argentaria, quæ paſſim Colmaria. Nam Argentoratum vulgò *Straſbourg* in eadem notitiâ ponitur ciuitas Belgicæ primæ. Prætereà in diœceſi huius vrbis (quæ cultu, & decore Regali Imperij Romani clariſſima dicitur in paſſione SS. Ferreoli & Ferrutij, & Chryſopolis, Glabro l. 5. c. 1. Ligurini l. 5. Sariſberienſi epiſt. 234. Ioanni 8. Papæ epiſt. 241. & 245. auctori vitæ S. Bernardi l. 2. c. 5.) Patronos S. Ioannem Euangeliſtam, & S. Stephanum Protomartyrem agnoſcentis, piéque venerantis, enumerantur Abbatiæ ſequentes.

S. Vincentij in vrbe O. B. *S. Vincent.*

Flor. 700. S. Pauli in vrbe O. A. *S. Paul.*
Flor. 66. Cornelium, vel Corneolũ *Cornouil* O. P.
Flor. 120 Charitas O. C. *La Charité.*
Flor 100. Bellæ-vallis O. C. *Belle-vaux.*
Flor. 300 S. Petri de Boipolio O. B.
Flor. 600. Balma O. B. virorum. *Baulme.*
Balma O. B. fœminarum. *Baulmes les Nonains.*
Flor. 90. Roſeriarum O. C. *Roſieres.*
Flor 62. Lutra, vel Lulia, vel Lura O. B. *Lure.*
Locus creſcens O. C.
Flor. 200. Fauerneium O. C. *Fauerney.*
Flor. 333. Balerna O. C. *Balerne.*
De Claro-fonte O. C. *Claire fontaine.*
Flor. 300. Luxouij O. B. *Luxueil.*
Flor. 130. Accium O. C. *Acey.*
Flor. 150. Montis S. Mariæ O. C.
Bilio O. C. *Bely.*
Mons-benedictus O. A. *Mont-beneiſt.*
Goillæ O. A. *Goille.*
Bithaniæ O. C. *Bithaine.*
Flor. 177. Cari-loci O. C. *Cher-lieu.*
Trium-Regum O. C.
Gratia Dei O. C. *Grace.*

De Battanis, vel de Batento, *Batans*, fœminarũ O. C. nunc in vrbe. Sunt etiam in hac eadem diœceſi 94. Prioratus, Parrochiæ 780. in 15. Decanatibus ruralibus, & 5. Archidiaconatibus, & in Eccleſiâ Cathedrali Canonici 43. & 4. dignitates, Decanus, Archidiacon⁹, Cantor, Theſaurarius, item Succentores 2. Capellani 14. Pueri choriales 10. cum Magiſtris, cuius Capituli inſignia ſunt, Aquila S. Ioannis, & Brachium S. Stephani, cui præfuerunt hi Antiſtites.

1. *S. Linus.* Miſſus à S. Petro Romã, poſteà Papa 2. Quâ de re Iacobus Chifletius, vt etiam de ſequentibus.

2. *S. Maximus*, poſt longum Interpontificium ſedit circa A. C. 284.

3. *S. Paulinus.* 297.

4. *S. Euſebius.* 311.

5. *S. Hilarius.* Miſſus à S. Sylueſtro. Obiit 11. Calẽd. Auguſti circa A. C. 330.

6. *S. Pancratius*, vel Pancharius conſecratus à Iulio primo Papâ. Interfuit Concilio Agrippinenſi 346.

7. *S. Iuſtus.* 360.

8. *S. Amianus*, vel Attianus, corpora SS. Ferreoli, & Ferrutij reperta condidit honorificè in Eccleſiâ maiori, Gregor. Turonenſis c. 71. de Glor. Confeſſor. & Breuiarium Pariſienſe Nonis Septembris. Obiit circa 374.

9. *S. Silueſter* 6. Idus Maij.

10. *S. Froninus*, tempore Damaſi, & Siricij.

11. *S. Deſideratus.* Iacet Ledone Salinenſi (*Lyon le Saulnier*) in Eccleſiâ, quam olim in ſolo Natali condiderat. Feſtum agitur 6. Calend. Auguſti, vulgò *S. Deſiré.*

12. *S. Germanus.* 11. Octobris 396. apud Grandem fontem martyr occubuit.

13. *S. Antidius* 25. Iunij in Martyrol. Romano, & meminit Gerſon tomo 1. de erroribus circa artem magicam. Eius reliquiæ in Eccleſiâ S. Pauli. De eo plura Vincentius l. 20. c. 1. & nos nonnulla in Lingonenſibus n. 3. vulgò *S. Antible.*

14. *S. Leontius.*

15. *S. Chelidonius*, vel Celidonius (cuius meminit S. Leo Papa epiſt. 87.) Recepit brachium S. Stephani miſſum à Theodoſio Iuniore, Gallæ Placidiæ operâ. Eo autem per Hilarium Arelatẽſem depoſito, intruditur Importunus, Sed poſteà Chelidonius Præſul legitimus à S. Leone Papa reſtituitur.

16. *Germegiſilus*, depoſitus propter hæreſim Arianam, & eius nomen dypticħis expunctum.

17. *Claudius*, hic eſſe poteſt, qui ſubſcripſiſſe reperitur cuidam Synodo Arelatenſi, & Lugdunenſi circa ann. 490. in cauſâ Fauſti Regienſ. & in Epaunẽſi 509.

18. *Vrbicus*, vel Orbicius, in Concilio Aurelianenſi 5. 552. Baron. n. 25. & altero Epaunenſi 546. Quâ de re hoc loco noſter Chiffletius.

19. *Tetradius.* In Concilio Lugdunenſi per ſuum miſſum Cæſarium Preſbyterum 570. & Pariſienſi circa 558.

20. *Silueſter* 2. In Concilio primo Matiſconẽſi 582. & 2. 588. Valberti, & Flauiæ filius in vitâ S. Columbani c. 13.

21. *Vitalis.* Subſcripſit priuilegio S. Medardi Monaſterij Sueſſionenſis A. C. 593. Indict. 11.

22. *S. Nicetius.* Dedicauit altaria quædam Monaſterij Luxouienſis à S. Columbano ædificati tempore Gregorij Magni. Sepultus ad maius altare S. Petri Veſuntinenſis, alius à S. Nicetio Archiepiſcopo Treuirenſi 48. & à 31. Lugdunenſi.

23. *S. Protadius*, Februarij 10. Obiit 626. cuius reliquiæ coluntur ad S. Petrum. Hunc Clotarius Rex Francorum vocat patrem, & dominum, ſe verò eius ſeruum, & dominum, in Breuiario huius Eccleſiæ.

24. *S. Claudius*, ex Salinarum dominis oriundus, fit Canonicus ætatis anno 20. & inde poſt ann. 12. Archiepiſcopus A. C. 626. ab Honorio Papâ confirmatus. Quo munere eiurato fit Monachus Iurenſis 632. & Abbas 640. vbi piè vita decedit quaſi centenarius 8. Idus, ſeu poſtridiè

ſtridie Nonas, ſeu 6. die Iunij circa A.C. 696. an. 4. Childeberti 2. Regis Franciç, hora circiter diei 9. quę breuiter deſumpta ſunt, ex Cōmentario Franciſci *Dornual*, & ex Iacobo Chiffletio. & Galthero in Tabula Chronologicâ: ex quibus corrigenda temporum ratio apud Illuſtriſſimum, & eruditiſſimum Cardinalem Baronium, alàs verè Cæſarem, id eſt inter hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Principes, ſummum Principem.

25. *S. Donatus*, Valdoneli, & Flauiæ filius, è ſacro fonte ſuſceptus à S. Columbano, vt eſt in ipſius Columbani vita c. 13. Monaſterium ſancti Pauli condidit, vbi quieſcit cum patre. Conſtruxit etiam Iuſſanum Cœnobium B. Mariæ, vbi Flauia Donati mater, cum Sirude filia prima Abbatiſſa virgine ſanctiſſima Donati ſorore pauſat. Quem locū ab an. 1617. Patres Minimi incolunt. Interfuit Synodo Remenſi cum Palladio Autiſſiodorenſi 21. & Leudeberto Pariſienſi 26. circa A.C. 634. Nominatur in diplomate Clodouæi ann. 15. Indict. 5. id eſt A.C. 662.

26. *S. Migetius*, Archidiaconos 4. præter maiorem conſtituit. Eccleſiam cenſu, & vaſis auxit. Iacet in S Paulo.

27. *S. Ternat us*, ſcripſerat Chronicon prædeceſſorum ſuorum. Sepelitur in S. Paulo.

28. *S. Geruaſius*, Ternatij frater, ac ſucceſſor.

29. *Felix*, infelix Paſtor, qui in loco virentis paſcuæ gregem non collocauit, cuius prauo exemplo, vel ſaltem incuriâ, in via non bona ambulauit, & Clerus è caſto, in obſcœnum, è pio in ſacrilegum, è ſacro in profanum militem euaſit.

30. *Tetradius*, è medio tollitur cùm in venatione militem ageret, percuſſus ab apro quem inſequebatur.

31. *Albo* pius, & ſtrenuus.

32. *Valbertus*, vel Vaudebertus, humilitati, ieiuniis, & orationibus addictiſſimus. Legitur & Vandelbertus.

33. *Euroldus*, ſeu Conrardus ſedit ann. 12. quietiſſimè.

34. *Aurulcus*, vel Arnulphus, virginitatis, & puritatis amator.

35. *Hermeus*, vel Hermes nobilis, piè, & conſtantiſſimè obiit.

36. *S. Gedeon*, *mitiſſimus*, tempore Caroli Magni. & Saxonicæ per Gallias vaſtationis, B. Bernonis in Abbatem Cluniacenſem ordinator. Quod ſi verum eſt hoc loco mouendus eſt, atq; poſt Theodoricum ponendus.

37. *Bernuinus*, ex ſanguine Auſtraſio,
A cognomento bonus. Eccleſias reparauit, dotauit, ornauit. Nominatur in teſtamento Caroli Magni 811. & in Capitularibus Regum Franciæ l. 2. cap. 25. circa ann. 819. Sepultus in Abbatia S. Viti ſexto circiter ab vrbe milliario, nunc prorſus deleta.

38. *Amaluuinus*, Flodoardus l. 2. c. 19. & 20. circa ann. 840.

39. *Ardoicus*, impetrauit ius cudendæ monetæ ab Imperatore, meminit Flodoardus l. 3. cap. 20. & 21. in Synodo ad Saponarias 859. dicitur & Raduſcus in M.S. Obiit circa 870.

40. *Theodoricus*, in Concilio Pontigo-
B nenſi 876. & Trecenſi 878. Ei ſcribit Ioannes 8. epiſt. 151. & 245. Indict. 13. 880.

41. *Berengarius*, Theoderici nepos, S. Odonis in Abbatem Cluniaci ordinator. Ei verò per hæreticos excæcato Stephanus Bellicenſis fuit coadiutor, qui Stephanus ad caſtrum Montis Beliardi corpus S. Maimboldi tranſtulit, cùm intereà Ayminus, vel Leoninus, & Güntherius ſe pro Archiepiſcopis gererent.

42. *Gyrefredus*, vel Gerfredus in Synodo Trenolchiana, vel Tornuſiana,
C apud Sanjulianum 944.

43. *Guido*.

44. *Guichardus*, vel Vichardus, Vion l. 2. c. 19.

45. *Leutaldus*, vel Luraldus. Ordinauit S. Odilonem 5. Abbatem Cluniaci die Pentecoſtes 994.

46. *Hector*, cuius tempore reperitur Bertaldus Pſeudoarchiepiſcopus.

47. *Valtherius*, patientiæ virtute præmunitus, modeſtiâ magnificus, claritate conſpicuus, Eccleſiam ſancti Stephani inſtaurauit. Obiit 4. Nonas Octobris, ſuſceptor è ſacro fonte Hu-
D gonis ſucceſſoris.

48. *B. Hugo* conſecrator Alinardi Archiepiſcopi Lugdunenſis 64. electus 1031. Chron. Benignianum, cognomento Salinarius, in diplomate Rodulphi Regis. Ordinauit ſanctum Hugonem Abbatem Cluniaci die Cathedræ ſancti Petri 1049. Quo anno menſe Octobri interfuit Concilio Remenſi, & ſacro Philippi Regis 1059. Ei ſcribit Petrus Damianus lib. 3. epiſt. 8. De eo quoque Vibertus in vita Leonis 9. lib. 2. cap. 4.

49. *Hugo* 2. ex familia Aſpurgenſi, in Synodo Æduenſi, 1072. Obiit 4. Cal. Octobris 1085.

50. *Hugo* 3. inſtituit Achardum Ab-

batem primum ſancti Vincentij 5. Calendas Nouembris 1092. Obiit menſe Septembri 1100. filius Guilelmi *Teſtehardi* Burgundiæ Comitis, ex Gertrude Luxemburgicâ, frater Guidonis Archiepiſcopi Viennenſis, qui poſteà fuit Calixtus 2.

51. Hugo 4. mortuus eſt in expeditione Ieroſolymitana circa ann. 1101. 16. Calend. Februarias.

52. *Pōtius*, memoratur 3. Idus Ianuar. 1102.

53. *Guilelmus*, ex nobili familia de Turre apud Biſuntinos 1109.

54. *Anſericus*, nominatur 1118. Petrum Venerabilem Abbatem Cluniaci 9. ordinauit die Octauarum Aſſumptionis 1123. Intereſt Conuentui Imperiali Argentinæ 1125. & Baſileæ 1129. Obiit 12. Calend Maij 1134.

55. *Humbertus*, electus 1134. Interfuit conſecrationi altaris maioris factæ ab Eugenio 3. 3. Nonas Maij 1148. Conſecrauit ipſe 1160. Landericum in Epiſcopum Lauſanenſ. Obiit Calend. Octob. 1161.

56. *Valtherus*, Nominatur adhuc electus 1162. numquam fortè conſecratus. Quo tempore Albertus memoratur in vita S. Petri Tarentaſienſis intruſus à Friderico Ænobarbo.

57. *Theodericus* 2. de Monte-beligardo 1189. proficiſcens Ieroſolymam Vicarium reliquit Oliuerium Luxouij Abbatem, ibique obiit peſte 4. Idus Iullij 1191.

58. *Stephanus*, Othonis 3. Meraniæ Ducis, ex Aleide Comitiſſa Burgundiæ filius. Ei ſcribit Innocent. 3. Pontificatus an. 1. 5. Idus Iunij c. licet de Accuſat. & l. 1. ep. 3. Idus Ianuar. 1199. Ne quis in Abbatem eligatur niſi prius fuerit Monachus, & habetur c. ad noſtram de electione. Sepultus 4. Idus Iunij in atrio Templi Stephanici inter 8. Burgundiæ Comites, cuius Burgundiæ Comitatus, Compendium Franciæ Botero, & altera Italia agnoſcit hanc metropolim.

59. *Amedeus* 1212. & 1218. cui fortè Innocent 3. ſcribit c. Tuis, de Teſtibus, & c. vltimo de ſchiſmaticis, vbi ſchiſmaticus, à quo ordinati, ſunt remouendi ab ordine, intelligitur Herbertus, de quo n. 56. Eidem certè Capitulo ſcribit ipſe Innocent. an. 15. Pontif. Nonis Octob. 1212. quòd licet eorũ Eccleſiæ lignea ædificia fuerint caſu igne conſumpta, parietibus illæſis, & menſâ principis Altaris in ſui extremitate modicam paſſâ fracturam, nec Eccleſia, nec altare debeat iterum conſecrari. Quod habetur c. 6. ligneis, de Conſecratione Eccleſiæ, vbi reſtituenda inſcriptio ex hac Epiſtola quam cum pleriſque aliis edidit V. C. Paulus *Dumay* in ſuprema Burgundiæ Curia Senator. Vide Iuon. epiſt. 72. & 80. & Gratianum c. Si motum de Conſecrat diſt. 1.

60. *Ebrardus*, conſecrauit 1219. altare monaſterij Roueriarum à Galthero Salinenſi fundati.

61. *Gerardus*, eo ſedente Dominicani in vrbem inducuntur 1223. Memoratur etiam in diplomate Hugonis Lingonenſis 1224.

62. *Ioannes Algrin*, vel *Halgrin*, ex magiſtro Scholæ Theologicæ Pariſiis, huius ſedis Archiepiſcopus, poſteà Cardinalis Sabinenſis, apud Onuphrium, Vionem, Ciaconum, Nomenclatorem Cardinalium, pag. 25. & Trithemium, à quibus malè dicitur Abbas, pro Priore Abbatis-villæ diœceſis Ambianenſis. Vide Henricum Gandauenſem cap. 38. Ioanne verò ſedente fundantur Veſuntione Franciſcani circa 1224. Cæterùm eiuſdem nominis, & gentis, vt puto, fuêre Ioannes Cancellarius Franciæ 1240. Garnerius Seruiens armorum Regis habens officium Militis Gueti in Lendito, in diplomate Ioannis Regis dato in Domo-nobili 6. Iunii 1354. pro Dionyſianis, Algrinus Clericus Regalis & Palatinus, Canonicus Stampenſis, in Chronico Moriniacenſi, vt indicauit nobis Andreas *du Cheſne*. Sed & poſteà reperimus Algrinum in diplomate Ludouici Groſſi 1137. appellari à Secretis, Stephano Cancellario, & anno ſequente 1138. Cancellarium, in diplomate Ludouici iunioris pro Canonicis Briuatenſibus. Fuit etiam gẽtis eiuſdem Guilelmus Conſiliarius Regis in reductione Burgundiæ 1476. 29. Ianuarij, Ludouicus item Conſiliarius, inter Iudices Cancellarij Poyeti, Ioanna, & Guilelmeta 26. & 27. Abbatiſſæ Ederacenſes.

Algrin porte de gueule, & d'argent à la croix ancrée party de l'vn à l'autre.

63. *Nicolaus de Flauigneyo*, ex Decano Lingonenſi, probitate, & eruditione celebri, cui filium ſuum commendat Guilelmus Vergiacus Burgundiæ Seneſchallus. Obiit 7. Idus Septembris 1235. Præterea in Martyrologio Salinenſi Calendis Februariis ſic legitur: Reuelatio B. Anatolij Confeſſoris, atque Pontificis, per manus domini Nicolai Archiepiſcopi Biſuntini. Vbi tamen Anatolius fuerit Pontifex, nondum inueni. Certè Molanus parùm certò Biſuntinum fuiſſe ait Archiepiſcopum additionibus Vſuardi 3. Februarij.

At

At Lingonis fit de eo Officium duplex 3. Calend. Februarij.

64. *Gofridus*, obiit 1241. 6. Nonas Maij.

65. *Ioannes*, creatur Lugduni ab Innocentio 4. Cardinalis 1244. ibique ſepelitur mortuus in generali Concilio Gregor. 10. 1274. pridie Idus Iullij apud Franciſcanos, is cognomento Franciogia Ciacono, natus Abbatis-villæ, quem Vion malè confundit cum Ioanne Algrino 62. Eius verò tempore 1248. fundantur Canonici Polignej ab Othone Comite.

Chanoines de Poligny.

66. *Guilelmus* 2. ex Epiſcopo 45. Cabilonenſi Ioanne anteceſſore facto Cardinale. Probauit vnionem Eccleſiæ S. Ioannis, & Eccleſiæ ſancti Stephani, ita vt, vnum deinceps eſſet vtriuſque Capitulum, idque ex conſtitutione Hugonis Cardinalis de ſancto Charo, legati Innocentii 3. 1253. Inſtaurauit Archiepiſcopium, & nominatur in Charta Franciſcanorum Diuionenſium 1260. menſe Iullio, cùm ante proximum decennium fuiſſent fundati Franciſcani Lonſonerij à Guilelmo de Vienna 1250. Obiit 13. Calend. Septembris 1268. ſepultus in Capella ſancti Nicolai ab eo fundata, ad Baſilicam ſancti Stephani.

67. *Odo de Rubeo monte, Rougemont.* Confirmatur Viterbii 5. Idus Februarii à Collegio Cardinalium ſede vacante mortuo Clemente 4. Et quia Odonis tranſactio cum Iuone Abbate Cluniacenſi reperitur 17. Calend. Nouembris 1269. data Belnæ in Bibliotheca Floriacenſi, ideò puto ipſum Odonem confirmatum 1269. qui fuit primus longi illius Interpontificij annus. Nominatur verò in Charta Franciſcanorum Diuionenſium menſe Maio 1270. qui & ſubſcripſit diplomati menſe Maio 1278. Sub Philippus à Vienna Dinaſtes *de Pagny*, & *de Seurre* de conſenſu matris ſuæ Aleïdis dominæ *de Poully*, & Agnetis Burgundæ vxoris, ac Hugonis primogeniti, datius Communiæ, & maioritatis hominibus *de Seurre*, mediante ſummâ quatuor millium librarum Viennenſium, præſentibus Eudone (qui & Odo) Archiepiſcopo Biſuntinenſi, & Roberto Duce Burgundiæ. Eſt verò *Seurre*, ſeu Sororium oppidum nunc munitiſſimum ad Ararim Ducatus titulo inſignitum à Ludouico 13. in gratiam Rogerij *de Bellegarde*, Burgundiæ Proregis, à quo ipſum oppidum nomen nouum Belgardæ aſſumpſit, antiquâ appellatione Sororii abrogatâ. Denique obiit Odo 9. Calend. Iullij 1305. ſepultus ante maius altare Bellæ-vallis.

Seurre.

68. *Hugo* 5. de gente Cabilonià, vel Chalonià *Chalon*, 1302. ex Epiſcopo 72. Leodienſi. Ædificauit, & dotauit Eccleſiam Belli-prati. Obiit 1316. Vide Epiſcopos Lingonenſ. n. 73. quo anno 1316. apud Tillium ſedet in Parlamento magiſter Hugo de Veſuntione, quem puto Epiſcopum 83. Pariſienſem, mortuum 29. Iullij 1332. qui & patriæ memor, anniuerſarium inſtituit in hac metropoli. Noſter verò Archiepiſcopus filius fuit Ioannis Chalonij, & Lauræ Commerciæ.

Chalon porte de gueule à la bande d'or.

Chalon de Commercy.

69. *Vitalis*, natione Vaſco. Obiit 1333. 6. Calend. Septembris ante maius altare Franciſcanorum ſepultus.

70. *Hugo 6. de Vienna* 1346. dedicauit Eccleſiam Trinitariorum ſancto Vincentio in ſuburbio Attrebatenſi, Dominicâ infra Octauam Apoſtolorum. Ferreolus Locrius. Obiit 4. Idus Maij A. C. 1355. ſepultus ad ſiniſtram maioris altaris S. Stephani.

71. *Ioannes de Vienna*, nepos ſuperioris 1355. hinc factus 71. Metēſis 1361 in cuius Eccleſiæ Chron. M.S. hæc Gallicè habentur, vt refert R.P. Andreas Valaderius Abbas S. Arnulphi, in auguſta baſilica eiuſdē S. Arnulphi: *Qu'il auoit gouuerné le Duc de Bourgongne, en quel pays on vſoit de droit de Iuſtice, & de raiſon, & eſtoit Prelat beau, riche, & ſage, & que onc' en ſon temps n'emporta, ny engagea rien de l'Eueſché.* Itaque ſi à nonnullis dicatur bellicoſus, & litigioſus, id accipiendum eſt, quòd fuerit Iuris Eccleſiaſtici propugnator acerrimus. Qui tandem obiit Epiſcopus Baſilienſis 1382. Bruntruti ſepultus. Vide Epiſcopos Lingonenſes n. 83. de gente Viennenſi.

72. *Ludouicus* de Mombeliardo, Henrici Comitis filius. Sedit tantùm 9. menſes, ſepultus ad cornu Euangelij propè maius altare S. Stephani 8. Calend. Auguſti 1362.

73. *Aymo*, vel Amatus, vel Amedeus, vel Emundus de Villario-Sexel, ex Archidiacono. Moritur 4. Idus Decembris 1370. ſepultus in S. Stephano.

74. *Guilelmus de Vergeyo*, filius Ioannis *de Vergeyo* domini *de Fouuens*, Seneſchalli Burgundiæ, & Giletæ de Vienna. Philippum Ducem, & Comitem Burgundiæ vinculis excommunicationis obſtrinxit, quòd contra iura vetera ciuitatis Biſuntinæ monetam cuderet Axonæ. Quare Dux eum Giaci tunc commorantem obſedit, cuius furori, de

ſuorum conſilio ſimul ceſſit, & Archiepiſcopatui, factus Cardinalis Auenione à Clemente 7. Antipapa 1391. cui bonâ fide adhæſit, quem iacere accepi in Capella ſancti Nicolai ad ſuam metropolitanam 1407. Vide Epiſcopos Eduenſes num. 57. de gente Vergeya, *Vergy*. Huius verò tempore Richardus Decanus Biſuntinenſis cognomento *Puque*, vel *l'Agache*, poſteà 68. Remenſis. Intereſt conſilio Regis 1374. 19. Martij, & paulò antè 1372. fundantur Franciſcani Dolæ à Ioanne, & Theobaldo *de Rie*.

Franciſcani Dolæ.

Athies village au dioceſe de Noyon.

75. *Girardus d'Athies*, emit hoſpitium Sancerranum, *l'Hoſtel de Sancerre*, Pariſiis à Ludouico Franciæ Comeſtabili 1397. 27. Septembris tribus millibus lib. ſcuto aureo pro viginti duobus ſolidis, & ſex denariis computato. Nominatur etiam Præſes Curiæ Iuuaminum 1398. Hoc verò Præſule Ioannes de Vienna Eques dominus *de Rolans*, Franciæ Admiralis cum vxore Ioanna *d'Oyſelet* fundauit conuentum Carmelitarum, diplomate dato Pariſiis 1392. Obiit verò Girardus Pariſiis 22. Nouembris 1404. cuius corpus ſepelitur Nouiomi in Eccleſia ſancti Eligii, vbi fuerat Monachus Benedictinus. Cor autem, ex ipſius præcepto, à parte dextra maioris altaris ſuæ metropolis conditum eſt. Itaque moritur ante Guilelmum Viennenſem prædeceſſorem ſuum vitâ functum 1407. Notatur verò Girardus de Athiſio obiiſſe 10. Calend. Decembris in Necrologio Pariſienſi.

76. *Theobaldus*, de Rubeo-monte, ex Epiſcopo Matiſconenſi 55. & Viennenſi Archiepiſcopo 87. Appoſuit primarium lapidem Balmetæ, ſeu Eccleſię Franciſcanorum Seriacenſium 1417. fundatæ à Margarita Bauara Burgundiæ Duciſſa, & Comitiſſa. Obiit Romæ, & ſepelitur in æde vaticana S. Petri, in ſacello ſancti Thomæ 1429. Septembris 16. Eo quoque ſedente conſtruitur Minoritarum conuentus Selleriis 1417. à Guilelmo Viennenſi domino de ſancto Georgio. Excitatur etiam Academia Dolona 1423. à Philippo Bono Duce, & Comite Burgundiæ. Reformantur quoque ſorores ſanctæ Claræ Vrbaniſtæ in obſeruantinas 1408. à B. Coleta in hac vrbe Veſuntina, quarum monaſterium fundatur Auxonæ 3. Nouembris 1412. ab eodem Guilelmo Viennenſi, & anno 1422. Octobris 24. Seurræ, ſeu Sororii, *Seurre* earumdem conuentus fundamenta iaciuntur.

Minoritæ Selleriis.

Academia Dolan.

77. *Ioannes* de Rupe-ſciſſa, *Rochetaillé*, ex puero Choriali Lugdunenſi, fit Officialis Rotomagenſis, & ordine temporum Epiſcopus Geneuenſis, Pariſienſis 94. Rotomagenſis Archiepiſcopus 73. Biſuntinus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Cardinalis, Vicecancellarius, & Bononiæ legatus. Quo in munere obiit 9. Calend. Aprilis Dominicâ in Ramis palmarum 1437. ſepultus in cathedrali Lugdunenſi. Eum quoque ad Patriarchatum Aquileienſem promotum fuiſſe in Concilio Conſtantienſi innuit eruditiſſimus Chiffletius, ſed fortaſſe poſſeſſionem non eſt adeptus, ideóque in Catalogo Patriarcharum Aquileienſium non inuenitur. Intereſt Archiepiſcopus Veſuntinus conſilio Caroli 6. Regis 1395. pro acceptione vrbis Genuenſis in dominium Franciæ. Alius porrò fuit à noſtro Præſule Ioannes de Rupe-ſciſſa Franciſcanus Concionator, qui dicebatur habere ſpiritum Prophetiæ, de quo Andreas Quercetanus in vita Innocentii 6.

78. *Franciſcus* Condelmerius, vel Gondulmerius, Cardinalis de Venetia, poſteà Epiſcopus Veronenſis. Quo tempore Ioannes Fruinus Decanus, fuerat electus à Capitulo 24. Aprilis 1457. mortuo in Curia Romana Ioanne prædeceſſore, qui Fruinus erat etiam Canonicus S. Capellæ Diuionenſis, vbi ad vitream feneſtram retrò maius altare ſpectantur eius inſignia. Quique Conſiliarius Ducis, obiit 14. Septembris 1458. Hoc etiam tempore 23. die anni 1438. Veſuntione deceſſit, ibique iacet in æde Clariſſarum Iacobus Borbonius, ex Rege Siciliæ, & Ieruſalem Ordinem ſancti Franciſci profeſſus, de quo idem dominus Chiffletius hoc loco, & Sammarthani fratres lib. 11. hiſtoriæ Genealogicæ curioſiſſimi indagatores, peritiſſimique ſcriptores.

Fruin portoit de gueule au cheuró d'argent accompagné de 3. eſtoilles d'or.

79. *Ioannes de Norry*, ex Viennenſi 87. iacet ante altare ſancti Symphoriani Giaci, vbi obiit cogitans ſolemnem ingreſſum in vrbem 1438.

80. *Quintinus de Flauigny*, cognomento *Menart*. Nominatur in diplomate Franciſcanorum Diuionenſium 1440. Sept. 2. fundator Canonicorum S. Geneſii loci natalis Flauigneij, de quo ſic Martyrologium S. Capellæ Diuionenſis 19. Ianuarij. *Anniuerſarium recolendæ memoriæ domini Quintini Menart de Flauigneyo Eduenſis diœceſis, Secretarij domini Ducis Burgundiæ, qui fuit huius Eccleſiæ*

Canonicus

Canonicus, *& Theſaurarius*, *ac poſtmodum Archiepiſcopus Biſuntinus.* Fuit quoque Præpoſitus ſancti Audomari apud Locrium, qui tamen eum obiiſſe malè notat 1436. apud quem etiam non reperitur in ſerie Epiſcoporum Attrebatenſium, vnde tamen euectum fuiſſe ad hanc ſedem tradit dominus Chiffletius. Obiit 18. Decembris 1462. & ſepelitur ante maius altare Stephanienſe, cuius tempore 1448. tanta fuit vini abundantia, vt opus fuerit illud recondi in ciſternis, doliis non ſufficientibus.

Neufchaſtel porte de gueule à la bande d'argent.

81. *Carolus* de Nouo-caſtro, *Neufchaſtel*, filius Ioannis, & Margaritæ, de Nouo-caſtro, conſanguineæ Reginæ Portugalliæ, ex Epiſcopo Baiocenſi, & Abbate primo Commendatario S. Pauli electus anno ætatis 21. poſt ſedem ann. 36. Obiit 13. Calend. Auguſti 1498. Vide Epiſcopos Eduenſes nu. 71. vbi de hac gente.

82. *Franciſcus de Buſleyden*, præceptor Philippi Caſtiliæ tunc Principis, ex Decano Antverpienſi electus 1498. Cardinalis ab Alexandro 6. Obiit Toleti 10. Calend. Septembris 1502. cuius corpus ſepultum in ſancto Bernardo. Cor verò relatum in ſuam metropolim in ſacello ſancti Agapiti quieſcit. Sic Hieronymus Buſlidianius fundator Collegij Trilinguis Louanij mortuus 1518. vt eſt in inſcriptionibus Brabantinis pag. 254. & apud Lipſium in Louanio lib. 3. cap. 5. Quod tamen tribuit huic Franciſco dominus Chiffletius.

83. *Antonius de Vergeyo*, cognomento bonus Archiepiſcopus, Caroli 5. Præceptor, Pater pauperum, electus, aut potius poſtulatus à Capitulo ann. ætatis 14. Primum lapidem poſuit Eccleſiæ B. Mariæ Dolenſis 9. Februarij 1508. E viuis exceſſit 29. Decembris 1541. ſepultus in baſilica ſancti Stephani. Filius fuit Guilelmi de Vergeyo Mareſcalli Burgundiæ, & Annæ de Rupecauardi.

La Baulme porte d'azur à vne bande viuree d'or.

84. *Petrus* de Balma, *de la Baulme*, ex Epiſcopo Geneuenſi, vnde exceſſit à Caluinis furentibus expulſus 1535. Obiit 4. Maij 1544. Arboſii ſepultus in Eccleſia ſancti Iuſti, Cardinalis & Abbas ſancti Claudii.

85. *Claudius*, Cardinalis *de Balmâ*, filius Claudii, domini *de S. Sorlin*, Mareſchalli Burgundiæ, & Velleris aurei Equitis. Obiit die Iouis 14. Iunii 1584. Abbas Cari-loci.

Granvelle porte d'argent à 3. bandes de ſable au chef d'or chargé d'vne aigle à deux teſtes de ſable.

86. *Antonius Perrenot*, Cardinalis de Granvella, ex Epiſcopo Attrebatenſi, & primo Archiepiſcopo Machlinienſi, ad hanc ſedem tranſlatus 1585. Siciliæ Prorex, de quo plura Petramellarius, & Nomenclator Cardinalium, & Paulus Iouius lib. 45. hiſtoriæ ſui temporis; Lipſius dicans ei varias lectiones primum ingenii ſui fœtum, Antonius Delrio Solinum, Fuluius Vrſinus ſelecta Polybii, Ioannes Molanus Martyrologium Vſuardi. Ei adhuc Protonotario ſcribit Petrus Bembus lib. 6. epiſtolarum 1538. & Attrebatenſi 1539. Nicolaus Ellebodius inſcribit ei Nemeſii de natura hominis interpretationem, Pighius in Hercule prodicio, Miræus in elogiis Belgicis. Obiit die ſancti Mathæi 11. Calend. Octobris 1586. ætatis 72. Mantuæ Carpetanorum, ſeu Madriti in Hiſpania, vnde corpus relatum ad Carmelitas huius vrbis ſepelitur. Princeps Papiſtarum à ſectariis nuncupatus. Nec mirum ſi talis, tantúſque vir fuerit, qui per omnes Ordinum gradus ad ſummum apicem gloriæ immortalis conſcenderit. Fuit enim commendabili quâdam honorum ſerie Canonicus, Cantor, Abbas, Protonotarius, Epiſcopus, Archiepiſcopus, Cardinalis, Legatus, aliàs Quiſquis exercitui imperat, cùm non fuerit miles, imò nec Tyro, is planè hecatombam educit Nouemdialem, id eſt cæcus cæco ducatum præſtat, vt ambo in foueam cadant. Nec omittendum eum calluiſſe 7. linguas, & 4. vel 5. amanuenſibus ſimul, diuerſas dictaſſe epiſtolas, & ei à ſecretis conſcientiæ Didacum Stellam, Minoritanum fuiſſe.

De Rie porte d'azur à l'aigle d'or.

87. *Ferdinandus de Ria*, *de Rie*, filius Girardi domini *de Balançon*, & Ludouicæ *de Lonvic*, Abbas ſancti Claudij, & Prior Gigniaci. Poſſeſſionem adiit 1586. Edidit Breuiarium correctius. Cuius tempore inſtituti Veſuntione Capucini 1607. Ieſuitæ, Minimi, & Carmelinæ 1606. Item Dolæ Capucini, Ieſuitæ, Vrſulanæ, & Veſulij Ieſuitæ, & Capucini Polignei, eodémque ſedente miraculum Fauerneij factum in ſancta Hoſtia, de quo Galtherus in Tabula Chronologica 1608. Maij 25. Ei dicat R. P. Valerius Reginaldus Praxim fori Pœnitentialis 1616. Huius Suffraganeus, ſeu Vicarius in Pontificalibus claret Claudius *de la Barre*, ex miniſtro Prouinciali Minoritarum, & Theologiæ Profeſſore doctiſſimo, Epiſcopus Andropolitanus. Porrò Ferdinandi nepoti

Capucini. Ieſuitæ. Minimi. Carmelinæ.

Franciſco *de Rie* Decano Veſuntinenſi & ſupremo Iſabellæ Archiducis Eleemoſynario dicat Faſtos Belgicos & Burgundicos Aubertus Miræus Antverpienſis Canonicus eiuſdem Iſabellæ à ſacris Oratorij 1622. Cæterùm ad antiquitatem huiuſce gentis facit, quòd Rodulphus *de Rie* claruiſſe inuenitur 1204.

Vienne.

Viennenſes Archiepiſcopi.

Flor. 1100.

VIENNA, Allobrogum, Ptolom. lib. 2. cap. 10. Plin. l. 3. cap. 4. Mela lib. 2. cap. 5. Dio lib. 46. Seneca de morte Claudii, Suet. in Aug. cap. 9. & 19. Conſtant. Imp. l. 1. Cod. Theod. de Temporum curſu, Cæſar. l. 7. cap. 2. Ea verò ſita eſt in ſiniſtra Rodani ripa 16. m. p. infra Lugdunum ad alteram ripam poſitum, quod ſpatium 5. leucarum, binâ equorum mutatione, vel nauali itinere, tribus horis deſcendendo conficitur, vnde apud Tacitum lib. 1. hiſtoriarum Lugdunenſibus, & Viennenſibus vno amne diſcretis connexum odium, vrbs Alpina, & opulenta Auſonio epiſt. 23. ſaxoſa Theodulpho, vitifera Martiali lib. 14. Epigrammate 106.

Hæc de vitifera veniſſe picata Vienna.
Ne dubites, miſit Romulus ipſe mihi.

De quibus vinis picatis Plin. lib. 14. cap. 1. Plutarchus lib. 5. Sympoſiac. cap. 3. Cornel. Cel. lib. 4. cap. 5. antiqua; & Senatui Romano particulariter chara in epiſt. Stephani 3. Papæ, Senatoria Sauaroni in Sidonium lib. 4. epiſt. 2. ſacra, & Sacerdotalis Adoni in Chronico, pulchra Fortunato lib. 8. cap. 4. ex Martiale lib. 7. Epigrammate 72. editionis Raderi, ornatiſſima, valentiſſimáque Colonia in Oratione Claudij, cuius Coloniæ vetuſtas, dignitáſque valuit, Tacitus lib. 1. hiſtoriarum, nobilis ſedes regni in vita ſancti Adeleïdis Imperat. totius orbis Gallici honos in veteri carmine, gradu longitud. 25. 50. latitud. 45. 0. vbi dies maxima hor. 15. 30. vmbra æquinoctialis meridiana æqualis gnomoni, altitudo ſolis 45. 0. Capellæ Sidus verticale, diſtátque Mediolano per Alpes Cottias 409. m. p. in Antonini Itinerario, cuius vrbis Icon extat tomo 5. Ciuitatum orbis Georgii Bruni, in Parlamento Delphinatus Gratianopolitano. Ab hac autem Vienna ciuitate prouinciæ quinque Viennenſes dictæ fuerunt, quarum hæc prima Conſularis in Notitia Imperii, quæ tamen olim in Narbonenſi iuris Italici fuit, vt ait Paulus l. 8. de Cenſibus. Quæ Viennenſis ciuitatum exultat decore multarum, quibus potiores ſunt Vienna ipſa, & Arelate, & Valentia, quibus Maſſilia iungitur, inquit Ammianus lib. 15. Sic etiam in veteri prouinciarum Galliæ notitia, quæ Antonini Itinerario additur Arelatum, & Auenio annumerantur ciuitatibus Viennenſis prouinciæ, vbi tamen in C. Put. ciuitas Arelatenſium dicitur metropolis. Huius autem ſedis nobilis, & Regalis Viennæ (vt dicitur à S. Odilone in vita Adeleidis Imperatricis) Archiepiſcopus, & Comes dicitur, Cancellarius Regni Burgundiæ, & Primas Primatum, Baron. A. C. 445. & 1120. & in Martyrolog. 5. Maij, Filſacus de ſacra Epiſcoporum auctoritate c. 9. §. 12. Azor p. 2. l. 2. c. 36. Berther. *Diatribe* 2. c. 5. Prætereà Delphinorum gens nobiliſſima, & Viennenſis alia gens eodem titulo nobilitatis, etiam nunc in Burgundia inſignis, ab hac ciuitate nomen aſſumpſit, cuius quidem ciuitatis Eccleſia princeps olim SS. Machabæis dicata erat, de quibus Machabæis Molanus, Galeſinus, & Baronius in Martyrologio Calend. Auguſti, S. Bernard. epiſtola 98. Nazianzenus, & Chryſoſtomus apud Surium & S. Hilarius ſiue Pictauienſis, ſiue Arelatenſis de iiſdem carmen edidit, quod in Bibliotheca Floriacenſi, & alibi exſtat. Ea verò nunc eſt ſancto Mauritio Thebeæ legionis Primicerio ſacra. 20. habet Canonicos, longa 132. lata 50. paſſus communes, in cuius diœceſi circa octingentæ Eccleſiæ parrochiales reperiuntur, & Abbatiæ ſequentes.

S. Petri O. B. olim Foris-portam, nunc intra mœnia vrbis, quæ infra cum aliis deſcribetur. Flor. 150.

S. Andreæ, in vrbe O. B. Flor. 100.

S. Andreæ O. B. Monialium in vrbe ſuperiori, fundata tempore Philippi Archiepiſcopi.

Bonæ-vallis O. C. *Bonne-vaux.* Flor. 300.

S. Antonij O. A. caput ſui Ordinis. Flor. 200.

Porrò ſeries Antiſtitum huius vrbis hęc eſt quam damus poſt Ioannem *Chenu*, Ioannem de Boſcho, & Ioannem *le Lievre*, in Antiquitatibus huius vrbis, quas nuper iuris publici fecit ipſe Canonicus Viennenſis patriâ Ambianenſis.

1. *S. Creſcens*

1. *S. Creſcens* 29. Decembris, in Martyrologio Romano, Bedæ, & Adonis, à quo dicitur Eccleſiæ Viennenſis primus doctor, qui copioſius videndus 27. Iunij, cuius & meminit Mathæus Weſtmonaſterienſis, qui eum relictum Viennæ à ſancto Paulo A. C. 57. tradit. Vnde & à Paulo Papa 1. dicitur Collega Apoſtolorum, vt refert Ioannes à Boſco in Bibliotheca Floriacenſi, (ex cuius Commentariis multa huc deriuauimus) de quo Epiphanius hæreſi 51. ex Paulo 2. Timoth. 4. 10. vbi Claudius Eſpanſæus, & Cornelius Lapideus, Chron. Autiſſiodorenſe, Galtherus ſæculo 2. Tabul. Chronolog. Iuo in Chronico, Viennæ, inquit, Creſcentem reliquit Paulus, idemque tradit Marianus Scotus, & Chronicon Alexandrinum, Creſcens, ait, Euangelio in Gallijs promulgato ſub Nerone mortuus ibidem ſepelitur.

2. *S. Zacharias* 26. Maij Protomartyr in Galliis, Ado in Chron. quem Beda ſecundum Viennæ Epiſcopum vocat.

3. *S. Martinus*. Cal. Iullij, Martyrologium Romanum, vbi Apoſtolorum diſcipulus dicitur, Adoni in Martyrologio, & in Chronico, vbi ab eius Martini tranſitu, ad S. Martini Turonenſis tranſitum anni numerantur 290. itaque ſi Turonenſis tranſiit 400. vt diximus, Viennenſis tranſiit 110.

4. *S. Verus* Cal. Aug. Martyrol. Romanum, vbi Baron, & Galtherus ſæculo 2.

5. *S. Iuſtus* 4. Nonas Maij, Galtherus ſæculo 2. illuſtriſſimus in Chriſti confeſſione refulſit, apud Mathæum Weſtmonaſterienſem.

6. *S. Dionyſius* 8. Maij, quem Deſiderium nonnulli vocant, cuique ſcribit Victor Papa de Paſchatis celebratione. Eum verò Deſiderium primùm nomine, & ſeptimum ordine facit Ioannes à Boſco, & Ioannes *Chenu*, ſed noluimus hoc loco mutare ſeriem horum Præſulum operibus Petri Villarij Archiepiſcopi infrà nominandi adſcriptam, quæ Deſiderium hîc omittit, licet ea ſeries mendis carere non videatur.

7. *Paracodes*, vel Paracodus, 1. Ianuarij, Adoni, & Bedæ, Chron. Autiſſiodorenſi, eidem Victor Papa ſcribit.

8. *Florentius*, Ado Chronico circa ann. 241. Martyrolog. 3. Ianuarij, & Mathæus Weſtmonaſterienſis, à quo dicitur vitâ, doctrinâ, exilio, & martyrio clarus.

9. *S. Lupicinus*. 14. Decembris. Ad eum extat epiſt. Cornelij Papæ tomo 3. Bibliothecæ Patrum.

10. *S. Simplides*, vel Simplidius Februarij 3.

11. *S. Paſchaſius*. 22. Februarij Martyrol. Romanum, vbi Baronius.

12. *S. Claudius* Calend. Iunij, Bedæ, & Adoni, qui eum in 11. collocat ordine; eumque in Chronico vult interfuiſſe Concilio 1. Arelatenſi. 314. quod negans Baronius ibi verum ſubſcriptũ eſſe ait. Quòd ſi rectum eſt, dicere oportet eum fuiſſe verum nomine ſecundum, & qui infrà eſt ſecundus, debere tertium cenſeri. At hic Claudius alius eſt à Claudiano Preſbytero Viennenſi, Mamerti Archiepiſcopi fratre, & quaſi coadiutore, ac librorum de Statu Animæ auctore, quem aliqui perperam Claudii nomine Epiſcopum Viennenſem faciunt. Quâ de re legendus ipſe Ado in Chronico, Trithem. & Bellarmin. de Scriptor. Eccleſiaſt. (poſt Gennadium c. 83.) & Honorius Auguſtodunenſis cum Magiſtro ſacri Palatii indice librorũ expurgand. pag. 160. Poſſeuin. in Apparatu, Galeſin. Sigonius, Giſſelinus, qui eius Opuſcula ediderunt.

13. *Nectarius*.

14. *S. Nicetas*, vel Nicetius 5. Maii, Martyrol. Romanum. Quem interfuiſſe Concilio Valentinenſi 375. notat Baron. & Galtherus ſæculo 4.

15. *Simplicius*, apud Gregorium Turonenſem l. 2. c. 13.

16. *S. Mamertus*, vel Mamercus. Rogationum Proceſſiones, ſeu Litanias inſtituit, ſeu potius reſtituit, Baron. in Martyrolog. 11. Maii, & in Annalibus Eccleſiaſt. 475. Sirmundus, & Sauaro in Sidonium l. 5. epiſt. 14. & l. 7. epiſt. 1. & alii qui de Rogationibus agunt. Vocatur verò ab Auito prædeceſſor, & ſpiritualis à baptiſmo Pater. Videndus Binius tomo 2. Concil. pag. 200. in notis ad epiſtolam Hilarii Papæ, Chronicon Autiſſiod. fol. 63. Gregor. Turonenſis l. 2. c. 34. Breuiarium Aurelianenſe 13. Octobris. Quo die in eâ Eccleſia agitur tranſlatio corporis S. Mamerti in eamdem Eccleſiam. Circa quæ tempora S. Seuerus obiit Viennæ, quando ibidem natus Anianus Aurelianenſis Epiſcopus. Cæterùm ex Adonis Chronico videtur obitus S. Mamerti contigiſſe 438. anno ſcilicet 328. à S. Martini Viennenſis tranſitu.

17. *S. Iſicius* pridie Idus Nouembris, ſextus à Paſchaſio apud Odonem in

Chronico incluſiuè teſtatur.

18. *Mamertus* 2. ab aliis rectè omiſſus, ſed numeros minuere noluimus.

19. *S. Anitus*, Iſicii ſuperioris filius, & Apollinaris Valentiæ Epiſcopi frater. Intereſt Concilio Epaunẽſi 509. de quo plura Baronius in Martyrologio 5. Februarii, & in Annalibus Eccleſiaſticis, Iſidorus c. 23. de viris illuſtribus, Honorius Auguſtodunẽſis, Sigebertus Gemblacenſis c. 22. Trithem. Bellarmin. Index librorum expurgandorum, Magiſtri ſacri Palatii pag. 25. Poſſeuin. in Apparatu ſacro, Galtherus ſæculo 5. Chronicon Autiſſiodorẽſe fol. 53. Agobardus pag. 115. vbi dicitur fide catholicus, eloquentiâ facundiſſimus, ingenio acerrimus, ſacrarum ſcripturarum expoſitor ſuauiſſimus, litterarum etiam ſæcularium doctiſſimus, in metris facillimus, & doctor orthodoxus, qui, & citatur in Concilio Meldenſi c. 73. & Turon. 2. cap. 21. quem, & Ennodius in vita Epiphanij virum appellat præſtantiſſimum, in quo ſe peritia, velut in diuerſorio lucidæ domus incluſit, vbi Iacobus Sirmundus & in Chronico Lemouicenſi ſæcularium litterarum doctiſſimus, & ſanctitate præcipuus, cuius fide, & induſtriâ, vt eſt in Martyrologio Lugdunenſi, tempore Gondebaldi Regis ab infeſtatione Arianæ hæreſeos Galliæ defenſæ ſunt. Alius autem eſt ab eo, de quo Sidonius l. 8. epiſt. 1. & à ſancto Auito Abbate S. Maximini Miciacenſis diœceſis Aurelianenſis, qui & Sigiſmundo Burgundiæ Rege florebat, cuius meminit auctor vitæ ſancti Læti cap. 5. & 7. Sauſſeyus in Annalibus Eccleſiæ Aurelianenſis, & Martyrol. 17. Iunij.

20. *Iulianus*, in Concilio 2. Aurelianenſi 536.

21. *S. Dominus*, vel Domnius, vel Domninus 3. Nouembris in additionibus Vſuardi, & appendice Adonis, & Ado ipſe in Chronicis.

22. *Pantagathus*, id eſt, Omnibonus 17. Aprilis, Martyrol. Roman. in Concilio 3. Aurelianenſi 540.

23. *Iſicius* 2. 12. Nouembris, Martyrolog. Roman. in appendice Adonis, vbi dicitur ſediſſe poſt Pantagathum, in Concilio Aurelianenſi 5. 552. & Pariſienſi 2.

24. *Namatus*, vel Manatus 17. Nouembris in appendice Adonis, Fortunatus l. 4. cap. 27. ſtemmate nobilis, ſed vitâ nobilior.

25. *Philippus*, 3. Nonas Februarij c. A prima adnotatio, diſtinct. 16.

26. *S. Euantius*, vel Euentius in Concilio Matiſconenſi 1. 582. & 2. 588. Baron. & 2. Valentinenſi 589. Fortunatus l. 3. cap. 2. Ado in Chronico circa A. C. 575. Molanus in additionibus ad Vſuardum 3. Februarij. Greg. Turon. l. 8. c. 39 Is fortè cuius extat epiſtola apud Caniſium tomo 5. antiq. Lect. contra eos qui ſanguinem animalium immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt. Abſtinuiſſe verò à ſanguine animalium primitiuam Eccleſiam notat Sauaro ad epiſtolam 11. lib. 8. Sidonij, B & Lorinus in Actus Apoſtolorum c. 15. Balſamo in Can. Apoſt. 63. vbi Latinos ſugillat. Abſtinentia à ſanguine animalium.

27. *S. Verus* 2. vel Vitus, Ianuarij 13. De quo Gregorius Turonenſis lib. 8. cap. 39.

28. *S. Deſiderius*, Auguſtoduni natus, ordinatus Diaconus à Vero prædeceſſore, in territorio Lugdunenſi ad fluuium Calaronam in villa Priſciniaco Brunechildis perſuaſu, Aridij Lugdunenſis conſilio, à Theoderico Rege lapidibus obrutus martyrizatur 10. Cal. Iunij A. C. 612. Sigebert. & Baronio in C Martyrolog. & propria officia Arelatenſis Eccleſiæ, vbi dicitur eruditus à Mamerto, ſed legendum puto Manato, vel Manatio. Legendus Seuertius Chronolog. Lugdunenſ. & Henricus Caniſius tomo 6. Lectionis antiquę pag. 441. Ei ſcribit ſanctus Gregorius lib. 9. epiſt. 48. Indict. 4. vnde ſumptus C. Cùm multi, diſtinct. 8. apud Gratianum. Transfertur poſteà Viennam die 11. Februarij. In appendice Martyrologii Adonis, & in eiuſdem Chronico, & in appendice Gregorii Turonenſis cap. 24. & 31.

29. *S. Domnolus*, vel Domniolus 16. D Iunii in appendice Adonis. Vir ſtrenuus, & in redimendis captiuis piiſſimus. Ado in Chronic. Appendix Greg. Tur. c. 24.

30. *S. Ætherius* 14. Iunii, Martyrol. Romanum, tempore Dagoberti Franciæ Regis circa 635.

31. *S. Clarentius* 26. Aprilis circa A. C. 641.

32. *Sindulphus*, Decembris 10. Martyrolog. Roman. Ado Chron. Flodoardus l. 2. c. 5.

33. *Edictus*, vel Herdicus, vel Editus. Obiit 10. Cal. Decembris.

34. *Caldeolus*, vel Cadeolus, vel Edaldus, Ianuarii 14. Vion, vir ſtrenuus, & Deo placidus in vita S. Clari Cal. Ianua.

35. *Dadolenus*,

35. *Dadolenus*, vel Dolinus, vel Landolenus, in Concilio Cabilonenſi circa 658. Cal. Aprilis.

36. *Bobolinus*, vel Bobo. Obiit 18. Cal. Iullii Tiberio Imperatore.

37. *S. Georgius*, 2. Nouembris, Martyrologium Roman. circa 699. Ado in Chron.

38. *Deodatus*, 15. Octobris tempore S. Leodegarii. Appendix Adonis, fuitque abſtemius.

39. *Blidramnus* 11. Calend. Februar.

40. *Eoldus*, vel Euoldus, vel Eraldus. Obiit Iullii 7. Inſtaurauit Eccleſiam metropolitanam, eamque S. Mauritio dicauit. Sed in Bibliotheca Floriacenſi Algratus ponitur ſucceſſor Blidramni ante hunc Eoldum, qui Agratus in Appendice Adonis, Martyrol. notatur 14. Octobris.

41. *Babolinus* 2. Dagoberto regnante.

42. *Auſtrebertus*, vel Auguſtobertus tempore Zachariæ Papæ. Obiit Nonis Ianuarii circa ann. 752.

43. *Villicarius*.

44. *Berthericus*.

45. *Proculus*, tempore Pipini Regis, quem ſucceſſorem Villicarii, facit Collector Bibliothecæ Floriacenſis.

46. *Berthericus* 2. tempore Adriani Papæ, & Caroli Magni.

47. *Vrſus*.

48. *Vulferius*. Inſtaurauit Eccleſiam 790.

49. *S. Bernardus*, vel Barnardus 23. Ianuarii, cuius mentio apud Agobardum, cum quo interfuit depoſitioni Ludouici Pii, Conditor Romani monaſterii ad Iſaram, quod cum ſuis Suffraganeis dedicauit 6. Nonas Octobris, in honorem Sanctorum Martyrum Seuerini, Exuperij, & Feliciani, vbi & ſepultus fuit 11. Calend. Septembris, fundator etiam Ambroniaci in territorio Lugdunenſi ſolo natali. Officium habet trium Lectionum in Breuiario Lugdunenſi.

50. *Agilmarus*, vel Aglimarius tempore Lotharii Regis, in Concilio Valetinenſi 855. ſepultus in Eccleſia ſancti Petri pridie Nonas Iullias ad pedes S. Namatii Indict. 7.

51. *S. Ado*, 16. Decembris, Martyrol. Romanum, Poſſeuin. in Apparatu ſacro, auctor Chronici, qui res ſuæ Eccleſiæ ad ſua vſque tempora intexuit, & ſcriptor Martyrologii, quod à pleriſque Adoni Treuirenſi tributum eſt. Sepultus Viennæ in Baſilica Apoſtolorum 891. cùm ſedere cœpiſſet anno 875. Cui inter cæteros ſcripſit Hincmarus pro recuperanda epiſtola B. Auiti ad ſanctum Remigium olim data, quam quidam Rotfridus Monachus dixerat ſe apud Adonem legiſſe, Flodoardus l. 3. cap. 21. & Nicolaus 1. c. de Illo, diſt. 32. & c. 22. quæſt. 2. Legendus Baron. 878. n. 75.

52. *Ottranius*, vel Otteranus. Ei Ioannes 8. ſcribit epiſt. 288. 292. & 295. tomo 3. Conciliorum. Intereſt Concilio Trecenſi 878. ſepultus ad S. Petrum 16. Cal. Octobris.

53. *Bernuinus*. Obiit Præſulatus anni 14. 17. Calend. Februarii ad S. Georgium conditus 914. qui dedit ſancto Mauricio ſacerdotale veſtimentum, & ſeptem lampades argenteas, ac Xenodochium inſtaurauit.

54. *Rigofredus*, ſedit ann. 8. Obiit 13. Cal. Maii.

55. *Roſtagnus*.

56. *Alexander*. Sepelitur in S. Petro 17. Cal. Ianuarii.

57. *Sebo*, vel Sabo ordinatus 12. Ianuarii 946. Obiit 4. Calend. Martias, dicitur etiam Sabracus.

58. *Theobaldus*, vel Teutbaldus, cuius gentilis fuit S. Theobaldus Prouincialis, Nauclerus, & Sigebert.

59. *B. Burchardus*, in Concilio Anſano 1025. cum cognomine Burchardo Archiepiſcopo 62. Lugdunenſi. Huic datus Comitatus Viennenſis à Rodulpho 3. Rege Burgundiæ 18 Cal. Octobris 1023. regni ann. 30. diplomate dato in vico Vrbâ, aliàs *Taberna*, ſepultus apud S. Petrum, cuius Epitaphium ſequitur:

Vrbs ſemper victrix, & noſtro tempore felix,
Pulſans æthereum laude Vienna polum.
Tu præclarorum nutrix fortiſſima Regum;
Faſtu compta manes Regia ſceptra tenens:
Tuque roſas rubras Sanctorum ſanguine tinctas,
Pro fidei merito reddere ſcis Domino,
Tu Confeſſores albos pro munere flores,
More tui ſolito ferre ſoles Domino.
Tu viduos, viduas, iuuenes, tenerâſque puellas,
Ordine diſtincto, ſiſtis opima Deo.
Tu quoque Burchardum virtutum lumine clarum,
Eductum tenebris aſſocias Superis
Paſtorem, tutus qui paſtor, & ipſe ſecutus,
Dux ſibi commiſſo, fidus erat populo.
Agnos defenſans, & fortiter hoſtibus inſtans,

Proſternens noxios, belligerans cunctos:
Victricem palmam Domini perduxit in aulam,
Cum quo perpetuâ pace viget placida
Vſu pſallendi, dum tempus erat moriendi,
Laude Dei plena lingua ſilere nequit.
Rex iuſto vitæ tribuiſti dona petita.
Hæc dicens; Sanctus ſpiritus aſtra petit
Quarto Septembris, decimo Burcharde Calendas
Curribus ignicomis ad ſuperos geteris.

Nec omittendum nobis hæc Lugduni ſcribentibus 1615 multa & crebra facta fuiſſe ad ipſius ſepulchrum miracula.

60. *Leodegarius*, conſanguinitate iunctus Henrico Regi Franciæ. Nominatur in diplomate Hermingardæ quondam Rodulphi Regis vxoris 1037. cum Pontio Valentino, & Petro Dienſi, & Artaldo Gratianopolitano Epiſcopis, vitam, mores, ortus, & actus anteceſſorum Archiepiſcoporum ſcribendo collegit, vt legi in Chronico M.S. penes amicum noſtrum Andream Quercetanum.

61. *Leodegarius* 2. ſubſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi Biſuntini 1048. 3.Cal. Aprilis.

62. *Armanus* 1072. nominatur à Gregorio 7. 1076. tomo 3. Conciliorum, & apud Baronium, Herimanus, vbi excommunicatur, quia iuſtè depoſitus pro ſimonia, periuriis, ſacrilegiis, & apoſtaſia, Viennenſem Eccleſiam infeſtare non deſiſtebat.

63. *Vairmundus*, vel Varimundus, dedicauit Eccleſiam S. Stephani Dienſis pridie Calendas Iunias 1077. Indict. 15. vbi dicitur Gilmundus, aliàs Barmundus, vel Garimundus, cui Monachus Dolenſes committit Gregorius lib. 6. epiſt. 27 & 28. A.C. 1078. Scripſerat anteà Gregorius lib. 4. epiſt. 6. ad Clericos Romanenſes, (*Romans en Dauphiné*) vt Prælato ſuo Garimundo obedirent. Arguitur tamen ſimoniæ labe contaminatus in vita ſancti Hugonis Gratianopolitani apud Surium Cal. Aprilis.

64. *Guntardus*, quem puto eum eſſe, qui electus eſt adhortante Vrbano 2.

65. *Guido*, Guilelmi Burgundiæ Comitis (non Ducis, vt vult Trithemius) cognomento *Teſte-hardie*, ex Gertrude Lemburgica filius, Hugonis Veſuntinenſis Archiepiſcopi 50. frater, Stephani Epiſcopi 53. Metenſis, & Adeleidis Francorum Reginæ auunculus, vir nobilis & induſtrius, Reginæ patruus, in C.M.S. Laudunenſi. Ordinauit Pontium Abbatem 7. Cluniaci, 7. Idus Maij 1108. & dedicauit Capellam S. Mariæ ibidem, quæ vulgò Abbatis dicitur 1118. 17. Calend. Septemb. Ei Sedis Apoſtolicæ Legato ſcribit Paſchalis 2. Clericos pro ſua Eccleſia teſtamentum facere poſſe c. ſuper 13. Ipſius meminit Sirmundus ad Goffridum Vindocinenſem lib. 1. epiſt. 10. quem Petrus Venerabilis lib. 6. epiſt. 10. vocat verbo & opere Patriarcham Viennenſem, & lib. 2. Miraculorum cap. 12. Regij ſanguinis nobilitate inſignem, ſed moribus, probitate, ac liberalis animi magnificentia longè inſigniorem, & Sugerius in Ludouico Groſſo, Imperialis & Regiæ celſitudinis deriuatiuâ conſanguinitate generoſum, ſed multò generoſiorem moribus, & qui terrenæ nobilitatis celſitudine præcellit, ſed cæleſtium nitore chariſmatû pulchriùs eluceſcit, Hugo Monachus epiſt. ad Pontium Abbatem, in Bibliotheca Cluniacenſi, quem Pontium ipſe Guido benedixerat. Eumdem Calliſtum Petrus lib. 4. cap. 66. hiſt. Caſſinenſis vocat Regiâ ſtirpe progenitum, in rebus ſæculi ſtrenuum, & in Eccleſiaſticis apprimè eruditum. Subſcripſit confirmationi fundationis Abbatiæ Rotæ diœceſis Andegauenſis 1097. Scripſit libros de miraculis ſancti Iacobi, de quibus Ioannes Mariana c. 2. de Aduentu ſancti Iacobi in Hiſpaniam. Suſcipit Viennæ in feſto S. Mauricij ſanctû Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum, vt habet Edinerus in vita ipſius Anſelmi, tandem fit Papa Calendis Februarij 1119. electus Cluniaci, Calixti 2. nomine donatus, vbi anteà dedicauerat Capellam Abbatis in honorem ſanctæ Mariæ virginis 17. Calend. Septembris 1118. & anno ſuperiore 1117. in fundatione Bonæ-vallis ſe vocat Apoſtolicæ Sedis legatum.

66. *Petrus*, Canonicus Podienſis.

67. *Stephanus*. Eum ſede expulſum conſolatur Petrus Venerabilis epiſt. incipiente: Quòd à tempore diſceſſionis, &c. Nominatur 1157. & 1161. Federico Imperatore Archicancellarius.

68. *Humbertus*, ei ſcribit Conradus Rex 1146. qui Conradus iacet in monaſterio ſancti Andreæ Monachorum.

69. *Hugo* ex Gratianopolitano 39. de quo Petrus Venerabilis lib. 6. epiſt. 8. Ei donationem vrbis Viennæ confirmat Fridericus Imperator A.C. 1153. Regni Germaniæ 2. poſteà fit Carthuſianus.

70. *Stephanus* 2. cui omnia priuilegia confirmat Fridericus Veſuntione 1157. Imperij 3. vbi Archicancellarius Regni Burgundiæ dicitur, teſtibus Humberto Archiepiſcopo Veſuntinenſi, & Mathæo Duce Lotharingiæ.

71. *Guilelmus*, hominium, ſeu homagium præſtat pro Regalibus Friderico, Veſuntione 1176. 16. Calendas Augusti. In diuinis, & humanis legibus eruditus in diplomate Friderici 1177.

72. *Robertus* 1184. Obiit 1195. 15. Calendas Iullias. Habetque hoc Epitaphium in S. Petro:

Si quid iuris erat gladio defenſor vtroque,
Gratia ſi linguæ, ſi littera, religioque,
Si genus, aut mores poſſunt auertere fata,
Te Paſtore fuit Roberte Vienna beata
Felix quòd fruitur ſaltem domus iſta ſepulto,
Quo viuente frui gauderet tempore multo:
Sed quia te dignus vir non fuit inclyte mundus,
Deſeris hunc, in quo remanet tibi nemo ſecundus.
Et iam decurſi dignum mercede laboris
Iunius æthereis menſis te reddidit horis.
Quem tibi ſola dedit ſuccedere gratia Chriſti,
Te tuus Aynardus gemit hoc Epigrammate triſti.

73. *Aynardus*, ei confirmat Henricus Imperator priuilegia 1196. Taurini 5. Calendas Augusti Indictione 14.

74. *Vbertus*, vel Humbertus 2. ex Carthuſiano. Nominatur in hiſtoria Antonianorum A. C. 1208. ſepultus in S. Mauritio 1215. vbi tale habet Epitaphium:

Hic corpus petrâ tegitur, ſed ſpiritus æthrâ
Præſulis Vmberti petit, qui munere cæli,
Pro quo certauit viuens, dum ſe macerauit,
Carthuſiæ morem ſectans; cellaque rigorem,
Ad nos translatus, ſic curam Pontificatus
Geſſit, Paſtoris ſtimulum, votique prioris
Formam vt ſeruaret, nec in alterutro titubaret,
Mundum ſuppeditans, mundi contagia vitans,
Eccleſiam rebus ditans, opibuſque, diebus
Per quos hic degit patriam ſub pace redegit.
Milleno bis centeno, quintoque ter anno,
Luce duodenâ nos deſerit ante Decembrem.

Quo ſedente Franciſcani 1212. in vrbe inſtituti.

75. *Bruno*, ad eum extat diploma Odonis Burgundiæ Ducis datum Viennæ 1216. menſe Iunio. Nominatur & 1203. & Burno etiam dicitur.

76. *Ioannes* de Burnino 1231. & 1238. in litteris Friderici 2. Imperatoris, vbi Ioannes Princeps vocatur, in cuius ſigillo ſcriptùm eſt:

Roma caput mundi regit Orbis fræna rotundi.

Benedixit Cœmeterium Antonianis 1246. 13. Calend. Decembris, & eorumdem ſacellum in hoſpitali conſecrauit 1247. ac Conuentum Franciſcanorum in commodiore loco inſtaurauit, apud Iacobum *Fodéré* in deſcriptione prouinciæ S. Bonauenturæ pag. 354. vbi cum Cardinalem facit: ſed vereor ne confundat cum Ioanne *de Branier*, de quo idem *Fodéré* pag. 1008. Hic etiam tempore Innocentij 4. Papæ dedicauit Eccleſiam metropolitanam feriâ 5. in Albis 1251. Acquiſiuit Eccleſiæ caſtrum Mantale, vbi Prioratus O. Benedictini, cuius meminit Petrus Venerabilis lib. 1. Miraculorum cap. 17. Quæ Mantala memoratur in Itinerario Antonini. Ædificauit quoque, & dotauit domum Dei ad pontem Rodani, & Palatium cum iure Comitatus acquiſiuit; ab Hugone de Vienna domino *de Pagney*, pretio ſeptem millium librarum Viennenſium. Quo tempore Guilelmus, & Aymarus de Pictauia domini de S. Valerio fundarunt Franciſcanos Romanenſes 1252. Obiit Romæ, ſed ſepultus Romanis in Eccleſia Franciſcanorum, quam condiderat. Mortuus 1266. 15. Calend. Maij, constructor pontis Rodani. Mantala.

77. *Guido* de Aluernia. Conceſſit Antonianis Xenodochium S. Bartholomæi in vrbe Viennenſi.

78. *Raymundus* Franciſcus.

79. *Guilelmus* de Valentia 1284. Concilium habet Prouinciale, cui interfuerunt 1289. die feſto S. Lucæ, Ioannes Valentinenſis, & Dienſis, Hugo Viuarienſis, G. Gratianopolitanus, & Aymo Maurianenſis.

80. *Briandus* de Lagniaco, vel Langiaco.

81. *Simon* de Archiaco Xantonenſis diœceſis. Creatur Cardinalis menſe Decembri 1330. à Ioanne 22. apud Amalricum Biterrenſem, ſed eo ſedente habitum fuit anteà Concilium generale in hac vrbe 1311. in quo Clemens 5. Conſtitutionum ſuarum Codicem promulgauit, & proceſſionem ſolemnitatis Corporis Chriſti inſtituit, & Hebraicæ, Chaldaicæq; linguæ profeſſio in nobi-

liſſimis quatuor Europæ Academiis ſancitur, vt refert Angelus Rocca in Bibliotheca Vaticana, vbi tamen Viennam Auſtriæ Ciuitatem huic Concilio parùm aptè aſſignat.

82. *Guilelmus.* Nominatur in quodam decreto approbationis doctrinæ S. Thomæ cum Guilelmo Pariſienſi.

83. *Bertrandus* de Capella 1334. 1. Aprilis, vbi Ioannes Miles in Eccleſia Viennenſi, teſtis adhibetur. Et 1343. 11. Iullij nominatur cum Henrico *de Villars* Archiepiſcopo Lugdunenſi, & Ioanne *de Ceſſieux* Epiſcopo 52. Gratianopolitano.

84. *Petrus* de Gratia.

85. *Bernardus*, vel Bertrandus, nominatur in ſtatutis Delphinatus, cum Henrico *de Villars* Archiepiſcopo 95. Lugdunenſi.

86. *Humbertus* de Monte-caluo, vel cano, *Mont-chenu*.

87. *Thebaldus* de Rubeo-monte, 1390. ex Matiſconenſi 55. poſteà Veſuntinenſi 76. Quo ſedente 1394. fundatur Eccleſia Carmelitarum à Petro *de Riual* in propria domo.

88. *Ioannes* de Nanto. Eiuſdem gentis Guilelmus 74. Senonenſis, Abbas S. Germani Autiſſiodorenſis.

89. *Ioannes de Norry.* Celebrauit Miſſam de Spiritu Sancto in Concilio Conſtantienſi 1417. ſeſſione 39. deinde factus Archiepiſcopus Veſuntinenſis 79. ante ſolemnem ingreſſum. Obiit 1438. ibique ſepultus ante ſancti Symphoriani altare. Fundauit duodecim anniuerſaria in Eccleſia Viennenſi.

90. *Guilelmus* de Lauduno 1442.

91. *Gofridus* Vaſſalli. Obiit 1446. 16. Octobris.

De Poictiers. Vid. Lingo. nu. 71.

92. *Ioannes* de Pictauia 1459. 5. Septembris tempore Ludouici Delphini filij Caroli ſeptimi, cum quo pariagium factum.

Poiſieux.

93. *Antonius* de Poiſſiaco. Iacet in Eccleſia S. Petri, vbi fuerat Abbas, & moritur 1474.

94. *Guido* de Poiſſiaco, ſic Aymarus de Poiſſiaco Abbas ſancti Petri Viennenſis.

95. *Aſtorgius* Amaricus.

96. *Angelus* Cato, Tarentinus, ex Medico, & Eleemoſynario Ludouici 11. cuius ſuaſu ſcripſit Commentarios Rerum Francicarum Philippus Commineus. Iacet in ſua metropoli. Eius erat ſymbolum: *Ingenium ſuperat vires.*

97. *Antonius* de Claro-monte 1500.

A 98. *Federicus* de Sancto Seuerino Cardinalis, de quo Ciacon. pag. 1003. Obiit 1516. 7. Idus Auguſti, ſepultus in Ara cœli Romæ in Concilio Lateranenſi. At de gente Sanſeuerina videndus Philbertus Campanilis, de nobilibus Neapolitanis.

Porte d'argent, à la face de gueu. le bordé d'azur.

99. *Alexander* de Sancto Seuerino, frater Federici, vir doctus, moritur Caſali ſancti Euaſij Montis-ferrati, Sanſouinus. Fratrem etiam habuit Galeatium Præfectum Equorum Regalium, ſeu Archipocomum (*Grand Eſcuyer*) & Equitem ſancti Michaëlis; quam dignitatem nullus alius Italorum in Gallia obtinuit, vt notat Sanſouinus in B familiis illuſtribus Italiæ, de quo etiam Tillius. Fuit & Antonius eiuſdem gentis creatus Cardinalis à Clemente 7. ſed & ex Italis fuêre Cancellarij, & Mareſchalli Franciæ.

100. *Petrus* Palmarius, *Palmier*, ex Decano. Ei dicauit Ptolemæum Michaël Villa-nouanus. Synodum prouincialem habuit 1533. cui interfuerunt Ioannes Valentinenſis, Hugo Viuarienſis, Guilelmus Geneuenſis.

101. *Carolus de Marillac* Aruernus, Bertrandi Epiſcopi Redonenſis frater. C Obiit 3. Decembris 1560. in ſua Abbatia ſancti Petri Melodunenſis. Ei ſcripſit Michaël Hoſpitalis l. 2. epiſt.

Marillac porte d'argẽt maſſonné de ſable à l'orle de ſix merlettes de meſme, & vn croiſſant de gueule au cœur.

102. *Ioannes de la Broſſe*, Abbas Fontenæi diœceſis Eduenſis, vbi moritur liberalis in pauperes, duos ſecum habens perpetuò Theologos.

103. *Veſpaſianus* Gribaldus, Abbas Athanatenſis Lugduni, priuiguus Renati Biragi Franciæ Cancellarij, natus in oppido *de Thier* diœceſis Taurinenſis in Pedemontio: nominatur electus 1568.

104. *Petrus de Villars*, ex Conſiliario Pariſienſi, & Epiſcopo Mirapi- D cenſi huc tranſlatus. Obiit 14. Nouembris 1592. ætatis 75. Moncalerij in Pedemontio, vbi ſepultus à reſignatore ſuo Gribaldo. Fuerat anno ætatis vigeſimo renuntiatus doctor publicè ab Alciato Papiæ Iuris Profeſſore.

105. *Petrus de Villars*, ſuperioris nepos, quem ſæpè laudat Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, quæ maxima laus laudari à laudato viro, eique dicat librum de Nominibus Dei vir clariſſimus, & genere, & doctrinâ, & dignitate Petrus Faber Toloſanus, & de eo Poſſeuinus in Apparatu ſacro, & Galtherus Tabulâ Chronologicâ, Marquiſius in Appendice Chronologiæ Genebrardi,

Genebrardi, & Lipſius epiſt. 101. in Centuria ad Gallos, & 113. Petro autem ſedente, & curante Capucini 1601. (Capucini.) Patres Societatis Ieſu 1609. in vrbem inducti, (Patres S.I.) itaque his corpus, illis cor ſepeliendum reliquit, atque in eorum Collegio habet hoc Epitaphium in tabula marmorea:

Hic Petrus iaceo, ex nobili, & antiqua Vilariorum gente, ciuis Lugdunenſis, Theologus Pariſienſis, Epiſcopus Mirapicenſis primùm, demùm Archiepiſcopus Viennenſis, natus 5. Nonas Martias 1545. Abiy 15. Calend. Septembris 1613. horâ circiter meridiana in oppido ſancti Geneſii prope Lugdunum. Dixi, ſcripſi, egi pauca ad Dei gloriam, at plura, heu! nimis deliqui. Siſte ergo viator aliquantiſper, pyſque tumulum noſtrum premens genibus, numen tui, meique cauſa venerator, idem pietatis beneficium vitâ functus à poſteris recepturus, viue interim. Vale, age feliciter. Hieronymus de Villars *Archiepiſcopus, & Comes Viennenſis frater mœrens, fratri amantiſſimo amoris Monumentum P.*

Vide ſcis epiſtolam ipſius Petri ad Iacobum Perronium Cardinalem renunciatum inter epiſtolas eiuſdem Perronij, vbi Petrus 1604. dicit ſe 30. annos in duabus prælaturis ſeruiendo deſudaſſe, & Epiſcopum non niſi ad altare aut in cathedra mori ſtantem oportere.

106. *Hieronymus de Villars*, Petri prædeceſſoris frater, & Gaſparis Præſidis Lugdunenſis, ex Conſiliario Pariſienſi, à fratre conſecratus, Coadiutorem habens Petrum *de Villars* nepotem Epheſinum Epiſcopum, Vicennis conſecratum prope Pariſios 1615. Quo ſedente Ioannes Faber, *le Febure*, Dominicanus Archiepiſcopus Tarſenſis Suffraganeus Viennenſis, ſeu Vicarius in Pontificalibus obiit 16. Augusti eodem anno 1615.

Vtrecht.

Vltrajectini Epiſcopi, & Archiepiſcopi.

Flor. 4600.

Vtrech Citta grande, & guaillarda di belli, e magnifichi edifitij, Botbero.

VLTRAIECTVM, *Vtrecht*, Traiectum, Antonino, ſed rectiùs Traiectus quartâ inflexione, nonnullis Vtriceſium, (ſic enim legũt apud Ammian. principio l. 18.) & Antonina vel Antonia, ex Ioannis Becani Chronographia Hollandiæ, & Bartholomæo Anglico lib. 15. Proprietarij rerum, Sigeberto anno 697. Bedæ lib. 5. cap. 12. inter antiquum Reni alueum (cuius nunc oſtium arenis eſt obſtructum) & Iſellam, ſeu tertium eiuſdem Reni oſtium orientale, ſeu fleuum Galliæ, & Germaniæ terminum, apud Orteſium in Theatri Parergo, & Belgij Tabula, ex Ptolomæo, Strabone, & Dione, gradu longitud. 26. 20. latitudinis 52. 10. vbi dies maxima horarum 16. 30. 32. altitud. ſolis 38. 0. Ratio vmbræ æquinoctialis 76. 48. ad gnomonem partium 60. circa medium 8. climatis. Metropolitico iure donatur à Paulo 4. 1559. cùm olim ſubiiceretur Colonienſi Archiepiſcopo; illique attributi quinque noui Epiſcopatus, quorum prima Sedes Midelburgi in Zelandia, ſecunda in Holandia Harlemi, tertia Dauentriæ in Tranſiſellana Prouincia, ſeu *Oueriſel*, quarta Groninghæ in Friſia Orientali, quinta Leouardiæ in Friſia Occidentali, & hæ tres poſteriores vltra Renum in ſolo Germanico, ſed hæ omnes quinque Sedes cum ſua metropoli iam ab earum penè erectione occupantur ab hæreticis rebellibus. Sequentes verò fuère Præſules Vltrajectenſis diœceſis veteris, habentis ſub ſe 30. circiter oppida, in qua etiam hæ reperiuntur Abbatiæ.

S. Seruatij in vrbe O. C. fundata 1233.
Vallis S. Mariæ, fundatur 1233. O. C. prope Dauentriam.
S. Pauli in vrbe O. B. Flor. 300.
S. Laurentij in Oſbroch, vel Oeſbroch O. B. Flor. 100.
Egmundenſis O. B. nunc diœceſis Harlemenſis. Flor. 151.
Aldouicenſe Monaſterium Dominarum O. B.
S. Mariæ de Inſula O. P.
S. Mariæ Clari-campi O. C. Flor. 50.
S. Mariæ Vindeburgenſis O. P.
Rheimburgenſe fœminarum, nunc in diœceſi Harlemenſi, *Reimburch*.
Giloenſe O. P. Flor. 200

Prætereà in ipſa vrbe ſunt Collegia Canonicorum 5. e quibus primarium Cathedrale S. Martino dicatum eſt, de quibus Miræus l. de Collegiis Canonicorum c. 20. Nec omittendum Antiſtitem huius diœceſis ita aliquando potentem fuiſſe, vt poſſet in bellum educere quinquaginta millia hominum armatorum.

1. *S. Villibrordus*, aliàs Clemens, conſecratus Romæ à Sergio Papâ Friſionum Epiſcopus 696. ſedẽ hîc fixit 697.

Obiit 7. Nouembris 739. Molanus, Surius, Vion, ſepultus Epterni, quod fundauerat in diœceſi Treuirenſi, videndus Baron. A. C. 710. & 715. Eccleſiam verò Cathedralem cum 40. Canonicis B. Martino dicauit, ope, & auxilio Caroli Martelli. Nec omittendum à Clemente baptizatum fuiſſe Pipinum, poſteà Regem Francorum, à Bonifacio ſequente apud Sueſſiones conſecratum, vt Becanus teſtatur. Eius vita per Alcuinum ſcripta extat apud Surium. Lege S. Bonifacij epiſtolam ad Stephanum Papam, Serarrium l. 3. rerum Moguntinatum n. 11. In eius quoque natalem, homiliam habuit Alcuinus, apud Caniſium tomo 6. Antiq. Lect. vbi pariter extat Poëma de Villibrordi vitâ, cuius principium huc tranſtulimus:

Venerat occiduis quidam de finibus orbis;
Vir virtute potens, diuino plenus amore
Ore ſagax, & mente vigil, & feruidus actu.
Ad te temporibus Pippini Gallia felix,
Quẽ tibi iã genuit fecũda Britannia mater,
Doctaq. nutriuit ſtudijs ſed Hibernia ſacris,
Nomine Vuillerordus meritis viuacibus almus.

Docta verò Hibernia iure appellatur, vt videre eſt in præfatione Erici Autiſſiodorenſis ad Carolum Caluum. Quid, inquit, Hiberniam memorem contempto pelagi diſcrimine, penè totam cum grege Philoſophorum ad littora noſtra migrantem, quorum quiſquis peritior eſt, vltrò ſibi indicit exilium, vt Salomoni ſapiẽtiſſimo famuletur ad votum. Hinc enim Claudius Clemens Academiæ Pariſienſis inſtitutor oriundus.

2. *S. Bonifacius*, aliàs Vinfridus, Molanus, Becanus, Vion, ædificauit Eccleſiam S. Saluatoris Canonicorum Regularium Traiecti: ſepelitur in Monaſterio Fuldenſi, quod conſtruxit ipſe cùm eſſet Archiepiſcopus Moguntinus, natione Anglus. Miræus in Faſtis Belgicis 7. Nouemb. & in Codice Donationum piarum c. 8. & 9.

3. *S. Gregorius*, 784. 25. Auguſti, Molanus, Vion, Brouerus apud Surium. Miræus in Faſt. Belgic. Serrarius l. 3. rerum Moguntinarum.

4. *S. Adelbertus*, ſiue Adelbricus, ſiue Albericus, Vion 21. Auguſti 794. Faſti Belgici. 14. Nouemb.

5. *Theodardus* Friſius 800.

6. *Hermacarus* 827.

7. *Richfridus*. Obiit 5. Octob. 836. Vion.

8. *S. Fridericus*. Obiit 838. 15. Calendas Auguſti, Molanus in Natal. Belgic.

9. *S. Alfridus*, vel Alfricus, vel Albericus, S. Friderici prædeceſſoris frater, iuxta quẽ ſepelitur in S. Saluatore 18. Cal. Febr.

10. *Ludgerus*, vel Lutgerus, vir religioſus, & Doctor inclytus, Becano. Obiit 9. Calendas Maij 856.

11. *Hungerus*, vel Vngerus. In Concilio Tullenſi 859. Obiit 11. Calendas Ianuarij 866. regularis, prudens, pius, & pacificus, cuius tempore Theodericus factus eſt primus Comes Hollandiæ, arma gerens aurea cum leoninâ rubicundi coloris imagine, ſicut quidam tradunt, de regali proſapiâ Principũ Francigenarum oriundus, habens vxorem nomine Genam, ait Becanus, vterque verò condux ſepelitur in Eccleſiâ Monialium Egmondanâ, quam fundauerant ligneam.

12. *Odilbaldus*, vel Adaboldus in Concilio Colonienſi 887. Obiit Calendis Aprilis, vel vt Becanus notat, Idibus Decembris poſt regimen 34. annorum A. C. 900. quem virum ſanctum vocat Regino. Scripſit vitam S. Henrici Imperatoris, apud Sigebertum c. 139. virorum illuſtrium.

13. *Egilbertus*, vel Egiboldus. Obiit 7. Cal. Octob. 901. poſt ſedem menſiũ 10.

14. *S. Ratbodus*. (Quod nomen conſilij nuntium ſignificat, Becano) Vion. & Ferrarius 29. Nouembris 917. ex poſteris Ratbodi Ducis Friſiæ, qui pedem è Baptiſterio retraxit, & nepos Guntheri Archiepiſcopi Colonienſis, Caniſius in Martyrol. & Ciacon. in Ioanne 10. Coccius ſæculo 10. Trithem. de Script. Eccleſiaſt. ſepultus Dauentriæ, cùm ipſe ſibi hoc Epitaphiũ ſcripſiſſet.

Eſuries te Chriſte Deus, ſitis, atque videndi
Iam modò carnales me vetat eſſe dapes.
Da mihi te veſci, te potum haurire ſalutis:
Vnicus ignotâ tu cibus eſto viâ.
Et quẽ lõga fames errantẽ ambeſit in orbe
Nunc ſatia vultu Patris imago tuo.
O Deus omnipotens, cuius pietate redemptus
Subſiſtit mundus, qua generatus homo;
Reſpice me miſerum peccati mole grauatum,
Et nimio preſſum pondere Chriſte leua.
Ereptum gregis dirâ de ſorte ſiniſtrâ
Iudicij inter oues tempore ſiſte tuas.

Vide Molanum 19. Nouemb. & Miræum in Faſtis Belgic.

15. *S. Baldricus* filius Ricfridi Comitis Cliuiæ, ex Italia. Tranſtulit corpora SS. Benigniani, Pontiani, & Agnetis Martyrum. Nominatur in Pacto Caroli, & Henrici Regum 926. in Capitular. Obiit 977. 6. Idus Ianuar. ſepultus in ſua Cathedrali poſt ſedem 59. ann.

16. *Volcmarus*, vel Stolemarus. Obiit

Idibus

Idibus Decembris A.C.990.

17. *Balduinus*, vel Baldeuinus 6. Idus Maij, ex Comitibus Cliuiæ.

18. *S. Anfridus* Teyſterbandiæ Comes, ex gente Cliuia. Conſtruxit Monaſterium B. Mariæ Ordinis Benedictini prope Amfordium, vbi quieuit 3. Maij circa ann. 1008. Vide Miręum de Collegiis Canonicorum c. 64. & Sigebertum 997. Anſelmum in Notgero 46. Louanienſi Epiſcopo.

19. *Adrobaldus*, vel Adreboldus, nominatur 1012. Inſtaurauit ædem primariam, eamque dedicauit Henrico Imp. & 12. Epiſcopis præſentibus 6. Cal. Iullij 1023. Obiit 1027. in eadem Eccleſia ſepultus 5. Cal. Decembris.

20. *B. Bernulfus*, conſtruxit Dauentriæ Templum D. Lebuini (quod poſteà cathedrale.) Obiit 1054. 14. Cal. Auguſti ſepultus Traiecti in æde S. Petri, quam conſtruxerat.

21. *Guilelmus* vir totus belliger, ex Comitibus Geldriæ; frater Meinverni Epiſcopi Padebornenſis. Obiit 1075. profectus Ieruſalem cum Sigefrido Archiepiſcopo Moguntino 5. Cal. Maij. Vide Lambertum Schafnaburgenſem.

22. *Conradus* Sueuus; ex pædagogo Henrici 4. Imp. & Camerario Sigefridi Archiepiſcopi Colonienſis eligitur 1075. Scafnaburgenſi. Nominatur 1083. Epiſcopatus 8. in diplomate quodã Abbatiæ Egmundanæ apud Miræum. Interfectus 1099. & ſepultus in Eccleſia Canonicorum B. Mariæ, quam ædificauerat, Molanus in Natal. Sanct. Belgic. 29. Maij.

23. *Burchardus*. Obiit 1112. 15. Cal. Iull.

24. *Godeboldus*, fundator Abbatiæ S. Nicolai Mildeburgi Ordinis Præmonſtratenſis, vbi Guilelmus Hollandus Imperator cum vxore, & liberis iacet. Godebaldus verò quieſcit in Monaſterio Oeſbroec, vbi defunctus, pridiè Idus Nouembris 1128. in habitu monaſtico.

25. *Andreas de Kuic*. Obiit 1138. 9. Calend. Iullij, Traiecti ſepultus.

26. *Herebertus*, vel Hardbertus Borenus nominatur 1145. Obiit 1150. 3. Idus Nouembris, cùm iam dudum de manu Conradi Regis Oeſtgoviæ, & Veſtgoviæ Comitatum recepiſſet.

27. *Hermannus de Horn*. Obiit 1156. 6. Calend. Aprilis.

28. *Godefridus de Renen*, ex maiore Præpoſito. Obiit 1178. 6. Cal. Iunij, cuius tempore aqua maris ipſius vrbis muros attigit.

29. *Balduinus*, filius Theoderici Hollandiæ Comitis, ex Sophia Comitis Palatini filia. Obiit 1196. Maij 11. ſepultus in Cathedrali.

30. *Arnoldus* Iſemburgius; Romæ ſepultus 8. Calend. Aprilis 1198.

31. *Theodericus* de Holandia, Balduini 29. frater. Obiit Papiæ 3. Nonas Auguſti rediens Roma, vbi inſtitutus fuerat 1199.

32. *Theodericus de Are*, ex Præpoſito Traiecti ſuperioris. Obiit 1210. Nonis Decembris.

33. *Otho* Gheldrius, Othonis Comitis filius, ingenio clarus, aſpectu venuſtus, & Guilelmi Comitis Holandiæ ſororius. Obiit 1213. 7. Calend. Aprilis, cùm Romam proficiſceretur diſpenſationem ætatis obtenturus 23. ann. natus, patruus Henrici Epiſcopi Leodienſis, nepos Arnoldi Archiepiſcopi Colonienſis.

34. *Otho* 2. de Lipia. Conſecratus Francofurti. Patrem ſuum conſecrauit Epiſcopum Lealenſem in Livonia, ſub Archiepiſcopo Regienſi, qui pater cum eodem filio alium Gerardum filium in Archiepiſcopum Bremenſem 27. ad Viſurgim fluuium inunxit. Obiit in conflictu contra Rebelles Eccleſiæ ſuæ.

35. *Vilibrordus* Oldemburgius, ex Paderburnenſi Epiſcopo 21. Obiit 7. Cal. Auguſti 1233. ſepultus in ſancti Seruatij Templo ab eodem condito Traiecti. Is Ieruſalem Religionis, & imperialium negotiorum cauſa bis adiit.

36. *Otho* 3. Comes Holandiæ, filius Guilelmi, Epiſcopatũ, quem pauperrimum inuenit, locupletẽ reliquit. Is baptizaſſe fertur nepotes ſuos 365. vno partu editos à Mathilde filia Florentij 4. Comitis Holandiæ, Hermanno Comiti ab *Heremberg* nupta, mortua 1233. & ſepulta cum prole apud Loſdanum in monaſterio Virginũ Ordinis Ciſtercienſis, quod Mathildis Henrici Brabantiæ Ducis filia, huius Mathildis iunioris mater fundauerat. Sic Traiecti ad Moſam quinque ſorores vno partu editæ 1598. eodem die, poſt annos nubiles recurrentẽ, matrimonio coniunctæ, Locrius, qui etiam videndus 1275. Sic Mathias Gelacenius, Vladiſlauienſis in Polonia Epiſcopus, ſolus è duodecim, quos mater vno partu ediderat, reliquis mox natis, mortuis, Genebrard. 1341. Sed de partu multiplici plura Ariſtot. c. 4. l. 7. de Nat. animal. Plin. l. 7. c. 3. Solin. c. 3. Gell. l. 10. c. 2. Albert. Magn. l. 9. c. 5 de Animal. vbi de fœmina quę abortum fecit 150. fœtuum. Vide Epiſcopos Nouiomenſ. n. 14. Obiit verò Otho 1249. 3. Nonas Auguſti. Quo Partus multiplex.

Præſule Guilelmus Comes Holandiæ Imperator electus Templum Dominicanis erexit ſuaſu Alberti Magni. Eius autem Guilelmi horæ Precationum editæ poſteà Lugduni 1583.

37. *Goſſuinus* de Aemſtat, electus recuſat.

38. *Henricus*, Vianenſis Comitis filius, Conradi Colonienſis Archiepiſcopi conſanguineus. Obiit 1267. Nonis Iunij.

39. *Ioannes Naſſauuius*, vel Anaxouianus, non confirmatus præfuit 20. an. ſed tandem depoſitus.

40. *Ioannes Tiricius de Lierick*, electus 1288. inde ad Tullenſem 1296. tralatus à Bonifacio 8.

41. *Guilelmus* Mechlinienſis, heroum ſtemmate natus, auditor Rotæ Romanæ, interfectus 1301. 4. Nonas Iullij, cunctis diebus ſedis ſuæ 5. annorum graues perſecutiones paſſus.

42. *Guido* de Hannonia, ex Theſaurario Leodienſi. Interfuit Concilio Viennenſi 1311. & Cardinalatum recuſauit. Obiit 1317. nocte 4. Cal. Iullij.

43. *Fridericus de Lierick*, ex Præpoſito. Obiit 1322. 12. Cal. Auguſti.

44. *Iacobus* Coſthornius, ex Decano, confirmatus ab Henrico Archiepiſcopo Colonienſi. Obiit 1323. 12. Cal. Decemb.

45. *Ioannes* Dieſtenſis. Obiit 1340. Calend. Iunij, cùm fundaſſet Collegium Amersfurtenſe die 21. Auguſti 1337. & ſediſſet ann. 17.

46. *Nicolaus* Caputius, Romanus, ex Auditore cauſarum, poſt ſedem vnius anni effectus Cardinalis reſignauit.

47. *Ioannes ab Archel*, ſiue ab Arkel, Romæ conſecratus à Gaucelino Epiſcopo Cardinale Albanenſi, Tranſiſelanam terram ab anteceſſore ſuo impigneratam liberauit. Is eſt cui Ioannes de Beca ſuam Chronographiam de Epiſcopis Vltraiectenſ. & Comitibus Holandiæ dicat in hoc Præſule abſolutam 1345. Eam verò habuimus manuſcriptã à Ludouico Sauot, Medico Pariſienſi totius antiquitatis ſolertiſſimo indagatore. Hic autem Ioannes poſteà 1264. transfertur ad Eccleſiam Leodienſem, in qua ſedit 77. licèt in hac Vltraiectenſi ſepeliatur. Erexit Collegium quatuor Canonicorum Horſtenſe prope Renem oppidum, vt notat Miræus de Collegiis Canonicorum.

L. Sauot.

48. *Ioannes* Vernenburgius, ex Monaſterienſi in Veſtphalia. Obiit 1272.

49. *Arnoldus* Hornius, *de Heorn*, tralatus ad Leodienſem 78.

50. *Florentius à Veuelickhouen*, ex Monaſterienſi. Obiit 1395.

51. *Fridericus de Blanchenheim*, ex Argentinenſi, facta permutatione cum Florentio.

52. *Suederus* Culemburgius, poſteà priuatus ab Eugenio 4. Obiit in Concilio Baſilienſi. Legitur, & Zuerus.

53. *Rodolphus* Dielpholdius, ex Præpoſito Monaſterienſi, & Colonienſi Canonico.

54. *Giſlebertus* Brederodius, ex Præpoſito, ius ſuum reſignauit ſequenti.

55. *Dauid*, Burgundus, ex Epiſcopo Morinenſi, & Præpoſito S. Donatiani Brugenſis, cui ſcribit Dionyſius Carthuſianus. Hic explicit Chronicon M. S. quod incipit: Friſia, olim patria multùm ampla.

56. *Fridericus* Marchio Badenſis, Caroli, ex Catharina Auſtria filius, natus 8. Iullij 1458. electus 1496. Obiit 1517. Septembris 14. ſepultus Badenis.

57. *Philippus*, Burgundus, per reſignationem Friderici. Sepultus iuxta fratrem Dauidem.

58. *Henricus* Bauarus, ex Coadiutore Vormatienſi, inde Friſingenſi, ceſſit donationem ſuam Epiſcopij Carolo 5. Imperatori 1527. cùm eam tueri non poſſet aduerſus Ducem Gheldriæ.

59. *Guilelmus* de Enckuordia, Cardinalis Romæ ſepultus.

60. *Georgius*, malè aliis Gregorius, filius Comitis Egmundani. Obiit 1559. 26. Septembris, ſepultus in Abbatia S. Amandi.

61. *Fridericus Schench* à Tautemburch, electus 13. Nouembris 1560. factus primus Archiepiſcopus. Obiit 8. Calend. Septembris 1582. Præſes Conſilij Spirenſis, ſepultus in S. Martino. Archiepiſcopi.

62. *Ioannes de Brubeſen*, Doctor, & Canonicus Colonienſis.

DESCRIPTIO

DESCRIPTIO EPISCOPATVVM GALLIÆ, ORDINE ALPHABETICO.

EVESCHEZ DES GAVLES PAR ORDRE ALPHABETIQVE, CY APRES

eſcrits en Latin, où cette marque † montre ceux qui ne ſont du Royaume de France.

A.	A.
ACqs.	AQuenſis.
Agde en Languedoc.	Agathenſis.
Agen.	Agennenſis.
Aire.	Adurenſis.
Alby.	Albigenſis.
Alet.	Aletenſis.
Amiens.	Ambianenſis.
Angers.	Andegauenſis.
† *Anvers.*	Antverpienſis.
Apts.	Aptenſis.
† *Arras en Artois.*	Attrebatenſis.
Avranches en Normandie.	Abrincenſis.
Auxerre.	Autiſſiodorenſis.
Autun en Bourgongne.	Æduenſis.
B	B.
Bayeux.	Bajocenſis.
Bayone.	Baïonenſis.
Baſatz.	Vaſatenſis.
† *Baſle en Suiſſe.*	Baſilienſis ad Renum.
Beauuais.	Bellouacenſis.
Belley.	Bellicenſis.
Beſiers en Languedoc.	Biterrenſis.
S. Brieuc en Bretagne.	Briocenſis.
† *Bruges en Flandre.*	Brugenſis.
Bologne ſur mer en Picardie.	Bononienſis, ſeu Teroanenſis.
† *Bos-le-Duc.*	Siluiducenſis, ſeu Boſducenſis.
C.	C.
Caors en Quercy.	Cadurcenſis.
Carcaſſonne.	Carcaſſonenſis.
† *Carpentras.*	Carpentoractenſis.
Caſtres.	Caſtrenſis.
Chalon ſur Marne.	Catalaunenſis.
Chalon ſur Sone.	Cabilonenſis.

Cauaillon.	Cabillionenſis, vel Cauellicenſis.
Chartres en Beauſſe.	Carnotenſis.
Clermont en Auergne.	Claromontenſis.
Ciſteron, ou Siſteron.	Ciſtaricenſis, vel Siſtaricenſis.
Comminges.	Convenenſis, vel Convenatenſis, vel Convenas.
Condom.	Condomenſis, vel Condomienſis.
Conſerans.	Conſeranenſis.
† *Conſtance en Allemagne.*	Conſtantienſis ad Renum.
Conſtance, ou Coutance en Normandie.	Conſtantienſis.
Cornuaille en Bretagne.	Coroſopitenſis.
D.	D.
Die en Daulphiné.	Dienſis.
Digne, ou Dine.	Dinienſis.
Dol en Bretagne.	Dolenſis.
E.	E.
Eugouleſme.	Engoliſmenſis.
Eureux.	Ebroïcenſis.
F.	F.
Frejuls.	Foro-julienſis.
S. Flour.	S. Flori.
G.	G.
† *Gand en Flandre.*	Gandauenſis.
Gap.	Vapicenſis.
Genéue.	Genevenſis.
Grenoble en Daulphiné.	Gratianopolitanus.
Graſſe.	Graſſenſis.
H.	H.
Harlemen.	Harlemenſis.
I.	I.
† *Ipre, ou Ypre.*	Iprenſis, vel Yprenſis.
L.	L.
Landriguier, ou Lantreguet.	Tricorienſis, vel Trecorenſis.
Langres, ou Lengres.	Lingonenſis.
Laon.	Laudunenſis.
Lectoure, ou Letour.	Lactoratenſis.
Leon, ou S. Paul de Leon en Bretagne.	Leonenſis in Armorica.
Leſcar.	Leſcarienſis.
Lieges.	Leodienſis.
Limoges.	Lemouicenſis.
Liſieux.	Lexovienſis.
Lodéue.	Lodevenſis, vel Lutauenſis.
Lombez.	Lombarienſis.
Luçon, ou Luſſon.	Luxonienſis, vel Lucionenſis.
M.	M.
Maillezes en Poictou.	Maleacenſis.
S. Malo.	Maclouienſis.
Le Mans.	Cœnomanenſis.
Marſeille en Prouence.	Maſſilienſis.

Maſcon.

Maſcon.	Matiſconenſis.
Meaux en Brie.	Meldenſis.
Mende, ou Mande.	Mimatenſis.
Metz.	Metenſis.
Mirepoix.	Mirapicenſis.
Montpellier en Languedoc.	Monſpeſſulanus, vel Magalonenſis.
Montaulban.	Montalbanenſis.
† *Morienne.*	Maurianenſis.
N.	N.
† *Namur.*	Namurcenſis.
Nantes en Bretagne.	Nannetenſis.
Neuers.	Niuernenſis.
† *Nice.*	Nicienſis.
Nimes en Languedoc.	Nemauſenſis.
Noyon en Picardie.	Nouiomenſis.
O.	O.
Oleron en Bearn.	Oleronenſis.
† *Orange.*	Arauſienſis, vel Auraicenſis.
Orleans.	Aurelianenſis.
† *S. Omer en Artois.*	S. Audomari, vel Audomaropolit.
P.	P.
Pamiers, ou Pamiez.	Apamienſis.
S. Papoul.	S. Papuli.
Paris. Vide in Archiepiſcopis.	Pariſienſis.
Perigueux.	Petragoricenſis.
Poictiers.	Pictauienſis.
S. Pons de Tomiers.	S. Pontij Tomeriarum.
Le Puy en Velay.	Podienſis, vel Auitienſis.
R.	R.
Renes en Bretagne.	Redonenſis.
Riez en Prouence.	Regienſis, vel Reienſis.
Rieux, ou Rioux,	Riuenſis.
Rodez.	Rutenenſis.
† *Ruremonde en Gueldre.*	Ruremundenſis.
S.	S.
Sainctes.	Santonenſis, vel Xantonenſis.
Sais, ou Seez.	Saienſis, vel Sagienſis.
S. Brieu, ſuprà littera B.	
S. Flour, ſuprà littera F.	
S. Omer ſuprà littera O.	
S. Papoul ſuprà littera P.	
S. Paul de Leon ſuprà littera P.	
S. Paul de Tricaſtin, ou Trois-chaſteaux, en Daulphiné, infrà littera T.	
S. Pons de Tomieres, ſuprà littera P,	
Sarlat.	Sarlatenſis.
Senas, ou Senez en Prouence.	Sanitienſis.
Senlis en Valoys.	Siluanectenſis.
† *Sion, ou Sitten en Valez.*	Sedunenſis, in Valeſia.
Siſteron, ſuprà Ciſteron.	

Soiſſons.	Sueſſionenſis.
† *Spire.*	Spirenſis,ad Renum.
† *Strasbourg.*	Argentoratenſis, ad Renum.
T.	**T**
Tarbe,	Tarbenſis.
Teroane.	Teroüanenſis,ſiue Morinenſis,nunc Bononienſis in Picardia,ſuprà lit.B.
Tolon en Prouence.	Tolonenſis.
Toul en Lorraine.	Tullenſis,in Lotharingia.
Tricaſtin ou S.Paul de Tricaſtin.	Tricaſtinus.
Triguier, ou Landriguier.	Tricorenſis, ſuprà littera L.
Troyes en Champagne.	Trecenſis.
Tulles.	Tutelenſis.
V.	**V.**
Vabres.	Vabrenſis,vel Vabrincenſis.
Valence en Daulphiné.	Valentinus, vel Valentinenſis.
† *Vaiſon, ou Vaizon.*	Vaſionenſis.
Vence en Prouence.	Ventienſis.
Vennes en Bretagne.	Venetenſis.
La Vaur.	Vaurenſis.
Verdun en Lorraine.	Virdunenſis.
Viuiers.	Viuarienſis.
† *Vormes.*	Vormatienſis, ad Renum.
Vſets, ou Vſetz.	Vcetienſis,vel Vticenſis.
X.	**X.**
Xainctes.	Xantonenſis, ſuprà Santonenſis.
Y.	**Y.**
Ypre.	Yprenſis,ſuprà Iprenſis.

DESCRIPTIO

DESCRIPTIO

EPISCOPATVVM GALLIÆ, ORDINE ALPHABETICO.

ABRINCENSES EPISCOPI.

Aurancbes, ou Aurenches en Normandie.

Flor. 1500.

ABRINCÆ, vel Arborica, ciuitas Abricantum in Notitia Prouinciarum Galliæ, vbi in Cod. Th. legitur Abricantarum in ſecunda Lugdunenſi, ſub Metropoli, & Parlamento Rotomagenſi, Ingena Abricantorum, Ptolomæo lib. 2. cap. 8. verſus mare Britannicum, gradu longitud. 19. 0. latitud. 48. 40. vbi dies maxima horarum 15. 55. altitudo ſolis 41. 20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 67. 26. ad 60. ſtella fulgens in latere dextro Perſei verticalis. Huius verò vrbis Templum primarium, Patronum habet S. Andream, in cuius diœceſi hæ ſunt Abbatiæ.

Flor. 400. S. Michaëlis O. B. in periculo maris, *S. Michel.*

Flor. 750. Sauiniaci O. C. *Sauigny.*

Flor. 100. Montis-morelli O. A. *Mont-morel.*

Lucerna O. P.

Præſules autem huius Sedis ſequentes reperti ſunt.

1. *S. Leontius.*

2. *Nepos*, vel Nepus in Concilio Aurelianenſi 1. 507.

3. *Perpetuus*, in Concilio Aurelianenſi 2. 535. & per Procuratorem in 3. 540.

4. *S. Paternus*, 16. Aprilis, Surius, Vion, in Eccleſia ſibi dicata Exſolduni Biturigum quieſcit, vulgò *S. Patter, Pater, Patr, & Pox*. De quo Fortunatus lib. 3. cap. 32. Intereſt Concilio Pariſienſi 550.

A Obiit ætatis 83. Epiſcopatus 13. Videtur idem cum Venetenſi.

5. *S. Fegaſius*, vel Fagius, ſeu Feſaginus, in Concilio 5. Aurelianenſi 552. vbi dicitur Epiſcopus Abricenſis. Quo loco habetur etiam Ægidius Abricantinus Epiſcopus, errore fortè librarij.

6. *S. Seuerus*, ſeu Senator 18. Septembris Ferrario, qui in Breuiario Rotomagenſi dicitur ſucceſſiſſe S. Paterno, vulgò *S. Senier.*

7. *Seuerus.*

B 8. *S. Rabentranus*, vel Rahentracius.

9. *S. Leodeualdus.*

10. *S. Autbertus*, S. Michaëli Archangelo Eccleſiam conſtruxit in periculo maris ad Tumbam O. B. A. C. 709. Sigeberto, vulgò, *Le Mont S. Michel*, quâ de re infrà in Abbatiis.

11. *Norgetus*, vel Norgotus, cui in C. Thu. ſubiungitur Hugo, de quo Vilelmus Gemeticenſis l. 6. c. 5.

12. *Ioannes.*

13. *Mangiſus, Mangis.* Inſtituit Monachos in Eccleſia ſancti Michaëlis. Videtur
C autem hoc loco inſerendus Saxoboldus, apud Lupum Ferrarienſem epiſt. 84. quem ſequetur Valtherus in Concilio Tullenſi 859. & fortaſſè alij, quorum nomina tempus ex hominum memoria eraſit.

14. *Anſigaudus*, vel Anſegrandus. In Synodo Vermeriæ 853. in Capitulis Caroli Calui tit 10. & in vita S. Renoberti.

15. *Ioannes*, 1063. & in dedicatione Gemeticenſi 1067. filius Ioannis Comitis Ebroïcenſis, poſteà Archiepiſcopus

Rotomagenſis 1073. apud Orderic. l. 3.
16. *Michaël*, in Concilio Rotomagenſi 1074. & in funere Ducis Guilelmi 1087. *Ordericus* l. 2.
17. *Turgiſius*, vel Turgus. Orderico l. 3. & 9.
18. *Richardus* de Sublignoyo, *de Subligny*.
19. *Richardus* de Bellofagio, vel Bellafago, *Ordericus* l. 13.
20. *Herbertus*, corpus ſancti Firmati eleuauit apud Moretonium cum Hugone Rotomagenſi, Richardo Conſtantienſi, & Rotroco Ebroïcenſi. Sepultus in Eccleſia Becci, *Supplement. Sigeberti*.
21. *Achardus*, Abbas 2. ſancti Victoris in Supplemento Sigeberti. Obiit 1171. Martij 29. apud Brulium in Antiquit. Pariſinis.
22. *Richardus*, ex Archidiacono Conſtantienſi eligitur 1171. Supplementum Sigeberti. Nominatur in electione Rolandi Dolenſis 1177. Obiit 1182. in eodem Supplemento.
23. *Guilelmus* Burellus, eligitur 1182.
24. *Guilelmus* Folonei, *Fouion*.
25. *Guilelmus* de Hoſtileyo. Nominatur cum Guilelmo Lexouienſi, & in exſequiis Philippi Auguſti 1223. Obiit 1225. Eſtque forſan is, qui V. de Chiueleyo tralatus fuit ad Andegauenſem inconſulto Papâ. Quâ de re Innocentius 3. lib. 1. Epiſtolâ quæ incipit, *Inter corporalia*, data Laterani 12. Calend. Februarij 1199. vnde non reperitur in Catalogo Andegauenſium.
26. *Guilelmus*, ex Decano Pariſienſi eligitur 1239. Vir ſapiens, eloquens, & litteratus.
27. *Richardus* Angelus, vel Anglus 1265. Iacet in Capella B. Mariæ ad cathedralem.
28. *Rodulphus* Theuillus. Obiit 1290. Sedit ann. 24. electus, & confirmatus fuerat circa 1270. ab Odone Metropolite.
29. *Gofridus* Lanius, *le Boucher*.
30. *Nicolaus* à Luzarchiis 1306. Iacet apud S. Genoueſam Pariſiis.
31. *Michaël* à Ponte-Vrſonis *Pont-Orſon*. Sedit an. 1. m. 5.
32. *Ioannes* de Muſca.
33. *Ioannes* de Vienna. Obiit Remis. De ea gente in Lingonenſ.
34. *Ioannes Haultfrine* 1342. ſepultus Rotomagi in Eccleſia S. Audoëni.
35. *Fulco Bardoul* Redonenſis. Hîc notandum Bertrandum de Chanaco Archiepiſcopum Bituricenſem 82. fuiſſe adminiſtratorem Abrincenſis Eccleſiæ.

A 36. *Robertus* Ianuenſis, *De la Porte*.
37. *Laurentius* de Faya.
38. *Ioannes* de S. Auito.
39. *Martinus* Pinardus Baiocenſis. Sedit ann. 10.
40. *Ioannes* Bocardus Vaucellanus Doctor Sorbonicus.
41. *Ludouicus* Borbonius, filius naturalis Ioannis 2. Vindocini Comitis. Obiit 21. Octobris 1510. *Sammarthani*. Domum Epiſcopalem ædificauit.
42. *Ludouicus* Herbertus Pariſinus. Iacet in cathedrali in Capella ab eo condita in honorem B. Mariæ de Pietate.
B Sedit ann. 16. obijt 4. Aprilis 1526.
43. *Ioannes* Langiacus, *de Langeac*.
44. *Robertus* Cœnalis, renuntiatus Doctor Theologiæ 1513. ex Ventienſi ad hanc Cathedram vocatus. Sepelitur Pariſiis ad ſanctum Paulum 27. Aprilis 1560. tumulo è nigro marmore effigie ænea iacente, & duos ſerpentes pedibus calcante, his verſibus adſcriptis:

Iure ſub hoc tumulo Pauli ſacra continet ædes,
Eius præconem, mentis, & eloquij,
Quem fueras viuens imitatus moribus, alto
Eloquio, ſcriptis, oreque fulmineo.
C *In hoc diſsimilis, quòd lecto es funera paſſus,*
In reliquis Præſul candide Paulus eras,
Principibus coram, illius tu more fuiſti
Vas lectum, conſtans, verbiger æthereus.
Paſtorum Phœnix, ac declamator Ieſu,
Et Pauli ſpecies altera viſa loqui.
Tu Cœnalis eras ſcriptis, laus orbis, & vrbis,
Pariſienſis honor, Doctor, & indigena.

De eo Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Genebrard. Chronolog.
45. *Antonius le Cirier*, ex Decano Pariſienſi, adeptus poſſeſſionem ſolemniter 1562. die feſto S. Audoëni. Intereſt
D Concilio Tridentino.
46. *Auguſtinus le Cirier*, frater Antonij, ex Canonico S. Capellæ Pariſienſis. Obiit 3. Martij 1580.
47. *Georgius Pericard*, ex Senatore Rotomagenſi, & Abbate Cadomenſi. Obiit 1587. 13. Iulij, ſepultus in cathedrali.
48. *Franciſcus Pericard*, ſuperioris frater. Orauit pro Clero 1610. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1615.
49. *Franciſcus Beyuin*, Decanus, & Coadiutor, Epiſcopus Tarſenſis, nepos Georgij, & Franciſci prædeceſſorum.

Adurenſes

Adurenſes Epiſcopi.

Atre.

Flor. 1100. ADVRENSIVM, vel Aturenſium, vel Atorenſium, vel Atyrenſium ciuitas, ſeu Vico-Iulius in C. Thu. notitiæ Prouinciarum Galliæ, Vico-vilius in C. Puteano litteris inuerſis, *Atre*, à flumine Atyro, *l'Adour*, in Nouempopulania, ſeu Vaſconia, ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, & in Parla- B mento Burdigalenſi, gradu longitud. 20. 15. latitud. 43. 40. vbi dies maxima horarum 15. 14. altitudo ſolis 46. 20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 30. ad 60. Vide Sauaronem, & Sirmundum ad Sidonium lib. 2. epiſt. 1. Eccleſia vrbis primaria Patronam agnoſcit S. Mariam Deiparam, in cuius diœceſi ſunt Abbatiæ.

Flor. 200. S. Seueri O. B. *S. Seuer.*
Flor. 50. Pontis-alti O. C. *Pont-hault.*
Flor. 333. Gratiæ-Dei O. P. *Dieu-grace.*
Montmarſani, Monialium.
S. Girons O. B.
C S. Ioannis de Caſtella O. P.
Pardel, aliàs Pimbo B. Mariæ.
S. Laborij, *S. Lombe.*

Antiſtites autem huius ciuitatis hi tantùm à nobis notati.

Ruſticus Vico-Iulienſis Epiſcopus in Concilio Matiſconenſi 2. licet ab aliis legatur Foro-Iulienſis A. C. 588. Greg. Turonenſis lib. 7. cap. 3. Sic S. Philibertus dicitur expetitus à ciuibus Vici-Iulij, & apud eumdem Gregorium Turonenſem lib. 9. cap. 7. & de Glor. Confeſſor. c. 3. memoratur Epiſcopus Vico-Iulienſis.

D *Petrus*, in dedicatione Moyſiacenſi 1180. 8. Idus Nouembris.

Robertus Valdby Anglus, poſteà Dublinenſis in Hibernia Archiepiſcopus 1388. ac tandem Ebroïcenſis 1396. vbi moritur 1399. vt notat Ioſephus Pamphilus in Chron. Auguſtiniano fol. 64. At non reperitur in Catalogo Ebroïcenſium Præſulum.

Rogerius 1426. miſſus in Hiſpaniam ad Regem Alphonſum vt *Bzouius* cenſet.

Ludouicus Albretus Caroli Albreti Comeſtabilis Franciæ, & Annæ *d'Armagnac* filius, patruelis Amanei Cardinalis Epiſcopi Pampelonenſis, & 32. Abbatis ſancti Ruffi Valentiæ Cardinalis creatus à Pio 2. 1461. 3. Calend.

Albret porte de gueule ſans aucune briſure. Sainte-Marthe pag. 820.

A Ianuarij. Eſt autem Albretum Sentium Lapurdenſium oppidulum, quod nomen dedit genti & Ducatui perecelebri, cuius Ducatus nunc caput eſt Neracum. Fuit etiam Ludouicus Cadurcenſis 44. Epiſcopus, honor, & delitiæ Collegij Cardinalium, pius admodum, & ad charitatem hominum natus, Iacobus Card. Papienſis lib. 2. Commentar.

Chriſtophorus Fuxius, filius Gaſtonis, & Marthæ *d'Eſtrac.*

Petrus Fuxius Cardinalis, ex Epiſcopo Venetenſi, ibi vide. Obiit in Palatio Vrſinorum Romæ 1490. 10. Auguſti cùm ſol ingreditur Virginem, ſepultus ad S. Mariam de Populo. Legendus Onuphrius, & Ciaconus de Cardinalibus; vbi à poſteriore dicitur Epiſcopus Ouetenſis pro Venetenſis.

Franciſcus Fuxius-Candaleus, *de Foix-Candale, Captal de Buſch*, de litteris benè meritus, aſcitus in Ordinem S. Spiritus. Obiit penè nonagenarius Burdegalæ 1594. ſepultus apud Auguſtinianos. Edidit Commentaria Gallica in Pœmandrum Triſmegiſti 1579. Burdegalæ. Benefactor Noſocomij, & Collegij Aquitanici in eadem vrbe.

Philippus Coſpean. Laudauit Oratione funebri Henricum 4. in Baſilica maiore Pariſiis. Ei dicatur Tractatus de Iureiurando editus Toloſæ 1616. Fratrem habet Canonicum Cameraci, natus ipſe montibus Hannoniæ, tranſlatus ad Nannetenſem 1621. vir valdè pius, & eruditus, ac Concionator egregius.

Sebaſtianus Boutellier 1622. Obiit 1624. m. Decembri.

Æduenſes Epiſcopi.

Autun.

Flor. 4086. ÆDVI, clariſſimi Celtarum Melæ l. 3. cap. 2. potentes Auſonio Parental. 4. (cui & Æ dues) fratres, & conſanguinei Romanorum, Cicer. lib. 7. epiſt. 10. Familiar. & lib. 1. epiſt. 18. ad Atticum, Flodoardo lib. 1. cap. 2. hiſt. Remenſis, Plutarcho in Cæſare, fœderati Plinio lib. 4. c. 18. Quò reſpicit Cæſar lib. 1. cap. 10. docens quàm veteres, quàmque iuſtæ cauſæ neceſſitudinis Romanis cùm Æduis intercederent, quæ Senatus-conſulta, quoties quàmque honorifica in eos facta eſſent, vt omni tempore totius Galliæ Principatum tenuiſſent, priùs etiam quàm Romanorum amicitiam appetuiſ-

ſent.) Vnde Panegyriſtes Flauienſis Soli, inquit, Ædui non metu territi, nec adulatione corrupti, ſed ingenua, & ſimplici charitate fratres P. R. crediti ſunt, qui totum iſtud, quod Oceano, Reno, Pirenæis, & Alpibus continetur, Romanorum Imperio tradiderũt. Hinc Gobelinus lib. 2. de Rebus geſtis Pij 2. In Burgundia, inquit, ſunt Ædui Celtarum fere omnium quondam principes. Tacit. l. 11. Annalium, primi Æduj Senatorum in vrbe ius adepti ſunt, datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum P. R. vſurparũt, qui & in Epitoma Liuij ſocij P. R. dicuntur. Horum vrbs Auguſtodunum, quæ celeberrima totius Burgundiæ ciuitas in Breuiario Lingonenſi vbi de S. Lazaro agitur, & gentis caput apud Tacitum Annal. 3. vbi nobiliſſimam Gallorum ſobolem liberalibus ſtudiis operatam ait, ad quem locum Iuſtus Lipſius conſulendus de Scholis Æduorum, hinc Aymoinus lib. 1. cap. 5. Auguſtodunus magnæ antiquitùs apud Gallos auctoritatis fuit, atque potentiæ, quam Iulius Æduam nominat, quæ amicitiam Populi Romani amplectendo toti penè Galliæ, nixa eo fauore principata eſt, quem Iuo Carnotenſis in Chronico imitatus: Auguſtodunus, inquit, amicitiam P. R. amplectendo nobilis euaſit. Quæ verba Iuonis tribuit Hugoni Floriacenſi Robertus Cenalis. Vnde verò nomen Auguſtoduni fluxerit *Henricus* in vita ſancti Germani docet his verſibus:

Vrbs quoque profectum meritis, & nomine ſumpſit,
Auguſtodunum, dominum, cùm cæpta vocari,
Auguſti montem transfert, quod Celtica lingua.

Et paulo pòſt ſic eam vrbem laudat:

Verum nulla viros tellus magis extulit armis D
Præcipuos, animique magis ad prælia lecti.

At de eius euerſione à Rolone Noruego, ſeu Normano Guilelmus Britto Philippid. lib. 1. vrbs opulentiſſima eidem Melæ loco citato, Celtica Roma eidem Henrico Autiſſiodorenſi lib. 1. quam, & Francicam Romam vocabat Franciſcus 1. Rex Francorum apud Ioannem Boterum in Relationibus, cuius antiquæ ciuitatis mœnium magnitudo vetuſta & ſpatioſo ambitu memoratur Ammiano lib. 15. & 16. in qua fuit fabrica armorum loricaria, & Gynæcij procurator in Notitia Imperij Occidentalis, nobilitatis antiquæ titulis illuſtris

A in paſſione S. Symphoriani, quæ aliis ciuitatibus multos Epiſcopos dedit ſanctos, vt Germanum Pariſienſibus, Paulum Germani fratrem Virdunenſibus, Gregorium Lingonenſibus, Euſtochium Bituricenſibus, Deſiderium Viennenſibus, Virgilium Arelatenſibus, præter proprios Epiſcopos, vt Retitium, & Stephanum, Honorium Preſbyterum, S. Meldericum Abbatem, & ſanctum Symphorianum Martyrem. Protulit quoque Cluniacos, Rolinos, Chaſſaneos, Quintinos, Montelonios, Ianinos, Guijonios, Pigenatios, Alibofios, & alios B plures, qui nunc non occurrunt. Quo alludit Ioannes Auratus ad Ioannem Vevreum Conſiliarium Diuionenſem:

Auguſta tellus, & vetus vrbs ſimul
Auguſta, & ingens nomine, ſed viris
Auguſtior, quos vſque gignit
Artibus, ingenioque claros.
Tu Galliarum pene potentiſſima
Pars dicta quondam, tu populis potens
Armiſque, ſummum Gallicarum
Credita tu caput eſſe rerum.

Et Guilelmus Britto Philippidos l. 1.

— vrbs antiquiſſima plena
Diuitijs, multiſque tumens legionibus olim,
Romulidiſque fide inuictiſſima, gente ſuperba. C

Videndus Franciſcus Balduinus, & Liuineius in Panegyricum citatum Conſtantino dictum nominè Flauientium, Strabo lib. 4. Ptolom. lib. 2. cap. 8. & Tabula 3. Europæ, vbi aſſignatur Auguſtoduno gradu longitudinis 23. 40. latitudinis 46. 20. ſed & longitudo aliis rectiùs notatur in gradu 25. 30. ibique dies maxima horarum 15. 40. circiter, altitudo ſolis 43. 40. Georgius Brunus l. 3. Ciuitatum orbis, Franciſcus Belforeſtus, Andreas Theuetus in Coſmographia, Chaſſan. Catal. Glor. mundi, part. 12. conſiderat. 60. & poſt eos Sanjulianus Archidiaconus huius vrbis, in prima Lugdunenſi, & in Parlamento Burgundiæ Ducatus Diuionenſi poſitæ, non ad Ararim, ſed ad fluuium Arotium, *Aroux*, in Ligerim, non longè à portu Digonio (*Digoin*) labentem. At quam benè Aurelianas caput Regni Burgundiæ interpretetur Auguſtodunum Ioannes Savaro vir eruditiſſimus, ipſe viderit lib. 5. epiſt. 8. ad Sidonium. Præterea Cathedralis Eccleſia nunc ſanctum Lazarum à Chriſto ſuſcitatum agnoſcit Patronum, cùm prius S. Nazarium venerata ſit, vt teſtantur nummi argentei, in quorum parte altera legitur: *Moneta S. Nazary*, in altera, *Ciuitas Ædua*, vnde tamen

S. Nazarius de quo vir- mundus ad Emm... pag. 17.

tamen non colligitur, quòd Ædua ſimpliciter, abſolutè ſine adiuncto, aut epitheto fuerit nomen proprium huius vrbis, vel ciuitatis, quale poſteà fuit Flauia, & Auguſtodunum, ſed Bibracte nuncupari apud Cæſarem, & cæteros auctores melioris notæ, cum multis non parum doctis cenſeo. Denique in hac diœceſi, præter ſexcentas Parochiales Eccleſias, & plures Prioratus, ac Canonicorum Collegia, & Hoſpitalia reperiuntur Abbatiæ:

La Ville d'Autun porte d'argent à vn lion de gueule, auec vn chef des armes de Bourgogne, & l'Egliſe portoit vne eſpee Ducale par vn bras armé garny de 2 fleurs de lis.

Flor. 133 Buxeriæ O.C. *La Buſſiere.*

Flor. 250. De Cheriaco O. B: *Charcy.*

Flor. 400. Corbiniaci O. B. *Corbigny.*

Flor. 200. Fontaneti O.C. *Fontenay.*

Flor. 1000. Flauigneij O. B. *Flauigny.*

S. Ioannis Monialium in vrbe O. B. *S. Iean.*

Flor. 400. S. Martini prope vrbem O. B. *S. Martin lez Autun.*

Flor. 1500. Viſeliaci O. B. *Vezelay.* Nunc ſæcularis.

Flor. 110. Vngiaci O.A. *Ogny.*

Septem-fontium O.C. *Sept-fons.*

S. Andochij *S. Andoche*, in vrbe. fœminarum.

S. Margaretæ O.A. *S. Marguerite.*

Loci-Dei Monialium O.C. *Lieu-Dieu.*

Iam verò Præſules huius Sedis hoc ordine ſequuntur.

1. *S. Amator*, *S. Amand*, Martyrologium 26. Nouembris (vbi Baronius, & Galeſinus) ſepultus Auguſtoduni in Polyandrio, vbi nunc ſita eſt S. Stephani Eccleſia in Strata, vulgò *de l'Eſtrée*, id eſt in via lapidibus ſtrata, quippè ſepulchra olim iuxta vias publicas, vnde Iuuenal. Satyrâ 1.

Polyandrium.

Quorum Flaminiâ tegitur cinis, atque Latinâ.

Et Satyrâ 4.

Et cui per mediam nolis occurrere noctem
Dum per cliuoſæ veheris monumenta Latinæ.

Vbi vetus Interpres, viæ ſunt in quibus nobiles ſepeliuntur:

Propertius lib. 4. Eleg. 7.

Marmor ad extremæ nuper humatâ viæ

Et Prudentius l. 2. in Symmach.

—— Dis manibus illic
Marmora ſecta legi quâcumque Latina vetuſtos
Cuſtodit cineres; denſiſque Salaria buſtis.

De quibus viis Onuphrius in vrbe Roma. Hinc illud ſæpè in Epitaphiis. Siſte viator. Quod rectè etiam nunc vſurpatur à Chriſtianis in Eccleſia ſepultis. Nam omnes, quamdiu à Domino peregrinamur, viatores ſumus, donec in patria, emenſo, & decurſo legitimè ſtadio ſimus comprehenſores eius coronæ, quam in extrema die reddet iuſtus Iudex. Sumus inquam hoſpites, in Polyandrio, ſeu Cœmeterio plurium dormituri, donec à Chriſto in voce Angelicæ tubæ excitemur à ſomno. Legendus Stephanus Duranti lib. 1. cap. 22. de Ritibus Eccleſ. & quidem plures ſunt mortui quàm viui, vnde in numerum plurium ire, id eſt, mori. Fruſtrà verò dubitat Illuſtriſſimus Baronius A. C. 539. an Amator qui Silucrium Papam in Palmaria Inſula exulantem conſolatur, idem ſit cum hoc noſtro Æduenſi Epiſcopo, ratione temporum repugnante. Porrò recenſetur à Baronio Calend. Iunij, & in Annal. A.C. 273. S. Reuerianus Epiſcopus, & Martyr Auguſtoduni, & ab Odone Calend. Nouembris. Sed hîc ſequimur tabulas vulgares huius Eccleſiæ.

2. *Martinus*, valdè religioſus ſucceſſor S. Amatoris in Legenda S. Simplicij. Fortè deſunt nonnulli inter Martinum, & Reticium.

3. *S. Reticius*, Martyrologium 19. Iullij, & Breuiarium Æduenſe in Lectionibus huius feſti, Poſſeuinus in Apparatu, Honor. c. 82. Interfuit Concilio Arelatenſi 314. apud Binium tom. 1. pag. 268. Ado in Chronico 306. vbi celeberrimæ famæ vir dicitur, ſed corruptè legitur Retius. De quo S. Hieronymus in Catalogo Scriptor. Eccleſiaſtic. & epiſt. ad Marcellam 133. quæ incipit, Nuper, & epiſt. 13. ad Paulinum, cuius principium, Bonus homo, & epiſt. 6. ad Florentium, In ea mihi parte, Galtherus Tab. Chronolog. ſæculo 4. S. Auguſtinus lib. 1. cap. 2. contra Iulianum Pelagianum, Reticium ait ab Auguſtoduno Epiſcopum magnæ fuiſſe auctoritatis in Eccleſia, & lib. 1. contra eiuſdem Iuliani reſponſionem, vbi dicitur Homo Dei, & Auguſtodunæ Epiſcopus, qui memoratur in epiſtola Conſtantini apud Euſebium lib. 10. cap. 5. & apud Optatum Mileuitanum lib. 1. & Baronium 313. vbi datur Iudex contra Donatiſtas, & 337. & Gordon. eodem anno ſepultus in Polyandrio.

Videntur fortaſſe deeſſe aliqui inter Reticium, & Simplicium.

4. *S. Simplicius*, ſummæ ſimplicitatis, & charitatis in vita S. Germani Autiſſiodorenſis l. 1. c. 2. apud Surium. Interfuit Concilio Sardicenſi 347. & Agrippi-

nenſi circa 349. ſepultus in Polyandrio. De eo plura Martyrologium 24. Ianuarij, & vita ſancti Seruatij, nec non Gregorius Turonenſis de Glor. Confeſſor. c. 74. 76. & 77. vbi hic Præſul (in quo cuncta antiqua caſtitudo ſacrarium habuit) vixit cum vxore, tamquam cum ſorore, quam ſuam integritatem, & continentiam miraculo comprobauit, prunas ardentes in Byrro ab illis illæſo, & intacto deferens. Quo de genere probationis vulgaris, per ignem, Antonius Delrio lib. 4. cap. 4. quæſt. 4. ſ. 3. Diſquiſitionum magicarum. Igitur in hoc integerrimo homine, vt etiam in pluribus aliis locum non habuit illud Prouerbiorum 24. *Quis alligabit in ſinu ſuo ignem, veſtimenta autem non comburet?* Quod ſic S. Orientius extulit:

Tàm à me pudica eſt, quàm ſi ſoror mea ſit. Plautus Curcul. act. 1. ſcen. 1.

Nemo feret rutilos intactis veſtibus ignes.

Et Ericus in vita S. Germani l. 2.

——Mirum quod conditus imis
Ignis eat ſinibus, veſteſque ferantur inuſtæ.

Sed aliquando Deus ardentes amore caſtitatis, & deſiderio puritatis accenſos, reddit ab igne materiali inuiolabiles inſtar Amianti, vt exemplo ſunt S. Cunegundis, S. Theogonia, apud Amphilochium in vita S. Baſilij, quidam Abbas in vita S. Ioannis Eleemoſynarij, S. Briccius apud Gregorium Turonenſem lib. 2. cap. 1. Martinus Toletanus apud Ildefonſum de viris Illuſtribus, & Vaſæum 530. Videndus Lacerda in illud Virgilij Æneidos 11.

——freti pietate per ignem
Cultores mediâ premimus veſtigia prunâ.

Et Andreas Quercetanus in Biblioth. Cluniac. pag. 156. ſic S. Thomas de potentia quæſt. 16. artic. 6. expendens factum Tuciæ aquam cribro è Tiberi in forum vſque deferentis in ſignum conſeruatæ puritatis, apud Valerium lib. 8. cap. 1. & Plin. lib. 28. cap. 8. Non eſſe ait à fide remotum, quod Deus in commendationem caſtitatis, per Angelos bonos huiuſmodi miraculum per retentionem aquæ fecerit, quia ſi quæ bona in gentilibus fuerunt, ea fuerunt à Deo. At calefaciendi, coquendi, aſſandi, vrendi, idem in igne eſt principium, ſcilicet calor, qui tantò magis hæc agit, quantò eſt intenſior, vbi denſior, & compactior fuerit materia ignita. Quare magis vret carbo ignitus, quàm flamma, quia ille terreus, & denſus eſt, hæc ſubtilis ſubſtantia vapore facta. Quâ autem ratione fuerint quidam Sancti ſine vlla læſione in medio ardentiſſimi ignis virtute diuinâ ſeruati, docent Cornelius

Ignis innocuus.

A in Exodum cap. 3. vbi agitur de rubo ardente incombuſto, Pererius in Danielem cap. 3. de tribus pueris in fornace Babylonia ſeruatis, Lorinus in verſic. 12. Pſalm. 65. Tranſiuimus per aquam, & ignem, & eduxiſti nos in refrigerium. Quid verò ſit Byrrus, vel Burrus, docet Herbertus Roſveidus in Onomaſtico ad vitas Patrum. Præterea huc faciunt verba S. Hieronymi in fine Apologiæ pro libris contra Iouinianum, & in epiſtolam ad Titum cap. 1. Epiſcopos, Presbyteros, aut Diaconos, aut Virgines eligi, aut Viduos, aut certè poſt Sacerdotium pudicos. Quâ de re alibi plura.

B

5. *S. Caſsianus*, Alexandriæ in Egypto natus, ſucceſſit Simplicio poſt Sedis per annum vacationem. Obiit 20. Epiſcopatus anno, ſepultus ſub dio in Polyandrio, ad cuius tumulum B. Germanus Romam proficiſcens oraſſe legitur. Quâ de re poſt Conſtantium Ericus l. 5.

Marmor erat parium miro candore decorum, &c.

Cuique tumulo Robertus F. R. elegans ſacellum ſuperſtruxit teſtibus Æmilio, & Gaguino. Videndus Gregor. Turonenſis cap. 79. de Glor. Confeſſor. Eidem Eccleſia Parrochialis in vico Sauimaco, *Sauigny*, prope Belnam dicata eſt.

C

6. *Deſiderius.*

7. *Igonomus*, vel Igomonus, vel Ægemonius, apud Molanum in Additionibus Vſuardi, Maurolicum, & Galeſinum 8. Ianuarij, Gregor. Turonenſ. c. 75. & 76. de Glor. Confeſſorum, vbi paulò aliter ſeries Epiſcoporum recenſetur.

8. *S. Pigmenius.*

9. *Simplicius 2.*

10. *Eminthius*, vel Evultius, ſed legendus Euentius, vel Euanthius, in Additionibus Vſuardi 12. Septemb.

D

11. *Leontius*, cuius depoſitio notatur Cal. Iulius in Appendice Adonis.

12. *S. Euphronius*, vel Euphonius, in Martyrol. 3. Auguſti, cuius longæuitas ſenectutis, & dignitatis commendatur à Sidonio lib. 4. epiſt. 25. Ædificauit Baſilicam S. Symphoriani prope vrbem, vbi nunc eſt Prioratus Conuentualis O. S. Auguſtini aliundè non dependens, vbi ipſe Euphronius ſepultus, de quo Gregor. Turon. lib. 2. cap. 15. Idacius anno Valentin. 28. ſeu Chriſti 452. Sigebertus, & Bergomenſis, & Sirmundus ad Sidonium epiſt. 8. lib. 7. & epiſt. vltima lib. 4. & epiſt. 2. lib. 9. Sidonij. Subſcripſit Concilio Lugdunenſi & epiſtolę

Exaltatio viri, longæuitas Eccli. 30.

Fauſti

Fauſti Regienſis ad Lucidum. Circa verò hæc tempora Attalus fuit, non Epiſcopus, ſed Comes Æduenſis, apud Sidonium lib. 5. epiſt. 18. Quem Comitatum 40. annos poſteà S. Gregorius ante Epiſcopatum Lingonenſem adminiſtrauit, vt eſt in ipſius Gregorij vita, auctore Gregorio Turonenſi, qui lib. 5. cap. 15. agit de altero Attalo S. Gregorij nepote. Præſes autem, vel ſummus Æduorum Magiſtratus olim dicebatur Vergobretus, cuius appellationis nota remanet in maiore vrbis, qui vulgò dicitur *Vierg*, qui ſingulis annis in Vigilia ſancti Ioannis ad ædem Franciſcanorum à ciuibus eligitur. Prætereà videtur hîc inſerenda Epiſtola S. Euphronij, & ſancti Lupi Epiſcoporum, de ſolemnitatibus, & de bigamis Clericis, & eis, qui vxores duxerunt, ex Codice Nicolai Fabri, quam à R. P. Iacobo Sirmundo S.I. habuimus.

Is Thalaſſius Epiſcopus Andegauenſ.

DOMINO SANCTO, ET IN Chriſto, cultu, atque honore venerando, Beatiſſimo Fratri Thalaſio, Epiſcopo. Lupus, & Euphronius Epiſcopi pariter poſiti.

Commonitorium, quod per Subdiaconum Arcontium miſſum fuerat, inſpeximus, ad quod ſanctitati tuæ ſicut popoſciſti, reſpondere curauimus. Vigilia Natalis Domini longè alio more, quàm Paſchæ Vigilia celebranda, quia hic Natiuitatis lectiones legendæ ſunt, illic autem paſſionis. Epiphania quoque ſolemnitas ſuum habet ſpecialem cultum, quia Vigiliæ, vel maximè, aut perpeti nocte, aut certè in Matutinum vergente curandæ ſunt, Paſchalis autem Vigilia à veſpere rarò in Matutinum vſque perducitur, deinde in Vigiliâ Paſchæ diuerſorum librorum lectiones ſunt recenſendæ, quæ tot habent aliquid de præfiguratione, aut vaticinio Paßionis. Antedictæ autem Vigiliæ prout viſum fuerit, inter pſallendum, & legendum, ſiue de Prophetis, ſiue de nouo Teſtamento, quod quiſque voluerit, non legali, ſed voluntariâ lectione præſumat. De Clericis verò bigamis, vſque ad Oſtiarios Eccleſia permittit, & patitur: & quam quis Sacerdotum Regulam pro diſtrictione ſuâ ſumpſerit, iure cuſtodiet: Exorciſtas verò, & Subdiaconos à ſecundis nuptijs penitus excludit. Generationem verò filiorum ab ijs, quos coniugatos adſumimus melius eſſet, ſi fieri poſſet arceri, quos eſt adſumi, quàm de his poſteà ſub diuerſâ ſenſuum varietate certari, cùm melius ſit omnes diſceptationum cauſas excludi, vt qui non vult in Clericatu generari, non conſtituat in Altario coniugatos. Hæc pro conſuetudine Eccleſiarum noſtrarum, quarum vna eſt Regula, pagina huius ſermone texuimus. Si quid verò poteſt pro Domini honore diſcretionis accreſcere, & ſi imitari non poſſumus, pro Domini honore laudabimus. Nam iam Eccleſiæ obſequijs aggregatos, ad ſecundas nuptias tranſire non patimur, quos poſtquam aſſumpti fuerint, etiam à primis penitus arcemus, Exorciſtas dumtaxat, & Subdiaconos. In Auguſtodunenſi etiam Eccleſia, vel Oſtiarius, in imo officio conſtitutus, ſi vxorem aliam acceperit, ab officio penitus abdicatur. Subdiaconos autem ad pacem inter ſe in ſacrario oportet accedere. In altario autem, non niſi dum porrigunt pallas Diacono, aut ſuſcipiunt, quod refertur, ad pacem autem, nequaquam eis permiſſum eſt. Si autem illius amentia fuerit, vel exorciſta, vel Diaconus, vel etiam ſicut ſupra memoratum eſt, Oſtiarius, vt ſecundis nuptijs ſe illigaret, non ſolùm ab officio, ſed etiam à communione penitus arcetur.

13. *S. Pragmatius*, quem eum putat Sauaro, cui ſcribit Sidonius lib. 6. epiſt. 2. ſed eum refellit Sirmundus. Interfuit Concilio Epaunenſi 509. Feſtum eius notatur 11. Calend. Decembris.

14. *S. Proculus*, in Martyrologio 4. Nouembris. Hic fortè eſt, quem S. Hieronymus ſanctum, doctiſſimumque Pontificem vocat epiſt. ad Ruſticum, incipiente: Nihil Chriſtiano felicius. Iacet in Eccleſia S. Symphoriani.

15. *Valeolus.*

16. *Proculus 2.*

17. *S. Racho*, fortè Rachnacarius, & Rachanarius, de quo Vion lib. 2. cap. 37. & Ferrarius Topogra Martyrol. in v. Baſilea. Eius nomini dicata eſt Eccleſia cum Prioratu Ordinis Cluniacenſis in ipſa vrbe, eiuſque feſtum 5. Nouembris, & 25. Ianuarij in Tabulis Æduenſibus, & ſanctæ Genoueſæ Pariſienſis aſcribitur, vulgò *S. Roch.* Diſcipulus fuit ſancti Euſtaſij in Monaſterio Luxouienſi, ait Miræus, poſteà ad Baſilienſem Epiſcopatum tranſlatus, vt eſt in vita ipſius Euſtaſij, cuius auctor Ionas, apud Surium, & Bedam.

18. *S. Agrippinus*, memoratur in vita S. Germani, hinc oriundi, Epiſcopi Pariſienſis 19. & apud Aymoinum l. 1. c. 24. circa ann. 536. & 540.

19. *Eurprardus*, vel Eupardus.

20. *Remigius*, vel Benignus præceſſor Nectarij.

21. *Nectarius*, vel Nectaſius in Concilio 5. Aurelianenſi 552. Aymoinus lib. 1. cap. 24. vbi ait S. Germanum adſcitum fuiſſe Abbatem S. Symphoriani ab hoc venerabili Pontifice Nectario, cuius Feſtum 13. Septembris. Meminit &

Fortunatus apud Surium, in vita eiuſdem Germani 28. Maij.

22. *Auſpicius*, Flodoardus l.2.c.5.

23. *Leſaſtus*, vel Lafretus.

24. *S. Flaminianus*, Martyrolog. 23. Auguſti.

25. *Odalricus.*

Brunechildis, *brunehauld* Vide paulò infr.

26. *S. Syagrius*, in Breuiario Æduenſi nominatur frater Brunechildis Reginæ, quæ fuit Athanagildi Wiſigothorum in Hiſpania Regis filia, & Sigeberti Francorum Regis in Auſtraſia vxor, ſepulta A.C.623 in Cœnobio S. Martini, quod Auguſtoduni fundauit. Syagrio verò Gregorius Magnus noluit dare pallium, niſi Neophitos hæreticos Galliâ expelleret, vt habet Breuiarium Romanum, de cuius pallij vſu Azor part. 2. lib. 2. cap.9. Durantus lib.2.cap.9. de Ritibus Eccleſiæ, Lælius Zecchius cap.5. nu. 5. de Republica Eccleſiaſtica, Iſidorus Peluſiota lib.1. epiſt.136. Fulbertus epiſtola 47. Quinam verò ſint Neophiti hæretici docet Canon 2. Sicut Neophitus, diſtinct 48. Hinc quoque videas Epiſcopum in ſua diœceſi negligentem expurgare zizaniis frumentum, amoueri oportere cap. 13. §. volumus de hæreticis. Nam præcipua cura Epiſcopi in extirpandis hæreſibus verſatur c. in Cauſis, de Electione, quia gregis ſanitas, eſt gloria Paſtoris, & multiplicatio illius, merces æterna, Alcuinus epiſt.27. videndus Conradus Brunus de hæreticis lib.6.cap.2. Syagrij autem nepos fuit ſanctus Deſiderius Viennenſis Archiepiſcopus, quo tempore Ætherius Lugduni, Aunarius Autiſſiodori, Auſterius Aureliæ, Lupus Senonis claruerunt, vera Galliæ lumina, vt eſt in eodem Breuiario Æduenſi Lege Chronicum Autiſſiodorenſe pag.66. vbi dicitur Aunarius Syagrium expetiiſſe, virum ſanctitate, & doctrinâ plenum. Fortunatus etiam ſcribit epiſtolam acroſticham lib.5. nu.5. *Domino Sancto, & Apoſtolicæ Sedis digniſſimo Syagrio Papæ.* De quo Syagrio Ioannes Diaconus in vita ſancti Gregorij lib.3.cap.1. Baronius 587. nu. 20. & memoratur in vita ſanctæ Ruſticulæ cum Sabaudo Arelatenſi, tempore Guntrani Regis, in Officio proprio Arelatenſis Eccleſiæ 11. Auguſti, & apud Gregor. Turonenſem cap.8. de vita Patrum, & citatur in Concilio Meldenſi cap. 73. & intereſt Pariſienſi, & Matiſconenſi 1. 582. de quo Concilio ſic Ado Viennenſis in Chronico. S. Euentius cum S. Priſco, & Artemio Senonico, & Remigio Bituricenſi 20. Capitula perfectè elaborauit, quibus conſenſit Syagrius vir ſummæ ſanctitatis. Vide Canonem prima Adnotatio diſtinct. 16. quod Concilium habetur tomo 2. Binij pag. 699. & ſanctus dicitur in Cōcilio Metenſi c.5. tempore Arnulphi Imperatoris. Ei ſcribit S. Gregorius lib.7. epiſt.110. vnde ſcies eumdem emanaſſe Canonem 2. ſicut Neophytus diſtinct. 48. & epiſt. 112. Ætherio, Virgilio, & Deſiderio, Epiſcopis Galliarum Apparibus, id eſt, omnibus eodem exemplo. Nam etſi pluribus ſcripta ſit, tamen patet Gregorium loqui ad vnum (quæ fortè carta idemtata, non indentata, apud Vallinghan) ex qua epiſtola ſumptus eſt c. 9. Rationis diſtinct. 100. Nec omitti debet Monaſterium S. Andochij fuiſſe ab hoc Præſule conditum, dotante Brunechilde S. Martini etiam fundatrice vt dictum eſt. Illa enim plura Sanctorum Cœnobia fundauit. Sigebert. A.C.578. Aymoin. lib.4.cap.1. Eo quoque nomine, & aliis cauſis religionem, & pietatem Chriſtianam ſpectantibus commendatur à ſancto Gregorio Magno lib. 5. Indict. 14. epiſt. 5. 51. 59. l. 7. Indict. 1. epiſt. 5. lib.9. Indict 4. epiſt. 50. 57. 64. id eſt A.C. 601. Mariana hiſt. Hiſpan. lib.5.cap. 10. Vide tamen Gregorij Turonenſis Appendicem cap.41. Sigebertum 618. Baronium 614. Scipionem *Dupleix*, & alios.

Pallium. Neophiti. Vide Remenſes n.41. Cura Epiſcopi in expellendis hæreticis. S. Andochij Abbatia. S. Martini Abbatia.

27. *Ferreolus*, in Concilio Cabilonenſi circa ann. 650.

28. *S. Leodegarius*. (quo nomine populi collector ſignificatur) Subſcripſit Remis Donationi factæ à S. Bercario die 3. Calend. Septembris regnante Childerico, apud Camuzatum. Crudeliſſimè necatus fuit iuſſu Ebroïni Aulæ Magiſtri circa annum 685. 2. Octobris, vt eſt in Martyrologio, & apud Baronium, Surium, Vionem, Miræum Faſtis Belgicis, ex Baldrico Chron. Camerac. lib.1. cap.20. & 21. Molan. Natal. Sanct. Belg. cuius corpus tranſlatum fuit ab Anſualdo Pictauienſi 37. Epiſcopo, in Monaſterium ſancti Maxentij, vbi fuerat Monachus, & Abbas. Legendus Baldricus lib. 1. Chronici Cameracenſis cap. 20. Surius in vita S. Aychardi Abbatis Gemeticenſis 15. Septembris, Vincent. lib. 34. cap. 124. Aymoinus lib.4.cap.44. In ipſius vita M. S. dicitur Leodegarius mente tranquillus, corde benignus, eloquio dulcis, prædicatione ſuauis, doctrinâ fidelis, humilitate ſublimis, caſtitate perfectus, cunctis ſanctitatis operibus decenter ornatus. Eius annulus obſeruatur

S. Leger.

uatur religioſè à Canonicis Pariſienſib. in Cœnobio S. Victoris aquæ conſecrandæ ad oculorum ſanitatem recuperandam, vt me quondam admonuit Ioannes Picardus. In cuius etiam Leodegarij laudem, Adam eiuſdem S. Victoris Canonicus Regularis Proſam ſcripſit. In eiuſdem quoque ſancti honorem multæ Eccleſiæ, cùm Parrochiales, tùm aliæ in Franciæ Regno, ſed præcipuè in hac diœceſi conſecratæ ſunt, inter quas eminet nobilis Prioratus O. B. in decanatu Bezuenſi diœceſis Lingonenſis, à ſancti Germani Autiſſiodorenſis Abbatia dependens, vt eſt in epiſtola Innocentij 3. quæ incipit, Effectum lib. 1. A. C. 1198. cuius Prioratus Henricus Dux Burgundiæ dicitur Aduocatus, Brunone Epiſcopo 47. Lingonenſi, & S. Leodegarij Monaſterium apud Sueſſiones, cuius meminit Alexander 3. epiſt. 31. poſt Petrum Cellenſem. Sed & Abbatia ſancti Ioannis in alto monte, olim Teroanenſis, nunc Iprenſis diœceſis condita à Theoderico Rege Franciæ in expiationem necis S. Leodegarij circa ann 686. Gaſæus in hiſt. Eccleſiaſt. Belgic. Præterea non hic duximus omittendam teſtamenti, ſeu donationis S. Leodegarij Chartam, ſic ſe habentem:

Anno Incarnationis Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, Indictione 10. regnante Theoderico filio Clotharij glorioſi Regis, maiore verò domus Leudegiſio filio Herchinoaldi. Ego Leodegarius, etſi indignus Heduorum Epiſcopus, ſeptimo Epiſcopatus mei anno, conſiderans varias rerum mutationes, ſed & ineuitabilem mortis terminum, ac formidabilem Iudicij, & cunctis tremendam diſtricti Iudicis horam, ſimúlque pro his, & huiuſmodi ad illam diſciplinam recurrens, quæ prait Lucæ VI. Date, & dabitur vobis. & Lucæ XVI. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in Cœlis; & illud recordans Sapientiæ XIII. monentis: Redemptio animæ viri, diuitiæ eius. Et Eccleſiaſtici III. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, pro amore diuinitatis, pro remiſſione peccatorum, pro recordatione Domini Clotharij, & Baldechildis Reginæ, necnon pro ſtatu Regis Theoderici, & Regni, & cunctorum procerum eius, præcipuè pro his, qui in acquirendis rebus, conquirendis adiutores, donatores, & conlaboratores nobis extiterunt, dono, trado, transfundo, hæredem ſtatuo Eccleſiam B. Nazarij, Titulum mei Præſulatus, de rebus meis, hoc eſt de Mariniaco villa, quæ iacet ſuper Iconem fluuium, quam mihi dicta Regina de proprio ſuo, in proprium meum de-

Remunerantur miſericordes, qui Dominica præcepta tenentes, ad cæleſtes theſauros terrena patrimonia tranſtulerūt. D. Cyprianus de mortalitate.

Marigny ſur Yonne.

A *legauit, & per Regale inſtrumentum Chartæ habere conceſſit, necnon de Tilionaco villâ, quæ de iure materno ab auis, & proauis mihi competit, & eſt ſupra fluuium Sagonam, ac de Canapis villa, quam de Bodiſono, & Sigrado Deo deuota conquiſiui, cuius terra ſita eſt, tàm infra, quàm citra Diuionem. Caſtrum, quas villas, & Capellas cum ſuis ſeruis vtriuſque ſexus, terris, vineis, pratis, aquis, ſtagnis, curſibus, recurſibus, ſiluis, paſcuis, maioris peculij, vel minoris, de ſtatu proprio noſtro in ſtatum matriculæ noſtræ, quam ad oſtium Eccleſiæ S. Nazarij fabricauimus, cum omnibus appendicijs delegamus, ſcernimus, transfundimus eâ ratione, vt tam à*
B *propoſito eiuſdem Eccleſiæ Barcario, quam à ſucceſſoribus eius, quos noſtri ſucceſſores Pontifices ordinauerint quadraginta fratres quotidiana diaria, & ſtipendia omni tempore accipiant, vt liberius pro ſalute Regni, & Principum, ac totius orbis Deum deprecari poſsint. Si vero vllus maiorum hæredum, vel minorum noſtrorum, aut alicuius perſona homo, hanc noſtram, & communem eleemoſynam, & huius inſtrumenti chartam violare præſumpſerit, vt reus Maieſtatis nouerit ſe coram Maiore Palatij vel capite, vel centum libris auri mulctandum. Epiſcopis autem ſucceſſoribus noſtris hæc deſeruire voluimus,*
C *ſicut & plura in partem eorum contulimus, & ſicut hæc coram Deo digna conſiderauerint. Si verò deinceps alicuius obſtinatio contra hæc ſe erexerit, nouerit ſe etiam quinquaginta quatuor Epiſcoporum, qui à Principibus noſtris Kaco congregati ſunt (quibus præſentibus, vel quorum conſilio hanc donationem Eccleſiæ, matriculæque noſtræ celebrauimus) & noſtrâ, quamuis extremâ auctoritate excommunicatum, & in inuocatione S. Trinitatis, ex parte B. Petri Apoſtolorum Principis, cum Iuda traditore Domini, qui habens loculos, res Domini furabatur, & pauperum, æternaliter damnandum, & cum*
D *Chore, Dathan, & Abyron, quos viuos terra abſorbuit inconſuetâ, & deſperabili morte in omnium viuentium terrorem, niſi dignâ ſatisfactione reſipuerit, profligatur in æternum puniendus. Amen, amen. Acta publicè tertio anno regni Theoderici Regis. Ego Leodegarius huic donationi factæ ſub anathemate ſui ſcribo & manu propria firmo.* Vbi aduertendum Leudegiſum vocari etiam filium Erchinoaldi ab Aymoino l. 4. cap. 44. qui & de ipſo Erchinoaldo c. ſuperiore 37. Deinde vocabulum Kaco, ſignificari poſſe Criſpiacum *Creſſy*, vel Clipiacum, *Clichy*, vel Cariſiacum *Creſſy*, quæ omnia Regum palatia. Tertiò de S. Nazario primo Eccleſiæ, & diœceſis Æduenſis Patrono, vide Baronium in Martyrol.

Tilena. ſu. Sone.

Chenoue pres Dijon.

28. Iullij, & Sirmundum ad Ennodium pag. 87. cui diuo dicata eſt Eccleſia Parrochialis villæ de Canapis hîc memoratæ in diœceſi Cabilonenſi leuca vna ab vrbe Diuione diſtantis, in quâ villa etiam nunc viſitur Eccleſia, ſeu Capella S. Leodegarij. Quartò ſciendum Theodericum Regem hîc nominatum non fuiſſe Clotharij filium, ſed fratrem, filium vero Clodouæi ex Bathilde, ſeu Baldechilde hîc nominata, de qua Martyrologium 26. Ianuarij. Itaque forſan hîc erratum ex ſcriptoris incuriâ. Quintò notabis Theodericum Regem ſepultum in Nobiliaco ſancti Vedaſti Monaſterio Attrebatenſi. Sextò aduertes excommunicationis formulam (quantum ad Iudam proditorem ſpectat) ſimilem huic reperiri in Teſtamento ſancti Remigij apud Flodoardum: hinc Gaudentius Brixienſis Epiſcopus tractatu 13. de Natali Domini, Mortem ait debitam laqueo ſibimet intulit præparato, confeſtim rapiendus ad inferni ſupplicia, vnde fruſtrà eſt Theophilactus: Dum, inquit, Iudam ideò ſe ſtrangulaſſe, vt præueniret Ieſum in infernis, & ibi orando ſalutem conſequeretur, quod eſt ex Origene homilia 35. in Mathæum, vbi exiſtimat Iudam præuenire in morte moriturum Chriſtum, & occurrere ei animâ nudâ, vt confitens, & deprecans miſericordiam conſequeretur. Quæ licèt ſint fabulæ, illud tamen vtilitatis habent quod ex his intelligimus Origenis ætate doctrinam de Purgatorio vulgarem fuiſſe. At Leodegarius exſectâ linguâ vſum ſermonis in prædicando non amiſiſſe narratur. Sic Marcellinus Comes in Chronico, plures ſe vidiſſe teſtatur Conſtantinopoli, qui truncatis Arianorum factione, linguis, patriâ voce loquerentur. Denique Ebroïnus, cuius opera tantum ſcelus in Leodegario patratum eſt (vbi etiam in aliis pluribus ſanctis) dicitur aliquando Seneſchalus Regius, aliquãdo Maior domus Regiæ, aliquando Palatij Magiſter, aliquando Princeps domus Regalis, apud Iuonem, Adonem, Aymonium, de quo Ebroino plura Baron. tomo 8. Annalium, Anſelmus hiſt. Leodienſ. Epiſc. cap. 8. vbi & de S. Leodegario. Sigebert. A.C. 685. & 688.

Caiani hæretici laudabãt proditorem Iudam, vt ſalutis humanæ procuratorem, apud Epiphanium l. 1. Panarij.

29. *Proiectus*, vel Præiectus.

30. *Herminarius*, vel Ermentarius, ex Abbate S. Symphoriani, quæ Abbatia, nunc eſt tantùm Prioratus, vt iam diximus.

31. *Amalbertus*, vel Aubertus baptizauit, & confirmauit S. Eucherium Epiſcopum Aurelianenſem.

32. *Vaſio*, vel Viſconius, vel Vaſconius.

33. *Amator* 2.

34. *Regnaldus*.

35. *Martinus* 2.

36. *Adelricus*, vel Aldericus.

37. *Modoinus*, cui ſcribit Theodulfus Aurelianenſis, & meminit Lupus Ferrarienſis epiſt. 28. ad Ioannem Epiſcopum Aurelianenſem 43. Huc facit diploma ſequens:

In nomine Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludouicus diuinâ prouidentiâ ordinante Imperator Auguſtus. Cum petitionibus ſeruorum Dei iuſtis, & rationalibus, diuini cultus amore acquieſcimus, ſuperni muneris donum à Deo impertiri credimus. Iderciò nouerit ſagacitas, ſeu vtilitas omnium fidelium noſtrorum, tàm præſentium, quàm futurorum, quia venerabilis Modoinus Auguſtodunenſis vrbis Eccleſiæ Epiſcopus, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis, Domini & genitoris noſtri beatæ memoriæ Karoli pijſſimi Auguſti illi conceſſam, in quâ erat inſertum, quòd non ſolùm idem genitor noſter, verùm, & anteceſſores Reges Francorum Eccleſiæ ſancti Nazarij Martyris, cui, auctore Domino ipſe Modoinus præeſt, ſub ſuo nomine, & defenſione, cum Monaſterijs, & Cellulis, ſeu Parrochiis ſibi ſubiectis, & rebus, vel hominibus ad ſe pertinentibus, vel aſpicientibus conſiſtere fecerunt, & earum immunitatem auctoritatibus, hactenus ab inquietudine iudiciariæ poteſtatis eadem munita, atque defenſa fuiſſet Eccleſia, ſed pro rei firmitate poſtulauit nobis præfatus Epiſcopus Modoinus, vt paternum, ſeu prædeceſſorum noſtrorum Regum morem ſequentes, eiuſmodi noſtræ immunitatis præceptum, ob amorem Dei, & reuerentiam ipſius ſancti loci, circa ipſam Eccleſiam fieri cenſeremus, cui petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſam Eccleſiam immunitatis, & tuitionis gratiâ, pro diuini cultus amore, & animæ noſtræ remedio fieri decreuimus, per quod præcipimus, & iubemus, vt nullus iudex publicus, vel quiſlibet, ex iudiciaria poteſtate in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in quibuſlibet pagis, vel territorijs infra ditionem imperij noſtri, tàm vltra, quàm citra Renum, Rodanum, Ligerimque iuſte, & legaliter tenet, vel poſſidet Eccleſia, vel ea, quæ deinceps in iure ipſius ſancti loci voluerit diuina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda, aut tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos,

aut

aut homines ipſius Eccleſiæ, tàm ingenuos, quàm ſeruos ſuper terram ipſius commorantes diſtringendos, nec vllas redhibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas noſtris, & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſupermemorata ſunt, penitus exigere præſumat. Sed liceat memorato Præſuli, ſuiſque ſucceſſoribus, res prædictæ Eccleſiæ cum Monaſterijs, & Cellulis, ſeu Parrochijs ſibi ſubiectis, ex rebus, vel hominibus ad ſe pertinentibus, vel aſpicientibus, ſub tuitionis, atque immunitatis noſtræ defenſione remotâ totius iudiciariæ poteſtatis inquietudine, quietè poſſidere, & noſtro parere Imperio, atque pro incolumitate noſtrâ, coniugis, & prolis, ſeu etiam totius Imperij à Deo nobis conlati, & eius clementiâ per immenſum conſeruandi vnà cum Clero, & populo ſibi ſubiecto Dei immenſam clementiam iugiter exorare delectet. Hanc itaque auctoritatem vt pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris credatur, & diligentius conſeruetur, ea manu propriâ ſubterfirmauimus, & Annuli noſtri impreſſione ſubterſignari iuſſimus, ſignum Ludouici Sereniſſimi Imperatoris, Durandus Diaconus ad vicem Elizacar, recognoui, & ſubſcripſi, data XI. Calend. Auguſti anno Chriſto propitio, 2. Imperij Domini Ludouici pijſſimi Auguſti Indict. 8. Actum Padirburno, in Saxonia, in nomine Dei fœliciter, Amen.

De qua vrbe Epiſcopali videndus Brouerius in ſideribus Germaniæ.

Notabis hîc eumdem Elizacarem recognouiſſe diploma eiuſdem Ludouici pro Matiſconenſi Eccleſia 3. Calend. Octobris anno 1. Imperij Indict. 8. Aquiſgrani in Palatio Regio, apud Sanjulianum pag. 274. quem exiſtimo Elizacarem, cui Præceptori ſuo dicat Chronicon Freculfus Lexouienſis 847. & qui memoratur apud Agobardum pag. 94. & 260. Abbas Centulenſis, & Gemeticenſis. Interfuit etiam depoſitioni Ebonis Remenſis 835. Prætereà obſeruabis iuſtas ſubditorum preces Principibus audiendas, iniuſtas repellendas. Hinc Eugenius 3. Salenſibus Auarici Biturigum Canonicis, ſicut ait, iniuſta petentibus nullus tribuendus eſt effectus, ita iuſta poſtulantibus non eſt differenda petitio, eis præſertim, qui cum honeſtate vitæ & laudabili morum compoſitione gaudent, Omnipotenti Deo deſeruire. Tacitus verò ait, Principes inſtar Deorum ſunt, ſed neque à Diis niſi iuſtæ preces audiuntur, & Princeps apud Clodianum,

Iuſtæ preces ſubditorũ Principibus audiendæ.

——quæ digna petitu
Largitor facilis.

Pacatus Panegyr. ad Theodoſium facilis adiri, vota tuorum hominum accipis, A vt quiſque te conſuluerit, etiam ſi meruerit (quod eſt rarum) repulſam, ferat tamen ſui nominis conſcientiam, Martialis de Domitiano:

Cùm fulget placidus, ſuóque vultu
Quo nihil ſupplicibus ſolet negare.

Et alibi l.1.

Durum eſt Sexte negare cùm rogeris?
Quantò durius antequam rogeris?

Sed aliquando differenda conceſſio; vnde Ennodius lib. 7. epiſt. 15. Ne fides claudicet ſupplicantis, deſideria differuntur, quia deuenuſtat ſecuturæ hilaritatis genium velox impetratio, aliàs B argumentum eſt nil merentis, diu rogare.

38. *Areus*, vel Altherus, vel Arteus, in Chartulario Ferrarienſi cum Aldrico 48. Senonenſi, cuius tempore circa an. 824. ſolſtitio æſtiuali in territorio Auguſtodunenſi fragmentum glaciei cecidit longum pedes 15. latum 7. craſſum 2. Sigebertus, & Aymoinus lib. 4. c. 112. & Chronicon M. S. Senonenſe, de cuiuſmodi glacie Ludouicus Alcazar in Apocal. cap. 11. num. 15. ſed non abs re apponetur hoc loco ſequens diploma.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, C *Karolus gratiâ Dei Rex. Si in loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eiſque in ciſdem locis iuge famulantibus beneficia opportuna largimur, eorumque congruis, ac opportunis efflagitationibus aſſenſum præbere non differimus, præmium ob hoc apud Dominum æternæ remunerationis rependi non ambigimus. Quocirca notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus, atque futuris, quia vir venerabilis Altheus Auguſtodunenſis vrbis Pontifex obtulit obtutibus noſtris quandam auctoritatem Domini, & genitoris noſtri Ludouici Sereniſſimi Auguſti, in qua continebatur * indicium, quod Modoinus quondam memoratæ ſedis Epiſcopus eidem* D *Domino, & genitori noſtro quaſdam auctoritates Regum Francorum relegendas obtuliſſet, quibus reuolutis, atque in præſentia illius relictis, inuenit, qualiter olim à perfidis Saracenis vrbes depopulatæ fuiſſent, & ſedes Matris Eccleſiæ, quæ eſt conſtructa in honore S. Nazarij Martyris, igne cremata fuiſſet, & omnia inſtrumenta Chartarum in eodem incendio exuſta, & quod à Regibus Francorum inclytis, diuino inſtinctis feruore pleniter reſtaurata, atque in ſuo ſtatu ſublimata foret vt iſdem genitor noſter poſtmodum ob amores Dei, & reuerentiam ipſius loci ſancti ſtatuta anteceſſorum ſuorum Francorum videlicet Regum pleniter obſeruans, ſua auctoritatis præceptum circa id decreuit, atque fieri iuſſit, quatenus villæ, & Monaſteria ad præfatam*

* vel iudicum.


Sic in inſcriptione Arcus triũphalis Cõſtantini Romæ. Quod inſtinctu diuinitatis, mẽtis magnitudine, &c. & in vita S. Odilonis, diuino prouocatus inſtinctu.

Conditum hoc Partenium à Carolo Magno, vt vult Paradinus de antiquo ſtatu Burgundiæ.

Saulieu.

Couches.

ſedem pertinentia, quæ ſunt tàm intra vrbem, quàm extra, id eſt Monaſterium puellarum ſancti Andochij infra eamdem vrbem conſtructum, & Monaſterium ſancti Petri, ſeu ſancti Stephani in ſuburbio eiuſdem ciuitatis, & alia Monaſteria infra eamdem Parrochiam ſancti Andochij in Sede-loco, & S. Eptadij in Ceruiduno, ſancti Martini de Caſsiniaco, & ſancti Martini de Maganero, ſiue Circiniaco; necnon & Colcicas Monaſterium, quod dudum ab ipſa ſede ſubſtructum, & à Domino genitore noſtro diligentiſsimè pro Dei amore inueſtigatum, atque libentiſsimè redditum memoratæ Eccleſiæ fuit, vt illius inquietudine, aut retractione memoratæ Sedis Rectores tenere perpetuò poſsint. Inuenimus etiam in ſupradictis auctoritatibus qualiter dominus, & genitor noſter eamdem Eccleſiam in ſuis omnibus rebus, manerijs, & mancipijs ſuâ defenſione, & immunitatis tuitione, pro remedio animæ ſuæ recepiſſet, quod nos denuò ob deprecationem Althei Præſulis, & ob emolumentum animæ noſtræ, memoratam Eccleſiam cum omni ſua integritate, ſub noſtra defenſione, atque mandeburde recepimus, & per hanc noſtram auctoritatem perpetuam manſuram deliberamus. Hanc itaque auctoritatem, vt pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris verius credatur, & diligentius conſeruetur, manu noſtrâ ſubterconfirmauimus, & annulo noſtro ſigillari iuſsimus, Signum Karoli glorioſiſsimi Regis, Ionas Notarius ad vicem Ludonici recognouit, & ſubſcripſit. Data 3. Nonas



844. *Iullij Indict. 8. anno 4. regnante Carolo glorioſiſsimo Rege. Actum Attiniaco Palatio noſtro in Dei nomine feliciter. Amen.*

39. *Ionas*. Interfuit Synodo Sueſſionenſi, apud Flodoardum lib. 3. c. 11. Baronium A C. 853. n. 1. Quod Concilium reprobatum fuit à Nicolao 1. & Synodo Vermeriæ eodem anno 853. Quo tempore reuelatum fuit corpus ſanctæ Reginæ, de qua infrà in Epiſcopis Lingonenſibus num. 47. Interfuit etiam Synodo ad Saponarias 859. & nominatur in diplomate ſequenti, quod eſt Caroli Calui, non Caroli Magni, vt ſuſpicatur Guilelmus Paradinus lib. 1. Annal. Burgundiæ.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Karolus Dei gratia Rex. Cùm petitionibus ſeruorũ Dei, iuſtis, & rationalibus Dei cultus amore fauemus, ſuperni muneris donum à Domino impertiri credimus. Idcirco nouerit ſagacitas, ſeu vtilitas omnium fidelium, tàm præſentium, quàm futurorum, quod vir Venerabilis Ionas Auguſtodunenſium vrbis Ec-

A *cleſiæ Epiſcopus obtulit obtutibus noſtris auctoritates immunitatis aui noſtri Cæſaris Magni Caroli, necnon Domini, & genitoris noſtri beatæ memoriæ Ludouici pijſsimi Auguſti, in quibus erat incertum, quod non ſolum ipſi glorioſiſsimi Imperatores, verùm, & anteceſſores eius Reges Eccleſiam S. Nazarij Martyris, cui auctore Domino ipſe Ionas Epiſcopus præeſt, ſub ſuo nomine, & defenſione conſiſtere fecerant, ſed pro rei firmitate poſtulauit à nobis, vt paternum, ſeu prædeceſſorum noſtrorum Regum morem ſequentes, huiuſmodi noſtræ immunitatis præceptum ob amorem Dei, & reuerentiam ipſius ſancti loci circa ipſius Eccleſiam fieri cenſeremus:*
B *cuius petitioni libenter aſſenſum præbentes, hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſam Eccleſiam immunitatis, atque tuitionis gratia pro diuini cultus amore, & animæ noſtræ remedio fieri decreuimus, per quod eam cum omnibus Monaſterijs, & Cellulis, ac villis cum Parrochijs, omnibus rebus, & hominibus ad eam iuſtè & iure pertinentibus, ſub noſtra protectionis, & immunitatis tuitione ſuſcepimus, vt hæc auctoritas pleniorem ſemper in Dei nomine obtineat vigorem, manu noſtra eam ſubterfirmauimus, & Annuli noſtri impreſsione adſignari iuſsimus, Signum Karoli glorioſiſsimi Regis, Bartholomeus Notarius*
C *ad vicem Ludouici recognouit. Data 7. Idus Auguſti 11. anno regnante Carolo glorioſiſsi-* 851.
mo Rege Indict. 13. Actum apud Vidiarias villam, in Dei nomine feliciter. Amen. Nominatur etiam in altero diplomate Caroli anno 19. 8. Idus Iullij in Iuſſiaco villa 859. vbi 50. Canonici S. Nazarij memorantur.

40. *Lendo*, in Synodo Sueſſionenſi 866. & in Trecenſi 867. 4. Nonas Nouembris Indict. 1. & in Cabilonenſi in Eccleſia S. Laurentij cum Remigio Lugdunenſi. Intereſt Synodo Vermeriæ 870. apud Miræum in Annalibus
D Belgicis, vbi tamen legitur Bodo.

41. *Adalgarius*, vel Aldagarius, vel Hildegarius in Genealogia Comitum Pictauienſium, ex quorum gente fuit oriundus, Caroli Calui Capellanus, fortè is qui corruptè legitur Fargarius, apud Odonem Cluniacenſem de reuerſione S. Martini, in veteri Codice, vbi corruptius legitur Syagrius, in nupera editione. Intereſt Synodo Pontigonenſi 876. Nominatur etiam in diplomate eiuſdem Caroli anno Regni 37. Indict. 7. 7. Calend. Martij anno 2. in Compendio Regio Monaſterio A. C. 877. Gauzelino Cancellario, vbi donat ſancto Nazario Monaſterium Flauigniacum (in quo beatiſsimus Chri-

Flauigny.

ſti

ſti Martyr Præiectus corpore quieſcit) ad quod Corbiniacum aſpiciebat. Vnde colligo eum eſſe, cui dicauit librum Remigius Autiſſiodorenſis, apud Trithemium. Præterea ipſi Adalgario Ioannes Papa confirmat donationem factam de Monaſterio Flauigniaci à Carolo diplomate dato per manum Gregorij Notarij Regionarij, & Scriniarij S. R. E. Indict. 10. 4. Calend. Iunias Anaſtaſio Bibliothecario ſanctę Sedis Apoſtolicæ, imperante Domino piiſſimo perpetuò Auguſto Carolo à Deo coronato Magno Imperatore anno 2. & poſt Conſulatum eius anno 2. in Chartulario Flauigniacenſi, Concilio Cabilonenſi: quâ de re ſic vetus Cartularium S. Stephani Diuionenſis:

Anno Dominicæ Incarnationis 887. *Anno quoque ſereniſſimi Caroli Imperatoris Auguſti in Gallia imperantis 2. Indict. 5. 15. Calend. Iunij, ſacer Epiſcoporum Conuentus ob pacem, & tranquillitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ inſtituendam, & Eccleſiaſtica negotia decernenda apud Eccleſiam ſancti Marcelli in ſuburbio Cauilonis, in Chriſti nomine coordinatus eſt, &c.*

Inde recenſentur confirmationes multarum donationum Eccleſiis, quibus ſubſcribunt poſt anathema, in violatores, Aurelianus ſanctæ Dei Lugdunenſis Eccleſiæ Epiſcopus in Chriſti nomine roboraui, Bernonius humilis ſanctæ Dei Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus, (hi duo in principio huius Chartæ dicuntur Domini, & ſanctiſſimi Archiepiſcopi, cæteri ſequentes, Reuerendiſſimi Epiſcopi) Geilo ſanctæ Lingonenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus, Adalgarius Æduorum Epiſcopus, Stephanus dignatione diuinâ Cabilonenſis Epiſcopus, Adalbaldus Bellicenſis Epiſcopus, Geraldus ſanctæ Matiſconenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Iſaac humilis Valentinenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Brancio Preſbyter, & Cancellarius S. Mammetis ſcripſi, datauique.

42. *Valo*, nominatur in inſtrumento Flauiniacenſi 894. Indict. 12. & in altero diplomate anno 10. Regni Caroli Indict. 4. apud villam Iuliacum reſidente Domino Richardo nobiliſſimo Marchione, & clariſſimis filiis, Rodulpho, Hugone, atque Boſone elegantiſſimæ prolis Comitibus, & in ſchedis de fundatione ſancti Viuentij facta à Manaſſe Comite, ipſius Valonis fratre, Domino *de Vergy*, vbi amiciſſimus dicitur Richardi Ducis Burgundiæ, vir ſtrenuus, & poſt Richardum in totius Burgundiæ Ducatu Princeps. Gualoni verò Remigius Autiſſiodorenſis reſpondit interroganti de duabus quæſtionibus, quarum vna fuit de Altercatione Michaëlis Archangeli cum diabolo de corpore Moyſis, altera de Behemot comedente fœnum, apud Sigebertum c.123. de Viris Illuſtribus, de quarum priore Lorinus in epiſt. Iudæ, & de poſteriore Pineda in Iob. c.40.

43. *Herueus*, vel Helueus, vel Hilueus, vel Eruchus ſequens edidit inſtrumentum:

Auxiliante in perpetuum Domino Deo, & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto. Herueus eiuſdem miſeratione Æduorum Epiſcopus, omnibus Dei, & ſanctæ Eccleſiæ fidelibus, præcipuè autem Venerandis Epiſcopis, inſtantibus videlicet, & ſuccedentibus cognitum fore optamus. Quoniam cùm noſtram exiguitatem diuina pietas ad regendam ſuæ Eccleſiæ Cathedram vocari, & ſublimari permiſiſſet in ipſo primo Ordinationis noſtræ anno ad exhortationem genitricis noſtræ, Dominæ Hermingardis venerabilis Comitiſſæ, & fratrum noſtrorum diligenter ſtuduimus inquirere, & ſollicitè perſcrutari, qualiter caput Eccleſiæ in Conſtitutis Canonicorum ibidem Domino, & ſancto Nazario militantium ſtipendijs diſpoſitum maneret, vel quibus prædeceſſorum noſtrorum ſubſidijs congregatio ipſa ordinata ſubſiſteret. Sed vt experti ſumus, obſiſtentibus ſæculi perturbationibus, & aduerſarijs diuini cultus, labor Pontificum præcedentium, in his certare incipientium, in contrariam ſemper eſt impulſus dilationem, niſi tantùm quòd permanentibus Chriſtianis villarum ſolatijs Dominus Adalgarius ſanctæ recordationis Epiſcopus villam Belliniacum, & ſucceſſor illius Dominus Valo prius Præſul, & noſter auunculus villam Tiliniacum vſibus prædictæ Congregationis manciparunt, & ſcriptis ſuis confirmauerunt. Nos autem à ſanctis Epiſcopis noſtris ſcilicet Ordinatoribus moniti, prædictorum affinium hortamentis roborati, quæ liberè ad præſens fieri poſſe reperimus, ſupradictæ Congregationis vſibus dedicauimus, villam Ruriacum ſi quidem à memorata genitrice noſtra dudum pro quadam commutatione poſſeſſam, & noſtro interuentu in huiuſmodi obſequijs redditam cum Eccleſia, & omnibus ad ſe iuſtè pertinentibus, Eccleſiam etiam ſancti Ioannis ſitam in Comitatu Belnenſi noſtra liberalitate conceſſimus. Vt igitur hoc noſtræ confirmationis Teſtamentum tuitionem in Dei nomine obtineat, & firmitatis plenitudinem, manu propriâ firmauimus, & prælibatorum patrum manibus inſigniri popoſcimus. Amicorum quoque, & omnium Eccleſiæ noſtræ fidelium aſſignationibus ſubterituſimus

roborari. Actum apud Cauilonum, ciuitatem ob præſentiam Epiſcoporum feliciter in Domino, Amen. Heruæus humilis ſanctæ Æduenſis Eccleſiæ Epiſcopus huic ſcripto voluntate plenâ aſſenſum præbui, Remigius ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi, Ardradus Cauilonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Adelardus humilis Autiſſenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Gerardus peccator, & humilis Epiſcopus Matiſconenſis, fulco Archidiaconus, Durannus Præpoſitus, Anno Abbas, ſignum Hyrmingardis Dei miſericordiâ Comitiſſæ, ſignum Valonis filij eius, ſignum Giſleberti filij eius alterius, ſignũ Manaſſis filij eius, Bodo, Aldradus, Arlegius, Theodericus, item Arlegius, Landricus. Datum pridie Calend. Nouemb. Ind. 8. anno 22. poſt obitum domini Odonis quondam Regis regnante Carolo Rege glorioſo.

Chalon ſur Sone.

Huius Heruei patruus fuit Valo, & prædeceſſor. Notabis autem verba in hoc diplomate, Domino Deo, & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, cõiunctim accipienda de Chriſto, quæ diuinam illi naturam ſimpliciter, & abſolutè tribuunt. Quod confirmari poteſt, vel ex hoc teſtimonio Pauli ad Titum 2. v. 13. *Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*; Quam tamen ſententiam contra omnes diuidit, licet eodem Græco articulo connexam Eraſmus, ita vt illa verba, Magni Dei, ad Patrem referat ineptè, neque enim exſpectamus Aduentum Patris, ſed Filij ad iudicandum. Nam idcircò vocat Paulus Aduentum gloriæ, vt ſignificet ſe loqui de ſecundo Chriſti Aduentu, de quo ipſe Chriſtus dixerat: *Cùm venerit Filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ*, Math. 25. Atque huc ſpectant, quæ Theologi diſputare ſolent, & concludere, filium ſecundam Deitatis perſonam eſſe verum Deum, in 1. ſentent. & in 1. partem S. Thomæ, vt Suarez lib. 2. de vera trium perſonarum diuinitate cap. 3. & 4. Gregorius Valentia tomo 1. diſput. 2. quæſt. 1. part. 1. vbi ait, quòd is minimè temerarius videri debeat, qui Eraſmum fuiſſe Arianum ſuſpicatus fuerit. Sic in diplomate Anſelini infrà num 48. *Ieſu Chriſti Dei & Saluatoris noſtri nomen, &c.*

44. *Anſegiſus*, nominatur in inſtrumento pro Monaſterio S. Symphoriani anno 1. Rodulphi Regis Frãciæ Indict. 12. per Raynardum Notarium ad vicem Abbonis Epiſcopi A.C. 924.

45. *Rothmundus*, in diplomate Ludouici Vltramarini ann. 2. 938. ipſius Rothmundi ordinationis ann. 3. cum Bernardo Decano, & in Synodo Tornuſij 944. apud Sanjulianum, quo anno Aymarum Abbatem Cluniaci ordinat, & nominatur anno 3. Lotharij 957.

46. *Gerardus*, vel Geraldus regnante Lothario. Quo tempore Auguſtodunum Reliquiæ ſancti Lazari tralatæ fuerunt, ex vrbe Maſſilia, & depoſitæ in dextra parte altaris maioris, cui etiam dicata Eccleſia Collegialis Auallone in hac diœceſi.

47. *Galtherus*, vel Valtherus. Nominatur anno 25. Lotharij Regis, Chriſti 986. Intereſt Pſeudoſynodo Remenſi contra Arnulphum Archiepiſcopum 991. 15. Calend. Iull. & memoratur anno 34. Roberti Regis, qui à coronatione numeratus incidit in annum Incarnationis 1018. Indict. 1. 3. Calend. Martias Roberto Burgundiæ Duce, in Chartulario Flauigniaci, Pater ſpiritualis Halinardi, poſteà Archiepiſcopi Lugdunenſis 64. circa quæ tempora fundatur Prioratus de Paredo in hac diœceſi ab Hugone Epiſcopo Autiſſiodorenſi, eodemque Comite Cabilonenſi, vt eſt apud Glabrum lib. 3. At alij conditum volunt à Lamberto Hugonis patre, vt notat Andreas Quercetanus.

Parœdum Paroy le Monial

48. *Helmonius*, vel Helminius, vel Helinus, vel Elnuinus Interfuit Synodo Anſanæ in æde ſancti Romani 1025. nominatur in Chartula Roberti Burgundiæ Ducis pro S. Germano Pariſienſi data apud caſtrum Diuionem 1042. vbi dicitur Ernuinus referente Andreâ *Du Cheſne*, & cum Valderio Cardinalo Archidiacono Æduenſi, Oſtaldo Abbate ſancti Martini, & Odonis Abbate Flauiniaci, in Chartulario Flauigniacenſi, & cum Odolrico Lugdunenſi 1044. Subſcripſit teſtamento Hugonis Biſuntini Archiepiſcopi 8. Calend. Aprilis, ac etiam attigit 24. annum Henrici Regis, id eſt A.C. 1055. in ſchedis, quas Ioannes Baptiſta *Munier* Aduocatus Regius apud Æduos mihi olim benignè communicauit, in quibus tempore huius Præſulis Anſelinus Epiſcopus Pariſienſis dedit Decano Æduenſi Eccleſiam S. Dionyſij de Vergeyo, hoc modo:

Ieſu Chriſti Dei, & Saluatoris noſtri nomen, &c. quod eſt ſuper omne nomen, &c. Ego igitur Anſelinus Pariſienſium Dei gratiâ Epiſcopus, Vergiacenſium verò Patronus, & hæreditario iure Dominus infrà prælibati oppidi ſepta Monaſteriolum à me ob mei, parentumque meorum requiem, vitæque æternæ adeptionem conſtructum, & in honorem ſancti

Anſelinus Vergiacenſis, Pariſienſis Epiſcopus.

Dionyſij

Dionyſij Martyris dedicatum, quamtulacumque meæ hæreditatis portione, pro modulo meæ poſſibilitatis ditaueram, Clericóſque inibi die, noctúque vigilantes obſequentiſſimè pro vt prædicta facultas poſtulabat adhibueram. Porrò proſpiciens magna quæque ad inferiora relabi, minora verò difficilè ad altiora poſſe erigi, cùm mundus iam ſeneſcens poſitus ſit in proclini, Eccleſia autem Chriſti vndique aduerſitatum procellis irruentibus diuini auxilij anchorâ firmata, ad æternæ ſecuritatis littus tendens, vix periculum euadat naufragij, hanc quam prædixi Eccleſiam alieni cognoui amminiculi egere, quod quomodo inueniretur circumſpiciens, ad ſancti Nazarij Martyris venerandam Fratrum Congregationem mentis intuitum intendi, congruamque hoc ob duarum rerum exactionem fore decreui, primùm quia prædicta Eccleſia in prælibati ſancti ſita eſt diœceſi, ſecundùm quia præfata Canonicorum Congregatio in Regularibus inſtitutionibus nullibi inferior valet inueniri. Eâ verò lege ad Congregationem hanc Eccleſiam noſtram volumus reſpicere, vt nihil inibi ſancti Nazarij Epiſcopus poteſtatis, ſeu diſpoſitionis exerceat. Decanus autem Prælationis Officium, Præbendáſque Vergiacenſium Fratrum det, vel ſicut viſus, imo abuſus eſt, vendat, pretiumq́; in Fratrum Aeduenſium vſum, ſicut eis complacitum fuerit, conuertat, locúſque Vergiacenſis ſitu tantummodò poſitionis, ſed non firmitatis vnitate ab illo ſancti Nazarij loco diſtet. Teſtamenti igitur calumniator, ſeu inficiator huius noſtri, anathematis vinculo irretitum ſe ſciat, & iudicio puniendum eius, quo regnante in æternum hoc publicè Auguſtoduni eſt actum, anno Incarnationis eiuſdem 1032. Indict. 15. regnante Henrico Francorum Rege ann. 2. Ego Anſelinus Epiſcopus ſigno Teſtamentum firmaui, ſignum Roberti Ducis, à quo & in cuius præſentia hæc Charta eſt firmata, S. Helmuini Epiſcopi, S. Hugonis Epiſcopi, & Comitis, S. Hugonis Archiepiſcopi Chryſopolitani, S. Gofridi Epiſcopi Cabilonenſis, ſignum Hugonis Epiſcopi Niuernenſis, ſignum Rainaldi Comitis, Otonis Comitis, Vidonis Decani, Aganonis Abbatis, Godifredi Abbatis, Hugonis Abbatis, Euſebij Præcentoris, Valeriani Archidiaconi, Hugonis Præpoſiti, Valtheri Militis, Rainaldi Militis, Dalmacij Militis, Vidonis Militis. Ego Bernardus ſcripſi, & ſubſcripſi vice Raynaldi Cancellarij.

Anzelinus verò hic, vel Anſelinus inſcribi debet catalogo Pariſienſium Præſulum, & ſeparari debet ab Alberto, ſeu Alberico, ſeu ab altero Anſelino, vbi aliquis latere putabit errorem in numeris annorum Henrici Regis, vitio manu exſcribentis, qui, ex Autographo, ſeu Originali ſanari poterit. Nec inter auctores benè conuenit de anno mortis Roberti, quā Tillius poſt Sigebert. aſſignat 1033. na. 1031. Gordon. & Maſſon. 1032. Baron. 1033. à cuius morte alij numerant annos ipſius Henrici, quos alij computant à tempore, quo cum patre regnauit. Dies verò obitus Roberti notatur in Calendario Benigniano 17. Iulij, quem Calendarium Sandionyſianum in 20. eiuſdem menſis reiicit, & Papirius Maſſonus, addens eum incidiſſe in Sabbathi diem, quod ſtare non poteſt. Obſeruanda porrò ſunt quædam in hoc Anſelini diplomate ad hæc verba: *Magna quæque ad inferiora relabi, minora verò difficilè ad altiora poſſe erigi, mundo ſeneſcente, & in proclini poſito.* Primùm huc referendus Seneca in Hercule Oetheo actu 1. v. 170.

Commoda cladibus magnis magna patent.

Et verſ. 690.

Malè penſantur magna ruinis.

Et in Agamemnone.

Sidunt ipſo pondere magna.

Vnde ſententia eſt Apollodori, periculo non carere prælustria, quæ euertere, vel inuidia, vel tempus ſolet. Legendus Seneca epiſt. 92. vbi inter cætera, *Eſſet*, inquit, *aliquod imbecillitatis noſtræ ſolatium rerúmque noſtrarum, ſi tanto tempore repararentur cuncta, quanto ſiniuntur, incrementa longè exeunt, feſtinatur in damnum, nihil publicè, nihil priuatum ſtabile eſt, tumultuantibus cauſis, mala, vnde minimè expectabantur, erumpunt.* Hucque pertinet Legati Scytharum ad Alexandrum apud Curtium ſententia lib. 3. Arbores magnas diu creſcere, vnâ horâ extirpari. Quod Tacitus in principio Agricolæ dixit, Corpora lentè augeſcere, citò extingui, & natura infirmitatis humanæ tardiora remedia quàm mala: & Innocent. 3. c. inter corporalia de tranſlatione Epiſcoporum, Facilius corporalia deſtrui, quàm conſtrui, ſpiritualia verò faciliùs conſtrui, quàm deſtrui, licet ex Seneca epiſt. 109. Meliora prætereant, deteriora ſuccedant, & imperium, ex iuſtiſſimo, atque optimo, crudele plerúmque factum, Saluſtius in Catilinario. Rectè verò relabi maiora ad minora dicuntur, quaſi ad ſuum principium iuxta mentem Ouidij:

Flumina magna vides, paruis de fontibus orta,
Plurima, collectis multiplicantur aquis.
Quæ præbet latas Arbor ſpatiantibus vmbras,
Quo poſita eſt primo tempore virga fuit.

Vrbes quoque, vt cætera, ex infimo naſci, deinde quas ſua virtus, ac dij iuuent magnas opes, magnúmque nomen ſibi facere, Liuius l. 1. Vnde Virgilius anteà exclamauerat 1. Æneidos:

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Math. 13. Sic Eccleſia comparatur grano ſinapis in arborem magnam excreſcentis. Nec tantùm ad minora relabuntur maiora, ſed omnino intereunt. Nam vt ait Arnobius l. 2. Quod habet incrementum, & vitæ incipientis exordium, neceſſariò ſequitur, vt habere debeat occaſum: itaque prudentis eſt, quantum fieri poteſt, B rerum durationi conſulere, quia plus eſt occaſum repellere, quam dediſſe principium, Ennodius Panegyr. Theoderici: nec minor in conſeruandis rebus, quàm in inueniendis adhibenda eſt cautela, imò ſatius eſt reparare vetera, quàm extruere noua ædificia. Quamuis Cæſar apud Saluſtium hæc dicat: *Profectò virtus, atque ſapientia maior in illis (Maioribus noſtris) fuit, qui ex paruis tantum Imperium fecère, quàm in nobis, qui ea benè parta vix retinemus.* Secundò mundus dicitur hîc in procliui poſitus, ex Ioannis 5. v. 19. id eſt in obſcuro, lu- C brico, præcipitique loco, capiti ſuo ſeu Principi adhærens, qui malignus per antonomaſiam dicitur; Royas lib. 2. c. 2. Singularium, Bellarmin. lib. 2. cap. 12. de æterna felicit. Sanctorum: & meritò totum ſæculum eſſe in malo dicitur, vbi boni locum habere non poſſunt, *Saluianus de Prouidentia*, & quod hîc *in Procliui* dicitur, id ſic effertur in inſtrumento dotationis Romarici-montis, apud Roſerium: *Quoniam mundus in maligno poſitus legitimas fidelium dotationes conatur infringere, &c.* Poſitus verò in maligno mundus ſeneſcens, quia, vt ait Bucherius in Parenetica, Poſtrema mundi ætas D referta eſt malis tamquam morbis ſenectus. Tertiò notabis mundum ſeneſcere, eo modo dici, vt Romanum Imperium ſeneſcere Floro lib. 1. in Præfatione, & ciuitatem ſeneſcere otio, Liuio lib. 1. & ſenem tabeſcere diem Plauto in Stico, & ſenium lunæ, Plinio lib. 7. cap. 48. & ſeneſcentem lunam, Varoni lib. 1. cap. 37. & ciuitatem langueſcere, & ſeneſcere eidem, apud Nonium, v. Diſtrahere, Symmach. lib. 1. epiſt. 4. & cælos, ſicut veſtimentum veteraſcere, Pſalmo 101. Legendus Petrus Damianus epiſt. 9. lib. 4. & ſanctus Cyprianus ad Demetrianum. At contrà Columel- A la Præfatione lib. 1. Non eſſe prudentis credere tellurem, quæ diuinam, & æternam iuuentutem ſortita, communis hominum parens dicta ſit, velut hominem conſenuiſſe, & Plinius lib. 2. c. 1. Mundum numen eſſe credi, par eſt æternum, immenſum, neque genitum, neque interiturum vnquam, ſed hanc mundi auctoritatem etiam ab Ariſtotele aſſertam refellit inter cæteros copioſè Benedictus Pererius lib. 15. Phyſicorum: imò plerique Patres iam olim inſtare mundi finem, & iudicij diem putarunt, quâ de re Claudius Epanſæus in 2. Timoth. 3. digreſſ. 12. Viegas in Apocalypſ. 11. Lorinus in 2. Petri 3. & in cap. 1. Actuum, quem duraturum ſex millia annorum fuit nonnullorum opinio, apud Maluendam lib. 1. de Antichriſto, cap. 28. Sixtum Senenſem lib. 5. Biblioth. ſacræ cap. 190. Paulum Galdinum pro Calendario Gregoriano lib. 2. cap. 2. Magium lib. 2. cap. 4. Franciſcum Floridum ſucciſiuarum capite quarto.

49. *Agano*, interfuit Synodo Æduenſi 1055. Seuertio, & Baronio: quâ de re Hugo Monachus in vita ſancti Hugonis Cluniacenſis: *Dux*, inquit, *Burgundiæ Robertus, Aganonem Æduorum Epiſcopum nimiâ infeſtatione grauabat, varijſque prædonum incurſibus paſſim Burgundia laborabat, ea propter Gofridus Lugdunenſis, Hugo Biſuntinus, Aychardus Cabilonenſis, & Drogo Matiſconenſis Æduam conuenerunt, magnique Patres Conſilij Hugonem Cluniacenſem venire rogauerunt.* Quod Concilium Æduenſe idem puto eſſe, quod Educenſe, apud Gratianum, & Auguſtodunenſe, apud Burchardum, & Iuonem. Præſens etiam fuit in ſacro Philippi Regis 1059. & nominatur in diplomate Regio apud Fontem Beſuæ, & in altero 1067. Indict. 4. ann. 7. Philippi Regis cum Odone Flauiniacenſi, & Herminio S. Sequani Abbatibus. Dicitur quoque Aginus à Gregorio 7. lib. 2. epiſt. 15. Romæ 3. Idus Nouembris Indict. 13. A. C. 1075. vbi, & Rodulphus Matiſconẽſis cum Humberto Archiepiſcopo Lugdunenſi recenſetur in cauſa Abbatis Pultarienſis contra Clericos Lingonenſes. Quo anno moritur Robertus ſenior Dux Burgundiæ, ſepultus Semurij in Eccleſia B. Mariæ quam extruxerat, vbi ſeruatur Annulus Deiparæ, vt notat Genebrardus, qui in eadem tumulum poſteà ſortitus eſt. Vbi item iacet *Margareta Fremyot*, vxor Ioannis Iacobi *de Neufchezes*, Margareta Fremyot.

Baronis

Baronis *Deffrans*, ſoror Andreæ Archiepiſcopi Bituricenſis, & Iacobi Cabilonenſis Epiſcopi, ac Benigni Baronis *Deffrans, & de Buſſy* mater. Nominatur prætereà in inſtrumento, cum Valthero Decano, Merigaudo Præcentore, & Hugone de Monte S. Ioannis Gregorio 7. 13. Calend. Octobris feriâ 4. 1078. Roberto Cancellario, vbi Hugo dicitur diuinâ prouidente clementiâ Dux Burgundiæ, & in diplomate Philippi Regis pro Martinianis Pariſienſibus 1079. & in Actis electionis Valtheri Cabilonenſis 38. Epiſcopi 1080. cum Gebuino metropolite, & Landrico Matiſconenſi Præſule, ac Petro Trenorchij Abbate, apud Sanjulianum, & 1081. Philippi Regis à coronatione 23. in Chartular. Flauiniaci.

50 *Merigaldus*, vel Merigaudus, vel Herigaudus, in Chartulario Benigniano dicitur interfuiſſe dedicationi Baſilicæ illius loci factæ à Paſchali 2. 14. Calend. Martias 1106. cum Roberto 53. Epiſcopo Lingonenſi. Memoratur etiam à Seuertio in Raynaldo 42. Matiſconenſi. 1111. & 1112. menſe Maio lunâ 27. Epactâ 1. id eſt 23. Maij, ex Præcentore, & Decano regnante Ludouico Craſſo. Vbi notabis naturalem vſum nationum appellandi lunam, pro diebus lunationis, ſeu pro ætate lunæ, vt ait ſanctus Ambroſius in epiſtola ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos, Baron. in Martyrol. Cal. Ianuarij

51. *Stephanus*, nominatur in diplomate Flauinienſi 1113. & in Regularizatione ſancti Stephani Diuionenſis 1116. cum Ioceranno 54. Lingonenſi, & in Bulla Paſchalis 2. eodem anno Pontificatus 17. Indict. 9. Laterani. Interfuit Concilio Trecenſi 1127. Ei reſtituit villam *de Marigny*, Guilelmus Comes Niuernenſis 1128. Indict. 6. Interfuit quoque ſacro Philippi filij Ludouici Craſſi 1129. apud Tillium. Extat etiam diploma in Chronico Veſalienſi, penes Iacobum Tauellum, quo Innocentius 2. mandat Stephano, vt imponat manus Alberico, ex Suppriore Cluniaci, in Abbatem Veſalienſem electo. Videndus Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Iodocus Coccius eum referendo in ſæculum 12. Ioannes Garetius, Iacobus Galtherus in Tab. Chronologica, & Bellarminus lib. 2. de Euchariſtia cap. 35. & de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſæculo 10. Quod ſi ita eſt reiiciendus erit in ordinem ſuperiorem, & alius ab hoc cenſendus. Huius verò Stephani tractatus de Sacramento Altaris extat tomo 6. Bibliothecæ Patrum edit. 3. vbi Magiſter ſacri Palatij notat ad ea verba (*Delicta confitentium miſericorditer ſuſcipiendi*) non poſſe Diaconum confitentium delicta ſacramentaliter excipere, poſſe tamen in abſentia Epiſcopi, vel Preſbyteri ſolemniter publicè pœnitentium reconciliationem (quæ quidem erat cerimonia Eccleſiæ) exercere, vt patet ex ſancto Cypriano lib. 3. epiſt. 17. Bellarmino lib. 1. de Sacramento Ordinis c. 6. Is autem tractatus à Ioanne Montelonio Æduenſi, (auctore Promptuarij iuris diuini Canonici, & Ciuilis) ex libraria ſupellectile Riniacenſi primùm editus apud Henricum Stephanum Pariſiis 1517. dicatus Iacobo Huralto Epiſcopo infrà recenſendo num. 81. Prætereà Stephanus dicitur à Petro Venerabili, venerabilis, & cum honore nominandus, qui ſpretis parentibus nobilitate, faſtu, diuitiis, ipſis etiam Epiſcopalibus infulis abiectis pauperem Chriſtum pauper ſecutus eſt, & in ſancta deuotione toto mentis affectu perdurans, atque inter manus meas extremum Deo ſpiritum reddens cum veneratione tanto Sacerdoti congrua tàm à me, quàm à Fratribus Cluniaci conditus eſt, epiſt. 46. lib. 5. ad Humbertum Archidiaconum Æduenſem Stephani nepotem.

52. *Robertus*, Hugonis Ducis Burgundiæ filius, ex Martyrol. Belnenſi 14. Auguſti, & Æduenſi 3. Nonas Iullij. Quo obiiſſe dicitur 1133.

53. *Humbertus*, ex Illuſtri Regum Franciæ ſtemmate. Quo Præſule conſecratur Eccleſia ſancti Lazari, cuius & capſam viſitauit Galthero Cabilonenſi, Pontio Matiſconenſi, Gofrido Lingonenſi Epiſcopis, Raynardo Ciſtercij, Pontio Veſeliaci Abbatibus, Odone Burgundiæ Duce, & Guilelmo Comite Cabilonenſi præſentibus A. C. 1148. Dominicâ poſt feſtum B. Luciæ 14. Decembris.

54. *Henon*, vel Henoïnus, vel vt legendum puto Henricus, filius Hugonis 2. Ducis Burgundiæ, ex Mathilde, frater Galtheri Epiſcopi Lingonenſis 57. Accepit Pallium ab Eugenio 3. 1149. dedit Eccleſiam de Beligniaco, & Marcileyo Canonicis Belnenſibus 1160. præſente Lamberto Abbate Ciſtercij, vbi obiit Calend. Mart. in Martyrologio Æduenſi, & Belnenſi, ibique habetur hoc Epitaphium ad parietem, quâ in dormitorium aſcenditur:

Hîc duo Pontifices ſerui veri Salomonis,
Pauſant, Henricus Edue, Petrus Cabilonis.

Sugerius fuit Regens Franciæ tempore Ludouici 7. Ieruſalem profecti 1147.

De cuius Henrici electione hæc extat M.S. epiſtola in Cod. Thuano:

Sugerio Dei gratiâ ſancti Dionyſii Reuerendo Abbati, Patri, & Domino VV. Eeduenſis Eccleſiæ Decanus cum vniuerſo Conuentu ſalutem, & debitam reuerentiam vobis, quibus diuinâ prouidente Clementiâ Dominus Rex noſter vices ſuas commiſit. Electionem noſtram iuſtè, & Canonicè factam præſentamus. Elegimus ſiquidem Henricum fratrem Ducis Burgundiæ Archidiaconum de ſtirpe Regia ortum, conſilio, & aſſenſu Religioſarum perſonarum, & totius Cleri, & populi. Obſecramus itaque veſtram excellentiam, quatenus huic electioni noſtræ aſſenſum veſtrum præbeatis, & litteris veſtris perſonam electi Domino Papæ commendetis.

Nec omittendum Henricum hunc habuiſſe patruum nomine Henricum Ciſtercij Monachum 1130. 9. Cal. Mart. defunctum. Præterea hoc tempore florebat Honorius Auguſtodunenſis, de quo Vion, Poſſeuinus, & Bellarminus.

55. *Stephanus* 2. Ei ſcribit Petrus Venerabilis lib. 5. epiſt. 46. & nominatur in inſtrumento ſancti Dionyſij Vergiacenſis 1171. & in Belnenſi 1172. Quo anno Reginaldus Præpoſitus electus fuit Matiſconenſis Epiſcopus, & in titulo 1188. cum Ioanne Archiepiſcopo Lugdunenſi. Obiit 1189. 4. Calend. Iunij, quo anno fuit inſcriptum ſequens diploma.

Philippus Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerint vniuerſi præſentes pariter, & futuri, quòd legitimo hominum teſtimonio Lugdunenſis Eccleſiæ ius eſſe didicimus, vt quoties Aeduenſis ſedes vacauerit, toties Archiepiſcopus Lugdunenſis Regalia noſtra, & alia, quæ ad Epiſcopatum Aeduenſem pertinent in manu ſua habeat, & verſâ vice, quoties Lugdunenſem ſedem vacare contigerit, toties Epiſcopus Aeduenſis in ſua manu habeat vniuerſa ad Lugdunenſem Archiepiſcopatum pertinentia. Quocirca quoniam iura ipſarum Eccleſiarum volumus, & debemus, inuiolabilia conſeruare decernimus, & præcipimus, quatenus vtraque Eccleſia ius ſuum integrè habeat, ſicut prædictum eſt, & ſicut ex legitimorum hominum teſtimonio didicimus, ita quòd neutri Eccleſiarum cedat ad præiudicium, id quod Regalia Aeduenſia, ex ignorantia occupauimus, poſt deceſſum Stephani Aeduenſis Epiſcopi, vnde fideli noſtro Archiepiſcopo Lugdunenſi Regalia ipſa reſtituimus, & ipſa ſucceſſoribus ſuis ipſo Epiſcopatu vacante in perpetuum habenda conceſſimus. Quod vt perpetuum robur obtineat, præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate præcipimus confirmari. Actum Pariſius, anno ab Incarnatione Domini 1149. Regni noſtri anno 10. adſtantibus in Palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt, & ſigna. Sign. Theobaldi Comitis Dapiferi noſtri, S. Guidonis Buticularij, ſignum Mathæi Camerarij, ſignum Radulphi Comeſtabilis. Datum vacante Cancellaria.

A

Hoc autem Præſule 1173. Girardus Cardinalis S. Stephani in monte Cœlio fuit Æduenſis Archidiaconus.

B 56. *Galtherus* 2. in expeditione Sarracenica A. C. 1217. in Chron. Autiſſiodorenſi, Vincẽtius l.31. c.85. Anno verò ſuperiore 1216. Belna vrbs huius diœceſis donata fuit iure ciuitatis ab Odone Duce Burgundiæ. Nominatur G. in confirmatione Priuilegiorum Diuionenſium 1194. huiuſque, aut ſuperioris Galtheri depoſitio notatur in Necrologio Benigniano 16. Iunij, item reperitur titulus Gallicus hoc modo: *Declaration faite par la Royne Mere Alix, & Guillaume Archeueſque de Reims Legat, oncle du Roy Philippe Auguſte Regent en France,* C *des Fiefs, & hommages de la ville de Flauigny à G. Eueſque d'Autun* 1190. Confirmauit numerum 30. Canonicorum in Eccleſia Belnenſi 1221. Fuit quoque in expeditione contra Albigenſes cum Odone Burgundiæ Duce 1209. apud Petrum de Vallibus cap. 14. huic, & Priori ſancti Symphoriani Æduenſi, & R. *de Encenay*, Canonico Diuionenſi c.1. de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, de cauſa Claræuallenſium contra Diuionenſes in 3. Compilat. & l. 1. eidem, & Vngiacenſi, & ſanctæ Margaretæ Abbatibus, vt curent re- D formandam ſancti Ioannis Æduenſis Abbatiam in magnam Religionis diſſolutionem, & Ordinis collapſam. Obiit Calend. Maij 1223. ſepultus ad ſanctum Symphorianum, poſt ſedem ann. 33.

Robertus poſteà Decanus.

57. *Guido Vergeyus, de Vergy*, auunculus Hugonis 4. Ducis Burgundiæ, vocatur 1224. in Chartulario Lingonenſi. In Guidonis autem præſentia Dux fatetur ſe tenere Aualonem de feudo Eccleſiæ Æduenſis menſe Iullio 1256. Idem quoque Guido ſubſcribit quibuſdam priuilegiis vrbi Diuioni conceſſis ab eodem Hugone Duce 1231. cum Guilelmo de Vergeyo Burgundiæ Seneſchallo, qui Guilelmus dominus Mirabelli obiit 14. Calend. Februarias, in Necrologio S. Stephani Diuionenſis, cui

cui Eccleſiæ dedit in perpetuam eleemoſynam tertias eiuſdem Mirabelli, quæ conceſſio facta fuit menſe Februario 1239. in Chartulario eiuſdem Eccleſiæ, vbi dicitur conditor domus Dei ipſius Mirabelli, Marchionatus titulo nunc inſignis, vbi etiam memoratur 1200. 7. Idus Decembris. At ex generoſiſſima hac gente, (quæ pro inſignibus geſtat ſcutum rubeum tribus pentaphilis aureis, ſeu quinque foliis conſertum) prodiere Henricus Canonicus Lingonenſis Dominus de Autreyo, idemque, vt puto, Cantor Biſuntinenſis frater Ioannis Seneſchalli Burgundiæ mortui 1300. Guilelmus 66. Archiepiſcopus Veſuntinenſis, Antonius ibidem metropolites 74. Reginaldus Epiſcopus 42. Matiſconenſis, Sauaricus inter proceres præſentes dedicationi Baſilicæ Benignianæ 1106. Hugo pater Aleydis Duciſſæ Burgundiæ, Manaſſes, Comes fundator ſancti Viuentij. Qua de re ſuprà, & in Epiſcopis Lingonenſibus n. 41. Eſt autem Vergeyum caſtrũ in diœceſi Æduenſi 4. leucis diſtans Diuione verſus Belnam, habens Collegium 16. Canonicorum (de cuius fundatione ſuprà, à quibus Decanus eligitur. Quod Collegium tralatum fuit Nuitium, *Nuits*, caſtri Vergeij muris dirutis die Lunæ 9. Nouembris 1609. adſtante Petro Saulnerio Epiſcopo 80. & Emundo *de Malin* Barone *de Lux*, Regio in Burgundia Progubernatore. Nuitium verò oppidum eſt exiguum, ſed munitum, medio quaſi itinere inter Diuionem, & Belnam, iam olim 1212. ab Odone Duce ciuitatis iure donatum. Vergeyum autem caſtrum inexpugnabile dicitur in vetere ſcheda Vezalienſi apud Ioannem Picardum in Notis ad Guilelmum Neubrigenſem, vbi Rex Ludouicus 7. Alexandrum 3. Papam ad illud, tamquam ad tutiſſimum locum inuitat. Præterea ad maiorem gentis huius commendationem monendum eſſe Lectorem exiſtimaui in ærario, ſeu mauis theſauro, ſeu Chartophylacio Cameræ Computorum Diuione extare litteras, ſeu titulos, ſub ſigillis Odonis Burgundiæ Ducis, & Hugonis *de Vergy*, menſe Decembri A. C. 1216. quibus apparet pactum fuiſſe inter eos, quòd caſtrum Vergeij eſt iurabile, & redhibile dicto Duci, qui illud poterit retinere, & ſeruare quoties opus fuerit dies 14. ſi ei placuerit, vel plures, ſi id neceſſarium iudicabitur per Abbates Ciſtercij, & Buxeriæ,

Vergy porte de gueule à 3. quintefueilles ou roſes d'or.

S. Viuent.

Vergy.

Nuits.

Le Prince de Vergy auec le Duc de Bourgogne. Alain Chartier 1416.

A nihil tamen capiendo præter fœnum, & ſtramen, aliàs tenebitur Odo ablata reſtituere poſt 40. dies, ad petitionem ipſius Hugonis, & in compenſationem prædictorum Odo dat Hugoni Mirabellum, & cuſtodiam, ſeu guardiam Floriaci, (*Fleury*) & quædam alia, ſed poſteà accidit vt ibidem narratur, quòd ipſe Odo vxorem duxit Aleydem (Latinis fortè Alexiam, vel Alexandram, Gallis *Alix*) Hugonis eiuſdem filiam, cui inter cætera, dotis nomine caſtrum Vergeij datum fuit. Item Odo dat Guilelmo Hugonis filio Seneſchalliam B ducatus Burgundiæ, quando erit extra manum Comitis S. Pauli. Is erat tunc Galtherus de Caſtillione) ad quem Guilelmum vult ipſum caſtrum reuerti, ſi non adnaſcantur Odoni hæredes, ex ipſa Aleyde cum parte quam in eodem caſtro habebat Guilelmus dominus de Monte S. Ioannis; ſi eam Odo acquiſiſſet, eâ etiam conditione, vt reuerterentur ad ius Ducatus, quæ Odo Hugoni dederat. Aliis verò litteris idem Guilelmus de Monte S. Ioannis menſe Iunio 1236. dat Hugoni Duci filio Odonis, ex Aleyde id omne quod habet in C monte & caſtro Vergeij, eâ lege, vt Dux filiam ſuã Margaretam in vxorem Guilelmo primogenito ipſius Guilelmi daret, quæ quidẽ Margareta fortè tantùm deſponſata Guilelmo, aut certè vidua, nupſit poſteà Ioanni Chalonio, apud Golutum lib. 6. cap. 24. vbi eam facit matrem Ioannis Chalonij Epiſcopi 33. Lingonenſis, quod etiam habet Tillius. De qua tamen Margareta ſilet vterque Paradinus, Claudius in Genealogiis Francicis, Guilelmus in Annalibus, in quibus Annalibus multa ſunt inſerta, ſaltem à Typographo hæretico, quæ piis lectoribus cauenda, vel potiùs D delenda nemo Catholicus dubitauerit.

58. *Anſelus*, vel *Anſelmus*, ſedit ann. 8. Nominatur menſe Martio 1250. in Bibliotheca Cluniacenſi, cognomento de *Pomarco*, anteà Decanus, ſepultus retrò altare S. Ioannis de Criptis. Circa quæ tempora 1244. Franciſcani in vrbe ſtabiliuntur. *Franciſcani*

59. *Girardus de Rocha, vel Richardus de Bello-viſu* (puto enim vtrumque nomen eidem dari à diuerſis) electus 1253. quo anno Dux Hugo conceſſit Capitulo *Vſum* in ſuo nemore prope vrbem. Confirmatus à Philippo Lugdunenſi Primate Eccleſiam pauit ann. 24. Huius tempore ſancti Flocelli Belnæ in honeſtiorem locum corpus eleuatur per Si- *S. Flouceau.*

monem Cardinalem ſanctæ Ceciliæ Legatum 5. Idus Nouembris 1265. Adminiſtrauit Archiepiſcopatum Lugdunenſem vacantem ab anno 1269. ad annos 1271. Obiit 1276. ſepultus in Capella ſanctæ Mariæ retrò maius altare ſancti Lazari 18. Calend. Maij. Nominatur etiam in inſtrumento Carthuſiæ portarum Idib. Februarij 1257. Sede Lugdunenſi vacante.

60. *Iacobus* de Rocha, fortè gentilis Gerardi ſuperioris. Eligitur 1277. ſuſcipit ordinationem Archiepiſcopatus Lugdunenſis paſtore orbati 1283. apud Seuertium num. 86. & iuramentum fidelitatis recipit à Guilelmo Abbate Flauigneij, ac forſan is eſt Iacobus qui dicitur Archiepiſcopus Lugdunenſis à Sampayo in ſtemmate Ordinis Prædicatorum. Obiit Calend. Octobris 1286. & iacet ad læuam Principis altaris ſancti Lazari.

Aigues-perſe.

61. *Hugo* de Arciaco, electus 1286. Sedit an. 12. inſtituit Canonicos Aquæſparſæ. Nominatur in Inſtrumento 1290. menſe Februario pro Monachis Siluiniacenſibus, & in fundatione Xenodochij ſancti Iuliani Molinis, per Robertum Comitem Claromontanum dominum Borbonij, filium S. Ludouici, apud Dominicanos Pariſienſes ſepultũ 11. Februarij 1317. cuius Roberti vxor Beatrix iacet in Conuentu Franciſcanorum Campi-aquoſi, vel Campi-agreſtis prope Siluiniacum 1318. Hugo verò accepit pallium à Nicolao 4. & reuerentiam, & ſubiectionem præſtat Rodulpho ſuo metropolitæ, apud Seuertium num. 87. Rexit Eccleſiam Lugdunenſem iure Regaliæ 1294. quo anno ſcribit Regi ſe confirmaſſe electionem Guilelmi de Bella-vevra, in Epiſcopum Cabilonenſem, ſede Lugdunenſi vacante. Arciacum autem, vnde cognomen habet hic Præſul, exiſtimo eſſe oppidulum diœceſis Autiſſiodorenſis, à quo etiam denominatur Hugo, ex Epiſcopo Laudunenſi Archiepiſcopus Remenſis, vnus ex fundatoribus Collegij Cameracenſis Lutetiæ.

Champ-aigre pres Seuigny.

62. *Bartholomæus*, in Concilio apud Anſam 1299. Quo tempore Petrus *d'Arcy* erat Archidiaconus Belnenſis in Eccleſia Æduenſi, fortè nepos Hugonis Epiſcopi.

63. *Helias*, vel Elias. Pallium accepit à Clemente 5. per Epiſcopos Matiſconenſem, & Cabilonenſem 4. Calend. Aprilis 1312. Auenione, poſt Concilium Viennenſe. Obiit 1325. conditus ſepulchro eleuato in Capella S. Mariæ ad maiorem baſilicam Æduenſem. Quo Præſule, vt eſt in Martyrologio ſancti Lazari 1315. 4. Calend. Decembris deceſſit Ioannes de Auxeyo, ex Canonico Æduenſi, 66. Epiſcopus Trecenſis, & Gerardus Archiepiſcopus Nicoſienſis Decanus Lingonenſis, & Canonicus Æduenſis. Eſt autem Nicoſia vrbs Epiſcopalis in Cypro Inſula, quæ memoratur ab Honorio 3. c. 8. de Confirmatione vtili. Viuebat etiam tunc Theobaldus de Sine-muro Cancellarius Burgundiæ Decanus Æduenſis, qui dedit Eccleſiæ Aeduenſi vas argenteum in quo caput S. Lazari reponitur.

64. *Petrus*, filius nobilis Matthæi Bertrandi ciuis Annonenſis in diœceſi Viennenſi, & Agnetis cognomento Imperatricis, vtriuſque iuris Profeſſor clariſſimus in Academiis celebribus Auenionenſi, Monſpeſſulana, Aurelianenſi & Pariſienſi, Aduocatus Pariſiis, Conſiliariuſque Regis in magna Parlamenti Camera, & in Conſilio eiuſdem Regis ſecreto, vnus de quatuor Clericis Ordinarius, Cancellarius inclytæ Dominæ Ioannæ Reginæ Francorum, Burgundorúmque Comitiſſæ, inde Niuernenſis 78. poſteà Aeduenſis 1337. ac tandem Cardinalis titulo S. Clementis mortuus 24. Iunij 1348. Iacet in Prioratu B. Mariæ *de Montault* quem fundauerat iuxta Auenionem, vt Moniales ſanctæ Claræ Annonei, ac hoſpitale eiuſdem oppidi, nec non Capellam S. Iacobi de Eleemoſyna, item Collegium Auguſtodunenſ. Pariſiis 1341. in quo iacet Petrus Rebuffus I. V. Doctor inſignis. De ſcriptis autem Petri Præſulis Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Benedicti in c. Rainutius v. vxorem nomine Adalaſiam num. 288. Nomenclat. Cardinal. Ciaconus, & Onuphrius in Clemente 6. quæ ſcripta, ſeu opera malè Petro huius nepoti, à Philippo Locrio tribuuntur. Vide Galtherum in Tabula Chronologica ſæculo 14. Prætereà noſtro Antiſtiti Philippus Abbas Corbiniaci benedicendus obedientiam, iure ordinis ſaluo 1327. præſtat. Quo tempore Ioannes de Columna Cardinalis erat Archidiaconus Belnenſis 1334. Fundantur quoque Carthuſiani 1332. ab Odone Burgundiæ Duce Fontaneti prope Belnam. Fratrem habuit Guilelmum Epiſcopum Nouiomenſem. At Præſul noſter,

Annonay.

Pierre Bertrand porte d'argent à trois [illegible] de gueule au cheuron d'azur chargé de 3. fleurs de lys d'or, à la bordure de gueule.

Doctus ſoluere vincla quæſtionum,
Si quæ Catholicam fidem laceſſant,

(quod

(quod dixit Sidonius de Mamerco lib. 4. epiſt. 11.) Nondum Cardinalis A. C. 1329. die Veneris 15. Decembris, & ſequentibus, coram Philippo 6. Valeſio cognomine Catholico in Palatio Regali Pariſiis, multis præſentibus Prælatis diſputationem habuit de iuriſdictione, & libertate Eccleſiaſtica contra Petrum Cunerium eam negantem, aut certè labefactare conantem. Quâ de re ſuprà diximus in Bituricenſibus nu. 77.

65. *Ioannes de Arceyo* (de quo ipſo infrà in 76. Epiſcopo Lingonenſi) Memoratur in quadam tranſactione cum Odone Duce, in quâ fit mentio prædeceſſoris, Cardinalis S. Clementis. Ei fidelitatem iurauit Guido de Froleſio (*Froloys*) Abbas Flauigneij 1333. Nominatur in Chartulario ſancti Germani Pratenſis 1337. rexit Eccleſiam Lugdunenſem iure Regaliæ 1346. Quem verò locum teneat S. Ioannes, de quo Martyrologium Romanum, & ibi Baronius, & Galeſinus 29. Octobris diligentius inquirendum cenſeo. An hîc omiſſus? Puto ego Ioannem illum eſſe Epiſcopum Auguſtadienſem in Angliâ, de quo Beda lib. 5. cap. 2. & Auguſtaldiæ legendum pro Auguſtoduni.

66. *Guilelmus* de Auxona. Vide infrà Lingonenſes num. 77. cùm agitur de fundatione Collegij Cameracenſis in Academia Pariſienſi. Iacet iuxta Aquarium ante horologium ſancti Lazari. Fuerat 58. Cameracenſis apud Gazetum in hiſtoria Belgij Eccleſiaſtica.

College de Cambray à Paris.

67. *Guido* 2. de Calma. Ei fecit hommagium de terris, quas tenebat ab Eccleſia Aeduenſi Odo Dux, & Comes Burgundiæ Martij 21. 1347. Diuione, præſente Epiſcopo Cabilonenſi, Abbate Stephanienſi, & Gofrido de Blaſeyo. Obiit 10. Calend. Iunij, ex Martyrol. Belnenſi, vbi dicitur Vir Venerabilis, & bonæ memoriæ, qui dedit Deo, & D. Mariæ Belnenſi 10. libras Diuionenſes percipiendas in cenſu Eccleſiæ de Pomarco. Hoc Præſule Hugo S. Laurentij in Damaſo Cardinalis erat Canonicus Belnenſis.

68. *Guilelmus* 2. de Tureyo; fortè idem qui 97. Lugdunenſis apud Seuertium, qui vtrumque Præſulatum ſimul obtinuerit, matrem & filiam coniungens, de qua polygamia ſacerdotali, ſeu beneficiorum pluralitate infrà dicetur in Lingonenſibus num. 89. Vniuit Prioratum *de Sarigny* menſæ Abbatis ſancti Sequani 1356. Nominatur etiam 1359. Sic Petrus de Tureyo diœceſis Narbonenſis Epiſcopus Maleacenſis, Cardinalis Canonicus Belnenſis 1410. Vide Archiepiſcopos Lugdunenſes num. 100.

69. *Reginaldus* 2. Malbernardus electus circa A. C. 1359. quo anno menſis Septemb. die 20. dedicauit Eccleſiam ſancti Deſiderij Auenione in Chron. vet. M. S. vbi & Raymundus dicitur. Præſtitit iuramentum fidelitatis Ioanni Regi, & Carolo Delphino eius filio. Quo tempore Ioannes de Borbonio dominus de Monte-petroſo (*Montperroux*) erat Decanus Aeduenſis, nec non Epiſcopus Virdunenſis. Obiit verò Reginaldus 11. Cal. Auguſti 1361.

70. *Godefridus*, vel Gaufridus Dauidis, aliàs *Pauteix*, ex Canonico, ſuperioris nepos ex ſorore, electus 1361. Rexit Eccleſiam Lugdunenſem per obitum Guilelmi de Tureyo 94. Archiepiſcopi 1365. eodem nomine Ioannes *Pauteix* de Diuione in Parlamẽto 1344. Quo tẽpore tres Cardinales in Aeduenſe Capitulum cooptati, Andrinus tit. S. Marcelli 1363. Cardinalis Vercellenſis, Archidiaconus Æduenſis, & Cardinalis de Cluniaco Archidiaconus Aualonenſ. 1367. Gofridus verò obiit die S. Laurẽtij 1377. quo anno litigabat cum Philippo Audace de guardia, ſeu protectione, ſeu aduocatia Monaſterij Andochiani, ex regeſtis Cameræ Computorum Diuionenſium.

Pauteix, vel Pautey vicus eo nomine Diuione, & ſepultus in clauſtro S. Stephani Diuionenſ.

71. *Petrus* 2. deſignatus Epiſcopus 1377. fortè is, qui cognomine de Barreria creatus fuit Cardinalis à Clemente 7. Auenione 1378. apud Onuphr. Mortuus Auenione, & ſepultus ibi in cathedrali 1383. Idibus Iunij, quem natione Aquitanum diœceſis Rutenenſis, & Virdunenſem Epiſcopum facit Ciaconus, & Roſerius in ſtemmate Lotharingiæ. Quo tempore Ioãnes de Nouocaſtro, *Neuf-Chaſtel*, ex Militum Thebæorum ſtirpe erat Canonicus Aeduenſis, & Abbas ſancti Stephani de Strata. Fuit poſteà 83. Niuernenſis, & Tullenſis 60.

Portoit de gueule au lion d'argent.

72. *Guilelmus* de Vienna. Interfuit Concilio Conſtantienſi, cuius tempore 1386. Eccleſia Collegialis S. Mariæ Molinis, ſeu Gergobinæ Boiorum à Ludouico Duce Borbonio fundatur, conſtitutis ibi 12. Canonicis, & Decano, inſtante Mauritio Epiſcopo Niuernenſi 86. & hoſpitale ſancti Nicolai in ſuburbio Molinenſi, ad Elauerim fluuium (*Allier*) vbi poſteà inſtitutus Do-

minicanorum Cōuentus à Carolo Duce vltimo Borbonij Comeſtabile Franciæ 1516. tralato hoſpitali ad ſanctum Ægidium *S. Gilles*. Is verò Ludouicus moritur 18. Septembris 1418. ſepultus Siluiniaci cum vxore Anna Delphina, in capella ab eis ædificata. Nec verò poſſum aut debeo, veteris amicitiæ cultor, ſilentio inuoluere Claudium *Feydeau* Theologiæ, & iuris Canonici Doctorem, virum antiquæ probitatis, ex Canonico, & Maiore Pœnitentiario Eccleſiæ Bituricenſis, nunc ſuſtinere perſonam, & dignitatem Decani Eccleſiæ Molinis loco natali, de cuius familiæ claritate Benedicti in c. *Raynutius*. Vide Rotomagenſes n. 72. vbi reliqua de Guilelmo habentur.

73. *Nicolaus* de Tolone, primò Capellanus 1362. inde Canonicus 1363. poſteà Præcentor 1367. tùm Burgundiæ Cancellarius 1369. ac tandem Aeduenſis Epiſcopus 1386. Huic Philippus Audax homagium fecit Diuione 3. Aprilis 1390. tabulis ſubſignatis *I. Potier*, de quibuſdam terris in diœceſi Aeduâ ſitis. Obiit verò Nicolaus 1400. ſepultus monumento cupreo in Capella, quam condidit ad Eccleſiam ſancti Lazari. Ei quoque iuramentum præſtitum fuiſſe inuenio à Guidone de Arciaco cùm reciperetur ad officium Prætoris, ſeu Balliui Aeduenſis, quo tempore erat Canonicus Petrus Geraldi Lemouix ſancti Clementis Cardinalis, Maior Pœnitentiarius, poſteà Epiſcopus 65. Podienſis, de quo Onuphrius, & Ciaconus, & Petrus de Monte-ioco, *Mont-jeu* Decanus Lugdunenſis, & Præpoſitus in Eccleſia Aeduenſi.

Potier, an eiuſdem gentis ſororem Bellouacorum Epiſcopi

74. *Milo de Grancey* filius Guilelmi de Granceyo, & Ioannæ de Arceis, vt eſt in Martyrolog. Belnenſi Decanus Aeduenſis 1394. inde electus à Capitulo, & cōfirmatus à Philippo de Tureyo Archiepiſcopo 100. Lugdunenſi 19. Aprilis 1401. apud Seuertium, cuius tempore vnita fuit Eccleſia de Pernaco Eccleſiæ Belnenſi, & Eccleſia ſancti Ioannis de Cripta Decanatui Aeduenſi, Gofrido de Tuſſiaco Decano & Ducis Conſiliario. Habuit adminiſtrationem primæ ſedis Lugdunenſis per obitum Philippi de Tureyo 1413. At ipſe obiit 27. Septembris 1414. ſepultus iuxta ſedem pauperum in ingreſſu Templi. Granceij verò Caſtri fit mentio in vita ſancti Bernardi l. 1. c. 2. & eſt Decanatus Ruralis in Archidiaconatu Diuionenſi, diœceſis Lingonenſis.

Grancey porte d'or à vn lion de gueule.

Grancey.

A 75. *Federicus*, vel Ferricus de Granceyo, nepos Milonis eligitur 1414. Licentiatus in decretis, ex Archidiacono Aeduenſi, & Priore ſancti Saturnini. Euocatur ex hac ſtatione mortali 1436. cuius tempore fundantur Clariſſæ Molinis 1421. à Maria Bituricenſi vxore Ioannis Borbonij Ducis, poſteà ſepulta Siluiniaci, menſe Iunio 1434. Alius verò hic Ferricus, à Ferrico *de Clugny* Cardinale, de quo infrà.

Cordelieres.

76. *Ioannes 2. Rolin*, filius Nicolai Burgundiæ Cancellarij, fundatoris Xenodochij Belnenſis 1443. quæ fundatio B confirmatur à Nicolao 5. Romæ 3. Nonas Aprilis, Pontificatus anno 6. 1452. qui Cancellarius etiam extruxit ædem D. Mariæ Auguſtoduni, dotatis ibi 12. Canonicis, & 24. Capellanis cum Præpoſito, vbi ſepelitur 1461. Guigona verò Nicolai vxor, Ioannis mater iacet in Capella ipſius hoſpitalis Belnenſis tumbâ æneâ. At Ioannes ex Cabilonenſi 79. tralatus fuit ad hanc ſedem 1436. menſe Octobri, poſteà creatus Cardinalis à Nicolao 5. 1448. 13. Calend. Ianuarij, à quo & pallium accepit, apud Onuphrium, & Ciaconum. Fundauit feſtum C ſancti Lazari in ſancta Capella Diuionenſi, vbi eius memoria viſitur in ſacello, quod ipſi Diuo extruxit. Quo tempore 1459. erat Officialis Ferricus *de Clugny* apud Æduos oriundus, Velleris aurei Cancellarius, poſteà Epiſcopus Tornacenſis 1443. ac tandem Cardinalis, cuius frater Guilelmus Epiſcopus Pictauienſis 86. Franciæ Cancellarius Ludouico 10. Rege. Inuenio etiam Henricum de Cluniaco licentiatum in legibus, dominum *de Conforgien* Balliuium in temporalibus huius noſtri Epiſcopi Aeduenſis, & Ioannem de Cluniaco Canonicum Belnenſem, Guilel-D mum Archidiaconum Aualonenſem 1456. Hugonem ciuem Aeduenſem Locumtenentem Guilelmi domini *de Charmes* Balliui Aeduenſis 1378. Guilelmum iuriſperitum Iudicem tēporalitatis Capituli ad penſionem 10. librarum, Guilelmum dominum *de Montelon* 1505 Hoc quoque Præſule 1450. 30. Martij iaciuntur fundamenta Minoritarum Donjonij in Borbonio fundatore Philippo de Vienna, domino *de l'Iſlenou*, & Petronilla *de Chaleron* vxore. Reperi etiam Ioannem Rolinum Vergobretum, ſeu Maiorem vrbis Aeduæ 1415. Prætereà Ioannes conceſſit Parocho Ariteti Ducis facultatem ferendi caputij foderati pellibus cinereis, ſeu griſis, & Capellanis

Rolin porte d'azur à 3. clefs d'or en triangle.

Vid. Catal. Glor. mundi part. 11. Conſider. 72.

Maiſon, ou famille de Clugny.

Donjon.

nis de pellibus nigris 23. Nouembris 1472. Belnæ. Dedit Eccleſiæ ſuæ 10. cappas pretioſas. Præfuit ann. 46. & obiit 10. Calend. Iullias 1483. Abbas etiam 44. ſancti Martini Aeduenſis. Reliquit hæredem Eccleſiam in Beſſe in Triente legitimis hæredibus inſtitutis, Templum primarium incendio conſumptum renouauit, & ornauit, æreas columnas ad maius altare, & aquilam in Choro, & cymbalum maius donauit. Eius anniuerſarium ſingulis menſibus celebratur. Huius porrò fuit Vicarius Bartholomæus de Fraxino Decanus Aeduenſis. Suffraganeus autem, ſeu Proponitfex illius fuit Ioannes Buiſſon Carmelita Epiſcopus Bethleem. Multa quoque bona contulit Eccleſiæ S. Genouefes Pariſiis, vt eſt in illius Eccleſiæ Calendario, ſeu Obituario. At huius tempore circa A. C. 1470. fundantur Conuentus Franciſcanorum *de Beuvray*, quem locum nonnulli Bibracte appellant, & Inſulis in Mandubiis ſub Monte Regali 1471. ſumptibus Ioannis Cabilonij. Quo tempore Hugo *le Coq*, legum Doctor, fuit Archidiaconus Belnenſis in Eccleſia Aeduenſi ſepultus ad Carthuſianos Pariſienſes 28. Septembris. Habuit Antonius Suffraganeum Ioannem Bobileyum Dominicanum 1479.

[illegible]

77. *Antonius de Chalon*, Ioannis domini de Vitello, *de Viteaux*, & Ioannæ Trimolliæ filius. Vide infrà Lingonenſes num. 70.

78. *Ioannes 3. Rolin*, dedicauit Eccleſiam Franciſcanorum Auguſtoduni 1501. 14. Aprilis. Obiit poſt primum ſedis annum, ſepultus in ſua Capella. Fuit etiam Prior ſancti Marcelli Cabilonenſis, & Abbas S. Martini Aeduenſis, ac in ſanctiori Conſiſtorio Regis Ludouici 12. Conſiliarius.

79. *Ludouicus* de Amboiſia. Vide Lingonenſes n. 86.

80. *Philippus*, filius Ioannis primi Cliuiæ Ducis, ex Elizabetha Burgunda, frater Engilberti Ducis Niuernenſis, de qua gente illuſtri Stephanus Pighius in Hercule prodicio, & Heutherus Delphius lib. 6. hiſt. Burgund. vbi fortè hic Philippus is eſt, quem ille facit Archiepiſcopum Remenſem, quem tamen non habet Catalogus Archipræſulum illius Eccleſiæ. Exegit à diœceſanis quoddam charitatiuum ſubſidium Bullarum habendarum gratia, cuius executores fuerunt Iacobus *de la Bouttiere* Officialis, & Ioannes *le Baud*. Fuit etiam Epiſcopus Niuernenſis 95. & Ambianenſis 63.

[illegible]

81. *Iacobus 2. Hurault*, patruus Philippi poſteà Cancellarij Galliæ, vltimus electorum à Capitulo; cuius meminit Martinus Bellayus in Commentariis anni 1523. Ei dicat interpretationem librorum S. Ioannis Chryſoſtomi de Sacerdotio Germanus Briccius Autiſſiodorenſis, Canonicus Pariſienſis 1534. & Ioannes *Blondel* Officialis ſtatuta Curiæ Epiſcopalis Aeduenſis eodem anno. Eiuſdem familiæ Ioannes 49. & Robertus 50. Abbates S. Martini Aeduenſis, & Philippus Abbas maioris Monaſterij, Burgolij, & ſancti Nicolai Andegauenſis, ſepultus Pariſiis apud Albos Mantellos 12. Nouembris 1539. Paulus & Guido Archiepiſcopi Aquenſes, Philippus Carnotenſis 101. Robertus Abbas ſancti Martini, vbi iacet Ioannes, & Rodulphus Generales Finantiarum in Burgundia, hic Franciſco I. Rege, ille Ludouico 12. Obiit verò Iacobus poſt ſedem ann. 34. menſe Iunio 1546. Bleſis vbi fuerat Abbas S. Lonomari, vti etiam ſancti Stephani Diuionenſis 29.

Franciſcus Rex Auguſtodunum ingreditur 1521.

82. *Hippolytus Ateſtinus*, vel Eſtenſis, Alphonſi Ferrariæ Ducis, & Lucretiæ Borgiæ filius 1509. natus, deſignatus Mediolanenſis 1520. & 1539. Cardinalis, dictus de Ferraria, apud Onuphr. Ciacon. Lazium Petramellar. & Nomenclator. Cardinalium, vbi de hac Eſtenſi illuſtri gente (de qua etiam Gabriel Simeonius lib. de Succeſſione Ferrariæ.) Adeptus poſſeſſionem 1546. huius Epiſcopatus Aeduenſis, cum poſteà permutauit cum Abbatia de Flauigneyo, & Prioratu S. Viuentij. Ei dicat Ludouicus Arioſtus Rolandum furioſum, & libros variarum lectionum Antonius Muretus, qui ibidem legendus lib. 11. cap. 15. Tibure hortos amœniſſimi ſplendoris inſtruxit. Eſt autem Tibur, vulgo, *Tiuoli*, ciuitas Epiſcopalis ad Anienem in colle poſita 16. m. p. ab vrbe Roma diſtans, 36. 40 42. 0. Clauio, de qua vrbe Tiburtina Guntherus lib. 4. Ligurini, & Gobelinus in Comment. rerum Pij 2. lib. 5. Stephanus Pighius in Hercule proditio, Fuluius Cardulius in Notis ad paſſionem S. Symphoroſæ, Seruius in illud 7. Aeneidos verſ. 630. Tiburque ſuperbum, Franciſcus Schottus in Itinerario Italiæ, Leander Albertus in Italia, Cic. 2. de Orat. & pro Cluent. Gell. l. 19. cap. 5. Iuuenal. Satyr. 14.

Tibur.

Obiit Hippolytus 4. Nonas Decembris 1572. Aloiſius verò 1586. 3. Calend. Ianuarij, extat oratio Mureti in funere Hippolyti, & carmen in Tibur. In æde verò Franciſcanorum huius vrbis hoc Epitaphium legitur: *D. O. M. Hippolyto, & Aloyſio Principibus Ateſtinis, S. R. E. Cardinalibus Cæſar Ateſtinus Marchio, patruo, & patrueli benè de ſe meritis P. C.* 1597. Is Marchio, poſteà fuit Dux Mutinæ, & Regij, Pontifici Ferraria reſtituta, 400. anteà circiter annos ab Eſtenſibus poſſeſſa: ſed de Conuentu Franciſcanorum Tiburtino Franciſcus Gonzaga parte 2. Seraphicæ Religionis. Ateſtini autem dicti ab Ateſte, vulgo *Eſté*, colonia celebri in agro Patauino. Quâ de re Scardeonius lib. 1. Antiq. Patauinarum claſſe 6. & lib. 3. claſſe 13. Onuphr. lib. 3. de Republica Romana, Sigonius de iure Italiæ lib. 3. cap. 3. Plinius lib. 3. cap. 19. Ptolom. lib. 3. cap. 1. Corius lib. 2. Gaſpar Sardus in ſua Ferraria, Ioannes Baptiſta Pigna in hiſtoria Ferrarienſi, & Ateſtina, Lazius lib. 13. migrationum, Blondus, Sabellicus, & Leander. Præterea Hippolytus Lugdunenſem Eccleſiam 1539. obtinuit, ac demùm Auxitanam. Ei quoque Manutius dicat libros de Legibus, & ſcribit ei lib. 3. epiſt. 1. Ipſe verò Hippolytus ſubſcripſit confirmationi Concilij Tridentini Romæ 26. Ianuarij 1563.

Ateſte, Eſté.

83. *Philibertus Dugny* de Courgengoux 1550. anteà Monachus, & Abbas Flauiniacenſis, Prior ſancti Viuentij. Sedit ann. 7. quem profluuium ſanguinis abſtulit in pago cui nomen Vallis S. Dionyſij pridie feſti ſancti Michaëlis 1557.

Marcilly Cipierre porte facé d'or & de ſable de ſix pieces au bord de gueule.

84. *Petrus de Marcilly* auunculus maior Caroli 87. infrà nominandi, ex Canonico Æduenſi, & Priore S. Symphoriani, nec non Abbatis mortui maris, factus Epiſcopus ad nominationem Henrici 2. quo munere functus annos circiter 15. Obiit Auguſtoduni menſe Auguſto 1572. ætatis 46. ſepultus à latere magni altaris inter fratres Philibertum Caroli 9. primum Cambellanum, & Philippum Decanum Abbatem Cheriaci.

85. *Carolus Ailboſius, Ailbout*, Canonicus Æduenſis, Abbas Septem-fontiũ huius diœceſis Ordinis Ciſtercienſis, & Recluſi eiuſdẽ Ordinis, creatur Epiſcopus 1572. miſſus in poſſeſſionẽ 1574. 24. Ianuar. Interfuit Comitiis Bleſenſib. 1577. Huius tempore Iacobus è Comitibus Vintimiliç, Rhodius Laſcharinus ex Senatore Diuionẽſi Decanus Cabilonenſis, & Archidiaconus Belnenſis, Xenophontis Cyropedim, & Herodiani hiſtoriam è Græco in Latinum ſermonem tranſtulit, & alia quædam ſcripſit poſteritati victura, qui ſepelitur in æde S. Michaëlis Diuionenſis 1582.

86. *Petrus Saulnier* Cadrelenſis, vel Carolenſis, *Charolois*, ex Monacho Cariloci diœceſis Matiſconenſis. Patres Capucinos Auguſtodunum & Belnam induxit, Minimos Semurium, & Aualonem, Patres S. I. Molinas. Obiit 24. Decembris 1616. Sepultus ante maius altare ſuæ baſilicæ, à cuius morte Sedem vacantem plures annos rexit iure Regaliæ Dionyſius Simon *de Marquemont* Archiepiſcopus Lugdunenſis Vicario generali conſtituto Nicolao Ianino Abbate Benigniano, Petri Præſidis fratre. Quo tempore vacationis Robertus *Berthelot* Præſul Damaſcenus, & Propontifex Lugdunenſis, Theologus & Ordinis ſui Carmelitani non poſtremum decus, & ornamentum dedicauit Eccleſiam Minimorum Aualone (quod eſt oppidum Mandubiorum, inter Autiſſiodorum, & Sedelocum, Antonino) Dominicâ in Paſſione, 5. Aprilis 1615. & anno ſequente 1616. 25. Iunij Congregatio Viſitationis B. Mariæ inſtituta eſt Molinis procurante Elizabetha *Gouffier*, præſente Ioanne Franciſco *de la Guiche* domino *de S. Geran, & de la Paliſſe*, Borbonij Gubernatore, ac poſteà Franciæ Mareſchallo totáque vrbe fauente, Claudio *Feydeau* Molinarum Decano ritus ſacros ad id neceſſarios peragente, qui nos hac de re certiores fecit, & de inſtitutione Patrum Auguſtinenſium in eâdem vrbe 1617. in Vigilia ſancti Auguſtini, inſtitutum quoque in ipſa Ædua Collegium Patrum S. I. & Carmelinæ in vrbe Belna. Quo tempore Ioannes Plateanus *des Places* Archidiaconus floruit, de quo Antonius *du Verdier* in Bibliotheca, quâ pariter tempeſtate Iacobus *Venot* Cantor & Officialis pro ſua ſingulari humanitate nobis multa hîc recitata communicauit, quam in partem Beneficiorum venit etiam Andreas ipſius Iacobi frater rationum Regiarum apud Diuionenſes Magiſter. Præterea Nicolaus *de Balſac* ex Canonico deſignatus Coadiutor, Abbas ſancti Martini ipſi præmoritur Petro.

De Damaſco Lonnus in Act. Apoſtol. c. 9. Abrahamus Ortelius in Theatro Terræ ſanctæ, Ortelius in Theſauro Geograph.

87. *Claudius de la Magdelene*, Franciſci Marchionis *de Ragny* apud Niuernenſes Proregis, & Equitis Ordinis Sancti Spiritus, & Catharinæ *de Marcilly* filius, Prior

La Magdelaine porte d'hermines à la bande de gueule, de 5.

pieces charger d'vnze coquilles, ou 7 annels d'or 3. 5. 3. Prior Cari-loci Ordinis Benedictini, A dœceſis Matiſconenſis. Conſecratus fuit Matiſcone die ſancti Mathæi 21. Septemb. 1621 à Cyro Tyardeo Cabilonenſi Epiſcopo.

Agde.

Agathenſes Epiſcopi.

Flor. 1500. AGATHA, *Agde*, in Volcis Arecomicis, Plin. lib. 3. c. 4. Melæ lib. 2. cap. 5. Straboni lib. 4. Martiano Heracleotæ in Periegeſi, B Ptolemeo lib. 2. cap. 10. gradu longit. 25. 35. latitud. 42. 50. altitud. ſolis 47. 10. vbi dies maxima horarum 15. 7. 8. Vmbra æquinoctialis meridiana 54. 58. ad gnomonem 60 dexter humerus Aurigæ quaſi verticalis, in Gothorum Regno, Gregor. Turonenſis lib. 6. cap. 2. ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, & in Tholoſano Parlamento Occitaniæ, ſeu *Languedoc*, ad fluuium *Rhauraum*, vel Araurium *Erauu*, nonnullis corruptè *Ararim* vel *Atacem*. Hic Synodus Agathenſ. habita A.C 506. de qua c. 15. diſtinct. 16. C Baronius, Gordonus, Galtherus, & alij, cuius vrbis Epiſcopus, & Canonici memorantur c. 18. de Accuſation. Eccleſia verò patronum habet S. Andream, in cuius diœceſi hæ ſunt Abbatiæ.

Flor. 1400. Vallis-magnæ, vel Mannæ, *Valmanne* O.C.

Flor. 1000. S. Tiberij, *S Tub ry* O. B.

Notabis intereà nomen huius vrbis deeſſe in Cod. Thuano Notitiæ prouinciarum Galliæ. Epiſcopi autem huius Sedis à nobis tantum hi reperti.

Sophronius. In Concilio ſuæ ciuitatis Agathenſis 506.

Frominius, Bituricæ vrbis incola, D Gregor. Turon. l. 9. c. 24. deinde Vencienſis.

Leo, Greg. Turon. l. 1. c. 79. de Gloria Martyrum, Baron. 585.

Tigridius, in Concilio Narbonenſi 589. & Toletano 3. circa idem tempus, legitur & aliquando Sigridius, vel Igridius.

Georgius, Concilio 8. Toletano 653.

Primus, Concilio 13. Toletano per Dextrum Diaconum 683.

Stephanus 804.

Guntherus, Concilio Toloſano 1056. Baron.

Berengarius à Gregorio 7. excommunicatur, quia Narbonenſi Archiepiſcopo excommunicato communicabat, & vices Epiſcopales pro illo faciebat, apud Baronium 1076. & apud Binium tomo 3. Concil.

Seditius, in expeditione Albigenſi 1212.

Berengarius.

Artaldus. Memoratur Eccleſiæ Narbonenſis Suffraganeus 8. qu. 3. c. 2. vbi vulgò editum eſt Arelatenſis, & fruſtrà in Additionibus Vſuardi notatur legi poſſe Allectenſis, qui tempore Vrbani 2. (cuius eſt hic Canon) nondum erat erectus.

Petrus 1283.

Ioannes de Monte-morino, legum Doctor, ex Priore S. Ægidij Surgeriarum A.C. 1441. tempore Henrici *d'Auaugour* Archiepiſcopi 86. Bituricenſis, qui Prioratum illum contulit alteri vacantem per promotionem huius Ioannis ad hunc Epiſcopatum, idque iure Primatiæ, in recuſationem, ſeu refutationem factam ab Archiepiſcopo Burdegalenſi, vt eſt in Chartulario Bituricenſi.

Stephanus de Cambray, ex Canonico Bituricenſi, præſens in homagio facto à Petro Duce Britanniæ Regi Franciæ 1450. 3. Nouembris. Eius anniuerſarium notatur 22. Februarij. Patruus fuit Guilelmi Bituricenſis Archiepiſcopi 89. vbi de hac gente diximus.

Claudius de la Guiche, in Concilio Tridentino 1546. & paulò pòſt in eodem Concilio 1547. nominatur Epiſcopus Mirapicenſis. Ex eadem gente Franciſcus Abbas S. Satyri diœceſis Bituricenſis 1573. & Philibertus Monachus prouiſus de Epiſcopatu Lucionenſi per Antonium Archiepiſcopum Bituricenſem 11. Auguſti 1515. ſed an poſſeſſionem adeptus? Nec enim eſt in Catalogo. *La Guiche porte d'azur au ſautoir d'or.*

Ludouicus.

Bernardus de Podio 1583. apud Rodulfium in Hiſtoria Seraphica l. 2.

Carolus de Valoys, filius Caroli Comitis Aruerniæ, & Ducis Engoliſmenſis, ex Carlotta *de Montmorency*, Abbas Caſę Dei. Nominatus à Rege, poſt aliquot annos ceſſit non conſecratus.

Baltazar de Budos, filius Iacobi Vicecomitis *de Portes*, & Catharinæ Claromontiæ, ex Coadiutore Caſtrenſi. *Budos porte d'azur à 3. bandes d'or.*

Agen.

Agennenſes Epiſcopi.

Flor. 2460. AGENNVM, ſiue Aginum, *Agen*, Nitiobrigum ciuitas in Archiepiſcopatu, & Parlamento Burdegalenſi, Seneſchalliæ titulo decorata, medio itinere inter Toloſam, & Burdegalam, Auſonio, Hieron. Gregor. Turonenſi, & in numis Caroli Calui, ac in Martyrol. Romano 6. Octobris, cùm agitur de S. Fide Virgine, & Martyre B Aginnate, in cuius vita vrbs Agennenſis dicitur inter opinatiſſima Aquitaniæ mœnia caput extollere Ptol. l. 2. cap. 7. gradu longit. 21. 10. latitud. 44. 30. vbi altitudo ſolis 43. 30. dies maxima hor. 15. 38. 29. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 63. ad 60. cuius vrbis antiquitates ſcripſit Ioannes *d'Arnalt* Procurator Regius Aginni editas Pariſiis 1606. vide Guiennam Loiſelli. Huius verò Eccleſiæ S. Stephano dicatæ Archidiaconus memoratur c. 30. de Electione. Quâ in vrbe Regina Margarita Collegium poſuit R R. P.P. S. I. Abbatiæ autem huius Diœceſis ſunt:

Flor. 200. De Clariaco, vel Cleriaco, *Cleyrac* O.B. cuius oppidi ad Oldum fluuium mœnia à Ludouico 13. ob hæreticorum perduellionem ſolo æquata ſunt 1621.

Flor. 120. Gondonium O.C. *Gondon.*

Flor. 70. Pariniacum O.C. *Parinac.*

Flor. 800. Exienſis, ſeu Exij, aliàs Eſſienſis O.B. *Eſſez, ou Eſiire.*

Flor. 100. S. Mauritij O.B. *S. Maurice.*

At ex Præſulibus huius Sedis hi tantùm à nobis notati.

S. Capraſius Epiſcopus & Martyr 20. Octobris habet Eccleſiam in vrbe, cuius dedicatio agitur 4. Decembris, dotatam D à Carolo Magno, & Collegialem in qua Prior Bernardus *d'Affis* Epiſcopus Lombarienſis, à quo nos multa accepiſſe glorioſum ſemper erit profiteri. In iis verò ſunt quæ copiosè diſputat Antonius *de l'Fſiazes* vir doctus, Eccleſiæ Agennenſis Canonicus, in Apologia in lucem emiſſa 1622. quibus clarè S. Capraſium (*Capraſi*) non ſolùm Martyrem, ſed & Epiſcopum fuiſſe probat, in cuius ſententiam manibus, pedibúſque tranſimus libenter. Idemque ſentit Ioannes *d'Arnalt* patronus Regius, ſeu fiſci cognitor, vir eruditus, & antiquitatum patriæ ſuæ indagator ſtudioſus, & illuſtrator, à quo pleraque huc ſpectantia beneficio Ed- A mundi Merillij accepimus. Hic Porrò Capraſius Agennenſis (cùm Lirinenſi nō confundendus) ordinauit ſibi in Diaconum S. Vincentium, poſteà quoque Martyrij laureâ donatum, ac inter Præſules à nonnullis annumeratum. Sed & illuſtriſſimus Cardinalis *de Sourdy* Archiepiſcopus Burdegalenſis Officium ſancti Capraſij Agennenſis fieri mandauit, de Epiſcopo & Martyre.

Phœbadius, apud S. Hieron. de Scriptorib. Eccleſiaſticis c. 108. & Seuerum Sulpitium l. 2. Hiſt. ſacræ, & l. 1. Dialog. n. 20. Honor. Sixt. Senen. Henricum c. 108. Baronium, Genebrard. Chronolog. vulgò *S. Fiary.*

Dulcius, vel Dulcidius conſtructor Eccleſiæ Parrochialis ſanctæ Fidis, & Arianorum vehemens impugnator.

Vinianus Concilio 5. Aurelianenſi 552.

Sagillarius, vel Sigillarius tempore Guntrani Regis.

Antidius Concilio Matiſconenſi 2. 588.

Gumbaldus filius Sanctij Ducis Aquitaniæ, *Loiſel* in Guienna.

Hugo filius Gumbaldi Aquitaniæ Ducis, *Loyſel*, ibidem.

Simeon 1026. in dedicatione Eccleſiæ Burdegalenſis.

C *Bernardus* Concilio Toloſano 1056. Baron.

Regino.

Wilelmus, in dedicatione Moyſiacenſi 1063. 3. Idus Nouembris.

Simon 1093.

Raymundus 1137.

Bertrannus, vel *Bernardus* in tranſlatione S. Stephani Grandimontenſis 1189. extremo menſe Auguſto.

Guilelmus circa ann. 1202. fortè is qui in hiſtoria Albigenſium dicitur frater Hugonis *de Rouinian* domini de Chaſſignolio.

Rodulphus, poſteà Lugdunenſis 82. 1235.

Guilelmus de Pontoiſe, anteà Prior Charitatis, inde Abbas 24. Cluniaci poſtulatus ab hac ſede 1257. Obiit 1263. 15. Cal. Ianuarij, ſepultus Pariſiis apud S. Martinum, vbi etiam Prior 9. fuerat, auctor Chronici Cluniacenſis, & Vion.

Amaneus 1320.

Petrus Amanei ſucceſſor.

Imbertus circa 1405.

N . . . . Epiſcopus Agennenſis 1367. Suſcepit è fonte Richardum filium Principis Valliæ Burdegalæ ab Archiepiſcopo baptizatum. Froiſſart.

Simon de Cramaudo, poſteà Remenſis 71. & Cardinalis.

Ioannes

Ioannes, in Concilio Florentino 1439. electus, & confirmatus.

Gofridus, ex Chartulario Bituricenſis Eccleſiæ, in quâ habet anniuerſarium 21. Iunij.

Iulius Scaliger. Obiit 1559. Aginni. *Leonardus Groſſus de Rouerè* Cardinalis 1505. & 1526. frater Clementis Epiſcopi Mimatenſis. Eo ſedente fundatur Conuentus fœminarum, vulgò *de l'Aue Maria*, à Vincentio *Bleroy* Canonico Officiali.

Ianus Fregoſius. In Concil. Burdegal.

Nicolaus de Villars 1602.

Claudius Gelaz, in Comitiis Pariſienſibus 1614. cuius conſecrationis anniuerſarius dies notatus in Calend. ſancti Capraſij 25. Octobr.

Huius Præſulis tempore 1623. Petrus *Saulueur* Canonicus Theologus Aginnenſis ſcripſit Gallicè librum cui titulus eſt, *Tableau de la Religion Catholique Apoſtolique & Romaine, & de la Religion pretenduë reformee.*

Albienſes Epiſcopi.

Alby. Flor. 2000.

ALBIGENSIVM ciuitas, vel vt eſt in C. Th. Albienſium, vulgò Albiga, & Albia, & Alba Mathæo Pariſio 1213. *Alby*, ad fluuium Tarnem in patrocinio S. Cæciliæ ſub Archiepiſcopo Bituricenſi; & in Toloſano Parlamento, gradu longit. 22. 50. latitud. 44. 0. vbi dies maxima horarum 15. 18. 40. altitudo ſolis 46. 0. Ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 57. 6. cuius vrbis Epiſcopus idem eſt dominus temporalis, cuius tamen feudum, ſeu dominium directum pendet ab Archiepiſcopo Bituricenſi, quem Albienſes Epiſcopi ſæpè agnouerunt; & agnoſcere tenentur, non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, vt eſt in Chartulario Bituricenſi. Ab hac verò ciuitate Albigenſes hæretici dicti, quorum hiſtoriam ſcripſit Petrus de Vallibus editam Latinè à Nicolao *Camuzat* Canonico Trecenſi, & quam anteà ex M.S. Gallicè in lucem emiſerat Arnaldus *Sorbin*, poſteà Niuernenſis Epiſcopus, ſed caue ne hos Albios confundas cum Eluiis, vel Heluiis Cæſaris, quorum vrbs Alba Auguſta, nunc Aubenas, vnde Albenſis Epiſcopus, qui nunc Viuarienſis in Prouincia Viennenſi. Canonicos autem huius Cathedralis, olim ſub Regula, & habitu S. Auguſtini viuentes ſæculari

A toga donauit Bonifacius 8. 29. Septembris 1297. Abbatiæ verò huius diœceſis hæ ſunt:

Galliacum O. B. *Gaillac.* Flor. 508.

Cardaliacum, *Cardail* O. C. Flor. 1000.

Gauderici vel Gaudêtij de S. Stephano O. B. Flor. 150.

Epiſcopi verò ſequentes reperti.

S. Clarus, Martyrologium 1. Iunij.

Anthimius.

Diogenianus, inter digniſſimos fidei religioſæ cuſtodes, apud Gregorium Turonenſem lib. 2. cap. 13. Baron. 394. num. 48.

Polymius.

B *Sabinus* in Conc. Agathenſi 506.

S. Saluius 10. Septembris Baron. & Gordon. 587. Habet Monaſterium in ſua ciuitate, Vion pag. 276. & in Martyrologio Monaſt. Gregor. Turonenſis lib. 5. c. vltimo, & l. 7. c. 1. Alius ab Ambianenſi.

S. Theofridus, vel Theodefridus 26. Ianuarij, Vion pag. 276. Trithem. lib. 4. Vir. Illuſt. Ord. S Benedicti.

Deſideratus, Greg. Turon lib. 8. c. 22.

Conſtantius, apud Flodoardum l. 5. c. 5.

Deodatus, 804.

Lupus, in Concilio Pontigonenſi 876. non Pontiniacenſi.

C *Bernardus* 967.

Amelius, vel Æmilius 987. & vel Amelinus in dedicatione S. Saluatoris Lemouicenſis 1028. 15. Calend. Decembris, & in Concilio Lemouicenſi 1030. & in Priuilegio Vindocinenſi 1040.

Aldegarius 1045.

Frotardus 1069.

Guilelmus 1086. Galtherus in dedicatione S. Saturnini Toloſæ 1096.

Hugo, 1098.

Adelgarius, 1109.

Bertrandus 1115.

D *Humbertus* 1121.

Guilelmus 1127.

Hugo 1135. in inſtrumento Eccleſiæ Podienſis.

Rigaldus 1144.

Arnaldus 1157.

Guilelmus Petri 1166.

Gerardus 1176. cuius tempore damnatur impietas hæreticorum, in Concilio Albigenſi, qui inde dicti Albigenſes apud Houedenum, & Guilelmum de Podio Laurentij c. 3. Baron. A.C. 1176. G. Prateolum, Sanderum & Paulum Æmilium. Albigenſes hæretici.

Guilelmus 1197. apud Petrum de Vallibus cap. 25. aliis Galtherus cognomento *Solem*, & in Chartulario Bituricenſi

1225. numerat annum ſui Pontificatus pluſquam quadrageſimum, vbi facit hommagium Archiepiſcopo Bituricenſi de ciuitate Albia coram Guilelmo Cadurcenſi, & Stephano Mimatenſi Epiſcopis.

Durandus, ex Archidiacono Sacri-Cæſaris in Eccleſia Bituricenſi. Adeſt Comiti Toloſano Raymundo morienti 5. Calend. Octobris 1249. vt eſt apud Alphonſum Delbeneum infrà commemorandum in hiſtoria Comitum Toloſanorum.

P. de Monte-Squino, vel Squiuio 1256. At littera P. ſignificat Petrum, vel Pictainum.

Bernardus de Combreto 1266. in Chartulario Bituricenſi. Quo tempore Franciſcani Albiæ conſtituuntur 1275.

Bernardus de Caſtaneto, quem venerabilem & magnificum Clericum, & ciuem Montis-peſſulani vocat Amalaricus Augerius Biterrenſis in vita Innocentij 5. à quo ex ſacri Palatij Auditore promotus eſt ad hanc Sedem 1276. cuius precibus Cathedralis Eccleſia ſæculari togâ donatur à Bonifacio 8. 1297. vt ſuprà monuimus. Sedit verò ab anno 1276. ad annum 1308. Quo translatus ad Anicienſem, & factus Cardinalis Portuenſis 13. Auguſti 1317. Procurauit etiam Ludouici 9. Regis canonizationem, Ciaconus pag. 683.

Bertrandus de Bordis 1309. Cardinalis 1310. 14. Cal. Ianuarias, & Camerarius Apoſtolicus anno ſequente mortuus, vt notat Almaricus.

Girardus, vel Guiraudus 1311.

Beraldus 1313. cognomento *de Fargiis*, quem Raymundum Ordinis Dominicani nominatim inuenio hoc tempore.

Bernardus de Caniaco, ſepultus in medio Chori Cathedralis, ſeu ante foriſtallum.

Petrus de Via.

Bernardus de Seneceyo. Erexit Monaſterium Conceptionis B. Mariæ in vrbe, vbi nunc Sorores Annuntiatæ.

Guilelmus de Curty Ordinis Ciſtercienſis ex Abbate Bolbonæ & Theologiæ Doctore 1337. Cardinalis. Obiit 1338. Vion.

Pictainus de Monte-ſquino Cardinalis 1350. apud Ciaconum, & Onuphrium, vbi littera P. notat Petrum, vel Pictainum, vt ſuprà, & fortè nomen erat Petrus de Monte-ſquino Pictauinus, quod cognomen, vel gentem

A nobilem *de Poictiers*, vel nationem Pictauinam ſignificat, quod etiam in nomen proprium tranſire potuit, vt Francus Burgundio, &c.

Arnaldus Guilermi 1351.

Hugo Alberti 1356.

Dominicus de Florentia Ordinis Prædicatorum ab anno 1379. ad annum 1382. quo ad Epiſcopatum S. Pontij tralatus eſt, vnde ad Albienſem regreſſus vt dicetur poſteà.

Ioannes de Saya, vulgò *d'Alby*, 1382.

Guilelmus de Volta, vel de Vouta 1383.

Dominicus de Florentia iterùm 1392.

B vnde ad Archiepiſcopatum Toloſanum promotus. Obiit 1422. Confeſſor Clementis 7. Sampayo in Stemmate Dominicanorum.

Bernardus de Caziliaco *Caſilhac*. Nominatur 1407. Cardinalis S. Sabinæ.

Petrus, Cardinalis S. Sabinæ 1412.

Hugo Martini 1420.

Bernardus 2. *de Caziliaco* 1432. fortè idem cum ſuperiore per regreſſum, aut eiuſdem gentis.

Dominicus 1440. Reduxit Canonicos ad numerum 21.

Robertus Delphinus, ex Carnotenſi

C Epiſcopo 92. 1449.

Ioannes Iofredus Cardinalis, ex Atrebatenſi 66. Abbas Luxouienſis in Burgundia, & S. Dionyſij in Francia 61. Obiit 24. Nouemb. 1473. in Prioratu *de Rully* diœceſis Bituricenſis. Interfuerat Remis Ludouici 11. ſacro 1461. in feſto Aſſumptionis 15. Auguſti.

Ludouicus de Amboiſia cognomento Bonus Georgij Archiepiſcopi 84. Rotomagenſis frater ab anno 1473. ad annum 1503. Conſtituit Parlamentum Diuione Regis Ludouici 11. auctoritate, cùm paulò antè recepiſſet iuramentum

D fidelitatis à Burgundionibus nomine ipſius Regis Diuione congregatis 29. Ianuarij 1476. Erexit 1481. Albiæ Monaſterium S. Claræ, vt ait Franciſcus Gonzaga in hiſt. Seraphica, vbi dicitur vir integerrimus, & nobiliſſimus gubernator Linguadoci. Diſſoluit Alexandri 6. Papæ auctoritate matrimonium inter Ludouicum 12. & Ioannam Ludouici 11. filiam, Sororum Annũciationis Auarici Biturigum inſtitutricem 1498. Præſens fuit in ſtabilimento Parlamenti Aquenſis in Prouincia 1501. Iacet in Cathedrali ſua. Ei ſcribit Gaguinus epiſt. 37. & 38. à quo in arcanis Principis quotidie verſari dicitur, epiſt. 44. ad Ioannem Lingonenſem Ludouici fratrem.

Ludouicus de Amboiſia nepos ſuperioris. A Obiit Cardinalis vltra montes Anconæ, cuius corpus ſepultum eſt Laureti 1512. Cor verò relatum in Galliam conditur Albiæ in Cathedrali iuxta patruum: conſtituit Sorores Annuntiatas in Monaſterio Conceptionis. Ei dicat Ioannes Pinus vitam S. Catharinæ Senenſis, & Ioannes de Selua Commentarium Decij de Iudiciis, & Silueſter Prieras Dominicanus librum de Immolatione Agni Paſchalis impreſſum Mediolani 1509. Vide Lingonenſes num. 86. Onuphrius verò fallitur cùm eum vocat Franciſcum, niſi fuerit B binominis. Illi quoque ſcribit Ioannes *Raulin* Cluniacenſis.

De Florimundo in Decanis S. Capellæ Diuionenſis.

Carolus Robertet, Florimundi frater, Claudii ex Anna Briçoneta filius. Obiit 1515. 9. Auguſti.

Porte d'azur à la bande d'or, & ſingle de ſable accompagnée de 3. eſtoilles d'argent, vne en chef, & 2. en pointe.

Iacobus Robertet, ex Canonico Pariſienſis Eccleſiæ, in cuius Calendario notatur eius obitus 7. Cal. Iunii. Vbi tamen, ex littera ſingulari dicitur Ioannes, iſque fuit ſucceſſor Caroli patrui, Florimundi filius, habetque hoc Epitaphium apud Ioannem Chenu 1519.

Iſta Roberteti cineres tegit vrna Iacobi,
(Quem vigilem experta eſt Albia Pontificem) C
Corporis, ac animi præclaris dotibus auctum,
Ante ſuum rapuit ſors truculenta diem.

Fortè verò binominis, & dictus Ioannes Iacobus. Eiuſdem gentis Claudius, & Franciſcus fratres, ad quos extant Budæi epiſtolæ.

D'or à trois merlettes de ſable.

Adrianus Gouffier, Cardinalis *de Boiſſy*, ex Epiſcopo Conſtantienſi 67. Moritur 1523. menſe Nouembri, Guilelmi Admiralis, & Arturi Magni Franciæ Magiſtri, Ademari Epiſcopi Conſtantienſis ac Cluniaci Abbatis, item Ludouici ſancti Maxentii, & Petri ſancti Dionyſii D Abbatum frater, Guilelmi *Gouffier*, & Philippæ Mommorenciæ filius.

Aymardus, vel Aymarus, vel Annas, Adriani frater ab anno 1524. ad annum 1528. quo obiit 9 Octobris.

Du Prat.

Antonius de Prato Cardinalis, Franciæ Cancellarius, Archiepiſcopus 98. Senonenſis, vbi de eo plura.

Ioannes Cardinalis à Lotharingiâ 1536. ex Morinenſi 57. & Valentinenſi 63. & Metenſi 78. qui etiam fuit Remenſis Archiepiſcopus 81. & Narbonenſis, ac Abbas Cluniacenſis 46.

Ludouicus à Lotharingiâ, Cardinalis de Guiſa 1550. ex Trecenſi 81. poſteà Senonenſis 101. Abbas etiam ſancti Victoris Pariſiis, vbi iacet, mortuus 29. Martij 1578.

Strozzi porte d'or à la faſce de ſable chargez de 3. croiſſants tournez d'argent.

Laurentius de Strozzi Florentinus, ex Biterrenſi 1561. poſteà Archiepiſcopus Aquenſis, Cardinalis.

Philippus Rodulphius, Laurentij ex Sorore nepos 1567. Obiit 1574. 30. Iunij, ſic Nicolaus Rodulphius Cardinalis Epiſcopus Vicentinus.

Iulianus Mediceus, vel de Medicis, ex Biterrenſi, vnde ad Archiepiſcopatum Aquenſem euectus, & per reſignationem Laurentij Cardinalis *Strozzi*, poſteà ad hanc ſedem euocatus. Obiit 28. Iullij 1588. ſepultus in Eccleſia ſancti Victoris Maſſilienſis, cuius erat Abbas. Vidi ipſius litteras cùm eſſet Epiſcopus Albienſis 1584. ad Reginaldum Bituricenſem Archiepiſcopum ſic ſubſcriptas:

D. V. S. R^ma. & Illuſt.
Affett^mo. Ser^ore.
L'Arciu^e. de Medici Veſ^o. D'Alby.

Cruce Archiepiſcopali inſignibus Mediceorum ſuperpoſitâ in cera rubea, quo anno 1584. ipſius Vicarius Mathæus Toſcanus interfuit Cõcilio Bituricenſi. Superſcriptio erat. *A Monſieur, Monſieur l'Archeueſque Patriarche de Bourges, Primat d'Aquitaine, & on luy eſcriuoit: A Monſieur, Monſieur l'Archeueſque de Medici Eueſque d'Alby.*

Alphonſus Delbene, Abbas Altæ-combæ in Sabaudia, ſedit ab anno 1588. ad 1608. Ei dicat Petrus Ronſardus librum de Arte Poëtica Francica. Ipſe verò multa ſcripſit doctè, & eleganter de Regno Burgundiæ Tranſiuranæ, de Originæ familiæ Ciſtercianæ, necnon Altæcombæ, Stamedei, & S. Sulpicij Cœnobiorum fundatione, de Comitibus Toloſanis: item edidit ciuitatem Veri à Bartholomæo auo carmine deſcriptam cum Theodori Marcillij Annotationibus. Prætereà affectam reliquit hiſtoriã Epiſcoporum ſuæ Eccleſiæ, quam Alphonſo nepoti tunc Archidiacono virtutis, & dignitatis poſteà ſucceſſori reliquit, vt à Gaſpare *de Vornten*, & Edmundo Merillio viris clariſſimis, noſtrique amantiſſimis accepimus. Obiit Albiæ 8. Febr. 1608 Lipſius verò dedicauit Petro Delbenio Auctarium veterum inſcriptionũ 1588. Ille verò Petrus fuit Abbas Duæ, & Bellæ-villæ. Eiuſdem quoque gentis claruit 1352. Iacobus Florentiæ Gonfalonerius.

Delbene porte d'azur à 2. baſtons d'argent fleurdeliſez, paſſez en ſautoir.

Alphonſus Delbene, Alphonſi nepos 1608. in propellendis hæreticis, & in propugnandis Catholicis vigilantiſſimus.

Alectenſes Epiſcopi.

Aleth.

Flor. 1500. ALECTA, vel Aletha, vel Electa ad Atacem fluuium, vnde Epiſcopatus Aletenſis, diuulſus à Narbonenſi per Ioannem 22. in Monaſterio S. Benedicti, etſi Limoſij, vel Limolij, vel Limoſæ deſignatus. Alectēſes verò regulares ſæculari toga donantur 1530. in gradu longit. 22. latit. 42. 30. in Toloſano Parlamento. Aliud verò eſt Aleſium oppidum titulo Comitatus inſigne. In hac verò diœceſi hæc dumtaxat reperitur Abbatia.

Flor. 215. Iucundenſis O. B.

Ex Antiſtitibus autem hos tantummodò reperimus, qui ſunt:

Durandus Petit.

Guilelmus de Gaudioſo, frater Ludouici S. Flori Epiſcopi.

Antonius 1446.

Stephanus de Polueres 1616.

Aletenſes, ſeu Maclouienſes infrà littera M.

Ambianenſes Epiſcopi.

Amiens.

Flor. 4100. AMBIANVM, ſub Remenſi Archiepiſcopatu in Parlamento Pariſienſi, Picardiæ caput, ad Phrudim, ſeu Samaram, ſeu Samonam fluuium, gradu longitud. 23. 30. latitud. 49. 50. vbi dies maxima horarum 16. 5. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 71. 16. ad 60. altitudo ſolis 40. 10. Templum vrbis primarium B. Mariæ dicatum. Vrbs ipſa inter alias Belgicæ eminens, Amiani l. 15. in qua olim fabrica armorum ſcutaria, & ſpataria, in Notitia Imperij, à qua vrbe prouincia Ambianenſis Sexto Ruffo, nunc habet fabricam monetæ, quam & Caroli Calui tempore habebat, cuius nota X. & Generalitatem Finantiarum, ſeu Tribunal Quæſtorum: videndus Becanus in Atuaticis, vbi Samarobrinam putat eſſe *Amiens*, cui Diuæus adſtipulatur. Memoratur autem Samarobrina, vel Samarobriva, vel Samarobriga Cæſari lib. 5. cap. 8. & 13. Sigebert. Plin. lib. 4. cap.

Somme.

A 17. Ambia Philippid. 2. Nec verò vnquam Strabo ſomniauit de Normannis, quibus vicini eſſent Ambiani, in quorum diœceſi hæ reperiuntur Abbatiæ.

S. Ioannis O. P. *S. Iean.* Flor. 100.

S. Petri de Corbeya O. B. *S. Pierre de Corbie.* Flor. 4000.

S. Mariæ de Viſignolio O. A. Flor. 40.

Foreſti-Monaſterij O. B. *Fres-montier, ou Foreſt-montier.* Flor. 300.

Viſignolium O. B. Flor. 150.

S. Acheoli prope vrbem O. B. *S. Acheul.* Flor. 80.

B S. Iodoci de Domno Martino O. P. *S. Ioce.* Flor. 1000.

S. Iodoci ſupra mare O. B. *S. Ioce ſur mer.* Flor. 200.

S. Saluij de Montrolio, *S. Salue de Montreuil* O. B. Flor. 150.

De Valloliis, *de Valoiſes*, vel Valloriis *Vallotrs* O. C. vel Valilienſis. Flor. 55.

S. Martini ad Gemellos, O. A. in vrbe vnita eſt Epiſcopatui, *S. Martin aux Gemeaux*, vbi & Martinus dimidiatam chlamidem pauperi dedit. Flor. 700.

S. Petri de Selincurte, vel Saliſcuria, vel Serenæ-curtis O. P. *S. Pierre de Selincourt.* Flor. 200.

C S. Richarij in Pontiuo, ſeu Centula, ordinis O. B. *S. Riquier.* Flor. 4000.

De Guardo, *du Gard* O. C.

S. Valerici ſupra mare O. B. *S. Valery.* Flor. 3700.

S. Vedaſti de Marolio O. B. *de Mareuil.* Flor. 200.

Cari-campi *Cher-camp* O. C.

De Siriaco in Pratis O. P.

De Claro-flageto, vel fagetó, *Clair-fay* O. A.

S. Fuſciani O. B. *S. Fuſcien.*

S. Michaëlis fœminarum *de Dourlens* O. B.

Paracliti fœminarum O. P.

Bertaucourt fœminarum O. B.

D Loci-Dei, *Lieu-Dieu* O. C.

S. Auſtreberthæ O. B. Monſtrolij.

Sed & Archidiaconatus Ambianenſis memoratur cap. 54. de Electione, & Eccleſia cap. 15. eodem, & cap. 5. de exceſſibus Prælatorum, cui præfuerunt hoc ordine Antiſtites, qui recenſentur ab Adriano *de la Morliere*, in libello, quem Gallicè ſcripſit 1621. de Antiquit. huius vrbis, quam ſuo ortu nobilitarunt Siluius, Fernelius, Riolanus, Tagautius, & qui eam ſcriptis ſuis illuſtrauit Adrianus *de la Morliere* Canonicus, ex quo plura hauſimus.

1. *S. Firminus, Firmi*, & Eugenii filius, Pampelonæ natus, conſecratus à ſancto Honorato Epiſcopo Toloſæ, in Breuiario

tio Pariſienſi, & Rotomagenſi, & in Martyrologio Romano 25. Septembris, Catalogo Sanctorum lib. 8. cap. 119. paſſus ſub Rictiouaro tempore Diocletiani, Baron. A. C. 305. num. 130. Dicitur etiam prædicaſſe Andegauis, Auxilij Epiſcopi iuſſu. De quo ſic Vandelbertus:

Ambiana micat Firmino Martyre plebes.
Vincentius lib.12.c.79.

2. *S. Eulogius*, in Concilio Agrippinenſi circa annum 349. Huius tempore Gratianus Valentiniani filius Ambianis declaratur Imperator 370. in Chron. Hieronym. & Caſſiodor. Habet Eccleſiam ſui nominis in loco carceris, quo olim incluſus fuit.

3. *S. Firminus*, Confeſſor, ex genere Senatorio, baptizatus dicitur à ſancto Firmino Martyre. Memoratur à Vincentio lib.13.c.79. Eius memoria agitur Calend. Septembris, apud Molanum Addit. ad Vſuardum. Habetque Eccleſiam Collegialem, eamdemque Parrochialem in vrbe.

4. *Leodardus*, vel Leonardus.

5. *Audoenus*, in Cod. Thuan. ponitur inter Leodardum, & Edibium.

6. *Edibius*, in Concilio 1. Aurelianenſi, 507.

7. *Beatus*, in Concilio 5. Aurelianenſi, 552.

8. *S. Honoratus*, vel Honorius, in Martyrologio 16. Maij, & apud Vincentium l. 17. c. 92. ſedere cœpit circa annum 554. Chilbeberto Francorum Rege. In eius honorem celebris Eccleſia conſtruitur Pariſiis 1204. referente Iacobo Brulio in Theatro Antiquit. Pariſienſium.

9. *S. Saluius, S. Sauue*, in Martyrol. 29. Octobris. Is tranſtulit corpus S. Firmini in Cathedralem, habetque Abbatiam ſui nominis, Monſtrolij Ordinis S. Benedicti in hac Diœceſi, cuius fit mentio c. 15. de Decimis. Nec verò confundendus eſt Saluius Ambianenſis Præſul cum Saluio Albienſi, nec cum Saluio, qui Valentianis colitur 26. Iunij, martyrium paſſus tempore Caroli Magni: Quâ de re Sigebertus 801. & Meyerus. Noſter autem & eius Synchronus Albienſis claruerunt ſub Chilperico Rege. Legendus Volaterranus l.3. Petrus de Natalibus l. 2. Vincent. l. 24. c. 24. & ex eo Antoninus tit. 4. c. 4. §. 11. Miræus in Faſtis Belgicis 11. Ianuarij.

10. *Berhardus*, cuius fuit Synchronus S. Valericus *S. Valery*, Clothario Magno Rege.

11. *Berthefridus*, in Concilio Cabilonenſi 650. Dedicat Eccleſiam Corbienſem 662. 13. Epiſcopis præſentibus, cui & libertatem dat Clotario Rege, & Batilde Regina petentibus. Et ſubſcribit priuilegio Landerici Epiſcopi Pariſienſis pro Dionyſianis Anno 15. Clodouei 2. Cal. Iul.

12. *Deodatus*, ponitur in Cod. Thuano inter Berthefridum, & Dadonem.

13. *Dado.*

14. *Bertmannus*, vel Vrſinianus (quod idem eſt ſignificatu.)

15. *Dominicus*, intereſt Tralationi S. Lamberti 720. cum Herxemboldo Nouiomenſi, & Vindiciano Attrebatenſi.

16. *Chriſtianus.*

17. *Rimbertus*, vel Rambertus, 748 Baronio, & Surio, ex Epiſt. 3. Zachariæ Papæ.

18. *Vitulphus*, vel Aytulphus.

19. *Gregorius*, qui Georgius C. Thu. fortè is eſt qui interfuit Dedicationi Centulæ circa annum 800.

20. *Ieſſe*, cuius Epiſtola Catechiſtica edita à Ioanne Cordeſio poſt Hincmari Opuſcula. Nominatur tempore Leonis Papæ indict. 9. 8. Calend. Ianuarij anno 800 Præſens fuit Ordinationi Teſtamenti Caroli Magni, apud Eginartum A. C. 811. Velamen pœnitentiæ Ludouico Imperatori in clauſtro Sueſſionenſi impoſuit, Becanus in Chronico Hollandiæ. Memoratur à Thegano cum Hilduino Archicapellano, fueratque legatus Conſtantinopolim ab ipſo Carolo ad Nicephorũ, vt ait Ado, apud Baronium 802. & Ademarum. Obijt 836. Vita Ludouici Pij, apud Pithœum, Flodoardus l.2.c. vltimo, Supplement. Aymoin. l.5. c.16.

21. *Rigebardus*, vel Rigobardus.

22. *Helmerardus*, vel Gilmerardus, vel Heſmeradus, vel Silmeradus. In Concilio Sueſſionenſi A. C. 853. & Vermeriæ eodem anno, & Tullenſi 859.

23. *Raginarius*, vel Reynerius in Synodo Cariſiaca, 848. & 875. apud Louuetum lib. 3. cap. 13. Antiquit. Bellouacenſ.

24. *Geroldus*, huius tempore 881. vrbs à Normanis diripitur.

25. *Aggeus*, in Conſecratione Heruei Archiepiſcopi 37. Remenſis 900. Iullij 6. Chronicon Cameracenſe l. 1. C. 63. Moritur 928. Chronicum Flodoardi, Ogerus in C. Thu. & aliquando Orgatius, niſi hic omiſſus fuerit in Catalogo vulgari apud Demochiarem.

T iiij

26 *Deraldus*, vel Garolfus Medicus. Creatur 929. apud Flodoardũ in Chronico, & l. 4. c. 33. hiſtoriæ Remenſis. Obijt 946. Quo mortuo Theuboldus inuaſit 947. Flodoard. Chron. & hiſt. Remen. lib. 4. c. 32.

27. *Ratmboldus*, vel Ragemboldus conſecratus ab Artaldo Archiepiſcopo Remenſi 949. Flodoardo, & Sigeberto.

28. *Almannus*, vel Aluianus.

29 *Godelmannus*, intereſt pſeudoſynodo Remenſi in baſilica S. Baſoli 15. Cal. Iul. 991. contra Metropolitem Arnulfum.

Porte-Oriflant hæreditaire porte ſemé de Frãce au Lambel d'hermines.

30. *Fulco*, Galtheri Albi Comitis Ambiani, Vexini, Pontiſaræ, & Meduntæ, Vexilliferi Franciæ, ex Aleide Criſpeiâ filius. Nominatur indict. 6. an. 29. Roberti, id eſt, Chriſti 1023.

31. *Guido*, Fulconis frater in ſacro Philippi primi Regis 1059. & in diplomate Balduini Flandriæ Comitis pro fundatione Collegij Canonicorum Inſulæ 1066. in Eccleſia ſancti Petri. Scripſit de conqueſta Angliæ per Guilelmum Ducem Normanniæ, & tranſtulit corpus Paſchaſii Ratberti Corbienſis 4. Idus Iullias. Dedit Capitulo piſtrina, ſeu molendina Ambiani, circa annum 1069. Intereſt dedicationi S. Quintini Bellouacenſis 1074.

32. *Fulco*, Guidonis, & Fulconis ſuperiorum nepos, Drogonis Comitis Vexini, Pontiſaræ, & Ambiani Comitis filius ex Editha Anglica ſancti Edoardi ſorore, ex Andrea *du Cheſne* in hiſt. Caſtilionea, & Mommorenciaca.

33. *Radulphus*.

34. *Rorico* 1085. vocat Capitulum Senatum, vbi & Ingerrannus memoratur Comes Ambianus, Aduocatus Bovenſis, & Euſtachius *de Pinquigny* Vicedominus, in Charta S. Acheoli.

35. *Gerinus*, vel Geruinus. Ei ſcribit ſanctus Anſelmus lib. 3. epiſt. 32. Prioratum *de Ligny* in Comitatu ſancti Pauli donauit ſancto Martino Pariſienſi, in quo Prioratu iacet Iacobus *de Bremen* loci illius dominus, Eques Velleris aurei. In prima inſtitutione vocat Canonicos Senatores 1093.

36. *S. Godefridus*, doctrina præclarus, ſanctitate conſpicuus, & Pontificum decus, in epiſt. Hugonis ad Abbatem Poculium, in Biblioth. Cluniacenſi, electus 1104. Conſule Ambianenſi Ingelrano, & à Manaſſe Metropolitâ conſecratus, ex Abbate Nogenti. Reuocatur ex Carthuſiâ 1114. & Memoratur in vitâ S. Hugonis Cluniacenſ. Synchroni. De eo Molanus in Natal. Sanct. Belgic. & Martyrologium Romanum 8. Nouembris, Petrus *Louuet*, in Antiquitatibus Bellouacenſibus l. 4. cap. 30. Surius. Tranſiit anno 1118. in Monaſterio S. Criſpini prope Sueſſionem, poſt ſedem annorum 11. Nec omittendum, quòd cùm Miſſam in Natalitio Domini celebraret S. Godefridus, oblationes eorum, qui more muliercularum intonſam comam gerebant noluit recipere, qui agnitâ Pontificis auctoritate, certatim cultris, & gladiis (forfices enim deerant) pilos ſibi amputarunt, miſeros ſe putantes, ſi propter comas, tanti præſulis benedictione priuarentur. Sic Tiburtius Torquatum ementiri Chriſtianum probat anno 286. num. 17. apud Baron. quòd in ſui lænocinio moliendo capitis fimbrias admittat, qui tonſorem diligat, qui curioſius fœminas intueatur. Sed ne viri quidem nominandi, quibus otioſum negotium verſatur totum in cõſilio de ſingulis pilis ineundo, qui dum comunt, pectunt, lauant, ornant, Annus eſt, de quibus Manilius. l. 5.

Coma prolixa, & ornata in viris.

Seneca de Breuitate vitæ.

Terentius.

Illis cura ſui vultus, frontiſque decoræ
Semper erit, tortoſque in plexum ponere crines,
Atque odiſſe virum, ſterileſque aptare lacertos,
Fœmineæ veſtes, nexæ ſine tegmine plantæ.

Hinc Columella Præfat. l. 1. capitum, capillorumque concinnatores non ſolum eſſe audiui, ſed, & ipſe vidi. At quid probus ille Antiſtes diceret, ſi Clericos intueretur Comatulos, & Cincinnatulos in morem laſciuientium meretricularum, & eos calamiſtris, vnguentiſque in ordine, & ſtatione, vndatulis fluctibus, ad ſpeculum, non ſine virorum indignatione, nexiles ſinus omni ſtudio collocare, & diſponere? Certè iam olim S. Bernardus conquerebatur in Eccleſiæ Officijs quæri, non ſalutem animarum, ſed luxum diuitiarum, huiuſque rei ergo Clericos tonderi, frequentari Eccleſias, Miſſas celebrari, Pſalmos decantari, pro Epiſcopatibus, & Archidiaconatibus impudenter decertari, vt Eccleſiarum reditus in ſuperfluitatis, & vanitatis vſus diſſipentur. Sed nunc ne tondentur quidem, quibus omnis cura de veſtibus, ſi benè oleant, ſi crines ferri veſtigio rotentur, quod de Pſeudo-Clericis ait S. Hieronymus Epiſt. ad Euſtochium. Fuiſſe autem veteribus Francis, imo & Gallis, curam alendæ comæ, & nutriendi honorem capitis

Calamiſtrati Clerici.

capitis eximium, & decus formæ, & fuiſſe quondam ius honarium capilitij, præſertim in Principibus videre poteris apud Liuium lib. 38. Gregor. Turon. lib. 4. cap. 4. lib. 6. cap. 24. & lib. 3. cap. 18. & lib. 2. cap. 41. Agathiam lib. 1. de Clodamiro, qui mos præcipuè Sicambris vſurpatus, de quibus Martialis in Amphitheatro:

...erentis Petronius.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Qui nodus dicitur cirrus, Germanorum proprius, vt granus Gothorum. Sic Clericis in Synodo Bracarenſi vetatur, ne granos gentili ritu dimittant, id eſt implexa crinium flagella in aures, & terga reijciant, & reflectant, quâ formâ Alexandrum Apelles delineauit, & Polycletus ære duxit. Quâ de re Sirmundus, & Sauaro ad Sidonium lib. 1. epiſt. 2. Porrò comam alere, aut deponere, non eſſe indicium virtutis oſtendit Dio Chryſoſtomus oratione 35. vnde Syneſius laudem caluitij, & Conſtantinus Landus laudem capilitij deſcribit, ſed id in Clericis prohibent ſacri Canones, videndus Baleſter in Onomatographia V. Nazarenus, Boëtius Epo ad titulum de vita, & honeſtate Clericorum, Henricus Cuikius Epiſcopus Ruremundenſis oratione 5. quæ eſt de raſura Clericorum retinenda, & reuocanda. Conſuetudinem verò illam geſtandi prolixos capillos abrogatam fuiſſe circa hæc tempora inſtante Petrô Lombardo Pariſienſi Epiſcopo 69. alibi dictum eſt. Cæterùm eo ſedente erigitur Abbatia ſancti Fuſciani in Nemore 1105. ab Ingerano Comite Ambianenſi, Olerico primo Abbate.

S. Fuſciani Abbatia.

37 *Ingelrannus*, Ingelranni filius, Roberti frater Comitum Ambiani. Nominatur in Chartulario S. Martini Pariſienſis 1118. obiit 1127.

38. *Garinus*, vel Gaurinus, vel Varinus. Ei ſcribit Petrus Venerabilis lib. 4. epiſt. 14. & nominatur 1127. Intereſt dedicationi Eccleſiæ Morinenſis 1133. & memoratur in diplomate Prioratus de *Encrâ* cum Gauſleno Sueſſionenſi, & Gaufrido Cathalaunenſi 1138. Cuius tempore fundatur Abbatia Cari-campi Ordinis Ciſtercienſis à Comite S. Pauli, & Prioratus S. Pauli in vrbe erigitur in Abbatiam liberalitate Gerardi Vicedomini 1131. qui etiam fundat Abbatiam de Gardo, *du Gard*, in qua ſepelitur.

39. *Theodericus*. Eius extant duæ epiſtolæ ad Sugerium Abbatem Dionyſianum. Hoc tempore Prioratus ſancti

A Martini, & ſancti Acheoli eriguntur in Abbatias anno primo Epiſcopatus 1145. Vniuit theſaurariam menſæ Epiſcopali 1149. & nominatur in Charta S. Martini Pariſienſis 1158.

40. *Robertus*, nominatur 1166.

41. *Theobaldus*. Nominatur 1170. eique ſcribit Alexander 3. c. Ad hæc de decimis, c. Sanè de Regularibus, c. Porrò de Priuilegiis, & Cæleſtinus 3. c. Vnico de Cleric. peregrin. & Innocentius 3. anno Pontific. 2. 1199. cuius tempore Ingelburgis coronatur in Eccleſia Ambianenſi 1193. in Peruigilio Aſſum-
B ptionis à Guilelmo Archiepiſcopo Remenſi, Petro Attrebatenſi, Ioanne Cameracenſi, Lamberto Teroanenſi, Stephano Tornacenſi cum Theobaldo præſentibus. Obiit 1204. ſepultus ad ſanctum Martinum de Gemellis tumulo æneo.

Ingelburgis Valdemari Daniæ Regis filia. Mathæus Paris 1193.

42. *Richardus* de Getboredo, ex Decano 1205. & 1206. Ei ſcribit Innocentius 3. c. 7. de Adulteriis. Compoſuit Officium Decollationis ſancti Ioannis, cum reliquiæ Capitis eiuſdem Sancti Conſtantinopoli huc fuiſſent allatæ 1210. Obiit ſepultus ad S. Martinum de Gemellis hoc Epitaphio:

C
Hîc ſitus eſt Præſul Richardus Præſule dignus,
Cuius lex vitæ, lectio, vita fuit,
Iuſtitiæ ſpeculum, contemptor muneris, ore
Parcus, mente pius, largus honoris apex.

43. *Geraldus*, vel Gerardus, vel Eurardus inſtaurator Eccleſiæ maioris eâ formâ quâ nunc ſpectatur, ſed quæ deinceps magis ornata fuerit, in quâ, & ſepelitur 1223. tumbâ æreâ in naui hac inſcriptione:

Qui populum pauit, qui fundamenta locauit
Huius ſtructuræ, cuius fuit vrbs data curæ,
D *Hîc redolens nardus fama requieſcit Evrardus,*
Vir pius afflictis viduæ tutela relictis
Cuſtos; quos poterat, recreabat munere, verbis
Mitibus agnus erat, timidis leo, lima ſuperbis.

Eſt verò is cui Honorius 3. dirigit c. Ex litteris de vita, & honeſtate Clericorum.

44. *Gofridus de Augo*, *d'Eu*, in exequiis Philippi Auguſti 1223. iuxta prædeceſſorem ſepultus hoc Epitaphio:

Ecce premunt humile Gaufridi membra cubile,
Seu minus, aut ſimile nobis parat omnibus ille.

A

Quem laurus geminâ decorauerat in Medicina,
Legeque diuinâ, decreuerunt cornua bina.
Clare vir Augenſis, quo ſedes Ambianenſis
Creuit in immenſis, in Cœlis auctus, Amen, ſis.

45. *Arnulphus*, fortè, & Arnaldus apud Cantipratenſem lib. 1. cap. 19. nu. 5. & Dionyſium Cartuſianum art. 7. de pluralitate Beneficiorum. Nominatur 1233. cuius tempore Dominicani 1243. & Franciſcani 1244. Ambiani ſtabiliuntur, iidemque Franciſcani 1250 Royæ in hac diœceſi fundantur. Sepelitur in Cathedrali.

Dominicani. Franciſcani

46. *Gerardus*, vel Eurardus de Cociaco, *Coucy*, nominatur 1253. Eiuſdem gentis Radulphus Nouiomenſis Epiſcopus.

Coucy portoit facé de ſix pieces de vair & de gueule.

47. *Abelmus*, vel Anſelmus, vel Alernus de Maliaco, *Mailly*, vel Nuelliaco, *Nuilly*.

48. *Bernardus* de Abbatis-villa. Abſoluit fabricam maioris Eccleſiæ, & nominatur 1269.

Portoit d'argent à trois eſcuſſons de gueule.

49. *Gulielmus de Matiſcone, de Maſcon*, 1378. in Conſilio Regis 1296. & in Concilio Compendij 1303. & Charta ſanctæ Capellæ Pariſienſis 1306. Maij 17. Fundauit Carthuſianos Abbatis-villæ. Vir magni conſilij, & magnæ ſcientiæ, cuius fama celebris in toto Regno Franciæ fuit mirabiliter dilatata. Obiit 1308. iacet in Cathedrali tumulo æneo, his verſibus inſcripto:

Portoit d'or, freté de ſable à la face d'azur chargee de trois lys d'or.

Matiſconenſis ortu, pòſt Ambianenſis
Factus Prælatus, Iacet hîc Guilelmus humatus,
Qui prius Artiſta, Doctor fuit, & Canoniſta,
Summè facundus, famoſus, & ingenioſus,
Clericus Angelici fuit hic Regis Lodouici.
Gregorio deno coniunctus corde ſereno,
Poſt curſum talem, conſedit Pontificalem
Sedem, cui cura fuit Eccleſiaſtica iura
Integra ſeruare, ſeruataque multiplicare.
Flos Prælatorum, Rector pius inferiorum,
Præſul ter denis fuit annis, clarus arenis
M. C. ter, & tetrâ bis, Chriſti viuat in æthra.

Cæterùm huius tempore 1307. Auguſtiniani Eremitæ Ambiani recipiuntur.

50. *Robertus* 2. nominatur 1309. die Aſſumptionis & 1320. quo obiit, ex familia *de Fouilloy* 1310. in Cathedrali. Ad eius monumentum hi verſus leguntur:

Hîc iacet egregius Robertus Folliacenſis,
M. C. ter hic anno vigeno, menſeque Marci
In terna ſena feria terrena reliquit.

51. *Simon*, cognomento de Goncame, diœceſis Veſontionenſis 1321. 29. Nouembris. Obiit 1325. 3. Decembris.

Portoit d'or à la bande d'azur.

52. *Ioannes de Cerſemont*, ex Cancellario Fräciæ, receptus 16. Auguſti 1327. Cuius tempore in Eccleſia Ambianenſi Eduardus Angliæ Rex homagium facit Philippo Valeſio Franciæ Regi de Ducatu Guiennæ, & Comitatu Pontiuij 6. Maij 1329. Tillius. Obiit 1372. poſt ſedem 47. annorum.

53. *Ioannes* 2. de Grangia, aliàs de Bucca-machiis, ex Abbate Fiſcanenſi ad hanc ſedem vocatus, nominatur Præſes Curiæ Iuuaminum Pariſiis 1370. fit Cardinalis titulo S. Marcelli à Gregorio 11. 1373. Decembris 5. poſteà Epiſcopus Tuſculanus 1379. Auenione à Clemente 7. ad quem defecerat relicto Vrbano 5. Obiit 24. Aprilis 1402. vt habet inſcriptio tumuli in Cathedrali Ambianenſi, licet Ciaconus Auenione iacere putet ad ſanctũ Martialem, vnde fortè fuit corpus huc tralatum. Eius meminit Paulus Æmilius poſt Ioannem Iuuenalem Vrſinum, & Andreas Quercetanus in hiſtoria Caſtillionea fol. 389. Fuit etiam Abbas Dionyſianus.

B

Portoit de gueule à 3. merlettes d'argent.

C

54. *Ioannes* 3. Rolandi, Cardinalis creatus à Clemente 7. Auenione 4. Idus Iullias 1385. Quo anno nuptiæ inter Carolum 6. & Iſabelam Bauaricam celebrantur Ambianis 17. Iullij. Obiit 1388. 17. Septembris, ſepultus in Cathedrali; vbi in Epitaphio vocatur virtutis thalamus, & pauperum, quos hæredes reliquit largifluus adiutor: at nulla fit mentio Cardinalatus, cuius tamen meminit Onuphrius.

Portoit d'azur au bucher d'argẽt virolé, de ſable, & lié de gueule.

D

55. *Ioannes* 4. *de Boiſſy* 1406. cuius tempore Ambiani fundantur in vrbe Cæleſtini 1401. Chopino. Obiit 1410. Septembris 4. ſepultus in Cathedrali poſt ſedem annorum 22. m. 6. d. 7. vbi dicitur fuiſſe primò Epiſcopus 54. Matiſconenſis, nepos Domini Cardinalis Ambianenſis

Cæleſtini. *Boiſſy portoit à 5. points d'argent equipolez de 4. de gueule.*

56. *Bernardus de Cheuenon*. Nominatur 1411. fit paulò pòſt Bellouacenſis 75.

57. *Philibertus de Saux*, ex Cabilonenſi 65. de qua gente in Burgundia celebri diximus in Decanis S. Capellæ Diuionenſis num. 22. Rem diuinam fecit in Iuſtis, quæ ſoluebat Philippus patri ſuo Ioanni Burgundiæ Duci, apud Attrebates 1419. vt refert Meyerus. Vulgò nominabatur bonus Epiſcopus,

le bon

le bon Eueſque, qui ne mortuus quidem à gregе voluit ſeparari, ſed in medio cœmeterij S. Dionyſij ſine vllo monumento ſepulchrari.

Harcour porte de gueules à deux faces d'or: cette famille a eſté celebre en Normandie dés l'an 700

58. *Ioannes* de Harcuria, *Harcour*, poſteà Tornacenſis 67. 1435. 17. Septembris, & Narbonenſis, ac tandem Patriarcha Antiochenus.

Le Ieune portoit de gueule freté d'argent, ſemé de fleurs de lys d'or.

59. *Ioannes* 6. (filius Ioannis *le Ieune*, Attrebatum Balliui) fit Cardinalis ſancti Laurentij in Lucina 1439. Scripſit vitam Eugenij 4. ad Nicolaum 5. apud Locrium. Obiit Romæ 5. Idus Septembris 1461. ſepultus in titulo ſuo. Fuit etiam Epiſcopus Matiſconenſis 60. & Teroanenſis 51. quo tempore 1443. Clariſſæ in vrbe fundantur à Philippo *de Saueuſe*.

Clariſſæ.

Porte d'azur à 3. teſtes de licorne d'argent.

60. *Ioannes Auantaige*, ex Præpoſito ſancti Petri Inſulenſis. Obiit 1456. 26. Nouembris, ſepultus in ſacello Capellanorum, vbi eius inſignia. Fuerat Medicus Philippi Burgundiæ Ducis. De eo Ioannes Buzelinus l. 1. c. 6. Galloflandriæ, & in Annal. A. C. 1437.

61. *Ferricus de Beauuoir*, ex Canonico electus 1457. Intereſt Sacro Ludouici 11. 1461. quo anno Orationem habuit in æde ſancti Bertini Audomarenſis, dum illic haberetur Capitulum Velleris aurei. Obiit 1472. Monſtrolij vltima Februarij.

Gaucour porte d'azur au lion d'or ſemé d'eſtoilles de meſme.

62. *Ludouicus de Gaucour*, filius Caroli Franciæ Mareſchalli, & Pariſiorum Gubernatoris. Sic dominus *de Gaucour* in coronatione Ioannis 23. apud Monſtreletum, & Balliuus, ſeu Prætor Rotomagenſis. Vide Laudunenſes n. 70.

63. *Ioannes* 8. frater Ludouici, vterq; breui obiit.

Verſé portoit de ſable à l'oranger d'or.

64. *Petrus Verſé*, natus Poligniaci in Comitatu Burgundiæ. Obiit 1500. poſt ſedem ann. 17. vltimâ Februarij, cuius tempore Minimi in vrbe conduntur à Ludouico domino *de Sandricourt* 1498.

65. *Philippus de Cleues*, etiam Niuernenſis 95. & Eduenſis 80.

Haluin porte d'argent à 3. lions rampás de ſable, couronnez, armez, & lampaſſez d'or. Erigé en Duché par Henry 3.

66. *Franciſcus de Haluin de Piennes*, memoratur in actis de Syndone ſacra Compendij 1516. apud Ioannem *Chiflet* cap. 26. de Linteis ſepulchralibus Chriſti. Dedicauit Eccleſiam Franciſcanorum Montis-deſiderij 1519. obiit 1537. Hoc tempore florebat Carolus Boüillus Canonicus Ambianenſis, obiit 1537. iacet in Gardo Abbatia.

67. *Carolus Hemard*, ex Epiſcopo Matiſconenſi, & Cardinale poſſeſſionem adipiſcitur huius cathedræ 9. Decembris 1537. Obiit 23. Auguſti 1540. A ætatis 47. apud Nomenclatorem Cardinalium, vbi perperàm habuiſſe dicitur Orationem in funere Franciſci I. demortui tantùm 1547. Iacet in Cathedrali Ambianenſi.

68. *Claudius de Long-vic* Cardinalis *de Giury*, ex Matiſconenſi 64. Fuit etiam Lingonenſis 89. vbi plura.

69. *Franciſcus de Piſſeleu* Abbas ſancti Cornelij de Compendio Synodalia ſtatuta edidit 1546. Ex eadem gente Ioannes Epiſcopus Mimatenſis, & Maria Abbatiſſa 52. ſancti Remigij Siluanectenſis.

Porte d'argent à trois lions de gueule.

B 70. *Nicolaus de Pelleué* 1553. Cardinalis, poſteà Senonenſis 102. & Remenſis 85. Eius gentilis Carlotta S. Pauli Bellouacenſis Abbatiſſa 1591.

De Pelleué porte de gueule à une teſte d'argét au poil leué.

71. *Antonius de Crequy*, 1561. ex Morinenſi 59. & Nannetenſi 83. Cardinalis 1565. 4. Idus Martij, creatus à Pio 4. Obiit 5. Calendas Iunij 1574. ſepultus in Cathedrali. Legendus Petramellarius, & Ciaconus. Filius erat Ioannis, ex Maria *d'Aſigney*, Abbas S. Iuliani Turonenſis, de Valoliis, & Selincurtis. Eum laudauit Iacobus *Seguier* Canonicus.

Porte d'or au crequier de gueule.

C 72. *Gofridus de la Marthonie*, frater Henrici Epiſcopi Lemouicenſis 81. & patruus Raymundi 82. inauguratus 1577. Interfuit Concilio Remenſi 1585. Hoc verò præſule Henricus 4. poſt vrgentem, & acrem ſex menſium obſidionem vrbem recepit 25. Septembris 1595. quæ 11. Martij fuerat fraude intercepta. Obiit 17. Decembris 1617. Fuerat Archidiaconus, & Conſiliarius Burdegalenſis. Eo ſedente Capucini 1598. Carmelitæ 1606. Patres S. I. 1608. Ambiani recipiuntur.

D 73. *Franciſcus le Febure*, Ludouici domini *de Dammartin*, ex Magiſtro libellorum ſupplicum Galliæ Procancellarij 1623. 21. Ianuarij, demortui filius, Abbas S. Quintini, conſecratus apud Dominicanos Pariſienſes à Guidone Bentiuoglio Nuntio Apoſtolico. Ingreditur Ambianum Calend. Iull. 1618. quam in vrbem Vrſulanæ 1619. & Fuillentini 1620. admittuntur. Item Patres Oratorij 1624.

Porte d'azur à une face de 5. pieces d'argent.

Vrſulinæ. Fuillentini.

Angers.

Andegauenſes Epiſcopi.

Flor. 1700. ANDEGAVORVM, vel Andicauorum, vel Andium ciuitas, Iuliomagus Ptol. lib. 2. cap. 7. gradu longit. 19. 30. latitud. 47. 15. vbi dies maxima horarum 15. 44. 34. altitudo ſolis 42. 45. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 64. 34. 36. ſub Turonenſi Archiepiſcopatu, & Parlamento Pariſienſi. Patronum habet S. Mauritium, in qua ſe fuiſſe Archidiaconum fatetur Ægidius de Bellamera in Conſiliis, cuius vrbis moneta ſignatur littera E.

Angers porte de gueule à vne clef d'argent au chef d'azur à 2. fleurs de lys d'or.

Vrbs quâ ditior vix, aut ornatior vſquam
Eſſe poteſt, clari vel clarior vbere Bacchi,
Quam Liger argento præluceens ambit ab Auſtro,
A Borea rubens mediâ Meduana pererrat,
Qui ſuus inde fluens, quaſi per duo millia lapſus
In Ligerim nomen perdit, mutátq; colorem.

Apud Guilelmum Brittonem Philippidos lib. 10. Præterea in ſolo Andegauenſi ſunt 20. vrbes clauſæ apud Ioannem *Bourdigne* Presbyterum, hiſtoriæ Andegauenſis ſcriptorem, cuius territorij topographia extat apud Ortelium. In hac autem diœceſi hæ habentur Abbatiæ:

S. Albini O.B. in vrbe, *S Aublin.*
Flor. 750. S. Nicolai extra muros, *S. Nicolas lez*
Flor. 450. *Angers.* O.B.
SS. Sergij, & Bacchi O.B prope vrbem
Flor. 500. *S. Serge lez Angers.*
S. Petri de Burgolio, O. B. *S. Pierre de*
Flor. 670. *Bourgueil.*
S. Florentij prope Salmurum ad Lige-
Flor. 4000. rim O.B. *S. Florent ſur Loire.*
S. Mauri ad Ligerim O. B. *S. Maur ſur*
Flor. 150. *Loire.*
S. Georgij ad Ligerim O A. *S. George.*
Flor. 136. Omnium-Sanctorum, *Touſſaincts* O.A.
Flor. 90. De Aſneriis-bellaij *Aſnieres bellay* O.B.
Flor. 100. Pontis-otronis, *Pontron* O.C.
Flor. 100 Oratorij, *L'Orroux* O.C.
Flor. 250. Rota O. A. *La Roüe.*
Flor 84. S. Ioannis Melinenſis O.A. *Melinoys.*
Flor. 400. *Du Porray-neuf* O.C.
De Oratorio, aliàs de Charitate fœminarum O.B.
Du Porray aux Nonains O. C.
Chaloché O.C.
De Nido-auis O.A. *Nidoyſeau.*
La Boiſſiere O.C.

Sunt & in vrbe 7. Capitula Canonicorum, præter cathedrale, & 15. per diœceſim. Conuentus Minorum 8. Prædicatorum 1. Carmelitarum 1. Auguſtinenſium 2. Cæleſtinorum 1. Minimorum, Capucinorum, Collegium Societatis Ieſu 1. Flexiæ. Antiſtites verò huic ſedi præfuerunt.

1. *S. Defenſor*, S. Iulliani Cenomanenſis diſcipulus.

2. *Auxilius*, non in huius Præſulis, ſed in huiuſmodi nomen ludebat Auſonius:

Auxilium te nempe vocas inſcite Magiſter,
Da rectum caſum tu ſolœciſmus eris.

3. *S. Apothemius* 20 Nouembris.

4. *S. Funerius.*

5. *Proſper*, ſeu Proſperius.

6. *S. Maurilius* 13. Nouembris. Obiit 410. Breuiarium Rotomagenſe. Habet Eccleſiam in vrbe, cuius tralatio agitur 19. Octobris, patriâ Mediolanenſis, Subdiaconus, & Diaconus, ac Presbyter à ſancto Martino effectus, in Breuiario Andegauenſi, & Remenſi, in quo poſteriore dicitur creatus Lector à ſancto Ambroſio.

7. *Neſinaus* 436. Tranſtulit corpus S. Maurilij.

8. *S. Renatus* 12. Nouembris, & 20. Auguſti. S. Anton. tit. 10. cap. 13. Petrus Bleſenſis Epiſt.

9. *Thalaſius*, in Concilio Andegauenſi ordinatus 453. Interfuit Venetico eodem anno, & ſubſcripſit Turonico abſens in ciuitaticula ſua, vt ait 482. Eique ſcripſerunt epiſtolam, quam ſuprà retulimus in Æduenſibus num. 12. Lupus, & Euphronius. Huic verò Synchronus fuit eiuſdem nominis Epiſcopus Cæſarienſis, ex Præfecto prætorio Illirici, de quo Socrates lib. 7. cap. vltimo, & Concilium Chalcedonenſe actione 4.

10. *Euſtochius*, Concilio Aurelianenſi 1. 507. Memoratur cum Anſgario Archidiacono in vitâ S. Mauri apud Surium 15. Ianuarij.

11. *Adalphius*, vel Adelphius.

12. *S. Albinus*, Calendis Martiis in Concilio Aurelianenſi 3. 540. c. Prima adnotatio, diſtinct. 16. Tranſiit anno ætatis 80. Epiſcopatus 21. apud Fortunatum lib. 11. cap. 27. Bedam de Temporibus, Vion lib. 2. cap. 37. Gregorium Turonenſem c. 96. de Gloria Confeſſorum. Habet Eccleſiam Abbatialem ſui nominis, in Martyrologio Bretholii legitur Calend. Martii S. Albini Epiſcopi, & Confeſſoris, viri prudentiſſimæ virtutis,

virtutis,& ſanctitatis. Alius verò eſt ab Albino in Concilio Venetico 453.

13. *Eutropius.*

14. *Domitianus*,de quo Fortunatus l.3. c.4.&l.11.c.24. Qui malè Carnotenſis dicitur Aymoino l.3.c.2.Intereſt Concilio Pariſienſi 559. & ſubſcribit priuilegio ſancti Germani Epiſcopi Pariſienſis pro monaſterio S. Vincentij 566. Interfuit etiam Synodo Turonenſi 567. alius à Traiectenſi, & Catalaunenſi.

15. *Baudigiſius*, vel Baudegiſilus.

16. *Audoënus*, vel Audoninus.

17. *S.Licinius*,vel Lucinus,vulgò *S.Lezin*,filius Garnerij 13.Februarij,vbi cum Baronius expungit è numero Epiſcoporum huius Eccleſiæ, & Turonenſi Cathedræ aſſignat. At contrà Ioannes *de Bourdigne* part.2.c.4. vbi ait obiiſſe 631.

18. *Cardulphus*,vel Radulphus.

19. *S.Magnobodus*, vel Magno-bonus (*Main-bœuf*) 16. Octobris, Clothario Chilperici filio regnante.

20. *Ayulphus*,in C.Thu.inter Magnobodum,& Lupũ,qui & Auiulfus in ep.3. ad S.Deſiderium Cadurcenſem.

21. *Lupus*, 17.Octobris.

22. *Agilbertus*, vel Aglibertus.

23. *Gobertus*, vel Godebertus.

24. *Gariacus*, vel Gariarius.

25. *Bozo.*

26. *Calarchus*, vel Colatolus.

27. *Benignus.*

28. *Beatus*, vel Betus, vel Botus.

29. *Sacrius.*

30. *Mauriolus*.In diplom.Caroli Magn. apud Chopinum l.1.Domaniæ tit.3.n.5.

31. *Gentianus.*

32. *Benedictus.*

33. *Frodegarius*, vel Flodegarius.

34. *Dodo*, in Synodo Sueſſionenſi 853. Ei Ioannes 8. ſcribit epiſt. 121. Ordinat Preſbyterum Gauſlium Glannafolij Abbatem, vt eſt in libro miracul. S.Mauri c.6.Obiiſſe dicitur 880.9. Nouembris.

35. *Raymo*,vel Aymo circa ann.900.

36. *Rotaldus*, vel Rotardus.

37. *Raynoldus*, vel Reginaldus. Alius ponitur n.39.

38. *Herueus.*

39. *Aymo*, vel Aymonius.

40. *Neſindus*, vel Neſingus.

41. *Cannadus.*

42. *Hubertus*, in dedicatione S. Leonardi Beliſmæ in Pertico cum Aueſgaudo Cenomanenſi, Arnulpho Turonenſi, & Roberto Rege. Benedixit Fridericũ Abbat.15 .Salmurienſ. 1020. Cal.Sept. Nominatur quoq; 1040.quo anno moritur Fulco Nerra Comes Andegauenſ. Ieruſalem proficiſcens. Præterea eodem anno S.Nicolai Abbatia fundatur.

43. *Euſebius*,qui & Bruno,eligitur 1047. Intereſt Cõcilio Remenſi 1049. Obiit 6.Cal.Septẽb.1081.Eius Cõmentarij in Geneſ.in nõnullis veterib. Bibliothecis extant.Attamen Bruno fuit notatus hæreſeos; ſeu prauæ opinionis de Sacramento Euchariſtiæ, quâ infamatus hoc tempore Berengarius Andegauenſis Archidiaconus, quam tamen hæreſim abiurauit, & pœnitens moritur die Epiphaniæ 1088. nonagenarius, in Eccleſiâ ſancti Coſmæ apud Turones ſepultus. Lege Notas eruditionis plenas Ioannis Picardi ad librum ſancti Anſelmi Cantuarienſis de Sacramento Altaris:vnde facilè colliges deceptos fuiſſe eos, qui epiſtolam contra Brunonem Epiſcopum Andegauenſem, & Berengarium tribuunt Durando Epiſcopo Leodienſi 49. quæ auctori ſuo legitimo reſtituenda eſt, Deoduino itidem Epiſcopo 53. Leodienſi, errore nato, ex littera D. ſingulari, vtriuſque nominis initiali; quod non aduertit Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica v. Durandus, & quod hiſtoriæ Eccleſiaſticæ parentem illuſtriſſimum fugiſſe non ſatis mirari poſſum,eam Epiſtolam nomine Durandi ad annum Chriſti 1035. referentem, quæ etiam habetur tomo 3. Bibliothecæ Patrum,in quâ Bibliotheca editi tomo 6. qui contra Berengarium ſcripſerunt, Lanfrancus Cantuarienſis, Adelmannus Brixienſis, Algerus Corbienſis,& Guitmundus Auerſanus. Qua de re quoque conſulere poteris Sigebertum Chron.1051. Vincentium l.25.c. 30.& ex eo S. Antoninum tit. 16.c.1.§. 20. Genebrard. Chronolog. Sanderum in Monarchia Eccleſiæ viſibili, Iacobum Gautheriũ in Tabula Chronographica, Bellarm.tom. 2. lib. 1. de Euchariſtia c. 1.& lib. 3.cap. 8. Baron. A.C. 1088. vbi de morte Berengarij agitur, & de Epitaphio, ſeu Epicedio, quod Hildebertus poſteà Cenomanenſis Epiſcopus amico Berengario appoſuit, ſeu cecinit. Vide & Lingonenſes n. 50.

45. *Gaufridus* iunior,ordinatus 1093.3. Cal. Decembris, filius Hugonis de Meduana, *de Mayenne*, in Concilio Claromontenſi 1095. & anno ſequente in dedicatione S.Nicolai,ab Vrbano 2.factæ.

46. *Raynaldus* 2. vel Reginaldus iunior, cognomento de Martiniaco, ſed ex gente Meduana, magnæ nobilitatis, vt eſt in Carthulario Abbatiæ de Rota, cuius Eccleſiam 1099. dedicauit, vt in

explicatione illius Abbatiæ notabimus. A Nominatur etiam 1105. 10. Cal. Maij. Ei ſcribit Gofridus Vindocinenſis lib.3. epiſt.2. & ſequentibus, vbi Sirmundus, Iuo epiſt 272.& Marbodus Redonenſis Epiſcopus apud Hildebertum epiſt. 80.& 200. Eius extat epiſtola ad Sugerium. Deinde etiam fuit Archiepiſcopus Remenſis 49.

47. *Vlgerius*, vel Vlgrinus, electus 1124. Cuius vitâ Religione, & ſcientiâ eluens, populis lumen veritatis ſuggerit, Ordericus lib. 12. Ei ſcribit S. Bernardus epiſtola 200. de querela cum Abbatiſſa Fontis-Eueraldi. Nominatur B etiam 1137. 1141. 1144. Ad eum quoque extat epiſtola 12. Goffridi Vindocinenſis lib. 3. vbi recenſetur Altarium Redemptio, de qua nõdinatione Vrbanus 2. apud Gratianum 1. qu. 3. cap. 4. Gregorius 7. l. 4. epiſt. 22.

Redemptio. Altarium.

48. *Normannus*, vel Normandus 1144. 1149.

49. *Mathæus* 1153. ex Abbate Salmurienſi 19.

50. *Gaufridus Muſca* 1162. Obiit 1178. Supplem. Sigeberti.

51. *Eugenius* 1178.

52. *Radulphus* de Bello monte. Ei ſcribit Petrus Bleſenſis epiſt. 69. & hîc explicit C. Thuan.

53. *Guilelmus Chemillé*. Hunc Innocentius 3. præficit Epiſcopatui Andegauenſi, ad quem malè tralatus fuerat, ex Abricenſi per Turonenſem Archiepiſcopum diplomate dato Laterani 12. Calend. Februarias 1199. lib. 1. epiſtolarum, pag. 334. vnde ſumptum eſt caput ſecundum Inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi, quo ſancitur ad ſolum Pontificem Romanum pertinere huiuſmodi tranſlationem, de qua C. Epiſcopum, & C. Si quis Epiſcopus 7. qu. 1. ex lib. 1. Capitular. n. 137.

54. *Guilelmus* de Bello-monte, intereſt exequiis Michaëlis ſancti Florentij 16. Abbatis 3. Nonas Iulij 1220. Obiit 1240. poſt ſedem ann. 38. vt ex Epitaphio colligitur, vbi hæc habentur:

Si numeres numeris quater X. cum mille ducentis,
Scire obitum poteris tumulo præſente iacentis,
Si ſeptem luſtris annum des ter replicatum,
Tot pater illuſtris hunc rexit Pontificatum.

55. *Michaël Auis*. Nominatur in Carthulario Bituricenſi 1248. Fundauit Prædicatores Dominicanos in vrbe, mortuus 1271. vt hi verſus Epitaphij in medio Chori indicant:

Dominicani.

Funus Auis villa Michaëlis ſic cape, mille
Miſce bis centum triginta quinque bis, annum.

56. *Nicolaus de Villa-auis*. Obiit circa ann. 1280.

57. *Nicolaus Gelant*. Obiit Calend. Februarij 1294. quo ſedente obiit 1287. Mauritius de Credonio Franciſcanorum vrbis Andegauenſis benefactor inſignis, apud Gonzagam hiſt. Seraphic.

58. *Guilelmus Majoris, le Maire*, nominatur 1294. Baptizauit Mauritium *de Craon* 1309. Obiit 1314.

60. *Hugo Oudard*. Obiit 5. Decembris 1320. vt habet tumulus in æde ſancti Mauritij.

60. *Fulco de Mathetelon* ab anno 1323. menſis Iunij 17. ad annum 1355. quo obiit die Martis ante Natiuitatem Domini 22. Decembris, vt colligitur ex Epitaphio in Templo Mauritiano, vbi dicitur ſtaturâ decorus, linguâ facundus, legum Doctor, multis ſcientiis prouidus, & in agibilibus curcumſpectus, hoſpitij decus, honoris titulus, zelator iuſtitiæ, pugil Eccleſiæ. Vide Remenſ. 57. & Turonenſ. 72.

61. *Radulphus de Machecoul*. Sic eiuſdem gentis nobilis in Britannia B. Dominus *Machicoulz* teſtis in fundatione Abbatiæ Villæ-nouæ Ordinis Ciſtercienſis, per Cõſtantiam Duciſſam 1201. ex qua gente manauit familia *de Machecol* in Burgundia, cuius nunc caput D. Decanus Vergeij, vir pius & doctus, & nobis amicitiâ coniunctus, à quo nonnulla ad has antiquitates Eccleſiaſticas ſpectantia accepimus. Hoc tempore Ducatus Andegauenſis ex Comitatu erigitur 1350. & Academia Andegauenſis fundatur, cuius fundationis confirmationem factam à Ioanne Rege 7. Calendas Maij 1356. Illo ipſo anno, quo poſteà 19. Septembris victus, captuſque fuit Rex ab Anglis in pugna Pictauienſi, teſtatur Papirius Maſſonus l. 4. Annal. Franciæ extremo, videndus Midendorpius l. 6. Academiarum, Chopinus lib. 3. Domanij tit. 27. n. 11. Ioan. *Bordigne* in hiſt. Andegauenſi.

Academia.

62. *Guilelmus*, Guidonis *Turpin* domini *de Criſſé* filius. Nominatur 1362.

63. *Milo de Dormanis*, poſteà Bajonenſis, & Bellouacenſis 70.

64. *Ardoinus de Beüil* fundator Collegij ſui nominis in Andegauenſi Academia. Eiuſdem gentis Franciſcus Archiepiſcopus Bituricenſis 93. & Ludouicus Ventienſis Epiſcopus.

65. *Ioannes*

65. *Ioannes Michaëlis*, Bellouaci natus, Canonicus Aquenſis in Prouincia. Obiit 11. Septeb. ſepultus in cathedrali 1447. de quo Guido Papæ deciſ. 84. Chopin. de Legib. Andium. Vide Antoniũ *Loiſel* in Comment. Bellouacis pag. 210.

66. *Ioannes de Bella-valle*, *Beau-vau* filius Bertrandi dominæ *de Preſsigny*, & Ioannæ *de la Tour-landry*, electus 1447. Sedit ann. 32. ſepelitur in cathedrali hoc Epitaphio: *Hic iacet generoſus vir Reuerendus in Chriſto Pater, & Dominus Ioannes* de Beau-vau, *huius inſignis Eccleſiæ Paſtor egregius, omnium ſcientiarum, ac bonarum litterarum peritiſsimus, adeò decorus, vt ſuæ nobilitatis vigorem, ac ingenij acumen etiam facie præ ſe ferret. Obijt* 1479. *die* 23. *April.* Huius tempore Balmeta fundatur 1456. à Renato Siciliæ Rege 30. Ianuarij, & floruit Nicolaus de Orbellis Minorita. Vide Ioan. *Bourdignes* par. 3 c. 17 hiſt. Andeg. & Sammarthanos in Genealogia huius gentis.

Balmeta. La Baumette à vne lieuë d'Angers.

67. *Ioannes de Baluë*, ex Ebroïcenſi, poſteà Cardinalis, Epiſcopus Albanenſis, filius Sartoris. Vide dominum *de Refuge* tractatu Gallico de Curia p. 2. c. 25. Petrum *Mathieu* l. 11. vitæ Ludouici 11. Gaguinum libro 11.

68. *Ioannes de Rely*, Balduini *de Rely*, & Ioannæ *Brioys* filius, Attrebati natus, Franciſci Balduini auunculus maior, adhuc Theologus Canonicus Pariſienſis orat coram Carolo 8. (cuius Confeſſarius) in Comitiis Turonenſibus menſe Februar. 1483. nomine trium Ordinum Franciæ, vide Verderij Bibliothecam. Benedixit primarium lapidem Conuentus Obſeruantiæ Lugduni 25. Martij 1494. dum comitaretur Carolum 8. ad expeditionem Neapolitanam, in cuius Regis funere orat 1497. & eodem anno dat Eccleſiæ S. Magdalenæ Aurelianẽſi Reliquiarium die ſanctorum Innocentium, apud Carolum Sauſſeyum. Obiit verò 1498. 27. Martij. Ei dicauit Iacob. Faber Comment. in Moral. Ariſtotelis.

Iacobus de Rely Doctor Pariſienſis 1553.

69. *Franciſcus de Rohan*, 1500. m. Decẽbri ingreditur vrbẽ ſolemniter. Vide Lugdunenſes nu. 104. Abbas S. Albini Andegauenſis. Quo tempore Senatuſconſulto Pariſienſi 12. Martij 1522. vetitus eſt Epiſcopus Andegauenſis, vel teruntium capere pro collatione Ordinũ, ne quidem annuli ſignatorij prætextu, apud Chopinũ. l. 2. Politiæ ſacræ titulo 7. n. 14. Vide Ordinationes Bleſenſes n. 20. hucque ſpectat illud Venerab. Bedæ in Mathæũ c. 21. Eos qui hodie in Templo Domini columbas vendũt, non eſſe

Ordines ſacri gratis cõferendi.

A alios, quàm qui in Eccleſia pretium de impoſitione manuum accipiunt: & Gloſſa interlinearis ibidem columbas intelligit Ordines. Vide Concil. Tridentinũ ſeſſione 21. de Reformatione c. 1. & ibi Remiſſiones, & Declarationes. Prætereà excepit Franciſcus 1527. m. Auguſto nomine Franciſci I. R. F. Cardinalem Eboracenſem Henrici 8. Regi Angliæ legatum.

70. *Ioannes Oliuier*, Monachus ſancti Iouini apud Pictones, & Eleemoſynarius S. Dionyſij in Francia, Abbas Sueſſionenſis 1556. Compoſuit Epitaphium B Ludouici 12. apud Papirium Maſſonum. Luſit etiam carmine heroïco Pandoram, quę tandem edita Remis 1618. iacet in S. Maurilio. Fratrem habuit Protopræſidem Iacobum Oliuarium, Franciſci Cancellarij Franciæ patrem, apud Sammarthanum in elogiis. Extat quoque Ioannis Ode ad Macrinum Salomonium.

Oliuier porte d'azur à 6. bezãs d'or 3 2 1. au chef d'argẽt chargé d'vn lion naiſſant de ſable, armé, & lampaſſé de gueule.

71. *Gabriel Boueri*. Nominatur 1584. in Concilio Tridentino menſe Februario 1561. Obiit Februarij 10. 1572.

72. *Guilelmus Ruzeus*, Theologus, Eleemoſynarius, & Confeſſarius Caroli C 9. Commonitorium Vincẽtij Lirinenſis Gallico ſermone donauit. Obiit 28. Septembris 1587. ſepultus in monumento gentilitio apud S. Paulum Lutetiæ Pariſiorum. Eiuſdem gentis Arnulphus Ruzæus qui de Regalibus ſcripſit.

Ruzé porte de gueule au cheuron ondé d'argent, & d'azur, accompagné de 3. lionceaux, 2. en chef, & 1. en pointe.

73. *Carolus Miron*, Marci Archiatri filius. Laudauit oratione funebri Henricum Magnum, apud Sandionyſium, & interfuit Comitiis Pariſienſibus 1615. ac paulò pòſt abdicauit, poſt 27. annum ſedis. Hoc Præſule Henricus 4. primum lapidem impoſuit fundamentis Capucinorum, & Minimi in vrbe ſtabiliuntur anno 1615. procurante R. P. Ægidio D *Camart*.

Minimi.

74. *Guilelmus Fouquet de la Varenne*, ex Abbate Athenatenſi, & ſancti Nicolai, Conſiliario Parlamenti, libellorumque ſupplicum in Regia Magiſtro ſedere cœpit 21. Octobris 1616. At quis, qualis, quantúſque fuerit, ſequens indicat Epitaphium:

Fouquet porte de gueule à vn leurier paſſant d'argent au collier d'azur ſemé de fleurs de lys d'or.

Quis tumulus? Varani; quæ circum agmina? leges,
Quæ mulier? pietas dilaniata caput.
Qui mores? probitas; mentem occupauere? ſacella,
Quæ tam inimica bonis numina? Parca ſuis;
Heu! leges, pietas, probitas, lugete ſacella,
Varanus veſtro eſt mortuus exitio.

Apamienſes Epiſcopi.

Pamiers, ou Apamiers.

Flor. 1500.

APAMIA ad Aurigeram fluuium, in Comitatu Fuxienſi, gradu longit. 22. 10. latit. 43. 0. vbi dies maxima horarũ 15. 11. 20. altitudo ſolis 47. ratio vmbræ æquinoct. meridianæ 55. 57. ad 60. dexter humerus aurigę ferè verticalis, in Toloſano Parlamento. Hîc verò in æde Fredelacenſi S. Antonini Canonicorũ Regularium 1296. à Bonifacio 8. cõſtituta fuit ſedes Epiſcopalis, diuulſa à Toloſana, ſed ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, vſque ad Ioannem 22. qui eam Toloſanæ ſedi in Archiepiſcopalem erectæ ſubiecit. Quâ in vrbe nonnulli exiſtimant habitum fuiſſe Conciliũ, quod corruptè dicatur Epaunenſe, pro Apamienſe. Quâ de re alibi, & Abrahamus Ortelius Geographorum noſtri ſæculi princeps, in veteris Galliæ Tabulâ collocat Epaunum eodem loco; quo in nouæ Galliæ Tabula *Pamiers*, in cuius diœceſi celebris eſt Abbatia Ordinis Auguſtini. In ipſa vrbe Comitatus primaria, *Foix*, quę Foxium, vel Fuxium, vel Fuxum, & Fluxum dicitur, ſed hoc poſtremùm corruptè, vt etiam Fluſates fruſtrà hi populi appellantur. Huius autem ſedis à nobis obſeruati ſunt Antiſtites.

Flor. 766.

Bernardus Sacheti, aliàs *Faiſſet*, ex Abbate ſuæ Eccleſiæ ſancti Antonini, factus primus Epiſcopus à Bonifacio 8. 1296.

Iacobus de Furno, du Four, cognomento Nouelli, natus Sauerduni Toloſanæ diœceſis, Monachus Ordinis Ciſtercienſis, ex Abbate Frigidi-fontis, deinde ex hac ſede ad Mirapicenſem trãſlatus, creatur Cardinalis, ac tandem fit Papa nomine Benedictus 1334.

Arnaldus, Presbyter Cardinalis S. Sixti 1350.

Amaneus, ex Abbate S. Ruffi 32.

Ioannes, filius Caroli *de Brienne*, & Carlotæ *d'Eſtouteuille*, nominatur 1547. aliàs *de Luxembourg*, Abbas S. Mauri, Yuriaci & Ripatorij, ſcriptor vitæ Annæ Mommorenciaci verſibus Gallicis, vt refert Andreas *du Cheſne*.

Robertus de Pelleué. Nominatur 1560. pius & zelans Religionem patrum.

Petrus, in Concilio Toloſano 1590.

Bertrandus du Peyron. Obiit 18. Iunij 1604. ſepultus *Marcadel*.

Ioſephus Deſparbes Luſſan 1614. in Comitiis Pariſienſibus.

Aptenſes Epiſcopi.

Apts, à vne iournee d'Aix.

Flor. 150.

APTA Iullia Vulgienſium, apud Plinium lib. 3. cap. 4. gradu longitudinis 26. 15. latitudinis 43. 20. vbi dies maxima horarum 15. 18. 40. altitudo ſolis 46. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 15. ſub Archiepiſcopo, & Parlamento Aquenſi. Patronam habet nunc ſanctam Annam, cùm olim B. Virginem agnoſceret tutelarem, medio itinere inter Auenionem, & Reios, ſeu Reijum, vulgò Regium in Itinerario Antonini, & Tabula Peutingeri, diſtans 9. leucis à ſuâ metropoli, in cuius diœceſi eſt Abbatia S. Euſebij O. B.

Flor. 200.

S. Mariæ inter Valles, *Entre-vaux*. *Vaucelle* O. B.

Monaſterium Sanctimonialium O. C. in vrbe ab Vrbano 5. conditum.

Epiſcopi verò hi à nobis reperti.

Auſpicius, ſub Marco Aurelio Imperatore A. C. 162.

Leontius.

Caſtor, de quo, & ſuperiore Gazæus Præfatione ad Caſſianum.

Prætextatus, Concilio Epaunenſi 509. & Aurelianenſi 4. 545. Subſcripſit etiam litteris Fauſti ad Lucidum.

Eradius, Concilio Aurelianenſi 5. 552.

Pappus, Concilio Matiſconenſi 1. 582. & 2. 588. & Valentinenſi 2. 589.

Elfandus, Concilio Toloſano 1056. Baron.

Guilelmus, 1337. Concilio Auenionenſi. Circa cuius tempus 1327. corpus S. Eleazari, vel Elzearij in Eccleſia Aptenſi ſepelitur, cuius vitam poſt plures alios deſcribit Stephanus *Binet* Diuionenſis Societatis Ieſu. Vide Martyrologium Romanum 27. Septembris. Eius verò Elzearij patruus videtur hic Guilelmus Epiſcopus, anteà S. Victoris Maſſilienſis Abbas.

Franciſcus, in Synodo prouinciali Aquenſi 1585.

Pompeius, ex Ordine Franciſcanorum Theologiæ & Medicinæ peritus, Henrico Magno à Confeſſionibus. Huius tempore 1616. 4. Decembris Capucini in vrbe fundantur.

Aquenſes Epiſcopi.

Acqs.

Flor. 500. AQVÆ Auguſtæ ad flumen Atyrum, *l'Adour*, ſeu ciuitas Aquenſis, & Tarbella, gradu longitudinis 19. 25. latitudinis 43. 50. vbi dies maxima horarum 15. 31. altitudo ſolis 46. 10. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 40. Ptolem. lib. 2. cap. 7. à quibus Aquis Tarbellicis Burdegalam numerantur 64. m. p. Toloſam 130. m. p. in Antonini Itinerario. Patronam habet Eccleſia Cathedralis Deiparam Virginem, ſub Archiepiſcopo Auſcenſi in Nouempopulania, ſeu Vaſconia, & in Parlamento Burdegalenſi. Ab his verò Aquis, olim ſaluberrimis, & celeberrimis inditum nouem Aquitaniæ vult Plinius lib. 4. cap 19. Atyri autem fluminis meminit Lucanus l. 1.

Qui tenet, & ripas Atyri, quà littore curuo
Molliter admiſſum claudit Tarbellicus aquo.

Hinc Auſonio Aturrus Tarbellicus. Prætereà Abbatiæ huius diœceſis ſunt:

Flor. 150. Sordienſis O.B. *Sordes*

Flor. 53. S. Mariæ de Canota O.B. *Cagnote.*

Artona O.P.

Villa-Dei O.P. *Dieu-ville.*

At Epiſcopi hi tantùm à nobis inuenti.

S. Vincentius Martyr, quieſcit in Eccleſia ſui nominis. Hunc verò Santonenſem facit Andreas Theuetus lib. 13. Coſmographiæ.

Iulianus, Concilio 5. Aurelianenſi 552.

Fauſtinianus, conſecratus à Bertchramo Burdegalenſi, & Palladio Santonenſi 588. Gregor. Turonenſis lib. 7. c. 30. ſed remotus lib. 8. cap. 20. Nicetius Gregor. Turon. l. 8. c. 20.

Iacobus de Oſſa, poſteà Auenionenſis, ac tandem Papa Ioannes 22. 1316.

Petrus Iterius, Cardinalis 1361.

Petrus Ammalius, Lemouix, Auguſtinianus Eremita, Patriarcha Alexandrinus, ex Senogallienſi Epiſcopo 1366.

Petrus de Boſco, ex Canonico S. Andreæ Burdegalenſis.

Bernardus, in Concilio Baſilienſi. Vnus ex Electoribus Felicis 5. 1439. à quo Felice creatur Cardinalis 1440. Bertrandus de Boyria in coronatione Ioannis, & Catharinæ Regum Nauarræ Pampelonæ 10. Ianuarij, Dominicâ 1194.

Franciſcus de Noüailles 1567. legatus Caroli 9. apud Selinum Turcam. Quâ de re amicus noſter Michaël *Baudier* lib. 14. hiſt. Turcicæ pag. 445. Florimundus *de Remond* c. 34. Antichriſti.

Ioannes Iacobus du Sault, in Comitiis Pariſienſ. 1614.

Philibertus du Sault, nepos. Viuit 1624.

Arauſienſes Epiſcopi.

Orange.

ARAVSIO, vel Arauſiorum ciuitas in Itiner. Ieruſalem, & apud Cauares, Ptol. lib. 2. cap. 10. Plin. lib. 3. c. 4. Strab. l. 4. c. 4. Mela l. 2. cap. 5. Colonia Arauſio, vel inſcript. Arauſionenſis vrbs, Sidonio lib. 6. epiſt. 12. olim in prouincia Viennenſi prima, nunc ſub Arelatenſi Archiepiſcopo, Principatus, & Academiæ titulo illuſtris, cuius Epiſcopus, & Princeps & ciues memorantur c. Ex parte de Clerico ægrotante. Diſtat ab Auenione m. p. 20. in Itinerario Ieruſalem, ad fluuium Argennam, *Argens*, vbi Concilium 1. Arauſicanum 445. & 2. 529. tomo 2. Binij, in gradu longitud. 25. 30. 43. 40. vbi dies maxima horarum 15. 15. 40. altitudo ſolis 46. 20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 31. 30. Præſules autem huius ſedis à nobis tantùm ſequentes obſeruati. Flor. 400.

Conſtantinus, Concilio Aquileienſi 381.

S. Eutropius, 27. Maij in Martyrol. Romano Vſuardi, & apud Suriũ. Ei ſcribit Sidonius l. 6. epiſt. 6. & Hilarius Papa in Tomis Conciliorum, & meminit Sigebertus de Viris illuſtrib. c. 73.

Verus, Scripſit vitam S. Eutropij, vt ait Ferrarius, quod & Baronius notat poſt Sigebertum cap. 73. de Viris illuſtribus.

S. Florentius, vel Florentinus 17. Octobris in Martyrologio.

Vindemialis, Concilio Aurelianenſi 4. 545.

Trapetius, vel Trapidius Conſilio Matiſconenſi 2. 588. & 2. Valentinenſi 589. Germardus in coronatione Regis Boſonis 879.

Guilelmus, in expeditione contra Sarracenos 1096. Baron. cum Barnaldo Comite Auraſicenſi. Fortè idem cum eo cui

cui ſcribit Petrus Venerabilis epiſt. 34. A incipiẽte, Cùm ſapientem, & religioſum vos, & fuiſſe ſciam, & eſſe non diffidam lib. 2.

Bernardus, 1152.

Petrus, Concilio Auenionenſi 1337.

G. . . . 1213.

Ioannes Reuols, nominatur in Statutis Delchmatus circa A.C. 1307.

Ioannes Gobert, dedicat Eccleſiam Carmelitarum Claromontenſium 2. Aprilis 1427. quem malè nonnulli faciunt Anicienſem pro Auraicenſi.

Petrus Quadratus, *Quarré*, vel *Carey* in Necrologio Eccleſiæ Bituricenſis (in B qua habet Anniuerſarium 5. Ianuarij) dicitur Magnificus, & Regius in alma Bituricenſi Vniuerſitate Profeſſor. Viuebat adhuc 1507. iacet apud Prædicatores Bituricenſes, ad cornu Euangelij hoc Epitaphio in pariete:

Petra ſub hac petra Auraicenſis condita Præſul
Cognomen Quadrum cui benè finxit opus.
Quadrata ſolidus ſemper virtute fuiſti,
Conuentus ideò tu Prior huius eras,
Nouit Ioannes qui Dux Borbonius olim
Extabat, quantus Præco ſalutis eras, C
Cui abſtergenda tibi pandebant crimina patri.
O felix tali Dux Benedicte viro!
O quàm Theologo reſonabas dogmate Doctor,
O nitido quantus flabat ab ore lepos!
Theolora te norunt Romana palatia clarum,
Regia cùm Carolo dicta volente dares.
Hîc vbi pro ſummo celebraſti Antiſtite Miſſam
Pro meritis cuius gratia multa fuit.
Proptereà Auraicum meritò diadema tuliſti,
Quamuis maiori dignus honore fores.
Adde quod Alba ſuum te Abbatem Curia fecit, D
Tanta relucebant pectoris acta tui.
Mens fruitur cælis, hic oſſa membra quieſcunt,
Perpetuant nomen, terra, polúſque tuum.
Hîc Prior, Antiſtes, Abbas, Confeſſor, & orans,
O Petre Quadre, ſacrâ Doctor in Arte iaces.

Ioannes de Tullia, de Tulles, Auenionenſis.

Argentoratenſes Epiſcopi.

Strasbourg.

ARGENTORATVM, vel Argentoratus, Ammiano lib. 15. Zoſimo 3. vel Argentina, & Straſburgum Reginoni, & Nitardo, vulgò *Straſbour*, vrbs Imperialis ad Renum, Alſatiæ caput, Tribocorum Tacito de Moribus Germanorum, vel Tribocum Cæſari lib. 1. cap. 12. ciuitas Argentoratenſium in Notitia prouinciarum Galliæ, vnde in C. Thuano additur Stratoburgo, vnde Argentinenſis Comes in Notitia Imperij, ſub metropoli Moguntina, gradu longitud. 29. 30 latitud 48. 25. Ptolom. lib 2. cap. 9. vbi dies maxima horarum 15. 55. altitudo ſolis 41. 35. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 67. 23. circiter, quaſi in medio 7. climatis, cuius Eccleſia Cathedralis B. Mariæ conſecrata turrim habet miri artificij, altam pedes 574. quæ ſcanditur gradibus 63 . Monaſteria virorum 7. fœminarum 11. & alias 11. Abbatias O. B. in diœceſi, & vnam Ordinis Ciſtercienſis, & duas Ordinis Auguſtini, & fœminarum tres. At præter Cathedralem quatuor erant alia Collegia Canonicorum, & quatuor Eccleſiæ parrochiales, vt notat Franciſcus Guilimannus cap. 5. libri quem accuratè ſcripſit de Argentinenſibus Epiſcopis, & poſt eum Miræus c. 11. de Collegiis Canonicorum. Canonicorum autem Collegium primariæ Eccleſiæ, Molshemi reſidet, eiectâ Religione Catholicâ ab hæreticis Luteranis anno 1529. Argentoratus verò Ammiano loco citato, dicitur barbaricis cladibus nota; quo alludit Auſonius in Moſella:

Tom. 1. Ciuitatum, primùm fuit ſub Epiſcopo Metenſi.

Triboci, vel Tribocces.

Æquauit latias vbi quondam Gallia Cannas,

Nam (vt ait Aurelius Victor) Iulianus in campis Argentoratenſibus apud Gallias cum paucis militibus, infinitas hoſtium copias deleuit. Et Gratianus Imp. Alemanorum plus triginta millia apud oppidum Argentarium Galliæ in bello proſtrauit, vt ait Iornandes. At Cannæ ignobilis Appuliæ vicus, ſed magnitudine cladis emerſit, & quadraginta millium cæde parta nobilitas, penè vltimum Imperij vulnus, Florus lib. 2. c. 6. Plin. l. 3. cap. 11. vnde calamitas Cannenſis, Cicero in Bruto, Polyb. lib. 3.

In hac porrò diœceſi olim Abbatiæ fundatæ fuerunt plures vt diximus, inter quas celebriores hæ recenſentur.
Nouillarenſis, vel Nouæ-villæ O.B.
In Svvartzach, ſeu Arnolffaugia O.B.
In Scuthera, ſeu Offonis cella O.B.
Salſenſis, vel Salſentio O.B.
S. Michaëlis Hugonis-curiæ O.B.
Altorfum O.B. additum Congregationi Bursfeldenſi 1607.
Nouientum O.B.
S. Valſpurgis O.B.
Wiſſemburgum O.B.
Gegembach ſuper nouum Caſtrum, O.B.
Marbach O.A.
Trautthenauſa O.A.

Videndus Miræus cap. 44. Chronici Auguſtin. Præterea Præſules huic ſedi ſic præfuerunt, ex Demochare, & Guilimanno.

1. *S. Amandus* Aquitanus, filius Sereni, & Amantiæ 638. euocatus Traiecto à Rege Dagoberto, cuius Sigebertum filium baptizauit circa annum 640. Vion lib. 2 cap 37. & Martyrologium Romanum 15. Nouembris, non is qui interfuit Concilio Colonienſi 349. vt vult Demochares, recenſens illius Concilij Patres. Vide Iodocum Coccium in Dagoberto rediuiuo cap. 14. Aubertum, Miræum in Faſtis Belgic. Febr. 6.

2. *S. Arbogaſtus* Aquitanus. Obiit 658. Vion l. 2. cap. 37. & Martyrolog. 21. Iullii.

3. *S. Florentius*, Vion lib. 2. cap. 37. & Martyrol. 7. Nouembr. Scotus origine. Obiit 676.

4. *Anſoaldus*.

5. *Biolphus*.

6. *Magnus*.

7. *Aldus*.

8. *Garinus*, aliàs Garoynus. Sub eo fundatum Monaſterium Wartzacenſe, ſiue Arnoldi Augia.

9. *Landbertus*.

10. *Rodobaldus*, vel Rathboldus.

11. *Magnobertus*.

12. *Vbelinus*, vel Lablinus.

13. *Gundoaldus*.

14. *Gaudo*, vel Gando, vel Gado.

15. *Wicgernus*, vel Vigerus. Quo tempore fundatum eſt Monaſterium Murbatum, ab Eberardo Alſatiæ Duce.

16. *Vvandelfridus*.

17. *Hildolphus*.

18. *Heddo*, vel Otto, vel Euto, vel Eto, Operti Haſpurgenſis & Comitiſſæ de Borimunda filius, eligitur 734. ex Abbate Augienſi. Obiit 773. ſepultus in Cella Monaſterio quod ab ipſo renouatum, Ethonis cœnobium dicitur.

19. *Remigius*, ſeu Remedius, vel Benignus fundator magnifici cœnobij Eſchoüani, Vion l. 2. cap. 37. Obiit 803. 13. Calendas Aprilis, ſepultus Aſchaugiæ.

20. *Ratto*, vel Recho, Vion l. 2. c. 37.

21. *Vtho*. Nominatur 819.

22. *Herkvardus*, Vrleualdus, & Erlehardus.

23. *Adalochus*, vel Adolocus. Nominatur 830. Circa hæc tempora fundatur Monaſterium Svvartzachium O. B. in honorem ſanctæ Felicitatis ad Mœnum fluuium.

24. *Bernaldus*. Nominatur 831.

25. *Ratholdus*, in Concilio Tullenſi 859.

26. *Grimoldus*, vel Brimoldus, vel Brunoldus.

27. *Regenardus*.

28. *Baldramnus*, vel Baltrannus, vel Baleramus. In Concilio Triburienſi.

29. *Odebertus*, Luitardi Albergenſis filius eligitur 906. trucidatur 913. Continuatori Reginonis.

30. *Godefridus*, præfuit annum 1. Obiit 4. Nouembris 933. quo anno & electus.

31. *Richuvinus*, ex Ducibus Lotharingiæ, ſacrarum Litterarum peritus, virtutibus illuſtris eligitur 913. Collegium S. Thomæ dotauit. Obiit 928. 30. Auguſti.

32. *Rothardus*. Obiit 950.

33. *Vto*, in conſecratione Othonis Magni 962. Obiit 965. Bibliothecæ inſtructor.

34. *Arckamboldus*, conſecrator 17. Præſulum, conſecratus ipſe à Guilelmo Archiepiſcopo Colonienſi. Obiit 5. Idus Octobris.

35. *Baldus*. Obiit 979.

36. *Vvilderolfus*, ſeu Vvilderodus. Obiit 1000. in Italia, apud Hermannum Contractum: memoratur Vilderoldus à S. Odilone in vita S. Adaleïdæ in Biblioth. Cluniac.

37. *Alauvicus*, ſiue Alenoïcus, Vion l. 2. cap 37. ex Abbate Augienſi 26 Obiit 1003. diuinorum & ſæcularium Officiorum ſtudioſiſſimus

38. *Vernarius*, vel Vernerius. Nominatur 1020. & intereſt dedicationi Eccleſiæ Baſilienſis 1019. & dedicauit Eccleſiam cœnobij Murenſis in honorem S. Martini in diœceſi Conſtantienſi 1227. Indict. 10. Conrado Imperatore. Obiit 1028. Conſtantinopoli, ibique ſepultus,

ſepultus, Imperatoris Legatus 28. Octobris. Multis libris Bibliothecam auxit: filius erat Caroli Salmenſis Lotharingiæ Ducis.

39. *Vuilelmus*, Othonis Bauariæ Ducis filius, Othonis Imperatoris 1. pronepos, Gregorij 5. frater. Obiit 1047. 7. Idus Maias.

40. *Hetzelo*, vel Hecſelo. Obiit 1065. 18. Calend. Februarias teſte Lamberto Scafnaburgenſi.

41. *Vuernherius*, vel Guarnerius 2. Erexit Eccleſiam eâ formâ quâ nunc viſitur. Eique ſcribit Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 77. & lib. 7. epiſt. 14. 1074. Obiit 1079. Filius fuit Berzonis Habſpurgenſis, & Altbergenſis Comitis. Meminit Baron. A. C. 1069.

42. *Theobaldus*. Obiit 1084.

43. *Otho*. Obiit anno 1100. reuerſus Ieroſolymis, filius Friderici Baronis Veiblingen Sueui ex Agnete Henrici 4. filia.

44. *Balduinus*, vix duobus menſibus præfuit.

45. *Cuno*. Obiit 1123.

46. *Bruno*, depoſitus 1131. apud Dodechinum.

47. *Eberardus*, viuente Brunone depoſito.

48. *Gebrardus*. Obiit 1141.

49. *Burchardus*. Obiit 1162.

50. *Rudolphus*. Deponitur ab Alexandro 3. 1179. in Concilio Lateranenſi.

51. *Conradus*. Obiit 1180.

52. *Henricus ab Altemberg*. Quo Præſule fundatur cœnobium Trautthenauſium ad pedem montis S. Odilæ. Obiit 1190. die 25. Martij, in quem feſtum Annunciationis, & Reſurrectionis Dominicæ incidebat.

53. *Conradus* 2. ann. 12. Memoratur 1193. obiit 1202.

54. *Henricus* 2. vir bonus, & religioſus, Cleri defenſor. Obiit 1223. 5. Idus Martij, cognomento à Veringen, ſepultus in Sacello S. Andreæ ad cathedralem, in qua ſedit an. 21.

55. *Bertholdus*. Ei ſcribit Gregorius 9. cap. 2. de Conuerſione infidelium, vir prudens, & ſtrenuus Eccleſiæ protector, in quo denique omnes fuêre virtutes, quæ ab optimo Præſule ſperari, & optari poſſunt. Obiit A. C. 1244. quo ſedente Franciſcani in vrbem inducti. Franciſcani Argentinæ. Eodem etiam Præſule edita Decretalis Gregorij 9. in C. Venerabilis 37. de Præbendis, in qua recenſetur nobilitas illuſtris, & ſcientia eminens in Canoni-

A cis Argentinenſibus requiſita, ſed intempeſtiuè eam refert Guilimannus ad Bertholdum 2.

56. *Henricus* 3. Eo Præſule dedicata eſt Eccleſia Dominicanorum Argentinæ. Obiit 1260. Dominicani.

57. *Valtherus*, Gerolzechius ſeu Valdentzlius electus Vigilia Palmarum 1260. Confirmatur à Vernero Archiepiſcopo 1261. Obiit 1263. pridie Idus Februarias.

58. *Henricus* 4. doctorum amator, & fautor. Suſcepit Auguſtinianos in vrbe. Obiit 1273. Auguſtiniani.

B 59. *Conradus* 3. Liechtembergenſis, id eſt Claromontanus. Interfuit Concilio Lugdunenſi 1274. pace bonus, & bello ſtrenuus. Obiit 1299. 24. Iullij, ſepultus in Sacello ſancti Ioannis Baptiſtæ ad maiorem baſilicam Doroldiſheimij.

60. *Fridericus*, conſecratur à Gerlaco Moguntino; bonorum ſocietate, & amicitia tantùm delectatus, oſor concubinariorum præſertim Sacerdotum. Obiit 1306. 20. Decembris, ſepultus prope fratrem Conradum in Sacello S. Ioannis Baptiſtæ. Cuius tempore turris Eccleſiæ inter miracula recenſenda abC ſoluitur.

61. *Ioannes*. Recepit Carmelitas in vrbem. Obiit 1328. ſepultus Molshemi, in Xenodochio, quod fundauerat, nulli ſuperiorum inferior.

62. *Bertholdus* 2. à Buchigk, vel Bucheck, Latinè Boïca, ex Spirenſi 54. Obiit 1353. 25. Decembris die S. Catharinæ ſacra, quâ die natus, & electus. Quo tempore Carthuſiani ad vrbem conducuntur. Carthuſiani Eius geſta ſcripſit Albertus Argentinenſis.

63. *Ioannes* 2. *Liechtemberg*, diuinorum curator, & oſor pompæ, ex Can-D cellario Caroli 4. Imperatoris, 1352. cuius vitæ vt ſocia virtus, ſic mortis comes gloria 1363. 14. Septembris. Iacet in Cathedrali. Sacra non Suffraganeis commiſit, ſed ipſe perfecit ſummo ſtudio, & gaudio. Landgrauiatum Alſatiæ emit, & Eccleſiæ dedit, 1351. Dachenſtenium cœnobium O. A. fundauit.

64. *Ioannes* 3. Lutzemburgius, Caroli 4. nepos, Comes ſancti Pauli, inde 1371. factus Archiepiſcopus Moguntinus, cultu, & apparatu mollior, & effeminatior. Obiit 1373. pridie Nonas Aprilis, ſepultus Erbalchij, quod eſt nobile Monaſterium Rhingrauiæ.

65. *Lambertus*, ex Abbate Gembacenſi fit Brixienſis, inde Spirenſis Epi-

ſcopus 58. vnde ad hanc ſedem tralatus, ac poſteà ad Bambergenſem, Vion lib. 2. cap. 37. Quo Præſule moritur in hac vrbe 1379. Ioannes Taulerus Colonienſis, Miræus Chron. Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

66. *Fridericus*, poſteà 52. Vltraiectinus 1393. dirus in Clerum, & plebem exactor, ac pulmonius, Cognomen inde referens, quòd nouo, peruerſo, & impio more, per Dei pulmonem iuraret.

67. *Burchardus*, Lutzelſteinus ex Præpoſito electus 1394. ſed cedens Guilelmo ſequenti, Pontifice diſpenſante vxorem duxit, ac tandem exul mortuus vltimus ſuæ familiæ.

68. *Guilelmus*, Comes Dieſtenſis. Obiit 6. Octobris 1439. ſepultus Molſhemi, poſt 44. annorum ſedem, quod ante ipſum nemo alius, ſed inquietè, & miſerè, iniurias ſacerdotibus, & pauperibus illatas negligendo.

69. *Conradus* 4. Obiit 1471. 12. Martij.

70. *Robertus*, vel Rupertus, Comes Palatinus, Reni, & Bauariæ Dux. Obiit 1478. Octobris 17. Epiſcopatus anno 30. filius Stephani Bipontini, & Annæ Veldenſis, frater Ioannis Archiepiſcopi Magdeburgenſis.

71. *Albertus*, Othonis Bauariæ Ducis filius, electus 1478. Obiit 1506. 26. Auguſti, ſepultus Tabernis. Fratrem habuit Ioannem huius Eccleſiæ Præpoſitum.

72. *Guilelmus*, electus 9. Octob. 1506. conſecratur ab Erneſto Archiepiſcopo Magdeburgenſi, Germaniæ Primate. Solebat dicere ſe malle vno ſeruo contentum eſſe, quàm propter collectas concubinatum Cleri diſſimulare, vel tolerare. Hoc verò Præſule Argentinenſes veram, & veterem Religionem Catholicam, & Romanam impiè deſeruerunt 1529. 10. Calend. Martij. Obiit autem Guilelmus, Tabernis 1541. 3. Calend. Iullij feria 4. vbi & ſepultus Vir prudens, grauis, doctus, beneficus in pauperes, filius Erneſti Comitis Honſteinij & Margaritæ de Gerà.

73. *Eraſmus*, ex illuſtri Pincernarum *de Lymbourg* familia electus 1541. Concilio Tridentino interfuit. Malebat ſubditos, quàm ſeipſum, eſſe opulentos. Obiit 1568. 5. Calend. Decembris feriâ 2. poſt Deiparæ præſentationem.

74. *Ioannes*, Comes à Manderſcheird, ex Colonienſi, & Argentinenſi Canonico electus 1569. Collegium Patribus S.I. Molshemi poſuit. Obiit Tabernis 6. Nonas Maij 1592. — Collegium Patrũ S. I. Molshemi.

75. *Carolus*, Cardinalis à Lotharingia electus 1592. & Metenſis, conſeruati Epiſcopatus titulo inſignis. Obiit Nanceij 1607. 24. Nouembris horâ 6. matutinâ.

76. *Leopoldus*, Archidux Auſtriæ, ex Paſſauienſi 1607. frater Caroli Vratiſlauienſis, & Brixienſis Epiſcopi. Ei dicat ſuam Veſuntionem Iacobus Chiffletius 1608.

Hoc autem Præſule Decanum agit Hermannus Adolfus cui Dagobertum Rediuiuum obtulit Iodocus Coccius S.I. 1623. quo in libro multa habentur huc ſpectantia, præſertim de fundatione Eccleſiæ Argentinenſis per Dagobertum.

Aruernenſes. Vide infrà Claromontani.

Attrebatenſes Epiſcopi. — Arras.

ATTREBATVM, ſeu Origiacum, vel Rigiacum & Nemetacum, vulgo, *Arras*, vrbs munitiſſima ad Scalpam fluuium, gradu longitudinis 24. 0. latitudinis 50. 10. vbi dies maxima horarum 16. 10. altitudo ſolis 39. 50. vmbra æquinoctialis meridiana 72. ad 60. Ptolomæo l. 2. cap. 9. & Tabula Europæ 3. olim ſub metropoli Remenſi, nunc Cameracenſi, cuius Icon, ſeu ortographia tomo 1. Vrbium fol. 13. & tom. 2. fol. 22. apud Georgium Brunum. Eccleſiæ primariæ patrona eſt Deipara, in qua Canonici 40. & Capellani 52. & per diœceſim Decani rurales 12. quam vrbem antiquiſſimam, potentiſſimam, plenamque diuitiis vocat Guilelmus Britto Philippidos 2. eaque diſtat à S. Audomaro leucis, ſeu horis itineris 14. Cameraco 8. Pariſiis 42. Quod tamen poſtremum iter vnâ die confecit Ioannes Burgundiæ Dux poſt necem Ducis Aureliarum equo non mutato. Comitatus autem Attrebatenſis, *d'Artois*, inſtitutus fuit à ſancto Ludouico 1238. cuius Comitatus numerantur vrbes, & vici 850. Abbatiæ verò in hac diœceſi reperiuntur. — Flor. 4000.

S. Vedaſti O. B. *S. Vaſt.*

Montis-ſancti Eligij O. B. *Mont-ſainct Eloy.*

S. Nicolai

Flor. 500. S. Nicolai in Aroaſia O.A. *Aroüaiſe.*
Flor. 4000. Aquicinctenſis O. B. *Anchin.*
Flor. 50. Aquæcurtenſis O. B. *Eau-court.*
Viuarium, *Viuier* O.C. fœminarum.
Flor. 500. Viconienſis, *Vicoin, ou Vicogne* O.P.
Flor. 1000. S. Petri Haſnonenſis O.B., *Haſnon.*
Flor. 500. S. Rictrudis de Marcennis O.B. *de Marcennes.*
Denanium *Denain*, Monialium O.B. fœminarum.
Strumenſis, *D'Eſtren*, Monialium O.B.
Avennenſis, *D'Avenes*, Monialium O.B.
De Pratis fœminarum, *des Prez.*
Belli-loci Monialium. *Beau-lieu, ou de Sin.*
Flinarum Monialium O.C.
Mareolenſe O.A. *Mareuil.*
Albiniacum O.A. Sed nunc tantùm Prioratus.

Porrò de gentis, vrbiſque Attrebatum laudibus ſcripſit Andreas Otus Duaci 1592. Videndus Pontus Heuterus c.14. Belgij, & Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica. Quomodo autem Attrebatenſis, & Cameracenſis Eccleſiæ vnum, eumdémque Paſtorem diutiùs habuerint, & quando ſeparatæ fuerint ſuprà in Cameracenſibus dictum eſt: hîc itaque proprij tantùm Attrebati Præſules à nobis exhibentur; ex Gazæo, Locrio, Buzelino, & aliis.

34. *Lambertus* 1094. Obiit 1115. Locrius, Meyerus, Supplementum Roberti ad Sigebertum, Buzelinus, Miræus in Annalibus & Faſtis Belgicis 28. Iunij, & in Codice Donationum piarum cap. 72. vbi Lambertus confirmat iura Lenſienſium Canonicorum anno Dei Chriſti 1106. ind. 4. Pontificatus 12. Philippo in Francia Rege, Roberto iuniore Comite in Flandria, Euſtathio Comite Bononienſium & Lenſenſium.

35. *Robertus* 1115. Supplementum Sigeberti. Primus Horas Canonicas Dei Genitricis in Conuentu Canonicorum cantari curauit, C. Thuan.

36. *Aluiſius*, ex Abbate Montis ſancti Martini ad fontem Scaldis Ordinis Præmonſtratenſis. Intereſt dedicationi Teroanenſis Eccleſiæ 1133. Obiit 1148. apud Philipopolim contra Turcas, Supplementum Sigeberti, & Ludouicus 7. epiſt. 22. apud Sugerium, vbi felici conſummatione migraſſe dicitur ad Dominum. Fuit etiam Aquicinctenſis Abbas 6. apud Anſelmum Gemblacenſem.

37. *Godeſcalcus.* Intereſt Concilio Remenſi 1148. Obiit 1170. in monte ſancti Martini vbi profeſſus fuerat Monachum; apud Miræum, & in Auctario Aquicinctenſi, & in Gallo-Flandriæ Annalium l.5.

38. *Andreas*, Pariſienſis, Monachus Ciſtercienſis. Obiit 1171. in Auctario Aquicinctenſi.

39. *Robertus 2.* Arienſis Præpoſitus miſerabiliter occiditur, C. Th. & Auctarium Aquicinctum.

40. *Frumaldus* in C. Th. qui hîc finit, aliàs Fuminaldus 1174. in Auctario Aquicinctenſi. Ad eum ſcribit Alexander 3. c. Cùm dilecti, de Emptione.

41. *Petrus*, conſecratus à ſuo metropolite Guilelmo circa 1184. Nominatur in Charta S. Martini Pariſienſis 1191. 6. Idus Martias. Intereſt nuptiis Ingelbergæ à Philippo Auguſto ductæ Ambiani 1193. Et inſcribit Petrus Bleſenſis tractatum de Transfiguratione Domini. Obiit 1203.

42. *Rodulphus* Cardinalis, ex Archidiacono 1203. Obiit 1220. ſepultus in Eccleſia B. Mariæ, vbi in tumulo æneo hi verſus leguntur:

Quem ſculptura premit, Præſul Regale redemit, (Regale, id eſt ius regaliæ.)
Non facit Antiſtes diſcretos mors tua triſtes;
Nam Cæli ciuis meritorum pondere viuis.

43. *Pontius*, ex Archidiacono 1220. intereſt exequiis Philippi Auguſti 1223. Obiit 1231. in cuius ſepulchro lamina ærea tecto hoc habetur Epitaphium:

Quem modò mors neſcit, hîc Pontius ille quieſcit,
Qui minimè parcens, arcendos fortiter arcens,
Attrebatum rexit, hunc nulla potentia flexit,
Mens pia, munda caro, quòd habent nunc ſecula rarò,
Iugis ei munus det vita trinus & vnus.

Eius meminit Buzelinus lib. 6. Annal. Gallo-Flandr.

44. *Azo.* Obiit 1245.

45. *Furſeus.* Obiit 1247. Calendis Aprilis.

46. *Iacobus Durantius*, vel Dinantius 1247. Obiit 1260.

47. *Petrus*, in dedicatione Eccleſiæ Morinenſis 1262. ceſſit 1280.

48. *Guilelmus de Yſiaco*, ex Decano Aurelianenſi. Obiit 1293.

49. *Gerardus*, Italus 1293. Obiit 1304.

50. *Bernardus* 1318.

51. *Petrus* de Campis, vel Campenſis Cardinalis 1318,

52. *Ioannes*, inde Carnotenſis 80. cognomento *Paſté*, vel *Mandeuille*.

Thery de Heriſſon.

53. *Theodorus*, vel Theodericus Heriſſonus, Borbonius, diœceſis Bituricenſis, ex Præpoſito Arienſi. Obiit 1328. menſe Nouembri, ſepultus apud Carthuſianos, quos fundauit iuxta Bethunam in valle Spiritus ſancti.

54. *Petrus* Rogerius, ex Fiſcanenſi Abbate, poſteà Remenſis Archiepiſcopus, ac tandem Pontifex maximus Clementis 6. nomine, Locrius, Valſinghan, Vion l.2.c.1.&c.

55. *Andreas* Ghini fundator Collegij Longobardorum Pariſijs 1331. apud Iacobum Brullium fol. 685. cui Cardinali dicauit Regimen ſanitatis Magninus Medicus Mediolanenſis. Fuit etiam Tornacenſis 59.

56. *Ioannes* Galuanus (poſteà Cardinalis) 1333. cuius tempore 1335. in hac vrbe celeberrimo Conuentu habito fit pax, quæ Attrebatenſis Tractatus vulgò appellatur inter Francum, Anglum, & Burgundum. Qua de re Miræus, & alij.

57. *Petrus* Bertrandi 1341. ex Niuernenſi 79. poſteà Cardinalis 1352. Vide Epiſcopos Æduenſes n. 64. dicitur Allobroy Buzelino.

58. *Aymerius* 1352.

59. *Gerardus de Dainuille* 1361. cum Michaële nepote Archidiacono, Collegij Dainuilli fundator Pariſiis 1380. poſteà Morinenſis, & Cameracenſis Epiſcopus. Eſt autem Dainuilla pagus vno milliari ab Attrebato diſiunctus, Locrius, & Brulius in Antiquitatibus Pariſinis.

60. *Petrus* Maſoërius. Obiit 1391. ſepultus in Odeo ſui templi. Fuit præceptor Gregorij 11. & Archidiaconus Cameracenſis.

61. *Ioannes Canardi*, Philippi Burgundiæ Ducis, & Arteſiæ Comitis Cancellarius, ex Religioſo ſancti Dionyſij in Francia. Obiit 7. Octobris 1407. fuerat in Conſilio Caroli 6. Regis pro acceptatione Reipublicæ Genuenſis in Dominium Franciæ 1395. apud Nicolaum Camuzatum. Iacet ante maius altare ſui templi, tumulo æneo.

Ses armoiries ſont vn arbre auec 2. teſtes de Maures.

62. *Martinus* Porræus, Dominicanus ex Conuentu Senonenſi, Ioannis Principis Confeſſarius 1408. Adſtitit Concilio Conſtantienſi ſeſſione 2. 11. & 30. Obiit 6. Septembris 1426. ſepultus in ſua Eccleſia tumulo cupreo, vbi ſpectantur eius inſignia, tres roſæ aureæ in campo cæruleo.

63. *Hugo* Cayetanus, *de Cayeu*, ex Audomarenſi Præpoſito 1426. Obiit 1439. 13. Ianuarij: iacet in Templo maiore. Huius tempore celebris pax inita fuit inter Regem Carolum 8. & Philippum Ducem Burgundiæ, in æde ſancti Vedaſti Attrebatenſis, Abbate Ioanne Clerico.

Portoit d'azur au cheuron d'or chargé d'une petite croix potencée, & 3. roſes d'argent percées de gueules, 2. en chef, & vne en pointe.

64. *Fortigarius de Placentia* Brugis in Flandria oriundus eligitur via Spiritus ſancti 26. Ianuarii 1439. ex Archidiacono & Præpoſito Inſulæ, vt eſt apud Buzelinum lib. 1. cap. 16. Galloflandriæ. Conſecrauit Dauidem Tornacenſem Epiſcopum 1451. obiit 1452. 9. Calend. Martias. Fuit etiam (vt habet eius Epitaphium in Cathedrali) Furnenſis & Vltrajectinus Præpoſitus, Confeſſarius, Protocapellanus, Eleëmoſynarius, & Conſiliarius Philippi Burgundiæ & Brabantiæ Ducis, & Attrebatum Comitis, qui Princeps ipſi Epiſcopo vrbem ingredienti obuiam progreſſus fuerat vſque ad portam ſancti Michaëlis, caro in Principibus fauoris, in virtutem exemplo.

65. *Iacobus* à Colibria Cardinalis, ſedit tantùm 4. menſes.

66. *Ioannes* Iofridius *Ieffridi*, malè nonnullis *Loffredi*, ex Abbate Luxouienſi, poſteà Cardinalis. Onuphrius & Ciaconus in Pio 2. 1461. 15. Calend. Ianuar. Trithem. lib. 4. cap. 36. de Viris illuſt. Ordinis ſancti Benedict. Vion, Iacobus Cardinalis Papienſis epiſt. 17. & 394. Æneas Siluius epiſt. 401. & 407. Philelphus lib. 18. epiſt. 9. A. C. 1462. Ei competitor fuerat Dionyſius *de Montmorency* Decanus Tornacenſis.

67. *Petrus* Ranchicurtius 1462. conſecrauit Eccleſiam *de Ranchicourt*, opus ſuum 1473. Obiit 1499. 24. Auguſti.

68. *Nicolaus*, electus 1499. iacet in æde S. Petri Louanienſis in qua fuerat Præpoſitus, hoc Epitaphio:

Hoc ſaxo tegitur pientiſſimus Pater Nicolaus Ruiſtie de Luxemburgo, Epiſcopus Attrebatenſis, domus Burgundiæ Conſiliarius, & ſeruitor fideliſſimus, inſignis huius Eccleſiæ Præpoſitus, & Vniuerſitatis Cancellarius Collegij Attrebatenſis in hoc oppido fundator magnificus, qui obijt Mechliniæ A. D. 1509. menſis Nouembris, die 5. Requieſcat in pace. Inter diſcordes vnio pacis erat. Fuit etiam Canonicus Teneræ-mundæ.

69. *Franciſcus* Melodunæus, vel de Meloduno *Melun*, 1510. poſteà Morinenſis Epiſcopus 56. Fuerat primùm Inſulæ Præpoſitus.

70. *Philippus* Luxemburgicus 1512. poſteà Morinenſis 55. & Cœnomanenſis 61.

ſis 61. ac Cardinalis, filius Theobaldi domini *de Fiennes*, & Philippæ Meloduneæ A *de Melun*. Qui Theobaldus poſteà vxore demortua fuit Epiſcopus 59. Cenomanenſis. Eſt verò Luxemburgus munitiſſima vrbs diœceſis Treuirenſis.

71. *Petrus* Aconitanus Cardinalis 1515.

72. *Euſtatius* Croyus. Obiit 1538. 5. Nonas Octobris. Filius Friderici Reulſij domini, & Lambertæ Brimeuſiæ.

73. *Antonius* Perrenotus 1538. Ad eum ſcribit Iac. Sadolet. 1545. poſteà Archiepiſcopus Machlinienſis, & Veſuntinus, ac Cardinalis Granuellanus, ei chariſſimus Pet. Nannius Canonicus obiit 1557. B ſepultus Louanij, vbi profeſſus fuerat diſciplinas humaniores ann. 13. Erigitur Academia Duaci ad Scarpam 1562. & in ea Collegium S. I. At de Perrenoto plura Ioan. Buzelinus in Annalibus Galloflandriæ pag. 504. & 509.

Academia Duacenſis.

74. *Franciſcus* Richardotus. Interfuit Concil. Trident. 1569. ex Epiſcopo Nicopolitano, Archiepiſcopi Veſuntini Suffraganeo, qui etiã Epiſcopus in Academia Duacena ſuæ diœceſis Theologiam docuit, & Sermones edidit, apud Thom. Gratianum in Anaſtaſi, Antonium Verderium in Bibliotheca, Opmerum in Chronolog. & Locrium, Valerium Andream in Biblioth. Belgic. Buzelinum l. 1. Galloflandriæ c. 38. Obiit 7. Cal. Octobris 1574. Ei ſcribit Manutius l. 6 epiſt. 1.

Porte d'azur à 2. palmes d'or en ſautoir accompagnées de 4 eſtoilles de meſme.

75. *Mathæus Moulart*. Conſecrat Eccleſiam Capucinorum 1595. conſtructam impenſis Franciſci Sarraceni Abbatis Vedaſtini, quos Patres Religioſos, primus in Belgium induxit Alexander Farneſius Princeps Parmenſis. Legendus Opmerus, Miræus, Locrius, Gazæus. Obiit 2. Iullij 1600. Quo Preſule Collegium S. I. ſtabilitur in vrbe 1599. à Ioãne *Lentallier* Abbate Aquicinctenſi, cuius Collegij Rhetoribus ſcribens Lipſius epiſt. 50. Cent. 1. Ad Belgas, habetis, ait, doctores fato natos, fas ita loqui, ad optimas artes, & cum eis pietatem excolendam, audite, ſequimini, & militate ſub felici illo ſigno.

Collegium S. I.

76. *Ioannes du Ploich*. Obiit 1602. Cal. Iulliis. Quo anno fundatur Academia Duaci ad Scarpam fluuium.

77. *Ioannes* Richardotus, poſteà Archiepiſcopus Cameracenſis 77.

78. *Hermannus* Ottemburgius, electus 1611. Intereſt exequiis Alberti Archiducis 1621.

Audomaropolitani, ſeu Audomarenſes Epiſcopi.

S. Omer.

AVDOMAROPOLIS, ſeu S. Audomari vrbs, vulgò *S. Omer*, *ou Omar*, nomen ſortita eſt à ſancto Audomaro Epiſcopo Teroüanæ Morinorum, de quo infrà in Bononienſibus, ex cuius Teroüanæ ſæculo ſuperiore deletæ, tres diœceſes nouæ exortæ, Bononienſis in Franciæ Regno, Iprenſis, in Flandria, & hæc Audomaropolitana in Arteſia extra Regnum Franciæ. Eſt verò Audomaropolis ad fluuium Aa, vel Ha, ſita gradu longit. 23. 30. latitud. 50. 50. vbi dies maxima horarum 16. 15. Altitudo ſolis 39. 10. Ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 73. 42. 30. ad gnomonem 60. diſtans 10. leucis à Teroana, atque in eius diœceſi ſpatio longitudinis 42, latitudinis 39. m. p. Italicorum oppida 10. continentur, & hæ reperiuntur Abbatiæ.

S. Bertini in vrbe O. B. *S. Bertin.*

S. Saluatoris Hannenſis, *de Han* O. B.

C Clarimariſci, *Clair-mares* O. C.

S. Auguſtini prope Teroanam O. P.

Burburgi, *Bourbourg* fœminarum O. B.

S. Columbæ fœminarum O. C. *S. Colombe.*

Choquenſis, *Choques* O. A.

L'Oſt.ne O. C.

Prætereà S. Audomari Eccleſia ante dignitatis Cathedralis adeptionem habuit Præfectos, qui hac ſerie referuntur, ex Locrio.

Præfecti Audomarenſes.

Arnulphus, mortuus 1083.

Gerardus 1084.

Orgerus 1123.

D *Gerardus*, frater Balduini Morinenſis, & Petri Cameracenſis Antiſtitum.

Robertus 1170. inde ad Cameracenſem ſedem euocatus 1218.

Petrus de Colle-medio 1230. de quo aliàs. Sic Iacobus de Colle-medio memoratur in Clementis 4. epiſt. 287.

Petrus Cardinalis S. Suzannæ. Obiit 1256. iacet in clauſtro Audomarenſis Eccleſiæ.

Ioannes de Bleſis 1258.

Arnulphus 1269.

Mathæus de Columna 1290.

Nicolaus Capadox. Obiit 1350.

Stephanus de Columna. Obiit 1373.

N. . . . à Sancto Euſtachio Cardinalis.

Carolus Pictauienſis, inde 80. Epiſcopus Cathalaunenſis 1387.

Ioannes Pictauienſis, Caroli frater, Valentiæ Epiſcopus.

Petrus de Matreloy Aruernenſis, & Pictauienſis Antiſtes, Franciæ Cancellarius. Obiit 1403.

Petrus Trouſſellus 1406. poſteà Pictauienſis Epiſcopus.

Hugo Caietanus, inde Attrebatenſis Epiſcopus 63.

Quintinus Menart, inde Veſuntinenſis Archiepiſcopus. Obiit 1436.

Simon Lutzemburgius 1439.

Ioannes de Burgundia 1480.

Franciſcus Melodunæus, *de Melun*, poſteà Epiſcopus Attrebatenſis.

Euſtatius de Croy, etiam Epiſcopus Attrebatenſis.

Robertus de Croy 1538.

Odardus Beſacius. At hos Præpoſitos, à Philippo Locrio recenſitos in Chronico Belgico pag. 210. ſecuti ſunt Epiſcopi apud Gazæum in hiſtoria Belgica Eccleſiaſtica.

1. *Girardus de Americour*, Vion lib. 2. cap.37. Abbas etiam S. Martini 69. apud Locrium, conſecratus 1563. Inſtituit Collegium S. I. vbi iacet 1577.

Epiſcopi. 2. *Ioannes Six*, Inſulenſis 1581. Obiit 1586. 5. Idus Octobris, ætatis 63. ex Archidiacono, quem in funere laudauit Franciſcus Lucas Decanus, vir clariſſimus, de quo infrà. Videndus Ioannes Buzelinus l.1.c.7. Galloflandriæ. (Collegium Patrũ S. I.)

3. *Ioannes du Vernoys*, natus Poliniaci in Comitatu Burgundiæ. Obiit 1599. Dominicanus 7. Ianuarij ætatis 60. Eccleſiaſtes aulicus.

Poligny. 4. *Iacobus* Blazæus Franciſcanus, ex Namurcenſi Epiſcopo. Eo ſedente obiit Audomaropoli 1613. Franciſcus Lucas Decanus, Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica.

5. *Paulus Baudot*, in funere Alberti Archiducis 1621.

Auguſtodunenſes Epiſcopi. Vide ſuprà Æduenſes.

Auicienſes, infrà Podienſes.

Aurelianenſes Epiſcopi. Orleans.

AVRELIA, vel Aureliæ, & ciuitas Aurelianorum, & Genabum Cæſari, & Aymoino l.1.c.5. Glabro l.2. c.5. Sauaroni in Sidonium l. 8. epiſt. 1. Chronico Autiſſiodorenſi, Radulpho Boterio in ſua Aurelia, & Flor.1060.

Aureliana ferax præbent, cui rura lyæum.

Ad Ligerim gradu longitud. 23. 0. latit. 47.50. ſub Senonenſi Archiepiſcopo, huc vſque, at nunc ſub metropoli, & Parlamento Pariſienſi, vbi dies maxima horarum 15.47.44. altitudo ſolis 42.10. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 65.19. ad 60. olim caput Regni Burgundiæ, Aymoinus l. 4. c. 39. Vnde Epiſcopus Genabenſis in vita S. Liphardi, & Ducatus titulo ſæpè inſignita, cuius iam inter ciuitates tomo 2. Georgij Bruni extat, cuiuſque deſcriptionem, & Epiſcoporum Annales Carolus Sauſſeyus Theologus Pariſienſis, & tunc Decanus ipſius Eccleſiæ Aurelianenſis exarauit, cuius labori, & induſtriæ aliquid velle addere, eſſet facem ſoli accendere, aut ferre ligna in lucum. Inferemus tamen amicitiæ ergô in talem, ac tantum theſaurum, aliquot noſtrâ numiſmata minuta in honorem ſanctæ Crucis, cui primarium, & illuſtre huius vrbis Templum dicatur, in qua 57. Præbendæ, quarum collator Epiſcopus. Habet quoque hæc ciuitas Academiam, de qua Iacobus Midendorpius l. 6. & generalitatem Financiarum. In diœceſi autem hæ reperiuntur Abbatiæ.

S. Benedicti Floriacenſis ad Ligerim O. B. *S. Benoiſt le Fleury.* Flor.1000.

Belgentiaci O. A. *Baugency.* Flor 85.

S. Maximini Miciacenſis O. B. *S. Memin de Micy.* Flor.100.

Curia-Dei O. C. *La Cour-Dieu.*

S. Euurtij in vrbe O. A. *S. Euverte.* Flor. 500.

De Vicinis, ſeu Verſinis fœminarum O. C. *De Voiſin.*

De Loco-Dei prope Romorantium fœminarum O. C. *Du Lieu-Dieu.*

S. Lupi, fœminarum, extra muros Aureliæ O. C. *S. Loup.*

Iam verò Epiſcopi ſuo ordine ſequentur, vbi notatum fuerit, quod ait Stephanus Tornacenſis Epiſcopus, & Abbas quondam S. Euurtii Aureliæ, *Solere pleroſque Aurelianenſes aureos eſſe inter alienos,*

nos, qui nec argentei fuerunt inter ſuos: Et Aureliam dici Franciæ decus, & coronam vrbium, à Theoderico ſancti Trudonis Abbate, apud Surium 23. Nouembris.

1. *S.Altinus*, vnus ex 72. Diſcipulis domini, SS.Sauiniani, & Potentiani Archiepiſcoporum Senonenſium Collega, à B Petro cum eis miſſus, Neronis crudeliſſimi tempore, Breuiarium Biſuntinum 19. Octob. Roillardus in Parthenia.

2. *Alixtus*, ſeu Alitus.

3. *Auſpicius*.

4. *Diopetus*. In Concilio Sardicenſi 347. & Agripinenſi 349.

5. *Deſinianus*, circa annum 350. in vita S. Aniani in Breuiario Lingonenſi 17. Nouembris Deſinianus dicitur quartus Pontifex Aurelianenſis, omiſſo fortè S. Altino, poſt cuius mortem exiſtimo fuiſſe interpontificium, vt in aliis pleriſque ſedibus obſeruatum eſt.

6. *S.Euurtius*, *S. Euuerte* habet Eccleſiam Abbatialem in vrbe in agro-Tetradii, viri Præfectorii. Tranſiit 7. Idus Decembris, Dominica A.C. 385. littera Dominicali E. Huius tempore condita eſt Baſilica S.Crucis, apud Helgaudum in vita Roberti Regis.

7. *S.Anianus*, habet Eccleſiam Collegialem in vrbe. Huius verò Epiſcopi precibus Robertum Franciæ Regem plures obtinuiſſe victorias, ſed maximè Belnæ notat Sauſſeyus, malè tamen Belnam in Lingonenſibus reponens, cùm ſit in Æduis. Obiit 453. ætatis 95. biennio poſt Atilam in campis Catalaunicis profligatum, ſedis 65.

8. *S.Proſper* 453.

9. *Magnus*.

10. *Febatus*.

11. *Gratianus*.

12 *S.Monitor*, 10. Nouemb. In Martyr.

13. *S.Floſculus*, 3. Nonas Feb. Martyrol.

14. *Dago*.

15. *Euſebius*. In Concilio 1. habito in hac vrbe 507.

16. *Leontius*. In Concil. Aurelian. 2. 536.

17. *Antoninus*. In Concil. 3. Aurel. 540.

18. *Marcus* 552. Gregor. Turon. in vita Patrum c.3.

19. *Felix*. Memoratur in vita S. Germani Pariſienſis, cuius diplomati pro immunitate monaſterij ſancti Vincentij ſubſcribit circa 566.

20 *Treclatus*.

21. *Baudatus*.

22. *Rigomarus* 572.

23. *Namantius* in 1. & 2. Concilio Matiſconenſi A.C. 582. & 588.

24. *Auſtrenus* 590. in vita S.Siagrij 27. Aug. In Breu. Æduenſi mira ſanctitate inter alios claruiſſe dicitur. Videndus Aymoinus l. 4. c. 1. extremo.

25. *Leodegiſillus* tempore Gregorij Magni, & Theoderici Regis Aurelianenſis.

26. *Leodegarius*, 647. Huius tempore conditur Floriacum, de quo infrà in monaſteriorum Abbatialium deſcriptione; & hic Sauſſeyus copioſè.

27. *Audo*, vel Ando 658.

28. *Gaudo*.

29. *Sigobertus*.

30. *Seuericus*.

31. *Baldacus*.

32. *Andamarius*, vel Audemarus.

33. *Leodegarius* 2.

34. *Leodebertus*.

35. *Suauaricus*, 716. Eucherij ſequentis patruus.

36. *S. Eucherius* baptizatus, & confirmatus ab Auberto 31. Epiſcopo Æduenſi. Obiit 727. Vion l. 2. c. 37. & in Martyrol. Monaſtico 20 Febr. & Molanus Natal. Belgic. eodem die. Vide Scholia in Can. 59. Quia iuxta 16. qu. 1. in editione Gregoriana. Baron. 858.

37. *Bertinus*.

38. *Adalinus*.

39. *Nadatinus*.

40. *Deothimus*, ex Abbate Floriacenſi 792.

41. *Guibertus* 804.

42. *Theodulphus*. De eo Sigebertus in Chron. 843. Crātzius Saxoniæ l. 1. c. 27. Trithem. l. 4. c. 197. de Viris illuſtr. Ordinis Benedictini, & de Scriptorib. Eccleſiaſticis, Vion lib. 2. c. 37. & l. 5. c. 66. Baron. A.C. 835. & auctor vitę Ludouici Pij apud Pithœum, vbi dicitur vir vndequaque doctiſſimus, Eiſingrenius Sanctum appellat, Poſſeuinus ſanctitate, & miraculis clarum. Verùm id non ſatis adhuc exploratum Romanæ Eccleſiæ videtur, quæ eum Martyrologio nondum inſcripſit, vt notat Magiſter Sacri Palatij in indice librorum expurgandorum ad tom. 1. Bibliothecę Patrū, in quo Theodulphi opuſcula habentur. Vide & Reuerend. Patrem Odonem in hiſt. Podienſi l. 2. c. 10. Durand. l. 6. Rationalis c. 47. Clictouæū in Elucidario Hymnorum Eccleſiaſticorum, Philippū Bergomenſ. in Supplem. Chronic. Henricum Caniſiū tom. 6. Antiquæ lectionis, vbi Theodulphi, & Ionæ quædam habentur carmina. Eum quoque puto qui ſubſcripſit teſtamento Caroli Mag. 811.

43. *Ionas* 841. Poſſeuinus in Apparatu Sacro, Ioannes Robertus in hiſtoria ſancti Huberti pag. 154. Baronius 825. num. 48. & 57. Magiſter ſacri Palatij in Indice librorum expurgandorum pag. 154. vbi inter cætera, non te lateat candide lector, inquit, Ionam hunc, magni nominis ſcriptorem, vnum fuiſſe de Theologis illis, ſeu Epiſcopis Gallorum, qui etſi contra Iconoclaſtas, valdè propugnarent ſacras imagines non eſſe frangendas, vel exurendas, aut quoquo modo delendas, ſed ſeruandas in Templis, & locis ſacris ad ornatum, & hiſtoricam inſtructionem fidelium: attamen errore præpoſtero exiſtimabant nullum eis Religioſum honorem, aut venerationem, nedum cultum latriæ vni Trinitati debitum, ſed nec vllam adorationem tribuendam. Ob id ſcripta Ionæ magno cum iudicio, & cautè legenda, &c. Præterea Ionam affirmare multos Sacerdotes carere dignitate, & poteſtate ſanctis Prælatis attributâ, & Prælatos iuſtos eâdem poteſtatem iuriſdictionis, quam viui habuerant, retinere quoque poſt mortem, quorum primùm eſſe hæreſim Huſſitarum, alterum pugnare cum placitis Theologorum, qui docent poteſtatem Ordinis, id eſt, characterem manere in Beatis, non tamen poteſtatem iuriſdictionis, quam hîc in vita habebant. Iudiciaria enim poteſtas, quæ Apoſtolis in vniuerſali iudicio tribuitur, noua erit, & alterius rationis ab illa, quæ in viuentibus fuit. Porrò Ionæ ſcribit Lupus Ferrarienſis epiſtolâ 21. 27. 28. & memoratur in Chartulario eiuſdem Monaſterij Ferrarienſis cum Aldrico 48. Archiepiſcopo Senonenſi.

44. *Agius*, ſeu Aius. In Concilio Pariſienſi 846. Sueſſionenſi 853. Vermeriæ, eodem anno, & Tullenſi 859.

45. *Anſelmus*.

46. *Gauterius*, ſeu Walterius. In Concilio Vermeriæ 870. & Pontigonenſi 876. quod non confundendum cum Ticinenſi, vt alibi iam monuimus.

47. *Tranninus*.

48. *Berno*, ſeu Remo 901. frater Adalandi Archiepiſcopi Turonenſis.

49. *Anſelmus* 2. 929.

50. *Theodericus* 937. Chronic. Autiſſiodor. & Senonen.

51. *Ermentheus* 941. & 956.

52. *Manaſſes* 961.

53. *Arnulphus* 963. & 991. Aymoin. in vita S. Benedicti c. 19.

54. *Fulco*. Memoratur Helgaudo in vita Roberti Regis.

55. *S. Theodericus* 2. 1021. 6. Cal. Febr. Eius corpus religiosè colitur Tornodori in Monaſterio S. Michaëlis à Milone Theoderici conſanguineo conſtructo. Extat epiſtola Fulberti 62. ad hunc Theodericum.

56. *Odolricus* 1022. & 1028. in Charta pro Abbatia de Columbis. In qua & Radulfus Decanus memoratur Roberto Rege.

57. *Iſambardus*, in Concilio Senonenſi 1048.

58. *Hadericus*, vel Adhericus 1063. Quo tempore Aymo Decanus ſubſcribit diplomati Philippi 1. Regis pro Martinianis Pariſienſibus.

59. *Raynerius* Flandrenſis 1066.

60. *Arnulphus* 2. 1083.

61. *Ioannes* 1091. Intereſt Concilio Claromontano 1095.

62. *Sanctio* 1099. ex Decano, conſecratus apud Caſtrum Nantonenſe ab Iuone Carnotenſi, Vilelmo Pariſienſi, Valterio Meldenſi, permiſſu metropolitani. Sed paulò pòſt deponitur. Vide Iuonis epiſt. 119. 121. 123.

63. *Ioannes* 2. 1099. cuius tempore Stephanus Decanus, Frãciæ Cancellarius. Vide Iuon. epiſt. 143. Eo inſtante fundatur Abbatia Curiæ Dei 1118. Cal. Maij. De hoc Præſule illud vſurpatum: Curia Dei Abbatia.

Eligimus puerum, puerorum feſta colentes,
Non noſtrum morem, ſed Regis iuſſa ſequentes.

Puer electus, ſtatim in virum mutatur.

64. *Henricus* 1120. & 1124. Quo Præſule Hugoni Decano ſcribit Iuo ep. 200.

65. *Elias*, vel Helias 1137. ex Abbate S. Sulpitij Bituricenſis nominatur 1142. cum Henrico Archidiacono Regis fratre in Chart. S. Martini Pariſienſis. Vide epiſt. 11. lib. 3. & epiſt. 21. & 27. lib. 5. Petri Venerabilis, & meminit S. Bernardus 244. & 245.

66. *Manaſſes* 2. de Garlanda 1146. & 1148. *Ioannes Picardus in Notis ad Guilel. Neubrigenſem*. Eius extant duæ epiſtolæ ad Sugerium. Quo tempore Stephanus Tornacenſis impiam cædem Ioannis Decani deplorat in Cõcilio Senonenſi. Vide eius epiſtolam 120. *Porte d'or à deux faſſes de gueule.*

67. *Petrus*, vel R.

68. *Henricus* 2. filius Roberti Comitis Drocarum, *Dreux*, & Agnetis Brennæ 1189.

69. *Hugo* 1198. Quo tempore Henricus Decanus recenſetur ab Innocentio 3. C. Nouit. de Iudiciis in 3. Collectione. Legendus Stephanus Tornacen. epiſt. 234. & 239.

70. *Manaſſes* 3. conſecratur 1207. à Petro de Corbolio metropolite ſuo. Obiit 1221. ſepultus in Choro cathedrali cum Epitaphio ſequenti ex Sauſſeyo:

Præſul magnificus Manaſſes, iuris amicus,
Claris ortus auis, morum fuit inclyta clauis,
Eccleſiæ clypeus, virtutum norma, malorum
Malleus, æthereus vitâ, tutela bonorum,
Nec prece, nec pretio, non vi, non ſanguine fractus,
Excluſo vitio fuit omnibus omnia factus:

Eius anniuerſarium celebratur 28. Sept. Legendus Vincent. Bellouac. lib. 30. cap. 102.

71. *B. Philippus Berruier* 1221. Intereſt exequiis Philippi Auguſti R. apud Rigordum, poſteà Archiepiſcopus Bituricenſis 71. de quo Vincentius lib. 31. cap. 134.

72. *Philippus* 2. *de Ioüy* 1236.

73. *Hilarius* 1237. egregius Theologiæ Profeſſor, apud Pontacum, & Genebrardum.

74. *Guilelmus de Buſſy* 1238. & 1240. Ad hunc venerabilem dominum Guilelmum ſcripſit Guibertus de Tornaco Minorita librum de Officio Epiſcopi, & Cærimoniis Eccleſiæ editum Coloniæ.

Portoit d'or à 3. tourteaux de gueule au lambel d'azur.

75. *Robertus* de Cultiniaco *de Courtenay* 1258. filius quartus Roberti Buticularij, ex Mathilde Magdunenſi ſuper Evram apud Biturigas, nepos Petri Frãciæ, pronepos Ludouici 6. Craſſi Regis, frater Ioannis Archiepiſcopi 59. Remenſis, patruus Roberti 61. eiuſdem ſedis Archiepiſcopi, quorum Anniuerſarium agitur 8. Februarij in Calendario Bituricenſi) nominatur 1276. & 1279. Eius verò Mathildis ſepulchrum viſitur in Eccleſia Collegiali, quam fundauit Magduni Biturigum. Ea pro inſignibus gerebat *d'azur au chef d'or chargé d'vne fleur de Lys de gueule.*

76. *Egidius Paſl* 1288. appoſuit primum lapidem nouæ conſtructioni Eccleſiæ S. Crucis die Iouis 11. Septembris, eodémque anno obiit.

77. *Petrus* 2. *de Mornay* 1288. Fit Autiſſiodorenſis Epiſcopus 66. 1297.

78. *Ferricus* à Lotharingia 1297. Vide Franciſcum Roſerium in Stemmate Lotharingiæ c. 74. & 77.

79. *Bertrandus* 1300. 1306. in Charta S. Capellæ Pariſienſis, vbi recenſetur inter eos qui tralationi capitis S. Ludouici interfuerunt. Quo tempore Ioannes de Allodiis ex Canonico Aurelianenſi Cancellarius Franciæ moritur.

80. *Radulphus Gros-pain* 1306. ex Decano, quo ſedente 1312. inita fuit ſocietas inter Eccleſiam Bituricenſem, & Aurelianenſem.

81. *Milo de Tailly* 1315. & 1320. Obitus celebratur 15. Martij.

82. *B. Rogerius le Fort* 1323. poſteà Bituricenſis Archiepiſcopus 79.

83. *Ioannes* 3 *de Conſtans* 1328. 9. Aprilis Dominicâ *Paſsionis*, more maiorum feliciter & ſolemniter excipitur.

84. *Fulco* 2. *de Chenac*, ab 1334. ad 1342. ſepultus in Choro cathedrali Aureliæ. Epitaphio olim appoſito, quo dicebatur

Paſtor deuotus, iuſtus, conuiuaque lætus.

85. *Ioannes* 4 1344.

86. *Philippus* 3. hîc à nonnullis interſeritur Fridericus filius Friderici Calui Lotharingię Ducis, ex Margareta Campaniæ Comitis, Regiſque Nauarræ filia.

87. *Ioannes* 5. *de Montmorency* 1350. ſed vrbem ſolemniter ingreditur tantùm 8. Februarij 1355. Obiit 1364. Frater Caroli ſuſceptoris à fonte luſtrali Caroli poſteà Regis 7. nomine.

Montmorency porte d'or, à la croix de gueule cantonnée de 16. alerions d'azur. Voy. M. du Cheſne.

88. *Hugo* 2. *de Montmorency*, reſignatione patrui ſuperioris, ſed ei præmortuus videtur.

89. *Hugo* 3. *Faidici* 1365.

90. *Ioannes* 6. *Nicoti*, aliàs *de Tralmiguer*, 1372.

91. *Guido de Prunelay* 1398.

92. *Ioannes* 7. *de S. Michel* 1428. Hoc tempore mira ad vrbem Aureliam patrat Ioanna Puella, qua de re copioſè alij.

Prunelay porte de gueule à ſix tourteaux d'or 3. 2. 1.

93. *Reginaldus de Chartres* Archiepiſcopus Remenſis 73. & Cardinalis, adminiſtrator Aurelianenſis 1441. Obiit Turone 1444. 6. Idus Aprilis, ibique ad Minoritas ſepultus.

94. *Guilelmus* 2 de Vado *du Gué* 1444.

95. *Ioannes* 8. de Vado *du Gué* 1446.

96. *Petrus* 3. *Bureau* 1448.

97. *Theobaldus d'Auſigny*, aliàs *d'Auchy*.

98. *Franciſcus* 1. *de Brilhac* 1473. Quo tempore Ludouicus 11. miſit vnam, ex ſanctis Spinis coronæ Chriſti Capitulo Clariaci *Clery*, litteris datis Touartij 11. Februarij, ſignatis *Berbiſey*, de qua nobili gente, apud Diuionenſes nos plura alibi. *Berbiſey.*

99. *Chriſtophorus de Brilhac*, ex Decano. Succeſſit patruo primùm in Aurelianenſi 1504. deinde in Turonenſi Eccleſia circiter A. C. 1514.

100. *Germanus de Ganay*, Nicolai in Pariſienſi Curia Conſiliarij filius 1514.

ex Conſiliario Pariſienſi, & Canonico Bituricenſi, in electione Michaëlis *de Buſſy* Archiepiſcopi 90. Bituricenſis, 21. Septembris 1505. cui Bellouacenſi Decano, & Parlamentari Senatori dicat Budæus Interpretationem librorum Plutarchi de Placitis Philoſophorum 1502. Fuit deinde Epiſcopus Cadurcenſis ab anno 1509. ad 1514. quo anno tralatus eſt ad hanc ſedem. Fratrem habuit Ioannem *de Ganay*, ex Principe Senatus Pariſienſis, Cancellarium Franciæ Ludouico 12. regnante. Hæc verò clara gens originem traxit è Carolenſi in Burgundiâ Comitatu, ex quâ præter hîc recenſitos à Carolo Sauſſeyo, fuit Guilelmus nominatus 2. loco, inter Conſiliarios Eccleſiaſticos in primâ conſtitutione Diuionenſis Parlamenti 1477. & N. laicus, poſteà in eodem Parlamento Conſiliarius. Ad noſtrum quoque Germanum (nondum tamen Epiſcopum) leguntur Epiſtolę Trithemij anno 1507. & Germani ad ipſum Trithemium, inter opera eiuſdem Trithemij.

Porte d'argent à la faſſe de gueule chargée de 3. roſes cantonnees d'or coſtoyée de 2. coquilles de meſme.

101. *Ioannes 9. d'Orleans*, Cardinalis *de Longue-ville* 1521. Archiepiſcopus Toloſanus.

102. *Antonius Sanguin* Cardinalis *de Meudon* 1533. vide Petramellarium pag. 58. & Ciaconum, & Iacobum Brulium in Theatro Antiquitatum Pariſienſium. Vide & Toloſanos.

103 *Franciſcus de Faucon* 1551. inde permutationis cauſa Matiſconenſis 69.

104. *Petrus Caſtellanus*, ex Tutelenſi 68. deinde 68. Matiſconenſi, poſtremò ad hanc ſedem tralatus eſt 1551. quo & moritur: fuit etiam Abbas 34. Albæ-Ripæ ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Lingonenſis, de quo Guilelmus Paradinus l. 3. commentariorum rerum ſui temporis, & Petrus Galandius in oratione funebri Franciſci primi Regis, & Ludouicus Regius Conſtatinus oratione habitâ in exequiis Caroli Aureliarum Ducis, Michael Hoſpitalius.

105. *Ioannes de Moruilliers*, Bleſis oriundus, 1552. creatus, interfuit Concilio Tridentino, de quo ſic Pingonus anno 1562. 3. calendas Octobris Ioannes Moruilierus Aurelianenſis antiſtes Regius Legatus (ad quem iubēte Duce obuiam trans Alpes miſſus fueram) Taurinum ingreditur ſimul, & Robertus *d'Alluie*, ſuper Taurino Duci reſtituendo, quod Bordilonius nimium pertinaciter reddere differebat. Proauum habuit Cancellarium Petrum 1461. apud Feronem, quo alluſit Stephanus Forcatulus Ioanni ſcribens, anno 1569.

Moruilliers porte d'or, à trois merlettes de ſable, à la bordure engreſlee de gueule.

A Rege, à meritis, proauito à lumine clarus
Iuſtitiæ Gallæ ſumma ſigilla tenes.

Obiit Turone ſacro munitus viatico 23. Octobris 1577. apud Franciſcanos ſepultus, ætatis 71. vbi marmoreæ effigiei ad parietem hæc adſcribuntur, *Ioannis Moruilerij effigiem ne fruſtra contemplator, ſed ſimul ad æmulandas virtutes excitator.* Quod & alia me monuit Ioannes *de Souvert* Diuionenſis nobilis adoleſcens, dignus cuius virtutem & doctrinam cæteri æmulentur ſeriò. Vide Elogia virorum illuſtrium auctore R. P. Hilarione *de Coſte*, Minimo, huius Ioannis & Franciſci de Paula nepote, viro elogijs pluribus pietatis, doctrinæ, & ſanguinis commendando, & nobis pro ſua humanitate amico. Legendus etiam Antonius Muretus in præfat. ad Philippicas Demoſthenis, cùm eſſet Ioannes Orator Regius Venetiis 1551. & Gentianus Heruetus præfatione in octo libros Baſilicon. Moruilerio dicatos. Quo præſule Franciſcus Dux Guiſię dum vrbem obſideret, à Ioanne Poltroto occiditur 1562. Qua de re ſic legitur in Necrologio Eccleſiæ Pariſienſis: Dominica prima Martij, Obiit pro tuitione fidei Catholicæ illuſtriſſimus Princeps Franciſcus à Lotharingia Dux Guiſiæ. Guiſia verò Picardiæ vrbs erigitur in Ducatum à Frāciſco I. R. F. in gratiam Claudij à Lotharingia Burgundiæ gubernatoris diplomate dato Diuione 1527. eiuſdem etiam Epiſcopi tēpore Baſilica major 1567. cum cæteris in vrbe & diœceſi funditus ferro & flamma euertitur à factionis Caluinianę hominibus publico exitio natis. Itaque populus Aurelianenſis inclamare poterat cum Iſaia cap. 66. Domus ſanctificationis, & glorię noſtræ vbi laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas.

106. *Maturinus de la Sauſſaye* ſucceſſit auunculo Ioanni. Nepotem habuit Carolum Eccleſiæ Decanum de quo aliàs.

Dionyſius Hurault, non fuit conſecratus.

107 *Germanus Valens* de Guelis Aurelianenſis ex decano, cuius doctrinam commentarij in Virgilium pietatem legata Eccleſiæ perpetuò teſtabuntur mortalitate expletâ die 25. Septembris 1587. ſepultus in Eccleſiâ S. Liphardi in caſtro ſuo Magdunenſi ad Ligerim. Fuit diuini officij obſeruantiſſimus, & B. Virgini deuotiſſimus, cui Monaſterium Pimpoſij, & Prioratus Burgi (quibus

bus præerat) dedicata ſunt, quam voto A nuncupato ita affatus eſt:

Otia ſic turba non intellecta profana,
Et mihi des Sacris ritè preeſſe tuis,
Scilicet agno, cis propius tua numina Myſtes
Nexu, vſu, æternum, mancipioque tuus.

Hoc tempore conduntur Aureliæ Capucini 1588. Iunij 28.

108. *Ioannes de l'Aubeſpine*, ex Senatore Pariſienſi, & 81. Epiſcopo Lemouicenſi 1589.

109. *Gabriel de l'Aubeſpine* filius Guilelmi domini *de Chaſteau-neuf*, ex Maria Caſtræa, inauguratus Romæ Dominica 4. Quadrageſimæ *Lætare* 28. Martij, B 1604. Sic enim debet corrigi numerus apud Sauſſeyum, nunc feliciter ſedet vir totius antiquitatis Eccleſiaſticæ periſſimus, vt libri bono publico, ex theſauris eius reconditis in lucem emiſſi teſtantur. Hoc Præſule Minimi 1613. & 1617. Collegiũ S. I. in vrbe inſtituuntur. Fratrem habet Carolum Abbatem Nigri-lacus, & Pratelorum, varijs legationibus functum.

Porte d'azur à vn ſautoir d'or accompagné de 4. billets de meſme.

Aurelianenſes Decani. C

Ex Carolo Sauſſeyo, & aliunde.

ERFRIDVS 1026.

Radulfus 1028. in Chartulario Abbatiæ de Columbis.

Robertus 1059.

Hamo 1063. vel Haymo. Subſcripſit Inſtrumento Philippi primi Regis pro Martinianis Pariſienſibus.

Sanctio, vel Sanctius. Subſcripſit diplomati pro Cluniacenſibus 1095. poſteà Epiſcopus Aurelianenſis 62.

Hugo. Ei ſcribit Iuo epiſt. 200. *Manda*ſtu, inde Epiſcopus Laudunenſis 69. D 1112. in Supplemento Roberti ad Sigebertum.

Stephanus Cancellarius Ludouici Craſſi 1113. qui & Archidiaconus, & Epiſcopus Pariſienſis.

Hugo, fortè idem cum præcedente Hugone.

Stephanus de Garlanda 1124. fortè idem cum præcedente Stephano & 1137.

Simon 1153.

Ioannes de Cathena, cuius impiam cædem deplorat Stephanus Tornacenſis epiſt. 2.

Hugo 1171. poſteà Epiſcopus 69. cui ſcribit Stephanus Tornacenſis epiſt. 234.

Fulco 1198.

Philippus 1203.

Henricus, recenſetur ab Innocentio 3. c. Nouit. in 3. Collectione de Iudiciis littera ſingulari H.

Fulco

L. . . Decanus 1218.

Robertus 1219.

Lebertus 1220. fortè idem cum 2. ſuperioribus.

Manaſſes 1240.

Terricus, ſeu Theodericus 1252.

Odo de Baſſys 1253.

Ioannes Malauicini.

Guilelmus de Yſſiaco 1265. poſteà Epiſcopus Attrebatenſis 48.

Ioannes de Flagiaco 1283.

Adam Rigault 1287.

Radulphus Gros-pain 1297. poſteà Epiſcopus 80.

Aymericus de Cuſornio 1312.

Bertrandus de Budotio 1344.

Hugo.

Stephanus de Nuce 1385.

Petrus Regner 1404.

Simon 1415.

Petrus de Podio-valle 1418.

Henricus Loppier 1428.

Ioannes de Vailpeau 1435.

Ioannes de Vailly 1436.

Guilelmus Compaing maior natu 1475.

Ioannes Guy 1482.

Guilelmus Compaing minor 1483.

Chriſtophorus de Brillac, poſteà Epiſcopus 99.

Ioannes 1499.

Ludouicus de Neſſay.

Iacobus Lucas 1510.

Menaldus de Martorio 1526. pòſt Epiſcopus Conſenterinus.

Guilelmus Lateranus 1546.

Iacobus Amyot 1565. poſt Epiſcopus Autiſſiodorenſis 96.

Andreas Mueſſet 1571.

Germanus Vaillant 1580. poſteà Epiſcopus Aurelianenſis 107.

Godofredus Pin 1586.

Franciſcus des Vaux 1590.

Franciſcus Iamet 1596.

Carolus de la Sauſſaye 1598. nepos Maturini Epiſcopi. Orationem habuit in funere Henrici 4. R. F. cognomento Magni 1610. Obiit curatus S. Iacobi Pariſiis, vir qui & factis, & ſcriptis clarus, memoriam æternam reliquit, his qui poſt eum futuri ſunt, dans in nomen, & laudem populis omnibus terræ ſanctiſſimos, & integerrimos Eccleſiæ ſuæ Antiſtites, quorum Annales Gabrieli Epiſcopo dedicauit.

Mathurinus Simonius, qui ſcripſit de Pœnitentiæ ritu in vetere Eccleſia Diſpunctiunculas.

Auxerre.

Autiſsiodorenſes Epiſcopi.

Flor. 4400. *De Bourgongne pour le gouuernement, & les finances, mais du reſſort du Parlement de Paris pour la Iuſtice.*

AVTISSIODORVM, vel Antiſſiodorum, vel Altiſſiodorum, Autricum, vel Antricum in vitâ S. Peregrini, & apud Erricum in vitâ S. Germani, cui, & Altiodorum l. 1.

Vberibus glebis, & optimi munere Bacchi.

Nonnullis, ſed perperam, Velaunodunum Cæſaris, & Axuenna Antonini, ad Icaunam fluuium, ſub Archiepiſcopo Senonenſi, & in Parlamento Pariſienſi. gradu longit. 24. 40. latitud. 47. 25. vbi dies maxima horarum 15. 45. 10. altitudo Solis 42. 35. Ratio vmbræ æquinoctialis Meridianæ 65. ad 60. cuius vrbis Eccleſiæ primaria S. Stephanum agnoſcens patronum, & Epiſcopus memorantur c. 36. de Reſcriptis, c. 35. de appellationibus, c. 8. de confirmatione vtili, & P. Comes c. 32. de officio & poteſtate iudicis delegati, is eſt Petrus, poſtea Imperator Conſtantinopolitanus. Hæc verò diœceſis exempta eſt à iure regaliæ. Comitatus autem vẽditus fuit à Ioanne Chalonio triginta millibus, & amplius Francorum aureorum, A. C. 1372. Carolo 5. Regi, qui in eâdem vrbe Regium inſtituit Balliuiatum, quod munus nũc exercet Carolus de Claro monte Comes Tornodorenſis. Abbatiæ porrò in hac diœceſi hæ recenſentur, in quâ parrochiæ 20?.

32000. du Cheſne en l'hiſtoire de Bourgongne.

Flor. 500 S. Germani. O. B in vrbe, *S. Germain.*

Flor. 200. S. Mariani. O. P. ad vrbem, *S. Marein.*

Rigniacum O. C. *Rigny.*

Flor. 300. Pontiniacum O. C. *Pontigny.*

S. Petri. O. A. *S. Pere.*

S. Laurentij O. A. *S. Laurent.*

Boni-radij *Bon-ras* O. C.

De Rupibus, *des Roches* O. C.

S Iuliani *fœminarum. S. Iulien.*

Chriſnonum vel Chriſſeyum fœminarum. *Chriſſey, Chriſnon.*

Cellæ in vrbe Sanctimonialium Ciſtercienſium, quas olim 1220. Guilelmus Epiſcopus in vrbem adduxit. Charitatis monaſterium, licet tantum prioratus nuncupetur, hic tamen ob nominis celebritatem in ordine Cluniacenſi habebit locum, & infrà deſcribetur. Fit etiam mentio *Fontu-rogi* à S. Romano ædificati, apud Adreualdum Floriacenſem

A l. 1. c. 8. Miraculorum S. Benedicti. Eſt etiam in hac diœceſi prope Clamecium Ducatus Niuernenſis oppidum, hoſpitale, diuerſorium, cui Præfectus Bethleemitanus Epiſcopus nuncupatur, Pontificis Imperio purè, ſeu immediatè ſubjectus, haud tamen ampliori cenſu locuples, quàm 500. circiter libellarum prouentus, eâque de cauſâ olim à Niuernenſibus regulis extructum, vt eſſet refugium Epiſcopis Bethleem, Iudæâ ab infidelibus occupatâ. Quâ de re Miræus in Geographiâ Eccleſiaſticâ, poſt Chopinum l. 2. Politiæ ſacræ c. 4. n. 20. — Bethleem.

B At Præſules huius Eccleſiæ ſic ſequuntur. In his verò colligendis multùm adiuti fuimus lectione Commentariorum luce publicâ dignorum eruditiſſimi, humaniſſimique viri Caroli *de Villiers*, Theologi Pariſienſis & huius Eccleſiæ Autiſſiodorenſis Canonici.

1. *S. Peregrinus* Romanus, Chronicon Autiſſiodorenſe fol. 43. Baron. ann. 142. Faſciculus Temporum, Catalogus Sanctorum, vetus Calendarium Thuanum 17. calend. Iunias in territorio Autiſſiodorenſi vico Baiaco. Paſſio S. Peregrini Epiſcopi primi eiuſdem ciuitatis, vbi etiam 11. calend. Septembris notatur C tralatio corporis S. Peregrini in Monaſterium S. Dionyſij, in quo nunc quieſcit, vulgò *S. Pelerin*, apud Iacobum Brulium pag. 1107. Bernardus Guido A. C. 260. Conſtantius in vitâ S. Germani c. 16.

2. *S. Marcellianus* 13. Maij.

3. *S. Valerius* omiſſus in C. Th. fortè legendum Adrius qui fertur Concilio Nicæno interfuiſſe, apud Bernard. Guidon.

4. *S. Valerianus* Chronicon Autiſſiodorenſe fol. 48. In Concilio Sardicenſi 347. & Agripinenſi. 349.

D 5. *S. Eladius* Chronicon Autiſſiodorenſe fol. 51. Martyrol. 8. Maij.

6. *S. Amator, S. Amatre*, indigena ſedit ann. 30. ſepultus à B. Germano in monte Autrico A. C. 421. Chronicon Autiſſiodorenſe, Baronius in Martyrol. Roman. calend. Maij. hunc diuinorum ornabant munera charisſmatum, vt eſt in vitâ S. Iuſti. Martyrium paſſi hoc Præſule apud Bedam tomo 3. de quo, poſt Conſtantium, ſic Erricus l. 1. vitæ S. Germani.

Vrbis amor noſtræ, ſacrique refector ouilis
Præſul amator erat, merito cognomine mactus,
Doctor magnificus, meritorũ luce coruſcus,
Signorum titulis longè, latèque celebris.

S. Germanus

7. *S. Germanus* ciuis, quem Rauennæ obiiſſe Baronius notat 31. Iullij 435. Weſtmonaſterienſis 449. Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, & Sigebertus 450. Memoratur in vita ſanctæ Genouefæ Nanthodorenſis, vel Nemethodorenſis, quæ & Pariſienſis, apud Baron. 429. Porrò Germani vitam ſcripſit Conſtantius Lugdunenſis apud Surium, & poſt eum carmine eleganti Ericus in Monaſterio ipſius ſancti Germani profeſſus, Caroli Calui temporibus, quem ſanctum Germanum virtutibus, & vitæ diſtrictione claruiſſe teſtatur Proſper Tiro anno 10. Theodoſij. Hunc Bernardus Guido vocat clariſſimum ſidus incomparabili luce reſplendens, cuius talis extitit vita, vt ſi miraculis caruiſſet, incredibilis videretur, tanta fuêre miracula, vt niſi piæ conuerſationis merita præceſſiſſent, phantaſtica putarentur, quia ſuper hominem fuit omne quod geſſit. At ſanctum corpus ex Italia in Galliam relatum primò depoſitum fuit in Cathedrali ſua, inde tralatum in Baſilicam ſancti Mauricij, quæ poſteà de ipſius nomine ſancti Germani dicta eſt. Videndus Hieronymus Rubeus lib. 2. hiſt. Rauennatis in S. Petro Chryſologo Archiepiſcopo. Plura etiã de Germano Henricus Hutindonienſis lib. 2. Sigonius hiſt. Imperij Occidentis anno 429. & 448. Volaterranus l. 16. Aymoinus lib. 1. cap. 24. Gregor. Turonenſis de Gloria Confeſſorum cap. 41. Extat etiam Pariſiis celebris Eccleſia Collegialis, & titulo Parrochiæ inſignis huic ſancto Germano Autiſſiodorenſi conſecrata. De eodem Vandelbertus:

Qui propriam munit meritis Antiſſiodorum,
Oceano fidei refugas, & dogma nefandum
Reppulit, & ſignis te picta Britannia texit.

8 *S. Allodius*. Sedit ann. 30. m. 1. d. 12. ſepultus in S. Germano. Vacauit ſedes ann. 10. Chron. Autiſſiodorenſe 28. Septembris.

10. *S. Fraternus*, die ipsâ ordinationis Martyrio coronatur 3 Calend. Octobris, Martyrol. Romanum.

10. *S. Cenſurius* 4. Idus Iunij Ei ſcribit Sidonius lib. 6. epiſt. 10. Ruricius lib. 2. epiſt. 50. Conſtantius dicans ei vitam ſancti Germani, & Chronic. Autiſſiod. fol. 64.

11. *S. Vrſus*. Martyrologium 30. Iullij.

12. *S. Theodoſius*, in Concilio Aurelianenſi 1. 507. Obiit 17. Iullij.

13. *S. Gregorius* 19. Decembris.

14. *S. Optatus* 31. Auguſti.

15. *S. Droctoaldus*, ſiue Protoaldus 8. Nouembris.

16. *S. Eleutherius*. In Concilio Aurelianenſi 2. 3. 4. & 5. 536. 540. 545. & 552. in Martyrol. 16. Auguſti.

17. *S. Romanus* 6. Octobris.

18. *S. Ætherius*, in Martyrologio Romano 27. Iullij, licet non addatur S. nota ſanctitatis in C. Thu.

19. *S. Angarius*, vel Anacharius, ſed rectiùs Aunarius, patriâ Aurelianenſis. Interfuit primæ Synodo Matiſconenſi 582. vbi ſcribitur Epiſcopus Autricæ Eccleſiæ, & 2. 588. Epiſcopus Autiſſiodorenſis. A quo ſanctus Auſtregiſillus 9. Archiepiſcopus Bituricenſis tonſus dicitur, in Codice Bituricenſi, cùm malè in quibuſdam legatur Anianus, in Martyrologio 25. Septembris. Vide Chronicon ſancti Mariani fol. 66. At videtur error in numerorum notis, apud Ericum in Præfatione ad vitam ſancti Germani, cùm ab ipſo Germano dicitur Aunarius VI. pro XII. ſextus pro duodecimo. Habuit Synodum in vrbe ſua, (editam tomo 2. Conciliorum) cui interfuere Abbates 7. A.C. 590.

20. *S. Deſiderius*, Aquitanus 27. Octobris, ſepultus cum omnibus ſuperioribus in Eccleſia S. Germani.

21. *S. Palladius*, ſubſcribit diplomati Dagoberti pro Dionyſianis, & intereſt Concilio Remenſi circa ann. 634. & Cabilonenſi circiter 650. Flodoardus l. 2. cap. 5. ſepultus in Eccleſia ſancti Euſebij, quam conſtruxerat; notaturque eius tranſitus 10. Aprilis.

22. *S. Vigilius* in Sylua Cotia, vel Scotia, Martyrium perpeſſus ab Ebroïno Martij 11. ſepultus in Eccleſia B. Mariæ, quam ipſe conſtruxerat, Demochares. At Ferrarius notat huius ſancti natalem 17. Iullij Compendii, ex Petri Catalogo lib. 5. Legendus S. Antoninus tit. 13. cap. 6. §. 28. ex Vincentio l. 23. cap. 126.

23. *Scopilio*, vel Scolpilo, ſepultus in Eccleſia S. Euſebii. Sic Scubilio Abbas S. Vincentii, ſeu ſancti Germani Pariſiis apud Aymoin. l. 3. c. 92.

24. *S. Tetricus*, gladio vitam finiit 16. Martii, ſepultus in S. Euſebio, Chronicon fol. 67.

25. *Focoaldus*, vel Socoaldus. Obiit 18. Martii, ſepultus apud S. Euſebium. Sedit an. 5.

26. *Sabbaricus*, vel Sabbarius diuino fulminis ictu interiit, in vltionem tyrannidis, in Chron. Autiſſiodorenſi.

27. *S. Ammarus*, vel Haymarus, vel Aumarus crudeliter lanceâ perfoſſus, occubuit in Luſans, qui locus eſt in pago Tullenſi, vir valdè ſtrenuus, in Chronico Autiſſiodorenſi, & ex Chronico Turonenſi M. S. Ad eum extat epiſtola Pelagii Papæ, Tiberii Auguſti anno 3. Indict. 5.

28. *Theodranus*. Obiit 4. Nonas Decembris, ſepultus in Eccleſia ſancti Baſilij.

29. *Quintilianus*, ſepultus in Eccleſia S. Germani, cuius Abbas fuerat.

30. *Cilianus*, ſeu Gilianus, ſepultus in Eccleſia S. Germani, apud Democharem, ſeu Cæcilianus.

31. *Clemens*. Obiit 13. Cal. Aprilis, ſepultus in Eccleſia S. Amatoris. Hunc Scotum, ſeu Hibernum natione, Claudium prænomine vult Vion lib. 2. Prætermiſſorum, fundatorem Academiæ Pariſienſis, ſed ſeries Epiſcoporum, aut ordo tẽporis vix id concedunt. Claudij verò Autiſſiodorenſis, vel Taurinenſis extant Commentarii in Epiſtolam Pauli ad Galathas tomo 1. Bibliothecæ Patrum.

32. *S. Adulphus*, ex Cantore. Sedit ann. 15. ſepultus in Eccleſia S. Germani.

33. *S. Maurinus*, vel Marinus. Obiit 4. Auguſti.

34. *B. Aaron* ſedit ann. 13. ſepultus in Baſilica ſancti Geruaſij, regnante Carolo Magno.

35. *S. Angelelmus* Baioaricus. Obiit 7. Iullij, ſepultus in Eccleſia S. Germani, cuius & aliarum inſignis benefactor, imperante Ludouico Pio, in cuius diplomate nominatur quo donatur Eccleſiæ Autiſſiodorenſi villa Pulueriaci, Indict. 13. Imperij 6. *Pourrain.*

36. *Heribaldus*. Tranſtulit corpus S. Germani Cal. Septembris 841. Obiit 25. Aprilis, ſepultus in cripta S. Germani vbi hæc leguntur:

Hic iacet corpus ſancti Heribaldi, qui fuit Abbas huius domus, deinde Epiſcopus Autiſſiodorenſis.

Ei ſcribit Lupus Ferrarienſis epiſt. 19. 37. & 95. Meminit Hincmarus libro poſterioris refutationis Goteſcalci, & ad eum extant quædam carmina Valafridi Strabonis, apud Caniſium tomo 6. Antiq. Lect. Vide Card. Perron. lib. 2. de Euchar.

37. *Abbo*, vel Albo, Heribaldi frater. Interfuit Concilio Tullenſi 859. Obiit 3. Decembris, ſepultus in Eccleſia ſancti Germani, quam Abbas rexerat. Memoratur in Capitul. Caroli Calui tit. 24.

38. *Chriſtianus*, natione Alemannus. Obiit 24. Aprilis, ſepultus in Eccleſia S. Germani. Memoratur in Capitular. Caroli Calui, tit. 26.

39. *Wallo*, vel Walla frater Anſegiſi Senonenſis Archiepiſcopi 51. ex Corbeiæ Monacho, in Concilio Pontigonenſi 876. Non ergo renuntiatus Epiſcopus 888. & nominatur in Capitular. Caroli Calui tit. 43. num. 15. & 25. Hoc tempore floruit Henricus Monachus Poëta, de quo Sigebertus 877. & Trithemius 880. aliàs Ericus, cuius extant libri 6. de vita S. Germani.

40. *Vmbaldus* Cameracenſis, ſepultus in ſancto Clemente 4. Idus Maij, aliis Vvibaldus, Ioannis Scoti, ſeu Erigenæ diſcipulus.

41. *B. Herifridus* Carnotenſis. Nominatur anno 8. Caroli Simplicis in Chartâ quâ confirmatur Eccleſiæ Autiſſiodorenſi donatio Crabani, vel Creuani, *Creuan.*

42. *Gerranus*, vel Geronius, pugnat fortiter contra Normanos, in Chronico ſæpè citato. Obiit 5. Calendas Auguſti Sueſſione, vbi ſepultus iuxta Rodonium auunculum illius loci Epiſcopum 42.

43. *Betto*, vel Betho Burgundus, ex Monacho Præpoſito S. Columbæ Senonenſis, ordinatus 4. Maij ab Euerardo Archiepiſcopo 52. Senonenſi. Obiit 27. Aprilis, ſepultus in cripta ſancti Germani.

44. *Gualdricus*, impetrauit à Ioanne Papa reliquias ſancti Laurentij, conſtruxit caſtrum Varziacum. Obiit 933. ſepultus ad ſanctum Germanum, vbi olim fuerat Monachus. Meminit Chronicon Flodoardi, & Chronic. Hirſaugienſe. *Varzi.*

45. *Guido* Senonenſis, qui & Vidolus, ex Archidiacono electus 933. Obiit 6. Ianuarij 961. Flodoardus Chronon. ſepultus in Cathedrali, quam inſtaurauit.

46. *Richardus*, ex Monacho S. Germani, vbi & ſepultus 968. vir nimiæ ſimplicitatis, & minoris induſtriæ in Chronico Roberti.

47. *Heribertus*, filius Hugonis Magni, ex Concubina, frater Hugonis Capeti. Intereſt Pſeudoſynodo Remenſi in Baſilica ſancti Baſoli contra Arnulfum Archiepiſcopum Remenſem 15. Cal. Iul. 991. tempore metropolitæ Senonenſis.

48. *Ioannes*, ciuis Autiſſiodorenſis. Obiit 21. Ianuarij, ſepultus extra Eccleſiam S. Germani, humilitatis gratiâ litterarum

terarum ſtudiis in ſchola Gerberti apprimè eruditus, Chronicon Autiſſiod. pag. 74.

49. *Hugo*, Lamberti Comitis Cabilonenſis ex Aleide filia Roberti Comitis Trecenſis filius, nominatur Epiſcopus 1034. & 1037. in Chartulario Flauiniacenſi. Is moriens habitum Monachi induit apud ſanctum Germanum, genere, & vitâ egregius, longo tempore ſibi cõmiſſam regens Eccleſiam, Chronicon Autiſſiodorenſe. Sepultus in monaſtério Paredi, quod in diœceſi Æduenſi conſtruxerat, proauunculus S. Hugonis Cluniacenſis. At in Supplemento Aymoini lib. 5. cap. 47. inuenitur Hugo Autiſſiodorenſis Epiſcopus, Hugonis Capeti filius, fortaſsè minus rectè, niſi ex duobus vnus, factus fuerit. Vir nominatiſſimus, Glabro l. 3. c. 9.

Parey le Menial.

50. *Heribertus* 2. poſteà Monachus apud S. Saluatorem in pago Senonenſi, ibique ſepultus 26. Ianuarij. Alius ab Abbate S. Bertini 38.

51. *Gaufridus*, filius Hugonis Niuernenſis Vicecomitis. Interfuit ſacro Philippi Regis 1059. & nominatur 1064. in Chartulario Sandionyſiano. Iacet in monaſterio Charitatis ſupra Ligerim.

52. *Robertus*, vir multæ poteſtatis in ſæculo, & multæ pietatis in Deum, Chron. Autiſſiodorenſe, & in C. Thu. dicitur Comes, filius ſcilicet Guilelmi Comitis Niuernenſis, & Comitiſſæ Tonnerrenſis, conſanguineus Philippi Regis, Epiſcopus ab anno 1077. ad annum 1096. Obiit pridie Idus Februarias Niuernis, ibique ſepultus in Eccleſia S. Stephani, in cuius Epitaphio ſequentia leguntur:

Ecce vides te modò quid ſit de Præſule noſtro,
Nobilis, & ſapiens, iuuenis, formoſus, amandus,
Conſul, & Antiſtes geminato dignus honore
Præteryt tamquam ſi nec genitus fuit vmquam.

53. *Humbaudus*, eligitur 1096. & 1097. in dedicatione ſancti Stephani Niuernenſis, & in ſacro Ludouici 6. Craſſi 1109. & in releuatione corporis ſancti Benedicti Floriaci, præſente eodem Ludouico 6. Eique ſcribit Iuo epiſt. 166. & 241. Cathedralem ſuam multis beneficiis affecit, & Epiſcopatus ſui anno 20. Ieroſolyma rediens naufragio periit. Nominatur adhuc 1113. Interfuit Concilio Senonenſi ſub Daymberto Archipræſule.

54. *Hugo* de caſtro Montis-acuti territorij Cluniacenſis, ex Abbate S. Germani, vbi iacet, ſedit ann. 21. Obiit 10. Auguſti 1136. Trithemius lib. 2. cap. 299. de Viris illuſtribus Ordinis ſancti Benedicti, Orderico l. 13. Hic virtutum ſanctimoniâ inſignis perpetuò memorandus, cuius tempore Abbatiæ Ciſtercienſis Ordinis, ſcilicet Rigniacum, Rupes, & Bonus-radius fundationis habuerunt initium, Chronic. Lemouicenſe

55. *Hugo*, ex Abbate 1. Pontiniaci, vbi & quieſcit. Memoratur ab Hilbeberto in vita ſancti Hugonis Abbatis Cluniaci proauunculi, Vion lib. 1. cap. 46. Intereſt Concilio Remenſi 1148. Baronio. De quo ſic Martyrologium S. Sulpitij in Sabaudia: *Habebat generoſa mater Pontiniacenſis Eccleſia claro germine, Monachorum fæcunda Hugonem genere, & doctrinâ conſpicuum, charitatis, & abſtinentiæ virtute præcipuum.* Eius extat epiſtola ad Sugerium, & Eugenij ad Hugonem in Cod. Thuano, quo Sugerij ipſius, & aliorum plurium Epiſtolæ continentur. Sed & in veteri Codice eiuſdem Thuani comprehendente plures Catalogos Epiſcoporum Galliæ, vſque ad annum circiter 1160. (quo ſæpè vſi ſumus beneficio V. C. Claudij Puteani) Poſt Hugonem ponitur Henricus vltimus, & adduntur verba ſequentia. Ex his 55. Epiſcopis fuerunt 32. ſancti, quod vix, aut numquam in alio Epiſcopatu inuenies. Interfuit quoque Hugo dedicationi ſancti Ioannis Veſuntione Nonis Maij 1148. apud Chiffletum. Obiit 1151. 10. Octobris, vir moribus, & ſcientiâ clarus, Chronicon Autiſſiodorenſe. Ei adhuc Abbati ſcribit S. Bernardus epiſt. 335. & de eodem Epiſcopo fortè agit idem Bernardus epiſt 276. ad Eugenium, & 282. ad Ludouicum Regem, vir in ſacra Religione ſtrenuus, & iuxta propoſitum Ordinis ſui miræ patientiæ, in Eccleſiæ tamen hoſtes diſtrictus executor iuſtitiæ, Chronic. Lemouicenſe, vbi dicitur à Gaufrido Carnotenſi Epiſcopo conſecratus Henrico metropolitano tunc ſuſpenſo. At de Hugone plura *Henriquez* in Faſciculo Sanct. Ciſtercienſium lib. 2. diſt. 10. cap. 18.

56. *Alanus* 1166. Sedit ann. 14. ſepultus Clara-valle (quo ſeceſſerat) iuxta Gofridum Epiſcopũ 56. Lingonenſem, anteà Abbas Ripatorij, Vion l. 1. c 46. Sirmundus ad Petrum Cellenſem l. 1. epiſt. 22. & lib. 8. epiſt. 1. & Nicolaus Camuzatus ad Chronicon Roberti Mariani fol. 81. Faſciculus Sanct. Ciſtertij

lib. 2. diſtinct. 10. cap. 6. Memoratur Epiſcopus Autiſſiodorenſis 1153. cum Hugone Senonenſi. Hic eſt fortè, de cuius renuntiatione, ſeu ſpontanea ceſſione tractatur C. 1. de Renuntiatione, quod eſt Alexandri 3. ad Archiepiſcopum Senonenſem in Collectione prima, niſi intelligatur Beatus Galtherus, Ordinis item Ciſtercienſis, qui & Gaufridus dicitur à nonnullis Epiſcopus Autiſſiodorenſis, & Martyr, in Faſciculo Sanctorum Ciſterc. lib. 2. d. 39. c. 4. Huc verò referendum eſt diploma ſequens:

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego Alanus Autiſſiodorenſis Epiſcopus. Quoniam certum eſt Epiſcopum Chriſti Vicarium eſſe, eiuſdem Chriſti pauperum debet neceſſitatibus ſubuenire. Ea propter prædeceſſor noſter Hugo Autiſſiodorenſis Epiſcopus plurima largitus eſt Canonicis Regularibus Præmonſtratenſis Ordinis, quos zelo Religionis ſuccenſus, apud Autiſſiodorum in Eccleſia ſancti Mariani ibidem Deo ſeruituros inſtituit. Siquidem donauit eis prænominatam Eccleſiam B. Mariani cum quibuſdam eidem Eccleſiæ appendentibus vineis, Eccleſiam S. Martini, Eccleſiolam S. Saluij, & ſedem molendini ſuper Belcam fluuium, cum terra & cenſu pertinentibus ad molendinum. Donauit etiam Eccleſiam Beatæ Mariæ in ſuburbio ſitam cum cenſibus, & vineis, terris, decimis, pratis, ſeruis, & ancillis, & omnibus appendentibus propè, longéve poſitis, & Prabendam integram in Eccleſia ſancti Stephani. Hæc omnia Canonici de manu Epiſcopi accipientes, eâ tamen ſeu ſimplicitate, ſeu nimiâ donantis confidentiâ ſigillo Epiſcopali non confirmantes, nunc à nobis depoſcunt ipſa confirmari. Ne igitur de his aliquam in futurum ſuſtineant calumniam, ipſa eadem quæ donauit aſſenſu, & conceſſione totius Capituli ſancti Stephani, & precibus Vuilelmi Comitis Niuernenſis, poſteà Carthuſiæ conuerſi. Nos etiam laudante ipſo Capitulo donamus, quibus etiam donis ex Epiſcopali benignitate Eccleſiam de Tangiaco donantes adiungimus. Et vt rata inconuulſaque eis permaneant, conſcribi, ſigillorúmque, noſtri videlicet & communis Capituli ſancti Stephani characteribus fecimus conſignari. Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini 1163.

S. Mariani Abbatia.

Vide Chronic. Autiſſiodor.

Tangiacũ.

57. *Guilelmus* Tuciacenſis, *de Toucy*, ex Theſaurario Autiſſiodorenſi, & Archidiacono Senonenſi, frater Hugonis 68. Archiepiſcopi Senonenſis, ſucceſſit Alano ſecedenti 1167. primus Autiſſiodorenſium in cathedrali ſepultus à parte ſiniſtra maioris altaris 1181. Memoratur Aymoino lib. 5. cap. 53. Quo ſedente nominantur Vilelmus Decanus, Gerardus Archidiaconus, Hugo Theſaurarius, Hugo Cantor, Herueus Cellarius, & Stephanus Sacriſta.

58. *Hugo* de Nuceriis, ex Theſaurario Senonenſi nominatur 1186. & 1191. Obiit Romæ in feſto ſancti Michaëlis 29. Septembris, ſepultus in Baſilica Lateranenſi 1206. Chronicon Autiſſiodorenſe pag. 102. Poſtulatus fuerat in Archiepiſcopum Senonenſem, ſed non probatus ab Innocentio 3. C. 1. de Poſtulatione. Sunt autem Nuceriæ *Noyers*, oppidum celebre, ſed bellis ciuilibus infelix, diœceſis Lingonenſis, ſub Parlamento Diuionenſi, ſeptem leucis Autiſſiodoro diſtans, ad Serenum fluuium in Icaunam labentem, vbi olim arx naturâ, & arte munitiſſima, in ditione Comitis Sueſſionenſis: Quo in loco natus ille Ioannes de Nuceriis, qui Prouerbia Gallica Latinis verſibus extulit. Itaque Hugo noſter cognomen ſuum de Nuceriis traxit, à gente nobili domina & patrona loci, vnde oriebatur. Prætereà hoc Præſule 1206. Philippus Auguſtus Eccleſiæ Autiſſiodorenſi remiſit iura vbi Regalia. Vide Senonenſes nu. 70. Guido Archiepiſcopus recenſetur eiuſdem gentis ſeu originis, de Nuceriis, vt Hugo Abbas Rigniaci, & Helſindis Iotri Abbatiſſa.

Noyers.

Eccleſia Autiſſiodorenſis haud obnoxia iuri Regaliæ.

59. *Guilelmus* de Caſtro Siliniaco, *Seligny*, vel *Signelay*, ex Decano eligitur 1207. Ei ſcribit Innocentius 3. C. 13. *Cùm tibi*, de Teſtamentis, vbi dicitur, quòd qui extremam ſuam voluntatem alterius diſcretioni committit, non videtur decedere inteſtatus, & C. *Cùm tibi*, 18. de Verborum ſignificat: quæ duo capita ſunt ſimul coniungenda. Auget panis diſtributionem literis datis 1211. menſe Februario. Nominatur in Pancharta Bituricenſi 1214. & apud Petrum de Vallibus cap. 69. 120. 121. hiſt. Albigenſis, vbi dicitur frater Manaſſis Epiſcopi Aurelianenſis 70. Poſtquàm verò Guilelmus hic ſediſſet annos 13. fit Pariſienſis 73. vbi de eius obitu, de quo & Rigordus 1223. Is verò ſepelitur Pontiniaci in Capella S. Thomę Martyris hoc Epitaphio:

Signelay.

Laudibus immenſis reuerendi Pariſienſis
Præſulis, hac foſſa Guilelmi continet oſſa.

Cæterùm pater eius vocabatur Burcardus, mater verò A. . . . de genere ſancti Bernardi. At de noſtro Guilelmo plura habet Rigordus vt de eius ſcriptis, de quibus etiam Trithemius, Poſſeuinus, Bellarminus, & Eiſingrenus

nius. Citatur quoque Guilelmus à Durando lib. 4. Rationalis c. 51. num. 22. agendo de fractione hoſtiæ in Miſſa.

60. *Henricus de Villa noua*, ex Cantore poſt ſedem annorum 13. ſepelitur in cathedrali. Intereſt exequiis Philippi Auguſti 1223. quo anno inſtituitur in hac vrbe Communia cum Scabinis à Mathilde Comitiſſa Cal. Auguſti.

61. *Bernardus de Soliaco*, ſedit annos 9. Nominatur in Pancharta Bituricenſi 1234. obiit 1246. 6. Ianuarij, cuius tale extat Epitaphium:

Præſul Bernardus mala ſemper ad omnia tardus,
Sic viuens domuit cum carne & dæmone mundum,
Quod moriens meruit Chriſto ſe reddere mundum,
Anno milleno bis centeno quadrageno
Sexto, ſanctorum migrauit luce Magorum.

Eo ſedente Dominicani in vrbe fundantur 1241. menſe Iunio, authoribus Galthero, vel Galchero Comite de Iuniaco, & Amicia eius vxore. Quid verò ſit Iuniocum diximus in Senonenſibus num. 94. Hoc autem loco reponendus videtur Galtherus, qui iacere dicitur in Quinciaco Monaſterio diœceſis Lingonenſis O. C. mortuus 1244. 15. Octobris.

62. *Reginaldus de Siliniaco*. Obiit in Cœnobio de Rupibus, eiuſque anniuerſarium notatur 14. Ianuarij in Calendario Bituricenſi. Circa huius tempora 1252. Franciſcani Autiſſiodori conduntur Mathildis Comitiſſę beneficio, apud Gonzagam. Inſtituit feſtum S. Guilelmi Bituricenſis. Sedit an. 1. m. 11. d. 16.

Franciſcani in vrbe.

63. *Guido de Melloto*, ex Virdunenſi Epiſcopo. Sedit ann. 23. menſes 6. cuius orationem nomine Cleri coram S. Ludouico Rege Franciæ habet Ionuillæus, & nominatur in Chartulario Bituricenſi 1264. die Iouis poſt Octauas Aſſumptionis, & fuit auxilio Vrbano 4. contra Manfredum, & Saracenos. Fuit & executor teſtamenti Archambaldi Magni de Borbonio. Ad eum quoque Clemens 4. epiſt. 99. anno primo Pontificatus 1265. ſcribens: *Dedit tibi*, inquit, *Dominus Spiritum ſapientiæ, & linguam contulit eruditam, & ſenſum tuum inſuper multi iam temporis experientia ſolidauit, ita vt nihil tibi deſit in vlla gratia.* Obiit 20. Iullij 1270. ſepultus in medio Chori cathedralis.

64. *Erardus* (perperàm aliis Gerardus) de Ligneriis, vel de Leſigneis diœceſis Lingonenſis, ex Decano nominatur
A 1272. menſe Aprili, quo anno cum R. Bitur. Archiep. & fratre Guidone de Soliaco Ordinis Prædicatorum, vt executor teſtamẽti dat centum ſolidos annui reditus in fundationem anniuerſarij in hac Eccleſia pro Ioanne quondam Bituricenſi Archiepiſcopo. Obiit Romæ 1277. Auguſti 18. cuius oſſa in Baſilicam S. Stephani ſunt relata, & cum Guidone de Melloto auunculo collocata. Memoratur in Chartul. Bitur. 1270. die Lunæ ante Natiuitatem Domini, & à Ionuilleo referente eum habuiſſe orationem coram Rege S. Ludouico, *Vt cogerentur*
B *excommunicati abſolutionem intra annum petere.*

65. *Guilelmus de Greſſibus*, ſepultus in Choro cathedrali ante ſedẽ Theſaurarij circiter 1280. poſt ſedem ann. 13. m. 5.

66. *Petrus de Morneyo*, ſepultus in Choro S. Stephani parte dextrâ iuxta dominum de Melloto 27. Iunij. Hic autem ſequens interfuit Conſilio Regis habito Pariſiis in Lupara 21. Ianuarij 1296. Sedes vacabat 1306. per eius obitũ. Fuerat Aurelianenſis 77. ab 1288. ad 1296.

67. *Petrus de Bella-pertica*, natus Lucenaij ad Elauerim, diœceſis Niuernenſis. Tale habet Epitaphium prope Aqui-
C lam in Choro Eccleſiæ cathedralis, in qua Decanus fuerat.

Hac iacet in Cella Petrus cognomine Bella-Pertica, perplacidus verbis, factis quoque fidus,
Mitis, veridicus, prudens, humiliſque, pudicus
Legalis planus, velut alter Iuſtinianus.
Summus doctorũ, certiſſima regula morum,
Pariſinorum Decanus Canonicorum,
Autiſſiodoricâ dignè ſumptâ ſibi ſede,
Tempora poſt media carus ſucceſſit ab æde
Annis ſub mille, ter C. ſeptem ſimul ille,
Sulpitij feſto migrauit orbe moleſto.
D *Det ſibi ſolamen Spiritus almus, Amen.*

16. Cal. Februarij in Calendario Pariſienſi, vbi dicitur Iurium interpres eximius.

1307. 17. Ianuarij.

Malè itaque alij ſepultum volunt in Eccleſia parrochiali Villæ-nouæ prope caſtrum Bellæ-perticæ, cui multa bona contulerit. Anniuerſarium eius notatur 25. Ianuar. Legi etiam in quodam M. S. eum fuiſſe Cancellarium Franciæ.

68. *Petrus de Greſſibus*, ſepultus in ſiniſtra parte Chori cathedralis. Ei iuramẽtum obedientiæ præſtat Iacobus Pontiniaci, & Henricus Rupium Abbates 1319. 7. Nouemb. in Capitulo Eccleſiæ cathedralis.

69. *Petrus de Mortuo-mari, de Mortemar*, Lemouicenſis, Cardinalis Epiſcopus Sabinus. Obiit Auenione die Paraſceues 1345. Sederat hic tantũ 2. circiter annos

Rothechouart, ou Mortemar porte de gueule à 3. faces diuerſes d'ar-

gent, ou ondé d'argent & de gueule de ſix pieces.

ante Cardinalatum, ad quem euectus feriâ 6. Quatuor Temporum Aduentus 1327. Fuit & Viuarienſis Epiſcopus, Ciaconus, & Onuphr. in Ioanne 22. At de Sabinis (quorum vrbs Epiſcopalis Cardinalitia Maglianũ) Dionyſ. Halic. l. 2. Liuius l. 1. Flor. l. 1. cap. 7. Strabo. l. 5. Plin. l. 3. c. 12. Gobelinus l. 10. Plutarch. in Romulo & Numa. Silius l. 8.

Sabinenſis Epiſcopus Cardinalis.

70. *Talerandus*, filius Comitis Petragoricenſis Petro ad Cardinalatum promoto ſucceſſit, & poſt ſedem duorum ann. creatur Cardinalis 1331. vt eſt in M. S. Chronico penes Nicolaum Camuzatũ, & apud Ciacon. & Onuphr. in Ioan. 22. & iacet Auenione 1364. 15. Cal. Februarias Cardinalis Epiſcopus Albanus.

71. *Aymericus Guenaud*. Recipitur 1333. die Lunæ in Octauis S. Lucæ, poſteà 1338. fit Rotomag. 64. Archiepiſcopus.

72. *Ioannes de Blangy*. Ei & ſanctæ ſedi Autiſſiodorenſi in Capitulo cathedralis Eccleſiæ Guilelmus Pontiniaci Abbas iuramentum reuerentiæ, obedientiæ, & ſubiectionis ſolitum præſtat 11. Auguſti 1340. Obiit eiurato Epiſcopatu 1344. 15. Martij, ſepultus apud Carthuſianos Pariſienſes.

73. *Petrus de Villanis*, *Villaines*, recipitur 1347. Cal. Maij, poſteà fit Epiſcopus Baiocenſis.

74. *Bernardus*, poſt ſedem trium annorum obiit, & iacet Ratiaſti Lemouicum, vbi natus fuerat.

75. *Petrus de Croſo*, ex Siluanectenſi; poſteà Cardinalis Clementis 6.

76. *Andoënus*, ex Pariſienſi 86. ceſſit Epiſcopatui factus Cardinalis. Obiit Auenione 1361. Maii 10. ſepultus ad Carthuſianos villæ-nouæ Auenionenſis.

77. *Ioannes de Auxeyo*, ex Trecenſi 70. Nominatur 1356. die S. Magdalenæ 22. Iunii die Veneris. Obiit 1358. 19. Ianuar. ſepultus in læua parte Chori cathedralis.

78. *Ithertus Iarrouſſe*. Fortè non adiit poſſeſſionem, ſed tantùm electus.

79. *Ioannes*. Germanus, poſt ſedem vnius anni. Obiit 1362. die 15. Octobris, ſepultus ante ſedem Epiſcopi in Choro Eccleſiæ.

Comté d'Auxerre vendu treinte & vn mille francs d'or.

80. *Petrus* Aymonis, *Aymé*. Eo ſedente Carolus 5. acquiſiuit Comitatum Autiſſiodorenſem, à Ioanne Cabilonenſi 1370. Præſes Cameræ Computorũ 1367.

81. *Nicolaus* de Arceiis Conſiliarius Caroli 5. Obiit Pariſiis die 24. Septembris anno 1376: vnde refertur in ſuam cathedralem. Fratrem habuit Hugonem Laudunenſem Epiſcopum, poſteà Remenſem.

82. *Guilelmus* de Tota-villa, ſeu de Roya. Celebrauit exequias Bertrandi *de Gueſclin* Franciæ Comeſtabilis, in æde S. Dionyſii Rege præſente 1380.

83. *Ferricus Caſſinel*, ex Luteuenſi. Nominatur 1388. poſteà Remenſis Archiepiſcopus 69. Sepultus iuxta maius altare cathedralis Autiſſiodor. 26. Maii 1390. in qua etiã fuerat Archidiaconus. Dedit Capitulo terram de Saiſiaco.

84. *Michaël* de Creneyo, Confeſſarius Regis Caroli 6. Interfuit tralationi S. Ludouici 1392. & Conſilio Regis 1395. Obiit 13. Octob. iacetq; ad Carthuſianos 1409. Pariſiis. Inueni quoque ei dicatũ Philoſophiæ Compendium Iacobi Magni Auguſtinenſis auctoris Sophologii, qui Archiepiſcopatum Burdegalenſem recuſauit, Anaſtaſis Auguſtiniana.

85. *Ioannes de Toiſy*, inde Tornacenſis 66. Obiit 1413.

86. *Philippus des Eſſars*, ſepultus in Choro ſuæ cathedralis. Sedes per mortem ipſius vacabat 1426. Eiuſdem gentis Vincentius Epiſcopus Ebroicenſis 1334.

87. *Ioannes de Corbie*.

88. *Laurentius Pinon*, Dominicanus, ſepultus in Conuentu ſui Ordinis Autiſſiodori. Receptus fuerat 1434. die 4. menſis Martii, & interfuerat Capitulo prouinciali in dicto Conuentu celebrato 1440.

89. *Petrus* de Longolio memoratur 1454. 10. Maij, & 1467. Obiit 1473. Varſiaci.

90. *Enguerrandus*, ſiue Ingerrandus Sugnard, Doctor Theologus, & Confeſſor illuſtriſſimi Principis Caroli Burgundiæ Ducis. Obiit 1485. 22. Martij, vt eſt in eius Epitaphio apud Dominicanos Pariſienſes, quorum Ordinem profeſſus fuerat in Conuentu Cadomenſi. Electus fuerat 1473.

La Chapelle du Duc Charles eſtoit compoſée de 40 perſonnes, dõt estoit chef vn Eueſque. Gol. l. 10. c. 109.

91. *Ioannes Bailles* Pariſienſis, ſedit 36. annos. Obiit 1513. 10. Nouembris ſepultus in Capellâ S. Alexandri ad Cathedralem. Dedicauit Eccleſiam Clariſſarum Giani 27. Auguſti 1503. Receptus fuerat 1486. 15. Septembris.

92. *Franciſcus d'Inteuille*, ſiue *de Tinteuille*; receptus 1514. 10. Decembris, intereſt Synodo prouinciæ Senonenſis Lutetiæ habitæ. 1528. Ludouico Pratenſi Archiepiſcopo. Obiit 1530. die Veneris Aprilis penultima, circa horam 4. ætatis 66.

93. *Franciſcus d'Inteuille*, vel *de Tinteuille*, (Tinta-villa autem pagus eſt Campaniæ

paniæ diœceſis Lingonenſis in Decanatu Baralbano,) nepos Franciſci superioris, Galtheri ex Anna Pleſſæâ, ſeu à Placida ſede filius, ex Decano Autiſſiodorenſi, & Epiſcopo Regienſi electus recipitur 4. Maij 1533. quo tempore mittitur Orator à Franciſco primo ad Clementem 7. cuius legationis commentarios Nicolaus Camuzatus nobis & publico dedit. Franciſcus verò edidit ſtatuta Synodalia 1552. Obiit 1554. 5. Cal. Octob. de quo idẽ Camuzatus in Promptuario antiq. Tricaſſ. vbi dicitur etiam Abbas Cellenſis & Aremarenſis.

94. *Robertus de Lenoncour* vir magni ingenii & prudentiæ inſignis ingreditur vrbem 1560. Fuit etiam Metẽſis Epiſcopus 81. & Arelatenſis 86. Archiepiſcopus, item Abbas Barbelli, ac Prior Charitatis, vbi ſepeliebatur, ſed eius ab hæreticis in ventos diſperſi cineres.

Lenoncour porte d'argẽt à une croix dentelée, ou engreſlée de gueule.

95. *Philippus de Lenoncour* Cardinalis, videndus Petramellarius pag. 393. & Ciaconus pag. 1249. à quo poſteriore malè Cancellarius dicitur, pro Conſiliario Regis. Fuit etiam Catalaunenſis 88. & Abbas Vngiaci Diœceſis Æduenſis, ac Prior Charitatis huius Diœceſis, item Reomenſis & Rebacenſis Abbas, nepos Roberti prædeceſſoris.

96. *Philippus Babou* Cardinalis *de la Bourdaiſiere*. Obiit Romæ 7. Ianuarij 1570. ſepultus ad S. Ludouicum. videndus Petramellar. & Ciacon. fuit etiam Engoliſinenſis.

Amiot porte d'azur au cheuron d'or, deux trefles en chef. & une eſtoille en pointe d'or.

97. *Iacobus Amiotus*, loco humili natus 3. calend. Martij 1513. patre Nicolao & Margaretâ de Amoribus matre, Meloduni ad Sequanam Diœceſis Senonenſis, ex Auditore Iacobi Tuſani, Petri Daneſij, & Orontij Finæi, ac Profeſſore publico litterarũ Græcarum in Academiâ Bituricenſi, adſcitus ab Henrico 2. Rege ad liberalem liberorum regalium educationẽ, primùm factus Abbas Belloſanæ, & Compendij, inde Epiſcopus huius ſedis, & Franciæ Protoëleemoſynarius, atque inter Præceptores militiæ S. Spiritus adſcriptus. Plutarchi opera (hoc eſt) Oracula totius ſapientiæ certiſſima ſuis, linguâ haud vulgari, (fontibus Græcis in hortos Gallicanos adductis) communi quidem bono, ſed ſine pretio pretioſo patefecit. Atque vt omnibus modis poſteritati prodeſſet, Gymnaſium curauit inſtruendum in ſuæ diœceſeos ciuitate vbi Religionis veritas, morum probitas, bonarum artium ingenua diſciplina non ære, argento, auro, ſed ſtudio, labore, ac induſtriâ promercales comparentur, degeneribus ignauis, & turpibus à tam pulchro ſanctoque ſtudio excluſis, & profugatis. Obiit Sabbato 6. Februarij 1593. ſepultus ante maius altare ſuæ Cathedralis. Videndus Antonius Verderius in ſuã Bibliothecâ, & Ioannes Chenu quæſt. 18. Quo item anno deceſſit Germanus *Diuolé*, Dominicanus Autiſſiodorenſis Theologus inſignis, oriundus de Cheuanis.

98. *Franciſcus de Donadieu*. Ei Nicolaus Camuzatus dicat Roberti Monachi Chronicon, quod tam ſæpè hîc citamus. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614. Eius tempore Capucini fundantur Autiſſiodori 1606. 29. Sept. & Conadæ ad Ligerim inſtituũtur Auguſtiniani communitatis Bituricenſis 1616. Edidit ſtatuta Synodalia 1622. feria 4. poſt Paſcha.

99. *Ægidius de Sonuré*, ex Conuenenſi tot anteceſſoribus viris verè Apoſtolicis dignus ſucceſſor, nobilitate, virtute, & eruditione ita clarus, vt facula noſtra tanto ſideri in meridie ſolſtitiali minimè ſit præferenda.

Decani aliquot Autiſſiodorenſes.

Vilelmus 1180.

Hugo de Noeriis, vel Nuceriis 1183. fortè Epiſcopus 58.

Herueus 1185. & 1191.

Guilelmus de Siliniaco, 1198. poſteà Epiſcopus 59.

Reginaldus de Siliniaco, 1212. poſteà Epiſcopus 62.

Guido de Melloto, poſteà Epiſcopus 63.

Gaufridus.

Erardus de Leſigneriis, deinde Epiſcopus 64.

Guilelmus Butardi, 1221.

Briccius, 1223.

Heribertus, 1240.

Hugo, 1249.

Vilelmus, 1302.

Ioannes de Meloduno, 1340.

Petrus de Chiciaco 1353.

Florentinus.

Drocus Iordanus.

Vilelmus Catins.

Ioannes Mercier.

Guilelmus Chauderon.

Milo de Cicon.

Guilelmus Sortus.

Thomas la Pelote.

Guilelmus de Pruneto.

Franciſcus de Tintavilla, poſteà Epiſcopus 93.

Franciſcus de la Barre.

Erardus de Rochefort, Abbas Vezalienſis.

Franciſcus de Lauſon.

Baiocenſes Epiſcopi.

Bayeux.

Flor.400. BAIOCA, ſeu Baiocaſſium, vel Bajocenſium, ſeu Bajocaſſinorum ciuitas, ad Auram fluuium, *Bayeux*, à qua Regio circumuicina, vulgò *Beſſin* in Normania. Videndus Ioannes Sauaro ad Sidon. l. 4. epiſt. 18. Robertus Cenalis lib. 2. Periochâ 4. de re Gallicâ, ſub Archiepiſcopatu Rotomagenſi, ac Parlamento, gradu longitud. 20. 0. latitud. 49. 0. vbi dies maxima horarum 16. & paulò plus, altitud. ſolis 41. 0. ratio vmbræ æquinoctialis 69. 10. ad 60. Templum primarium Deiparæ dicatum 50. habet Canonicos, inter quos duodecim dignitates gerunt. In cuius diœceſi præter 211. Parochiales, hæ ſunt Abbatiæ.

Flor. 1500. S. Vigoris de Ceraſeyo O.B. *Ceriſy*.

Flor. 100. Ardenna O.P. *Ardenne*.

Flor. 475. S. Mariæ de Alneto, *Aunay* O.C.

Flor. 60. S. Mariæ de Valle, *Du Val* O.A.

Flor. 750. S. Stephani de Fontenaco, vel Fontenato *Fontenay* O.B.

Flor. 1100. S. Martini de Toarno, aliàs de Mareſcagiis O. B. vulgò *Touart*, vel *Trenard*.

Flor. 1000. S. Stephani de Cadomo O.B. *Caen*.

Flor. 100. S. Mariæ de Longis, *Longes* O.B.

Flor. 60. De Barbereyo, vel Barberio, *Barbery* O.C.

Courdilium fœminarum.

S. Trinitatis Cadomenſis O. B. fœminarum.

Bella Stella, *Belle-Eſtoille* O. P.

Val-Richer O. C.

De Terigny.

Epiſcopi verò, ex Demochare, & aliis hi ſequuntur.

1. *S. Exuperius*, *S. Spire* 1. Auguſti, & 28. Aprilis, cuius vita, & tralatio Corbolium, *Corbeil*, deſcripta eſt Gallicè à Ioanne Baptiſta Maſſono Archidiacono in Eccleſia Baiocenſi. Vide etiam de hac tralatione Papirium Maſſonum Ioannis fratrem, in deſcriptione fluminum Galliæ fol. 196.

A 2. *S. Renobertus*, apud Molanum 17. Calend. Iunij, baptizatus à ſancto Exuperio, in cuius Eccleſia ſepultus anno ætatis 120. Epiſcopatus 90. vt eſt in Breuiario. Eius corpus quieſcit Oringeij vt notat Martyrologium Veſuntionenſe 14. Octob.

3. *S. Rufinianus.*

4. *S. Lupus*, à Siluestro Archiepiſcopo Rotomagenſi conſecratus. Lege vitam ſancti Exuperij ſuprà citatam. Scripſit vitam prædeceſſoris ſancti Renoberti.

5. *S. Manneus*, ciuis & Epiſcopus,

B de quo dicitur: Bonus in iuuentute, melior in medio, optimus in fine, Breuiar. Baiocenſ.

6. *S. Conceſſus*, vel Conteſtus.

7. *S. Patricius*, in Cod. Thu. ponitur poſt S. Lupum.

8. *S. Vigor*, Baronius, Molanus, Vion, Galeſinus, Surius Calend. Nouembris. Habet in ſua diœceſi Abbatiam, & Prioratum, de quo Prioratu infrà in Iarentone Abbate 47. Benigniano.

9. *S. Geretrannus*, vel Gertrandus.

10. *S. Gerboldus*, vel Guiboldus. Molanus 7. Decembris. In Concilio Ro-

C tomagenſi 682. Baronius. Obiit die 8. poſt feſtum S. Andreæ.

11. *S. Framboldus.*

12. *S. Robertus*, in C. Th.

13. *S. Hugo*, deinde Archiepiſcopus Rotomagenſis, Chronicon Cadomenſe, vbi etiam dicitur præfuiſſe Eccleſiæ Pariſienſi 37.

14. *Thiorus*, ex Clerico Regio 809.

15. *Careuſtus*. In reſtitutione Ludouici 835. Nominatur in Chartulario Ferrarienſi cum Aldrico 48. Senonenſi.

16. *Erkembertus*. Concilio ad Saponarias 859. Sueſſionenſi 866. & Pontigonenſi 876.

D 17. *Valfridus*, vel Baltfridus, vel Belfredus in vita Renoberti, 846. Ind. 6. & apud Lupum Ferrarienſem ep. 84. & in Chartulario Ferrarienſi tempore Ludouici Pij, in Synodo Vermeriæ 853.

18. *Hugo*, in Concilio Remenſi, 1049.

19. *Odo*, frater Guilelmi Ducis Normaniæ, & Regis Angliæ, cognomento Conqueſtoris, cuius funeri interfuit Cadomi 1087. Gemeticenſis lib. 6. cap. 17. Obiit Panormi in Sicilia 1096. filius Herluini, ex Helena matre ipſius Guilelmi, qua de re Ioannes Tilletus. Vnde non ſatis propriè in monumentis Benignianis dicitur Odo de ſtirpe Comitum Normanniæ oriundus, vbi dat Iarentoni 47. Abbati Benigniano Prioratum

ratum ſancti Vigoris in monte Chriſ- A
matis extra vrbem Baiocenſem, Robertus Cenalis lib. 2. Perioche 4. de re Gallica, & Ordericus lib. 8. vbi Iarento corruptè dicitur Grento. Interfuit etiam Concilio Rotomagenſi 1074. ſeditque circiter 48. ann.

20. *Philippus*, in Supplem. Sigeberti 1155. & 1161. Obiit 1164.

21. *Richardus*, de eo Ordericus l. 13.

22. *Henricus*, in coronatione Henrici Regis 1171. & in dedicatione Eccleſiæ de voto 1181. Supplementum Sigeberti, & Ioannes Sariſberienſis epiſt. 201. Ei etiam ſcribit Arnulphus Lexouienſis B epiſt. 87. Nominatur quoque apud Didonem, & Gemeticenſem lib. 2. cap. 2. & lib. 7. cap. 17. vbi tamen legitur Hugo.

23. *Turoldus*, C. Th.

24. *Petrus*, 1206.

25. *Robertus de Ablegel.* In expeditione Albigenſium an. 1212. Gaguinus, Nauclerus. Circa hæc tempora conſtruitur Conuentus Minoritarum in vrbe 1222. à Gregorio S. Franciſci adhuc viuentis ſocio. Et anno 1223. intereſt exequiis Philippi Auguſti. Obiit 1231. Fortè ei reſcribit Innocentius 3. cap. 31. de Officio, & Poteſtate Iudicis delegati, quod C eſt pars capitis, cùm in iure de Electione.

26. *Thomas de Faucouille.* Obiit 1236. ex Decano Rotomagenſi.

27. *Guido.* Obiit 1259. 3. Cal. Martias in Chronico Cadomenſi.

28. *Odo de Lorrez.* Obiit 1274.

Gregorius, à nonnullis hîc interſeritur, mortuus 1276. nepos Gregorij 9.
tanus.
Papæ, ſcriptor vitæ Vrbani 4. Querce-

29. *Petrus Bellouacenſis*, apud Gulielmum Nangium 1276. & Bzouium 1279. & ita legendum apud Tillium in Chro- D nico.

30. *Guilelmus* Bertrandi *Bonnet* 1301. fundator Collegij Baiocenſis Pariſiis 1308. Sabbato poſt *Reminiſcere.* Obiit Andegauis natus Cenomanis.

College de Bayeux. 31. *Petrus* 1324. ex Cameracenſi 56. nominatur & 1334. inuenitur, ſed incerto tempore Epiſcopus Baiocenſis Ioannes *Langres* natus Poliniaci.

32. *Guilelmus* de Bello-joco, *de Beaujeu*, ex Præcentore Lugdunenſi, & Præfecto fori Veneris. Obiit 1337. ſepultus apud Franciſcanos Bellæ-villæ, filius Guilelmi, & Leonoræ Sabaudæ, apud Paradinum, & Quercetanum.

33. *Petrus.* Obiit 1360. Hoc tempore 1353. Ioannes de Iuſtitia Canonicus Pariſienſis, & Cantor Baiocenſis Collegium ſui nominis Pariſiis fundauit. Collegium Iuſtitiæ Pariſiis.

34. *Nicolaus de Boſco* 1374. & in tralatione S. Ludouici 1392. in Concilio Regis 1395. Præſes Cameræ Computorum Pariſiis 1398.

35. *Ioannes* de Boſſeyo 1412.

36. *Nicolaus Habart* 1431.

37. *Zanonus* Caſtillio Lombardus, in Concilio Florentino 1439. dicitur & Ioannes de Caſtigliano, & de Caſtello.

38 *Petrus Villaines* 1440.

39. *Guilelmus Chartier* 1446. poſteà Epiſcopus Pariſienſis.

40. *Ludouicus* de Harcuria, Patriarcha Ieroſolymitanus in Comitiis Turonenſibus 1467. Obiit 1479.

41. *Carolus* de Nouo-caſtro Archiepiſcopus Biſuntinus 81. Obiit 1498. 13. Cal. Auguſti, Abbas Cadomenſis.

42. *Renatus*, vel Reginaldus de Pria, dicitur Archidiaconus maior Bituricenſis, & Baiocenſis Epiſcopus, Septembris 23. 1505. Indict. 8. Eſt & in numero Epiſcoporum Lemouicenſium 72. Memoratur Cardinalis à Guicciardino lib. 10. & Abbas Commendatarius Burgidolenſis 1506. Martij 18. ſepultus in Monaſterio Prateæ Ordinis Ciſtercienſis diœceſis Bituricenſis 5. Idus Septembris 1516. cuius loci Abbas fuerat, ibique eius inſignia ſpectantur, ſcilicet ſcutum bipartitum, in cuius priore parte rubea cernuntur tria trifolia aurea, cuius etiam Epitaphium à nobis acceptum alij retulerunt. Videndus Onuphrius, & Ciaconus, qui menſe Auguſto ab humanis cum diſceſſiſſe volunt. Fortè verò ſuffectus fuit à Leone 10. Ludouicus de Canoſſa, apud Bembum lib. 14. epiſt. ſed vt videtur, poſſeſſionem non adeptus.

43. *Stephanus Poncher.* Fundat 1548. Monaſterium ſanctæ Mariæ Cæleſtinorum Eſclumonte, poſteà euehitur ad Turonenſem Archiepiſcopatum, Chopinus libro primo Monaſticon titul. 2. num. 14.

44. *Auguſtinus* Triuultius, in Nomenclatura Cardinalium, pag. 120. vbi dicitur obiiſſe 1548. *Porte d'or & de ſynople en palde ſix pieces.*

45. *Carolus de Humieres.* Ei dicat librum de Sectis hæreticorum Gabriel Prateolus 1568. *Porte d'argent freté de ſable.*

46. *Bernardus* à S. Franciſco, ex Conſiliario Pariſienſi, & Abbate Fontis-Danielis, in Concilio Rotomagenſi 1581. Quo anno obiit ætatis 53.

47. *Mathurinus de Sauoniere*. Obiit 11. Maij. 1586.

48. *Carolus* Borbonius, Cardinalis Vindocinenſis 1594.

49. *Renatus d'Aillon, du Lude*, Abbas *de Chaſteliers*, præceptor Ordinis ſancti Spiritus. Item Epiſcopus Lucionenſis 19.

50. *Arnaldus d'Oſſat* 1600. ex Redonenſi Epiſcopo. Obiit pridie Idus Maij 1604. iacet Romæ apud ſanctum Ludouicum. Eum laudauit oratione funebri Galucius Societatis Ieſu, poſteà cum aliis in lucem emiſſa. Eius Epitaphium habetur in Nomenclatura Cardinalium.

D'Angennes Rambouillet porte de ſable au ſimlord d'argent.

51. *Iacobus d'Angennes*. In Comitiis Pariſienſibus 1615. de qua gente nos alibi.

Baïonne, aux landes de Biſcaye.

Baïonenſes Epiſcopi.

Flor. 100.

BAÏONA Lapurdenſium, ſeu Baioatum Precianorum, vel caſtrum Lapurdum, ad Aturum fluuium, qui ſeſe illic in Oceanum Aquitanicum verſus Hiſpaniam, ad Occidentem exonerat, gradu longitud. 18 45. latitud. 43. 40. vbi dies maxima horarum 15. 15. 40. altitudo ſolis 46. 20. in fine climatis 5. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 51. 30. ſub Archiepiſcopatu Auſcenſi, & in Parlamento Burdegalenſi. Videndus Sauaro ad Sidonium lib. 18. ep. 12. Ortelius in veteri Gallia, cuius ciuitatis Epiſcopo ſcribit Alexander 3. C. 1. de Coniugio leproſorum. Abbatiæ autem in hac diœceſi hæ notantur.

De Fore de Campo baſſo O.B.
S. Georgij de Mirabello. O.B.
S. Saluatoris de Vrdacio O.P.

At Epiſcopi huius ſedis à nobis tantùm hi obſeruati.

S. Sulpitius, Molanus Natal. Belgic. 27. Ianuarij, & Miræus Faſtis Belgicis, vbi Philippus Ferrarius legit Baiocenſis, & Petrus Galeſinus Bayenſis.

Guilelmus. In Concilio Conſtantienſi ſeſſione 31.

Iacobus, Dominicanus, *Sampayo* in ſtemmate Prædicat.

Ioannes de Barreria in coronatione Ioannis, & Catharinæ Regum Nauarræ Pampilonæ 10. Ianuarij Dominicâ 1494.

Milo de Dormanis, poſteà Bellouacenſi[illegible]70.

Ioannes du Bellay 1532. Abbas S. Gildæ diœceſis Bituricenſis O. B. poſteà Pariſienſis Epiſcopus 104. & Cardinalis.

Ioannes Fraxineus *de Freſſe*, Orator Henrici 2. Regis Franciæ in Germaniam 1552. Scripſit de ſtatibus, & familiis illuſtribus in orbe Chriſtiano Gallicè.

Bertrandus des Chaux, in Comitiis Pariſienſibus 1614. Eleëmoſynarius primus Regis, cui dicat Ioannes Filſacus Theologus Pariſienſis 1615. librum de Idololatria politica, poſteà euectus ad Archiepiſcopatum Turonenſem 1617.

. . . . . . *de Rueil*.

Baſilienſes Epiſcopi.

Baſle.

Flor. 1000.

BASILEA, ſeu Baſilienſium ciuitas *Baſel* incolis, *Baſle* Francis, ad Renum, gradu longitud. 29. 20. latitud. 47. 35. iuncta Heluetiis 1501. Colonia Raurica, cuius icon apud Georgium Brunum tomo 1. Ciuitatum, vbi dies maxima horarum 15. 47. 44. altitudo ſolis 42. 25. Ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 65. 9. ad 60. vulgò grata cognominatur, vt Conſtantia ampla, Straſburgus nobilis, Spira deuota, Moguntia honorata, Colonia diues, Treuiris antiqua. Memoratur Baſilea Ammiano lib. 30. qui, & lib. 15. apud Sequanos, ait, Biſuntios vidimus, & Rauracos aliis potiores oppidis multis. Nunc verò Capitulum ſedem habet Friburgi Briſgojæ Religione Catholicâ à Baſilienſibus reiectâ, in cuius diœceſi hæ ſunt Abbatiæ.

Morbacenſis O.B. *Flor. 600.*
Lucella O.C. *Flor. 60.*

Epiſcopi autem hac ſerie inueniuntur.

Iuſtinianus, in Concilio Agrippinenſi contra Euphratem circa annum 349. vbi dicitur Rauracorum Epiſcopus.

Pantalus, in hiſtoria vndecim millium Virginum memoratur.

Adelphius, in Concilio 1. Aurelianenſi 507. licet alij legant Arauſicenſem, pro Rauracenſi.

Racanacarius, ex Epiſcopo Æduenſi 17. circa 660. Vion; ſed tempora vix concordant, aut hîc, vel illic turbata ſerie Præſulum.

Valanus, 748.

Valdebertus

Valdebertus, 760.

Valdo, 806. factus Monachus Sandionyſianus.

Hatto, vel Hetto, vel Oto, vel Aido, legatus imperialis Conſtantinopolim 811. Regino, & Hermannus Cõtractus, & Annales incerti apud Pithœum.

Vdalricus, in diplomate Ludouici Pij, vbi Delricus dicitur à Tauello, ex Cartulario Ferrarienſi.

Fridebertus, 856. & 859. in Concilio Tullenſi.

Adelninus, Carolo Craſſo imperante.

Rodulphus 892. Regino.

Irnicus, vel Iringus in Concilio Triburienſi 895. Regino, & tomo 3. Conciliorum.

Vichardus. Nominatur in Concilio quodam apud Flodoardum in Chronico 948.

Adalbero, vel Adalbertus 1014. Dedicat ſuam Eccleſiam 1019. 5. Idus Octobris.

Vdalricus.

Bruno.

Theodericus. Nominatur 8. Cal. Aprilis 1044. in Inſtrumento pro Paulianis Veſuntinenſibus.

Bernigerus 1057.

Burchardus 1072. Ei ſcribit Gregorius 7. lib. 2. epiſt. 14. Indict. 13. 1074. 4. Calendas Nouemb.

Rodulphus de Hombourg, 1111. & 1114. 5. Nonas Mart.

Ludouicus de Phiretro Comes.

Bertholdus, vel Bertulfus de Nouocaſtro 1125. & 1130. in fundatione Lucellæ.

Adalbero de Hombourg, Comes 1140.

Hanno, ex Abbate Luneburgenſi, Chronicon Caſſinenſe lib. 4. cap. 120. & 121.

Ortelerius, vel Orchetus *de Humbourg*, 1156.

Ludouicus, priuatus ab Alexandro 3. in Concilio Lateranenſi 1179. ob ſimoniam.

Hugo de Haſenbourg.

Henricus de Hombourg, vel *de Homberg*, 1160.

Hugo 1172.

Lupoldus, vel Lutoldus, vel Lutolfus 1207.

Valterus, vel Valdricus, depoſitus in Concilio Lateranenſi, ab Innocentio 3. 1215. Chronicon Hirſaugienſe, cui ſcripſerat idem Innocentius C. 6. de Conceſſione Præbendæ.

Dominicani, & Franciſcani

Henricus de Thun, Comes 1238. Obiit, quo tempore recepti Baſileæ Dominicani, & Franciſcani.

Lutoldus, Obiit 1248.

Bertoldus de Phiretro Comes. Obiit 1252. 4. Idus Octobris.

Henricus de Nouo-Caſtro, emit Porentrutum, & obiit 17. Calendas Octobris 1274.

Henricus, ex Minorita. Promittit obedientiam Odoni Archiepiſcopo Biſuntino 67. A.C. 1280. Nominatur in diplomate Gregorij 10. Lauſannæ 12. Cal. Nouembris 1275.

Petrus Rich 1288. Obiit Idibus Septembris 1290.

Petrus de Aſphelt Medicus, poſteà Moguntinus Archiepiſcopus 79.

Oto de Grandiſono, Granſon, quod oppidum celebre in Heluetia clade Caroli Burgundiæ Ducis.

Gerardus de Vipinghen. Obiit 1325. 16. Calend. Maij.

Ioannes de Cabilone, Burgundus, ex Lingonenſi 73. Obiit 10. Calend. Iullias.

Ioannes. Obiit pridie Calendas Iullias 1365. cognomento Senen, filius ſororis Bertholdi Epiſcopi 62. Argentinenſis.

Ioannes de Vienna Burgundus, ex Metenſi 71. & Biſuntinenſi 71. 1382. Obiit Porentruti, vel Brontruti, ibique iacet, vir iuris Eccleſiaſtici tenaciſſimus, aliàs ſui liberaliſſimus; quæ nota optimi Præſulis.

La Chronique de Mets dit qu'il auoit gouuerné le Duc de Bourgongne, en quel pays on vſoit de droict, de iuſtice, & de raiſon.

Himerius de Rauſtein. Obiit 1391.

Fredericus de Blanchenen, & Argentinenſis 66. & Vltrajectinus 52.

Conradus, electus menſe Septembri, poſt biennium abdicat.

Humbertus de Nouo-Caſtro, Theobaldi & Aleidis Ionuilleæ filius.

Harthmannus. Obiit 1423.

Ioannes, ex Abbate Salerienſi, vulgò *Seltz*. Obiit 1436. durante Synodo in hac vrbe in profeſto S. Thomæ Apoſtoli. De qua Synodo Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Galtherus in Tabula Chronographica, Azor part. 2. Inſtitut Moral. l. 5. c. 17. Cœpta verò hæc Synodus 1431. finita 1442.

Fridericus, inter Electores Felicis 5. 1439. Obiit poſtridie Epiphaniæ 1451.

Arnaldus de Rothberg, ex Decano. Obiit Nonis Maij 1458.

Ioannes de Vellinghen, ex Decano Baſilienſi, & Spirenſi. Obiit Porentruti 1478. Dominicâ ante Natalem Domini Quo ſedente fundatur Academia à Pio 2. 1460. Academia.

Gaſparus. Obiit 1502.

Chriſtophorus ab Vthenin, abdicauit A 1527. Quo tempore hæreſis inducitur in vrbem, ablegatâ impiè verâ, & antiquâ Religione Romanâ: quo etiam ſedente 1536. 11. Iullij moritur, & ſepelitur Baſileæ Eraſmus. De quo Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica.

Philippus Gondolphein, Collegio Canonicorum migrante Friburgum Briſgoiæ, ſeceſſit ipſe Porentrutum, ibique obiit 1553. menſe Octobri.

Melchior à Liechtenfels. Obiit 17. Cal. Iullij 1575.

Iacobus Chriſtophorus Blannerus, electus 10. Calend. Iullij 1575. Ei Petrus B Matthæus dicat ſeptimum Decretalium 1588.

Baſatenſes, vide infrà Vaſatenſes.

Bellicenſes Epiſcopi.

Bellay.

Flor. 333. BELLICIVM caput Comitatus Beugeſij, in ditione Regis Franciæ C ab anno 1601. quo pactione inter Henricum 4. R. F. & Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem Marchionatus Salutiarum permutatus fuit cum Comitatu Breſſiæ &c. 17. Ianuarij, & eſt ſub Archiepiſcopatu Biſuntino, & Parlamento Diuionenſi, patronum habens ſanctum Ioannem Baptiſtam. In gradu longit. 27. 6. latitud. 45. 20. vbi dies maxima horarum 15. 28. altitudo ſolis 44. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 61. ad 60. Quâ in vrbe fundati fuere Franciſcani 1451. Huc verò tranſlata fuit Sedes Epiſcopalis Niue- D duno ciuitate Equeſtrium, ad ripam dextram lacus Lemani, *Nion*, in Notitia Prouinciarum Galliæ, vbi in Cod. Puteano ſcribitur ciuitas Equeſtrium Niuedunenſium, in Cod. Thuano ciuitas Niueduno, licet Ortelius in veteri (Colonia Equeſtris.) Gallia ponat Equeſtrem Coloniam, vbi nunc *Venay* ſupra Lauſanam. Equeſtris autem meminit Plinius lib. 4. cap. 17. Ptolomæus l. 2. cap 9. & Tabula 3. 27. 0. 45. 40. Aliis etiam Equeſtris dicitur *Tonon*, ad ſiniſtram lacus ripam, caput (Cablaſium Chablais.) Ducatus Cablaſij, vel Caballitij, vt ſit alluſio inter hæc nomina, *Equeſtris*, & *Caballitium*: ſed & Equeſtris Colonia dicitur Roberto Cenali *Neuchaſtel*, ſeu Neocomus, ſeu Neoburgum, ad alterum lacum ſui nominis, in gradu latitudinis 47. Attamen nullum Equeſtris Epiſcopum inueni, licet inueniatur Niueduni Epiſcopus in Concilio Arelatenſi 314. ſed ille Niuernenſibus aſſignatur, qui & Neuidunenſes, ſeu Nouiodunenſes. Nec contemnenda Iacobi Chiffletij opinio, hanc Equeſtrem Coloniam eſſe eamdem cum Epona, vnde iam tranſlatus fuerat Epiſcopatus, ante Concilium, in ea habitum 509. quod inde Eponenſe nominatur, quam Hiponam appellari, ab Auito Alcimo Iacobus Sirmundus me admonuit. Bellicij verò Epiſcopi hi à nobis reperti, cum vna Abbatia, Sancti Sulpitij videlicet O.C. Flor. 150.

Vincentius, in Concilio Lugdunenſi 570.

Felix, Concilio 2. Matiſconenſi 588. hunc eſſe numero octauum Bellicij ſedentium notat Iacobus Chiffletius.

Florentius, Concilio Cabilonenſi circa 650.

Adabaldus, In alio Concilio Cabilonenſi 887.

Stephanus, Vicarius Berengarij Archiepiſcopi 41. Biſuntini, circa 915.

Aymo. Nominatur 8. Calend. April. 1044. in Inſtrumento pro Paulianis Veſuntionenſibus.

Pontius, in Inſtrumento Benigniano 1129. & 1140.

S. Anthelmus, ex 7. Carthuſienſium Generali 1163. Conſecratur ab Alexandro 3. die Dominicâ in Natali Virginis, 8. Septembris, de quo plura D. Polycarpus in Annal. Carthuſianis. Vide etiam Martyrologium 26. Iunij, & vitam S. Petri Tarentaſienſis c. 19. & vitam S. Stephani Dienſis. Fuerat primùm Genebenſis Eccleſiæ præpoſitus, vir integerrimæ Religionis, miræque ſapientiæ, atque virtutis, in Chronico Lemouicenſi. Obiit ætat. 70. Epiſcopatus 15. Chriſti 1178.

Raynardus in Concilio Lateranenſi Alexandri 3. 1179.

Bonifacius Villarius de Sabaudia, ex Priore Nantuæ, & Adminiſtratore Valentiæ in Delphinatu, Archiepiſcopus 45. Cantuarienſis.

Elizacar.

Edoardus, Philippi Pedemontij Principis filius, ex Iſabella Achaïca Monacho Benedictino, & Abbate Secuſiæ, Epiſcopus Bellicenſis, & Sedunenſis, ac poſteà Archiepiſcopus Tarentaſienſis, Pingonus in Arbore gentilitia Sabaudiæ,

diæ, & Vion pag.267.& 291. vbi dicitur obiiſſe 1390. menſe Februario, & iacere in templo Muſterij, in cuius funere orauit Florianus Maurianenſis.

Percenallus, Cuſtos Conclauis in Synodo Baſilienſi ſeſſione 38. anno Chriſti 1439.

Antonius à Camera in Concilio Tridentino.

Symphorianus de Bullione, poſteà Sueſſionenſis 79.

Focaudus de Bonne-val, ex Sueſſionenſi 78. permutationis cauſa cum Symphoriano.

. . . . . Guenonis.

Pal.44. *Ioannes Petrus Camus*. Huius lingua calamus ſcribæ velociter ſcribentis in exaltationem Sponſæ Chriſti aſſiduo, & indefeſſo labore incumbit. Verè dixerim (quod olim de S. Hieronymo pronuntiauit Seuerus Sulpitius) *Catholica hominis ſcientia, ſuint doctrina eſt. Totus ſemper in lectione, totus in litteris eſt; non die, non nocte requieſcit, aut legit aliquit ſemper, aut ſcribit.*

Beauuais. *Bellouacenſes Epiſcopi.*

Flor.4600. BELLOVACVM, vel Belvacum, ſiue Cæſaromagus, & Bratuſpanſium Bellouacorum, de quibus Heutherus Belgij cap. 14.

L'Eveſque de Beauuais porte d'or à vne croix, & 4. clefs de gueule.

Vrbs antiqua ſedet gremio telluris opimæ,
Belligeris populoſa viris, viciſque decora.

Guilelmo Britoni lib.1. Philippidis, vnde Bellovaci, quaſi bello vacantes, in vita ſancti Luciani, vel bello acuti, in vita ſancti Aniani; gradu longitud. 23. 10. latitud 49. 15. Ptolom. l. 2. cap. 9. vbi dies maxima horarum 16. 4. 49. altitudo ſolis 40. 45. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 71. 0. ad 60. ad fluuium Thatam, Thera. ſub Archiepiſcopatu Remenſi, & in Parlamento Pariſienſi, cuius Eccleſiæ Epiſcopus Par, aut Patricius Franciæ dicitur, & Comes. Bellouacos verò inter Belgas plurimùm valere aiunt Cæſar, & auctor libri 8. Commentariorum de Bello Gallico, ac Strabo l. 4. In hac autem vrbe (in qua lata lex 1. de Veterannis libro 12. Cod.) ſunt circa 30. Eccleſiæ, ex quibus 13. Parrochiales, & 6. Collegiatæ, in quarum primaria ſancto Petro dicata numerantur 42. Canonici, & ex his 6. dignitates, qui Canonici memorantur C. 3. de Emptione, & Venditione, vt Capitulum C. 37. de Præbendis C. 2. de Clandeſtina deſponſatione, C. 9. de Teſtibus, C. 5. de Pœnis, C. 1. de Regularibus. At in tota diœceſi numerantur circiter 400. Eccleſiæ Parrochiales in 9. Decanatus diſtributæ, præter Abbatias, quæ ſequuntur, & Prioratus quinquaginta.

S. Luciani O.B. Flor. 3000.
S. Symphoriani O.B. Flor. 312.
S. Quintini O.A. quæ prima in Francia Canonicorum Regularium ſuſcepit reformationem auctore Iuone, poſteà Epiſcopo Carnotenſi, atque hæ tres prope vrbem. Flor. 500.
S. Mariæ de Bretolio, *Breteuil* O.B. Flor. 600.
S. Martini in Boſco, ſeu Ruricurtenſis, vel Rudicurtenſis O.B. Flor. 400.
S. Geremari (malè vulgò Germani) de Flaiaco, vel de Flauiaco, vel Flaxiaco (malè item nonnullis de Blaiaco) *S. Germer de Flays* O.B. Flor. 1000.
Regalis-montis, *Reaumont* O. C. Flor. 208.
Belli-prati, *Beau-pre* O. C. Flor. 700.
Frigidi-montis, *Froy-mont* O.C.
Alneti de Brioſtelio O. C.
S. Pauli fœminarum.
Moncel fœminarum.
Partemont fœminarum O.C.
S. Iuſti O.P.

Præterea Epiſcopi huic Sedi præfuerunt hoc ordine, quem Antonius Demochares, Petrus *Louuet*, & Antonius *Loyſel* viri clariſſimi deſcripſerunt.

1. *S. Lucianus*, tempore Domitiani, ſic enim legendum, non Diocletiani, conſecratus à ſancto Dionyſio Areopagita, miſſus à ſancto Petro, à quo, & baptizatus fuerat, Eccleſiam Abbatialem habet in ſuburbio, cuius feſtum agitur 8. Ianuarij in Martyrologio, de quo Vincentius Bellouacenſis l. 11. cap. 75. Antonin. tit. 6. cap. 26. 83. Volaterr. lib. 16. Equilin. lib. 2. cap. 55.
2. *Thalaſius*.
3. *Victor*.
4. *Chanarus*.
5. *Numitius*.
6. *Licerius*.
7. *Liertius* 314.
8. *Theuerius*, vel Themerius.
9. *Bertegiſilus*, vel Betgiſilus 346.
10. *Rodomarus*.
11. *Anſoldus*.
12. *Ribertus*, vel Rigobertus.
13. *Gogerinus* 400. tempore S. Nicaſij Archiepiſcopi Remenſis.
14. *Anſelmus*.
15. *Mauricius*.
16. *Hincbertus*.

17. *Clemens*. Memoratur in vita ſancti Eligij lib. 2. cap. 56. apud Surium.

18. *Conſtantius*, vel Conſtantinus ab anno 515. ad 559.

19. *Rauigus*, vel Rogius, vel Rodingus 560.

20. *Dodo* 586.

21. *Erkembertus*.

22. *Ercoaldus*, vel Recoaldus, poſt quem à nonnullis additur Vincentius.

23. *Meroldus*, vel Miroldus.

24. *Auſtringus*.

25. *Deodatus*. Nominatur in epiſtola 3. Zachariæ Papæ circa annum 746. apud Surium in vita ſancti Bonifacij, & Baronium, vbi etiam nominantur Rimbertus Ambianenſis, & Raginfredus Rotomagenſis.

26. *Andreas*.

27. *Audingus*.

28. *Adalmannus*.

29. *Rambertus* 814. Flodoardus lib. 2. cap. 17. & lib. 4. cap. 18. l. 3. cap. 1. vel Ragimbertus.

30. *S. Hildemannus*. Obiit 842 8. Decembris ex Corbienſi Monacho, Flodoardus lib. 2. cap. 20. & lib. 3. cap. 18. Surius in vita S. Adelardi Corbeiæ Abbatis, Molanus in Natal. Belg. 2. Ianuarij, Trithemius lib. 4. cap. 227. de Viris Illuſtribus Ordinis Benedictini. Quo tempore habitum Cõcilium in hac vrbe Bellouacenſi 845. in quo electus, Hincmarus, de quo Concilio Flodoardus l. 3. Gordonus, Poſſeuinus, Gratianus, Burchardus, Gregorius 9. & Iuo.

31. *Hermenfridus*, vel Hyrminfredus, conſecratus à ſuo Metropolite Hincmaro, Flodoardus lib. 3. cap. 9. 10. & 11. Interfuit Concilio Pariſienſi 846. Cariſiaco 848. Sueſſionenſi 853. Vermeriæ eodem anno, & Tullenſi 859. Memoratur à Lupo Ferrarienſi epiſt. ad Neomenium Britanniæ Principem 34.

32. *Odo*, vel Ado, vel Hardo, vel Atto, vel Hatto. Intereſt Concilio Piſciaci, ſeu ad Piſtas 862. Sueſſionenſi 866. Trecenſi 867. & eod. anno conſecrationi Archiepiſcopi 66. Treuirenſis, apud Baldricum lib. 1. Chronici Cameracenſis c. 50. & in coronatione Caroli Calui 869. & in pactione Aquiſgranenſi 870. inter Carolum Caluum, & Ludouicum Germaniæ Regem fratres, & in Concilio Pontigonenſi 876. ex Abbate Corbienſi. Affert ornamenta Regia Ludouico filio Ludouici Baldi morientis 879. Scipio *Dupleix*. Eius meminit Flodoardus lib. 3. cap. 12. & 21. & 23. Lupus Ferrarienſis epiſt. vltima, Ioannes 8. epiſt. 146. Nicolaus primus epiſt. 24. Aymoinus lib. 5. cap. 25. & 39. Trithemius lib. 4. cap. 210. de Viris illuſtribus Ordinis Benedictini. Vide Capitularia Caroli Calui apud Cariſiacum, tit. 23. nu. 12. & 15.

33. *Rongarius*.

34. *Honoratus*, 895. Obiit 13. Ianuar.

35. *Herluinus*, 908. Flodoardus l. 4. c. 6. & in Chronico.

36. *Bono* 922. vel Bouo. Obiit 24. Maij.

37. *Hildegarius* 923. Conſecratus ab Artaldo Remenſi Archiepiſcopo, Flodoard. Chronicon, & lib. 4. cap. 36. Eius obitus notatur 3. Maij. Dator Priſciaci S. Petro.

38. *Hugo* 949.

39. *Valeranus*.

40. *Heruens*. Intereſt Pſeudoſynodo Remenſi in baſilica S Baſilij 15. Calend. Iull. 991. Iecit fundamenta Chori cathedralis, cui dedit manſos in ſuburbio, & duo molendina ad conſtructionem noui operis. Eius obitus notatur 8. Aprilis.

41. *Rogerius*, 1014. Dedit Eccleſiæ Alliacum vicum in Normania. Donauit etiam Eccleſię Comitatum Bellouacenſem, quem habuerat permutationis cauſa cum Comitatu Sanſerræ ab Odone fratre, quod confirmauit apud caſtrum S Dionyſij Robertus Rex 1015. Regni 20. filius Odonis Turonen. Bleſenſis, & Carnutum Comitis, & Berthæ Conradi Burgundiæ Regis filiæ. Videndus Sigebertus 1014. Claudius Paradinus Genealog. pag. 40. Tillius. Patruum habuit Hugonem Archiepiſcopum 55. Bituricenſem, & nominatur Franciæ Cancellarius, nondum tamen Epiſcopus, in vita Burchardi Comitis, in Supplemento Antiquitatum Pariſinarum Iacobi Brulij pag. 155. Iacet in Eccleſiæ Choro totius Galliæ pulcherrimo 1024. Natali S. Ioannis Baptiſtæ, habétque hoc Epitaphium:

Hoc quod dotata eſt Comitatu Eccleſia tanto,
Iure mibi acceptum grata referre poteſt.
Vos quibus hæc data ſunt, ſaltem præſtate ſepulto,
Ne malè re patriâ dicar abuſus ego.

42. *Varinus*, vel Darinus, vel Garinus. De ſeipſo in Charta S. Vedaſti Atrebatenſis data 1323. Calend. Maij ſic loquitur: Ego meo bono omine interfui (ſcilicet Conſilio Regis Roberti in Compendio Palatio) cùm ibidem tanti viri (Leduini ſcilicet 33. Abbatis) notitiam,

tiam,

tiam, & ſacræ Societatis Præſidium pa- A rauerim meæ indignitati. Et in Charta eiuſdem Roberti Regis fundationem Abbatiæ de Columbis confirmantis 1028. Obiit 1030.

43. *Drogo.* Fundauit Canonicos ſancti Laurentij, inſtaurator, & dedicator Flayaci, vt eſt in Breuiario Bellouacenſi 20. Maij, cùm de tralatione S. Geremari agitur, & S. Symphoriani auctor 1035. cuius etiam tempore conſtruitur Eccleſia ſancti Bartholomæi, ab Odone Equite 1035. & Abbatia ſancti Pauli fœminarum, in qua 30. Abbatiſſæ fuerunt vſque ad Catharinam *Deſcoubleaux*, & B Abbatia Bretholij à Gilduino Equite ædificatur 1035. Ordinis Benedictini in honorem B. Mariæ, in qua 35. Abbates Regulares ab Euerardo, ad Ioannem *Blanc-pain*, in quorum numero 24. nominatur Petrus de Diuione, præter aliquot Commendatarios, eique nunc præeſt R. P. D. Andreas *Fremyot* Archiepiſcopus Bituricenſis. Obiit autem Drogo pridie Calend. Maij.

Bretueil.

44. *Gilbertus*, vel Guibertus 1063.

45. *Guido.* Conſecratus à Geruaſio Metropolite ſuo 1064. Sigebertus, ex Decano S. Quintini Veromandenſis, & Archidiacono Laudunenſi. Meminit C Iuo epiſt. 208. vel 193. pro varietate editionis, eidémque S. Quintino ædificauit Eccleſiam cum Monaſterio prope vrbem Bellouacum, quam dedicauit 1074. Obtinuit abſolutionem à Gregorio 7. in Synodo pro Clericis, & Ciuibus, qui excommunicati fuerant ob iniurias illatas 1074. Baronius, vbi incuriâ librarij dicitur Guilelmus Pictauienſis, ac paulò pòſt 1078. inſtituuntur Canonici ſancti Nicolai Bellouaci. Obiit Cluniaci Monachus, cuius anniuerſarium notatur 24. Aprilis, in Calendario Bellouacenſi, vbi eius mater dicitur Mathildis. D

Abbatia S. Quintini.

Greg 7. l. 1. epiſt. 74.

46. *Vrſus*, ſeu Vrſio præfuit annis 2. Obiit 10. Cal. Aprilis 1089.

47. *Fulco*, ex Monacho Beccenſi 1090. de quo ſanctus Anſelmus lib. 1. epiſt. 9. lib. 2. epiſt. 33. & 41. & l. 3. epiſt. 11. Iuo epiſt. 30. & 31. Obiit 3. Idus Septembris, in Martyrologio Bretholij, fuitque filius Lancelini, nepos Fulconis militum.

48. *Rogerius*, vel Rogatus 1093. in Concilio Claromontis Aruerniæ 1095.

49. *Anſelmus* 1099. Quo tempore Decanus Hugo *de Gerboy*, cui ſcripſit Iuo epiſt. 77. Obiit 12. Cal. Decembris in Martyrologio Bretholii.

50. *Gaufridus* 1105. Indictione 3. & 1108. ad quem Iuonis epiſtola 177. 193. & 212. Eoque tempore fundatur Monaſterium *de Moreuil* 1109.

51. *Vallo*, vel Gallo, ſed ſtatim factus Epiſcopus Pariſienſis 65. ac tandem Cardinalis. Fuit etiam Abbas S. Quintini anno 1105.

52. *Petrus* 1123. & 1132.

53. *Odo* 2. ex Abbate S. Symphoriani 8. 1136. Quo tempore fundantur Abbatiæ Belli-prati, Frigidi-montis, & Alneti.

54. *Odo* 3. ex Abbate S. Geremari, in Chartulario S. Martini Pariſienſis, nominatur 1145. Epiſcopatus anno 2. & 1146. anno 3. Legendus Petrus Venerabilis l. 5. epiſt. 13.

55. *Henricus*, nominatur 1151. Conqueritur de ſua electione ad Petrum Venerabilem, epiſtola incipiente: *Parcat vobis Omnipotens Deus*, de qua etiam extat eius epiſtola 49. ad Sugerium Abbatem:

Amantiſſimo Patri, & Domino Sugerio Dei gratiâ Abbati ſancti Dionyſij Henricus indignus Monachus Claraeuallenſis æternam in Chriſto ſalutem. Moleſtum mihi eſt, quod occaſione mei Belluacenſis fatigatur Eccleſia, vnde & ab initio denuntiaueram Clericis, ne inutilem laborem aſſumerent, aut Eccleſiam ipſam damnoſâ dilatione grauarent. Vtinam autem vel nunc ipſa vexatio eis dederit conſilium, vel intellectum, vt omni fruſtratoriâ dilatione præciſâ Eccleſiæ Chriſti prouidere feſtinent, perſonam aliam idoneam tanto miniſterio eligentes. Quod vt celeriter fieri iubeatis, & deinceps ſuauiter laborare, ſi id forſitan tentare voluerint, omnino prohibeatis, dilectam mihi in Chriſto Paternitatem veſtram obnixius, & affectuoſius rogo. Hoc enim indubitanter vos credere volo, quia quantò amplius ſuper hoc laboris aſſumeretur, tantò amplius amitteretur. Valete in Domino ſemper.

Poſteà verò fit Remenſis 51. Archiepiſcopus, frater Ludouici Iunioris 7. Franciæ Regis, ex Monacho Claræuallenſi, vita S. Bernardi lib. 4. cap. 3. Sammarthani in hiſtor. Geneal. Franc. Guilel. Brito Philipidis lib. 3. Nicolaus Claræuallenſis epiſt. 39. Petrus Cellenſis, & cæteri.

56. *Bartholomæus.* Huic ſcribit Alexander Papa epiſt. 1. apud Sirmundum & C. ſignificante 11. de Regularibus. Obiit 13. Calendas Iullii, in Martyrologio Bretholii.

57. *Philippus*, filius Roberti Comitis Drocarum, ex Agnete *de Braine* nepos

Henrici ſuperioris 55. frater Henrici 68 Aurelianenſis, patruus Roberti Epiſcopi 50. Laudunenſis. Repoſuit in noua capſa ſeu theca S. Euurtij Reliquias 1205. Ei, non Miloni, ſcribit Innocentius 3. C. 13. de Foro competenti, C. 2. de Iureiurando, C. 19. de Decimis, & C. 27. de Sponſalibus, profeſſus cum aliis ſacram militiam aduerſus Albigenſes, apud Petrum de Vallibus pag. 16. de quo Cæſarius lib. 10. cap. 12. Neubrigenſis lib. 5. cap. 22. & Chronicon Autiſſiodorenſe. Nominatur 1212. Intereſt iudicio Parium Melduni 1216. menſe Iulio pro Comitatu Campaniæ. Plura dedit Eccleſiis S. Petri, & ſancti Quintini. At verò huius Philippi apud Houedenum extat epiſtola ad Cæleſtinum Papam, & Cæleſtini ad ipſum ſub anno 1197. vbi ipſius militia arguitur, quòd clypeum, pro infula, gladium pro ſtola, loricâ pro alba, galeam pro mytra, peruertens rerum ordinem temerarius baiulaſſet contra Anglos: qua de re Philippidos lib. 5. & lib. 10.

Idem Præſul erat Roberti clara propago,
Qui Groſſi fuerat Ludouici Regia proles.

Vide Sammarthanos in hiſtor. Genealogica Franciæ. Obiit 5. Calend. Nouembris 1217. vt eſt in Martyrologio Bertholij.

58. *Milo de Nantolio* 1217. Vincentius lib. 31. cap. 137. Intereſt iuſtis funeribus Philippi Auguſti. Eum vero Theobaldus Comes Campaniæ appellat Venerabilem Patrem, (*Redoutable Pere*) Epiſcopum, & Comitem Bellouacenſem 1224. Decembris 25. Eiuſdem gentis Reginaldus Decanus 1256. & Theobaldus Archidiaconus 1280. quo ſedente in vrbem recepti Franciſcani, & Abbatia Regalis-montis fundator.

Franciſcani

59. *Gaufridus* de Claromonte, vel Nigella, *Neſle*, Vincentius lib. 31. cap. 137.

60. *Robertus de Creſſonſart*, ex Epiſcopo Siluanectenſi 54. Interfuit Concilio Lugdunenſi 1245. Obiit contra Saracenos in Cypro 1247. Eum etiam facit 63. Epiſcopum Carnotenſem Claudius Paradinus in Genealog. pag. 800. Meminit Vincentius l. 31. c. 137.

61. *Guilelmus de Greſſor*, vel *de Grets*, vel de Greſſibus. Obiit 21. Februarij, ſepultus in Capella Noſtræ-Dominæ. Dedit maiorem campanam, & ſex millia librarum Pariſienſium fabricæ.

62. *Reginaldus* de Nantolio 1269. & 1276. De quo Iacob. Vitriac. lib. 3. hiſt. Orient. Math. Pariſ. Circa quæ tempora Vincentius Bellouacenſis Dominicanus auctor Speculorum, obiit 1256. quem nonnulli malè Epiſcopum augurati ſunt, de quo Poſſeuinus in Apparatu, & Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Eſt autem Nantolium (*Nantueil*) oppidum Comitatus titulo nobile diœceſis Meldenſis, cuius loci nunc eſt dominus Henricus *de Schomberg*. Obiit verò Reginaldus 6. Octobris 1283.

63. *Theobaldus* de Nantolio 1283. frater Ioannis Trecenſis Epiſcopi 65.

64. *Simon* de Nigella, vel Claromonte, de quo Gaguinus in Philippo Pulchro. Nominatur 1306. Maii 17. Obiit 1312. quo ſedente Ioannes *Cholet* Cardinalis, ex Canonico huius Eccleſiæ (malè Epiſcopum vocat Brulius) obiit 1292. fundator Collegij ſui nominis Pariſiis, ſepultus in S. Luciani Abbatia, vbi Odo ipſius frater tunc erat Abbas.

Cholet porte d'argent a vne croix cantonnée de 4. clefs adoſſees de meſme.

65. *Ioannes*, frater Engerami de Mariniaco, *de Marigny*. Intereſt Parlamento Parium in cauſa Roberti Bethunij Flandriæ Comitis 1315. menſe Iunio. Dedicauit Eccleſiam S. Iacobi Peregrinorum in vico Sandionyſiano Pariſiis 1327. Calend. Octobris, poſteà Rotomagenſis Archiepiſcopus 65. ſepultus ad Cæleſtinos *d'Eſcoüy*. Meminit Bzouius.

66. *Guilelmus Bertrand*. Dedicauit Eccleſiam S. Martini 1349. 3. Maij & interfuit tralationi Sancti Furſei Peronæ 1256. Hoc habet Epitaphium:

G. Bertrand natus, tacet hîc Præſes tumulatus,
Montfort *ſtirpe ſatus, ac Magelâ genitus*
In nouio gratus Baio ſic poſt decoratus,
Flos Prælatorum, laus Cleri, clauis bonorum,
Pax ſubiectorum, via Iuris, Dux miſerorum,
Et diuinorum lux ſplendens Officiorum.
M. C. ter I. ſena, decies V. carpit amœnâ
Morte, die nonâ decimâ Maij ſibi pronâ,
Vt cæli dona fungatur Chriſte corona.

67. *Philippus* de Alenconio, filius Caroli, & Mariæ *d'Eſpagne*, ſuſceptus in Baptiſmo à Philippo Valeſio Rege patruo, poſteà Archiepiſcopus Rotomagenſis 68. Cardinalis Oſtienſis, & Patriarcha Aquileienſis 79. de quo in Rotomagenſibus nu. 68.

68. *Ioannes* de Dormanno Cancellarius Franciæ. Ingreſſus Eccleſiam ſolemniter 17. Iulij 1360. fundator Collegij Bellouacenſis Pariſiis 1370. Baptizauit Carolum 6. Regem Franciæ in æde

Il portoit d'azur a 3. teſtes de Leopards d'or lampaſſez de gueule.

æ de Paulina Pariſiis 11. Decemb. 1358. A ſuſceptore Carolo *de Montmorency*. Fuit & Cardinalis Legatus Gregorij 11. in Angliam. Obiit Auenione 7. Nouemb. 1373. ſed ante maius altare Carthuſianorum Pariſienſiũ ſepultus. Videdus Brullius in Theatro Antiq. Pariſinarum pag. 471. & 714. Nomenclat. Cardinal. pag. XIV. Vide & Senonenſes n. 91. magnum Chron. l. 2. fol. 1619. & l. 3. f. 19. *Du Tillet, Le plus grand, & le plus principal du Conſeil du Roy, ez Regiſtres du Parlement* 1371.

69. *Ioannes d'Angeran*. Obiit 1377. 8. Calend. Februarias, quo anno dedicauerat Eccleſiam B. Mariæ in Caſtro. B

Portent eſcartellé de ſon Peliſe, & de ſa famille.

70. *Milo* de Dormano, Guilelmi Franciæ Cancellarij filius, frater Guilelmi Senonẽſis, ex Andegauenſi 57. & Baionenſi, Franciæ Cancellarius. Obiit 1387. 17. Auguſti, Iacet in Collegio Bellouacenſi Pariſiis.

71. *Guilelmus* de Vienna, poſteà Rotomagenſis Archiepiſcopus, vt nonnullis placet, ſed valde dubito, an idem cum 71. Archiepiſcopo, ratione temporum diſcrepante.

Toutte-ville porte ſacé d'argent, & de gueule de 8. pieces, au lion de ſable armé & accolé d'or, & vne croix en l'eſpaule de meſme.

72. *Thomas de Toute-ville* 1391.

73. *Ludouicus* de Aurelianis 1395. in Conſilio Regis Caroli 6.

74. *Petrus de Sauoiſy*, ex Præſide Curiæ Iuuaminum Pariſiis. Nominatur 1397. & 1411. Vide Monſtrelet. l. 1. c. 23. C Henricus *de Sauoiſy* Archiepiſcopus Senonenſis hîc inſeritur. Petro autem ſuffectus legitur in actis Curiæ 1421. Euſtatius *de Laſtre* Cancellarius Franciæ, partium Burgundicarum fautor, qui obiit ante adeptam poſſeſſionem.

75. *Bernardus de Cheuenone*.

76. *Petrus Cauchon* Theologus, earumdem partium Burgundicarum fautor acerrimus. Intereſt 1431. ſacro Henrici Regis Angliæ, Pariſiis. Damnator Ioannæ Darciæ heroïnæ, cognomẽto Puellæ D Aurelianenſis, cuius proceſſus incœpit Rotomagi die Martis 9. Ianuarij 1430. more Gallico. Huius verò Galliarum vindicis hiſtoriam edidit Ioãnes *Hordal*, de qua etiam videndus Rodulphus Botereus in ſua Aurelia, & Miræus in Chronico, & Andreas *Du Cheſne* in hiſt. Angl. l. 18. Fuit quoque Petrus Antiſtes Lexouienſis, quem Ioannes Iuuenalis Vrſinus ſcribit natum in diœceſi Rhemenſi patre vitium cultore. Obiit miſerrimè dum ei barba tonderetur.

Ioanna Puella Darcia Amazon Galliarum vindex.

Porte d'azur à 2. fleurs de lis d'or, & vne eſpée la pointe en haut fermee en vne couronne.

77. *Ioannes* de Vrſinis, natus Pariſiis 1388. Magiſter libellorum ſupplicum 1416. Aduocatus generalis 1429. Epiſcopus Bellouacenſis 1432. Cal. Iunij, inde Laudunenſis 65. 1433. ac Remenſis Archiepiſcopus 75. 1449.

78. *Guilelmus de Helande* 1442. Obiit 1461. Sic Maria *de Helande* Abbatiſſa 21. S. Pauli huius diœceſis 1470.

79. *Ioannes* 1472. ex Comitibus de Barro.

80. *Ludouicus de Villiers*, filius Iacobi domini *de l'Iſle-Adam* in Iſara, vel Oeſia fluuio huius diœceſis, & Ioãnæ *de Noelle*, Philippi 44. Magiſtri Ordinis Ieroſolymitani frater. Nominatur electus, & confirmatus in Charta 1495. & 1496. ſed malè dicitur Petrus à Ioanne Tillio. Sic Guido Abbas S. Geremari Flaiacenſis 50. Ludouici verò obitus notatur 23. Auguſti. Extructo Epiſcopali in vrbe Palatio, & caſtro *de Breſle*.

Adam, vnde hæc Inſula nomen ſumpſit memoratur 1069.

81. *Antonius* de Tenda, in Prouincia 1523. poſteà Lemouicenſis 77.

82. *Carolus de Villiers-de l'Iſle-Adam* 1530. ex Lemouicenſi 76. Iacet in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Valle, cuius erat Abbas, & S. Petri Catalaunenſis. Quo Præſule Synodum habente 1555. Claudius Eſpancæus Concionem habet quæ legitur cum cæteris eius operibus.

Porte d'or au chef d'azur chargé d'vn lanon teneſim d'hermines.

83. *Odo* Collignius, Cardinalis de Caſtillione 1533. Quo ſedente fundatur Collegium in vrbe à Nicolao Paſtore Canonico Cancellario. Ei dicat Turnebus Commentarium in libros Ciceronis de Legibus 1552. inde Archiepiſcopus Toloſanus amplectitur hæreſim Caluinianam. Fuit etiam Abbas S. Benigni Diuionenſis. Vide Petramellarium, & Ciaconum.

Colligny porte de gueule à l'aigle d'argent membré, & couronné d'azur, armé & lãpaſſé d'or.

84. *Carolus*, Cardinalis Borbonius 1568.

85. *Nicolaus* Fumeus, Pariſienſis, ex Abbate Culturæ diœceſis Cenomanenſis 1576. 14. Octobris. Ei dicat Indicem Iurium Dominicalium Franciſcus Raguellius Profeſſor Legũ in Academia Bituricenſi 1583. Obiit 1593. menſe Februario. Quo ſedente 1582. inſtituitur ſedes Præſidialis Bellouaci.

Fumée porte d'azur au cheuron de gueule accompagné de ſix beſans d'argent 3. 2. 1.

89. *Renatus Potier* 1594. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614. & 1615. Quo tẽpore habuit Orationem Cleri Franciæ nomine, pro reſtituendis Epiſcopis, & inſtauranda Religione Catholica in Bearno. Obiit Bellouaci 4. Octob. 1616. ſepultus ad S. Innocentium Pariſiis. Interfuerat ſacro Ludouici XIII. vir ſanè doctus, & inſignis Bibliothecæ inſtructor, filius Nicolai D. *de Blancmeſnil* in Parlamento Pariſienſi Præſidis, & Iſabellæ *Baillet*. Quo ſedente Capucini recipiuntur Bellouaci, quorum Eccleſiam

Potier porte d'azur à 2. mains dextres d'or au franc quartier eſchiqué d'argent & d'azur, à la bordure engreſlee de gueule.

Album Menillum Parrochia in Decanatu Calæ diœceſis Pariſienſis.

dedicauit Franciſcus Cardinalis *de Sourdis* Archiepiſcopus Burdegalenſis 1608. Auguſti 20. in honorem ſanctæ Angadriſinæ. Vide Arnaldi Cardinalis Oſſati Epiſtolam 62. l. 2. A

87. *Auguſtinus*, Renati frater, ex Succentore Canonico, poſteà Annæ Reginæ Francorum Eleëmoſynarius, verbo & exemplo forma gregis factus.

Decani Bellouacenſes.

1. O*Tfredus* 927.
2. *Hugo* de Gerboredo 1080.
3. *Petrus* 1107.
4. *Goſcelinus* 1118.
5. *Rogerius* 1123.
6. *Petrus* 1134.
7. *Rogerius* 1136.
8. *Iuo* 1148.
9. *Euſtachius* 1153.
10. *Iuo* 2. 1154.
11. *Reginaldus* 1156.
12. *Hugo* 1161.
13. *Garnerus* 1175.
14. *Iuo* 1177.
15. *Lancelinus* 1178.
16. *Valeranus*, vel Valanus 1200.
17. *Odo* 1203.
18. *Ioannes* 1207.
19. *Gaufridus* 1220.
20. *Robertus* 1236.
21. *Reginaldus* de Nantolio 1256.
22. *Hugo* 1261.
23. *Girardus*, poſteà Canonicus ſancti Victoris 1274.
24. *Galtherus* de Sine-muro 1280.
25. *Hugo* à Lugduno. Obiit 1326. ſepultus in Capella Decanorum.
26. *Robertus de Artemie* 1326.
27. *Ioannes* 1346.
28. *Geofridus* 1367.
29. *Reginaldus* 1404.
30. *Martinus Queſnel* 1455.
31. *Girardus* de Grandi-villa 1457. poſt quem nonnulli deſunt.
32. *Bernardinus de Mornay*. Obiit 1555. patruus Philippi Pleſſæi hæreticorum noſtri temporis facilè principis.
33. *Gobertus de Thory*. Obiit pridie Calendas Februarij 1556.
34. *Iacobus Gognon*. Obiit 3. Nonas Iunij 1587.
35. *Claudius Gouine*. Obiit 1607.
36. *Robertus le Roy*, 1607. & 1613.

Biterrenſes Epiſcopi. Beziers.

BITERRÆ, vel Biterræ, vel Beterræ, vel Bliteræ, vel ciuitas Biterrenſium, Plinio l. 3. cap. 4. Ptolemæo l. 2. cap. 10. Melæ l. 2. c. 5. Sauaroni in Sidonium epiſt. 4. lib. 8. Bliterium Gildeberto in vita ſancti Hugonis Cluniacenſis Bederenſis vrbs, Guilelmo Neubrigenſi lib. 2. cap. 11. ciuitas opulentiſſima Rigordo, populoſa & ampla Roberto Autiſſiodorenſi, diſtans Narbone 12. m. p. in Antonini Itinerario. At in Itinerario Ieroſolymitano m. p. 16. in Arecomicis Septimanorum, ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, & in Toloſano Parlamento, ad Obrim, vel Orobum fluuium gradu longitudinis 23. 30. 42. 45. vbi dies maxima horarum 15. 18. altitudo ſolis 46. 15. Hic habita pſeudoſynodus, quâ impellente Saturnino Arelatenſium Epiſcopo ſanctus Hilarius 10. Pictauorum Epiſcopus Galliâ expellitur ab Arianis 356. Eccleſia verò primaria ſanctum Nazarium habet patronum, in cuius diœceſi ſunt circa triginta Parrochiæ, & Abbatiæ tres: Flor. 1000.

Villæ-magnæ O. B. *Ville-magne.* Flor. 400.
S. Petri de Vincellis, *Vincelles* O.B. Flor. 500.
S. Iacobi in vrbe O.A. In qua vrbe & Collegium S. I. & Conuentus Minimorum 1613. Flor. 110.

Præſules autem hi tantùm adhuc à nobis reperti.

S. Aphrodiſius, primus Epiſcopus, & Confeſſor Biterris, apud Septimaniam à B. Paulo Narbonenſi inſtitutus, ait Vſuardus 11. Calend. Aprilis, vbi malè Bituricis legit Galeſinus, & Pamelius in Liturgicis.

Paulinus. Cuius epiſtola enarrat ſigna terrifica Biterris effecta, apud Idatium 420.

Hermes. In epiſtola 8. Hilarij Papæ.

Sedatius, Concilio Toletano 3. & Narbonenſi 589.

Paulinus.

Creſcitans, Concilio Toletano 13. A. C. 683.

Pacatoſus, Concilio 15. Toletano, 688.

Eruigius, Concilio 16. Toletano, 693.

Petrus

Petrus 804.

Reginaldus, tempore Ioannis 8.

Maricus, in Synodo Tricaſſina 878.

Rodoaldus 937.

Heraclius, circa A. C. 1050.

Bernardus, Concilio Toletano 1056. Baron.

Reginaldus de Monte-peſſulano tempore Rogerij Vicecomitis, vir ætate, vita, & ſapientiâ præclarus. Quo Præſule ipſa ciuitas, propter hæreſim Albigenſem fuit capta die S. Magdalenæ 1211. à Simone Monfortio.

B . . . . 1213. in epiſtolis Innocentij 3.

Fulco, 1215.

Raymundus, 1224.

Pontius, 1283.

Berengarius. In proœmio ſexti Decretalium memoratur à Bonifacio 8. poſteà Cardinalis, cognomento Fredeli, vel Stredeli, Onuphrio, & Nomenclatori Cardinalium pag. 52. A. C. 1295. oriundus de Caſtro Benna Magalonenſis diœceſis, apud Amalricum Augerium Biterrenſem, & Ioannem Trithemium, ac Ciaconum. Eique ſcribit idem Bonifacius 8. c. Vnico, de Rerum permutatione, & c. De Pœnis, vbi præſcribit formam degradationis 1296.

Forma Degradationis habetur in 3. parte Pontificalis.

Gulielmus Deſtouta-villa, Rotomagenſis 77. & Cardinalis.

Simon de Cramaudo, poſteà Rhemenſis 71. Cardinalis.

Ioannes Bureau. Obiit Pariſiis, vbi iacet apud Cæleſtinos 2. Maij 1473.

Antonius du Boys, primus Abbas Commendatarius S. Luciani Bellouacenſis, apud Petrum *Louuet*.

. . . . . *Bertrandi* Toloſanus.

Laurentius Strozzius Cardinalis 1557. Fuit etiam Albienſis Epiſcopus, & Aquenſis Archiepiſcopus.

Strozzi portent d'or à la face de ſable chargee de 3. croiſſans tournez d'argent.

Ioannes Cardinalis Bonzius Florentinus, Roberti ex Eliſabetha Soderini filius, Eleemoſynarius Reginæ Mariæ de Medicis. Interfuit Comitiis Pariſienſibus, vir ſumma humanitate nullis poſtponendus. Huic verò dicat Cæſar Bullengerius Diatribas in Exercitationes Caſauboni 1617. Obiit 1621. Coadjutorem habuit Dominicum nepotē ſuum Epiſcopum Cęſarienſem, pręmortuum.

Thomas Bonzius, nepos eiuſdem Ioannis Cardinalis.

A

Bononienſes, *ſeu Teroanenſes Epiſcopi*, *ſeu Morinenſes*.

Bologne ſur mer.

BONONIA, vulgò *Bologne*, vrbs Picardiæ, ad Oceanum Britannicum, gradu longitud. 23. 0. latitud. 50. 45. vbi dies maxima horarum 16. 20. altitudo ſolis 39. 15. Patronam agnoſcit Deiparam Virginem. In B Eccleſia 17. Canonicorum nunc ſæcularium, olim Abbatiali Ordinis Auguſtini, in cuius diœceſi ſunt duo Archichidiaconatus, & Abbatiæ ſequentes 4.

Capellæ O.B. *La Capelle.*

Longivillaris O. C. *Longvilliers.*

Belli-loci O.A. *Beau-lieu.*

S. Saluij in Boſco, *S. Saugier aux bois* O.A. Et quatuor Prioratus.

Nomen verò Bononiæ, naualis Geſſoriaci, & portus Geſſoriaci oppidi, portus Morinorum, & portus Iccij, vel Itij, & naualis Morinorum in pago Geſſoriaco, in idem recidere, ait Marcus Velzerus, C in explicatione Schedæ itinerariæ Peutingeri, à quo portu Teroannam numerat Antoninus 18. m. p. Videndus Pontus Heuterus lib. 2. cap. 8. At Bononiæ meminit vetus Panegyriſtes, Ammianus lib. 20. & 27. Etropius lib. 9. Sozomenus lib. 9. Olympiodorus in hiſtoria Honorij Senioris. Iudices autem Bononienſes memorantur c. 3. de fide inſtrumentorum. Notanda etiam ſunt verba Hincmari Rhemenſis, contra Hincmarum Laudunenſem cap. 1. & in epiſtola 6. cap. 18. Attrebatis, inquit, Viromandis, & Bononia, antiquiores D ſedes cū Epiſcopis propriis in Rhemorum prouincia extiterūt, quàm caſtrum Montis-Lauduni inter ſedes computaretur. Quod videtur confirmare Robertus Montenſis in Supplemento Sigeberti 1160. & Molan. in Præfatione Natal. Belgic. Itaque mirum videtur omitti Ciuitatem Bononienſium in Codice Thuano prouinciarum Galliæ. Vide infrà hîc num. 30. Iam verò Teroanā Morinorum ciuitate primariâ funditus deletâ à Carolo 5. Imperatore poſtridie Calend. Iunij, (qui annus his verbis Chronicis cōtinetur DeLetI MorInI) Sedes Epiſcopalis tranſlata fuit Bononiam, pro ea parte diœceſis, quæ eſt in Regis Franciæ Dominio, Antonio Crequio Epiſcopo 52. Quæ quidem Teroa-

Teroana.

Voy le Traicté de Chaſteau en Cambreſis 1559.

na, vel Teruenna, vel Morinum in Tabula Peutingeri,& in Antonini Itinerario memoratur & à Ptolemæo l. 2. c. 9. in gradu longit. 23.30.latit.50.40. Eique aſſentitur Ortelius in Tabula veteris Galliæ ad fluuium Legiam, *Lis*, in Pontiuo, vnde, & Ponticum nonnullis dicitur, ſub Rhemenſi Archiepiſcopo, & in Parlamento Pariſienſi. In alia parte diœceſis, quæ in Arteſia continetur, ſede Audomaropolitana conſtituta, & in 3. ſeu vltima parte (quæ eſt in Flandria) ſtabilitâ ſede Iprenſi, vtraque poſteriore Epiſcopali ſede Machlinienſem Archiepiſcopatum agnoſcente ab anno 1559. Qua de re copioſè Locrius, & Gazæus, & Miræus in hiſtoria Belgica. Teroanenſis verò Eccleſia Patronam B. Mariam venerabatur à Clothario Rege Fr. conſtructa, teſte Locrio. Porrò Morini hominum extremi dicuntur Virgilio l.8.verſu.727. & S. Hieron.epiſt.11. & Lucano, ac vltimi Gallicarum gentium Melæ l.3.c.2. Vnde Romam anſeres pedibus iuiſſe, & ad hos vſque Platanum penetraſſe l.12.c.10. Plinius narrat. At ſunt 9. leucæ à Bononia in Angliam, & 7. tantùm à Caleto in eamdem Angliã & Bononiam ad Caletũ. Vnde etiã breuiſſimum in Britanniam traiectũ notat Cæſar l. 4. Quod fretum Britannicum Straboni, fretum Gallicum Solino, Oceani Tacito circiter 25. m. p. extenditur. De his autem Morinis triũphaſſe Auguſtum ex Dione l.51. tradit Adrianus Turnebus l.23. aduerſar.c.5. Meminit quoq; Innocentius 3. Epiſcopi Morinenſis C. Cùm dilectus, de Electione, & ad Decanum, & Capitulũ Morinenſem ſcribit Alexander 3. c.1. de ſolutione, & B. Paulinus epiſt.26. ad Victricium Archiepiſcopum. In terra, inquit, Morinorum ſitu orbis extremâ, quam barbaris fluctibus fremens tundit Oceanus, populi, qui ſedebãt in latebris via maris arenoſa, extra Iordanũ, antequam pingueſcerent fines deſerti, corda aſpera Chriſto intrante poſuerunt. Præterea Abbatiæ in hac diœceſi Morinenſi, ſeu Teroanenſi recenſentur in Taxa Beneficiorum Romana, & deſcribuntur à Gazeo loco citato.

Flor. 300. Capellæ O.B.
Flor. 100. S. Mariæ in Nemore O.A.
Flor. 100. S. Ioannis prope Chocas, *Choques*, nunc Audomarenſis O.A.
Flor. 1100. S. Saluatoris Hamenſis, *de Ham lez Liliers*. O.B. nunc Audomarenſis.
S. Ioannis in Pratis O.B.
Flor. 311. S. Ioannis prope Morinum O.B.
S. Saluatoris de Cardia O.B.
S. Auguſtini extra muros Morini O. P. nunc Audomarenſis. Flor. 66.
S. Nicolai Furnenſis O.P. Flor. 200.
S. Berthæ de Blangiaco O.B. nunc Audomaropolis. Flor. 250.
S. Bertini in Sithiu O.B. in vrbe Audomaropoli. Flor. 2000.
Claromariſcus O.C. nunc diœceſis Audomaropolitanæ.
De Dunis O.C. nunc Iprenſis. Flor. 1000.
S. Siluini, vel Siluij de Auchiaco, vel Alciaco O.B. nunc Audomarop. Flor. 165.
S. Mariæ de Longo-villari O.C. Flor. 44.
S. Mariæ de Zambarchâ O.A. Flor. 153.
S. Vinoci Bergenſis O.B. nunc Iprenſis. Flor. 850.
SS. Petri & Pauli Weſtmarienſis O.A. Flor. 115.
S. Wlmari in Nemore.
S. Mariæ O.A. Flor. 500.
Blandech. O.C. fœminarum prope Audomaropolim.

Sed non abs re fuerit hic ſubijcere, ex Itinerario Antonini Taruennam Durocortoro Rhemorum diſtare 103. m. p. cùm in Tabulis vulgaribus numerentur plus quàm 60. leucæ: deinde, ex eodem Antonino Geſſoriacum diſtare à Taruenna 18. m. p. cùm Tabulæ vulgares à Bononia, ad eiuſdem ciuitatis rudera indicent 15. leucas, & totidem ab iiſdem ruderibus Ipram, & 4. leucas Audomaropolim. Antiſtites denique huius ſedis hoc modo ſequuntur, ex Demochare, Gazeo, & Locrio, quorum Chronicon ſcripſit Baldricus, tralatum in Monaſterium S. Vincentij Cenomanenſis iuſſu Philippi Cardinalis Luxemburgenſis.

1. *S. Antimundus*, *S. Aumond*, miſſus à S. Remigio 531. Meyerus, Armundus in Cod. Thuano.

2. *Atalbertus*, vel Atilbertus, qui Stalbertus Demochari, corruptè fortaſsè pro S. Albertus.

3. *S. Audomarus*, *S. Aumer*, vel *Omer*, creatur adnitente S. Achario Nouiomẽſi Epiſcopo 19. Martyrol. Romanũ, Vion, & Molanus, Miræus in Faſtis, & Annalib. Belgic. 9. Sept. 661. Breuiariũ Pariſienſe 17. eiuſdem menſis, vbi dicitur Monachus Lexouienſis, pro Luxouienſi, ſepultus in Eccleſia, quam in Sithiu erexerat. Nomen dedit vrbi, hodie Epiſcopali, vulgò *S. Omer*. Videndus Frãciſcus Guilimãnus l.1. Heluetiæ c.83. Ioãnes Cognatus lib. 2. hiſt. Tornaci c.14. Dicitur autem Bononiæ, & Taruanenſis Epiſcopus, in vita S. Euſtaſij à Iona conſcripta tom.3. operum Bedæ, & apud Surium.

4. *Diantus*, vel Drantius.

5. *S. Bainus* 20. Iunij, Ferrarius, Molanus

lanus, Vion. Ei dicat Ionas vitam S. Vulfrani, apud Surium 20. Martij.

6. *Rauengerus*, vel Rauagerus.

7. *S. Erkemboldus*, Molanus Natalib. Belgic. 12. April. ex Abbate 4. S. Bertini. Obiit 742. poſt ſedem annorum 26.

8. *Adalgerus*.

9. *Gumbertus*.

10. *Etherius*. In litteris Zachariæ Papæ, apud Baronium 748. nu. 13.

11. *Radualdus*,

12. *Atalfus*.

13. *Vigbertus*.

14. *Theodoinus*, vel Theodonius in dedicatione Centulæ circa annum 800.

15. *Erembaldus*.

16. *S. Folquinius* 14. Septembris, Vion, Molanus, Ferrarius, Miræus Faſt. Belgic. Locrius A. C. 817. quo ordinatur, 855. quo moritur, & 1181. quo eleuatur. Interfuit Concilio Pariſienſi 846. vbi & Fulconius dicitur, & Folcoinus in Capitularib. Caroli Calui tit. 12. & in Synodo Cariſiaca 848. apud Hincmarum contra Godeſcalcum.

17. *S. Hunfridus*, ex Abbate S. Bertini 15. Ferrarius, Vion, Molanus, Miræus Faſt. Belgic. 8. Martij, Locrius 855. Ad hunc ſcribit Nicolaus primus C. Sciſcitaris 7. quæſt. 1. Ne in perſecutionibus Normanorum Eccleſiam ſuam deſerat. Qua de re legendus Athanaſius in Apologia de Fuga in perſecutione.

18. *Achardus*, vel Actardus, vel Sotardus 870. in Synodo Vermeriæ.

19. *Adalbertus*, in Concilio Pontigonenſi 876. cuius profeſſio fidei in manibus metropolitani habetur, poſt opuſcula Hincmari pag. 622.

20. *Herelandus*, aliàs Hertaudus, Baronius 894.

21. *Stephanus*. In Concilio Sueſſionenſi 909.

22. *Vmfridus*, vel Vifridus, vel Vinfridus, ex Monacho. Ordinatur ab Artaldo Remenſi 935. Obiit 960. Flodoardus Chron.

23. *Bauco*, qui & *Dauid*. Obiit 964. Vion. Erant aliquando binomines: ſic Carolus Magnus vocatur etiam Dauid, vt aduertit Paulus Petauius in Nitardo.

24. *Framerinus*, vel Framerius. Obiit 999.

25. *Balduinus*, vel Baldeuinus. Ciuitatem incendio deformatam inſtaurauit. Nominatur cum Valterio Epiſcopo Æduenſi 3. Calend. Martij Indict. 1. anno 30. Regis Roberti à coronatione numerando, Roberto Burgundiæ Duce. Interfuit Synodo Calæ, eodem

A Roberto regnante. Obiit 1036.

26. *Drogo*. In Concilio Remenſi 1049. Vion, & Baldricus lib. 3. Chronici Cameracenſis cap. 34. Scripſit vitam ſancti Godoleni apud Surium. Subſcribit fundationi Collegii Canonicorum Inſulæ 1066. cum Varnerio Archidiacono ſuo. Indict. 4. anno 7. Regis Philippi.

27. *Hubertus*. In Concilio Sueſſionenſi 1078. apud Petrum Louuetum in Epiſcopis Bellouacenſibus pag. 663. Ei ſcribit Gerardus Cameracenſis Epiſcopus 33. 1082. menſe Februario, apud Miræum in Chron. Præmonſtratenſi.

B 28. *Gerardus* 1084. ad quem extat epiſtola 49. l. 2. S. Anſelmi.

29. *B. Ioannes* Attrebatenſis, conſecratus à Magnaſſe Archiepiſcopo ſuo Remenſi. Nominatur 1099. & conſtituit Lambertum Abbatem primum Phanopinenſem, & recenſetur in Chartulario S. Martini Pariſienſis 1112. cum Euſtachio Bononiæ Comite, & Maria eius vxore, ac Pontio Cluniaci Abbate. Ei dicat vitam B. Caroli Flandriæ Comitis Galtherus Canonicus 1127. apud Surium, quæ & ſeorſum edita Pariſiis opera R. P. Iacobi Sirmundi 1615. vbi C memoratur Gauſelinus Decanus. Obiit 1130. Ei ſcribebat Iuo epiſtolâ 92. Meminit Miræus cap. 61. originum Cœnobiorum Belgicorum, & in Faſtis Belgic. Molanus in Natal. Belgic. 27. Ianuar.

30. *Milo*, creatur ex Abbate S. Iodoci O. P. 1131. 15. Calendas Maij, & hic notandum Prouerbium tunc vſurpatum: *In Bernardo charitas, in Norberto fides, in Milone humilitas*, apud Miræum, ſed & religione, & ſcientiâ ſatis inſignis dicitur Baronio 1148. Dedicauit ſuam Eccleſiam 1133. Aluiſio Attrebatenſi, Guarino Ambianenſi, Simone Nouiomenſi præſentibus, vt teſtatur Anſel-D mus Gemblacenſis, & nominatur 1137. Indict. 15. Eique ſcribit Petrus Venerab. lib. 4. epiſt. 8. & Lucas ſancti Cornelii Abbas ei dicat Commentarios in Cantica tomo 1. Bibliothecæ Patrum editionis 4. Obiit 1158. quo tempore (ait vetus Chronicon Normaniæ pag. 99.) Bolonienſes impedierunt ne Samſon Archiepiſcopus Remenſis conſecraret electum, niſi ad Eccleſiam Teroanenſem, volentes amodò ſuum proprium habere Epiſcopum, ſicuti antiquitus habuerant. Legendus Meyerus 1138. Intereſt tralationi Reliquiarum S. Dionyſii Ludouico 7. regnante.

31. *Milo* 2. patruo ſucceſſit 1158. ex Archidiacono, & Abbate Ruſſeavillano

16. Vide Robertum in Supplemento Sigeberti 1169. & Locrium in Comitibus S. Pauli. Fundauit Abbatiam ſancti Auguſtini, Ordinis Præmonſtratenſis in ſuburbiis.

Deſiré. 32. *Deſiderius*, eligitur 1169. ex Archidiacono Tornacenſi, & Præpoſito Inſulenſi, Hugonis Inſulæ Caſtellani nepos. Fundauit Abbatiam ſanctæ Columbæ *de Blandeck* 1186. prope Audomaropolim, Monialium Ordinis Ciſtercienſis, apud Miræum, & Gazeum. Dat Decanum Canonicis oppidi Sancti Pauli 1187. Et hic finit Catalogus Thuanus, vbi leguntur hæc verba: In vita ſancti Arnulphi Martyris ponitur ſanctus Patricius Epiſcopus, ſed in Catalogo Epiſcoporum non inuenitur. Obiit verò 1194. cùm propter ætatem ingraueſcentem Epiſcopatu iam abiiſſet 1191.

33. *Lambertus*, (Lambinum vocat Stephanus Tornacenſis) ex Cancellario Remenſi. Interfuit coronationi Ingelburgis Philippi Auguſti Franciæ Regis coniugis, Ambiani, cum Guilelmo Remenſi, Theobaldo Ambianenſi 39. Petro Attrebatenſi, & Stephano Tornacenſi 1193. Obiit 1207. cuius tempore fundati Carthuſiani 1198. Audomaropoli à Ioanne de ſancta Aldegonda.

34. *Ioannes* 2. Lamberti nepos, ex Archidiacono. Confirmatur ab Innocentio 3. Obiit 1213.

35. *Adam*, ex Archidiacono Pariſienſi, fit tandem Monachus Claræuallis 1229. Bzouius, Miræus, & alii.

36. *Petrus d. Doiy*, 1229. ex Archidiacono Flandriæ. Obiit 1250.

37. *Radulphus* de Cala. Obiit 1264. Interfuerat dedicationi Caricampi 1262. & tralationi ſancti Furſei Peronæ 1256.

38. *Henricus* de Muris, ex Cantore. Obiit 1283.

39. *Iacobus* de Bolonia, electus 1283. Intereſt Concilio Regis 1296. 21. Ianuarij.

Crequy. 40. *Engeranus de Crequy*, ex Cameracenſi Epiſcopo. Nominatur 1306. Maij 17. in Charta ſanctæ Capellæ Pariſienſis. Exhumari iuſſit cuiuſdam hæretici corpus, poſteà combuſtum. Interfuit Concilio Siluanectenſi 1317. in Annalibus Flandriæ, vbi & Ingerrandus dicitur.

41. *Ioannes* de Vienna 1330. poſteà Archiepiſcopus Remenſis 63.

42. *Raymundus* Sacheti, vel Saquetius, poſteà Lugdunenſis Archiepiſcopus 96.

43. *Ægidius*, vel Gilius, Iſſalnii, vel Anſelmi, cognomento de Mõte-acuto, & de Bellamera, qui & Epiſcopus Vaurenſis, poſteà Cardinalis, & fortè idem cum Guilelmo de Monte-acuto, quem Ioannes *Feron* facit Epiſcopum Teroanenſem, & Franciæ Cancellarium 1357. & Andreas *du Cheſne* in hiſtoria Anglicana.

44. *Robertus* de Geneua, vel Gebenenſis, vel Gebanenſis, & Genabenſis 1365. inde Epiſcopus 61. Cameracenſis poſteà Papa dictus Clemens 7. in ſua obedientia, ſepultus Auenione, apud Cæleſtinos, quos condiderat. Vide Nomenclatorem Cardinalium, & Andream Quercetanum in hiſtoria Pontificum. Les Comtes de Geneue portoient en eſchiquier composé de 5. points d'or, equipolez à 4. d'azur.

45. *Girardus* de Dainuilla 1368. ex Epiſcopo 59. Attrebatenſi, poſteà Cameracenſis. Fundator Collegij ſui nominis in Academia Pariſienſi.

46. *Alderanus Roberti*, ex Epiſcopo Attrebatenſi, poſteà ad Senonenſem metropolim promotus 1376.

47. *Petrus* de Hordeo-monte, *d'Orgemont*, poſteà Pariſienſis 91. Præſes Cameræ Computorum 1382.

48. *Ioannes Tabari*. Intereſt tralationi S. Ludouici 1392. Obiit Pariſiis 1403. 14. Calendas Februarias, ſepultus Teroanæ in ſua Cathedrali. Fuerat Medicus Regis Caroli 6. ad quem ſcribit ſex libros de Medicina, & Canonicus Pariſienſis.

49. *Mathieu*, Reginaldi Bapalmenſis in Arteſia filius, ex Confeſſore Caroli 7. Regis. Scripſit vitas Pontificum Romanorum, & obiit 1414.

50. *Ludouicus* de Luxemburgo Guidonis, & Mathildis Comitum S. Pauli, aliis Ioannis, & Mariæ Anghianæ filius, nominatus Præſes Cameræ Computorum Pariſiis 1420. Benedixit cœmiterium, in quo ſepulti, qui in prælio ad Azincurium caſtrum huius diœceſis in Picardia occubuere 25. Octobris feria 6. 1415. Hi verò fuerunt è Francis decem millia, ex Anglis ſexcenti, Henrico eorum Rege pedite, æquato cum cæteris periculo, pugnante, eaque dies dicta eſt Calcarium, *La Iournee des Eſperons*. Ludouicus autem poſteà fit Rotomagenſis 75. 1436. & Cardinalis Tuſculanus, ex titulo SS. Petri & Marcellini, & eiuſdem Henrici Angliæ & Franciæ, vt falsò dicebatur Regis Cancellarius, cuius etiam coronationi in æde Maria-

na Pariſijs 1431. interfuerat.

51. *Ioannes* Iuuenis, ex Epiſcopo Ambianenſi 59. in Cōcilio Florentino 1439. orator Ducis Burgundiæ, & Brabantiæ. Obiit Cardinalis 1452. 9. Septembris Romæ, ſepultus in ſuo titulo S. Laurentij in Lucina. Fuerat primò Epiſcopus Matiſconenſis 60.

52. *Dauid* de Burgundia, filius naturalis Philippi Boni Burgundiæ Ducis, & Flandriæ Comitis, poſteà Traiectenſis 55. A.C. 1456.

53. *Henricus* à Lotharingia 1457. poſteà Metenſis 78. 1485.

54. *Antonius de Croy*, Philippi Porciani Comitis filius, Henrici ſuperioris ex ſorore nepos. Obiit in Cypro rediens Ieroſolymis 21. Septembris 1495.

55. *Philippus* de Luxemburgo, ex Attrebatenſi 70. Cardinalis Tuſculanus, & Cenomanenſis 61.

56. *Franciſcus* de Meloduno, vel Melunius, *de Melun*, anteà Attrebatenſis 69. & Præpoſitus Audomaropolitanus, ac Inſulenſis 1512. Ipſius gentiles fundarunt Conuentum Annuntiationis Bethunæ, quem dedicauit 17. Maij 1517. in qua Eccleſia cernitur ſepulchrum marmoreum Iſabellæ Luxemburgenſis fundatricis præcipuæ Eſpinoij Principis.

57. *Ioannes* à Lotharingia Cardinalis 1518. Fuit etiam 79. Epiſcopus Metenſis. Vbi vide plura de eodem.

58. *Philippus* de Camera, ex Monacho, & Abbate Corbienſi, Cardinalis. Obiit Romæ die 9. Calend. Martias, ſepultus in Æde Minimorum S. Trinitatis in monte Pincio, Onuphrius, & Ciaconus in Clemente 7.

Crequy au crequier de gueule.

59. *Franciſcus de Crequy* 1535. Obiit 1552.

Terouane raſée & ruinée. *Seneca ep. 71.*

60. *Antonius de Crequy*, Franciſci frater, fit Epiſcopus 1553. Quo anno *DeletI MorInI*, poſteà Nannetenſis 84. & Ambianenſis 69. ac Cardinalis. Hic autem licet Romani ſapientis oraculum vſurpare, quòd *Omnes quæ vſquam rerum potiuntur vrbes, vbi fuerint, aliquando quærentur, & vario exitu generis tollentur.*

61. *Claudius Andreas Dormy*, primus Bononienſis Epiſcopus, in Comitiis Bleſenſibus 1588.

62. *Claudius*, ſuperioris nepos, Monachus Cluniacenſis, & S. Martini Pariſienſis Prior 54.

Boſcoducenſes Epiſcopi.

Boſleduc, vel Hertogembuſch.

BOLDVCVM, vel Siluiducum, quaſi dicas Siluam Ducis, & Gallicè, *Boſleduc*, Ducis ſcilicet Brabantiæ, vnde & aliis Buſcum Ducis appellatur, gradu longitud. 26. 46. latitud. 51. 40. altitudo ſolis 38. 20. caput Taxandriæ, cuius Eccleſiæ primaria S. Ioanni Euangeliſtæ dicata, Collegialis erecta fuit in Cathedralem à Paulo 4. 1559. ſub metropoli Machlinienſi. Vide Miræum de Colleg. Canon. cap. 93. habens in ſua diœceſi alias nouem vrbes ſpatio 60. m.p. Italicorum longitudinis, & 30. latitudinis, quo terrarum ſpatio continentur 10. rurales Decanatus, & decem Collegia Canonicorum, partim in Brabantia, partim in Gheldria, & duæ Abbatiæ.

De Tongerlo O.P & de Berna eiuſdem Ordinis, hæc fundata anno 1134. à Fucoldo Comite Teſterbaudiæ. Illa verò eodem ferè tempore à Religioſis eiuſdem Ordinis Antverpianis. Habet quoque vrbs Boſcoducenſis Carthuſianos in domo S. Sophiæ. Epiſcopi verò huic Sedi præfuerunt, quos damus ſi hoc numerale addiderimus ex Locrio & Valerio Andrea, GodefrIdVs dVX è sILVa feCIt oppIdVM. 1184.

1. *Franciſcus Sonnius*, inde Antverpienſis.

2. *Laurentius Metſius* 1569. Obiit 1580. 17. Septembris. Iacet Namurcj.

3. *Clemens Grabels*, vel *Grapels* Louanienſis, ex Officiali Gandenſi, inauguratus 1580. die Epiphaniæ Tarnaci, à Maximiliano Epiſcopo. Obiit 22. Octobris 1592. ſepultus in cathedrali.

4. *Gilbertus Mazius*, conſecratus Bruxellis 1594. die D. Thomæ Aquinati ſacra 7. Maij.

5. *Nicolaus Zoeſius*, *Zoes*, ex Canonico, & Officiali Tornacenſi, & Senatore magni Conſilij Belgici. Scripſit vitam Ioannis *de Vende-ville* Epiſcopi 80. Tornacenſis, cuius fuerat Secretarius.

S. Brieuc du Vaux.

Brioceníes Epiſcopi.

Flor. 800. S. Brioci vrbs, nonnullis Biducium, inter Tritium, & Argennum fluuios Ptolem. lib. 2. cap. 8. & ciuitas Briocenſis, in Martyrologio 29. Iullij, gradu longitudinis 17. 40. latitud. 48. 48. Ortelio, vbi dies maxima horarum 16. 4. altitudo ſolis 41. 12. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 68 30. ad 60. ſub Archiepiſcopo Turonenſi, & in Parlamento Redonenſi, in ea Ducatus Britanniæ Armoricæ parte, quæ vergit ad Oceanum Septemtrionalem. In hac autem diœceſi ſunt Abbatiæ:

S. Albini de Boſco, aliàs *de Beauuais*, O.C.

Belli portus O.P *Beau-port.*

S. Mariæ de Lantenaco O.B. *Lantenac.*

At Præſules huic Sedi præfuerunt ſequentes, ex Argentræo, & Auguſtino *du Pas*, à quibus multa de his, & aliis Britanniæ Epiſcopis accepimus. Suntque in hac diœceſi Parrochiæ 119.

1. *S. Briocus.* Nomen vrbi indidit, quam ſuo patrocinio fouet, Diſcipulus S. Germani Pariſienſis.

2. *Alanus.* In diplomate Regis Alani Longi A.C. 689. cuius prædeceſſores, & ſucceſſores multi ignorantur.

3. *Adam.* Interfuit exequiis Eudonis Comitis Pentebriæ, *Pentieure*, in Eccleſia S. Brioci, ſepultus 1079.

4. *Hamon*, fortè Salomon, Argentræo.

5. *Guilelmus*, 1090.

6. *Stephanus*, 1099.

7. *Robertus.*

8. *Guilelmus le Beſcheus*, circa 1130.

9. *Ioannes*, 1132.

10. *Iodocus*, vel Ioſſeus, aliàs Gotho, & Iottho, poſteà Archiepiſcopus Turonenſis 1157.

11. *Iudicael*, 1161.

12. *Oliuarius du Rillet*, vel *Tilly*, 1169.

13. *Gofridus*, in Concilio Lateranenſi 19. Martij 1179. Indictione 15. Alexandro 3. Pontifice.

14. *Pregentius*, 1180.

15. *Gofridus* 2. 1198. Obiit 1202. 2. Nouembris.

16. *Ioſſelinus*, 1202.

17. *Petrus* 1208. Obiit 1218. ſepultus iuxta maiorem portam Eccleſiæ.

18. *Siluester*, 1220.

19. *S. Guilelmus Pichon*, filius Oliuarij, & Ioannæ *Fortin*. Tranſiit 1237. 29. Iullij, in Martyrologio Romano, relatus in numerum Sanctorum ab Innocentio 4. anno Pontificatus 4. Lugduni, cuius vitam Surius dicit ſcriptam fuiſſe à Gofrido Bituricenſi Archiepiſcopo, vbi fortè legendum Archipreſbytero Briocenſi. At Ferrarius perperam legit Ebroïcenſi, pro Briocenſi. Hic quotidiè legit Pſalterium.

20. *Philippus* 1232. & 48. S. Guilelmi translator.

21. *Andreas* 1252.

22. *Simon* 1256.

23. *Radulphus*, vel Rainoldus, *Raoul* 1257.

24. *Theobaldus* 1260. poſteà Dolenſis.

25. *Simon* 1268. & 1270.

26. *Petrus* 1271. & 1289.

27. *Alanus de Lambale.*

28. *Guilelmus Gueguen* 1297.

29. *Gofridus* anno 1303.

30. *Ioannes d'Anaugour*, filius Henrici, & Mariæ *de Beaumont*, qui Ludouicus dicitur ab Argentræo, & obiiſſe 16. Februarij 1319. ſepultus apud Franciſcanos Guingampenſes, cum tranſlatus fuiſſet in Sedem Dolenſem. *Auaugour porte d'argent au chef de gueule, & cette maiſon eſt en ce dioceſe de S. Brieuc.*

31. *Radulphus* Flexienſis 1334.

32. *Guido de Montfort* 1354.

33. *Hugo de Monte-longo*, vel Montelaico, *Montre-laix* 1360. ex Trecorenſi Epiſcopo, Cardinalis, & Archiepiſcopus Turonenſis. Obiit Auenione 1410. apud Onuphrium, & Ciaconum in Gregorio 11.

34. *Gofridus de Rohan*, filius Oliuarij Vice-comitis 1370.

35. *Alanus de Ruë* 1375.

36. *Laurentius* 1376. poſteà Abrincenſis 1380.

37. *Guilelmus Auger* 1403. 7. Ianuarij in hommagio facto Carolo 6. Rege à Ioanne Duce.

38. *Stephanus Cœuret*, poſteà Dolenſis 1405. natus Fulgerijs, Cancellarius Ducis Ioannis 5. 1404.

39. *Ioannes de Maleſtroit*, poſteà Nannetenſis 1419. Cancellarius Ioannis 5. Ducis. *Maleſtroit porte de Bretagne, qui eſt d'hermines.*

40. *Alanus de Leon*, Camerarius Martini 5. Papæ. Obiit 1424.

41. *Guilelmus Eder*, *de Beaumanoir.* Obiit 1431.

42. *Herueus Huguet de Bois-robin* 1433.

43. *Oliuarius*, ex Leonenſi 1435.

44. *Petrus*, aliàs Guilelmus *Brillet*, 1440. poſteà Redonenſis, natus Vitræi, *Autré.*

45. *Ioannes*

45. *Ioannes Pregent*, ex Leonenſi. Interfuit homagio facto à Duce Franciſco, Regi Carolo 7. Chinone 14. Martij 1445. Publicauit ſtatuta diœceſana 12. Octob. 1447. & conſtruxit Capellam S. Guilelmi, & ſuper eam ædificauit, & ornauit bibliothecam in maiore Eccleſia.

46. *Petrus de la Val*, poſteà Rhemenſis 1471.

47. *Chriſtophorus de Penmarch* 1476. Interfuit contractui nuptiarum Annæ Duciſſæ cum Ludouico 12. F. R. menſe Ianuario 1478. Nanneti.

48. *Briuarius du Chaſtel* 1505. Sedit ann. 8.

De Rieux porte d'azur à 10. beſans d'or. 3.3.3.1. — 49. *Ioannes de Rieux* 1538. Non fuit conſecratus, & tamen per plures annos fructus percepit.

D'argent au croiſſant montant de gueule. — 50. *Franciſcus Michaël de Mauny* 1548. 12. Cal. Octobris, poſteà Burdegalenſis Archiepiſcopus.

51. *Ioannes* Tillius, *du Tillet*, ab anno 1553. ad annum 1567. quo factus eſt Epiſcopus Meldenſis 93. Ei dicat Photij Nomocanonem Gentianus Heruetus 1561. Ipſe verò Tillius dicat Carolo Cardinali Lotharingo Euangelium Matthæi Hebræum 1554. de quo Euangelio Bellarminus lib. 2. De verbo Dei cap. 7.

52. *Nicolaus Langelier*. Interfuit Concilio Turonenſi, cuius decreta redegit in acta 1583. Orationem habuit pro Clero Francico Melduni congregato 1579. & alteram 19. Nouembris 1585. coram Henrico Rege 3. Obiit Dinanti 1595. menſe Septembri.

53. *Melchior de Marconnay*, ex antiquâ gente Comitum Bleſenſium, poſt vacationem ſedis ann. 5. & menſium 4. fit Epiſcopus 1601. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614. & anno ſequente admittit Capucinos.

54. *Andreas* Portius, *le Porc de la porte Vezin*.

Brugei.

Brugenſes Epiſcopi.

BRVGÆ vrbs Comitatus Flandriæ, ad fluuium Yperlée, gradu lõgitudinis 24. 30. latitud. 51. 10. vbi dies maxima horarum 16. 20. altitudo ſolis 38. 50. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 74. 15. In qua Eccleſiæ 6. quarum Eccleſia primaria S. Donatiani (olim extructa per Comitem Lidericum) erigitur in cathedralem decerptam à Tornacenſi 1559. vide Miræum de Colleg. Canonic. cap. 44. & in Notit. Epiſcop. & in Codice Donationum cap. 34. & in Faſtis Belgic. cuius diœceſis longa 54. m. p. Italicorũ, lata 25. m. p. Nouem vrbes complectitur, eiuſque Præſul nomine Cancellarij Flandriæ perpetuò cenſetur. Abbatiæ autem hæ numerantur:

S. Petri Audemburgi O. B. *Audembourg* fundatur 1084.

S. Andreæ O. B. fundatur circa 1090.

Eckour O. A. in vrbe. Fũdatur circa 1050.

Capella *de Caſan*, vel *Doeſt* O. C. prope vrbem, 1175. ab Euerardo Epiſcopo Tornacenſi fundata.

Varſcort O. C.

Terræ-nouæ fœminarum O. C. *Terreneuue* fundata 1200.

S. Godelenæ fœminarum O. B. Quæ omnes ſimul cum ipſa vrbe Brugenſi olim fuerunt in diœceſi Tornacenſi. Eſt etiam in hac diœceſi Vallis-gratiæ, domus Carthuſianorum prope vrbem, & domus S. Annæ eiuſdem Ordinis in vrbe. Præfuere verò huic cathedræ.

1. *Petrus Curtius*, ex Profeſſore Theologiæ apud Louanienſes. Sedit ann. 5. m. 8. d. 9. vixit ann. 76. Obiit 16. Calendas Nouembris 1567. ſepultus in cathedrali.

2. *Remigius* Druitius Caſtellanus, ex Conſiliario Machlinienſi cùm munia Epiſcopatus 24. annos, m. 6. exercuiſſet, anno ætatis 76. caducam hanc vitam cum alia feliciore commutauit 12. Maij 1594. ſepultus in cathedrali, iuxta tumulum Ludouici Comitis Flandriæ, & Niuernij. Collegium S. I. inſtituit in vrbe curante R. P. Franciſco Cauſtero 1573. Quo ſedente Iacobus Reuardus 1577. Cal. Iunij, & Hubertus Goltzius 1583. ætatis 56. obierunt. Collegium S. I.

3. *Mathias Lambrecht*, ex Archidiacono, ſedit ann. 5. m. 9. dies 17. Obiit Cal. Iunij 1602. iacet in cathedrali.

4. *Carolus-Philippus de Rodouan*. Ei dicat Aubertus Miræus librum De Collegiis Canonicorum, & Lipſius ſcribit Epiſt. 69. Centuria 5.

5. *Antonius* Trieſtius, cui Aubertus Miræus inſcripſit Politiæ Eccleſiaſticæ Statum 1619.

6. *Dionyſius* Chriſtophori 1620.

Videndus Antonius Sanderus libro de Brugenſibus eruditione claris, præſertim pag 70.

Cauaillon.

Cabellicenſes Epiſcopi.

Flor. 500. CABELLIO, Cauarum, ſeu Colonia Cabellicorum Strabo lib.4. Stephanus de vrbibus, Ptolem. lib.2. cap. 10. gradu longitud.25.40. latitudinis 43. 40. vbi dies maxima horarum 15. 18. 40. altitudo ſolis 46.20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 57. ad 60. ad Druentiam fluuium, non procul à fonte Sorgiæ, & Valle-cluſa. Qua de re Petrarcha lib.2. cap. 2. de Vita ſolitaria, Plinius lib. 3. cap. 4. ſub Archiepiſcopatu Auenionenſi, in ditione Pontificis Romani, ſeu Comitatu Venuſſino, ſed olim in Prouincia Viennenſi, vt eſt in Notitia Prouinciarum Galliæ, vbi dicitur ciuitas Cabellicorum, vel Cauallicorum, vt legitur in C. Thu. quæ diſtat Arelate 30. m. p. Antonini Itinerario, in qua diœceſi vna tantùm à nobis notata Abbatia:

Flor. 300. Sinaqua O.C. *Sans-eau.*

Præfuerunt autem ſequentes Epiſcopi.

S.Veranus Eccleſiæ, & diœceſis patronus. Intereſt Concilio Matiſconenſi 2. 588. cum Flauio Cabilonenſi 10. In Breuiario autem Pariſienſi 10. Nouembris dicitur Veranus Gabalis, ciuitate Aquitaniæ Clericus, & Cauellicenſis Eccleſiæ in prouincia Maſſilienſi Epiſcopus, tempore Valentis Imperatoris, & longè poſteà in pagum Aurelianenſem tranſlatus, idemque habet Breuiarium Aurelianenſe. Is verò pagus eſt Gergolium, *Gergeau*, ex mente Caroli Sauſſeij lib.3. num.35. Annalium Eccleſiæ Aurelianenſis. Sanctus quoque Veranus in M. S. Legendario Bituricenſis Eccleſiæ pridie Idus, ſeu 11. die Nouembris dicitur ciuis Gauallitanus, & Epiſcopus Cauellicenſis, ſepultus in Oratorio, quod olim ad fontem Sorgiæ extruxerat. At rectiùs animi mei ſententiâ Baronius in Martyrologio 19. Octobris S. Veranum Gergolij cultum, exiſtimat eſſe Cabilonenſẽ, de quo infrà in ſerie Præſulum illius ciuitatis nu. 11. Fortaſsè etiam Donatianus in Concilio Agrippinenſi, circa A.C.350. fuit huius Cabellicæ ciuitatis Epiſcopus. Quod idem ſentiendum de Philagrio ciuitatis Cabellicæ Epiſcopo in Concilio Epaunenſi 509. & de ſancto Florentino, apud

A ſanctum Antoninum tit. 24. cap. 13. vbi tamen legitur Cabilonenſis, & de Prætextato, apud Aymoinum lib.3.c.1. circa A.C. 569. Et certè confundnntur plerumque à Scriptoribus Epiſcopi Cauellicenſes, Cabilonenſes, Gaualitani, & Catalaunenſes ſimilitudine nominũ, vel Gallicorum, vel Latinorũ. Adde quod plures diuerſis locis potuerunt eſſe eodem nomine, & tempore.

Augenulphus. In Concilio Pontigonenſi 876. qui & Gabalenſis dicitur.

B. . . . 1213.

Roſtangus, vel *Roſtagnus.*

B *Bellingarius Carbonel* 1240. & 1255.

Gabriel.

Bertrandus.

Imbertus.

Pontius.

Algerius. 1311.

Berengarius.

Raymundus.

Gaufredus.

Philippus Pathé, vel *de Cabaſſole* Concilio Auenionenſi 1337. nominatus Epiſcopus Cabellicenſis 1352. poſteà Patriarcha Ieroſolymitanus, & Cardinalis 1368. Obiit 1372. in Nomenclatura Car- *Cabaſsole porte d'or à 3. lozanges de gueules accompagnees de 2. cottices d'azur.*

C dinalium, cui Petrarcha dicat librum de Vita ſolitaria, & Epiſtolam verſibus conſcriptam, & in epiſtola de vita ſua. Eidemque ſcribit lib. 2. epiſt. 1. & 2. & lib.14. epiſt.1. famil. & epiſt.95. & 96. in Varijs.

Guilelmus de Cabanis.

Franciſcus de Candelſato.

Hugo de Magiallia.

Andreas, Archiepiſcopus Nicomedienſis.

Petrus.

Guilelmus.

Nicolaus Ioannacius Barrenſis.

Guilelmus, Cubicularius Martini 5.

D Papæ. Nominatur 1424.

Bertrandus Carbonius.

Ferrerius Galbertus.

Ioannes de Rupe, 1434.

Bartholomæus.

Petrus Porcherius, in Concilio Florentino 1439.

Palamedes Carettus 1476.

Touſſanus Villa-noua.

Ludouicus Paſſerus 1501.

Bernardinus Gramberia.

Ioannes-Baptiſta Pallauicinus, Cardinalis, hinc Caualicenſis dictus. De quo plura Ciaconus pag. 1079. in Leone 10. num.16. Intereſt Concilio Lateranenſi 1512. Obiit Idibus Auguſti 1524. ætatis 44.

Marius.

Marius Maffæus.

Hieronymus Ghinucius, Cardinalis Senenſis, à Paulo 3. creatus 1535. 12. Calend. Iunij. Obiit 1541. menſe Februario, ſepultus in ſuo titulo S. Clementis.

Petrus Ghinucius Senenſis.

Chriſtophorus Schotus, de cuius gente Sanſouinus.

Dominicus Grimaldus 1584. poſteà Auenionenſis.

Pompeius Rochius.

Ioannes-Franciſcus Bordinus, ex Preſbytero Congregationis Oratorij 1592. 4. Idus Februarij, recepit Capucinos 1594. 8. Septembris, inde Archiepiſcopus Auenionenſis 1598.

Hieronymus Centelles. Pleraque verò hæc nomina, ex Ioannis *Chenu* ſcriptis hauſimus.

Chalon.

Cabilonenſes Epiſcopi.

Flor 700.

L'Egliſe de Chalon porte d'azur ſemé de fleurs de lis d'or, & ſur le tout vne croſſe de gueule.

CABILO, vel Cabilonum Æduorum vrbs, ciuitas Cabilonenſium in Codice Puteano prouinciarum Galliæ, vbi vulgò legitur Caſtrum Cabilonenſe, neutra tamen Nomenclatura habetur in Cod. Thuano, in prima Lugdunenſi, & in Parlamento Burgundiæ Diuionenſi, gradu longitud. 22. 50. latitud. 45. 40. Ptolemæo lib. 2. cap. 8. Aliis in gradu longitudinis 26. 10. latitudinis 46. 10. idque rectiùs, vbi dies maxima horarum 15. 36. altitudo ſolis 43. 50. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 63. ad 60. quæ vrbs memoratur Cæſari lib. 7. extremo, Straboni lib. 4. Ammiano lib. 14. Panegyriſtæ Conſtantini, S. Ambroſio epiſt. 27. veteris editionis, quæ eſt 56. in noua, Antonini Itinerario, Notitiæ Imperij Occidentalis, vbi Præfectum claſſis Araricæ ſtatuit, & portus Cabilonenſis laudatur eidem Panegyriſtæ Conſtantini, cuius Imperatoris lex, *Si quis* 20. C. de Pœnis, data eſt Cabilone, de qua Pancirolus l. 2. Theſauri c. 24. ſed & in Capitulario Caroli Calui tit. 31. nu. 12. Cauilloni moneta recenſetur. In eius verò vrbis Præfectura, ſeu Balliuiatu continentur oppida 8. muris cincta, præter 11. minores Caſtellanias, eiuſque iconem habet Georgius Brunus tomo 4. Ciuitatum. In diœceſi autem ſunt Parrochiæ 240. & Abbatiæ 6. Circumuicinas habet diœceſes ab Occidente Æduenſem, ab Oriente Veſuntionenſem, à Meridie Matiſconenſem, à Septemtrione Lingonenſem. Abbatiæ verò hæ ſunt:

S. Petri in vrbe O. B. *S. Pierre.* Flor. 300.

Tornuſium O. B. *Tornus.* Flor. 1000.

Ciſtercium caput ſui Ordinis, *Ciſteaux chef d'Ordre.* Flor. 300.

Firmitas prima filia O. C. *La Ferté ſur Grone.* Flor. 450.

Maceriæ, *Maizieres* O. C. Flor 320.

Moleſia, *Molaize* fœminarum O. C.

Fuit etiam olim Abbatia Lothona, *Lóne*, nunc Prioratus Cluniacenſis, idemque de Monaſterio ſancti Marcelli prope vrbem, quæ vrbs habet circiter 15. ædes ſacras, quarum primaria S. Vincentium colit patronum, in qua 24. Canonici, & cuius Epiſcopus memoratur c. 15. *De ætate, & qualitate ordinandorum*, & Eccleſia ipſa c. 27. *De ſententia excommunicat.* & c. 12. *De Reſcriptis*, & c. In noſtra *De Procurat.* Prætereà gens Chalonia (de qua in Lingonenſibus n. 73.) ab hac vrbe denominationem ſumpſit, in qua Præſules ſedere hac ſerie.

La ville de Chalon porte d'azur à trois cercles d'or.

1. *S. Silueſter.* Sedit circiter ann. 42. de quo Gregor. Turonenſis de Glor. Confeſſorum cap. 85. vt de eius ſanctitate, & aliorum 8. infrà recenſendorum Iacobus Seuertius in Chronologia Lugdunenſi, & Proprium Sanctorum Eccleſiæ Cabilonenſis 30. Aprilis. Natalis verò Silueſtri habetur in Martyrologio 20. Nouembris. Is quidem imbuit ſacris S. Cæſarium, poſteà Archiepiſcopum Arelatenſem, Baron. A. C. 509. agens de Concilio Epaunenſi, cui Silueſter interfuit, ſed legi mauult Cabalicenſis, & Philagrium in eodem Concilio vult eſſe Cabilonenſem, qui tamen cùm nuncupetur Cabellicæ ciuitatis Epiſcopus in omnibus Conciliorum editionibus, illi, non huic ſedi aſcribendus eſt. Itaque licet Donatianus, inter Patres Concilij Agrippinenſis apud Baronium in Martyrologio 14. Octobris dicatur Cabilonenſis, quia tamen tomo 1. Conciliorum vocatur Cauellanorum Epiſcopus, & aliis de cauſis, non leuibus, maluimus ſequi hoc loco Sanjulianum Cabilonenſem, olim Decanum nobilitate, & doctrinâ virum celebrem, cui S. Silueſter Præſulum huius cathedræ eſt coryphæus. Quamuis etiam S. Marcellus (de quo Martyrol. 4. Septembris) rectè colatur, vt primus Eccleſiæ Cabilonenſis Apoſtolus, hîc tamen prætermittendus videtur, quia nullibi eius Epiſcopatus mentionem fieri puto.

diœceſim ſpectantia accepimus. Corpus A verò Hugone Epiſcopo, & Lamberto Comite Paredum tralatum eſt.

14. *S. Lupus*, ex Abbate S. Petri, vbi & ſepultus. Eius natalis celebratur 27. Ianuarij duplici Officio in Eccleſia Cabilonenſi, in cuius ſacrario aſſeruatur pedum eius eburneum cum annulo aureo, quam Eccleſiam hæredem inſtituit. Meminit Molanus ad Vſuardum. Eius corpus releuatum 4. Cal. Septembris à Gilbardo Epiſcopo 23. A.C. 877.

15. *Anteſtius*, vel Ateſtus.

16. *Amblacus*.

17. *Hubertus*, vel Hucbertus, ex Ab- B bate S Marcelli. Nominatur in Diplomate Caroli Magni apud Sanjulianum.

18. *Foua*. Fortaſsè hoc ſedente habitũ Concilium in hac vrbe 813. cuius extant Canones 67. tom. 3. Conciliorum Binij.

19. *Milo*.

20. *Godiſaldus*, vel Godelladus, apud Lupum Ferrarienſem epiſt. 81. & in Concilio Sueſſionenſi 853. Vermeriæ eod. anno, ac Tullẽſi ad Saponarias 859.

21. *Varnulphus* 872.

22. *Oricardus* 876. in electione Regis Boſonis Mantalæ cum Conrado Epiſcopo 23. Matiſconenſi. C

23. *Gilbardus*, vel Gerboldus. Intereſt Synodo Pontigonenſi 876. & Turonenſi 878. Eleuauit corpus S. Lupi 877. Nominatur 882. in Inſtrumento Caroli Craſſi pridiè Idus Iunij, apud villam Grindulphi cum Agelmaro Aruernenſi Epiſcopo, quo tempore habita Synodus in baſilica S. Laurentij.

24. *Stephanus*. In Chartulario S. Stephani Diuionenſis c. 6. Nominatur cum Geilone Epiſcopo 38. Lingonenſi 887. Ergo malè ponitur ab aliis ſub Ludouico Pio 820. & 830. niſi eſſent duo eiuſdem nominis.

25. *Eldradus*, vel Aldradus 894. cum D Argrino Epiſcopo 40. Lingonenſi in Inſtrumento pro Monachis Flauiniacenſibus, & in Synodo habita Cabilone in S. Marcello 915.

26. *Axoranus*.

27. *Stactens*.

28. *Ildebodus*. In Concilio prouinciali Trenolchiano, ſiue Tornuſiano 944. Ordinauit S. Maiolum 954. in Bibliotheca Cluniacenſi, & apud Miræum l. 2. Origin. Monaſt. c. 3.

29. *Frotgarius* 961.

30. *Rodulphus*.

31. *Lambertus*. Circa hæc tempora Lambertus Comes Cabilonenſis condit Monaſterium Paredi Monialis, vt vult Andreas Quercetanus in hiſt. Burg.

32. *Hugo*.

33. *Gofredus*, ſiue Iofredus circa ann. 1015. in Chronico Benigniano, & 1019. apud Seuertiũ in Gauſleno 34. Matiſconenſi, anno 30. Regis Roberti in Chartulario Flauiniacenſi. Hoc tẽpore Hugo Comes Cabilonẽſis florebat Epiſcopus 49. Autiſſiodorenſis per 40. annos.

34. *Vidus*, vel Guido. Subſcripſit Teſtamento Hugonis Archiepiſcopi 48. Biſuntinenſis 1048.

35. *Achardus*, ex Decano 1059. in ſacro Philippi Regis, & memoratur in vita S. Hugonis Cluniacenſis, eiuſque depoſitio notatur in Calẽdar. Benigniano 6. Cal. Iunias, ac Prioratũ S. Laurentij ſubiecit Augerio Inſulæ Barbaræ Abbati.

36. *Roclenus*. Ei ſcribit Gregorius 7. l. 1. epiſt. 75. vbi legitur Roderius, & epiſt. 76. ſequenti ad Hubertum Archiepiſcopum Lugdunenſem memoratur, vbi Baronius legit Rodericus 1073. aliis Rodenus. Quo tempore 1072. Synodus habetur Cabilone in cauſa Cluniacenſis Abbatis, & Epiſcopi Matiſconenſis. Inuenitur quoq; ſubſcripſiſſe in Chartulario Floriacenſi 1077. Aurelianis, apud Sauſſeyum. Eius etiam fit mentio in vita S. Hugonis Cluniacenſis ab Hugone Monacho ſcriptâ.

37. *Valtherius*, ſeu Galtherius. Eius electionis formula viſa eſt digna, quæ huc ex Sanjuliano transferretur, his verbis concepta:

Auctor noſtræ redemptionis Vnigenitus altiſſimi Patris, ſibi nimirùm ante totius æui principium coæternus, & conſubſtantialis, cùm iam plenitudine temporis adueniente de cælorum ſupernis deſcendens hominem induiſſet in terris, ſeruata in aſſumpto homine maieſtate diuinitatis: expletis tandem omnibus, quæ de ipſius ſuſceptâ temporaliter humanitate, nobiliſſimi antiquæ legis præcones veridicis prædixerant vaticinijs, protinus ſacroſancta ſtatus Eccleſiæ cœpit vbique terrarum innouari ſaluberrimis Apoſtolorum doctrinis, imò magnitudine virtutum, & excellentiâ ſignorum, quæ per eos mirum in modum operabantur diuina gratiâ diſpenſationis. Quorum videlicet ſonus iuxta vaticinantis præſagium Regis, in omnem terram eſt diffuſus: fines quoque orbis terræ verba eorum penetraſſe profitetur omnis Chriſti fidelium cœtus. Hos itaque ſummos, & electos cæleſtis Senatores aulæ è veſtigio ſequuti inſignes Rectores Eccleſiæ, qui ob ducatum recti itineris ad ſuperni Palatium Regis meritò habiti ſunt digni Pontificum inſigniri cognomine. Ita nimirùm prælibatam Eccleſiam ſibi à paſtorum commiſſam Paſtore, verbo decorare,

pariter, & exemplo ſtuduerunt, vt licet ſummi Pontificij reuerendo eſſent ſublimati culmine, ſibi tamen ſubditis eligerēt prodeſſe potiùs, quā præeſſe, æquiſſimâ eos regentes cenſurâ, & diſcreto moderamine. Verùm ſi quando contra prauos ſubditorum mores, zelus exigebat rectitudinis moueri illo quolibet feruore diſtrictionis: ita in mentibus illorum virtus cuſtodiebatur manſuetudinis cum terrore ſeueritatis, vt & iram manſuetudo condiret diſcretionis, & eamdem manſuetudinem (ne fortè diſſolueretur) idem zelus accenderet diſcretionis. Hos igitur tàm reuerendæ vitæ Patres, tamquam admirabiles cæleſtis diſciplinæ cenſores, nos humiles filij ſacroſanctæ Matris Eccleſiæ Cabilonenſis imitari potiſſimùm cupientes: ob id maximè, quoniam eadem noſtræ Sedis cathedra iamdudum proprio Paſtore viduata, multa, & innumera à mundanis poteſtatibus patitur ad præſens infeſtationum probra: communi aſſenſu, & pari voto, eligimus quemdam eiuſdem Eccleſiæ olim Clericum, & Archidiaconum, nomine Vualtherium, ad culmen Pontificij præfatæ ſedis Chriſto Domino diſponente regendum. Cuius iuriſdictioni, & iugo ſui regiminis nos, noſtrumque locum tradimus diſponendum ſecundùm Canonum, & inconuulſum totius Eccleſiæ priuilegium. Eſt quippè, vti in promptu habetur, generoſi ſtemmatis proſapiâ ortus, peritiâ, non modò ſacrarum litterarum, verùm & mundanarum induſtriâ legum admodum eruditus, ieiunijs, vigilijs, & orationibus, ac cunctis miſericordiæ operibus inſignitus, probatiſſimâ morum honeſtate præclarus, omnium virtutum matre diſcretione pulcherrimè redimitus, luculentiſſimi etiam eloquij, & apprimè diſertus, quantum quoq; humanæ fragilitas conditionis admittit, omni bonitate manet conſpicuus. Igitur pro tot, & tantis cæleſtium chariſmatum donis ſibi ſuperno munere collatis, Spiritusſancti cooperante gratiâ, eligitur ad culmen officij Paſtoralis, non ſolùm à nobis prælibatæ Eccleſiæ filijs, verùm etiam à diuerſæ conditionis plebe cohabitante intra, & extra noſtræ mœnia vrbis, quam proſequitur etiam innumera populi multitudo adiacentium regionum, diuerſi ſexus, & ætatis. Qui omnes pariter intimis præcordiorum affectibus, & multiplicibus efflagitant votis, iſtius noſtri electi perſonam (Ieſu annuente Domino) ſublimari infulâ Pontificali Cabilonicæ ſedis. Plerique etiam illuſtres, & prænobiles Eccleſiarum Dei Rectores exiſtunt quoque legitimi fautores iſtius noſtræ electionis: videlicet Dominus Gibuinus Archipræſul eximius ſacroſanctæ cathedræ Lugdunenſis, Domnus etiam Agano Antiſtes venerandus Eccleſiæ Heduenſis, vnà cum reuerendis cœtibus vtrorumque regimini Chriſti Domini gratiâ prouidente commiſſis. Religioſus etiam Præſul D. Landricus Eccleſiæ Matiſcenſis, cum reuerenda Concione eiuſdem Cleri, annuit, & fauet, multiplici fauore, in laude iſtius Canonicæ noſtræ electionis, ſperans in Dei miſericordia, ſibi ſuæque matri Eccleſiæ ſubueniri, in celebratione talis, tantæque ordinationis. His ſiquidem eximijs iam fatis Pontificibus annectuntur illuſtres Cœnobiorum Patres, huic profectò, & electioni votis fauentes omnibus: inter quos nimirum extat Domnus Hugo ſacri Cœnobij Cluniacenſ. Abbas re vera celeberrimi, ſimulque venerandus loci Trenorchienſ. Rector Domnus Petrus, Præſidens quoq; Abbatiæ B. Petri Cabilonicæ vrbis Domnus Raynardus, vnà cum Reuerendis Patrum vtrorumq́ locorum concionibus, ſub Monaſticæ tyrocinio diſciplinæ in Chriſti nomine militantibus. Qui omnes procul dubiò toto anniſu mentis idonei exiſtunt auctores, & legitimi corroboratores iſtius electionis; S. Gauſleni, matris noſtræ Eccleſiæ Decani, S. Abmadrici Lingonenſ. Decani, S. Gotſelmi Archidiaconi, S. Hugonis Portenſis, S. Engilberti, S. Gaufredi, S. Landrici Archipresbyteri, S. Guillermi, S. Petri, S. Caroli, S. Bernardi, S. Roberti, S. Lāberti, S. Hugonis, S. Letaldi Archipresbyterorum, S. W. Ternenſis, & matris eius Adelaidis, S. Valtherij Neblenſis, S. Dalmaſci de Giniaco, S. Bernardi de Portâ, S. Gotſeranni, & Idmari fratris eius, S. Duranni Archipresb. S. Ademari, S. Roberti, S. Iotſaldi.

Acta eſt hæc Eccleſiaſtica, & generalis electio anno incarnati vnigeniti Verbi M.LXXX. *præſidente diuinâ diſpoſitione Romanæ Sedi excellentiſſimo Papâ Gregorio: ſceptra quoque moderante Regni nobiliſſimo Regum Philippo, Conſulatu Cabilonéæ vrbis tunc temporis manente abſque terreno Principe.*

S. Iulien, & Du Cheſne

Huic autem Galthero Gofridus *de Donzi* 1097. Ieruſalem proficiſcens partem ſuam Comitatus Cabilonenſis ducentis vncijs auri puri vendidit, quarum ſingulæ 40. ſolidos monetæ currentis tunc valebant, at ſimul efficerent hoc anno 1625. quo hæc ſcribimus 6600. franc. ſeu librar. Turonen. Cæterùm eo ſedente fundatur Ciſtercium 1098. & Firmitas 1113. Quod vtrumque Cœnobium huius diœceſis inter cæteras Abbatias infrà deſcribetur.

38. *Iothſaldus*, vel Lothſaldus, vel Gothaldus, ex Decano. Confirmat ius Patronatus, quod Valtherus contulerat S. Stephano Diuionenſi, ſuper Eccleſiam S. Martini de Arcu ad Tiliam, per manum Rodulphi Abbatis Lothonenſis, **Lóne*, in cuius Archidiaconatu ſita erat, idque in Concilio Trenolchiano 1117. Meminit Iotſaldi, S. Antoninus tit. 17. c. 5. circa A.C. 1112.

39. *Robertus*, 1120. & 1122.

40. *Valtherius*

40. *Valtherius*, ſeu Galtherius 2. *de Serſy*. Nominatur cum Villenco Epiſcopo 55. Lingonenſi in natali S. Mammetis 1129. Lingonis. Interfuit dedicationi Eccleſiæ S. Stephani Diuionenſis 1141. Qua de re in Gothofrido Epiſcopo Lingonenſi 56. in cuius Stephanienſis Eccleſiæ Calendar. eiuſdem Galtheri obitus Idib. Ianuarijs notatur. Prætereà dedit Cluniacenſibus Eccleſiam Lothonienſem, *Lone*, tunc in Prioratum redactam, ex Abbatia, quam olim Theodericus fundauit. Conditur quoque hoc tempore 1132. Cœnobium Maceriarum Ordinis Ciſtercienſis, primum in filiatione firmitatis. Hoc denique tempore obiit apud S. Marcellũ propè hanc vrbem Cabilonenſem Petrus Abaillardus 21. April. 1142. ætatis 63. de quo vir eruditæ diligentiæ Nicolaus Camuzatus in Promptuario Antiq. Tricaſſin. agens de Paracliti Cœnobio, & Vion. l. 2. cap. 75. Poſſeuinus, Baron. Quercetanus

Lion. *Maizieres.* Petrus Abaillardus.

41. *Petrus*, ad annum 1163. fortè is quem Ciſtercij iacere indicat hoc Epitaphium iam in Æduenſibus relatum:

Hi duo Pontifices ſerui veri Salomonis
Pauſant, Henricus Æduæ, Petrus Cabilonis.

In cuius Monaſterij Necrologiis notatur obiiſſe Petrus Cabilonenſis Epiſcopus 6. Idus Nouemb. Ordinauit Rodulphum Abbatem 12. Cluniaci 7. Calend. Septembris 1173.

42. *Engilbertus*, vel Ingelbertus, ſolus ex prouincia Lugdunenſi in Concilio Lateranenſi Alexandro 3. 1179. menſe Martio in Indice Præſulũ illius Synodi, quem edidit Ioannes Picardus in Notis ad Guilelmum Neubrigenſ. Dedit Miloni Abbati 5. S. Stephani Diuionenſis, Eccleſiam de Pruneriis 1181. 6. Calend. Iunias, poſteà fuit Prior Carthuſiæ Vallis S. Petri diœceſis Laudunenſis 1185. & Prior Mõtis-Dei 1186. vt indicauit mihi D. Polycarpus *de la Riuiere* ipſe Carthuſianus, pius, & doctus. Eiq; ſcribit Ioannes Sariſberienſis epiſt. 161. 162. & 269. Sirmund. ad epiſt. 12. l. 5. Petri Cellenſis.

43. *Robertus* 2. 1186. Nominatur in Charta fundationis anniuerſarij Odonis Ducis 1187. tranſegit pro hoſpitali Bellæ-crucis 1202. item cum Duce Odone 1209. ſeditque ad annum vſq; 1213. Dedicauit Eccleſiam Ciſtercij 16. Calend. Nouemb. 1193. ibique iacet cum altero Roberto Epiſcopo Lingonenſi 53. vt conicio, in cuius Ciſtercij Martyrologio Robertus Epiſcopus Cabilonenſis obiiſſe notatur pridiè Idus Ianuarias.

44. *Durandus*, vel Durannus, ſub Honorio 3. Papa, vt patet C. Ex parte de Conſtitutionibus, & ex diplomate eiuſdem 1224. vbi nominatur R. Lugdunenſis, id eſt Raynaldus 80. Archiepiſcopus. Dedit 1220. de cõſenſu Capituli Eccleſiam *de Chagny*, Fulconi Abbati S. Rufi Valentiæ, & nominatur cum Aleïde Duciſſâ Burgundiæ, & Beatrice Comitiſſa Cabilonij in Archiuis Diuionenſibus menſe Decembri 1221. ſepultus in Eccleſia Firmitatis 1225. cum eadem Beatrice defuncta 1227. 4. Idus Aprilis.

45. *Guilelmus*. Memoratur in bibliotheca Cluniacenſi A. C. 1236. menſe Martio cum Aymone Matiſconenſi 44. Interfuit Concilio Lugdunenſi ſub Innocentio 4. 1245. Habebat Simonem fratrem Decanum ſuæ Eccleſiæ. Transfertur poſteà ad Biſuntinenſem Eccleſiam, vbi mœnibus incluſit Campum Martium. Vide ibi numerum 66.

46. *Alexander de domo Burgundiæ*. Eligitur 1245. Interfuit tralationi Reliquiarum SS. Ferreoli, & Ferrutij Veſuntione 4. Nonas Septembris 1246. Ei præſtat hominium Mathildis Comitiſſa Niuernenſis 1247. iacet Maceriis 1261. Huius verò tempore vrbs Cabilonenſis priuilegiatur ab Hugone Burgundiæ Duce 1256.

47. *Theobaldus*, 1262. anteà Canonicus Trecenſis, ſepultus in Monaſterio Firmitatis, apud Nicolaum Camuzatum 1264. menſe Nouembri, ex quo profert hanc clauſulam in Auctario Promptuarij. Eligimus ſepulturam noſtram apud Firmitatem ſuper Gironam, cui loco damus, & concedimus Bibliam noſtram, ſententias Magiſtri Petri Lombardi, ſermones noſtros, quos propriâ manu ſcripſimus.

48. *Guido*, vel Vido vocatus ad Epiſcopatum 1265. Diſceſſit è viuis 1269. menſe Octobri, cui Ionvillæ cognomen tribuit Vaſburgius l. 4. Antiquit. Belgicarum. Quo tempore conceſſum fuiſſe Canonicis, ius cooptandi ſibi collegas ſcribit Chopinus l. 1. Politiæ Sacræ, tit. 1. nu. 8. Vide Lingonenſes n. 62.

49. *Pontius*, *Anſelmi de Siſſey*, vel *Chriſſey* filius, electus ex Canonico 1269. Obiit 1273.

50. *Guilelmus de Oblato*, *du Blé*, menſe Maio 1274. eligitur. Cœmiterium Mortæ conſtruxit in quo ipſe ſepultus fuit.

Du Blé porte de gueule au cheuron de 3. pieces d'or.

51. *Guilelmus de belle-veure*, ex Decano ſedit ab anno 1294. ad 1301. menſe Decembri, quo ſepelitur Auguſtoduni in

ædc S. Ioannis de Criptâ, iuxta Anſelmum Æduenſem Epiſcopum 58 Eccleſiâ Cabilonenſi hærede relictâ. Confirmatus verò fuerat ab Hugone de Arciaco Æduenſi Epiſcopo ſede Lugdunenſi vacante.

52. *Robertus de Deſize* 1302. & nominatur in inſtrumento 1313. quo donat, aut potius confirmat ius Patronatus in Eccleſiâ de Pruneriis Hugoni de Aſſcyo Abbati 17. S. Stephani Diuionenſis. Condidit Teſtamentum menſe Iunio 1315. quo vult ſepeliri ante maius Altare S. Laurentij in Cathedrali, aut iuxta Guilelmum de Oblato in cœmiterio Mottæ.

53. *Bartholomæus*, vel *Bertholdus de Capellâ, de la Chapelle*, ſubſcripſit teſtamento Agnetis filiæ S. Ludouici, matris Odonis Burgundiæ Ducis. Auctor fuit vnionis Eccleſiæ Parrochialis Longæcuriæ cum Decanatu rurali Oſcharenſi *de Loſchaict.* Obiit 1333. Hoc verò tempore fundatur Collegium Canonicorum in S. Georgij Eccleſiâ parrochiali in vrbe ab Odoardo *de Montagu* Equite, & Ioanna de Cruce eius vxore, in præſentiâ Ioannis 22. Papæ Auenione 9. Aprilis 1323. Eodem etiam ſedente ſtatutum fuit 1327. ne plures eſſent Canonici cathedrales 25. qui numerus vſque hodie perſeuerat. Interfuit quoque cum Petro Bertrando Epiſcopo Æduenſi 64. diſputationi de Iuriſdictione Eccleſiaſticâ contra Petrum de Cuneriis.

54. *Hugo de Corrabeuf* ab A.C. 1334. ad 1339. ex Decano Cabilonenſi, & Canonico Æduenſi, ac Præfecto Attrebatenſi. Huius depoſitio notatur in Calendario Diuionenſi pridie Calendas Maij. Legitur item præfectus Arteſiæ A. C. 1330. 4. Maij, apud Locrium in Chron. Belgico.

Corrabeuf Rouuray de gueule à vn orle de 7. billettes d'argent. & vn croiſſant au cœur.

55. *Petrus de Chalon* ſedit vſque ad annum 1545. fratrem habebat Henricum Decanum, de quâ gente in Ioanne 73. Epiſcopo Lingonenſi.

56. *Ioannes Aubriot* Diuionenſis, 1346. electus. Confirmauit cuiuſdam Capellæ fundationem in Eccleſiâ *de Cuſery* factam à Guilelmo *de Turey* Decano Lugdunenſi, & Guidone eius fratre 1349 cuius Guilelmi fortè nepos fuit Philippus Archiepiſcopus 100. Lugdunẽſis. Hunc verò Ioannem puto qui 1351. præeſt Cameræ Computorum Pariſiis.

Hugues Aubriot Preuoſt de Paris portoit de gueule au cheuron d'or garny de trois molettes de meſme.

57. *Ioannes de Melloto*, vulgò *de Merlo.* Iniit Epiſcopatum 23 Septembris 1354. translatus ad Eccleſiam Claromontenſem, quam rexit Præſul 73. apud Sauaronem. Eius Anniuerſarium celebratur 22. Decembris.

58. *Ioannes* de S. Iuſto, ab anno 1360. ad 1369.

59. *Ioannes de Salornay*, vſque ad annum 1373. habebat fratrem Canonicum Ioannem in Eccleſiâ Matiſconenſi Vicarium. Inuenitur etiã P. *de Salornay* Canonicus Lugdunenſis circa annum 1322.

Salornay portes. points d'eſchiquier d'or equipollez à 4. points de gueule.

60. *Gofreaus* codẽ anno mortuus, quo creatus 1374. tempore Philippi Audacis Burgundiæ Ducis. Quo etiam præſule Petrus *Paris* fuit Decanus.

61. *Nicolaus de Veris*, natus apud Pontem ſuper Ionam diœceſis Senonenſis humili loco, ſed ſagacitate ingenij nulli ſecundus, Regi Carolo 5. à ſecretis, Archidiaconus Senonenſis, poſt Gregorium 11. cuius fuit Capellanus. Eccleſiam Cathedralem ingreditur 17. Decembris 1374. inde poſtulatus fuit in Archiepiſcopatum Senonenſem, ſed non confirmatus. Iacet in Cathedrali, primus Epiſcoporum in eâ humatus. Fundauit Sacellum S. Martini in Eccleſia Senonenſi, cui donauit terras *d'Epiry*, &c.

62. *Guilelmus de Saligny*. Anniuerſarium habet 3. Iunij. Hoc tempore 1400. Philippus Dux Burgundiæ emit Vicecomitatum Cabilonenſem à Guilelmo *de Breſſe* equite.

63. *Oliuarius* de Martrolio, ab anno 1401. ad 1405. 9. Maij. Iacet Macerijs.

64. *Ioannes* de Coſtà Iuris Pontificij Doctor, Canonicus Cantor in Eccleſia Baiocenſi, & Referendarius Papæ 1405. inde tranſlatus ad ſedẽ Mimatenſẽ 1413.

65. *Philibertus de Saleone de Saux*, poſt Sedem vnius anni factus eſt Ambianenſis 55. de quâ gente nobili nos infra in Roberto 22. Decano S. Capellę Diuionẽſis.

66. *Ioannes d'Arſonnal*, ab anno 1414. ad 1416. quo moritur 27. Auguſti, Domini Delphini (qui poſteà Rex Carolus 7.) Confeſſarius, apud Carthuſianos Pariſiẽſes ſepultus, vt eſt apud Iacobum Brullium p. 477. in Theatro Antiq.

67. *Hugo d'Orges*, natus in Mandubiorum vico Villebermi, Diœceſis Æduenſis, cuius loci Eccleſiam poſteà dedicauit, electus ex Canonico, per viam compromiſſi menſe Septembri 1416. confirmatus 15. Ianuarii ſequẽtis, Lugduni, ab Epiſcopo Æduẽſi, poſteà factus Archiepiſcopus 74. Rotomagenſis anno 1431. menſe Auguſto. Permiſit ædificationem Capellæ S. Mariæ de ſtratâ ad Auxonam 1429. vulgò *Noſtre Dame de la Leuee d'Auxonne*, per cuius promotionem ad Epiſcopatum

Epiſcopatũ Philibertus de Monte-ioco fit Canonicus Belnenſis 1416. Iacet verò Hugo Baſileæ in Diui Petri, mortuus tempore Concilij 19. Auguſti 1434. A

68. *Ioannes Rolin*, 1431. menſe Auguſto, poſteà Æduenſis 76.

69. *Ioannes* Germanus, Iacobi Burgenſis Cluniaci filius, (qui Iacobus iacet in naui Eccleſiæ Carmelitarum Diuionenſium ab eo conſtructa, mortuus 23. Septembris 1424.) Doctor Theologus, ex Epiſcopo Niuernenſi 91. Cancellarius Ordinis Equeſtris Vellere aureo inſigniti, & Philippi Boni Burgundiæ Ducis Orator. Obtinuit primum locum inter Duces ipſi Philippo in Concilio Baſilienſi 24. Maij 1443. cuius tempore 1443. habitum fuit Capitulum Generale Carmelitarum Cabilone Ioanne Faccio Auenionenſi Generali 23. Scripſit Mappam mundi ſpiritualem, & pleraque alia, nondum, vt puto, typis edita. Obiit 2. Februarij 1460. Salæ, ſepultus in Cathedrali, cùm primarium lapidem appoſuiſſet Eccleſiæ Franciſcanorum 21. Iunij 1452. apud quos Ioannes Portugalliæ Princeps Religionem profeſſus, & ſepultus, in qua Eccleſia Capellam S. Mariæ de Pietate ædificauit noſter Præſul, & alteram ei ſimilem Cluniaci in æde ſancti Mayoli, vbi baptizatus fuerat. Habet etiam anniuerſariũ ſolemne, in Capella Regia Diuionẽſi 28. Maij. Porro de hoc Præſule illud meritò vſurpari poteſt. B

Chaſſan. Catal. Glo. mũdi part. 5. Conſid. 45.

Franciſcani Cabilone.

Coquille ſur la Couſtume de Neuers, dit qu'en la Chābre des Comptes ſe voit la manumiſſion dudit Germain par le Seigneur de la Perriere aggree par le Comte de Neuers.

Non cenſus locuples, vel clarum nomen auorum,
Sed magnum probitas, ingeniumque facit.

De quo plura Sanjulianus, cùm in Antiquitatibus Cabilonenſium, tum in Miſcellaneis hiſtoricis.

70. *Ioannes de Poupet*, 1461. celebrauit ſolẽniter in ſua Eccleſia 1467. exequias Philippi Boni Ducis, paulò antè Brugis defuncti 16. Iulij miſſus fuit cũ Abbate Ciſtercienſi nomine Trium Ordinũ ad Carolum nouum Ducem. Ceſſit verò Epiſcopatui anno 1480. & poſteà moritur Salæ 1491. ſepultus ad læuam maioris altaris in cathedrali, eiuſque Vicarius fuit Ioannes *de Falletans* Decanus Cabilonenſis. D

71. *Andreas de Poupet* anno 1480. creatus per Sixtum 4. menſe Ianuario per ceſſionem Ioannis. Excepit Carolum 8. vrbem ſolemniter ingredientem, eumque habitu Canonicali induit. Intereſt Comitiis Turonenſibus 1483. Reſignato autem hoc Epiſcopatu in gratiam Ioannis ſequentis, factus fuit Epiſcopus Salonicenſis in partibus Orientis. Iterum 1504. receptus fuit in Canonicum, & Archidiaconum Cabilonenſem, & poſteà in Decanum, ex ceſſione Ioannis *de Tenley*. Obiit tandem 1506. ſepultus in monumento, quod ſibi viuens præparauerat in cathedrali hoc Epitaphio:

Salonicenſis Epiſcopatus nunc Spalatenſi; Archiepiſcopatui in Dalmatia coniungitur ſub ditione Veneta.

Hac iacet Andreas clauſus ſub mole Popetus,
Antiſtes generis gloria magna ſui.
Qui primis olim virtuti deditus annis,
In Iure eſt Doctor factus vtroq; micans.
Poſt hæc ingenio præſtans, linguaq; lepore,
Vrbem adijt Romam, Romulidumque domos.
Et mox Pontifici clarâ virtute ſupremo
Dilectus, Francis Regibus inde fuit:
Namque inſeruiuit tribus idem Regibus, hoſque
Conſilio iuuit, tempora longa ſuo.
Sicq; huius vixit Præſul meritiſſimus ædis,
Peruigil, vt proprias, qui refoueret oues.
Quem que auus hæredem, Tiaraque, pedique reliquit,
Illa hæc Germano reddidit æquè ſuo.
Hoc igitur tandem requieſcit marmore carnem,
Qui ſupplex veſtras flagitat ille preces.

Propter egregiam virtutem, & doctrinã diſpenſatus de illegitimitate.

Hi fuere Ludouicus 11. Carolus 8. & Ludouicus 12.

Auus, id eſt vnus ex maioribus. patruus ſcilicet, vt apud Propertium: Hoc apud intonſos nomen habebat auos. Apud alios ſyllaba a. producitur in Tiara: Requieſcit agendi ſignificatione, vt Egloga 8. Virgil: Et mutata ſuos requierunt flumina curſus, vbi Seruius

C

72. *Ioannes de Poupet*, Sequanus origine (eſt enim *Poupet* caſtrum ſupra Salinas in Burgundiæ Comitatu) Gandaui natus in Flandria, filius Domini *de la Chaux*, per reſignationem prædeceſſoris ſedem obtinet à Iulio 2. Papa anno 1504. 9. Aprilis poſſeſſionem adeptus 9. Auguſti ſequentis, natus tantùm ann. 25. ſed iuris vtriuſque peritiſſimus. Excommunicatur cum nonnullis aliis, quòd interfuiſſet Concilio Piſano, de quo Poſſeuinus in Apparatu ſacro, ſed poſteà abſolutus à Leone 10. Ei vero dicat Lecturam Philippi Franci in ſextum 1513. Celſus Hugo diſſutus Cabilonenſis I.V.D. Obiit autem Salæ 3. Ianuarij 1531. & iacet in cathedrali. Eiuſdem porrò familiæ Guilelmus Balmæ, & Balernæ Abbas.

73. *Antonius* de Vienna (de qua gente in Philippo 83. Lingonenſi) Abbas Moliſmi, S. Sequani, Firmitatis, & Balernæ, adipiſcitur poſſeſſionem huius Sedis Martij penultima 1532. Obiit menſe Februario 1551. apoplexiâ.

74. *Ludouicus Guillard*, Andreæ in Senatu Pariſienſi Præſidis filius, primùm Epiſcopus Tornaci 74. apud Neruios. Quo tempore Franci rerum illic potiebantur, deinde Carnotenſis 98. poſteà Cabilonenſis 1553. 20. Decembris, ac

tandem Siluanectenſis 74. A. C. 1560. Is primus fuit, vt putat Sanjulianus, qui ex Prælatis Burgundiæ locauit reditus omnes ſui Beneficij, tàm ſpirituales, quàm temporales, quod bonis omnibus valdè diſplicuit. Obiit autem cæcus Pariſiis, vbi iacet apud Albimantellos. Porrò de locatione huiuſmodi fructuum Beneficialium, vide Toletum l. 5.cap, 91. Nauarrum cap. 27. num.149. Manualis, Azor part.3.l. 8. cap. 3. Molina de Iuſtitia, & Iure diſputatione 466. Eiuſdem gentis fuit Carolus *Guillard* Præſes Senatus Pariſienſis, cuius vxori Ioannæ *de Vignancour* dicat Opus de Claris mulieribus Ioannes Textor Rauiſius 1521. è ſchola Nauarræa.

Locatio fructuum Beneficialium.

75. *Antonius* Arlaudus, Theologus Pariſienſis. in Colloquio Poiſſiaco 1561. quo anno reconciliauit Eccleſiam ſancti Medardi Pariſiis 17. Martij ante Paſcha, cùm ea ſpoliata, violata, & polluta fuiſſet ab hæreticis turbonibus. Obiit 1573.

76. *Iacobus Fourré*, Carnotenſis origine, Dominicanus Ordine, ac Doctor Pariſienſis renunciatus 1549. Henrici 2. Franc. 2. & Caroli 9. à ſacris Concionibus, ſedit à 1574. ad 1578. quo obiit 20. Ianuarij Huius tempore, & ſequentis Præſulis Decanus fuit Petrus Sanjulianus Balloræus ſcriptor Antiquitatum Burgundiæ, ex cuius fontibus pleraque hauſimus.

Tyard porte d'or à trois eſcreuiſſes de gueule.

77. *Pontus* Tyardæus, Byſſianus, Ioannis & Ioannæ *de Ganay* filius, Stephani Præſidis in Comitatus Burgundiæ Parlamento nepos, nominatus ab Henrico 3. Franciæ Rege 1578. à Gregorio 13. inſtituitur, doctrinâ, & librorum ſcriptione variâ clarus. Obiit Bragnij vbi & ſepultus ætatis anno 84. 3. Calend. Octobris 1605. apud Galtherum Tabulâ Chronolog. ſed mens, & gloria ipſius non queunt funerari, &

Dignum laude virum Muſa vetat mori.

Horat. l. 4. Ode 8. Pindari Nem. 9. Ronſard. l. 1. Ode 6.

Sed & ipſe Pontus hoc carmen Olorinum cecinit paulò antè quàm ſpiritus in cœlum notâ regione viarum hinc diſcederet, quodque cernitur marmori inciſum curâ digniſſimi ſucceſſoris in æde cathedrali.

Sic vbi fata vocant vdis moriturus in herbis,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Ouid. epiſt. 7.

Non teneor longæ, dulciſque cupidine vitæ,
Sat vixit, cui non vita pudenda fuit.
Nec famæ illuſtris me tangit gloria, forſan
Per Genium viuent ſat mea ſcripta ſuum.
Nilque moror quo ſint mea membra tegenda ſepulchro,
Hæc propria hæredis ſit pia cura mei.

Sed cupio, vt tandem mens Chriſto innixa, leuetur A
Pondere peccati duro, & ad aſtra vehar.

Quo carmine, quaſi penicillo viuam ſui, id eſt boni, ſapientiſque viri imaginem expreſſit. Primùm quòd non vitæ longioris dulci cupidine teneatur, longè diſſimilis illi molliuſculo Mœcenati, qui apud Senecam epiſt. 12. dum vitâ ſupereſſet vel acuta in cruce, benè eſſe exclamauit, & illis, qui

Cupiditas vitæ.

—— vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Æneid. 6.

De qua nimia cupidine Valerius Maximus lib. 9 cap. 13. Sed illud Ieremiæ 17. 16. præ oculis habens, dicebat, Diem hominis non deſideraui. Non enim eos optimè vixiſſe, qui diutiſſimè vixerint, ſed qui modeſtiſſimè, ex Varrone, & quòd diu viuitur, cùm benè viuitur, Plautus Trinũmo. Non eſt itaque, quòd quemquam propter annos, aut rugas putes diu vixiſſe: non ille diu vixit, ſed diu fuit, Seneca de Breuitate vitæ cap. 8. Dio in Adriano de ſimili. Vt enim fabella, ſic vita, non quàm diù, ſed quàm benè acta ſit, refert idem epiſt. 77. Hinc illa inſcriptio: B C

Viuite mortales, cura quot viuitis annos
Non ſit, ſed vobis quàm benè vita fuit.

Et eius, in mundo diù velle manere, quem mundus oblectat, quem ſæculum blandiens, atque decipiens, illecebris terrenæ voluptatis inuitat, ſanctus Cyprianus de Mortalitate. Nec habemus, quod in morte metuamus, ſi nihil quod in morte timendum ſit, vita noſtra commiſit, S. Ambroſius cap. 8. de Bono mortis: Iuſtus quippè etſi mortem non cauet, tamen non pauet, S. Bernardus epiſt. 105. Secundò in hac tabella contemptus vanæ gloriæ apparet, quia D

Gloriæ contemptus.

Ipſa quidem virtus pretium ſibi. Claud.

Aliàs verò gloria, eſt puriſſima vitæ gemma, & immenſum pondus ad virtutem ipſam promouendam, quam non ſolùm ſequitur, ſed etiam ei prælucet. Nec enim poteſt quidquam abiectum, & humile cogitare, qui ſcit ſemper eſſe de ſe loquendum, Mammertinus Panegyrico, & contemptâ famâ, contemni virtutes, Tacitus lib. 4. Nam quamuis conſcientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam cuſtodire conuenit, Concilium Toletanum 4. C. 21. Quæ, malum, ratio eſt habere Imperatorem, qui famam curare non

non nouerit, qui quid ſit Reſpublica, neſciat, faciat eos Conſules, Duces, Iudices, quorum vitas, merita, ætates, familias, facta, geſta, non nouit, Vopiſcus. Et certè famæ, & fidei damna maiora ſunt, quàm quæ æſtimari queãt, Liuius. Vnde ille apud Plautum Moſtellar. Ego ſi bonam famam ſeruaſſo, ſat ero diues. Etſi enim virtus non maior, pulchrior tamen, illuſtriorque efficitur bonâ famâ, S. Bernardus in Cantica ſermone 71. & lib. 4. Conſiderationis cap. 4. Famæ, inquit, prouideant (Prælati) ſuæ, non inuideant alienæ. Imò futuræ poſt mortem famæ, etiam detracto vſu conſulendum cenſet Cicero de Finibus. Tertiò, hîc cernitur inſignis quædam modeſtia, dum in hæredis pietate curam ſepulchri reponit. Aliter impium illud videtur Mœcenatis, apud Senecam epiſt. 92.

Commiſſũ arbitrio ſine ſordibus extrue funus.

Egregiè factũ laudet vicinia.

Horatius l. 2. Satyr.

Lactant. l. 6. c. 12.

Nec tumulum curo.

Et illud Lucani,

—facilis iactura ſepulchri.

Quamuis enim virorum illuſtrium tumulus cenſeatur vniuerſus Orbis, Tucidid. lib. 2. Tamen Iacob non vult ſepeliri in Ægypto, ſed dormire in ſepulchro maiorum, Geneſeos 47. 30. Sic plerique fragilitatem humani generis meditantes monumenta viui ſibi poſuerunt. Sic S. Remigius in extremo Teſtamento baſilicæ SS. Martyrum Timothei & Apollinaris miſſorium argenteum 6. librarum deputat, vt ex eo ſedes futura oſſium componatur, apud Flodoardum lib. 1. cap. 18. Sic eadem de cauſa Petrus Damianus lib. 3. epiſt. 8. laudat Archiepiſcopum Biſuntinum. Sed & Plato vult Sacerdotibus funera fieri excellentiora, imò & ſepulchra eorum à cæteris diſtincta oſtendit Gregorius Turonenſis de Glor. Confeſſorum cap. 80. Cùm, inquit, migrans à ſæculo S. Vrſinus, in Campo inter reliqua ſepulchra populorum ſepultus eſt, Non enim adhuc intelligebat populus ille Sacerdotes Domini venerari. Sic in Rituali Pauli 5. Sacerdotes caput, laïci pedes verſus altare debent habere, vbi etiam cauetur ne vllus Chriſtianus in communione fidelium defunctus extra Eccleſiam, aut cæmiterium ritè benedictum ſepeliatur niſi aliter ad tempus neceſſitas cogat. Etſi enim mortuo nihil obeſt ſimpliciter inſepultum iacere, obeſt tamen quoad eum quem in corpus viuens habuit, mortuuſque retinet amorem, & quoad honorem quem omnibus penè gentibus per ſepulturam af-

Funera pro cultu Gallorum magnifica, & ſumptuoſa, Cæſar l. 6. c. 4. Mela l. 3. c. 2.

A ferri perſuaſum eſt, vt ait ſanctus Thomas 2. 2. quæſt. 32. art. 2. ad 1. Vnde S. Ambroſius in cap 1. Tobiæ prætermittere ſepulturam ait eſſe beſtialitatem, & in Pſal. 78. Indecens, incongruum & abſurdum. Hinc pœnę in ſepulchrorum violatores apud Photium in Nomocan. tit. 3. cap. 23. & tit. 9. cap. 27. Caſſiod. lib. 6. cap. 8. Et in nouella Valentiniani de Sepulchris, vbi præclarè Imperator, Licet, inquit, occaſus neceſſitatem mẽs diuina non ſentiat, amant tamen animæ ſedem corporum electorum, & neſcio qua ſorte rationis occultæ ſepulchri honore lætantur. Sed & multùm placent verba Tertulliani, qui in libro De B Teſtimonio animæ cap. 4. Quis non hodie, inquit, memoriæ poſt mortem frequentandæ ita ſtudet, vt vel litteraturæ operibus, vel ſimplici laude morum, vel ipſorum ſepulchrorum ambitione nomen ſuum ſeruet? Vnde anima hodie affectaret aliquid; quod velit poſt mortem, & tantoperè præpararet quo ſit vſura poſt mortem, ſi nihil de poſtero ſciret? Dixerat paulò anteà Seneca in libro De Breuitate vitæ, quoſdam diſponere etiam illa quæ vltra vitam ſunt moles magnas C ſepulchrorum, & operum publicorum dedicationes. Poſtremò, videtur hîc anima noſtri Pręſulis, inſtar columbæ ſublimia, & cærula cæli templa petere, ex deſerto, innixa ſuper dilectum, vnde claret longitudinem vitæ, quæ eſſe deſiit, nihil eſſe, & vanum eſſe quod ſine Chriſto viuitur, S. Hieronym. in Epitaphio Nepotiani.

78. *Cyrus*, Claudij Tyardæi, & Gulielmetæ *de Mongommery* filius, 1596. 6. Calend. Nouembris, per ceſſionem patrui poſſeſſionem adeptus, omnia boni paſtoris munia implere ſtuduit; D Paſtorale correctiùs edidit, Minimos, & Capucinos, Carmelinas, & ſanctæ Catharinæ Sorores in vrbem euocari curauit. Conuentui notabilium interfuit Rotomagi 1617. 4. Decembris. Huic verò Præſuli Guilelmus *Bernardon* Decanus, & Officialis numquam in procurandis Eccleſiæ commodis defuit. At Epiſcopatus, & vitæ munere Cyrus ſimul defunctus eſt 3. Ianuarij 1624. hor. 8. ante Meridiem Regni, Regiſque amantiſſimus, ſuæ verò Eccleſiæ vnicæ ſponſæ deuinctiſſimus:

Capucini 1603. Minimi. Carmelinæ S. Catharinæ ſorores.

Guilelmus Bernardon Decanus.

Vir bonus, & prudens, qualem vix repperit vnum

Millibus è multis hominum conſultus Apollo.

Pſal. 30. 15. Ille, inquam, verus Apollo, in cuius manibus ſortes hominum, & tempora conſiſtunt. Nec ſilendum eſt hunc pium Præſulem paulò ante obitum ſummo ſtudio procurauiſſe reſidentiam Curionum, quod etiam Senatuſconſulto comprobatum fuit, & ab omnibus comprobari debet; qui non ſua, ſed quæ ſunt Chriſti quærunt: quâ de re ſcripſit idem Bernardus vtilem tractatum in lucem emiſſum. His porrò temporibus, non ſolùm in Burgundia, ſed & in Gallia vniuerſa claruit Stephanus *Bernard* huius vrbis proprætor, vir verè eloquens, id eſt, ſapiens copioſè loquens, ſeu maius, vir bonus dicendi peritus, cui à nobis recedenti, tanto patri par filius inſigni pietate, eruditione, ac prudentia notus, & charus cunctis, meritò ſuffectus, hodiè floret. Vide hiſtoriam Catholicam R. P. Hilarionis *de Coſte* Minimi pag. 710. Conſule ſi lubet, Rotomagenſes Archiepiſcopos num. 85. vbi de natali Regis agitur.

79. *Iacobus* Ioannis Iacobi *de Neufcheſes* domini *Desfrans*, Baronis *de Bucy*, & Margaretæ *Fremyot* filius Theologiæ Doctor, ex Canonico, & Cancellario Eccleſiæ, Academiæque Bituricenſis, ac Varenarum Abbate ætatis 32. Regiâ nominatione deſignatus; & à Summo Pontifice promotus conſecratur Pariſiis in æde Minimorum 29. Decemb. 1624. ab auunculo ſuo Andrea Archiepiſcopo nuper Bituricenſi, Gillio *de Souuré* Conuenenſi, & Claudio *de Thoras* Nemauſenſi Epiſcopis aſſiſtentibus. Inde paulò poſt omnium ordinum publicâ, & ſingulorum priuatâ, ſed minimè occultâ lætitiâ, fauſtis gratulationibus & acclamationibus vndique reſonantibus Cabilone exceptus 1625. die 22. Ianuar. feriâ 4. S. Vincentio Eccleſiæ Patrono ſacrâ diuinum Miſſæ Officium ritu ſolemni celebrauit; cætera deinceps boni Paſtoris officia fauente Deo diutiſſimè, & integerrimè exequuturus. Intereſt cœtui Cleri Pariſiis 1625.

Cadurcenſes Epiſcopi.

Cahors en Quercy ſur le fleuue Old.

Flor. 1000.

CADVRCORVM ciuitas Ducona, vel Diuona, Ptolemæo lib. 2. cap. 7. gradu longit. 19. 0. latit. 47. 50. ſed rectiùs aliis longitud. 22. 18. latitud. 44. 30. vbi dies maxima horarum 15. 25. altitudo ſolis 45. 30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 64. 34. ad 60. ſub Archiepiſcopatu Bituricenſi, & in Toloſano Parlamento, vbi Vniuerſitas, de quâ Iacobus Midendorpius l. 6. & Ciaconus in Ioanne 22. ab ipſo Pontifice inſtituta 1332. cui præeſt. Cancellarius Eccleſiæ cathedralis S. Stephano dicatæ à Diuo Martiale, cuius Epiſcopus dicitur Comes in Deciſione rotæ, quæ incipit Epiſcopus Cadurcenſis. Fallitur intereà Bzouius, dum ait Cadurcos fuiſſe donatos Epiſcopatu à Ioanne 22. In hac verò diœceſi Parrochiæ ſunt pluſquam 400. & Abbatiæ:

Noſtre Dame de la Nonnette les Gourdons O.C.

Sordillac O.B.

Figiacum O.B. *Figeac.* Flor. 1200.

Deſerti, *Du Deſert* fœminarum.

Moïſiacum O.B. *Moiſac.* Flor. 4000.

Marſiliacum O. B. *Marſillac.* Flor. 100.

Guarda-Dei O.C. *Garde-Dieu.* Flor. 500.

S. Marcelli *S. Marcel* O.C. Flor. 50.

Epiſcopi autem, ex Guilelmo Crucio, ſic ſe habent.

1. *S. Genulphus*, qui & aliquando Gundulphus) miſſus à B. Sixto 2. A. C. 261. poſt cuius obitum ſedes diu vacauit. Abbatiam habet in diœceſi Bituricenſi.

2. *Exuperius* 339.

3. *Florentius* 370. ad eum ſcribit Paulinus epiſt. 32. edita Roſvendi.

4. *Alitius* 400. Ad eum ſcribit Paulinus epiſt. 33.

5. *Capuanus* 440.

6. *Boetius* 480

7. *Suſtratius* 507.

8. *Leucadius* 545.

9. *S. Maurilius* 565.

10. *S. Vrſinus*, ſeu Vrſicinus. Concilio Matiſconenſi 2. 588.

11. *Euſebius* 624.

12. *Ruſticus* 632.

13. *S. Deſiderius* 639. cuius epiſtolæ extant tomo 6. Antiquar. Lection. Henrici Caniſij: vbi inter cæteros ſcribit Epiſcopis Modoaldo Treuirenſi, Dadoni Rotomagenſi, Sulpitio Bituricenſi, Felici Narbonenſi, Gallo Aruernenſi. At poſt eius tranſitum aut Sedes vacat, aut deſunt nomina aliquot Epiſcoporum.

14. *S. Ambroſius* 751. Auarici habet Eccleſiam Parrochialem, & Abbatialem Canonicorum Regularium S. Auguſtini.

15. *Aymatius* 770.

16. *Angarius* 804.

17. *Guilelmus.* In Synodo Pontigonenſi 876.
18. *Gerardus* 880.
19. *S.Gansbertus* 945.
20. *Bernardus* 946.
21. *Deodatus* 1000. In dedicatione Eccleſiæ Lemouicenſis 1028.
22. *Fulco* Simonis 1040.
23. *Stephanus* 1070.
24. *Gerardus* 2.1094.
25. *Guilelmus* 2. 1113.

Gaufridus. In diplomate Ludouici, & Philippi RR. pro Dionyſianis 1129. Indict. 7. recenſetur, ſed numeros mutare nolui.

26. *Geraldus* 3. 1150. Interfuit Dedicationi Eccleſiæ S. Germ. de Pratis pridie Cal. Maij Lutetiæ 1163. ab Alexand. 3. Papa peractæ, & Lateranenſi Concilio 1179. cum Guarino Archiepiſcopo Bituricenſi, & Sibrando Lemouicenſi, ac reuelationi corporis S. Stephani Grandimontenſis 1189. cum Henrico Bituricenſi. Obiit circa annum 1200. ſepultus Grandimonte hoc Epitaphio:

Quiſquis adhuc erras periturus res perituras,
Atque cor induras, ad res nunc, ſiue futuras,
Noſce quid es, quid eris, qui forſan cras morieris,
Qui viuens moreris, tranſis cùm ſtare videris.
Si centū decades annis quos vixeris addes,
Non tamen euades, quin te trahat vltima clades,
Quæ magnum modico, qua iuſtum coæquat iniquo,
Nec defert Medico, nec cuiquam parcit amico.
Ergo vigil cura tibi ſit meminiſſe futura,
Quòve receſſura caro ſit, poſt non reditura.
Anima eius in æterna pace requieſcat.

Hîc autem caro dicitur non reditura, vt apud Iob cap. 10. verſ. 21. *Antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam.* Quod quomodo ſit intelligendum, illic explicant Interpretes, & inter eos Pineda, & Bolducus.

27. *Guilelmus* 3. 1201.

28. *Guilelmus* 4. 1209. Quo tempore inſtituuntur Franciſcani, & Dominicani in vrbe 1226. — *Franciſcani & Dominicani.*

29. *Pontius* 1235.

30. *Geraldus* 4. cognomento Bonus, ex Archipreſbytero, confirmatur à Philippo Archiepiſcopo Bituricenſi, à quo fuit dictus vir nobilis, prouidus, & diſcretus 1237. Obiit 1250.

31. *Bartholomæus* 1250. de quo vulgò iactabatur Prouerbium: Viuat Deus, viuat dominus Bartholomæus, vt accepi cum aliis pluribus, ab Emundo Merillio, ex Anteceſſore Cadurcenſi, clariſſimo Decano facultatis Iuriſprudentiæ in Academia Bituricenſi, quod ingenuè crebrò ſumus profeſſi, & palàm profiteri debemus, cùm pro ſua ſingulari humanitate nobis ſua Commentaria edita, & edenda communicauerit, ex quibus plura hîc inſeruiſſemus, niſi ea, poſtmodum edita in lucem, ab eruditiſſimo viro Guilelmo Crucio animaduertiſſemus, quem Guilelmum meritò Paulus 5. ſummus Pontifex litteris ſuis laudauit. Memoratur etiam in Calendario Bituricenſi 1262. cum Petro Petragoricenſi Epiſcopo. — *Emundus Merillius.*

32. *Raymundus* de Cornelio 1280. Circa quæ tempora fundantur in vrbe Clariſſæ, & fratres Carmelitæ. — *Clariſſæ in vrbe Cadurcenſi, & Carmelitæ.*

33. *Sicardus* de Monte-acuto 1293. Hoc tempore fundantur in vrbe Auguſtiniani. — *Auguſtiniani.*

34. *Raymundus* 2. Ponchelli 1300.

35. *Petrus* de Larillaco 1312. creatus à Clemente 5. renuit.

36. *Hugo* Geraldi 1312. Vide Bzouium 1317. nu. 16. & Platinam in Ioanne 22. Regradatus à Berengario Fradelli Epiſcopo Cardinale Tuſculano publicè Auenione inſigniis Epiſcopalibus, Clericalibus, & Doctoralibus ei ablatis, qui deinde traditus brachio ſæculari ſupplicium mortis luit, quod in Pontificem coniuraſſet, Almaricus in Actis Pontificum Romanorum.

37. *Guilelmus* 5. Labroa 1316. Ordinis Dominicani.

38. *Bertrandus* de Cardaillaco 1324. Quo Præſule ſtabiliuntur in vrbe Carthuſiani à Ioanne Papa 22. 1328. & Academia 1331. ab eodem inſtituitur. — *Carthuſiani. Academia.*

39. *Bego* de Caſtro-nouo, *Caſtelnau* 1367.

40. *Franciſcus* de Cardaillaco, ex Ordine Franciſcanorum 1389.

41. *Guilelmus* 6. *D'Arpajou* 1404.

42. *Ioannes* de Podio 1431.

43. *Ioannes* de Caſtro-nouo 1438.

44. *Ludouicus d'Albret* 1461. Cardinalis. Obiit 1465. 14. Calend. Octobris, ſepultus Romæ in Ara Cæli. Fuit etiam Adurenſis Epiſcopus.

45. *Antonius* Alamandi 1466.

46. *Guiſcardus* 1475.

47. *Antonius* 2. *Alamandi* 1477.

48. *Antonius* 3. *Luzech* 1493.

49. *Germanus de Ganay* 1509. poſteà Aurelianenſis 100. ex Canonico Bitu-

ricenſi, & Senatore Pariſienſi. Ei Iodocus Clicthouæus dicat librum De Myſtica numerorum ſignificatione.

50. *Carolus* Dominicus de Caretto Cardinalis. Obiit 1514. 19. Cal. Septembris, ſepultus Romæ in ſuo titulo ſanctæ Cæciliæ trans Tiberim poſt ſedem ann. circiter 2. Frater Fabricij Magiſtri 43. Equitum Sancti Ioannis Ieruſalem, mortui 1521. Rodi antequam à Solimano obſideretur & caperetur, quod anno ſequente 1522. contigit.

51. *Ludouicus* de Caretto menſem vnum ſedit, literatus & probus, Conuentum Prædicatorum Finali erexit.

52. *Aloyſius* de Caretto, ſedit ann. decem.

53. *Paulus* de Caretto Abbas Bonæcolumbæ, 1524. Hunc Franciſcus Rex Papæ commendauit, vt Cardinalis fieret 1532. litteris ſignatis *Bochetel*, quem carum, & amatum conſanguineum vocat de Regno, & Regibus, more maiorum benè meritum. Ex qua nobili Carettorum gente in Liguria, Marchiones Finarij, & Mathæus Epiſcopus Albingannenſis. In Concilio Baſilienſi, apud Æneam Siluium.

54. *Alexander* Farneſius Cardinalis 1554.

55. *Petrus* 2. Bertrandi 1557. frater Ioannis Archiepiſcopi Senonēſis Franciæ Procancellarij. Geſtabat pro ſymbolo ſpicas triticeas hoc verbo inſcriptas: *Flaueſcent*. Ei Abbati Grandis-ſiluæ dicat Commentaria in L. Gallus de liberis, & poſthumis Antonius Goveanus, cuius filium Petrum è fonte ſuſceperat Bertrandus.

56. *Ioannes de Belagnier* 1564.

57. *Antonius* Ebrardus Sanſulpitius, in Concilio Bituricenſi 1584. menſe Septembri, cuius obitum his verſibus Chronicis notauit Emundus Merillius nobis ſummâ, & primâ Camœnâ dicendus.

EbrarDVs ſeXto ſeXtILeIs ante CaLenDas
NoCtV ConCVoLa PraſVL In aſtra VenIt.

Cuius Patruelis Claudius Antonius à S. Sulpicio Archidiaconus à Baronio ſæpè, & ſeriò commendatur.

58. *Simeon à Pompiano*, ab anno 1601. ſedet. Ei dicat librum de Vſu Quadrantis magnetini 1621. Ioannes Tardus, non tardi ingenij, Canonicus Sarlatenſis Theologus. Sed & Simeoni Paulus 5. ſummus Pontifex in hunc modum reſcripſit:

Venerabili Patri Simeoni Cadurcenſi Epiſcopo Paulus PP. V.

Venerabilis frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Accepimus litteras fraternitatis tuæ, ſimul, & tuæ Eccleſiæ hiſtoriam Epiſcoporum, quam cum pij hominis operâ conditam eſſe enarres, non dubitamus, quin omnia, etiam Nominis Dei gloriam, & Catholicæ Religionis vtilitatem ſpectent, & ad eius Normam compoſita ſint, eaque re, eius anima, quando mortalitatem exuit, meritam precabimur laborum mercedem. Pergrata fuit, & Eccleſiæ tuæ ſtatus, tuæque ſollicitudinis paſtoralis monumentorum delineatio. Villicationem tuam cæleſti fauore proſequatur Dominus, in dies magis, vt poſtquam perſeuerare in fidem vſque tibi dederit, retribuat abundanter retributionem. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die ſeptimo Auguſti, M. DC. XVII. Pontificatus noſtri anno decimo tertio.

S. Card. S. Suſannæ.

Hoc porrò Præſule, Patres S. I. 1605. & Capucini 1607. 27. Septembris, in Vrbem recepti fuerunt. Patres S. I. Capucini.

Petrus la Roche-Habert Epiſcopus Sidonius, Coadiutor, Abbas S. Arnulphi, & S. Mariæ de Columbis.

Carcaſſonenſes Epiſcopi.

Carcaſſone.

Carcaſſio, vel Carcaſſium, ciuitas Tectoſagum, Prolemæo l. 2. c. 10. Carcaſſo vrbs munitiſſima, in vita Ludouici 8. Carcaſſona, Innocent. 3. gradu longitudinis 22. 50. latitudinis 42. 45. ad fluuium Atacem ſub Narbonenſi Archiepiſcopatu, & in Toloſano Parlamento, memorata Plinio l. 3. c. 4. Procopio, & in Itinerario Ieruſalem, vbi caſtellū dicitur, ſed deeſt in Notitiâ prouinciarum, & ciuitatum Galliæ. Dicitur tamen in Chronico Autiſſiodorenſi vrbs grandis, & plena diuitiis, cuius Eccleſia Cathedralis S. Nazarium patronum veneratur, & in eius diœceſi hæ ſunt Abbatiæ. Flor. 600.

Villæ-longæ O. C. *Ville longue.* Flor. 500.
S. Hilarij O. B. *S. Hilaire.* Flor. 450.
Montis-oliui, *Mont-olieu.* O. B. Flor. 1000.
Craſſenſis O. B. Flor. 1500.

Præſules autem ſolummodo à nobis obſeruati hîc dantur, ſi dixerimus hanc vrbem proprios habuiſſe Comites è quibus tranſiit ad Fuxenſes.

Sergius

Sergius Concilio 3. Toletano, & Narbo-A nenſi 589.
Sotemnius Concilio Toletano 4. 633. per Donaldum Archidiaconum Vicarium.
Elpidius Concilio Toletano 5. 636.
Silueſter Concilio 8. Toletano 653.
Stephanus Concilio 13. Toletano 683.
Arnulphus 688.
Viſendus, in Dedicatione S. Pontij Tomeriarum 937.
Fulco 1028. in Dedicatione Eccleſiæ Lemouicenſis.
Petrus 1083. & 1093.
Bernardus in expeditione Albigenſi, Comitis Montisfortij frater, apud Pe-B trum de Vallibus c. 55.
Iſarnus, cum miſit Bonifacius 8. ſedis Apoſtolicæ Legatum ad Regem Daniæ pro liberatione de carcere Ioannis Archiepiſcopi Lundenſis 1295.
Guido, ex Abbate Vallis-ſarnay. Transtulit corpus S. Leufredi 1222. in ſupplemento Antiquit. Pariſienſ. & in hiſtoriâ Albigenſi c. 60. quæ ſcripta fuit à Petro Guidonis huius nepote. Memoratur etiam Guido 1214. & 1226.
B. . . . . . Raymundi dicitur obiiſſe 1230.
Clarus nominatur 1230.
Stephanus Alberti 1361.
Guilelmus Loy 1375. Vion pag. 296. C
Petrus Aymericus Claromonte natus, Archiepiſcopus Bituricenſis 84. Patriarcha Alexandrinus circa annum 1390.
Ioannes de Stampis filius Robineti, Confeſſor Ioannis Ducis Biturigum, Generalis Præfectus Ærarij Dominici, ſeu finantiarum Regis. Iacet in Cathedrali Niuernenſi, vbi dicitur obiiſſe 15. Ianuarij 1455. frater Ioannis Epiſcopi Niuernenſis 92. teſtis in hommagio Petri Ducis Britanniæ 3. Nouembris 1450.
Simon de Cramaudo, poſteà Archiepiſcopus Remenſis 71. Cardinalis, nominatur Patriarcha Alexandrinus, & Admi-D niſtrator Carcaſſonenſis 1402.
Martinus à S. Andreâ. Iacet in Cathedrali tumulo æneo.
Amedeus de Foix, poſteà Matiſconenſis. 70.
Franciſcus Faulcon ex Aurelianenſi 49. & Matiſconenſi 69.
Chriſtophorus de l'Eſtang, ſeu de Stagno, ex Lodeuenſi 1606. in Cœtu Cleri 1617. Obiit 1621. fuit etiam Abbas Montis-oliui, & Vſarchiæ, & aſcitus inter Præceptores Ordinis ſancti Spiritus.
Vitalis de l'Eſtang nepos, & coadiutor ſuperioris.

De l'Eſtang en Limoſin, porte d'azur à 3. poiſſons d'argẽt: mais Chriſtophle portoit eſcartelé de Iuyé, qui eſt de ſable au rocher d'or, ſur le tout d'or, à la face de gueule, accõpagnée de 3. trefles de ſynople.

Carnotenſes Epiſcopi.

Chartres en Beauſſe.

CARNOTVM, vel Carnutum & Carnotena ciuitas, Seuer. Sulpit. Dialogo 3. vit. S. Mart. nonnullis Autricum Ptolemæi l. 2. c. 8. gradu longitud. 22. 20. latitud. 48. 15. vbi dies maxima horarum 15 58. altitudo ſolis 41. 45. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 67. 20. ad 60. cuius icon tomo 3. ciuitatum Brunij, ſub Archiepiſcopatu Senonenſi, vſque ad annum 1622. quo ſubijcitur nouæ Pariſiorum Metropoli, in quorum etiã Parlamento exiſtit, Belſiæ caput, ad fluuium Aduram, in regione totius Galliæ mediâ Cæſari l. 6. c. 4. cuius Eccleſia Cathedralis B. Mariæ in cælos aſſumptæ ſacra, longa pedes 417. lata 189. alta 117. cum campanili, alto pedes 378. Canonicos habet 72. Archidiaconatus 6. in quos diuiſa eſt diœceſis, in qua Decanatus rurales 15. Curæ 847. Capellæ 113. Capitula 8. & Prioratus 200. & ampliùs, Abbatiæ Virorum 20. Mulierum 7. Eam vero Eccleſiam Carnotenſem in regno Franciæ commendabilem, & communis opinio prædicat, & antiqua dignitas repræſentat, inter comprouinciales auctoritatis præcipuæ, & opinionis præclaræ, apud Stephanum Tornacenſem epiſt. 41. & 42. quæ Eccleſia memoratur cum Capitulo, & Canonicis c. 23. & 24. de verborum ſignificatione, & Archidiaconus c. 28. de iure Patronatus, & c. 28. de Iudiciis, & Epiſcopus c. 4. de Officio, & poteſtate Iudicis delegati. Carnuti etiam data lex *Negando* 19. c. de his qui accuſare non poſſunt, & pleræque aliæ, in Cõdice Theodoſij, & Iuſtiniani. Porrò de hac Primariâ Eccleſiâ poteris plura legere apud Ioannem Bonifacium in hiſtoriâ Virginali l. 2. c. 1. Lopez tomo 4. ſermone de Conceptione, Sebaſtianum *Rouillard* in Parthenia, Miræum de Collegiis Canonicorum: & Rodulfum Botereiũ in Carnotô. Cæterùm Belſiæ nomen videtur primò vſurpatum Fortunato, in vita S. Germani Pariſienſis. Abbatiæ verò in hac diœceſi ſunt iſtæ. Flor. 4000.

Vindocinenſis *Vendoſme*. O. B. Flor. 2000.
S. Launomari Bleſenſis. O. B. *S. Lomer à Blois*. Flor. 1500.
S. Trinitatis de Tyronio. O. B. *Tyron*. Flor. 500.
S. Maria *de Ioſaphat*. O. B. Flor. 800.

Flor. 800. S. Mariæ de Columbis O. B. *de Colombs.*
Flor. 90. S. Vincentij in Nemore O. A. *S. Vincens aux Bois.*
Flor. 400. S. Ioannis in Valleia O. A. *En Vallee.*
Flor. 600. Bonæ-Vallis, *Bonne-val* O. B.
Flor. 600. S. Petri in Vallea O. B. *S. Pierre en Vallee.*
Flor. 125. S. Mariæ de Arciſſis O. B. *Des Arcuſſes.*
Flor. 300. De Ponte Leuio, vel Louio O. B. *Pont-le-voy.*
Flor. 100. De Eleemoſio, vel Eleemoſyna O. C. *De l'Aumône, ou petit Ciſteaux.*
Flor. 820. S. Carauni O. A. *S. Cheron.*
Flor. 120. S. Petri de Nealpha veteri O. B. *Neaufle le vieil.*
S. Mariæ de Claro-fonte O. C. fœminarum.
Flor. 450. S. Mariæ de Burgo-medio O. A. *Bourg-moyen à Bloys.*
Flor. 200. S. Mariæ de Caſtro-duno O. A. *Chaſteau-dung.*
Flor. 50. Grandis-vallis O. P. *Grand-val.*
S. Florentij Bonæ vallis O. A.
Gaudij-vallis, O. P. *Ioy-en-val.*
Alba-curia O. P. *Abecour.*
S. Remigij de Landis fœminarum, *des Landes.*
S. Mariæ Grandis-campi O. P. *de Grand-champ.*
De Clareto, fœminarum O. C. *Cleret.*
S. Annæ fœminarum.
S. Corentini fœminarum.
Guichia fœminarum. *La Guiche.*
De Stella O. P. *L'Eſtoille.*
S. Cyrici, vel Cirici. *S. Cir de Bercheres.*

Fortè nunc tantùm Prioratus. Præterea Antiſtitum huius Sedis hæc eſt ſeries.

1. *S. Aduentinus*, vel Aduentius SS. Potentiani, & Sauiniani ſocius, de quibus aliàs, circa A.C. 46. vt eſt communis opinio, cui temerè non eſt repugnandum.
2. *Optatus* 63.
3. *Valentinus* 103.
4. *Martinus* Candidus 156. Iacet in æde S. Martini in Valle.
5. *S. Anianus* 200.
6. *Seuerus* 245.
7. *Caſtor* 286.
8. *Affricanus* 324.
9. *Poſſeſſor* 367.
10. *Polychronius* 397.
11. *Palladius* 430.
12. *Argobaſtus* 468.
13. *Flauius* 481.
14. *S. Solemnis*, vel Solemnius 25. Septembris in Martyrologio Romano, & apud Sigebertum 490. Gregorium Turonenſem de Glor. Confeſſorum cap. 21. Dicitur Catechiſtes Clodouei. in Breuiario
15. *S. Hetherius*, vel Eutherius in Concil. 2. 3. & 4. Aurelianenſi, id eſt A.C. 536. 540. 545. Eccleſiam ſancto Priſco conſtruxit.
16. *S. Leobinus* 15. Septembris in Martyrologio Romano. Sed transfertur propter Octauas B. Mariæ. Huius tempore inſtituitur numerus 72. Canonicorum, in queis 7. dignitates. In Breuiario dicitur patriâ Pictauus, Childeberto Rege ordinatus ab Ætherio, cui ſucceſſit, & ordinator Caletrici : ſed error eſt in numeris anni obitus. Dicitur verò Leouinus à Molano in additionibus ad Vſuardum 14. Martij, malè Leoninus à Ferrario in Tabula Geogr. Matyrol.
17. *Felix*. In Concilio 5. Aurelianenſi 552. omittitur ab his qui Caletricum ſucceſſorem immediatum credunt Leobini.
18. *S. Caletricus* (*S. Calais, ou Calez*) in Concilio Pariſienſi & in ſubſcriptione diplomatis S. Germani Epiſcopi Pariſienſis, pro Monaſterio S. Vincentij, circa A.C. 566. vel 569. & in Concilio Turonenſi, circa illa tempora. De eo Fortunatus lib. 4. cap. 9. Breuiar. 8. Idus Octobris.
19. *Magobertus*, vel Magnobertus.
20. *Sigoaldus*. Iacet ad S. Martinum in valle.
21. *Papulus*. In Concilio Matiſconenſi 2. 588. Greg. Turon. l. 7. c. 17. & l. 8. c. 10.
22. *Mainulfus*.
23. *Theobaldus*.
24. *Lanſegiſilus*.
25. *Malardus*. In Concilio Cabilonenſi circa A. C. 650. iacet apud ſanctum Martinum in valle. Memoratur in vita S. Launomari Bleſenſis.
26. *Gausbertus*.
27. *Godebertus*. Fortè idem cum ſuperiore.
28. *Deodatus*, vel Bondatus in C. Th. Iacet apud S. Martinum in valle.
29. *Dromus*, vel Dono in Codice Thuano.
30. *Pronius*, vel Prono. Fortè idem cum ſuperiore.
31. *S. Betharius* 2. Auguſti.
32. *Bethgrannus*.
33. *Haynius*, vel Hayninus.
34. *Haigrandus*, vel Hilgradus, fortè Ayrardus. In Synodo Rotomagenſi, apud Baron. 682.
35. *Agathius*.
36. *Leobertus*.
37. *Ado*, vel Hado.
38. *Flauius*, vel Flauinius.

39. *Godoſaldus*,

39. *Godoſaldus*, vel Godalſadus.
40. *Hieronymus*, vel Berninus, in Chartulario Ferrarienſi cum Aldrico 48. Senonenſi.
41. *Helias*. In Concilio Bellouacenſi 845. Pariſienſi 846. & Turonenſi 849. & in Chartulario Ferrarienſi.
42. *Burchardus*, Venilonis Senonum Archiepiſcopi conſanguineus, conſecratus 853. menſe 4. id eſt, Iunio: memoratur in Capitular. Caroli Calui tit. 9. & 12.
43. *Frotbaldus*. Nominatur apud Lupum Ferrarienſem epiſt. 99. de electione Æneæ Epiſcopi Pariſienſis. Interemptus fuit à Paganis 855. Flotardus etiam dicitur C.Th quo tempore Carnutum allata Camiſia S. Mariæ Virginis Aquiſgrano, per Carolum Caluum. Qua de re Sebaſtianus Roüillardus in ſua illa pia, & erudita Parthenia, copioſè.
44. *Galenerus*, vel Galtherus 855.
45. *Aymo*.
46. *Giſlebertus*, vel Gilbertus, vel Giſleuertus in C.Th. Interfuit Concilio Tullenſi 859. Sueſſionenſi 866. Pontigonenſi 876. & Trecenſi 878.
47. *Geraldus*.
48. *Aymericus* 881.
49. *Antelmus*, tẽpore Rolonis Normanorum Ducis, Gemeticenſis lib. 1. c. 15. & Ordericus lib. 1. A.C. 900. Chronicon Cadomenſe 898. & aliud Chronicon 893. vbi & Valtelnus, & Gualtelmus, qui & fortaſsè Gauſelmus, & Ganſelnus, Gallicè *Ganſelin*, vel *Ganſeaulme*.
50. *Aganus*, vel Agano 926.
51. *Ragenfredus* 941. Inſtaurat Monaſterium S.Petri in vallea circa A. C. 954. Meminit Andreas *du Cheſne* in hiſt. Mommorenciaca.
52. *Ardoinus* 955. ex Archiclaui, vel Archiclauio.
53. *Vulfardus*, electus 962. ex Abbate Floriaci Sauſſeyo. Obiit 973. Flodoard. in Chronico, anteà cum Ragenfredo inſtaurationi Monaſterij S.Petri in vallea incubuerat.
54. *Odo* 997.
55. *Rodulphus* 1006.
56. *Fulbertus*, Cancellarius Regis Roberti. Eligitur 1007. apud Baroniũ, vir ſapientiſſimus, & incomparabilis, *Glaber* l.4. cap. 4. ſapientiâ clariſſimus, Chronicon Autiſſiodorenſe, ſanctitate, & prophetiâ nominatiſſimus S. Anton. tit. 16. c. 7. §. 3. Obiit 10. Aprilis, atque, vt eſt in eius Epitaphio:

A

Ingreſſurus erat Phœbus poſt lumina ſeptem
Taurum, cum mœſtum deſeruit populum,
Bis denos annos, at vnum, dimidiumque
Virgo Maria tuæ præfuit Eccleſiæ.

Ergò ſi creatus 1007. tranſitus incidit in A.C. 1028. Baron. videndus Trithemius, Sixtus Senenſis, Henricus Gandauenſis, & Bellarminus de Scriptor. Eccleſiaſt. qui nec vlli, vt puto, antiquiores eius Monachatus meminerunt. Benè quidem in fragmento hiſtoriæ Aquitanicæ habetur, quòd Fulberto ſapientiâ valdè ornato Epiſcopo Carnotenſi pro reuerentiâ Philoſophiæ eius,
B è Francia ad ſe euocato Theſaurariam S.Hilarij tribuit, & ſummo honore eum excoluit Dux Guilelmus. Adelmannus verò Epiſcopus Brixienſis in Italia, in Bibliotheca Patrum: *Eius*, inquit, *nos ſanctiorem vitam, ſalubrioremque doctrinam Catholici, & Chriſtiani hominis experti ſumus, & nunc apud Deum precibus adiuuari debemus ſperare*. De quo pariter Monachus Siluiniacenſis in vita Odilonis Cluniacenſis: Vir, ait, ſanctitate laudabilis, ſapientiâ mirabilis, in cuius morte ſtudium Philoſophiæ in Francia periit, & gloria Sacerdotum penè concidit. Sed & ab eodem Adelmanno eius
C diſcipulo dicitur Socrates venerabilis, Catholicus vir, & Chriſtianiſſimus.
57. *Theodericus*. In dedicatione Eccleſiæ S.Aniani Aurelianenſis 1029. & Vindocinenſis 1040. quò referendus ille verſiculus Epitaphij:

Et Vindocinam conſtruis Abbatiam.

Nominatur in dotatione Eccleſiæ S. Dionyſij Nogenti Rotrodi in Pertico, facta à Gofrido Vicecomite Caſtroduni Henrici Fr. Reg. anno primo, ſalutis 1032. cuius Eccleſiæ prioralis Ordinis Cluniacenſis cura, & adminiſtratio Andreæ *Fremyot* Archiepiſcopo Bituricenſi
D commendata eſt 1622. Cuius etiam loci, à Petro venerabili l.4. epiſt. 40. memorati, Prior, ſeu Decanus Ioannes *Raulin* epiſtolis & ſermonibus editis celeberrimus, Pariſiis in Collegio Cluniacenſi 1514. 16. Febr. ſepelitur. At Theodericus iacet in æde S. Petri de valle.

Prioratus S. Dionyſij de Nogento Rotrodi

58. *Agobertus*.
59. *Robertus*.
60. *Adraldus*. Nominatur apud Camuzatum 1071. 7. Calend. Maij. Eique ſcribit Greg. 7. l. 1. epiſt. 32. 1073. dicitur & Araldus.
61. *Gaufridus*. Omittitur in C.Thuan. fortè quia depoſitus ab Vrbano 2. Intereſt Synodo Senonenſi 1080. & nominatur 1086.

62. *Iuo*, vel Yuo, ab anno circiter 1092. ad annum 1116. de quo plura Baronius tomo 11. & 12. Ordericus verò l.8. Iuoni, inquit, eruditiſſimo perhibet euidens teſtimonium laus bonæ vitæ, & rectæ doctrinæ. Intereſt Concilio Claromontano 1095. & dedicationi Eccleſiæ S. Stephani Niuernenſis 1097. eius epiſtolas debemus V. C. Franciſco Iureto. Extant, & alia doctiſſimi eiuſdem Præſulis pietatis, & ſcientiæ monimenta, quæ genio æternitatis litarunt. De quibus Poſſeuinus, Bellarminus, Miræus Annal. Belg. Goffridus Vindocin. l. 2. epiſt. 1. & alij. Quo ſedente Vulgrinus Cancellarius Carnotenſis Eccleſiæ, electus ad Dolenſem Præſulatum, recuſauit 1107. Quâ de re ipſe Iuo epiſt. 200. & 202. Porrò ipſe Iuo poſt plures eoſque difficiles ſuperatos labores tandem placidâ pace compoſitus quieuit in choro Abbatiæ S. Ioannis in Valle, quam condiderat, donec hoſtilis rabies hæreticorũ, opus hoc egregium deleuit, & pios cineres in ventos impiè diſperſit. Quod ſcelus & ſacrilegis notam infamiæ perpetuam adufſit, & beato Præſuli gloriam conciliauit ſempiternam. Prætereà Philippus ab eleemoſyna Bonæ-ſpei Abbas Iuoni tale conſcripſit Epitaphium:

Reddidit affectus Patrem, doctrina magiſtrum,
Regula Canonicum, Pontificémque gradus,
Famoſum probitas, humilem natura, verendum
Vita ſerena, ſenem longa, pudica ſacrum.
Præſule defuncto ſua tollere mos erat olim
Principis, hunc morem principis emit Iuo.
Huius opem læſus, plebs dogmata, fræna Tyrannus,
Senſit egenus opes, pro grege vota Deus.

Eius verò depoſitio notatur 11. Cal. Ianuar. in Necrologio Bertholij. Herembvrgis autem Iuonis matris obitus legitur in Calendario Bellouacenſi 10. Februarij. Dicitur quoque Iuo in Chronico Lemouicenſi vitâ atque doctrinâ Eccleſiam Carnotenſem illuſtraſſe.

63. *Gaufridus des Lieues*, Legatus in Galliâ. Conſecrauit Hugonem in Epiſcopum 55. Autiſſiodorenſem, apud Ferrarias, vt eſt in Chronico Autiſſiodorenſi. Nominatur 1137. de quo Gofrido S. Bernardus epiſt. 15. 47. & 55. & l. 4. de Conſideratione, c. 5. & auctor vitæ ipſius Bernardi l. 2. c. 1. & 6. & l. 4. c. 4. Petrus Cluniacenſis l. 1. epiſt. 11. & l. 4. epiſt. 4. Nicolaus Clareuallenſis epiſt. 14. Gofridus Vindocinenſis l. 2. epiſt. 21. Sariſberienſis l. 5. c. 15. Polycratici, Ioannes *Bouchet* in Aquitaniæ Annalibus, Robertus in ſupplemento Sigeberti 1138. Quo anno obiit 8. Calend. Februarij. Iacet in Abbatiâ *Ioſaphat*, quam fundauit, aut ſaltem abſoluit, Sigonius l. 11. de regno Italiæ, vbi ait Innocentium 2. Carnuti fuiſſe ſuſceptum 1131. Quem non abs re Mathæus Vindocinenſis, vel alius anonymus ſic affatur:

Maxime Pontificum Romanæ Signifer aulæ,
Carnotenſis Apex, & Pater vrbis aue.

Lege Sigebertum c. 168. vir plenus ſpiritu conſilij, & fortitudinis dicitur in vitâ S. Guilelmi ducis Aquitaniæ.

64. *Goſlenus* 1138. extant duæ eius epiſtolæ, & vna Capituli ad Sugerium, vbi dicitur electus ex Archidiacono, quo tempore Robertus erat Decanus.

65. *Robertus* Muſicam induxit primus in ſuam Cathedralem, fundauit Abbatias Clari-fontis, S. Remigij, & S. Ciriaci. Obiit 1164. fortaſſe ex Decano electus, apud Sugerium epiſt. 20.

66. *Guilelmus*, eius electi meminit Camuzatus A.C. 1167. Indict. 10. pag. 176. Antiquit. Tracaſſin. Eidemque electo Carnotenſi ſcribit Alexander 3. c. 4. de Officio & poteſtate Iudicis delegati, & ordinatus tacito nomine memoratur à Sariſberienſi epiſt. 233. extrem. & Chronic. Autiſſiodorenſi, inde ad Senonenſem, & Remenſem tranſlatus apud Robertum ſupplemento Sigeberti 1177. Prætereà Claudius Paradinus facit Philippum Carnotenſem Epiſcopum Mathæi Ducis Lotharingiæ filium circa annum 1191. qui tamen non extat in vulgaribus Catalogis.

67. *Ioannes* Sariſberienſis, ſcientiâ & animi ſtrenuitate famoſus. Vetus Chronol. M. S. autor eſt Polycratici, Architrenii, epiſtolarum, & vitæ S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, cuius fuit diſcipulus, & indiuiduus comes, imò eius manus, & oculus, apud Petrũ Bleſenſem. Obiit 1180. Epiſcopatus 10. ſepultus in Abbatiâ Ioſaphat. De eo Trithemius, & Bellarminus, Petrus Cellenſis lib. 7. epiſt. 8. vbi dicitur Apoſtolico ad Timotheum Catalogo virtutum benè depictus, & Ioſeph vir Mariæ, licet de aliâ gente: lege ibidem notas R. P. Iacobi Sirmundi, ex quibus ordinem vulgatum huius Catalogi mutauimus. Cæterùm tomo 9. Biblioth. Patrum, edition. 4. extat Petri Cellenſis liber de

Panibus ad Ioannem Sariſberienſem.

68. *Petrus*, ex Abbate ſancti Remigij Remenſis, & S. Petri Cellenſis Trecis, cuius epiſtolas debemus R.P.S.I.Iacobo Sirmundo, electus 1182.

69. *Reginaldus*, ſiue Raynaldus. Nominatur 1193. & 1195. 10. Calend. Nouembris: concedit Presbyteris Decanatus Spernonis, ne ampliùs exactionibus vexentur, quod Innocentius 3. confirmauit, lib. 1. Epiſtolarum 1197. & 1218. in Chronico Autiſſiodorenſi. Interfuit expeditioni Albigenſi, apud Gaguinum, & Petrum de Vallibus cap. 41. fuit frater Henrici Comitis Barrenſis, & Theoderici Epiſcopi 54. Metenſis, Reginaldi *de Mouſſon*, ex Agnete Guilelmi ſuperioris ſorore filius, vt habetur in Genealogia S. Arnulphi. Vide Petrum Bleſenſem epiſt. 15. & 20. Innocentium 3. lib. 1. epiſt. 45. Nauclerum anno Chriſti 1212. Stephanum Tornacenſem epiſt. 136.

Eſpernon erigé en Duché par Henry 3.

70. *Galtherus*, ex Abbate Pontiniaci 5. Conſecrat Romæ 1223. Stephanum Epiſcopum Mimatenſem ad preces Simonis Archiepiſcopi Bituricenſis, eodemque anno intereſt exequiis Philippi Auguſti apud ſanctum Dionyſium, vt refert Rigordus. Conſtruxit Conuentum Dominicanorum 1231. vbi iacet. Sed & eo ſedente Conuentus Minorum Medunte inſtituitur.

71. *Hugo de la Ferté*, ex Decano. Iacet apud Dominicanos.

72. *Albericus* Cornutus, frater Galtheri Archiepiſcopi Senonenſis. Nominatur 1239. 1241. menſe Decembri die Iouis Vigilia ſancti Nicolai. Iacet ad Dominicanos conſtructor Eccleſiæ de Poretta.

73. *Henricus*. In Concilio Lugdunenſi 1245. iacet apud Dominicanos cum Stephano fratre Decano hoc Epitaphio:

> *Quos fratres pridem, tumulus modò colligit idem,*
> *Inſignis fuit alter Epiſcopus, ille Decanus*
> *Carnoti, votæ ſimili pro Principe vita,*
> *Ambo timorati, generoſo ſanguine nati,*
> *Iuribus armati, factis, verbiſque probati,*
> *Dura patrem Stephanum cinerum lex incinerauit,*
> *Durior Henricum Nicolai lex nichilauit.*

At iuribus armati hoc loco dicuntur, vt Imperatoriam maieſtatem legibus armatam eſſe opportere ſancit Iuſtinianus in præfatione Inſtitutionum, armatum fides pectus Sil. Italic. 11.

74. *Mathæus* 1262.

75. *Petrus* de Minciaco, *Mincy* 1271. Sepelitur in Eccleſia Prædicatorum.

76. *Simon* de Perrucheo 1281. Obiit 1297. die Lunæ poſt feſtum Omnium Sanctorum. Iacet ad S. Innocentium Pariſiis, vbi dicitur *Nepueu de noſtre pere l'Apoſtole Martin*, id eſt, Nepos noſtri patris Apoſtolici, quâ Nomenclaturâ cenſetur Innocentius 3. in principio expugnationis Conſtantinopolitanæ, apud Vilardoinum.

77. *Ioannes* de Garlanda 1306. Obiit 1314. Calend. Octobris, iacet apud Franciſcanos.

78. *Robertus* de Iuniaco, *Ioigny*, 1314. Obiit anno 12 ſedis.

79. *Ioannes* de Capis, *de Chappes*, inde Cardinalis creatus à Ioanne 22. titulo S. Martini in montibus.

80. *Ioannes de Paſté*, ex Decano huius Eccleſiæ, & Epiſcopo Attrebatenſi 52. Iacet apud S. Ioannem in valle.

81. *Aymericus* de Caſtro-lucij, *Cha'uz*, vel *Chalcu*, diœceſis Lemouicenſis, aliis *de Chateluz*, diœceſis Æduenſis, poſteà Cardinalis 1331. Fuit etiam Rauennas Archiepiſcopus 91. & Rector Ferrariæ, apud Hieronymum Rubeum l. 6.

82. *Guilelmus*, ex Auditore Rotæ 1341. inde Archiepiſcopus Aquenſis, & Patriarcha Ieroſolymitanus. Obiit 9. Maij 1360.

83. *Ludouicus de Vaucemain* 1350. Obiit 1357. ſepultus ad Auguſtinianos Pariſienſes verſus cornu Euangelij.

84. *Simon le Maire*, vel *le Mage*, anteà Epiſcopus Dolenſis, & Abbas 82. maioris Monaſterij, in quo ſepultus 1360. 21. Iunij ad pulpitum Euangelij.

85. *Ioannes d'Angerant*, ex Decano, poſteà Bellouacenſis, vbi iacet. Fuit & in Camera Computorum Præſes Pariſiis, poſt Epiſcopum Cabilonenſem 12. Nouemb. 1360.

86. *Guilelmus de Chanaco*, ex Monacho, & 45. Abbate ſancti Florentij Salmurienſis, & Epiſcopo Mimatenſi, Cardinalis.

87. *Guarinus* de Arceio, ex Auditore Rotæ 1370. Iacet ante maius altare Dominicanorum.

88. *Ebo de Podio*. Iacet ad S. Ioannem in valle 1436. frater Gaillardi Cardinalis Epiſcopi Santonenſis.

89. *Ioannes Fabri* 1380. ex Monacho Tornuſiano, & Abbate Attrebatenſi, Cancellarius Ludouici Andegauenſis Siciliæ Regis, mortuus Auenione 1390.

90. *Ioannes* de Monte-acuto, frater

Gerardi Epiſcopi 92. Pictauienſis, ex Theſaurario Bellouacenſi, & Conſiliario Parlamentari. Sedit annos 15. 1390. Interfuit tralationi S. Ludouici 1392. Præſes Cameræ Computorum Pariſiis 1398. poſteà fit Senonenſis 92.

91. *Martinus Gouge de Charpeigne*, natus Auarici Biturigum in Parochia ſancti Vrſini, ex Decano. Sedit annos 5. poſteà tralatus ad Claromontenſem 75.

92. *Philippus d Boi-Girould* 1415. ex Archidiacono Bleſenſi.

Porte de gueule à 3. cheurons briſez d'or.

93. *Ioannes* de Fitiniaco, *Fitigny*, ex Archidiacono Bleſenſi 1418. nepos Petri Cardinalis, occiſus in vrbis inuaſione per Aurelianenſem 1432. Sabbato poſt *Iudica*, cùm ſtaret à partibus Burgundionis, Andr. *du Cheſne* in hiſt. Angl.

94. *Robertus Dauphin* 1432. inde Albienſis, Cardinalis, Berardi Aruerniæ Delphini, & Ioannæ Foreliæ filius.

Reſignatio Epiſcopatus.

95. *Theobaldus le Moyne* 1434. Ex reſignatione ſuperioris. Quod genus obtinendi beneficia per Reſignationem, nondum auditum fuerat in hac Eccleſia. Vide Can. 76. Apoſtolorum, ibi Theodorus Balſamon, & in Can. vltimum Concilij Epheſini.

96. *Petrus Beſche-bien*, ex Medicinæ Doctore, & Decano 1441. Iacet in ſancto Ioanne de Valle 1459.

D'Illiers porte d'or à ſix annelets de gueule 3. 2. 1.

97. *Millo d'Illiers*. Intereſt dedicationi Eccleſiæ parrochialis ſancti Martini in clauſtro S. Marcelli Pariſiis 24. Auguſti 1480. Iacet apud Dominicanos, ex Profeſſore Canonum Pariſiis. Ei ſcribit Gaguinus epiſt. 21.

98. *Reginaldus d'Illiers* 1495. ſepultus in ſancto Carauno, nonnullis Renatus.

La March porte eſchiqueté d'argent & de gueule à 3. traits.

99. *Erardus de la Marck*, inde Leodienſis, & Cardinalis ſancti Martini in montibus. Obiit 1525. vltimus electorum à Capitulo.

100. *Ludouicus Guillard*, ex Epiſcopo Tornacenſi 1527. & anno ſequenti 1528. Intereſt Synodo Senonenſi Guilelmo metropolite, poſteà Siluanectenſis permutationis cauſa. Iacet ad Albimantellos Pariſiis.

101. *Carolus Guillard*, per ceſſionem patrui 1558.

Porte d'argent au cheuron de ſable accompagné de 3. taons de meſme.

102. *Nicolaus Thuanus, de Thou*, ex Archidiacono Pariſienſi, & Theſaurario Bellouacenſi, frater Chriſtophori Principis Senatus Pariſienſis, vbi & Nicolaus ipſe Conſiliarius, conſecratur à Cardinale Lotharingo 29. Iunij Pariſijs 1573. Iacet in æde S. Andreæ Lutetianâ. Fuit etiam 35. Abbas S. Symphoriani Bellouacenſis 1598. 5. Nouemb. Eo ſedente Capucini conduntur 1583.

Porte d'or, à la croix d'azur accompagnee de 4. ſoleils d'or. Symbolum Philippi Cancellarij, Certat maioribus aſtris.

103. *Philippus Hurault*, filius Philippi Cancellarij, Comitis Chiuernij, ex Anna Thuana, Chriſtophori Primo-præſidis Pariſienſis filia, originem ducens à Philippo *Hurault* 1350. demortuo, ſucceſſit auunculo 1599. Ei dicauit epiſtolas Fulberti Carolus *de Villiers* Theologus Pariſienſis, & Canonicus Autiſſiod. Obiit 1620. 22. Maij, ſepultus Bonaualle. Quo ſedente Minimi ſtabiliuntur Bleſis 1614. & Carnoti 1615. Iuonis *Le Breton* Canonici liberalitate, P. Ægidij *Camard* curâ, & ſolicitudine. Vide Æduenſ. 80. Carmelinæ quoque in vrbem aſcitæ.

D'eſtampes de Valençay porte d'azur à 2. girons d'or chargé ſur la pointe d'un croiſſant d'argent, au chef de gueule chargé de 3. couronnes d'or.

104. *Leonor*, vel *Leonorius d'Eſtampes Valençay*, Abbas Burgolij 1620. fratrem habet Ioannem Abbatem Barſellæ, & in Senatu Pariſienſi Conſiliarium, ac in eadem vrbe maioris baſilicæ Canonicum. Qui viri, vt ſanguine, ſic eruditione, & moribus nobiles peruigili curâ non deſinunt Eccleſiæ inſeruire, pro quâ, & Rege, & Regno alij ex eorum fratribus in obſidione Montalbana fortiter occubuerunt, alij honeſta vulnera acceperunt. Euiſdem quoque gentis claruere Ioannes Niuernenſis, & alter Ioannes Carcaſſonenſis Epiſcopi. Leonor verò inter cætera diœceſi ſuæ profutura, Breuiarium correctiùs edidit 1624. quo anno habitum Carnuti Capitulum Ordinis Prædicatorum prouinciale. Porrò inter alias huius ciuitatis laudes hæc vel maximè cenſenda eſt, quòd ea dederit Galliæ Cancellarium Stephanum Haligræum virum vndequaque illuſtriſſimum, Franciæ merum mellitúmque delicium, Reip. litterariæ certius, & ſolidius fulcimentum. *Haligre.*

Carpentoractenſes Epiſcopi.

Carpentras.

CARPENTORACTE, ſiue ciuitas Carpentoratenſis Meminorum, in prouincia Viennenſi, vbi in Cod. Put. additur Vindiſca, vel Vindauſica, & Vendacenſis vrbs, ex cuius ruinis municipium Carpentoractenſe creuit, vt intelligimus ex vita ſancti Suffredi, cui Eccleſia cathedralis dicata eſt, & ex epiſtola Petrarchæ ad Guidonem Archiepiſcopum Genuenſem, Plinio lib. 3. cap. 4. vbi habitum Concilium, quod extat tomo 2. Conciliorum *Flor. 1502.*

2. Conciliorum, anno 529. in gradu longitudinis 26. 5. latitud. 43. 30. vbi dies maxima horarum 15. 14. 40. altitudo ſolis 46. 30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 30. in fine climatis 5. ſub Archiepiſcopo Auenionenſi in ditione Pontificia. Præſules verò huius cathedræ à nobis hi fuerunt obſeruati:

S. Iulianus. In Concilio Epaunenſi 509. cui Sauaro vult Sidonium ſcribere epiſt. 5. lib. 9. & ipſum ſubſcribere litteris Fauſti ad Lucidum, quod vtrumque negat Sirmundus.

S. Sofredus 29. Nouembris, Chronologiæ Lirinenſis parte 2. pag. 130. cui dicata eſt Eccleſia cathedralis. Ordinatus à S. Cæſario Arelatenſi.

Boetius. Concilio 2. Matiſconenſi 588. & Valentinenſi 2. 589.

Stephanus 1024.

Guilelmus 1239. Fortè is qui cognominatur de Bariolis 1260.

Petrus Raymundus de Mazano.

Berengarius de Mazano.

Otto.

Hugo. Concilio Auenionenſi 1337.

Gaufredus.

Ioannes Rogerius 1366. alter è ſuſceptoribus Ioannis Ducis Burgundiæ 1371. apud Bzouium nu. 4. Vide Lugdunenſes 98.

Guilelmus.

Petrus.

Ioannes.

Paulus Camplon 1406.

Ludouicus de Fliſco Cardinalis.

Iacobus Camplon.

Sagax de Comitibus 1426.

Guilelmus Solieres.

Georgius.

Michael Anglicus.

Iulianus de Rouerè Cardinalis, inde Auenionenſis, & tandem Iulius Papa 2.

Federicus de Saluciis. Fit primus Epiſcopus Saluciarum 1481.

Petrus de Valetariis.

Iacobus Sadoletus, natus Mutinæ 1478. Cardinalis. Vide Nomenclaturam Cardinalium ſcriptis illuſtrium. Ei dicat Interpretationes iuris Franciſcus Sannazarius de Ripa 1527. Vide præfat. in eius opera edita Moguntiæ 1607. vbi ex Floribello Sadoleti vita habetur.

Paulus Sacratus Ferrarienſis, de quo Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Ad eum extat liber epiſtolarum Iacobi Patroni.

Paulus Sadoletus, qui Iacobo Cardinali, patruo Epitaphium poſuit Romæ, apud S. Petrum ad Vincula.

A *Iacobus* Sacratus recipit Capucinos 9. Aprilis 1591.

Horatius Caponi Florentinus, eiuſdem gentis Aloïſius Cardinalis creatus à Paulo 5. 1608. Nouemb. 24. Archiep. Rauen.

Ioannes Tullia.

Ioannes Tullia, nepos ſuperioris.

Caſtrenſes Epiſcopi.

Caſtres.

Flor 1000.

B CASTRVM, vel Caſtra, vel Caſtrena vrbs, quaſi caput totius Albigenſis territorij, apud Petrum de Vallibus cap. 20. ad fluuium Acutum, *Agout*, in Tarnem poſteà incidentem, in gradu longitudinis 22. 50. latitudinis 43. 36. vbi dies maxima horarum 15. 14. altitudo ſolis 46. 24. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 30. nonnullis *Ceſſero*, Plin. lib. 3. cap. 4. & Ptolem. lib. 2. cap. 10. in gradu longitud. 21. 51. latitud. 44. 0. diſtans à Biterris 12. m. p. in Antonini Itinerario, cuius Eccleſia ſub titulo, & C Ordine ſancti Benedicti, olim diœceſis Albienſis erecta fuit in cathedralem à Ioanne 22. 1317. ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, & in Toloſano Parlamento, cuius Camera Edictalis illic reſidebat. Abbatiæ verò ſunt:

S. Mariæ de Ardorello O. C.

Aqua-famoſa O. C. Cui cathedræ hi præfuerunt Epiſcopi.

1. *Deodatus*, ſeu Deus-dedit. Obiit 1327. ex vltimo Abbate primus Epiſcopus conſtitutus à Ioanne 22. 1317.

2. *Seueratus.*

3. *Stephanus* 1353. Innocentio 3.

D 4. *Helias de Ranaan* 1380.

5. *Ioannes* de Armagnaco 1389.

6. *Raymundus* Mayroſius, ex Tricaſtinenſi, Cardinalis Martini 5. Obiit 22. Octobris 1427.

7. *Petrus* 1432.

8. *Ioannes* 2 Cardinalis creatus à Felice 5. in Concilio Baſilienſi, ex Confeſſario Caroli 7. Onuphr. Ciacon.

9. *Gerardus* Marietus Confeſſarius Caroli 7. 1446.

10. *Monaldus* 1451.

11. *Ioannes* de Armagnaco, frater Iacobi Comitis Caſtrenſis, cuſtos Conclauij, in creatione Innocentij 8. 1484.

12. *Carolus* Martiniacus ab anno 1490. ad 1509.

13. *Ioannes* Martiniacus 1528.
14. *Petrus* Martiniacus, frater Caroli ſuperioris, & Reginaldi Epiſcopi Vabrenſis circa annum 1519. Abbas Ferrarienſis 1520.
15. *Carolus* 2. Martiniacus 1528.
16. *Iacobus* Turnonius 1531. cuius tempore ſæculariʒatur Eccleſia 1535. poſteà Valentinenſis Epiſcopus 66.
17. *Antonius de Veſco*, ex Valentinenſi 65. tranſit ad hanc ſedem permutationis causâ cum Iacobo circa 1536. & biennio pòſt conſtitutiones quaſdam in vtilitatem Eccleſiæ cum Capitulo edidit. Obiit 1551.
18. *Claudius d'Oraiſon* 1567. Obiit 1583.
19. *Carolus* à Lotharingia, Cardinalis.
20. *Ioannes de Foſſi*, Theologus Pariſienſis 1584.
21. *Balzazar de Budos*, Epiſcopus Auguſtopolitanus, coadiutor datus 1616. ſed poſteà fit Epiſcopus Agathenſis.

Budos porte d'azur à la bande de 3. pieces d'or.

Catalaunenſes Epiſcopi.

Châalon en Champagne

Flor. 3000. Les Eueſques portent d'azur à la croix d'argent & 4. lis d'or.

Les Vidames de Chaalon portoient les armes de Chaſtillon briſees, au chef de deux lions de gueulle paſſans, affrontez & iouans de la patte.

CATALAVNVM, ad Matronam fluuium, in Comitatu Campaniæ, ſub Archiepiſcopo Remenſi, & in Parlamento Pariſienſi, gradu longitud. 25. 40. latitud. 48. 50. vbi dies maxima horarum 16. 4. altitudo ſolis 41. 10. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 68. 30. ad 60. Generalitas ibi Finantiarum. Diſtat Durocortoro Remorum 27. m.p. in Antonini Itinerario. Eccleſiæ verò primariæ patronus eſt S. Stephanus, cuius Epiſcopus vrbis Dominus, Comes, & Par Franciæ habetur, ferens in inſignibus crucem argenteam liliis quatuor aureis ornatam in campo cæruleo, in antiquâ deſcriptione Belgicæ ſecundæ prouinciæ, à Remenſi tertium locum habens, apud Fulbertum epiſtola 78. Ab hac autem vrbe nomen accepere campi Catalaunenſes, in quibus contra Attilam Hunnorum Ducem ab Ætio Romano, Merovæo Gundicario, & Theoderico, Francorum, Burgundionum, & Gothorum Regibus 1451. pugnatum, de qua pugna Sidonius carm. 7. Caſſiodorus lib. 3. cap. 1. Var. Paulus Diaconus lib. 5. Iſidorus Chron. Goth. Iornandes cap. 36. de rebus Gothicis, Gregor. Turonenſis lib. 2. cap. 7. Aymoinus lib. 1. c. 6. Sigebertus, Maſſonus, & alij qui res Francicas deſcripſerunt. Hinc etiam clades Cathalaunica in Eumenij Panegyrico, victoria ſcilicet Aureliani aduerſus Tetricum ipſo exercitum ſuum prudente duce, apud Vobiſcum, Eutropium, Victorem. Prætereà Abbatiæ in hac diœceſi habentur:

S. Memmij O. A. in ſuburbio. *S. Menge lez Chalons* Flor. 800.
S. Petri ad montes O. B. in Inſula. *Sainct Pierre aux monts.* Flor. 1400.
S. Martini de Orione *de Viron.* O. B. Flor. 330.
S. Calocerij de Maurimonte, vel Miromonte, *Miraumont,* vel *Miremont* O. B. Flor. 600.
S. Vrbani O. B. *S. Vrbain.* Flor. 1000.
Dervenſis, *Montier-en-der* O. B. Flor. 300.
S. Saluatoris de Virtute, vel de Varento O B. *de Vertuz.* Flor. 300.
S. Mariæ de Virtute O. A. Flor. 30.
Trium-fontium O. C. *Trois-fontaines.* Flor. 40.
Alti-fontis, *Haute-fontaine* O. C. Flor. 22.
Monaſterij, in Argona O. C. *Monstier en Argonne.* Flor. 53.
Cheminon O. C.
Chaſtois O. A.

Epiſcopi autem ſequuntur hoc modo.

1. *S. Memmius*, vulgò *S. Menge*, vel *Menje*, D. Petri diſcipulus, Romanus è gente Memmia, Chronicon Autiſſiodorenſe, & Chronicon Leodienſe M.S. Flodoardus l. 1. cap. 3. Martyrologium 5. Auguſti, Volaterran. lib. 17. Eiſingrenius. Antonin. tit. 6. cap. 27. Vincentius lib. 10. cap. 45. Petrus Equilinus l. 7. cap. 23. & ex his R. P. Carolus *Rapine* Minorita Recolectus. Habet Eccleſiam Abbatialem ſuburbanam, cuius iam meminimus.
2. *S. Donatianus* 7. Auguſti.
3. *S. Domitianus* 9. Auguſti, de quo Fortunatus l. 3. c. 6.
4. *Amabilis.*
5. *Deſiderius.*
6. *Sanctiſſimus.*
7. *Prouinctus*, vel Prouincius.
8. *S. Alpinus*, vel Albinus. Martyrologium 7. Septembris, diſcipulus ſancti Lupi Trecenſis Epiſcopi 8. Velauit S. Luthardum, apud Surium 22. Septembris. Intereſt Concilio Andegauenſi 453. inſtaurat Eccleſiam Perticienſem. Habet & Eccleſiam ſui nominis in vrbe, quæ olim fuit S. Andreæ.
9. *Amandinus*, in Concilio Turonenſi 482.
10. *Florendus*, vel Florendinus.
11. *Prouiderius*, vel Pindorus.
12. *Proditor*, vel Prodictor.
13. *Lupus*. in Concilio Aruernenſi 541. At vix eſt nepos S. Remigij, quod potiùs

tiùs refertur ad ſanctum Lupum Sueſſionenſem 13.

14. *Papio.*

15. *Eucharius.* Nominatur 577.

16. *Tattinodus*, vel Temnodus Cod. Thuano.

17. *S. Elaphius* 19. Auguſti, apud Gregorium Turon. l. 5. c. 40.

18. *S. Ludomerus* 30. Septembris, apud Molanum in Additionibus ad Vſuardum, de quo Cantipratenſis l. 2. cap. 30. num. 33. Sic enim ibi legendum rectè monet Coluenerius. Frater fuit Elaphij, vulgò *S. Lumier*, tempore Sigeberti Regis. Hodie quieſcit in Abbatia Omnium Sanctorum.

19. *Felix*, Flodoardus l. 2. c. 5. Obiit circa 680.

20. *Ragnobaudus*, vel Rannebaudus.

21. *Laudebertus.* Et hic in Codice Thuano adduntur hęc verba. Item Laudebertus, vt videantur duo eiuſdem nominis immediatè ſediſſe.

22. *Arnulphus*, vel Aurulphus.

23. *Bertondus*, vel Bertrendus. Dat Synaulio Abbati Dervenſi priuilegium rogatu Childeberti Regis 693. in Chartulario Dervenſi apud Nicolaum Camuzatum, in Promptuario.

24. *Chanigus*, vel Camingus, vel Comingus.

25. *Felix* 2. Nonnulli confundunt cum Comingo ſuperiore, vt alterutrum vocabulum ſit cognomen.

26. *Bladaldus.*

27. *Scoricus*, vel Scaricus 796.

28. *Racarus*, ſiue Acharius, ex Monacho Luxouienſi, Vion l. 2. c. 39.

29. *Vvelliebaldus.*

30. *Bono*, vel Bouo.

31. *Hildegrinus*, apud Miræum in Faſtis Belgic. 19. Iulij.

32. *Alderius*, vel Adelelmus, in Chartulario Ferrarienſi tempore Ludouici Pij 835.

33. *Lupus* 2. Concilio Bellouacenſi 845. Cariſiaci 848. Sueſſionenſi 853. Nominatur in Chartulario Ferrarienſi tempore Aldrici Archiepiſcopi Senonenſis 48.

34. *Erchanrandus*, vel Erchanradus, Baron. 858. num. 18. Flodoard. lib. 3. c. 21. in Concilio Tullenſi 859. & Sueſſionenſi 866. Capitular. Caroli Calui tit. 23. & 24. Subſcribit diplomati pro Vedaſtinis Monachis 870. tranſtulit corpus S. Alpini.

35. *Vildebertus*, vel Vilbertus vel Videbertus in Synodo Pontigonenſi 876. *Pont-yon* in hac diœceſi, de quâ in Lin- A gonenſibus n. 37. Intereſt conſecrationi Arnaldi Tullenſis Epiſcopi, apud Flodoardum lib. 3. c. 21. vbi & de ordinatione ipſius Vileberti agitur.

36. *Berno.* Intereſt Synodo Tricaſſinæ 878. menſe Auguſto.

37. *Rodoaldus*, vel Rodouardus.

38. *Nentio*, vel Nantio. In conſecratione Heruei Archiepiſcopi 33. Remenſis A.C. 900. 6. Iullij, Chronic. cap. 3. vbi & de Bertareo competitore, quem non facilè confuderim cum Bernone.

39. *Lethaldus*, vel Retoldus 909.

B 40. *Bono*, vel Bouo 2. Nominatur in pactione Caroli, & Henrici Regum 926. & obiit 947. Flodoardus in Chronico, & lib. 4. cap. 20. cuius ſoror Frederudis nupſit Carolo Simplici, & nepos eius Berengarius fit Archiepiſcopus Treuirenſis 956.

41. *Gebuinus.* Eligitur 947. Flodoard. Chron. qui & nominatur 962. frater Hugonis Comitis Diuionis.

42. *Gebuinus* 2. Gebuini nepos, filius Hugonis Comitis Diuionis, ex Adalburge. Obiit 993. apud Glabrum lib. 2. cap. 7. 11. 12. & ex eo Baron. 1000.

C 43. *Iuuenis.* Omittitur in Codice Thuano, fortè cognomen, vel epithetum ſuperioris.

44. *Guido.* Ei ſcribit Fulbertus epiſt. 35. & ſequentibus. Sedit anno 1001. ad 1006.

45. *Rotgerus*, vel Rogerius 1006. Fundauit Abbatiam S. Petri. Obiit 5. Nouembris 1035.

46. *Rotgerus*, vel Rogerius 2. in Sacro Philippi Regis 1059. & ædificauit Abbatiam Omnium Sanctorum 1063. Sepeliuit corpus Eudonis Trecarum Comitis in maiore Monaſterio cæſi à Gothelone Lautharingorum Duce 17. D Ianuarij 1037. ſubſcripſit etiam teſtamento Hugonis 48. Veſontionenſis Archiepiſcopi Româ rediens 8. Calendas Aprilis 1044. Obiit 26. Ianuarij circa A. C. 1063.

47. *Rotgerus*, vel Rogerius 3. nominatur 1067. in Chartulario S. Martini Pariſienſis. Ei ſcribit Gregorius 7. l. 1. epiſt. 56. A. C. 1073. & fortè is eſt qui nonnullis dicitur Robertus Hermanni Turingiæ Principis ex Richilde Hanoniâ filius: memoratur quoque 1079. in Commentarijs Anthonij Loiſelii de rebus Bellouacenſibus. Fundauit etiam Canonicos in æde S. Nicolai iuxta Cathedralem Baſilicam.

48. *Philippus* Theobaldi Campaniæ

Comitis ex Alcide filius, tempore Rainaldi Remenſis Archiepiſcopi.

49. *Hugo* 1104. tempore Manaſſis Metropolitæ.

50. *Guilelmus* venerabilis, de Campellis, Iuo epiſt. 6. S. Bernardus epiſt. 3. Otho Friſingenſis l. 1. c. 47. & 48. Hildebertus epiſt. 1. ex auditore Anſelmi Laudunenſis, & Archidiacono Pariſienſi, & Canonico regulari S. Victoris. Benedixit ſanctum Bernardum Abbatem Claravallenſem, vt eſt in ipſius Bernardi vita l. 1. cap. 7. & apud Vincentium l. 27. cap. 24. fundator Monaſterij Trium-fontium. Obiit 8. Calend. Februar. 1119. ſepultus in Claravalle. Sigebert.

51. *Ebadus*, vel Hebadus, vel Ebalus, filius Andreæ *de Rameres*. Vide Genealogiam gentis Caſtillioneæ, per Andream Quercetanum in notis pag. 18. Ad eum extat epiſtola S. Bernardi 58. & memoratur 1122.

52. *Helbertus*, vel Herbertus. Sedit an. 3. dies 8.

53. *Gaufridus*, cui ſcribit Petrus venerabilis l. 2. epiſt. 43. & memoratur in Chartulario S. Martini Pariſienſis. Iacet in choro Epiſcopali, mortuus 1142. Interfuerat 1140. Synodo Senonenſi contra Petrum Aballiardum.

54. *Guido d'Ance*, intereſt tralationi reliquiarũ S. Dionyſij, à Sugerio Abbate factæ, Ludouico 7. & Alienora Reginâ præſentibus, caſtitatis amator & Eccleſiaſtici officii aſſiduus frequentator, ex Decano Laudunenſi. Conſecratur à Sanſone ſuo Metropolite Epiſcopus Cathalaunenſis. Obiit 1146.

55. *Bartholomæus*, nominatur adhuc Decanus Pariſienſis 1147. & nepos Stephani Siluanectenſis Epiſcopi Franciæ Cancellarii, quo tamen anno eligitur. Nam eo præſente, Eugenius 3. dedicauit maiorem Baſilicam 1147. 7. Idus Nouemb. cui etiam dedicationi adfuerunt Theobaldus Pariſienſis, Bernardus Autiſſiodorenſis, & Hugo Niuernenſis: Bartholomæi verò extat epiſtolâ ad Sugerium. Obiit 1152.

56. *Aymo*, ſedit annum vnum circiter. Nam obiit 1153.

57. *Boſo*. Hic finit Codex Thuanus, hoc nomen ſcribens litteris maiuſculis. Obiit 1161.

58. *Gaufridus*, à nonnullis ex albo horum præſulum expungitur.

59. *Guido de Ionville, Ienville*, vel *Ioinville*, vel *Genville*, patruus Guilelmi Epiſcopi 62. Lingonenſis. Ei ſcribit Ioannes Sariſberienſis epiſt. 143. Fuit præſens in dotatione Monaſterij de Recluſo O. C. diœceſis Trecenſis, per Henricum Comitem 1164. apud Camuzatum in Promptuar. pag. 379.

60. *Rotrodus*, nepos Guilelmi 52. Archiepiſcopi Remenſis. Vide Chronicon Autiſſiodorenſe 1202. dicitur etiam Rotardus à Cantipratenſi l. 2. c. 39. n. 2. vbi Colvenerius in notis pag. 54.

61. *Giraldus*. Huic electo ſcribit Innocentius 3. c. ex parte 13. de Priuilegiis: nominatur 1208. & 1210. in Chartis S. Petri, & S. Memmii.

62. *Guilelmus* de Pertico, vel de Belliſmo, intereſt 1216. menſe Iulio Melduni iudicio Parium de Comitatu Campaniæ, & nominatur Epiſcopus & Comes 1218. & 1223. in Conſilio Regis, apud Tillium, frater Gaufridi, & Stephani Comitum, de quo Guilelmus Britto l. 12. Philippidis, in exequiis Philippi Auguſti. Epiſcopus & Comes.

Dignus es inuentus, & Epiſcopus, & Comes eſſe, Rigordus, & Mathæus Paris.
Vt cui nobilitas gemina eſt à ſanguine Regum,
Nobilitatis apex gemino ſplendeſcat honore.

Obiit 1226. Itaque memoratur rectè ab Andrea *du Cheſne* in hiſtoria Monmorentiaca quoddam diploma. 1227. mẽſe Iunio die Lunæ ante feſtum S. Ioan. Bapt. apud S. Germanum, in quo agitur de Eſcaſura huius Guilelmi Epiſcopi Eſcaſura. Cathalaunenſis, & Comitis Perticenſis.

63. *Philippus* de Merevillâ, memoratur in Chartis Abbatiæ S. Petri 1229.

64. *Gaufridus* de Grandi-prato 1240. eius electio confirmatur à Gregorio 9. de qua extant litteræ Capituli ad Regem (is eſt S. Ludouicus) in quibus dicitur Rex Franciæ *ſolum refugium Eccleſia, ſub cuius ſolius protectione libera Religio conſiſtit, cuius tutor eſt, & patronus, pro quo inceſſanter, & ſpecialiter vniuerſalis Eccleſia, tamquam pro Rege ſuo vnico Dominum interpellat.* Hæc verò & pleraque alia nobis Sammarthani gemini Germani, viri eruditiſſimi ſummâ humanitate communicarunt. Interfuit Miſſæ pontificaliter celebratæ Cluniaci die feſto S. Andreæ 1245. ab Innocentio 4. vt teſtatur Andreas *du Cheſne*, in vitis Pontificum.

65. *Petrus de Hans*, inuenio Fredericum Epiſcopũ Cathalaunenſem ſe iunxiſſe quintum Quatuor-viris fundatoribus ordinis Vallis-ſcholarium in diœceſi Lingonenſi. At Petrus obiit 16. Cal. Decemb.

Decemb. 1261. ſepultus ſub tumba aërea in Choro Eccleſiæ Cathedralis. Circa hæc tẽpora fundantur Franciſcani 1251. Pagano decano.

66. *Anus* Fortaſſe hinc eximendus, cùm videatur natus ex cognomine ſuperioris Petri *de Hans*, Hanu, vel Anii.

67. *Cono* de Bitriaco, vel Vitriaco, vulgo Conaud *de Vitry* 1263.

68. *Arnulphus* filius Comitis *de Loches* 1272. iacet à parte dextrâ Altaris magni Eccleſiæ Cathedralis 1273.

69. *Remigius* de Summâ-turbâ, aliàs de S. Ioanne. Obiit 1284. corpus eius tegitur lamina cuprea, è regione maioris altaris Baſilicæ Cathedralis, agiturque eius Anniuerſarium 9. Aprilis.

Chaſteau-villain porte de gueule, au lion d'or billeté de meſme.

70. *Ioannes* de Caſtro-villano 1286. Recenſetur in Chartâ ſanctæ Capellæ Pariſienſis 1306. Maii 17. Obiit 3. Nonas Aprilis 1312. poſt ſedem ann. 28. vide inf. n. 73.

71. *Petrus* de Latiliaco *Latilly*, apud Gaguinum l. 7. Franciæ Cancellarius, vt habet tumulus in Cathedrali poſitus, 15. Mart. 1327. Huius tempore 1318. 8. Iunij corpus S. Memmij in capſa noua, & ditiore ab Helenenſi Epiſcopo Guidonæ, permiſſu Remigij *de Recy* maioris Vicarij reponitur.

72. *Petrus de Latilly*, idem cum ſuperiore, aut fortè eius nepos.

73. *Simon* de Caſtro-villano 1337. eiuſdem gentis cum 70.

74. *Philippus* de Medulano, vel fortè rectiùs de Meloduno 1342. poſteà Archiepiſcopus Senonenſis 16.

75. *Ioannes Happe* Sueſſionenſis, confirmat authoritate Papæ Clementis 6. 1347. Ordinem Fratrum Charitatis B. Mariæ ſub regula S. Auguſtini, vt eſt in conſtitutionibus illius Ordinis editis 1545. & refert Petrus Griſius, de Monachorum Ordinibus ſectione 14. n. 72. huic à nonnullis præponitur Ioannes de Claromonte.

76. *Reginaldus* captus in prælio Pictauienſi 13. Calẽdas Octobris 1356. cognomen ei fuit Chauuelli, vel *Chauueau*.

77. *Archambaldus de Lautry*, ex Epiſcopo Vaurenſi 1379. Obiit 1389. 10. Nouembris.

78. *Ægidius* de Luxemburgo.

79. *Carolus* de Pictauiâ, nominatur 1393. poſteà Epiſcopus Lingonenſis 81. 1413. ex permutatione Ludouici de Barro ſequentis.

80. *Ludouicus* de Barro 1413. ex Lingenenſi 80. fit Catalaunenſis, permutationis cauſa factæ cum Carolo ſuperiore

A A. C. 1413. fit tandem Epiſcopus Virdunenſis 1419.

81. *Ioannes* de Saraponte, *Sarbruche*, ex Virdunenſi 75. eſt autem Sarapons (Antonino Pons Saruix) inter Treuiros & Argentoratum ad fluuium Saram, qui & Saranus Auſonio, Moſellæ, v. 793.

Sarbruche porte d'azur au lion d'argent, l'eſcu ſemé de croiſettes recroiſetées au pied fiché d'or.

> *Nauiger vndiſona dudum me mole Saranus,*
> *Torta veſte vocat, longum qui diſtulit amnem,*
> *Feſſa ſub Auguſtis vt volueret otia muris.*

Obiit autem Ioannes poſt ſedem annorum 18. 1438. & iacet in Choro Cathe-

B drali.

82. *Ioannes* Tuderti, ex Canonico Pariſienſi.

83. *Guilelmus le Turc*. Obiit 1453. & ſepelitur in choro Cathedrali, poſt ſedem annorum 16.

84. *Gofridus Floreau*, nominatur 1489. in Chartulario S. Germani Pariſienſis, vbi & fuit Abbas 65 Obiit 1503. vltimâ Auguſti poſt ſedem annorum 50. iacet in choro maioris Eccleſiæ. Fecit chori ſedilia, & columnas maioris altaris.

85. *Ægidius* de Luxemburgo, habet in Cathedrali hoc Epitaphiũ: Hic iacet recolendæ memoriæ reuerẽdus in Chri-

C ſto Pater Dominus Ægidius de Luxemburgo, quondam Epiſcopus, & Comes Cathalauni, ac Par Franciæ, qui poſt complementum laudabilis vitæ multa reliquit pauperibus eroganda, completoque ſui præſulatus 31. ann. 4. Idus Februarias 1534. diem ſuum claudit extremum. Requieſcat in pace.

86. *Robertus de Lenoncour*, vrbem ſolemniter ingreditur 1535. die 10. Octob. Dominicâ, fit Cardinalis 1542. poſteà Metenſis, Arelatenſis, & Toloſanus. Huius præſulis tempore deſtruitur Eccleſia S. Memmij 1543. metu belli inter

D Franciſcum Regem, & Carolum Imperatorem.

87. *Philippus de Lenoncour* ſuperioris nepos 1556. poſteà Autiſſiodorenſis. Inter præceptores Spiritus ſancti cooptatus 1579. ac tandem Cardinalis.

Porte d'argent à la croix engreſlée de gueule.

88. *Hieronymus* Burgenſis in Concilio Tridentino, Legatus à Carolo 9. Obiit 1573. Genebrardus, qui ei paulò anteà dicauerat libros Claudij Eſpancæi de Euchariſtiâ. Iacet in Eccleſia Abbatiæ S. Petri de Monte, vbi fuit Abbas. Fundator Collegii litterarij.

89. *Nicolaus Clauſſe de Marchaumont*, præfuit ann. 1. & 5. menſibus, ſepultus in Cathedrali Eccleſiæ medio choro 1573. 12. Septemb.

90. *Coſmas Clauſſe* Nicolai frater. In A Concilio Remenſi 1583. & Sacro Ludouici 13. 1610. Induxit in vrbem 1613. Patres Recollectos, & Patres S.I.& Minimos Vitriacum. Ei dicat Panegyricum Ludouico 13. dictum ob ſeruatos ciues, datamque pacem 1622. Ioannes Grangerius Regius eloquentiæ Profeſſor. Obiit 1624. 12. Cal. Aprilis, ætatis 76. Epiſcopatus 49. in templi parte imâ ſepultus.

91. *Henricus Clauſſe* Coſmæ nepos, ex coadiutore, & Epiſcopo Aurenſi, virtutis, doctrinæ, & dignitatis patruæ ſucceſſor, & poſſeſſor factus die Dominica B 18. Septemb. 1624. quò tot illuſtres ſuos anteceſſores certiùs & faciliùs adæquare poſſit, aſſiduo & improbo labore inquirit eorum dicta, factaq; egregia, quæ non minimas partes aliquando in rerum Eccleſiaſticarũ monimentis obtinebũt.

Le Mans.

Cenomanenſes Epiſcopi.

Flor. 2200. CENOMANORVM ciuitas in notitia Prouinciarum Galliæ, nonnullis Vindiniũ, vel Vindicum, ad Sartam fluuiũ gradu longit. 20. 10. 48. 8. Ptolemæo l. 2. c.8. vbi dies maxima horarum 15.55. altitudo ſolis 41. 52. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 67. ad 60. ſub Archiepiſcopo Turonenſi, & in Parlamento Pariſienſi, quæ Cenomanis vrbs nimis mordaciter, Orderico l. 4. dicitur à caninâ rabie, & factionis procax, & ſanguinolenta, ac contumax, cuius vrbis Eccleſia maior primò B. Mariæ, inde S. Geruaſio, tandem S. Iuliano conſecrata eſt 1201. tralato in eam ipſius Iuliani corpore, habens 38. Præbendas. In diœceſi verò hæ ſunt Abbatiæ cum Parochiis 670. in 6. Archidiaconatibus, & 24. Decanatibus.

Flor. 112. Belli-loci *Beau-lieu.* O. A.

Flor. 300. S. Mariæ de Ebronio *Evron.* O. B.

Flor. 300. S. Vincentij prope vrbem, O. B. vnita Congregationi Caſalis Benedicti. *Sainct Vincent.*

Flor. 250. S. Mariæ de Lonlayo, *Lonlay.* O. B.

Flor. 150. S. Carileſi O. B. *S. Calez.*

Flor. 66. S. Georgij in nemore O. A. *S. George des bois.*

S. Mariæ de Perſinâ O. C. *de Perſine.*

Flor. 200. De Pietate Dei O. C. aliàs *de l'Eſpau*, prope vrbem.

Flor. 266. S. Mariæ de Claromonte O. C. *Clairmont.*

S. Petri de Culturâ *la Couture*, O. B. Flor. 300.

S. Mariæ de Vadaltio O.A. *Vaaz.* Flor. 33.

S. Iuliani de Prato, fœminarum O. B. *S. Iulien du Pré.*

De Virginitate, fœminarum, *de la Virginité.* O. C.

Eſtival en Charnie, fœminarum.

Boni-loci *Bon-lieu*, O. C. fœminarum.

Fons-Danielis in Meduanâ. O.C.

Sanctæ Mariæ de Campaniâ. O. C.

Tironneau. O. C.

La Perrigne, fœminarum.

La Pelice.

Du Gué de Laune.

Sunt prætereà 191. Prioratus. Series autem Præſulum hæc eſt.

1. *S. Iulianus*, ſub Veſpaſiano Imperatore A. C. 60. in Calendario Genebrardi, & in Breuiario Rotomagenſi, & Caſæ Dei, ac in Bullâ exemptionis Capituli, vbi dicitur de numero 72. Diſcipulorum, à B. Clemente deſtinatus, & Simon Leproſus, in Breuiario Aurelianenſi 27. Ianuarij. Vincentio l. 10. c. 113. S. Antonino tit. 6. c. 25. §. 4. Breuiar. Pariſienſ. 28. Ianuarij, Chronic. Magn. Belgic. Chronic. Autiſſiodor. Martyrolog. Roman. 27. Ianuarij. Guilelm. Durand. C l. 7. Ration. c. 5. Eiſingren. Centur. I. Volaterran. Chronic. Lemouic. quibus in locis de eo plura. Sedit verò ann. 47. menſes 3. dies 10. apud Democharem, ex quo ſumetur tẽpus ſedis ſequentium præſulum, ſed, & in M. S. Cod. Eccleſiæ Bituricenſis appellatur Iulianus Romanâ generoſitate clariſſimus, qui Cenomanicum penetrans ſolum, veteres Quercus, annoſaſque fagos, id eſt, vetuſtæ gentilitatis ſterilia, vanaque figmenta euertere niſus, & ferro correctionis vſus eſt, quo peccata delinquentium feriret, & igne aduſtionis, quo iam emendatum ſolũ, ad proferenda diuini amo- D ris ſemina aptum exhiberet. Vbi alludit ad veterem Gallorum ſuperſtitionem Quercus antiquas pro diis colentium. Quâ de re maximus Tyrius ſerm. 38. S. Greg. l. 7. epiſt. 5. Deinde cùm ſterilia, vanaque figmenta recenſet, ad illud reſpicit Sapientiæ 15. Non in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ, labor ſine fructu, effigies ſculpta per varios colores, cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem ſine animâ. Qui tamen locus de ſimulacris, & idolis Gentilium non debet torqueri in pium Chriſtianarũ imaginem vſum, & cultum. Prætereà ignem aduſtionis hîc vſurpans, præ oculis habuit

buit illum Virgilij verſum Georgic. 1.

Sæpè etiam ſteriles incendere profuit agros.

Denique cur Hercules hic Chriſtianus in Hidrâ pluſquam lernæâ profligandâ ferro, & igne non vteretur.

2. *S. Thuribius* 16. Aprilis, & memoratur in vitâ S. Iuliani prædeceſſoris: ſedit ann 5. menſ. 1. dies 11.

3. *S. Panatius* ann. 43. eius vita in Bibliothecâ Floriacenſi vbi mentio duorum præcedentium 24. Iulij.

4. *S. Liberius*, vel Liborius 23. Iulij, apud Surium, ann. 49. Eccleſias 17. ædificauit. Ordinationes 96. habuit, quibus creauit Preſbyteros 217. Diaconos 176. Subdiaconos 93. præter minores Clericos. Exequias S. Martini procurauit.

5. *S. Victor*, vel Victorius, ann. 24. m. 7. d. 13. Calendis Septemb. Martyrol. Interfuit Concilio Andegauenſi, & Venetico 453.

6. *S. Victurius* ann. 40. m. 6. d. 13. in Concilio Turonenſi 482.

7. *S. Principius* ann. 29. m. 1. dies 21. in Concilio Aurelianenſi 1. 507.

8. *S. Innocens*, vel Innocentius, Martyrol. 19. Iunij, ann. 45. m. 10. d. 25. Gregor. Turon. l. 6. c. 9. cuius tempore vixit S. Leonardus. Pratum Abbatiam fœminarum iuxta vrbem conſtruxit.

S. Anilet. 9. *S. Domnolus* ann. 46. menſes 11. dies 19. ex præfecto gregis monaſterialis ad S. Laurentij Baſilicam Pariſiis, Surius, Gregor. Turon. l. 6. c. 9. & l. 9. c. 39. Baronius tomo 7. Interfuit Concilio Turonenſi 2. 570. ædificauit Abbatiam S. Vincentij. Feſtus dies ei aſſignatur in Martyrologio 16. Maij, & memoratur in vitâ S. Mauri apud Surium 15. Ianuarij. Cæterùm inuenio Cadoënum 642. qui fortè idem cum ſequente Hadoindo.

10. *Valdegiſilus* ann. 5. in Concilio Matiſconenſi 2. 588. ſcribitur, & Bardegiſilus apud Gregorium Turonen. l. 6. c. 9. & l. 8. c. 39. Conſtruxit Eccleſiam S. Vincentij, vt eſt in teſtamento Hadoindi. Obiit 590. anno ſcilicet vndecimo Childeberti Auſtraſiæ Regis.

11. *Bethgrannus*, vel Berthigrannus Comes ann. 37. ex Archidiacono Pariſienſi, apud Gregor. Turonenſem l. 8. c. 39. Conſtruxit Eccleſiam SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Culturâ, & Monaſterium S. Victurij, Clotario Chilperici filio Rege, vt eſt in teſtamento Hadoindi. Fragmentũ verò teſtamenti Berthicranni extat apud Barnabã Briſſonium l. 7. Formular. Euocauit B. Maurum è Caſſino in Galliam per Frodegarium Archidiaconum, & Harderidum Vicedominũ, vt eſt in vitâ ipſius Mauri

12. *Hadoindus* ann. 47. m. 11. dies 24. Flodoardus l. 2. c. 5. eius teſtamentum extat apud eumdem Barnabam Briſſonium l. 7. Formularum pag. 771. & Baron. A. C. 652. in Concilio Cabilonenſi, interfuit per Procuratorem. Sic enim legendum puto, pro Chadoaldo. Fundauit Ebronium, *Evron*, in honorem B. Mariæ, Clodoueo Rege.

13. *S. Berarius* ann. 37. m. 4. dies 17.

14. *Herlemundus* ann. 9. vel Hellemundus. At in Cod. Thu. inter Berarium, & Herlemundum ponitur Aiglibertus omiſſus Demochari, qui fortè Egilbertus in vitâ S. Ricomiri tempore Theoderici Regis Francorum.

15. *Odingus*, vel Odingus, ann. 2. ſed in Cod. Thuano, ponitur poſt Herlemundum 2.

16. *Gauſilenus.*

17. *Herlemundus* 2. ann. 2. m. 9 dies 13.

18. *Merolus* ann. 30.

19. *Ioſeph* ann. 9.

20. *Franco* ann. 22. menſes 3. dies 3. nominatur cum Ioſepho Metropolitano ... in diplomate Caroli Magni 9. Cal. Mar Imperij 2. regni 34. Chopin. in Conſuetud. Andegauen.

21. *Franco* 2. ann. 16. menſ. 5. dies 15.

22. *S. Aldricus* ann. 24. ex Primicerio Metenſi à Landrano Archiepiſcopo Turonenſi conſecratus. In Concilio Aquenſi, & reſtitutione Ludouici Pij 835. in Concilio Pariſienſi 846. Nominatur cum altero ſancto Aldrico Archiepiſcopo Senonenſi 48. in Chartulario Ferrarienſi. Extat autem tomo 3. Conciliorum Binij epiſtola Gregorij 4. Papæ de Aldrico Cenomanorum Epiſcopo, non alibi, quàm apud Sedem Apoſtolicam accuſando. Is Clauſtrum Eccleſiæ conſtruxit, & corpus S. Liborii Paderburnenſibus conceſſit.

23. *Robertus* ann. 27. Ei ſcribit Nicolaus primus epiſt. 61. qui, & eius meminit epiſt 60. & 62. & Ioannes 8. epiſt. 121. Interfuit Concilio Tullenſi 859. Robertum verò ſequitur in Cod. Thuano, Lambertus Demochari omiſſus ſedens ann. 7. Sed & in diplomate Caroli Calui pro Vedaſtino Monaſterio 870. apud Miræum in Annal. Belgic. ſubſcribit Sienudus Epiſcopus Cenomanenſis.

24. *Guntherius* ann. 23.

25. *Hubertus* ann. 37. m 10. dies 12.

26. *Mainardus* ann. 20. m. 5. dies 6. vel Mainoldus. In Reuerſione S. Martini

27. *Sigenfridus* ann. 33. menſ. 1. dies 4. frater Iuonis Belleſmij, Comitis primi Alenconienſis. Iacet in Abbatiâ Culturæ, de quo Ægidius *Bry* l. 2. c. 4. hiſt. Perticæ.

28. *Anſgradus*, vel Aueſgaudus ann. 42. menſem 1. dies 20. ſuperioris nepos, ſepultus Virduni in Cathedrali, illic mortuus rediens Ieruſalem. Ad hunc vitam S. Iuliani Lethaldus Monachus ſcripſit, & ad eundem extat epiſtola 19. Fulberti Carnotenſis: filius fuit Iuonis Belliſmenſis Alenconij Comitis, ex Godebilde.

29. *Geruaſius* ann. 20. apud Baronium 1049. inde Remenſis 43. nepos Anſgradi, ex ſorore Hildeburgâ, vir, vt eſt in M. S. nulli in Regno ſapientiâ, & honeſtate ſecundus. Dedit Monaſterio ſancti Vincentij Præbendam integram, pro eo quòd ibidem habetur ſepultura Epiſcopalis, & Canonicalis, vt eſt in libro fundationum illius Cœnobij, filius fuit Guidonis 2. La-vallij ex Bertrude Caſtri-Ledi, vulgò *du Chaſteau-du-Loir*.

30. *Vulgrinus* Monachus ann. 8. menſes 9. dies 11.

31. *Arnaldus* ann. 14. menſ. 9 ei ſcribit Gregorius 7. lib. 7. epiſtola 22. A. C. 1079.

32. *Hoëlus* ann. 12. menſ. 3. dies 7. nominatur 1084. Orderico l. 4. intereſt Concilio Claromontano 1095.

33. *B. Hildebertus* ex Monacho Cluniacenſi, S. Hugonis diſcipulo, ſedit ann. 29. menſes 6. Ei adhuc electo ſcribit Iuo epiſt. 277. quæ incipit *Quoniam*. Dedicauit maiorem Baſilicam 1125 Indict. 5. & locum capituli à fundamentis erexit. Quo tempore 1124. Abbatia Belli-loci O. A. fundatur à Berardo de Soliaco: quam fundationem Hildebertus ſacrâ ſuâ benedictione, conſenſu Canonicorum, & Goffridi Comitis applauſu confirmauit. De eo plura S. Anſelmus l. 3. epiſt. 53. vbi notat Ioannes Picardus eum ſucceſſiſſe Guiberto Turonenſi Archiepiſcopo A. C. 1129. Hildeberto autem in hac ſede Cenomanenſi Codex Thuanus refert ſucceſſiſſe Guidonem de Stampis, qui obiit 1135. quem Guidonem apud Ordericum ſequitur Paganus de S. Carileſo. Vide Turonenſes n. 64. & Petrum de Natal. in Catal. Sanct. l. 11. Antoninum titulo 16. c. 9. §. 1. Henricum Gandauenſem c. 8. & Bernardum Cluniacenſem Præfat. libri de Contemptu mundi ad Petrum venerabilem Cluniaci Abbatem, Perronium Cardinalem l. 2. de Euchariſtia contra Pleſſeum pag. 554. cognomento de S. Carileſo.

34. *Hugo* ann. 7. menſ. 4. dies 17.

35. *Guilelmus* ann. 43. menſes 4. dies 25. dedicauit Abbatiam de Perſinâ 1148. Octobris 9. Ei ſcribit Arnulphus Lexouienſis epiſt. 14. & nominatur 1177. in fœdere Ludouici Regis Franciæ, & Henrici Regis Angliæ. Memoratur etiam in Chartâ Dionyſianâ 1183. de Prioratu ſanctæ Gauburgis, *Vauburg*. Hoc tempore 1152. Cœnobium Claromontis O. C. conditur à Guidone ſexto *de La-Val*, poſteà ibidem ſepulto. Prætereà Guilelmo Clericorum ſpecimini, & ſpeculo hiſtoriam Gofridi Normanorum Ducis, & Andegauenſium Comitis dicat Ioannes maioris Monaſterij monachus, duobus libris conſcriptam.

36. *Reginaldus* ann. 2. dies 8.

37. *Hamelinus* ann. 28. menſ. 5. dies 25. Nominatur in Chartulario Sandionyſiano 1206. menſe Auguſto.

38. *Nicolaus* ann. 1. menſes 8. dies quatuor.

39. *Mauricius* ann. 16. menſ. 1. dies 10. nominatur 1223. inde Archiepiſcopus 54. Rotomagenſis 1231. Vide Thomam Cantipratenſem l. 1. c. 1. & 8. Hoc ſedente Berengaria Sanctij Regis Nauarræ filia, & Richardi Angliæ Regis & Cenomanorum Comitis vidua fundat Abbatiam O. C. de Pietate Dei, aliàs de Spalo, *de l'Eſpau*.

Spalum, nemus in quo hoc Monaſterium.

40. *Gaufridus de La-val* ann. 5. dedicat Eccleſiam Franciſcanorum in vrbe 1232. Dominicâ poſt Paſcha, fundatam à Guidone La-vallenſi, & Ioannâ vxore, qui illic poſteà ſepulti. Eiuſdem nobilis gentis Guido 50. infrà, ex quâ etiam inuenio in Oratione funebri Guidonis 21. Dinaſtæ La-vallij fuiſſe Epiſcopos, Dolenſem, Autiſſiodorenſem, Maclouienſem, Cathalaunenſem, Metenſem, Archiepiſcopum Ebredunenſem, & duos Remenſes, ac S. R. E. Cardinales duos, Franciæ Coneſtabiles quatuor, Mareſchallos tres, Admirales tres, Gubernatores Prouinciarum ſex, Exercituum duces quatuor.

La-Val porte d'or à la croix de gueule chargée de 5 coquilles d'argent, & accompagnée de 16. alerions d'azur.

41. *Gaufridus* 2. de Lauduno, ann. 22. Conſecrauit Eccleſiam Franciſcanorum Vindocini 1249. At hîc ſubijcienda eſt Scheda quam accepimus à Stephano *de La-garde* Bituricenſi amico noſtro. Sancto Gaufrido fuit genus, & origo non popularis, aut infima, ſed ex nobilibus Dominis de Lauduno. Patri nomen erat Gaufrido de

Porte de gueule à la bande d'or.

de Lauduno, qui fuit Baro Treuiarum, A eſt oppidum ad Ligerim Salmuro proximum) Beatrix mater dicebatur, & erant illis tres filij, Fulco ſcilicet, & Emericus, ambo viri militares, & ſtrenui, & Gaufridus hic cum vnica filia Margareta Domina *de Montſoreau*. Poſt patris, matris, fratrúmque obitum, Baronatum Treuiarum cum aliis ampliſſimis opibus adeptus eſt. Mauricio autem Eccleſiam Cenomanenſem moderante, ab eodem Gaufridus noſter in eamdem Eccleſiam adſciſcitur, addita ſibi dignitate Cantoriâ cum præbendâ. B At Mauricio in ſedem Rotomagenſem tranſlato, & Gaufrido *de la Val*, qui ipſi in Eccleſiâ Cenomanenſi ſucceſſerat, breui conſummato, circa annum Domini 1234. Gaufridus de Lauduno fit Epiſcopus Cenomanenſis quadrageſimus quartus iuxta tabulas M. S. quæ ſunt in Chartuſia Parci, quadrageſimus autem primus iuxta Tabulas Democharis, vbi quidam omittuntur Epiſcopi. Anno 1236. à Margareta Vicecomitiſſa *de Fiſ.* fundata fuit Carthuſia B. C Mariæ de Parco tenuis valdè. Anno 1244. S. Gaufridus ædificauit eamdem Carthuſiam, vt nunc eſt, in qua moriens voluit ſepeliri. Sepulchrum eius iuxta maius altare verſus Aquilonem in abſide muri poſitum eſt cum ſequenti Epitaphio, quod litteris aureis in peripheria Tabulæ eiuſdem ſepulchri (in qua dictus Pontifex depictus eſt) ſic exaratum eſt:

Hîc iacet humatus Cenomanis Præſul amatus
Gaufridus gratus Domino; vitâque probatus,
Moribus ornatus, humilis, caſtus, moderatus,
Cuius iure ſtatus benè creditur eſſe beatus.

Obiit anno 1255. Anagniæ in Italia, 3. Auguſti, fuitque relatus in ſuam diœceſim, ſuâque in Carthuſiâ, quam ædificarat ſepultus, vbi frequentiſſimo peregrinorum concurſu colitur pro febrium depulſione opem eius implorantium. Præterea Petrus Sutor l. 2. de vita Carthuſ. tract. 3. cap. 6. præclarè eiuſdem meminit, vti etiam Ioannes Morellus in Legenda aurea Pontificum Cenomanorum, quam M.S. vidimus. Extat porrò eadem S. Gaufridi vita Gallicè verſa, inter vitas Sanctorum nuper excuſas.

42. *Guilelmus Roland*, ann. 5. Sepelitur ante maius altare Abbatiæ de Campania ſub ænea lamina his verſibus inſcripta:

Sic (miſſas tractare) Victori, e. 2 perſec. Vandal.

Mores magno- *Tutor cunct-* *Lux prædict-*	} *orum*	*ſuperans & dicta vir-* *cleri, plebis, monach-* *debellatorque mal-*	} *orum,*
Iuſtus, deuot- *Præſul Guilelm-*	} *us*	*caſtus, ſapiens, moderat-* Roland *iacet hîc tumulat-*	} *us;*
Huius erit teſtis: parcus cibus, aſpera veſtis,			
Copia mult- *Dum flens miſſ-*	} *arum*	*quas fundebat lachrima-* *tractaret ſancta ſacra-*	} *rum*
Iſti cælo- *Chriſtus ſeruo-*	} *rum*	*det gaudia Rex ſupero-* *meritis; precibſque ſuo-*	} *rum.*

43. *Gaufridus Frelon*, electus 1258. ſedit annos 14. Dedicauit Eccleſiam Abbatiæ Campaniæ 1260. 9. Calend. Nouembris. D

44. *Gaufridus* de Aſſeyo, ann. 2. m. 1.

45. *Ioannes* de Tanlayo, vel de Chanliaco tempore Nicolai Papæ. Sedit annos 17.

46. *Petrus* Rotarius, menſes 3. dies 15. A.C. 1297.

47. *Dionyſius* Benedicti ann. 3. menſes 10. Nominatur 1296. in Conſilio Regis habito 21. Ianuarij Pariſiis in Lupara.

48. *Robertus* de Quino-campo, annos 11.

49. *Petrus de Longueil*, ann. 20.

50. *Guido de la Val*, ann. 12. ex Epiſcopo Coriſopitenſi. Nominatur 1335.

51. *Gaufridus* de Capella, annos 11. auunculus Petri *de la Foreſt* Archiepiſcopi Rotomagenſis, Franciæ Cancellarij.

52. *Ioannes* de Credonio, *de Craon*, Almarici, ex Beatrice *de Roucy* filius, Canonicus Pariſienſis, poſtquam ſediſſet ann. 8. fit Archiepiſcopus Remenſis 66.

53. *Michaël* de Brechiâ ann. 13. m. 5. d. 20.

54. *Guntherus* de Balneolis, *Baignaux*, ann. 17. menſes 2. poſteà 1385. 14. Maij Archiepiſcopus Senonenſis 89.

55. *Petrus de Sauoy* ann. 13. 1385.

56. *Adam Chaſtelain*, Laudunenſis diœceſis 1398. Sedit annos 41. quo Præſule vrbs Cenomanenſis oppugnatore

Thoma de Monte-acuto Sariſberienſi Comite, Anglorum duce, vſum Bombardarum prima experta eſt, & mirata 1425. Gordonus, ex Genebrardo, & Polydoro Virgilio l. 25. hiſt. Anglicæ, quarum inuentio aſſignatur 1380. & Magius l. 1. Miſcellaneorum, eorúmque vim, & effectum exprimit Capilupus in Centonibus Virgilianis.

57. *Ioannes* de Anſeriis ann. 9. In Concilio Andegauenſi 1448. 16. Iulij.

58. *Martinus Berruyer*, Turonenſis an. 17. circa 1449.

59. *Theobaldus*, Petri de Luxemburgo Domini *de Frennes*, & Mariæ Magdalenæ Balſiæ filius, mortuâ vxore Philippa Melodunæa fit Monachus, & Abbas Igniaci, & Vrſicampi, ac demùm Epiſcopus huius Eccleſiæ circa 1466. in quâ ſedit ann. 9. Obiit Romam proficiſcens Cardinalis deſignatus circa A. C. 1474. Ei verò à Demochare ſubiicitur Philippus de Luxemburgo, quem puto eumdem cum Philippo 61. nunc fortè primùm electo ſeu deſignato, cuius vices Franciſcus patruus geſſerit, qui Philippus ideò ſediſſe dicatur annos circiter 50.

60. *Franciſcus*, Theobaldi ſuperioris frater, & patruus Philippi ſequentis.

61. *Philippus* de Luxemburgo Cardinalis, anteà Morinenſis Epiſcopus 55. ſepelitur in ſua cathedrali 1519. ætatis 74. mortuus 22. Iunij. Poſteà verò ipſius boni Paſtoris oſſa, inde rabie lupinâ ſegregum effodiuntur. Ex huius autem Teſtamento condita fuerunt duo Collegia, vnum in Academia Pariſienſi Cenomanenſe, alterum in ipſa vrbe Cenomanica. Ipſe quoque ędificauit caſtrum, ſeu Palatium *de Turay*, vbi eius ſpectantur inſignia. Eius meminit Nicolaus Gillius in Annalibus Franciæ, cùm de diſſolutione coniugij Beatæ Ioannæ Franciæ agitur. Vniuit congregationi Caſalinæ duas Abbatias quas obtinebat, S. Vincentij Cenomanenſis, & S. Martini Sagienſis.

Philippe portoit d'argent au lion de gueule à la queuë fourchee, noüee, & paſſee en ſaultoir eſcartelé des Baux en Prouence, qui eſt d'argent à l'eſtoille de gueule à 16. rais.

63. *Ludouicus* à Borbonio Cardinalis, Archiepiſcopus Senonenſis 99. & Epiſcopus Laudunenſis 69. Quo tempore floruit Scholaſticus in Eccleſia Cenomanenſi Hieronymus *de Hangeſt* ſcriptis contra hæreticos clarus, in eadem Eccleſia ſepultus 8. Septembris 1538.

64. *Renatus du Bellay*, filius Ludouici Domini *de Langey*, ex Margareta *de la Tour-Landry*, ſedit ann. 9. Obiit 1556.

65. *Ioannes du Bellay*, ſuperioris frater Cardinalis, ac etiam Epiſcopus Pariſienſis 104. Vide Petramelar. pag. 114. & Ciaconum pag. 1257.

66. *Carolus D'Angennes*, filius Iacobi, Domini *de Rambouillet*, ann. 28. à 22. Octobris 1559. ad 23. Martij 1587. Quo tēpore obiit Corneti in Etruria, ætatis 57. apud Petramellarium, & Ciaconum.

Angennes Rambouillet porte de ſable au ſautoir d'argēt.

67. *Claudius*, Caroli frater, ex Epiſcopo Nouiodunenſi. Obiit 15. Maij 1601. Eiuſdem gētis Iacob. Epiſcop. Baiocenſ.

68. *Carolus de Beaumanoir*, filius Ioannis Domini *de Lauardin* Franciæ Mareſchalli, in Comitiis Pariſienſibus 1614. Scripſit Apologiam pro Patribus S. I. Nam eorum virtus egregia & doctrina excellens apud bonos admirationem, imitationemq; apud parum æquos rerū æſtimatores inuidiam, & calumniam peperère, inſitâ mortalibus naturâ felicitatem aliorum ægris oculis introſpicere. Quod vitium Timoth. apud Probū Æmilium cōmune eſſe aiebat magnis, liberiſq; ciuitatibus, vt ſ. inuidia ſit virtutis comes aſſidua, & libenter detrahat de fama eorum quos torua videt altiùs emergere. His verò calumniatoribus non aliud optem quàm, vt quorum famam caninis dentibus nituntur dilacerare (ni reſipiſcendo palinodiam canant) eorum

Virtutem videant, intabeſcantq; relicta.

Porrò Carolus recepit Capucinos 1602. 16. Auguſti, porrò Capucini fundantur in vrbe 1602. 16. Aug.

Beaumanoir porte d'azur à vnze billetes d'argēt, 4. 3. 4.

Tacitus l. 1. hiſt.

Perſius Satyr. 3. v. 38.

Ciſtaricenſes Epiſcopi.

Ciſteron.

CISTERO, vel Siſtero, Siſtaricum, Sequeſtero, Siſterienſium, vel Segeſterorum, Segeſtanorum, Segeſtericorum ciuitas, in Notitiâ prouinciarum Galliæ, pro diuerſitate Codicū, ſub Archiepiſcopatu, & Parlamento Aquenſi, ad Druentiam fluuium, gradu longit. 27. 0. latitud. 43. 50. altitudo ſolis 46. 10. vbi ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 40. Eccleſia verò cathedralis patronam habet B. Mariam Virginē. In diœceſi autem vna tantùm Abbatia à nobis notata, Croſſienſis, *de Croſſe* Ordinis Auguſtini, & altera fœminarum in vrbe. At Epiſcoporum, quos hîc damus, maxima pars à Ioanne *Chenu*, iam pridē edita eſt, quod monemus, ne plagiarij videamur.

Flor. 100.

Druentia è Veſulo Alpium Cottiarum parte. Strab. lib 4.

Flor. 400.

Pologronius, Concilio 2. Matiſconenſi 588. & Valentinenſi 2. 589.

Brico. In Concilio Pontigonenſi 876.

Ioannes

Ioannes. Sedit ann. 42. Lothario Imperatore.

Ioannes, ann.38.

Matgimbertus, ann.6.

Amantius, ann. 11.

Magnus, ann.21.

Bonus, ann. 55.

Vincentius, ann.11.

Euſtorgius, ann.44.

Arnulphus, ann.16.

Vrſus.

Gerardus. Ei ſcribit Gregorius 7. lib. 1.epiſt.67. A.C.1073.

Carolus.

Petrus.

Frodo.

Bertrandus, vel Bertrannus 1102.

Petronius.

Nitardus.

Gerardus.

Rambaudus, ex Priore Canacubij.

Petrus de Sabrano.

Bertrandus, Carthuſianus.

Bermundus, Canonicus Gabalonenſis, ex Dominis Andoſiæ.

Radulphus. Obiit 1241.

Henricus de Secuſiâ ann.8. inde Ebredunenſis Epiſcopus, ac tandem Cardinalis Oſtienſis. Obiit 1280.

Imbertus. Obiit Lugduni dimiſſo Epiſcopatu, & habitu Dominicanorum ſuſcepto, apud Antoninum tit.23. cap. 10. §. 1.

Alanus, Pariſienſis, ann.19.

Petrus Girardi, ann.14. Obiit 1291.

Petrus Dalamanus, Ordinis Prædicatorum ann. 13. Obiit 1303.

Iacobus Gauſelini, ann. 6. 1310.

Roſtagnus. Concilio Aucnionenſi 1337.

Rainulphus de Monturico, Cardinalis 1378. Obiit 18. Cal. Septembris 1382. Ciacon. pag. 773. vbi dicitur Lemouix de genere Innocent. j 6.

Robertus de Creponâ, vel de Furno ann.30.

Mutius Gaſtinelli, Aquenſis.

Andreas de Fontana, ex Abbate Lirinenſi 1464.

Iacobus de Ponte, ann.10.

Andreas de Planeda, Pedemontanus, ann.4. Nominatur 1464.

Ioannes Eſquauardi, ex Medico.

Theobaldus de Turre, ann.6.

Laurentius Burellus, *Bureau*, Carmelita, qui Heliadem curauit in Clauſtro ſui Ordinis Lutetiæ depingendam, ex prouinciali Narbonenſi, & Confeſſario Caroli 8. & Ludouici 12. Regum Franciæ, eligitur 1494. Obiit Bleſis 1504. 5.

A Iullij, cuius corpus quieſcit apud Carmelitas Aurelianenſes, cor verò apud Diuionenſes, vbi profeſſus fuerat, indigena, de quo Trithem. Poſſeuin. Chopinus lib. 2. tit.8. num.13. Sacræ Politiæ, Gaguinus epiſt. 54. & Symphorianus Champerius de viris Illuſtribus Galliæ, vbi etiam dicitur ſcripſiſſe de claris in ſuo Ordine Viris.

Petrus Filioli, Aruernus.

Franciſcus de Hauſſon-villa, ann.8.

Claudius de Launays, ann. 5.

Michaël de Sabaudia.

Claudius de Hauſſon-villa. Obiit

B Lugduni 1531.

Albinus de Rochechoüard, filius Aymerici Domini *de Mortemar*.

Aymericus de Rochechoüard, frater Albini 1580. Abbas S. Sauini. Iacet apud Franciſcanos Pictauienſes.

Antonius de Cuppis. In Concilio Aquenſi 1585.

Toſſanus de Glandeuez, ex Dominis *de Cuges* 1612. Recipit Capucinos Monoſquæ 1609. Aprilis 15. *Glandeuez porte faſcé d'or & de gueule à 6. pieces.*

Claromontani Epiſcopi.

Clermont en Auuergne.

C CLARVS-MONS, Lupo Ferrarienſi epiſt 28 ad Ionam Aurelianenſem Epiſcopum, olim Aruernum Sidonio, & Notitiæ prouinciarum Galliæ, non longè à ruinis Gergobiæ, creditur & Auguſtonemetum, Ptolem. lib 2. c. 7. gradu long. 24. 0. latit. 45. 10. vbi dies maxima hor. 15.30. altitudo ſolis 44. 50. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 61. 40. ad 60. Qua in vrbe habitum Concilium 1095. ab Vrbano 2. Pontifice maximo, Claro- Flor. 4550.

D montanum, & Vrbanenſe dicitur, cui interfuerunt Archiepiſcopi 13. Epiſcopi 92. Abbates 205. Huius verò vrbis Eccleſia primaria Deiparæ Virgini dicata eſt, in cuius diœceſi hæ ſunt Abbatiæ:

S. Andreæ O.P. ad vrbem *S. André* Flor. 100.

S. Illidij, *S. Allire*, ad vrbem O. B. vnita Congregationi Caſalinæ. Flor. 100.

S. Gilberti Nouem-fontium O.P. *S. Gilbert de Neuf fontaines*. Flor. 150.

Vallis-honeſtæ, aliàs Ferrarienſis O.C. *Val-honeſte*. Flor. 150.

Bella-aqua, *Bellague* O.C. Flor. 200.

Montis-petroſi, *Mont peiroux* O.C. Flor. 250.

Vallis-lucidæ, aliàs de Boucheto, *Du Bouchet* O.C. Flor. 100.

Iſidorij S. Auſtremonij, *Iſſoire* O.B. Flor. 200.

Flor. 35. Cantoini, *Chantoin* O.A.

Flor. 150. S. Amabilis de Ricomago, *S. Aimable de Rion* O.A.

Flor. 200. Mauſiaci, *Mauſac* O.C.

Flor. 100. S. Symphoriani O. Cluniacenſis.

Flor. 100. De Tierno, *Du Tier* O.C.

Flor. 2000. Aureliacenſis, *Aurillac* O. B.

Flor. 4000. Caſæ-Dei, *Chaiſe-Dieu* O.B.

Flor. 521. Magni-loci, *Manlieu* O.B.

Flor. 200. De Menato O.B. *Menat.*

Flor. 333. De Ebrolio, *Ebreüil* O. B.

Bellimontis fœminarum, *Beaumont.*

Cuſſeti fœminarum, *Cuſſet.*

Bragardi, vel Brogardi, fœminarum.

Boiſſy, fœminarum.

Scalæ, *L'Eſchelle*, fœminarum.

Antiſtites autem hic dantur, ex Ioanne Sauarone Præſide Claromontenſi, viro non ſolùm de nobis, ſed de Republica litteraria benè merito. Ipſe verò in libro De Originibus Claromontanis notat fuiſſe huius vrbis Epiſcopos 86. Comites 63. Eccleſias 54. At nunc tantùm 36. in quarum primaria ſeruiunt 30. Canonici capitulantes, præter 4. dignitates, & hebdomadarios, ibique habita ſex Concilia, eamque in vrbem veniſſe Papas 5. Reges 14. Reginas 4. filios Regum 4. & filias 2. Qui & de laudibus Aruerni in Sidonium l. 4. epiſt. 21. ſed & Aruernam vſque clariſſimam, veteri tempeſtate Aquitaniæ vrbem memorat Adreualdus c. 33. de miraculis ſancti Benedicti, cuius quoque Aruerni municipij deſcriptionem edidit Papirius Maſſo 1611. Pariſiis. Qua de re quoque legendus Gregorius Turonenſis Archiepiſcopus, origine Aruernus lib. 3. c 9. vt de Aruernia regione, Ortelius in Theatro, cùm agit de Limagna Aquitaniæ primæ opima parte, ſub Archiepiſcopatu Bituricenſi, & Parlamento Pariſienſi.

1. *Auſtremonius*, item Niuernenſis 1. Martyrol. Calend. Nouembris, diſcipulus S. Petri, vt vult Baron. A.C. 46. aliis tamen diſſentientibus, à quibus in tempora Decij reiicitur A. C. 252.

2. *S. Vrbicus.* Qui ſi ſucceſſor immediatus S. Auſtremonij, vnius ex 72 Diſcipulis, nō potuit obire circa annum 312. Itaque ſatius eſt interpontificium admittere poſt obitum primorum huius Eccleſiæ, & aliarum plurium, Pontificum.

3. *S. Leogontius.* Dicatam habet ædem, ad vrbis mœnia verſus Occidentem. Meminit Greg. Turon. l. 1. c. 44. ſepultus in Eccleſia ſui nominis.

S. Allire. 4. *S. Illidius.* Quieſcit in celebri Monaſterio ſui nominis ſuburbano, vbi feſtum agitur 7. Iullij, eiuſque Archidiaconus S. Tigridius, pauſat in Eccleſia S. Andreæ. Meminit Gregor. Turon. l. 1. c. 45.

5. *S. Nepotianus*, Iſitium habuit Coadiutorē. Greg. Tur. l. 1. c. 45. 22. Octob.

6. *S. Arthemius* 24. Ianuarij, Treuirenſis patriâ.

7. *S. Venerandus.* Gregor. Turon. lib. 2. c. 13. hiſt. de Glor. Confeſſ. 35. Molanus Addit. Vſuard. 15. Cal. Februar.

8. *S. Ruſticus.* Martyrol. 24. Septemb. Greg. Tur. l. 2. c. 13. & 16.

9. *S. Namatius*, Greg. Tur. l. 2. c. 16. & 21.

10. *S. Eparchius*, Greg. lib. 2. cap. 21. Sidon. lib. 3. epiſt. 12. Obiit. 472.

11. *S. Sidonius* Apollinaris, ordinatus 472. Obiit 12. Cal. Septembris Zenone Imperatore circa ann. 486. Galtherus ſæculo 5. Chronolog. Lirinenſis, cuius opera Commentariis, & Notis inter cæteros illuſtrarunt, Ioannes Sauaro, & Iacobus Sirmundus ambo Aruerni, quibus ſi aliquid adderem, ſoli meridiano faculam accendere viderer. Miraculorum & doctrinæ gloriâ clarus dicitur in Chronico Maximi, 476. Greg. Turon. l 2. c. 22. & 23. Genebrard. c. 92.

12. *S. Aprunculus.* Obiit 491. ex Epiſcopo Lingonen. 10. ad eum extat epiſt. 48. Ruricij, &c.

13. *S. Euphraſius.* Obiit 518. Interfuit Concilio Aurelianenſi 507. cum Quintiano tunc Epiſcopo Ruthenēſi. Ei ſcribit Ruricius epiſt. 25. Meminit Gregor. Turon. lib. 2. c. 36. & lib. 3. c. 2. & in Vita Patrum. c 6.

14. *S. Apollinaris*, Ado 6. Cal. Octobr. Greg. Turon. l 3. c. 2. & de Mirac. c. 65. & de vita Patrum c. 6.

15. *S. Quintianus*, 13. Nouembris, & 14. Iunij, ex Ruthenenſi. Greg. Tur. de Vita Patr. c. 4. & l. 2. hiſt. c. 36.

16. S. *Gallus.* Legendus Baronius Annal. & Martyrol. Calendis Iullij, Galtherus ſæculo 6. Fortunatus lib. 4. c. 4. Ex quibus apparet eum interfuiſſe Concilio Aruernenſi 541. 3. 4. & 5. Aurelianenſi, & obiiſſe ætatis 65. ſedis 27. Salutis 562.

17. *Cantinus.* Obiit circa A.C. 570. Greg. Turonenſis l. 4. cap. 7. & 11. Aymoinus l. 2. c. 36.

18. *Auitus*, 20. Septembris 594. Greg. Turonenſis lib. 4. cap. 35. Fortunatus l. 4. c. 24.

19. *S. Deſideratus*, Molanus ad Vſuardum 11. Februarij. Habet Eccleſiam ſibi dicatam.

20. S. Anolus

20. *S. Auolus*; ſepultus ad ſanctum Illudium.

21. *S. Iuſtus.* Sepultus in ſancto Ilidio prope Iuſtum Archidiaconum gentilem ſuum, Sirmundus ad Sidonium l.4. epiſt.11.

22. *S. Cæſarius*, Flodoard. lib. 2. cap. 5. ad eum extat epiſtola apud ſanctum Deſiderium Cadurcenſem. Feſtum agitur Cal. Nouembis.

23. *S. Gallus* 2. Memoratur in epiſtolis ſancti Deſiderij Cadurcenſis circa A.C. 650.

24. *Progolus*, vel Prologus. Memoratur in vita ſancti Geneſij, & ſancti Præjecti.

25. *S. Geneſius*, Nouatiani, & Iouiniani hæreſes profligauit. Condidit monaſterium Mogni-loci, *Man-lieu*, feſtum agitur 3. Iunij, ſepultus in Eccleſia S. Symphoriani, quam ædificauerat, & quę nunc S. Geneſij dicitur, vbi in Epitaph. legitur ſediſſe circa A.C. 656.

27. *Carinaldus.* Sedit tantùm dies 40. ſepultus in Eccleſia S. Galli.

28. *S. Preiectus* Martyr, *S. Priet*, Sigeberto 670. 25. Ianuarij in veteri Calendario Thuano, at Proiectus Martyrologio Roman. Gondelini & Helidiæ filius. Sigebert. Contract.

29. *S. Auitus* 2. vir exterioribus ſtudiis eruditus, ſacriſque litteris, & omnibus Officiis diuinis præpotens ter quinos ferè annos magna cum alacritate Aruernam ſibi commiſſam rexit Eccleſiam, M. S. C.

30. *S. Bonitus*, *S. Bon*, vel *Bonet*; qui & Euſebius ſalutatus Epiſcopus adhuc in vtero matris Siagriæ, à Phrigione Preſbytero vitæ integritate conſpicuo, frater S. Auiti, mortuus Lugduni, vnde ad Claromontenſem ſedem elatus. De quo S. Bonito B. Petrus Damianus epiſt. 9. & 10. lib. 1. Martyrologium Romanum, & Breuiarium Bituricenſe 15. Ianuarij. Eccleſiam habet in ſua vrbe Claromontana: Biturigis, Molinis: & nonnullis Euſebius dicitur, & Præfectus Maſſiliæ prouinciæ primæ, & Pincernarum princeps in veteri Breuiario.

31. *Nordebertus.* Memoratur in vita S. Renati Andegauenſis, & in tralatione ſancti Boniti cum Godino Archiepiſcopo Lugdunenſi.

32. *Bubus.*

33. *Proculus.*

34. *Thaido.*

35. *Daibenus*, vel Dailenus.

36. *Stephanus.*

37. *Adebertus.* Conſecrauit Monaſterium Mozacenſe à Pipino inſtauratum, vbi & iacet.

38. *S. Stabilis*, Carolo Magno Rege. Obiit Cal. Ianuar.

39. *Fridigiſus*, vel Fridigiſilus Ludouico Pio imperante, ex Abbate, contra quem ſcribit Agobardus Lugdunenſis.

40. *S. Sigo*, 10. Februarij. Interfuit Concilio Sueſſionenſi Carolo Caluo regnante. Agitur eius memoria 10. Febr.

41. *Agilmarus*, fundator Prioratus minoris S. Vincentii inter Auxonam, & Dolam, in Comitatu Burgundiæ Ordinis Cluniacenſis, vniti nunc Collegio Dolano, eumque eſſe puto Agilmarum de quo Flodoardus lib. 3. cap. 24. quique interfuit Cõcilio Põtigonenſi 876. & Tricaſſino 878. & nominatur in diplomate Caroli Craſſi 882. pridiè Idus Iunii, apud Sanjulianum in Antiquitatibus Cabilonis.

42. *Ioannes.*

43. *Adalardus*, vel Amblardus. Nominatur cum Madalberto Archiepiſcopo Bituricenſi 51. A.C. 910. in teſtamento Gulelmi Aquitaniç Ducis, Cluniaci fundatoris, & l. 3. c. 5. vitæ S. Geraldi Auriliacenſis.

44. *Arnaldus.* In dotatione Monaſterij Dolenſis 920. cum Gerontio Archiepiſcopo 52. Bituricenſi. Inſtaurauit Monaſterium S. Illidij. Bernardo Abbate.

45. *Bernardus.* Conſecrauit Monaſterium Iſidorenſe, *Iſſoyre*, circa A.C. 959.

46. *Stephanus* 2. Inſtaurauit ciuitatem, incendio olim deformatam Stephano primo ſedente 951. Flodoardo. Nominatur in Archiuio matris Eccleſiæ 959. & 976.

47. *Bego* 993.

48. *Stephanus* 3. 1017.

49. *Ioannes.*

50. *Stephanus* 4. Excommunicauit Pontium Comitem, quòd vxore primâ repudiatâ, alteram contra leges connugiorum ſuperduxiſſet.

51. *Ranco*, qui & Reuco. Interfuit Concilio Lemouicenſi 1034. Aymone Archiepiſcopo Bituricenſi, & Iordano Lemouicenſi Præſule. Conſecrauit Eccleſiam Caſæ-Dei, conſtituto Abbate S. Roberto, & Aſſumptionis feſtum ſolemne fundauit. Subſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi 48. Veſuntini 1044. 8. Calend. Aprilis Ieroſolymis reuertens. Huius autem ſepulchrum 4. columnis fultum, cùm Eccleſiæ Capucinorum fundamenta iacerentur, detectum eſt his verſibus adſcriptis:

Continet hic tumulus Ranconis Præſulis artus. A
Præfuit Aruernis annis ferè bis duodenis,
Tempore & Henrici Regis ſibi ſemper amici.
Tranſiit Octobris ter quinis nempè Calendis.

Id eſt, 17. Septembris, in vetere Necrologio.

52. *Stephanus* 5. ex Præpoſito Eccleſiæ Podienſis. Eo ſedente Berengarius Vicecomes Carlaci fundat Monaſterium Montis-Saluij, vulgò *Mont-Salui*.

53. *Durandus*, vel Duranus, ex Abbate 2. Caſæ-Dei Abbatiam Mauzacenſem ſancti Hugoni Cluniacenſi B concesſit, vt eſt in bibliotheca Cluniacenſi colomna 534. ſepultus in Eccleſia S. Nicolai, ab Vrbano 2. toto Concilio aſſiſtente 1095. quod aliis generale, aliis nationale dicitur, Azor part. 2. lib. 5. c. 17. Genebrardus, Ciaconus, Baronius, Galtherus in Tabula Geographica. (Concilium Claromontanum.)

54. *Guilelmus Gaimont*, fit Monachus Lerinenſis, vt eſt in Chronologia illius Monaſterij. Ei Papa Vrbanus 2. confirmat inter cætera ius præcedendi alios Aquitaniæ primæ Epiſcopos 1097. Pontific. 10.

C

55. *Petrus Roux*. Aſtitit dedicationi Eccleſiæ S. Illidij à Paſchale 2. factæ 1106. 26. Iunij. Obiit 19. Octob.

56. *Stephanus* 6. Conſtruxit Ricomagi (*Rion*) de nouo Eccleſiam S. Amabilis, memoratur Sugerio in vita Ludouici Craſſi, & in Appendice Aymoini lib. 5. cap. 49. & in hiſtoria ipſius Sancti Amabilis.

57. *Aymericus*, ex Abbate 5. Caſæ-Dei, vir honeſtæ vitæ, & defenſor Eccleſiæ illuſtris, Sugerio in Ludouico Craſſo, in ſacro Philippi Regis 1129. Remis die Paſchæ 14. Aprilis. Ei ſcribit D Hildebertus epiſt. 55. Hunc verò, vel ſequentem reprehendit Petrus Venerabilis ſcribens Eugenio 3. epiſt. incipiente: *Quoniam Apoſtolica*. Videtur porrò hic collocandus Guilelmus de Baffia, ex Commentariis Eccleſiæ Podienſis. At ei ſcribens Hilbebertus reprehendit conſuetudinem qua Præbendæ reddebantur hæreditariæ. Obiit 18. Aprilis pius, prudens, pudicus, & ſummæ Virginis cultor.

58. *Stephanus* 7. *de Mercueil*. Suſcepit Papam Alexandrum 3. 1165. moritur 1169. 26. Ianuarij. Ad eum extat eiuſdem Alexandri reſcriptum cap. 5. in litteris *De Raptoribus*, vbi ſancitur incendiarium Eccleſiæ in morte pœnitentem, & abſolutũ in cœmiterio ſepeliri poſſe, & hæredes compelli ad ſatisfaciendum pro defuncti facultate. Vide Tolet. l. 1. cap. 35.

59. *Pontius*, ex Abbate Grandiſiluæ, & Claræuallenſi 5. vt eſt in Exor. Ciſter. lib. 2. creatus 1170. Baronio. Nominatur 1173. in Inſtrumento Siluiniacenſi: & 1174. in Charta S. Martini Turonenſis, & 1175. cum Aymardo ſancti Illidij Abbate. Extat eius epiſtola ad Mauricium Epiſcopum 70. Pariſienſem, quæ eſt tertia apud Stephanum Tornacenſem. Ei dicat Commentarios in Cantica Thomas Ciſtercienſis, apud Vionem l. 1. c. 48. de quo plura *Henriquez* in Faſciculo Sanct. Ciſtercii l. 2. diſt 6. Obiit 2. Aprilis 1189.

60. *Gilbertus*. Ei ſcribitur à Clemente 3. c. 4. de Electione in 2. collect. & c. 2. *Quæſiuit*, de his, quæ fiunt à maiore parte Capituli, quod eſt Cæleſtini 3. in 2. Collectione, & refertur à Gregorio c. 2. eodem. Obiit 25. Auguſti.

61. *Robertus* de Turre, ex Decano Æduenſi, in cuius iuuentute virtutum plura floruerunt dona, cum incremento maiora futura, vt eſt in Chartulario Bituricenſi, vbi eius electionem confirmat Henricus Archiepiſcopus Bituricenſis 67. A. C. 1195. Conſecrauit Abbatiam *Du Bouchet* fundatam à Patre Roberto 1197. & interfuit expeditioni Albigenſi 1209. apud Petrum de Vallibus c. 84. & 1217. *Catel.* Ei verò reſcribit Innocentius 3. c. 10. De Sepulturis, poſteà Lugdunenſis 81. 1227. (*La Tour d'Auuergne porte ſeme de France à la tour d'argent maſſonnée de ſable.*)

62. *Hugo* de Turre, eligitur 1227. Fundauit Claromonte Franciſcanos. Obiit 22. Decembris, poſt ſedem ann. 22. 1229. vltra mare in exercitu S. Ludouici, cuius tempore 1229. conſecratur Eccleſia Franciſcanorum Montis-Ferrandi 9. Iunii, à Thoma Epiſcopo Aſcalonita, quod parùm exactè ad Robertum ſuperiorem refertur à Foderæo in deſcriptione prouinciæ Lugdunenſis Franciſcanorum. (Franciſcani Claromõte.) (Franciſcani Montis-Ferrandi.)

63. *Guido* de Turre, Ordinis Dominicanorum electus ann. 18. ætatis, aut ſaltem commendatus à Rege S. Ludouico 1250. cõfirmatur à Philippo Bituricenſi, qua de re ſcripſit ad Blancham Reginam. Recenſetur in Chartulario Bituricenſi 1163. Dedit Pallium Guidoni Archiepiſcopo Bituricenſi 73. nomine Ioannis Papæ in Eccleſia Sancti Vincentii 1276. pridiè Idus Ianuarias, vt eſt in eodem Chartulario, vocaturque conſanguineus

conſanguineus à Ioanne de Soliaco A
Archiepiſcopo 72. Bituricenſi 1284.
Fuerat etiam poſtulatus in Lugdunen-
ſem Archiepiſcopum, ſed non admiſſus
fuit à Clemente 4. vt eſt in epiſtola 491.
ipſius Clementis data Viterbii anno 3.
Pontificatus 15. Calend. Febr. vbi hunc
Epiſcopum Claromontanum ſic allo-
quitur: *Tene igitur in omni patientia locum
tuum, ne à nobis reputes te deſpectum quem ex
toto orbe diligimus, & hoc ipſum ad amoris
ſpecialis indicium in theſauro cordis tui conſi-
gnes quod tā ſalubriter famæ tuæ prouidimus,
& iuſtitiæ tuæ non detraximus, & noſtræ ſatis-
fecimus honeſtati.* Obiit 1285. relinquens B
teſtamenti executorem fratrem ſuum
Lugduni Seneſchallum, quo teſtamen-
to inter alia legauit Eccleſiæ Cathedrali
caſtrum de *Aulnat*.

64. *Aymarus de Croz*, conſecratus Can-
telæ à Simone Archiepiſcopo Bituri-
cenſi 74. Dominicâ ante Natiuitatem
Domini 1286. Eiuſdem gentis Petrus
Archiepiſcopus Bituricenſis 81. Guilel-
mus Nemauſenſis, Petrus Cardinalis
1356. Ioannes Cardinalis Epiſcopus Prę-
neſtinus confirmator ſtatutorum Colle-
gij Cameracenſis Pariſiis 1379. 9. Iulij
mortuus Auenione 1383. 11. Calend. C
Decembris. Nominatur præterea Ay-
marus in contractu quo Imbertus Bel-
lojocenſis vendit Philippo Pulchro Co-
mitatum Montisferrandi die lunæ poſt
feſtum SS. Simonis & Iudæ 1291. ſtatu-
ta condit 1296. Obiit 17. Octob.

65. *Ioannes Aycellin*, electus die Paſ-
chæ 1294. Roberto 6. Comite. Obiit
4. Martij.

66. *Petrus du Croc*, Creatus 3. Februa-
rii 1302. Obiit 25. Sept. 1307.

67. *Aubertus Aycellin* 1307. nepos Gui-
lelmi Archiepiſcopi Narbonenſis, dici-
tur & Albertus, & Arbertus. Eleuat cor-
pus S. Illidii 9. Decemb. 1311. Guidone D
Carmelitę. Scoto Abbate. Inducit Carmelitas in
vrbem. Obiit 1328.

68. *Arnaldus de Cumengha*, ex Epiſcopo
Lombarienſi. Huc transfertur 18. Feb.
1329.

69. *Raymundus Deſprez* 1338. Obiit
Cal. Aprilis 1340.

Innocentius P. 6. 70. *Stephanus* Aubertus, vel Alberti
1342. ex Epiſcopo Nouiomenſi 69. po-
ſteà Cameracenſis Epiſcopus 1348. &
Cardinalis Oſtienſis, ac tandem Papâ
Innocentius 6. Vide Nomenclaturam
Cardinalium, & Andream Quercetа-
num in hiſtoriâ Summorum Pontifi-
cum. Habuit in hac diœceſi Vicarium,
& Officialem Guilelmum Grimoardi,
poſteà Papam Vrbanum 5.

71. *Petrus* Andreæ, ex Nouiomenſi
70. fit Claromontanus 13 2. poſteà Ca-
meracenſis 60. Malè Demochares Ro-
tomagenſem facit. Obiit 7. Septemb.
1348. Maſſæus l. 13. Chron.

72. *Petrus* de Agrifolio *d'Arcfueille*,
1348. poſteà Epiſcopus Vcetienſis, &
Mimatenſis, ac Vabrenſis 4.

73. *Ioannes* de Merloto *de Mellou*, vel
Merlou, ex Epiſcopo 58. Cabilonenſi
1357. Locumtenens Generalis Ioannis
Franciæ, Ducis Biturigum, & Aruerno-
rum 1374. Beraldo Comite Claromon-
tano, Delphino Aruerniæ. Subſcribit
teſtamento Guidonis Bolonienſis Car- Guido de Bolonia.
dinalis Epiſcopi Portuenſis, & S. Ruf-
finæ, Legati in Hiſpania, ſepulti in Ab-
batia Boiſcheti 1372.

74. *Henricus de la Tour*, electus 25.
Maij 1376. Memoratur à Froiſſardo vol.
3. 1390. cum Roberto de Bethunia, Vi-
cecomite Meldenſi, Carolo 5. Rege.
Fundat ſolemniter feſtum S. Laurentii.
Obiit 7. Maii 1415.

75. *Martinus Gouge*, cognomento *de
Charpaignes*, ex Epiſcopo Carnotenſi
89. Patruus Guilelmi Epiſcopi 82. Pi-
ctauienſis, Cancellarius Ioannis Bituri-
gum, & Arvernorum Ducis. Ædifica-
uit pulpitum Eccleſiæ Cathedralis, &
memoratur ab Vrſino in hiſtoriâ Caroli
6. de quo ſcriptum eſt in Calendario S.
Vrſini Bituricenſis, quòd fuerit dudum
Cancellarius Franciæ, parochianus ori-
ginarius eiuſdem Eccleſiæ S. Vrſini, qui
tamen deeſt apud Feronem in Catalogo
Cancellariorum Franciæ. Alanus verò
Quadrigarius *Chartier*, ait hunc pręfuiſſe
negotiis ſtatus ſub Carolo 7. 1437. Quo
ſedente condũtur Clariſſæ Aquis-ſpar- Clariſſæ Aquis-ſparſis.
ſis 1423. 4. Nouembris. Obiit autem 25.
Nouembris 1444. vt habet eius Epita-
phium in Cathedrali, laminâ æneâ.

76. *Iacobus* de Combornio *Combor*, ex
Canonico Lugdunenſi 1444. Columnas
æreas ad maius Altare fecit. Cuius tem-
pore 1464. Franciſcanorum Conuen- Franciſcani Caſteldun. 1464.
tus conditur Caſtelduni à Philippo de
Viennâ, & Petronilla *de Chaſeron* eius
vxore. Iacet in Cathedrali, mortuus 15.
Februarii.

77. *Carolus* Borbonius, Canonicus &
præcentor Lugdunenſis, Cardinalis S.
Martini in Montibus, Archiepiſcopus
Lugdunenſis 102. Adipiſcitur poſſeſ-
ſionem huius Eccleſiæ Claromontanæ
1476. 10. Martii per procuratorem Gil-
bertum *Dinet* Officialem, eique præfuit
ann. 13. Suffraganeum habuit Bertran-

dum Epiſcopum Bethleem, qui dedicauit Eccleſiam Franciſcanorum Vicicomitis 3. Octobris 1484. fundatam à Bertrando Comite Arverniæ, & Ludouicâ Trimolliâ coniugibus.

78. *Carolus* 2. Borbonius, filius Reginaldi, poſteà Archiepiſcopi Narbonienſis, qui antequam ſacris initiatus eſſet hunc Carolum genuerat, conſecratur 1488. vltimâ Februarii. Obiit 24. Septembris 1504. ætatis 43. egregius benefactor Eccleſiæ.

79. *Iacobus d'Amboiſe*, ex Abbate S. Illidij, & Cluniaci 42. eligitur 15. Martii 1515. *Vion* l. 2. c. 39. plumbo maiorem Baſilicam texit, eique multa contulit.

80. *Thomas du Prat* conſecratus Avarici Biturigum 19. Aprilis 1517. Obiit Mutinæ in Italia 1528. 19. Nouembris, inſignis iuris vtriuſque, & Theologiæ Doctor, amator pauperum, & literatorum, adulatorum hoſtis acerrimus, fontes in vrbem induxit.

81. *Gulielmus du Prat* Antonij Cardinalis, Cancellarij, & Archiepiſcopi Senonenſis filius legitimus, Thomæ ſuperioris nepos, 16. Februarij, eligitur 1528. ſed malè hic legitur Antonius apud Democharem. Vide Nicolaum Orlandinum hiſt. Societatis Ieſu l. 6. n. 30. l. 9. n. 55. & l. 15. n. 63. vbi de Collegiis tribus S. I. à Guilelmo fundatis, & Ludouicum Donium, in Chronol. Minorum, cùm de Conuentu (*de Beau-regard*) per eumdem Guilelmum inſtructo ſermonem habet. Et profectò præ oculis Præſuli noſtro obuerſabatur, ad curam Epiſcopi pertinere, vt certis locis præceptores conſtituantur, qui iuuentutem doceãt. C. De quibuſdam diſt. 37. Lege etiam Patrem Hilarionem *de Coſte* eiuſdem Ordinis Minimorum in Elogiis virorum illuſtrium.

82. *Bernardus Saluiati*, filius Iacobi, & Lucretiæ Medicæ, ex Epiſcopo S. Papuli, poſteà Cardinalis fit Epiſcopus Claromontanus mẽſe Maio 1561. Obiit Romæ 1568. die 5. Maij. Videndus Petramellarius, & Ciaconus.

Sennetaire porte d'azur à 5. fuſees d'argent en faſce.

83. *Antonius* de S. Nectario *S. Nectaire*, vulgò *Sennetaire*, inſtituitur 21. Nouembris 1570. Intereſt Comitiis Bleſenſibus 1577. Fuerat Vicarius generalis Bernardi præceſſoris.

84. *Franciſcus* Rupifucaldius *de la Rochefoucauld*, filius Caroli Comitis primi Randani, militiæ pedeſtris in Galliâ Magiſtri (*Colomnel de l'Infanterie*) ex Fulviâ Picâ Mirandulanâ, Abbas Tornuſianus, poſſeſſionem adeptus huius Eccleſiæ 1585. 7. Octobris. Ei dicat Ioannès Sauaro libros duos de Eccleſiis Claromontanis, & Iacobus Sirmundus Notas in Sidonium Apollinarem. At de Franciſci nobilitate, doctrinâ, & pietate alij plures plura. Is poſteà Epiſcopus Siluanectenſis, & Cardinalis, magnus Franciæ Eleëmoſynarius, atque Abbas S. Genoueſæ Pariſienſis, necnon Regis in ſanctiore Conſiſtorio primus Conſiliarius.

85. *Antonius Roze*, ex Epiſcopo Siluanectenſi 77. 23. Iulij 1610. Obiit Aureliæ 31. Ianuarij 1614.

86. *Ioachimus* de Stamno, vel de Stanno *d'Eſtain*, 3. Aprilis 1615. ex Comite Canonico Lugdunenſi. Eiuſdem gentis Petrus electus Podienſis 52. acceptare noluit, ſuo Archidiaconatu Ruthenenſi contentus, & Ioannes *de Murol* Gebenenſis Epiſcopus, & B. Franciſcus de Stanno Epiſcopus Ruthenenſis, ac Petrus Epiſcopus 80. Bituricenſis. Item Guilelmus Hugonis *d'Eſtain* Cardinalis Abbas S. Vitoni Virdunenſis, Archidiaconus Metenſis, & Virdunenſis, mortuus Romæ 5. Cal. Nouemb. 1455. ſepultus in ſuo titulo S. Sabinæ.

D'Eſtain porte de France, au chef de gueule.

Cæterùm in manu Ioachimi, quaſi alterius Zorobabelis vident omnes lapidem Stamneum, hoc eſt, Architectum operi diligenter, & ſedulò inſtantem, & cuncta ad perpendiculum & amuſſim dirigentem agnoſcunt.

Zachar. 4. v. 10.

Condomenſes Epiſcopi.

Condom.

CONDOMIVM *Condom*, gradu longitudinis 21. 0, latit. 44. 10. vbi dies maxima hor. 15. 20. altitudo ſolis 45. 50. vmbra æquinoctialis meridiana 58. ad 60. in Archiepiſcopatu, & Parlamento Burdegalenſi, nouus Epiſcopatus ab Agenenſi auulſus, per Ioannem 22. ex Abbatiâ S. Petri Ordinis Benedictini ſæcularizatâ 1548. Ea verò fundata olim fuit ab Algaſio Aquitaniæ Duce, & Iſamburge matre, & Agnete ipſius vxore. Quâ de vrbe Scipio *Dupleix* in Clothario 3. vbi Condomium, quaſi Condominium notat dictum, & in eâ eſſe 6. Eccleſias Parrochiales cum 5. Monaſteriis à Nouatoribus, præter Cathedralem euerſas. Illic tamen perperàm errore fortaſſis librarij, notatur annus 1335. erectionis Epiſcopatus à Ioanne 22. iam anno ſuperiore demortuo, cuius Præſules

Flor. 1. c. 2.

ſules hi tantum à nobis reperti.

Guilelmus de Teſtâ Cardinalis, apud Amalricum in actis PP. Rom.

Bernardus, vel Berardus, ſepultus ad Carthuſianos Pariſienſes 9. Martij.

Ioannes Maire, edidit Enchiridion Sacerdotale, apud Aſcentium Pariſiis.

Robertus de Gontaut.

Carolus de Piſſeleu, celebratur à Petro Ronſardo in Pœmatibus.

.... *de Monluc*, filius Blaſij Mareſcali Franciæ.

Ioannes du Chemin, quo Præſule fundantur Capucini 1611.

Antonius de Cous, ex Coadiutore Epiſcopo Aurienſi 1614. cuius ſollicitudine Eccleſia Cathedralis inſtaurata fuit, vt notat Scipio *Dupleix* indigena, vir ſummæ fidei, & diligentiæ in hiſtoriâ conſcribendâ. Eſt verò Aurienſis Epiſcopatus in Mauritaniâ, apud Gomeſium l. 5. vitæ Ximenij: Alius ab Aurienſi ad Minium Fluuium, olim Bracarenſem, nunc Compoſtellanum Metropolitam agnoſcente, vulgò Orenſa.

Scipio Dupleix.

Conſeranenſes Epiſcopi.

Couzerans.

Flor. 1000.

CONSVRANORVM ciuitas in Nouempopulaniâ, ſeu Vaſconiâ, ſub Archiepiſcopatu Auſcenſi, & in Toloſano Parlamento, ad Lagieram fluuium, ſiue Aurigeram 21. 15. 42. 30. altitudine ſolis 47. 30. In quâ diœceſi tres ſunt Conuentus Religioſorum, vnus Dominicanorum, alter Franciſcanorum, tertius Capucinorum præter Abbatiam *Combæ-longæ* O. P.
Flor. 460. Epiſcopi autem hi fuerunt inuenti.

S. Valerius, apud Greg. Turonenſem c. 84. de Glor. Confeſſ. Molanum additionibus Vſuardi 5. Iulij.

Theodorus, conſtruxit Eccleſiam S. Valerij, idem Gregorius Turonenſis ibidem.

S. Licerius S. Fauſti Epiſcopi Tarbenſis diſcipulus, tempore S. Quintiani Epiſcopi Rutenenſis, vulgò *S. Licart*, vel *S. Lizier*, qui Glycerius in Concilio Agathenſi A.C. 506. malè nonnullis S. Leodegarius *S. Liger*, Patronus Eccleſiæ Cathedralis, cuius feſtum agitur 7. Auguſti, qui nomen dat vrbi Epiſcopalis ſedis, quique Prioratum habet Ordinis Benedictini in diœceſi propria, & alterum in Tarbenſi. At Canonici S. Licerij memorantur c. 30. de electione, ſuntque illi capitulantes duodecim, & 18. præbendati.

A

Rogerius 887.

Bernardus Concilio Toloſano 1056. Baronio n. 16. & Binio.

Petrus 1120. reſtitit Bernardo Conuenarum Comiti inuadenti Eccleſiæ Conſeranenſis bona.

Auguſtinus 1188. Obiit 1190.

Arnaldus 1190.

Laurentius 1195.

Nauarrus, cum Fulcone Toloſano contra Albigenſes, apud Petrũ de Vallibus c. 9. circa A. C. 1212.

B

Nicolaus 1220.

Conradus.

Raymundus 1226.

Cerebrunus Goates 1241.

Nicolaus 1246.

Raymundus Reſtoilh 1270.

Petrus 1272.

Raymundus de Soboles. Obiit 1275.

Raymundus 1277.

Auguſtinus 1279.

Rogerius 1280. ex Comitibus Conuenarum.

Iordanus.

Eugerius de Monte-falcone. Obiit 1303.

C

Bernardus de Monte-acuto. Obiit 1309.

Arnaldus Fredeti Ordinis Prædicatorum 1326.

Raymundus 1336.

Antonius de Alpello 1340.

Guilelmus 1343.

Canhardus. Obiit 1358.

Pontius de Villa-muro. Obiit 1360.

Berengarius. Obiit 1362. 16. Calend. Nouembris.

Amelius 1372.

Raymundus de Rauato. Obiit 1398. Idibus Aprilis.

D

Sicardus de Burgairolis. Obiit 1412. 19. Iulij.

Vuilelmus Raol. Obiit 5. Idus Octobris.

Ioannes Iuuenis Picardus, Cardinalis 1439.

Andreas. In Concilio Florentino 1439.

Guiſchardus de Albuconio 1467.

Ioannes de Aulâ, Comes ſtudiorum Petri poſteà Cardinalis Fuxij: Coronat Pampelone 1494. die Dominicâ 10. Ianuarij Ioannem, & Catharinam Reges Nauarræ abſente Epiſcopo Pampelonenſi, præſentibus Ioanne de Barreriâ Baionenſi, & Bertrando de Boyriâ Aquenſi Epiſcopis.

Triſtanus de Aurâ 1509.

Carolus de Gramonte 1515. & 1518.

Gabriel 1524.

Manaldus de Bonâ-domo 1524. . . . . . .

Manaldus de Martorio 1528. quo anno eius Vicarius Chorum reformat. Obiit 1548.

Hector d'Oſſun 1567. Obiit 21. Septembris.

Franciſcus Bonardus Minorita Pedemontanus, Prædicator egregius, apud Rodulphium l. 2. hiſt. Seraphic. 1581. & 1583.

Hieronymus de Linguâ 1596. Minorita Pedemontanus 1612.

Octauius de Belle-garde Abbas S. Germani Autiſſiodorenſis, tranſlatus ad Archiepiſcopatum Senonenſem 1623. Eo ſedente Capucini conduntur.

Bruno Ruade, ex ſolitudine religioſâ Vallis-viridis, *Vauuert*, Carthuſianorum Pariſiis, euocatus ad ſolicitudinem Paſtoralem inſtante Rege Ludouico 13. & conſentiente, ſeu mauis iubente Ordinis ſui Generali, conſecratur 1624. Dominicâ 10. Martij, ab Octauio ſuo prædeceſſore Senonenſe Archiepiſcopo Pariſiis. Eius verò doctrina, & pietas ſingularis, ingenium rerum magnarum capax, & edecumata virtus, ac magna nominis gloria, cum plenâ integritatis con- (S. Auguſt. epiſt. 81. S. Gregor. epiſt. 4. l. 6 & epiſt. 31. l. 1. Sanctus Aug. l. 19 Ciuit. c. 19. S. Bernardus in Apologiâ.) uerſatione, multa, eaque ſumma Eccleſiæ pollicentur, cùm nec elatione auidâ ſuſceperit, nec deſidia blandiente reſpuerit, onus impoſitum, difficultatem neceſſitatis Eccleſiæ, otij amœnitati meritò anteponens: nam qui valens Dei oues paſcere renuit, oſtendit ſe ſummum Paſtorem non amare. Itaque nec ad appetendum locum procax inſiſtere, nec ad repellendum contumax inueniri debet. Quia Dei otium ſanctum quærit charitas veritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: & væ illi qui præeſt, & non prodeſt, ſed væ grauius, ſi dum præeſſe metuit, prodeſſe refugit. Quâ de re aliàs in Abbatibus Claræuallis. Nec ſilendum nos beneficio huius Præſulis plurium Epiſcoporum hîc inſertorum nomina ab Eccleſiâ Conſeranenſi accepiſſe. Legendus Franciſcus Harlæus Rotomagenſis Archiepiſc. in Apologia Euangelij, pag. 275.

A

Conſtantienſes Epiſcopi in Normania. (*Coutance en Normandie.*)

CONSTANTIA, ſeu Caſtra Conſtantia, in Archiepiſcopatu, & Parlamento Rotomagenſi in Normaniæ Ducatu, gradu longit. 19. 0. 49. 0. vbi altitudo ſolis 41. 0. dies maxima hor. 16. 0. 8. vmbra æquinoctialis 69. 10. ſub Duce tractus Armoricani, in Notitiâ Imperij, & Ammiano Marcellino, ac Roberto Cœnali, cuius Eccleſia Patronam habet B. Virginem Deiparam, & in diœceſi Parrochiæ numerantur 319. & regnum de *Tuetot*, Abbatiæ autem, Flor. 2500. *Tuetot.*

S. Seueri O. B. *S. Seuer.* Flor. 500.

S. Mariæ de Voto O. A. *du Veu.* Flor. 500.

S. Saluatoris O. B. *S. Sauueur le Viconte.* Flor. 250.

S. Trinitatis de Exaquio O. B. *l'Eſſay.* Flor. 600.

S. Laudi O. A. *S. Lo.* Flor. 300.

Montis-burgi O. B. *Monte-bourg.* Flor. 600.

S. Mariæ de Ambeiâ O. B. *Ambie.* Flor. 72.

S. Nicolai de Blancâ-landâ O. P. *Blanche-lande.* Flor. 200.

Iſoria O. A. Flor. 100.

C Cæſaris-burgi, vel Cariburgi O. A. *Cherbourg.*

Hamerienſis *Hamery.*

Præſules autem hoc ordine ſequuntur.

1. *S. Ereptiolus.*
2. *S. Exuperantius*, vel Exſuperatus.
3. *Leonatus.*
4. *S. Poſſeſſor.*
5. *S. Laudus*, conſecratus à S. Gildardo Rotomagenſi Archiepiſcopo, tantùm duodennis, vulgò *S. Lo*, cuius feſtum notatur 21. Septembris, & corpus nunc veneratur Rotomagi. Obiit anno ætatis 58. Epiſcopatus 46. Crederem libenter hunc eumdem eſſe cum Lautone num. 10. & non eſſe hic ſuo ordine benè poſitum.
6. *S. Rumpharius*, P. Hermolai, & Delphinæ filius 19. Nouembris, natione Anglus, ſeu Britannus.
7. *S. Leo.*
8. *S. Leontius*, vel Leontianus. In Concilio 1. Aurelianenſi 507. cum S. Gildardo metropolite ſuo.
9. *S. Vrſicinus*, vel Vrſinus.
10. *Lauto*, vel Laudo, vel Laudus (qui fortè idem cum S. Laudo ſuperiore) interfuit Concilio 2. & 3. Aurelianenſi A. C. 536. & 540. & in exequiis S. Marculfi. Eſt & Lauto eiuſdem nominis EpiſcopusConſtantienſis ad Rhenum,

num, niſi fortè fuerint à Demochare confuſi.
11. *S. Vlphobertus.*
12. *Lupicius.*
13. *Nepus.* Circa quæ tempora inuenio in Concilio Cabilonenſi Cratibonum Epiſcopum Conſtantinenſem.
14. *Macharius*, vel Romacarius. Sepeliuit S. Prętextatum Archiepiſcopum Rotomagenſem, apud Gregor. Turonenſem l. 8. c. 31.
15. *Huldericus.*
16. *Vualdomarus*, vel Baldomerus In priuilegio S. Landerici Epiſcopi Pariſienſis, pro Dionyſianis.
17. *Trabus*, vel Trahus, fortè Strabus.
18. *Roimundus.*
19. *Salomon.*
20. *Agathius*, vel Agatheus.
21. *Liuinus*, vel Liuinius.
22. *Vuifridus*, vel Hucfridus.
23. *Aldebertus.*
24. *Ioſue.*
25. *Leontius.*
26. *Angulo.*
27. *Hubertus.*
28. *Vilardus.*
29. *Herluinus*, vel Erloinus. In Concilio Vermeriæ 853. & Tullenſi 859.
30. *Sigenandus.* in Concilio Pontigonenſi 876.
31. *Liſta.*
32. *Ragenardus.*
33. *Helleboldus*, vel Herlebaldus.
34. *Agebertus.*
35. *Theodoricus.* Tranſtulit Reliquias S. Laudi Rotomagum tempore Rolonis Normanorum Ducis, ſub annum 911.
36. *Herbertus*, vel Herberius.
37. *Hugo.*
38. *Algerundus.*
39. *Robertus.* Qui in Codice Thuano poſtponitur Hugoni, & Algerondo pręponitur, in Concil. Sueſſionenſi 866.
40. *Giſlebertus.*
41. *Gofridu*, vel Iofridus, cognomento bonus in Concilio Remenſi 1049. dedicauit Calend. Iulij Eccleſiam maiorem Gemeticenſem, quam inſtaurauerat 1057. Intereſt etiam funeri Guilelmi Ducis 1087. Subſcripſit fundationi Ginæcij S. Triados Cadomenſis. *La Trinité de Caen.*
42. *Rodulfus.*
43. *Rogerius.* Ei ſcripſit S. Bernardus epiſt. 296. contra Arnaldũ Brixienſem, de quo Arnaldo conſulendus Iacobus Gautherius in Tabulis Chronographicis ſæculo 12. ex Baron. 1139. & 1140.
44. *Richardus* 1157. nominatur cum Petro venerabili Abbate Cluniaci, & Roberto Venatore. *Le Veneur.*
45. *Algarus* Poſuit Canonicos Regulares in Eccleſiâ S. Laudi Conſtantiæ: intereſt tralationi Reliquiarum S. Dionyſij cum Rege Ludouico 7. Eius Epitaphium legitur apud Arnulphum Lexouienſem, vnde apparet eum obiiſſe in feſto S. Martini 11. Nouembris.
46. *Richardus.* Nominatur 1157. in Chartulario Montis-burgi 1157. Obiit 1159.
47. *Guilelmus*, ex Decano Baiocenſi 1182. ſupplemen. Sigeberti. Nominatur 1187. in Chartulario Montis-burgi.
48. *Vuiuianus.*
49. *Hugo.* Fundator domus Dei in vrbe. Intereſt 1223. exſequiis Philippi Auguſti, Rigordo, & nominatur 1217. & 1232. & 1238. in Chartulario Montisburgi.
50. *Gillanus* de Cadomo, fortè Guilelmus Minorita, qui abnegat certos errores tom. 4. Biblioth. Patrum, editionis 4.
51. *Ioannes* de Eſſeio 1250. & 1262.
52. *Fr. Euſtachius* 1284. Obiit menſe Aprili.
53. *Robertus* Haricurianus. Nominatur in Conſilio Regis 1296. menſe Ianuario, & 1306. in Chartâ S. Capellæ Pariſienſis. Fuit benefactor Collegij ſui nominis Pariſiis 1311. fratrem habuit Radulphum Archidiaconum Conſtantienſem, eiuſdem Collegij primum auctorem: ex eadem gente Ludouicus 72. Archiepiſcopus Rotomagenſis, & Ioannes 56. Ambianenſis. *Harcour porte de gueule à 2. faces d'or.*
54. *Guilelmus* de Tres-villâ.
55. *Ludouicus de Quercy.*
56. *Silueſter de Ceruelle.*
57. *Nicolaus de Tolon*, poſteà Æduenſis 73.
58. *Guilelmus* Crepicordius, *Creuecœur*, in tralatione S. Ludouici 1392.
59. *Ægidius* Campenſis, vel de Campis Theologus Pariſienſis, Confeſſarius Caroli 6. Regis, factus Cardinalis 1411. Bzouius, Ciaconus, Onuphrius 8. Idus Iulij à Ioanne 23. Romæ.
60. *Ioannes* Marlæus *de Merle*, filius Henrici Franciæ Cancellarij.
61. *Pandulphus.*
62. *Philibertus* de Monte-Iocoſo, die veneris 14. Decembris 1431. Miſſam de Spiritu ſancto in principio Concilii Baſilienſis celebrat, & in eadem poſteà ſermonem habet.
63. *Ægidius* de Durâ-morte.
64. *Ioannes* Caſtilhoneus, Mediolanenſis, Epiſcopus Papienſis, & Cardina-

lis à Pio 2. titulo S. Clementis 16. Calend. Ianuarij 1456.

65. *Richardus* Oliuarius de Augo vnus, ex recognitoribus proceſſus Ioannæ Puellæ Aurelianenſis, ex Præſide Cameræ Computorum, & Archidiacono Rotomagenſi, creatur Cardinalis à Calixto 3. 16. Calend. Ianuarij 1456. Onuph. & Ciacono. Obiit in ſuâ legatione Peruſij Epiſcopus Portuenſis, & Archipreſbyter S. Petri 15. Calend. Septembris 1470. Normanus inter ſuos admodum celebris, cui olim Carolus Francorum Rex, iuſtitiæ adminiſtrandæ, & regendi Conſilij primum conceſſerat locum. Sacerdos in dicendâ ſententiâ liber, & in propoſito conſtans, vt ait Iacobus Cardinalis Papienſis l. 2. Commentar. qui eidem Richardo ſcripſit epiſtolam 55. & 97. Vide epiſt. 378. & 379. Æneæ Siluij.

66. *Benedictus* de Monte-ferrando.

67. *Iulianus* poſteà Papa Iulius 2.

68. *Gofridus* Primo-præſes Parlamenti Rotomagenſis 1499. cognomento *Hebert* Pariſienſis. *Hebert.*

69. *Adrianus Gouffier* Cardinalis de *Boiſy*, poſteà Albienſis Epiſcopus, Legatus in Franciâ 1520. S. Nicolai Andegauenſis Abbas, Arcturi Aulæ Franciçæ Magiſtri frater. Obiit menſe Nouembri 1523. Legi Petrum *Gouffier* Abbatẽ Sandionyſianũ fuiſſe Epiſcopum Conſtantienſem. Quo tempore declarauit Iſabellam Franciæ S. Ludouici ſororem eſſe beatam, ex mandato Leonis 10. Itaque hic foret reponendus ſi fuit conſecratus, fratris ſui Adriani ſucceſſor. *Gouffier porte d'or à 3. iumelles de ſable.*

70. *Bernardinus* de Diuitiis, vel de Vnciis Cardinalis.

71. *Florentius* Cardinalis S. Mariæ.

72. *Renatus* de Breſchiâ Benedictinus electus 1518. Obiit 1530. *Vton.* Vide Abbates Benignianos n. 87. *De Breſche de la Tremouille.*

73. *Philippus* Coſſæus *de Coſſey*, eiuſdem Ordinis 1530. *Vton.* Et ſcribit Salomon Macrinus l. 2. c. 2. obiit 1540. Fuit quoque magnus Franciæ Eleëmoſynarius, Theobaldi filius & Felicę de Charno apud Sanjulianum. *Coſſey porte de ſable à 3. faces denchees d'or.*

74. *Paganus d'Hectot*, vel *d'Eſquetot*. *D'Hectot.*

75. *Stephanus Martel* 1559.

76. *Artus*, vel Arturus Coſſæus *de Coſſey*, filius Caroli Mareſchalli *de Briſſac*, Eleëmoſynarius Franciſci Andium Ducis, cui aderat in tumultu Antuerpienſi 1583.

77. *Nicolaus de Briroyr* cõſecratus 1597. Dominicâ 7. Decembris, in Eccleſiâ S. Germani Pratenſis, ab Epiſcopis Ambianenſi, Dinienſi, & Bellouacenſi, edidit Breuiarium correctius 1601. Obiit 22. Martij 1620. ætatis 70.

78. *Guilelmus* Blancus *le Blanc.* Obiit 1621. menſe Octobri, nondum conſecratus.

79. *Nicolaus Bourgoin* Theologus conſecratur apud Mathurinos Pariſien. die Dominicâ 9. Iulij 1623. ab Archiepiſc. Rotomagenſi, aſſiſtentibus Baionenſi, & Tarſenſi, coadiutore Arbricenſi Epiſcopis. Obiit 1625.

80. ...... *de Matignon* Caroli, & Leonoræ Aurelianenſis filius. *Matignon porte d'argit au lion de gueule armé, lampaßé, & couronné d'or.*

Conſtantienſes Epiſcopi.
Ad Renum.

Qui & primùm Vindoniſſenſes.

CONSTANTIA, Ganodurum Harudum Ptolemæo (vt vult Ortelius) l. 2. c. 8. & Tabulâ 3. à Conſtantio Conſtantini Magni Patre, vel filio ſic dicta, ad Ripam Reni ſiniſtram, quâ Heluetios reſpicit, gradu lõgitud. 31. 0. latit. 47. 30. Clauio, inter lacum Venetum, & Acronium, vel Brigantinum, vbi dies maxima horarum 15. 46. 44. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 65. 9. ad gnomonem 60. in altitudine ſolis 42. 30. in cuius vrbis Eccleſiam primariam S. Stephano dicatam tralatus fuit Epiſcopatus Vindoniſſâ, ad Arolæ Fluuij ripam ſiniſtram, Ortelio in Galliâ Strabonis circa A. C. 597. Quæ quidem Vindoniſſa reponitur in Prouinciâ maximâ Sequanorũ ab auctore Notitiæ Prouinciarum, cùm nunc ſub Moguntino Archiepiſcop. Germaniæ primæ reperiatur Conſtãtia: nec ſatis capio mentem V. C. Iacobi Chiffletij, dum in ſuâ perilluſtri Veſuntione, ait tres tantũ propriè ciuitates metropoli Sequanorũ ſubiacuiſſe. Nam quò Epiſcopi Vindoniſſenſes? Cui loco in ipſa Prouinciarum notitiâ apponitur C. quæ ſingularis modò Caſtrum, modò ciuitatem pro diuerſitate exemplarium deſignat Legendus Guilimannus l. 3. Heluetiæ c. 3. & Georgiùs Brunus tomo 2. Ciuit. orbis. In huius verò Conſtantiæ amplâ diœceſi enumerantur 22. Eccleſiæ Collegiales præter Cathedralẽ Diuo Stephano ſacram, 350. Monaſteria, & in his 49. Abbatiæ, & ampliùs bis mille Parrochiæ, apud Botherum in Relationibus, qui tempore Sigiſmundi Imperatoris in eâ fuiſſe numerata Sacerdotum ſeptem-decim millia in 66. Decanatibus, vt vocant ruralibus.

Flor. 1006.

Vindoniſſa memoratur Tacito l. 4 hiſt. & Anton. itinerar. Præerat pagis Heluetiæ Tigurino, & Vrbigeno, g. longit. 30. 0. lat. 47. 12.

libus. Quâ de re poſt alios Miræus c. 33. de Collegiis Canonicorum, & de Monaſteriis, inter quæ eminent S. Galli, & Campidonenſe, vtrumque Ord. Benedictini, & Salem O. C. & olim Augia Diues, nunc togâ ſæculari donata, & Epiſcopatui vnita, cuius Præſules hoc ordine reperiuntur apud Democharem, & Piſtorium.

De his Abbatiis, videndos Miræus.

1. *S. Beatus* à S. Petro conſtitutus.
2. *S. Paternus*, Martyr, pridie Idus Nouembris, aliàs Paterius.
3. *S. Laudo*, vel Lindo 10. Cal. Octob.
4. *Bubulcus*, ſeu Bouicus, in Concilio Epaunenſi, vbi dicitur Epiſcopus Caſtri Vindoniſſenſis.
5. *Grammaticus*, vel Chromatius, malè vulgò Grammaticus, in altero Concilio Epaunenſi 546. vt vult Chiffletius, & in 5. Aurelianenſi 552.
6. *Maximus*, ſeu Maxentius. Tranſtulit ſedem Epiſcopalem Conſtantiam Vindoniſsâ 570.
7. *Rodulphus*, vel Rudilo.
8. *Vrſinus.*
9. *Martinus*, vel Martianus, ſeu Marianus.
10. *Gaudentius.* Cuius tempore floret S. Gallus.
11. *Ioannes* diſcipulus S. Galli, cuius procurauit exequias 640. In cuius etiam conſecratione ſermonē habuerat Conſtantiæ, in Templo S. Stephani, qui ſermo extat tomo 5. Lect. Antiq. Caniſij.
12. *Obbaldus* cognominatus Boſſo, in vitâ S. Galli.
13. *Pictanius.*
14. *Seuerus*, vel Seuerinus.
15. *Aſtropius*, vel Aſtrouius.
16. *Ioannes* 2. ſiue Hannus.
17. *Ruſſo*, ſeu Buſſo.
18. *Audoinus.* Obiit 730.
19. *Einfridus*, vel Aufridus, ex Abbate Augiæ, eligitur 730.
20. *Sidonius*, vel Sidonius 740. ex Abbate Augiæ. Obiit profluuio ventris ante altare S. Galli, cuius Monaſterium malè ambierat, in vitâ ipſius S. Galli.
21. *Ioannes* 3. ex Abbate Augiæ 781. Trithemius de viris illuſtribus Ordinis Benedicti l. 4. c. 238.
22. *Gengulfus.*
23. *Fidelis.*
24. *Theobaldus*, vel rectiùs Theodorius, cuius operâ fundatur Monaſterium maius Tibuli à Carolo Magno in honorem S. Felicis.
25. *Egino.* Obiit 813.
26. *Volfolon*, vel Volferon, ex Monacho Sangalenſi. Obiit 831.
27. *Salomon.* Eligitur 831. ex Abbate S. Galli. Ad eum ſcribit Nicolaus primus C. ſciſcitatus 30. qu. 4. Obiit 873.
28. *Bathego.* Obiit 877. poſt ſedem ann. 4. vel Patheco.
29. *S. Gebaldus.* Trucidatur 27. Auguſti 885.
30. *Salomon* 2. Obiit 891.
31. *Salomon* 3. In Concilio Triburienſi 895. Obiit 919. Herm. Contract. Scripſit ad Dadonem Epiſcopum quædam Carmina apud Henricum Caniſium tom. 1. Antiqu. Lect.
32. *Notingus*, ex Monacho S. Galli, nominatur in Capitular. Regum 926. Epiſcopus Conſtantiæ Alemanicæ. Obiit 935. poſt ſedem annorum 15. Herm. Contract.
33. *S. Conradus* filius Conradi Altorfenſis genere, & vitâ prænobilis, Herm. Contracto 934. Nominatur in Chronico Flodoardi 948. Obiit 976. 26. Nouembris, apud Surium. Sedit ann. 41. terque ſepulchrum Domini viſitauit, ter ad terram ſanctam peregrinatus.
34. *Gaminolfus*, vel Gamenolfus, apud Hermannum Contractum. Obiit 979. vel 980.
35. *B. Gebardus* Comes Brigantinus cæſo matris vtero natus, fundator Monaſterij Petershuſij Ordinis Benedicti, ad ripam Rheni dextram ex Acronio lacu prodeuntis A. C. 983. conſtructi in honorem S. Gregorij, in quo, & ſepultus Gebardus, 6. Calend. Septemb. 995. *Vion* l. 2. c. 39. Extat eius vitâ ex Caniſio apud Surium 27. Auguſti, habetque hoc Epitaphium:

Petershuſium, id eſt, Petri Domus.

Debita pars terræ fallentia tempora ſperne,
Et memorare via, quam teſtatur cinis iſte:
Gentis honos noſtræ iacet hîc, gentis dolor, atque
Præfuit hic vrbi, cuncto ſed profuit orbi.
Hancque Deo ſedem templi fundauit & ædem,
Parti terrenæ Deus ignoſcens miſerere:
Redde vicem iuſte, quia te dilexerat iſte.

36. *Lambertus.* Præfuit ann. 13. mortuus 1018.
37. *Rodardus*, ſiue Richardus. Interfuit dedicat. Eccleſiæ Baſilienſi 1019.
38. *Aymo.* Obiit paralyſi 1026.
39. *Varmannus* Augię Monachus, Comes Dilingenſis. obiit 1034. Scripſit vitam S. Priminij Abbatis primi, & fundatoris Augiæ. Herm. Contr.
40. *Eberardus* ſuperioris frater, obiit Romæ die Natalis Domini 1046. Quo die Imperator Henricus coronatus eſt. Herman. Contr.

41. *Theodericus*, obiit 1051. Dedicauerat Eccleſiam Augienſem 1048. 8. Cal. Maij.

42. *Rumoldus*, ſeu Grimoldus. Ad hunc ſcripſit Alexander 2. C. ſollicitudo, diſt. 52. Obiit 1069. Regino Chronic. & Schafnaburgenſis apud Baron. Quo tempore floruit Bernoldus huius Eccleſiæ Presbyter, Romani Ordinis Cōpilator, apud Honor. Auguſt. Scribebat etiã & conficiebat Chronicon ſuum A. C. 1051. Hermannus Contractus inſignis vir genere & doctrinâ in cœnobio maioris Augiæ, huius diœceſis, de quo Trithem. Bellarm. Poſſeuin.

Hermannus Contractus.

43. *Carolus*, vel Carlomannus, exauctoratur in Concilio Moguntino.

44. *Otho*, deponitur à Gregorio 7. Qui Gregorius eidem ſcribit libro 1. epiſt. 6. & apud Paulum Bernriedenſem in vita ipſius Gregorij, & Bernaldum in Apologetico eiuſdem Gregorij.

45. *Gerhardus*, vel Gebehardus, eius electio confirmatur in Synodo Quintilineburgenſi 1084. ei ſcribit Vrbanus 2. 1086. Legatus ad Paſchalem 1106. Obiit 1110. 12. Nouemb. Bertholdus in Appendice ad Contractum, Trithem. l. 4. c. 245. Quercetanus in Paſchali 2. Paulus Bernreidenſis in vitâ Gregorij 7. vbi dicitur conſecratus ab Odone Oſtienſi in Germaniâ Legato, poſteà Papâ.

46. *Arnulphus* Monachus Sangalenſis, intruſus explante Gerbardo.

47. *Vlricus*, ex ſtirpe S. Vdalrici Epiſcopi Auguſtani & S. Gebardi Dilingenſis, intereſt Comitiis Argentinenſibus 1111. Obiit 1117. ſepultus in Cathedrali. Dedicauit 1102. Augiam maiorẽ.

48. *Vlricus* 2. Baro de Caſtel. ad ſuum Monaſterium S. Blaſij in Siluâ Herciniâ liberè rediit 1138. ſcripſit vitam S. Conradi Epiſcopi 33. ad Calixtum 2. Papam, apud Surium 26. Nouembris.

49. *Hermannus*, cognomento de Arbonâ. Suſcepit S. Bernardum Conſtantię, & cui Gaufridus dicat miracula eiuſdem ſancti. Obiit 1166.

50. *Otho* 2. Comes Habſpurgius. Obiit 1169.

51. *Bertholdus*. Obiit 1179. Maij 10.

52. *Hermannus*. Obiit 1191.

53. *Diethelmus*, ex Abbate Augiæ. Obiit 1205.

54. *Vernerus*. Obiit 1210. ſepultus magnificè in choro Eccleſiæ, ex familia *Stanſſon* in Briſgoia.

55. *Conradus* 2. Comes de Andegs, profuit & præfuit Eccleſiæ, annos 14. Obiit 1234.

56. *Henricus* cognomento de *Tann*, ſeu Valdbourg, electus 1234. Obiit 1248. ſepultus in Cathedrali.

57. *Eberardus* Valpurgius nominatur apud Bzouium 1271. Obiit 1274. 19. Febr. ſepelitur in choro maioris Eccleſiæ poſt ſedem annorum 26.

58. *Rodulphus* Rodulphi Imperatoris patruelis, ex Præpoſito Baſilienſi, & Canonico Conſtantienſi conſecratus à Gregorio 10. Papa, Auenione 1274. Obiit 1294. poſt ſedem ann. 20. 3. Aprilis, ſepultus in choro maioris Baſilicæ ad latus ſiniſtrum Altaris. Huic nonnulli ſubſtituunt, Corradum à Leuchtemberg fratrem Friderici ſequentis.

59. *Fridericus*. Obiit 1304. Decembris 20.

60. *Henricus*. Obiit 1306.

61. *Eberardus* Auenione in Galliâ natus. Obiit 1318.

62. *Rodulphus* 2. cognomento de *Montfort*, poſtulatus etiam in Curienſem Epiſcopum, obiit Arbonæ excommunicatus 1331. vnde poſt 20. annos indultâ abſolutione, ſepultus fuit in loco ſacro.

63. *Nicolaus* Kenczingen, ſeu Fravvensfeld, obiit 1344. Huic ceſſerat ius ſuæ electionis Albertus Badenſis poſteà Friſingenſis Epiſcopus. Hoc loco à quibuſdam collocatur 1457. Otho filius Comitis Hocbergenſis.

64. *Vdalricus*. Obiit 1351. Hic à nonnullis ponitur Albertus, filius Marchionis Hocbergenſis, mortuus 1353.

65. *Ioannes* 3. Trucidatur intercœnandum à Conrado Humburgio.

66. *Vadalricus* de Freighen.

67. *Henricus*. Obiit 1383. die S. Cæciliæ poſt ſedem ann. 20.

68. *Mangoldus* Abbas Augienſis vbi & ſepultus 1385. Februar. 3. cognomento de Brandis.

69. *Nicolaus* 2. cognomento de *Riſſembourg*. Ceſſit Epiſcopatu 1388.

70. *Burchardus*. Obiit 1398.

71. *Fridericus*, ex Canonico Argentinenſi, poſt electionem ſponte ceſſit.

72. *Marquardus*. Obiit 1408.

73. *Albertus* Blaureus. Ceſſit 1411.

74. *Otho* Marchio de *Hocberg*, & *Rotelin*, cuius tempore habitum Concilium, quod inde Conſtantienſe dicitur, incœptum die feſto omnium Sanctorum, ſeu Calend. Nouemb. 1414. & finitum 1418. cui interfuerunt 4. Patriarchæ, 29. Cardinales, 47. Archiepiſcopi, 160. vel plures Epiſcopi, Abbates, & Doctores 564. præſente Sigiſmundo

mundo Imperatore, & in quo creatus A fuit Martinus 5. & conuenerunt ad ſexaginta millia hominum; vbi etiam ex Comitibus erecti fuere Duces Amedeus Sabaudus, & Adolfus Cliuenſis: de quo Æmilius, Poſſeuinus in Apparatu ſacro, & Azor l. 5. c. 17. parte 2. & de cuius, & ſimilium auctoritate hoc ſemel effatum eſt Gofridi Vindocinenſis in Galliâ Abbatis: Nullum eſſe decretum, quod non fuerit auctoritate Apoſtolicâ firmatum. In eo verò Concil. obiit Emanuel Chryſſoloras 1415. ipſe autem Otho moritur 1433. 15. Nouemb. ſepultus in Cathedr.

75. *Fridericus*, ex Canonico Argentinenſi electus 1433. filius Iudoci Zollerenſis Comitis & Eliſabetæ de *Verdemberg*, cuius tempore habita Synodus diœceſina, in qua comparuerunt Abbates 26. præpoſiti 6. & cenſa in diœceſi 350. Monaſteria vtriuſque ſexus. Parrochiales Eccleſiæ 1760. Sacerdotum capita 17000. quod iam ſupra attigimus. Obiit 1436. Iullij 31. ſepultus in Cathedrali. B

76. *Henricus*. Obiit 1471. ex Decano Argentinenſi: ei ſcripſit Æneas Silvius epiſt. 71. & 116.

77. *Burchardus* de Randeck.

78. *Hermannus*, ex Decano obiit 1477. C

79. *Ludouicus* à Freidberg. Obiit Romæ 1484.

80. *Otho* de Sonnemberg. Obiit 1491. ſepultus in ſacello Baſilicæ contiguo, quod viuens adornauerat.

81. *Thomas*. Obiit 1495.

82. *Hugo*.

83. *Baltazar*. Obiit 1531.

84. *Hugo* de Landemberg.

85. *Ioannes* 1537. ceſſit, cognomento à Lupffen.

86. *Ioannes* à Vveza, ex Archiepiſcopo Lundenſi fit Epiſcopus Conſtantienſis. Curauit Augiam vniri Epiſcopatui Cõſtantiæ. Obiit 1548. Auguſtæ, 14. Iunij, D ætatis 59. Augiæ ſepultus, cuius Elogium Andreas Maſius ſcripſit.

87. *Chriſtopherus* Mertzelerus.

88. *Marcus* Siticus Comes de Altemps Cardinalis, de quo Petramellar. & Ciaconus.

89. *Andreas* Auſtriacus, Epiſcopus etiam Brixinenſis, & Cardinalis moritur Romæ 1600. pridiè Idus Nouembris, filius Ferdinandi Archiducis, ex Philippinâ Veltzerâ, de quo idem Petramellarius, & Ciaconus, ac Nomenclatura Cardinalium.

90. *Ioannes* Georgius. Obiit 1603.

91. *Iacobus* Fuggerus; ei dicatur Mercurius Italicus 1625.

Conuenenſes Epiſcopi. Comminges.

LVGDVNVM Conuenarum, vel Conuenatum, gradu longitud. 21. 10. lat. 42. 50. Ptolem. lib. 2. cap. 7. Greg. Turonenſi lib. 7. cap. 34. 42. & 43. Itinerario Ethici; ſeu Antonini. S. Hieronymo contra Vigilantium, Plin. lib. 4. c. 19. Straboni lib. 4 Iſidoro Petrarchæ l. 1. de Remed. vtriuſque fort. Dial. 37. Aymoino lib. 3. c. 69. ex cuius oppidi ruinis à Gontranno Burgundiæ Rege diruti creuit Eccleſia, & oppidum S. Bertrandi ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, in Toloſano Parlamẽto. Vide Sirmundum ad Sidonium l. 7. epiſt. 6. Chopinum l. 1. titulo 7. n. 4. ſacræ Politiæ, in quâ diœceſi Abbatiæ recẽſentur. Flor. 4000.

Benedictionis-Dei O. C. *Beniſſon-Dieu*. Flor. 500.

Boni-fontis O. C. *Bonne-fon*. Flor. 1000.

Fauas, fœminarum, & S. Laurentij fœminarum.

Epiſcopi verò à nobis hi tantùm hinc inde obſeruati.

Præſidius. Concil. Aurelianenſi 2. 536.

Ruſſinus. Concilio Matiſconenſi 588.

Bernardus. Concilio Toloſano 1056. Baron. n. 16. S. Bertrandus tempore Alexandri 3. filius Ottonis, ex Archidiacono Toloſano, frater Iordani Domini de Inſula. Catel. hiſt. Comitum Toloſæ.

Guilelmus. In dedicatione Moyſiacenſi 8. Idus Nouembris 1180. 1125. menſe Febr.

Bertrandus de Goth, conſtitutus à Bonifacio 8. inde Archiepiſcopus Burdegalenſis, ac tandem Papa Clemens 5. tranſtulit 1308. S. Bertrandi corpus, cuius nomen in hoc Archiepiſcopatu geſſerat. Sedit hic ann. 5 ex prouiſione Bonifacij 8. qui eum pariter ad Burdegalenſem ſedem tranſtulit, vt notat Amalricus Augerius M. S. in Actis Pontific. Romanorum.

Bertrandus de Chanaco Cardinalis 1371. Onuphr. & Ciacon. Obiit Auenione 1394. ſepultus ad Prædicatores: alij legunt de Caniliaco.

Amelinus de Lautreco *Lautrech*, Cardinalis 1385. Referendarius Clementis 7.

Petrus Comes de Fuxo, Ordinis Minorum, Cardinalis 1409. etiam Epiſcopus Leſcarienſis.

Ioannes Maulcon 1524 Ei dicat Latinam interpretationem epiſt. Phalaridis Ioannes Rauiſius Textor Niuernenſis. De gueule au lion d'or.

Ioannes Bertrandus, Cardinalis, Procancellarius Franciæ, ex Primo-præſide Toloſano, & Pariſienſi, poſteà Archiepiſcopus Senonenſis 100. A

Carolus Caraffa, Cardinalis.

Petrus d'Albret. In Concilio Tridentino.

Carolus Borbonius, poſteà Lectoratenſis, & Rotomagenſis.

Lanſac porte 5. poincts d'azur equipolez à 4. d'argent.

Vrbanus de Sainct-gelais de Lanſac, de quo in vitâ Ioannis Bertrandi Præſidis Toloſani.

D'azur à 5. cottices d'or.

Ægidius, vel Gillius *Gille de Souuré* 1614. in Comitiis Pariſienſibus, Abbas S. Florentij prope Salmurium, & S. Carileſi, filius Gillij Mareſchalli Franciæ. Conſecratur 1617. die Dominicâ Martij 12. in Paſſione, Rauennæ, à Dominico Cardinale Riuarola Archiepiſcopo Nazareno Legato in Exarchatu Rauennæ, aſſiſtentibus Imolenſi, & Foroliuienſi Epiſcopis, Paſtor verè ſuper commiſſum gregem vigilans, vnde tamen tralatus ad Autiſſiodorēſem Eccleſiam 1625. Is certè eſt, cuius nobilis indoles, & ingenium excellens, atque illuſtre, menſuram non capiens, ſtudiis altioribus, & virtutibus excolendis ſemper & ſeriò occupatur.

Cornuaille.

Coriſopitenſes Epiſcopi.

Flor. 1000.

CORISOPITVM, vel Curioſolitanorū ciuitas, ſub Archiepiſcopatu Turonenſi in Parlamēto Redonenſi Britanniæ Armoricæ, nunc *Kympercorentin* in ſinu Oceani Aquitanici, vrbs ſede Præſidiali decorata, 16. 10. 47. 35. in quâ diœceſi 200. Parrochiæ, & Abbatiæ, D

Flor. 80. S. Mariæ de Doulas O. A. vel Douglas.

Flor. 175. S. Crucis Kemperellæ O. B. *Kemperle.*

Flor. 120. *Landevenech* O. B. aliàs Gingiban.

S. Mariæ *De Coermaloen* O. C.

Epiſcopi verò huic ſedi præfuerunt, ex R. P. Auguſtini *du Pas* hiſtoriâ Britanniæ Genealogicâ, diligenter, vt mihi videtur, conſcriptâ: vnde pleraque hîc, & alibi inſerenda decerpſimus.

1. *S. Corentinus* ſuæ Eccleſiæ Cathedralis Patronus.
2. *S. Guenuchus*, vel Euenus.
3. *S. Allorus.*
4. *S. Benedictus*, vel Bindicus.
5. *Gurtiebedus.*
6. *Harnietenus:*
7. *Morguetenus.*
8. *Tremerinus.*
9. *Bagianus.*
10. *Salomon.*
11. *Aluretus.*
12. *Gulhoerus.*
13. *Hugo.* Nominatur in Chartâ Alani Longi A. C. 689.
14. *Fœlix*, depoſitus anno 848.
15. *Anauelenus*, anno 862.
16. *Benedictus.* Obiit 1022.
17. *Auriſcandus*, vel Orſcandus. Obiit 1064.
18. *Benedictus.* Obiit 1100. B
19. *Robertus* Heremita. Obiit 1130.
20. *Ranulphus.* Obiit 1138.
21. *Bernardus de Moelan*, ex Cancellario Eccleſiæ Carnotenſis. Obiit 1167.
22. *Gofridus.* Subſcripſit fundationi Abbatiæ de Carnocero S. Mauritij, & obiit 1185.
23. *Thebaudus*, vel Theobaldus. Obiit 1191.
24. *Guilelmus.* Obiit 1218. Is eſt qui memoratur ab Innocentio 3. cap. 4. Accedens, vt lite non conteſtatâ. Quod dirigitur Abbati Curiæ-dei Ordinis Ciſtercienſis diœceſis Aurelianenſis, & Abbati de Eleēmoſyna eiuſdem Ordinis, diœceſis Carnotenſis. C
25. *Rainaldus*, ſeu Raynolfus, genere Francus. In dedicatione Abbatialis Eccleſiæ Villæ-nouæ 1225. Obiit 1245. Huic, vt conijcio, dirigitur decretalis Honorij 3. cap. 52. Venerabili de Teſtibus. Eius tempore 1232. Franciſcani in vrbe Kimper fundati. *Franciſcani.*
26. *Henricus.* Obiit 1261.
27. *Guido.* Obiit 1267.
28. *Iuo* Cabellicus Obiit 1280.
29. *Euenus* de Siluâ. Obiit 1290. 24 Martij.
30. *Raynoldus*, vel Rainolphus. Obiit 1292.
31. *Alanus Morel.* Obiit 1320.
32. *Thomas d'Anaſt.* Obiit 19. Iunii 1322.
33. *Bernardus* Minorita, poſteà Nouiomenſis 20. Iulii 1324.
34. *Guido de Laval* 1324. inde Epiſcopus Cenomanenſis 1326.
35. *Iacobus*, Ordinis Prædicatorum poſſeſſionē adipiſcitur die ſanctæ Magdalenes 1326.
36. *Iuo*, ex Trecorenſi Epiſcopo, poſteà Maclouienſis.
37. *Alanus Gonthier*, ex Epiſcopo Maclouienſi 1336.

38. *Alanus.*

38. *Alanus.*

39. *Gofridus*, poſteà Dolenſis 1376.

40. *Gofridus.* Obiit 1384. Quo tempore Pariſiis 380. fundatur Collegium Coriſopitenſe à Galerano Nicolao de Grauiâ, & à Ioanne de Guiſcu Canonico huius Eccleſiæ, Pariſienſis, & Nannetenſis, Medicinæ Doctore.

41. *Thebaudus de Maleſtroit*, ex Epiſcopo Trecorenſi.

42. *Gatianus de Monceaux.* Obiit Fulgeriis 15. Octob. 1416.

43. *Bertrandus de Roſmadec* 1444.

44. *Alanus de Coëtiuy*, ex Dolenſi, poſteà Auenionenſis, & Cardinalis 1448. Obiit 1474. ſepultus Romæ ad S. Praxedem, Onuphrius pag. 303.

45. *Ioannes de l'Eſpreuez*, ſedit ab anno 1453. ad annum 1466.

46. *Petrus du Bouchet.*

47. *Thebaudus de Rieux*, ab annó 1473. ad 1479.

48. *Guido* circa annum 1480.

49. *Alanus*, ex Epiſcopo Leonenſi 1483.

50. *Claudius de Rohan*, ab anno 1526. ad 1539.

51. *Ioannes Eder* 1540.

52. *Stephanus Bouiner*, in Concilio Tridentino.

53. *Ludouicus* Simoneta, Mediolanenſis, Cardinalis, Epiſcopus Piſaurenſis, Adminiſtrator Coriſopitenſis, & Venetenſis. Vide Petramellarium, & Ciaconum in Pio 4. vbi notatur obiiſſe 1563. pridie Calendas Maij, & in æde S. Mariæ Angelorum ſepultus.

54. *Franciſcus de Turre.* Obiit menſe Februario 1583.

55. *Carolus de Liſcoüet.*

56. *Gulielmus le Preſtre*, filius Ludouici Domini de *Lezonnet* Gubernatoris Curioſolitarum, & *Concquarneau.*

Capucini conſtruuntur Kimpercorentini 1613. 14. Iulij, & Collegium S. I.

Dienſes Epiſcopi.

Dea.

DIA, vel Dea, fortè à Luco Dianæ, vel Deanæ, & Auguſta Colonia Dienſium, vel Deenſium Vocontiorum in lapide Arelatenſi, ad Droniam Fluuiolum Allobrogum olim in Burgundiæ regno, nunc in Delphinatus gubernatu ſub Viennenſi Archiepiſcopatu, in Parlamento Gratianopolitano gr. longit. 26. 30. latit. 44. 15. vbi altitudo ſolis 45. 45. dies maxima ho-
A rarum 15. 20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 57. 30. ad gnomonem 60. vix diei vnius itinere diſſidet à Valentiâ, quarum ciuitatum ſeparatæ diœceſes coniunctim vnum, eumdemque agnoſcunt nunc Epiſcopum, vt infrà dicetur, cùm de Valentiâ agemus. Dienſis verò Eccleſia Patronam veneratur Deiparam Virginem, in cuius diœceſi Parrochiæ circiter 147. Epiſcopi autem ante vnionem hi à nobis notati.

S. Marcellus, Martyrologium Nonis Aprilis, Gregor. Turon. de Gloriâ Confeſſ. cap. 70.

Paulatus. Concilio Sardicenſi 347.

B *Antoninus.* Concilio Aurelianenſi 1. 507.

Sæcularius. Concilio Epaunenſi 509.

Lucretius. Concilio Lugdunenſi per Procuratorem circa A. C. 570.

Eraclius. Concilio Matiſconenſi 2. 588.

Hemico .... in Synodo Pontigonenſi 876.

Petrus 1037. & 1057. niſi ſint diuerſi.

Hugo. Eum Gregorius 7. conſecrauit, vt teſtatur ipſe epiſt. 69. l. 1. ad Guilelmum Dienſem Equitem 1073. 11. Cal. April. Indict. 12. eique ſcribit Dienſi in
C Burgundiâ Epiſcopo l. 2. epiſt. 43. A.C. 1074. In huius verò electione tantum lumen fertur celitus deſcēdiſſe, vt diem vinceret & corda omnium qui aderant aduenîſſe Spiritum ſanctum non dubitarent, vt teſtatur Paulus Bernriedenſis in vita Gregorij 7. poſteà Lugdunenſis 68.

Iſmio, vel Iſmidio, in vitâ S. Petri Tarentaſienſis c. 19. Nominatur 1113. in Regularizatione Canonicorum S. Stephani Diuionenſis.

Vidonus. Is eſt, cui ſcribit Petrus venerabilis contra Petrobruſianos. Dicitur
D & Odolricus, ex Decano Gratianopolitano S. Hugonis alumnus.

Robertus. Concilio Lateranenſi Alexandri 3. 1179.

S. Stephanus, ex Priore portarum Carthuſienſis Ordinis in Lugdunenſi diœceſi, conſecratus Viennæ 1208. à tribus Archiepiſcopis. Obiit 7. Septembris 1213.

Deſiderius 1214. & 1224.

Digne. *Dinienſis Epiſcopi.*

Flor.400. DINIA Sentiorum vrbs, ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi, ſed in Parlamento Aquenſi, & Prouinciæ gubernatu, grad. longitudinis 26. 10. latitudinis 44. 20. Ptolem. l. 2. c. 10. Plinio l. 3. c. 4. aliis rectiùs 27. 30. 43. 40. vbi altitudo ſolis 46. 20. dies maxima horarum 15. 16. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 57. 30. ad gnomonem 60. Eccleſiæ verò Cathedralis Patrona eſt B. Virgo Maria, in cuius Diœceſi Parrochiæ circiter 185. Epiſcopi autem hi tantùm reperti.

Nicaſius. Concilio Nicæno 325. Baronius, vbi editio Romana legit perperam Diuionenſis pro Dinienſi, quæ ſumma laus eſt huic Præſuli inter 318. Patres ſolum, ex Epiſcopis Galliarum ſediſſe.

Pendaſius. In Concilio Agathenſi. 506.

Aredius. Concilio Aurelianenſi 5. 552. & Pariſienſi 559. malè ab aliis inter Dienſes reponitur, vt notat R. P. Frotno Ducæus S. I.

Elzias, vel Elias. Concilio Aueniouenſi 1337.

Petrus. Concilio Florentino 1439.

Franciſcus. Concilio Lateran. Leonis 10. 1517.

Antonius Herouet 1567. quem ſic alloquitur Ioachimus Bellayus:

Non tua ſit quamuis Gallis heroïca Muſa
Heroïs nomen Muſa tibi impoſuit.
Tam benè quòd nobis verum deſcribis Erota,
Impoſuit Graio nomine nomen eros.

Henricus Mauguyn, in Sacro Henrici 4. apud Carnutes 1594.

Capucinæ Pariſienſ. *Claudius Coquelet*, dedicauit Eccleſiam Capucinarum Pariſienſiũ 18. Iunij 1606. cui primariũ lapidem appoſuerat Franciſca Luxemburgenſis Mercurij Ducisſa 1604. 29. Iunij.

Antonius de Bologne, ante conſecrationem paralyſi corripitur.

Raphaël de Bologne Antonij nepos.

Dolenſes Epiſcopi. Dol.

DOLUM vrbs Diablintrum in Armoricâ, ſeu Britãniâ, ſub Parlamento Redonenſi, verſus Abricantum in Normaniâ gr. longit. 18. 30. latit. 48. 30. vbi altitudo ſolis 41. 30. dies maxima hor. 15. 55. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 67. 26. loco paluſtri, ſub Archiepiſcopatu Turonenſis, licet cruce vtatur præuiâ in ſuâ diœceſi, de cuius iure Metropolitico, & eâ de re contentione cum Turonenſi, Stephanus Tornacenſis epiſt. 126. 127. & 159. Iuo epiſt. 176. & 178. Argentræus l. 3. c. 69. Baron. A. C. 859. Sigebertus 1162. & Innocentius 3. in epiſt. In hac verò diœceſi Parrochiæ circiter 80. præter Abbatias ſequentes. Flor. 400.

S. Iacuti O. B. *Iacut.* Flor. 100.
Troncheti O. B. *Tronchet.* Flor. 58.
Veteris-villæ O. C. *Vieu-ville.* Flor. 166.

Epiſcopi autem ſic ſequuntur, ex Auguſtino *au Pas*, & aliunde.

1. *S. Sanſon*, ex Archiepiſcopo Meneviæ in Cambriâ parte maioris Britanniæ, nunc Vallia, & non ex Eboraco *Yorek*, quâ de re Giraldus Cambrenſis lib. 2. Itinerarij cap. 1. Concilio Pariſienſi ſubſcripſit 559. Obiit 28. Iulij ætatis anno 120. Eius corpus poſteà relatum Aurelias in ſui nominis Eccleſiam, quæ nunc eſt Patrum S. I. Vide Breuiarium Aurelianenſe, & Bibliothecam Floriacenſem, *Vion* in Martyrologio Monaſtico, Argentræum, & Trithemium lib. 4. c. 46. de Viris illuſtribus Ordinis Benedicti. Eſt verò S. Sanſon Patronus Eccleſiæ ſuæ Cathedralis, cuius ſucceſſores Epiſcopi primarium locum obtinet in conceſſu trium Ordinum Britanniæ, vt notauit Ioannes *Chenu*, vir multis nominibus à nobis ſæpè citandus.

2. *S. Maglorius*, Baron. & *Vion* in Martyrologio 24. Octobris, Trithemius lib. 4. cap. 47. & Argentræus: eius corpus tranſlatum eſt poſteà Lutetiam Pariſiorum. Quâ de re Genebrardus in Chronologia, & Brulius in Antiquitatibus Pariſinis, vbi vocatur Archipræſul Dolenſis in Diplomate Lotharij, & Ludouici Regum.

3. *Budocus.*

4. *S. Geneuæus,*

4. *S.Geneueus, Geneuec*, 29. Iullij.
5. *Roſtaldus*, vel Beſtualdus.
6. *S.Iumahelus*, vel Iunemenus.
7. *S. Armahelus.*
8. *S.Thurianus*, 13. Iullij, Chronicon Lirinenſe parte 2. pag. 186.
15. *Salomon*, quem depoſitum volunt à Nomenio Principe.
16. *Feſtinianus*, qui coronauit in Regem Nomenium, vel Nomineum.
17. *Mahanus*, vel Mayno 878.
18. *Vicohenus.*
19. *Guiomarcus*, poſt quem aliquod Interpontificium.
20. *Gingoneus*, vel Guygoneus 990.
21. *Rolandus.* Obiit 12. Martij 1004. ſepultus in monte S. Michaëlis, vbi fuerat Monachus.
22. *N.* . . .
23. *Ionkeneus*, filius Hamonis Vicecomitis Dinanti.
24. *Iudicaël.*
25. *Iohoneus.* Expulſus ob ſolutiorem vitam.
26. *Gilduinus*, electus tantùm renuntiauit coram Gregorio 7. ob defectum ætatis. Legitima verò ætas Epiſcopatus eſt 30. annorum completorum cap. 1. Cùm in cunctis, de Electione. Sic qui libertatem aſſequebantur Romæ, vindictâ, cenſu, teſtamento non fiebant ciues, niſi triceſimum annum attigiſſent, vt obſeruauit V. C. Emundus Merillius. Ita Lacedæmone lex fuit, Ne quis ante 30. annum ætatis concionem haberet, apud Libanium declamatione 24. At proprium munus Epiſcopi prædicare.
27. *Iuo*, vulgò, *Euen*, ex Abbate S. Melanij Redonenſis, conſecratus à Gregorio 7. 1076. obiit 17. Septembris 1081. Vide epiſtolam 5. lib. 4. eiuſdem Gregorij.
28. *Rolandus.* In Concilio Claromontano 1095. Obiit 1107.
29. *Wlgrinus*, ex Cancellario Eccleſiæ Carnotenſis electioni renuntiauit. Vide Iuonis epiſtolam 176. & 178. vbi ait, eum potuiſſe cogi à Papa ad munus obeundi Pontificij. Qua de re Gregorius de Valentia tom. 3. diſput. 10. qu. 13. part. 3. Claudius Eſpancæus in epiſtolam primam ad Timotheum lib. 3. digreſſionum c. 6. & 7. At dignus Epiſcopatu non debet illum recuſare, Antonius Auguſtinus Epitome iuris Pontificij l. 4. tit. 15. nec abnuendum ſi dat Imperium Deus, nec appetendum.
30. *Baldricus*, ciuis Aurelianenſis, ex Abbate Burdigolenſi apud Biturigas, *Bourdieux*, vel Burgulienſis, *Bourgueil*,

A apud Andegauos. Conſecratur 25. Decembris. Scripſit hiſtoriam Belliſacri, & poſt ſedem annorum 23. menſ. 1. d. 14. obiit 1131. 27. Ianuarij, Ordericus lib. 9. & 12. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.
31. *Gofridus* Rufus, ex Archidiacono. Quo ſedente fundatur Abbatia veteris villæ (cuius Abbas primus fuit Robertus) à Gilduino *de Monſorel* Domino *de Landal* 1137. poſteà tralatus ad Capuanam ſedem in Italia.
32. *Oliuarius.* Sedit tantùm an. 1.
33. *Hugo.* Multa Eccleſiæ contulit;
B at cæcus factus oneri ceſſit coram duobus Cardinalibus in Francia legatis apud Nannetes die Cinerum 1161. Supplementum Sigeberti, & vita S. Leofredi.
34. *Rogerus du Hommet*, ex Archidiacono Baiocenſi.
35. *Ioannes.* Obiit 27. Ianuarij 1177. Vion.
36. *Rolandus* 3. Eligitur Nouembris 11. die Cinerum 1185. ex Decano Abricenſi, Supplementum Sigeberti, & Rogerus Houedenus.
37. *Henricus*, peſte obiit Romæ menſe Auguſto.
C
38. *Ioannes* de Valnoſia, ex Abbate Montis-fortis. Obiit non conſecratus 1189.
39. *Ioannes de Liſanet.* Obiit 1199. 12. Octobris.
40. *Ioannes* de Muſca, vel Meſchinus. Obiit 1224.
41. *Clemens de Vitré.* Obiit 9. Octobris 1244.
42. *Stephanus.* Obiit 17. Nouembris 1265.
43. *Ioannes Mabé.* Obiit 13. Maii 1273.
44. *Thebaldus de Preuencé.* Nominatur 1283. obiit 1312.
D 45. *Theobaldus de Moreac.*
46. *Ioannes* de Boſco, obiit 25. Ianuarij 1324.
47. *Gulielmus*, obiit 1329.
48. *Ioannes d'Auaugourd*, ex Briocenſi, Vion.
49. *Henricus* cognomento Cordis, Britanniæ Cancellarius.
50. *Simon le Maire*, ex Abbate Majoris-monaſterij, poſteà Carnotenſis Epiſcopus 1357.
51. *N.* . . . . poſt ſedem annorum 19. moritur.
52. *Gofridus de Quoermozan*, ex Corisopitenſi 1376.
53. *Petrus*, ex Abbate S. Menenij. Obiit 23. Decembris 1382.

54. *Euerardus de Tremangon*, vel *Tremigon* 1386. A

55. *Guilelmus*, obiit 2. Februarij 1392.

56. *Richardus de Leſmeriez*, vel *Leſmenez*. Quo ſedente conditur Carmelitarum Conuentus in vrbe 1401. Obiit 26. Maij 1403. Carmelitæ.

57. *Stephanus Coëuret*, ex Archidiacono Nannetenſi. Præſtat homagium Duci Betfordiæ regenti, vt dicebat, Franciæ 1427. Obiit 1429. poſt ſedem ann. 24. Interfuit Concilio Conſtantienſi, vt eſt in ſeſſ. 20.

58. *Ioannes le Bruc*, ex Trecorenſi. Obiit Cal. Nouemb. 1437. B

59. *Alanus de Coëtiuy*, tralatus poſteà ad Coriſopitenſem 1444.

60. *Radulphus de la Mouſſaye*, obiit 16. Aprilis 1456.

61. *Alanus de Coëtiuy*, iterùm titulo Adminiſtratoris, dum eſſet Cardinalis, & Epiſcopus Auenionenſis. Obiit 1474. 22. Iulij.

62. *Michaël Guibé*, poſteà Redonenſis 1482.

63. *Thomas Iames*, ex Leonenſi. Obiit 5. April. die Paraſceues.

64. *Mathurinus de Pledran*, vel *Pleydren*. Obiit 10. Decembris 1521. cùm anteà ſepeliſſet cor Annæ Britanniæ Francorum bis Reginæ 1513. C

65. *Thomas le Roy*, electus non conſecratur.

66. *Franciſcus*, filius naturalis Guidonis 16. Comitis *de la Val*, electus vltimâ Iunij 1523. Obiit 1554. 2. Iunij.

67. *Ioannes du Mas*, Dominus *de Mathefelon*, & *Duretal*, non fuit conſecratus.

68. *Carolus d'Eſpinay*, filius Guidonis 3. ex Loïſia *de Gouleine*, conſecratus ab Antonio Abricenſi, Stephano *Boucher* Coriſopitenſi, & Rolando *de Neuf-ville* Leonenſi, Septembris 16. 1565. Obiit 1591. menſe Septembri: iacet in ſua Cathedrali: ergo interfuit Concilio Tridentino non conſecratus. Is ſororem habuit Philippam S. Georgij Redonenſis Abbatiſſam, & nepotem S. Menenii Abbatem. D

69. *Antonius de Reuel*, ab anno 1594. 6. Ianuarii.

Reuel porte d'argent à 3. treſfles de ſinople 2. 1.

Ebroïcenſes Epiſcopi. *Eurour.*

EBROICA, vel Ebroïcum, vel Mediolanum Aulercorum Eburouicum Eburo, & Caſtrum Ebroç, Vſuardo 11. Auguſti, vrbs eſt Normaniæ, ad Itonem fluuium, non longè hinc labētem in Auduram, quam Britto Philippid. lib. 4. vocat armis, & rebus, & bellatoribus pluribus inſtructam, gradu longitudinis 22. 0. latitud. 48. 40. altitud. ſolis 41. 20. vbi dies maxima horarum 16. 0. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 69. 0. non amplius 10. leucis à ſua metropoli, & Parlamento Rotomagenſi diſtans, ac patronam venerans Deiparam, in cuius diœceſi, præter 353. Parrochias, ſunt Abbatiæ: Flor. 250.

S. Taurini in vrbe Ordinis Benedictini, opus Roberti Comitis, vel Richardi. Flor. 1144.

Crucis S. Leofridi, *La Croix S. Leufroy*, O.B. Flor. 250.

S. Mariæ de Lira O.B. Flor. 300.

Boni-portus, *Bon-port* O.B. Flor. 1000.

S. Petri de Conchis, aliàs de Caſtellione, *Conches* O.B. Flor. 500.

S. Mariæ de Vale, *la Valée* O.B. Flor. 60.

S. Mariæ de Noa, *la Noüe* O.C.

S. Saluatoris fœminarum in vrbe O.B.

Breual O.C.

Strata, *l'Eſtree*, iuxta Drocas O.C.

Ibræa, *Yury*.

Epiſcopi autem hi ſunt ex M. I. *le Ien* Canonico Pœnitentiario in hac cathedrali , quem vtinam plures ſequerentur, & aſſequerentur.

1. *S. Taurinus*, 3. Idus Auguſti 133. Martyrologium, Ordericus lib. 5. Eccleſiam habet Abbatialem in ſua vrbe, vt iam notatum eſt. Baronius verò eum miſſum eſſe vult à B. Clemente circa annum 95. de quo etiam Vincentius Belloua cenſis l. 11. c. 33. & 76.

2. *S. Gaudus*, 31. Ianuarii, Molanus Additionibus Vſuardi, Valdus dicitur in Codice Thuano. At nonnullis malè Epiſcopus Eboraci pro Ebroici.

3. *Mauruſius*, Concilio Aurelianenſi 1. 507.

4. *Licinius*, Concilio 3. Aurelianenſi 540.

5. *Valerius*, Concilio 5. Aurelianenſi 552.

6. *Laban*, Concilio 2. Matiſconenſi, ſed

ſed rectiùs refertur ad Eluſanos 588. & hîc omittitur in C. Th.

7. *Viator.* Hunc in C. Thuano ſequitur Deodatus, ſed nihil in numeris mutamus.

8. *S. Landulphus*, 13. Auguſti, Molanus ad Vſuardum.

9. *Raguericus*, Concilio Cabilonenſi ſub Clodouæo 2. circa A.C. 658.

10. *S. Ætherius*, vel Æternus ab hæreticis occiſus 16. Iulii Lyſarchis, in vita ſancti Aquilini ſucceſſoris, apud Surium.

11. *S. Aquilinus* 14. Calend. Septembris, apud Angradum in vita ſancti Auſberti. Interfuit Concilio Rotomagenſi 682. ſeu Theoderici Regis 13. Extat eius vita apud Surium tom. 5. 19. Octobris, licet feſtum agatur in ſua cathedrali 15. Februarii, & Baronius meminit 682.

12. *Deſiderius.* In vita S. Leufredi c. 11. & apud Antoninum tit. 13. cap. 6. §. 30. & hunc ſequuntur in C. Thuano Geruoldus, & Oinus, vel Ouinus.

13. *Guntbertus* Nominatur 851. 12. Iunii. Interfuit Concilio Sueſſionenſi 6. Calend. Maii 853. & Vermeriæ eodem anno, & Tullenſi 859. De eo Flodoardus l. 3. c. 11.

14. *Balduinus.*

15. *Hildainus.* In Concilio Sueſſionenſi 866. & Trecenſi 867.

16. *Sibar*, vel Sebar, in Cadomenſi Chronico 892. & apud Gemeticenſem l. 2. c. 12.

17. *Hugo.* Obiit 20. Aprilis.

Hoc loco videtur apponendus Guichardus ex Charta reparationis Monaſterii ſancti Petri in Vallea per Raginfredum Epiſcopum Carnotenſem circa A.C. 954.

18. *Wilelmus.* De eo Gemeticenſis lib. 7. c. 13 & Ordericus l. 3.

19. *Balduinus*, apud Ordericum lib. 4. Gemeticenſem lib. 7. cap. 38. Thomam Valſinghan in Hypodigmate Neuſtriæ A. C. 1067. Quo anno intereſt dedicationi Gemeticenſi Calend. Iulius.

20. *Giſlebertus*, ex Archidiacono Lexouienſi, Oſberni filius. Ei ſcribit Iuo epiſt. 181. Intereſt Concilio Rotomagenſi 1074. Oratione funebri laudauit Guilelmum Conqueſtorem 1087. Cadomi ſepultum in æde ſancti Stephani, quam ipſe Guilelmus fundauerat. Obiit verò Giſlebertus cognomento Magnus, vel potiùs Grandis, ſeu Gruis ob proceritatem, 27. Auguſti. De quo plura Ordericus lib. 3. 4. 7. & 9.

21. *Audoenus*, vel Aldoënus, & Audinus. De quo Ordericus lib. 11. 12. & 13. cui ſcribit Iuo epiſt. 224. & 244. Intereſt conſecrationi Guilelmi Cantuarienſis 1130. 5. Idus Ianuarij. Obiit 4. Iulij.

22. *Rotrocus*, ſeu Rotrodus, ſeu Roricus conſecratus ab Hugone ſuo Archiepiſcopo 1139. apud Robertum in Supplemento Sigeberti. Intereſt tralationi reliquiarum ſancti Dionyſii, Sugerio Abbate, & Ludouico 7. Rege, & memoratur in eodem Supplemento 1157. 1164. & 1166. Quo anno fit Archiepiſcopus Rotomagenſis.

23. *Æg…ius*, ex Archidiacono Rotomagenſi, in Concilio Lateranenſi 1179. Intereſt & dedicationi Becci 118… quo obiit, vt Robertus notat in Supplemento Sigeberti. Ad eum extat Arnulphi epiſtola 64. & 66. Sed & ei adhuc Archidiacono Rotomagenſi ſcribit epiſt. 1. & 55. quibus ei dicat Collectionem epiſtolarum, & Sermonem habitum in Concilio Turonenſi 1163.

24. *Ioannes*, apud Robertum Suppl. Sigeberti 1181. Rogerium Houedenum in Henrico 2. filius Lucæ, & Regis Angliæ Clericus.

25. *Guarinus* 1197. 16. Octobris in Bulla Innocentij 3.

26. *Lucas.* Memoratur 1203. & 1211. & dedicauit Eccleſiam ſancti Antonij de Gallione 1205. cum Guilelmo Abrincenſi, & Iordano Lexouienſi. Obiit 30. Ianuarij.

27. *Rodulphus de Ciette*, vel *de Cierrey.* Obiit 18. Martii 1220.

28. *Richardus*, ex Abbate Becci 1224.

29. *Rodulphus de Chern…*, eiectus 1231. Obiit 1242.

30. *Andreas* de Inſula. Obiit non conſecratus 24. Aprilis.

31. *Ioannes d'Amb…gemville*, fundator 4. Capellaniarum in Eccleſia cathedrali.

Iuni prima dies, anni quinque mille ducenti, Id eſt 1256.
Sex, quini decies finem dant huic morienti.

32. *Radulphus* Caprarius, vel de Capreolo, ſeu Cheuriaco, *de Cheuriers*, vel de Piris, diœceſis Matiſconenſis, poſteà Cardinalis Epiſcopus Albanenſis legatus Clementis 4. Romæ Carolum Siciliæ Regem coronauit 1265. Obiit 10. Auguſti, Tuneti, 1270. in exercitu tranſmarino S. Ludouici Regis, cuius olim fuerat Cancellarius, de quo Ciaconus, Onuphrius, & Sanutus lib. 3.

Pirum, ſeu Peyre vicus apud Sebuſianos.

part.12.cap.10. Notatur tamen eius anuerſarium in Calendario Pariſienſi 4. Nonas Aprilis. Quo tempore Franciſcani in vrbe conduntur. Vide copiosè Claudium Clemētem è Societate Ieſu, in vita Clementis 4. Papæ cap. 10. & ſequentibus. Capriaca verò gens (*de Chemers*) geſtat in ſcuti areâ argenteâ, tres cantherios coccineos.

Franciſcani

Porte d'argent à trois chevrons de gueule.

33. *Philippus* de Cadurco. Sepultus ad Dominicanos Pariſienſes, vbi in eius tumbâ hæc leguntur:

Per ſemel M. CC. iungens, bis quater X. ſemel I. Id eſt vnum.

Luxit, & Auguſti B. tertia funere iuſti. id eſt 1281. 21. Auguſti feriâ 5. Electus fuerat 1269.

34. *Euſtatius*, Minorita 1282.

35. *Nicolaus* de Autolio. Intereſt Concilio Regis 1296. 21. Ianuarij. Pœnitentiariam dignitatem inſtituit in cathedrali. Obiit 4. Maij.

36. *Gaufridus* de Barecio, vel Baroïo, *des Barres*, quo ſedente 1299. Eccleſia Dominicanorum in vrbe extruitur, prima earum, quæ S. Ludouico Regi dedicatæ fuerunt. Obiit 25. Septemb.

Dominicani.

37. *Matthæus* de Eſſartis, ex Cantore. Nominatur 1306. in Charta S. Capellæ Pariſienſis, & alibi 1308.

38. *Gaufridus Du Plex*. Nominatur 1315. & 1320.

39. *Ioannes* à Prato Minorita 1332.

40. *Robertus* de Roïa 1333. Obiit 26. Decembris.

41. *Gaufridus Faie*, ex Abbate 23. Beccenſi. Nominatur in diplomate Ioannis Franciæ, ducis Normaniæ, Piſciaci, menſe Februario 1337. & anno ſequente fundat Capellam S. Annæ.

42. *Robertus* de Brucuria. Nominatur 1340. 28. Decembris, & 1348. in Charta qua fundat Capellam ſancti Iacobi maioris, & 1373. 3. menſis Martij citatur ad ſumendum Coadiutorem, quòd præ ſenio muneri Epiſcopali vacare non poſſet. Itaque tunc fortè datus ei Coadiutor, qui & poſteà 1375. ſucceſſor Guilelmus de Valone Dominicanus Autiſſiodori, vt eſt in monumentis Conuentus vrbis illius, vbi dicitur Confeſſor Regis, vt me monuit Carolus *de Villiers* Theologus Pariſienſis, Antiquitatum Eccleſiaſticarum acer indagator.

43. *Guilelmus d'Eſtoute-ville*. Memoratur Præſes Curiæ Iuuaminum, ſeu Vectigalium (*des Aydes*) 1384. & viuebat adhuc 1386.

44. *Philippus* de Molinis, vel Molendinis, poſteà fit Epiſcopus Nouiomenſis 78. 1388.

A

45. *Petrus* de Molinis, ſuperioris nepos, ex Decano.

46. *Guilelmus* de Canteriis, *de Cantiers*, in tralatione S. Ludouici 1392. viuente adhuc Philippo tunc Nouiomenſi, & anteà Ebroicenſi Epiſcopo. Dedicat 1411. Capellam hoſpitalis Pariſiis in honorem S. Anaſtaſiæ.

47. *Paulus* de Capranica, ex Martini 5. Papæ Secretario, poſſeſſionem adeptus 1420. poſteà Archiepiſcopus Beneuentanus in Italia. At in hac gente Capranica floruerunt aliquot S. R. E. Cardinales, apud Onuphrium, & Ciaconum. Sedes verò Ebroïcenſis vacabat 1427.

B

48. *Martinus*, vel Martialis Fornerius 1427. cui ſubiicitur à nonnullis Gillerius *de Balam* Autiſſiodorenſis Ordinis Prædicatorum, ex Epiſcopo Bethleemitano.

49. *Paſquerius*, vel Paſchaſius de Vallibus *de Vaux*, vel de Villaribus, ex Meldenſi Epiſcopo 1439. poſteà Lexouienſis 1443.

50. *Guilelmus de Floques*, receptus 1447. 5. Septembris. Obiit 1460. ſepultus in Choro cathedrali. Ei dicat opuſculum de ſacroſancta Euchariſtia Guilelmus de Mara Canonicus.

C

51. *Petrus* de Combornio, nominatur 1462.

52. *Ioannes Balüe*, ex Confeſſario, & Eleëmoſynario Ludouici 11. & Abbate 33. Becci, eoque primo Commendatario. Conſecratur in Eccleſia Pariſienſi 1465. die Dominicâ 4. Auguſti, poſteà Cardinalis, & Andegauenſis Adminiſtrator, qui tandem, ex amico inimicus factus Regi Ludouico 11. annos vndecim in carcere cum Epiſcopo Virdunenſi tranſegit teſte Philippo Comminæo lib. 2. cap. vltimo, de quo etiam Onuphrius, Ciaconus. Itaque expertus eſt Horatianum illud:

D

Dulcis inexpertis cultura potentis amici.

53. *Petrus Turpin* 1471. filius Roberti Domini *de Criſſé*, & Annæ *de Greſille*.

54. *Ioannes Habert*, ſepelitur Pariſiis: de eo Philippus Comminæus lib. 4. c. 7. Hebergus dicitur Franc. Belcario l. 3. num. 8. vbi recenſetur Pacis conciliator 1473. inter Ludouicum XI. & Eduardum Anglum.

55. *Radulphus du Fou*, ex 55. Engoliſmenſi 1479. 14. Februarij, Abbas ſancti Taurini 1506. Calend. Iunij, ſepultus in cathedrali Choro, vbi in Epitaphio ſediſſe dicitur an. 32. & obiiſſe Februarij

rij 2. 1510. ac natus in diœceſi Coriſopitenſi. Itaque legendum eſſe credo Ebronenſis pro Ebroïcenſi in Veſuntione V.C. Iacobi Chiffletij, vbi Iacobus Claræ-vallis, Epiſcopus Ebroïcenſis dicitur obiiſſe 1481. & ſepultus in ſacello S. Agapiti ad metropolitanam.

56. *Ambroſius le Veneur*, ex Decano electus à Capitulo.

Le Veneur Comte de Tillieres en Normandie porte d'argēt à la bande d'azur chargee de trois saultoirs d'or.

57. *Gabriel le Veneur*, ſuperioris nepos, ordiniſque Conchiliati Cancellarius. Erigitur in ſedem 1532. Regia nominatione, ac ſubſcribit Concilio Tridentino 1563. Ex eadem gente Ioannes Cardinalis Epiſcopus Lexouienſis, & Magnus Franciæ Eleëmoſynarius, & alter Ioannes Abbas Flaiacenſis 48.

58. *Claudius* Sanctæus, *de Sainctes*, Ordinem ſancti Auguſtini in Monaſterio ſancti Cerauni diœceſis Carnotenſis 1533. profeſſus, Theologus inſignis claruit in Concilio Tridentino. Ad hanc ſedem aſſumitur 1575. & anno ſequente intereſt Comitiis Bleſenſibus, & Concilio Rotomagenſi, quod ipſe deſcripſit 1581. editis etiam ſtatutis ſuæ diœceſeos. Neque hîc omittendum habitam fuiſſe ab eo, & Simone *Vigor* diſputationem, ſeu collationem contra de Spina, & de Roſerio Miniſtros Caluiniſtas 1566. vt refert Genebrardus in Pio 5. Obiit 1590. relictis pietatis, & ingenij pluribus monumentis, inter quæ opus eminet, quod de Euchariſtia exarauit. Quam materiam elucidauit copioſiùs ſermone Gallico eius ſucceſſor. Malè præterea à nonnullis Claudio præponitur Carolus *de Sainctes*, qui nullus fuit.

59. *Iacobus Dauy Perronius*, ad ſanctum Laudum in Normania natus 25. Nouembris 1595. conſecratus Romæ à Cardinale de Ioyoſa, poſteà Cardinalis Archiepiſcopus Senonenſis 104. & Magnus Franciæ Eleemoſynarius.

60. *Guilelmus de Pericard*, ex Senatore Rotomagenſi, & Abbate ſancti Taurini, & Eccleſiæ Decano aſſumptus 1608. Obiit 25. Nouembris 1613. quo anno Capucini fundantur.

61. *Franciſcus de Pericard*, ſuperioris, ex fratre nepos. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614. Quo Præſule Franciſcus *Ioulet* Decanus libros de Sacerdotio, & pleraſque Homilias S. Chryſoſtomi lingua Gallicâ donauit. At etiā nunc floret eruditione clarus I. *le Iau.* Canon. Pœnitentiarius, Seriei Epiſc. Ebroïc. autor, quam Franciſco dedicauit, vt iam diximus.

Engoliſmenſes Epiſcopi.

Engoulesme.

ENGOLISMA, Lupo Ferrarienſi, vel Inculiſma Auſonio epiſt. 11. ad Tetradium, vel ciuitas Encoliſmenſium in Notitiâ prouinciarum, vbi in Cod. Thuano legitur Aquileienſium, in monte cuius radices ſubluit fluuius Charantonus Auſonio, ſeu Canentellus, Ptolemeo, grad. longitud. 21. 0. latitud. 45. 20. vbi altitudo ſolis 44. 40. dies maxima horarum 15. 30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 61. ad 60. ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi, & Parlamento Pariſienſi, Ducatu inſignis, cuius Epiſcopus dicitur Archicapellanus Regis in Aquitania, Valafrido Straboni, & cuius Eccleſia cathedralis patronum veneratur S. Petrum, euerſa in tumultibus Gallicis à ſegregibus, complectens in ſua diœceſi parrochias circiter 411. vbi & reperiuntur hæ Abbatiæ: Flor. 1000. *La Charāte.*

S. Amantij O.B. Flor. 170.

Cella-fruini, *Celle-frowyn* O.A.

Corona O.A. Flor. 133.

S. Eparchij, vulgò *Sainct Cibar* in vrbe O B.

De Borneto O.B. Flor. 300.

Fontis-dulcis, fœminarum.

Epiſcopi verò ex Carlonio, & Corlæo, & aliis ſic ſe habent, vbi tamen multi deſunt, & quidam videntur tranſpoſiti.

1. *S. Auſonius*, vulgò S. Auſoni, diſcipulus S. Martialis, Mortaniæ Sanctonum Albino, & Eugeniâ claris parentibus ortus, à barbaris occiſus 11. Calend. Iunij, quem ſecutum eſt interpontificium.

2. *S. Dynamius*, apud Greg. Turonenſem l. 2. c. 13. Sedit ann. 20.

3. *Lupicinus*. In Concilio Aurelanenſi 1. 507. & 2. 536.

4. *Apronius*. Sedit ann. 35. Aliis dicitur Apronius, quo tempore circa A. C. 565. tranſiit S. Eparchius, ex Ademaro. De cuius Abbatia infrà.

5. *Mererius*, ex Capellano Regis, ordinatus à S. Gregorio Turonenſi, & S. Germano Pariſienſi, qui & dedicauerunt Eccleſiam S. Eparchij *S. Cibar*, *Ademarus*.

6. *Maracharius*. Gregor. Turonenſis lib. 5. c. 36. Fortunat. l. 3. c. 3. Aymoinus lib. 3. c. 31.

7. *Frontonius*. Greg. Turon. l. 5. c. 36. Fortunatus l. 3. c. 6.
8. *Heraclius* Burdegalenſis, Gregor. Turon. l. 5. c. 36.
9. *Nicaſius*, Greg. Turonenſis l. 8. c. 2. & l. 9. c. 41.
10. *Anſelmus*, vel Anſelinus.
11. *Sigiſmundus*.
12. *Bertholaius*.
13. *Ardoinus*.
14. *Adelardus*.
15. *Madabertus*.
16. *Fredebertus*.
17. *Sidranius*.
18. *Launus*. Ex Cœnobiarchâ Eparchiano, & ex Capellano Pipini Regis, tempore Caroli Magni Regis circa annum 775. quo tempore fundantur in agro Engoliſmenſi tria Cœnobia, Nantulienſe, Bainenſe, & Caroſienſe. At hoc tempore Baronius Martyrolog. 26. Iunij, & Miræus, Buzelinus lib. 3. Annalium Galloflandriæ, necnon Ioannes Molanus Natal. Sanct. Belgic. recenſent S. Saluium Epiſcopum Engoliſmenſem, martyrio Valentianis coronatum.

S. Saluius.

19. *Helias*, natione Scotus, diſcipulus Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis, *Ademaro*. Sedit ann. 40. & cathedralem ſuam decorauit reliquiis ſancti Benigni. Intereſt Synodo Sueſſionenſi 866.
20. *Gumbaldus*.
21. *Heoliba*, vel Oliba. Sedit ann. 27. cui à nonnullis ſubiicitur Anatolius, vel Anatolus annos 3. Ademaro.
22. *Godalbertus*, ann. 29.
23. *Fucaldus*. Sedit ann. 12. acceptiſſimus Guilelmo Ferri-ſectori *Taille-fer*, inſtauratori S. Eparchij Mainardo Abbate conſtituto, in fragmento hiſtoriæ Aquitanicæ apud Pithœum, quod eſt Ademari.

In Fragmento hiſtoriæ Aquitanicæ Pithœi Gumbaldo ſuccedit Fulcaldus, Fulcaldo Ebulus.

24. *Ebulus*. Sedit ann. 12. in eodem fragmento, ex Ademaro.
25. *Radulphus*. Sedit annos 9. Ademaro.
26. *Hugo*, vir litteratus, ex nobili gente Comptariorum Iarnacij apud Santonas Dominorum, ſepultus in S. Eparchio 4. Calend. Decembris, poſt ſedem 20. annorum, vt eſt apud Ademarum. Quo tempore ædificatur Monaſterium Buxiæ S. Amantij ab Arnaldo Comite, vir vndequaque doctiſſimus ante annos 40. defunctus, cuius ſucceſſor ante 14. annos tranſiit, vt ait Goſmas Canonicus Engoliſmenſis in Concilio Lemouicenſi 1029.
27. *Grimoardus*, ann. 25. Sed hîc audiendus Ademarus: Proceſſu, inquit, temporis Vido Vicecomes capto Grimoardo Epiſcopo pro Monaſterio Brantolmenſi, quod ab eo in munere expoſcebat, tenuit eum in carcere in turre Lemouicæ, & dimiſſus iuxta conditionem Vidonis, Romam adiit, Gerbertum Papam interpellauit: ibi Vido euocatus eſt ad iudicium coram Papa, & cum ipſo ſacratiſſimo die Paſchæ cauſa ventilata eſſet, & à Senatu prolata ſententia iudicatum eſſet, vt omnis, qui Epiſcopum capit ad colla indomitorum equorum, ligatus pedibus diſrumpatur, & demùm à feris dilaceretur, traditus mox eſt Epiſcopo Grimoardo ad cuſtodiendum, poſt diem tertium tradendus ad pœnam. Sed hi duo inter ſe concordantes, amici facti ſunt, & ante diem condictam Româ egreſſi, reuerſi ſunt ad propria. Ea verò contigerunt circa A. C. 991.
28. *Robo*, pergratus Roberto Regi. Benedixit Amalfredum Abbatem ſancti Eparchij, & anno 1028. Aprilis 7. Dominicâ *Oſanna*, cum Arnaldo Petragoricenſi Epiſcopo ſepeliuit Guilelmũ Comitem in æde S. Eparchij. Ipſe verò iacet in cathedrali, in qua Antiſtes glorioſus refulſit, vt eſt apud Ademarum. Eodemque anno 13. Cal. Decembris, apud Baronium intereſt dedicationi Baſilicæ S. Saluatoris Lemouicæ.
29. *Gerardus*, tempore Henrici Regis, ſedit ann. 20. Iacet in Eccleſia S. Dionyſij in Francia, vbi Aquiliſmæ ciuitatis Epiſcopus dicitur.
30. *Guilelmus*. Ædificauit caſtrum Toluetæ. Nominatur 1064. anno 4. Pontificatus Alexandri 2. ſedit ann. 35. obiit 1076. 12. Octobris. Iacet in Baſilica S. Petri. Interfuerat dedicationi Angeliaci 1058. cum Arnulpho Santonenſi, & Brunone Andegauenſi, præſente Comitiſsâ Pictauienſi Agnete, & Fulcone Engoliſmi Comite. Interfuit etiam anno ſequente 1059. ſacro Philippi Regis.
31. *Ademarus*, frater Guilelmi ſuperioris, ex Cœnobiarcha Stirpenſi. Obiit pridie Calend Septembris 1101. vt eſt in eius Epitaphio ad S. Petri, poſt ſedem annorum 25. menſ. 3. dierum 28. Quo tempore Frenadenſe Monaſterium extruitur liberalitate Domini Cõpignacenſis. Memoratur in Bulla Vrbani 2. apud Claromontem Aruerniæ, pridie Calend. Decembris 1096. Pontificatus 8. Indict. 3.
32. *Gerardus* 2. diœceſis Baiocenſis, ex

ex magiſtro ſcholarum factus Epiſcopus, electione Cleri, aſſenſu honoratorum, petitione populi. Conſtituit de proprio ſuo, vt tredecim pauperes in menſa Epiſcopali ſemper alerentur, domum cum Capella leproſis extruxit. Concilio Romano de Inueſtituris interfuit, Baron. 1112. Obiit 8. Calend. Auguſti 1135. ſecutus partes Anacleti in ſchiſmate contra Innocentium 2. quâ vel vnâ actione reliquum non improbatæ vitæ commaculauit: qua de re auctor vitæ ſancti Bernardi lib. 2. cap. 6. & Bernardus ipſe contra hunc Gerardum Pſeudolegatum, & Baronius ac Nicolaus *Coeffeteau* contra Myſterium Iniquitatis pag. 781. Vnde in vita S. Guilelmi Comitis Pictauiæ dicitur aſtutiſſima vulpes, & ſerpens tortuoſus. Nonnulli tamen reſipuiſſe in extremis tradunt. Ad eum quoque, vt S.R.E. Legatum (nondum fortè ſchiſmaticum) ſcribit Hildebertus epiſt. 38. de Reformatione Monaſterij Ebroïnenſis, & Gofridus Vindocinenſis lib. 1. epiſt. 20. & 21. & ibi Sirmundus in Notis. Sedit annos 33. cum duobus menſibus. Quo tempore Bornatenſe Monaſterium, & Cella-fruini ædificantur. Is quoque eruditiſſimus dicitur Orderico l. 13.

Bornatenſe Monaſterium Cella-fruini.

33. *Lambertus*, vir ſummæ eloquentiæ, & maximæ Religionis. Nominatur in diplomate Ludouici 7. 1137. & memoratur in vita ſancti Bernardi lib. 4. cap. 4. & ab ipſo Bernardo dicitur Vir ſanctæ memoriæ. Obiit 8. Idus Iulij 1148. poſt ſedem annorum 13. Vulgrino tenente Conſulatum, ſeu Comitatum, ſepultus in Monaſterio Coronæ, vbi primùm Abbatem egerat, & quod fundauerat.

34. *Hugo* Rupifucaldiæ natus. Nominatur cum Godefredo Lingonenſi Epiſcopo in diplomate ſancti Bernardi de Monaſterio Buxiæ. Sedit annos decem, menſes duo, diem vnum. Obiit 1159. pridiè Idus Auguſti, ſepultus in cathedrali, in qua Cantoriæ dignitatem obtinuerat.

35. *Petrus*. Interfuit cum Gaudefrido Archiepiſcopo Burdegalenſi, Ioanne Pictauienſi, Petro Petragoricenſi, & Ademaro Santonenſi, dedicationi Eccleſiæ ſancti Amandij Buxenſis. Quo tempore fundatur Monaſterium Fontis-dulcis.

36. *Ioannes*. Sedit ann. 20. 1182.

37. *Guilelmus*. Ad hunc reſcribit Honorius 3. C. 3. De corpore vitiatis. Sedit annos 15. 1202.

38. *Rodulphus*. Sedit annos 6. 1227.

39. *Ioannes* 2. Guillotius. Sedit ann. 7. 1233.

40. *Petrus* 2. 1240. Sedit ann. 14.

41. *Robertus*, ex nobili gente Bleſenſium. Sedit ann. 5. 1255. tempore Hugonis Bruni Marchiæ Comitis.

42. *Petrus* 3. 1260. Sedit ann. 5. eius tempore Dominicani, & Franciſcani in vrbem inducti, & Eccleſia Collegiata Rupifucaldiæ fundatur. Quod oppidum (Rupifucaldia) huius diœceſis donatur titulo Comitatus à Franciſco I. & Ducatus à Ludouico XIII.

Dominicani Franciſcani Engoliſmæ.

43. *Raymundus* 1265. Sedit ann. 8.

44. *Guilelmus* 3. 1273. ex nobili gente Blauiorum. Nominatur 1280. cum Guilelmo de Valentia Domino *de Pembrot*, & 1299. cum Ademaro de Valentia, Domino Montigniaci.

45. *Fucaldus* 2. 1310. ex Archidiacono, & Ordine Minorum, ſedit ann. 2. Fratrem habuit Aymarum Decanum Burdegalenſem. Vtrique fuêre filij Guidonis Rupifucaldi, & Agnetis Rupiſcauardæ, vt notat Andreas Quercetanus.

46. *Ioannes* 3. 1312. Ei ſcribit 1315. Guido Rupifucaldius, frater Fucaldi ſuperioris, apud Quercetanum.

47. *Oliuerius*.

48. *Gaillardus*.

49. *Aquilinus* 1328. Sedit ann. 25. inquiſitor in vitam Iuonis canonizandi cum Epiſcopo Lemouicenſi. Quo tempore Guido *de la Rochefoucaud* in ſuæ ditionis, & nominis oppido fundat Carmelitas apud quos iacet 1343. Quercetanus.

50. *Helias* 2. filius Reginaldi Domini Pontij.

51. *Ioannes* 4.

52. *Guilelmus* 5.

53. *Robertus* Monteberulphus 1420. Sedit ann. 30.

54. *Godofredus* Pompadurius 1460. Aquilam æream Chori fecit.

55. *Rodulphus* 1470. Sedit ann. 10. poſteà fit Ebroïcenſis 55.

56. *Robertus* Luxemburgius, Comitis Sampauli Equitum Magiſtri filius naturalis. Sedit ann. 11. quadrato lapide Eccleſiam ſtrauit, obiit 1492.

57. *Octauianus* Sangelaſius, Petri *de Mont-lieu* filius, Ioannis Epiſcopi Vticenſis frater, ex illuſtri ſanguine Luſignano 1492. Poëſim Francicam cœpit illuſtrare. Obiit 1502. hiſtoriam Gallicè ſcripſit, cui nomen dedit Viridarium

Ee

honoris', *Le Verger d'honneur*, & alia, de quibus alij.

58. *Hugo* Bauſæus, Cadurcus 1502. Sedit ann. 4.

59. *Antonius Stamneus*, vel de Stamno *d'Eſtain*, Aruernus, liliata inſignia à Franciſco Rege obtinuit, frater Franciſci Epiſcopi Ruthenenſis, quibus dicat Nicolaus Boherius Commentarium in Mandagotum de Electione. Obiit 1520. poſt ſedem annorum 14.

60. *Antonius Barræus* Turonicus. Sedit ann. 3.

Babou Bourdaiſiere porte d'argent au bras de gueule ſortant d'vn nuage d'azur tenát vne poignée de veſſe en rameau de 3. pieces de ſynople.

61. *Iacobus Babæus, Babou*, ſepultus in D. Martini Turonenſis 25. Nouembris 1532. ætatis 21. hoc Epitaphio:

Exta ſepulta iacent Iacobi Præſulis olim,
Engoliſmenſis de Babou *genere.*
Qui templo Martine tuo, Regiſque libellis
Præfuit, hunc iuuenem mors inopina rapit.

62. *Philibertus*, ſuperioris nepos, Græcè, Latinéque doctus, Cardinalis, & Epiſcopus Autiſſiodorenſis Obiit Romæ 1564. cuius tempore omnia ſacra impuris manibus hæreticorum Engoliſinæ polluuntur. Huic inſcripſit pictam Poëſim 1552. Bartholomæus Annulus Biturix, vbi carmine 2. eius ſtemma Gentilitium expreſſit. Eidem Ioannes Gillotus pater Iacobi Lingonenſis Decani dicat Iuris Themata 1538.

63. *Ioannes Carolus Bonius*, Florentinus, ex Epiſcopo Oſtunenſi. Obiit 1603. poſt ſedem annorum 36. Latinitate donauit Conſtitutiones ſancti Clementis Romani. Huic anno 1576. dicauit Catalogum Epiſcoporum Engoliſmenſium Franciſcus Corlæus, & Gabriel Carlonius 1597. quem vtrumque Catalogum, & calamo, & typis exaratum habuimus beneficio Sauaronis, & Cordeſij VV.CC.

64. *Antonius Rupi-fucaldins*, filius Antonij Domini *de Chaumont*, & Cæciliæ *de Mommirail*, conſecratus 1608. Nonis Iunij, Pariſiis, in æde S. Nicolai de Cardueto, à Franciſco Rupifucaldo Epiſcopo Claromontenſi, poſteà Cardinale. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1615. Eius frater Franciſcus Abbas Regulæ, *de la Reau*, & ſoror Maria Abbatiſſa Paracliti diœceſis Trecenſis. Eo ſedente Capucini conſtruuntur 1614.

Florienſes, ſeu Sancti Flori Epiſcopi.

S. Fleur.

FLOROPOLIS, ſeu S. Flori vrbs, quæ & Indiciacus in monte edito, quem Planum vocant, cuiuſque radices lambit Adia fluuius *Ladie*, gradu longit. 23. 40. latitud. 44. 45. Epiſcopatum habere cœpit auulſum à Claromontano in Aruernia, ſub Archiepiſcopatu Bituricenſi, & Parlamento Pariſienſi, anno 1317. beneficio Ioannis 22. vt refert Bernardus Guidonis, Martinus Polonus, & Andreas Quercetanus in vita huius Pontificis. Eccleſiam verò (nunc cathedralem) Vrbanus 2. conſecrauit conditam cum Monaſterio ab Amblarto, vel Amblardo Briſonio permiſſu Clementis 2. & Conſilio S. Odilonis Cluniacenſis. At S. Flori (à quo vrbi nomen inditum) ſolemnitas celebratur 4. Nouembris. Donati autem fuerunt Canonici (qui nunc viginti) togâ ſæculari à Sixto 4. 1476. Abbatiæ porrò in hac diœceſi ſunt,

Flor. 900.

Gotho S. Flori tecen ſecur inter Abbates in ſacro Philippi Regis 1059.

Piperacenſis O. A. vel Pipernicenſis *Perrat.* Flor. 103.

Aurel:acenſis O. B. *Aurillac.* Flor. 1000.

Breſl. fœminarum.

S. Mauricij O B. Flor. 102.

Non mediocrem quoque laudem huic vrbi attulit Guilelmus Boni, inſignis muſicus indigena. Præterea ſequentes Epiſcopi huic ſedi præfuerunt.

1. *Raymundus vehens de Monſbeger*, ex Priore Monaſterij, fit primus Epiſcopus à Ioanne 25. poſteà Epiſcopus ſancti Papuli, & Cardinalis, apud Ciaconum pag. 389. vbi de Muſſojolis dicitur, diœceſis Ruthenenſis, & mortuus 1337. nonnullis etiam dicitur Epiſcopus S. Pauli Tricaſtinenſis.

2. *Henricus* de Falteriis, ex Abbate 29. Cluniaci. Obiit 1330. 4. Calend. Februarij, ſepultus in Capella S. Petri ad cathedralem, vbi eius effigies ænea conſpicitur.

3. *Archimbaldus.* Inſtituit Eccleſiam Collegialem Beatæ Mariæ 18. Canonicorum.

4. *Deodatus.* De Canilhaco, poſteà Cardinalis, vt vult Demochares, cuius tamen non puto fieri mentionem apud Onuphrium, & Ciaconum, ſed & omittitur

titur in hoc Catalogo à Ioanne *Chenu.*

5. *Petrus* de Stamno, *d'Eſtain*, poſteà Cardinalis, & Archiepiſcopus Bituricenſis 80. aliis de Stagno *de l'Eſtang:* Ædificat Conuentum Fratrum Prædicatorum expenſis Ioannis Ducis Biturigum, & Aruernorum. Hi quinque Epiſcopi, ex Monachis electi, de quibus *Vion.*

6. *Petrus Rauſſen*, vel Roleti ſæcularis.

7. *Pontius* de Auriosa, *d'Avreuſe*, ſæcularis.

8. *Petrus* de Viſaco, ſæcularis, poſteà Epiſcopus Vaurenſis.

9. *Hugo* de Manhaco, poſteà Lemouicenſis 67. vbi de Iugnaco dicitur.

10. *Giraldus*, aliis Petrus, & fortaſsè vtroque nomine Petrus Giraldus de Podio, ex Abbate 84 Maioris-monaſterij, poſteà Epiſcopus Carcaſſonenſis, ac tandem Cardinalis S. Clementis creatus, non à Clemente 7. ſed à Gregorio 11. menſe Decembri 1375. Obiit Aueniome 1589. 14. Februarij, apud Ciaconum pag. 752. & 805. & apud Onuphrium pag. 221. & 231. multis bonis huic Eccleſiæ collatis.

Recenſetur Epiſcopus S. Flori inter Præſides Curiæ Iuuaminũ 1388. ſed ſine nomine, & 1400.

11. *Bertrandus* de Cadœna, ex Monacho, inde Epiſcopus Vticenſis.

12. *Iacobus* Lupi, Monachus, Borbonienſis, ex Dominis *de Beauuert.* Maiorem Eccleſiæ cathedralis partem inſtaurauit.

13. *Petrus de l'Entoing*, Monachus, ſepultus ante maius altare Eccleſiæ, in cuius ædificationem multa contulit.

14. *Antonius de l'Entoing*, ſuperioris frater, in cuius etiam tumulo ſepultus. Fundauit Miſſam quotidianam Beatæ Mariæ.

15. *Claudius* de Donjaco, *Donjac*, Præpoſitus Claromontenſis, & Abbas Valetæ.

16. *Carolus* de Gaudioſa, *de Ioyeuſe.* Fundauit 12. anniuerſaria, iacet in Choro, filius *Tanneguy*, & Blanchæ Turnoniæ.

17. *Ludouicus* de Gaudioſa Caroli nepos, Guilelmi Epiſcopi Aletenſis frater, filius verò Guilelmi, ex Anna *de Balſac.*

18. *Ioannes Burlé*, ex Epiſcopo S. Papuli, omiſſus à Demochare, reſtitutus à Ioanne *Chenu.*

19. *Baltazar Iarante.* Nominatione Regia in vim Concordatorum.

20. *Antonius de Lewiz* 1548.

21. *Ioannes Paulus de Salua*, Lemouicenſis.

22. *Petrus de la Baulme*, Borbonienſis. Interfuit Concilio Bituricenſi 1584. Iacet in Choro ſuæ Eccleſiæ.

23. *Raymundus Rouhon.* Quo tempore deſignatus fuerat Antonius *a Vrſe* Abbas Caſæ-Dei, qui obiit 11. Octobris 1593. Sepultus apud Franciſcanos Baſtię Seguſianorum, frater Honorati, filius Iacobi, ex Renata Sabauda Tendæ Domina. *La Baſtie en Foreſt.*

24. *Carolus de Noüailles*, S. Geraldi Aureliacenſis in hac diœceſi Abbas, Henrici Aruerniæ ſuperioris gubernatoris filius, in Conuentu Cleri Pariſiis 1615.

Foro-Iulienſes Epiſcopi.

Frejeul.

FORVM-IVLIVM Colonia Octauanorum, Pacenſis, & Claſſica, Plinio lib. 3 c. 4. Nauale Cæſaris Augusti in Gallia Narbonenſi, Strab. lib 4. Tacit lib. 4. hiſtoriarum, Ptolem. Argenteo flumine irrigatur, in planitie fœcundiſſima, in Archiepiſcopatu, & Parlamento Aquenſi, gradu longitud. 28. 0. latitud. 42. 50. vbi altitudo ſolis 47. 10. Quatuor vero fuiſſe Claſſes maritimas populi Romani, Theodorus Marcilius, & alij monuerunt, de quibus Suetonius in Auguſto c. 49. Vegetius lib. 4. c. 31. Strabo lib. 4. duas maiores, Rauennatem, & Miſenatem, & duas minores, vnam in Ponto, alteram in hac Galliæ auta, legendus Lalius de Republica Romana lib 6. c. 5. Eccleſia autem Foro-Iulienſis patronam agnoſcit B. Mariam, cuius Præſul factus Dominus loci donatione Ildefonſi 2. Comitis A C. 1203. referente Chopino lib. 2. Politiæ ſacræ cap. 6. At vnam tantùm Abbatiam notaui. *Flor. 1400.*

Forinegium, ſeu Toronetum O. C. *Flor. 300.*

Sed & hi à nobis ſoli potuerunt notari Epiſcopi.

S. Leontius, aliàs Gerontius. De quo S. Leo epiſt. 89. extrema, Hilarius Papa epiſt. 4. Sidonius l. 6. epiſt. 3. cum notis Sauaronis, Chronolog. Lirinenſis pag. 124. & 226. Baron. an. 465.

Theodorus. Ei ſcribit S. Leo epiſt. 91. quę in aliis editionibus eſt 59. & epiſt. 109. Intereſt Concilio Arauſiaco 1. A. C. 441. Meminit Baronius 441. nu. 4.

Betto. In Concilio Cabilonenſi circa A. C. 650.

Gauſelinus 1038.

Berengarius. Ei ſcribit Calixtus 2. A 1120.

Bertranus, ſeu Bettianus circa an. 1130. in Chronologia Lirinenſi.

Raymundus. Cui Ildefonſus Comes contulit iura dominica 1203.

Guilelmus 1264.

Iacobus Arnaldi Deuſa, vel de Oſſa circa A. C. 1306. inde aſſumptus ad Pontificatum Maximum nomine Ioannis 22.

Bartholomæus. In Concilio Aueniońenſi 1337.

Leo Vrſinus, ex qua illuſtri gente Romana, præter Nicolaum 3. Papam claruere circa 20. Cardinales.

Iacobus Seguin, ex 41. Priore S.Martini Pariſienſis 1452.

Nicolaus Fliſcus Genuenſis, poſteà Tolonenſis, & Cardinalis 1503.

Simon Aleotus, mortuus in Concilio Tridentino 20.Aug. 1562. Hìc habetur Capitulũ generale Minimorum, in quo electus Generalis Simon Guichardus 1547. & alterum 1556. in quo electus Hieronymus Arnonus,& 1565.Ioannes de Flumine-frigido.

Bertrandus Romanus 1567.

Bartholomæus Camelin. Benedixit primum lapidem Conuentus Capucinorum Draguignani 1600.Febr.19.

Gabalitani, infrà, Mimatenſes.

Gand, ou Gend ſur l'Eſcauld.

Gandauenſes Epiſcopi.

GANDAVVM Gordunorum ad confluentes Liſæ,& Scaldis, vrbs Comitatus Flandriç primaria ſub Archiepiſcopatu Machlinienſi, Epiſcopali dignitate exornata, & à Tornacenſi ſede auulſa 1549. à Paulo 4. petente Philippo 2. Hiſpaniarum Rege, gradu longitudinis 25. 0. latitudinis 51. 0. altitud. ſolis 39. 0. vbi dies maxima horarum 16. 20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 75. ad 60. in patrocinio Sancti Bauonis. Qua de re Miræus Faſtis Belgicis Calend. Octobris, & in Codice Donationum cap. 14. 36. & 39. & Antonius Sanderus de Gandauenſibus eruditione claris cap. 124. de Collegiis Canonicorum, quæ ſunt in hac vrbe 11. cum Abbatiis 5. & aliis Monaſteriis 25. cum ſeptem Eccleſiis Parrochialibus, præter alia loca pia magno numero. Illa verò flumina diuidunt vrbem in viginti ſeptem inſulas, quæ coniunguntur centum ferè pontibus, in cuius diœceſi longa 40. m. p. Italicorum, lata 24. m. p. ſeptem vrbes comprehenduntur, & Abbatiæ ſequentes:

S.Petri, aliàs Blandinium O.B.

Dronghen O.P Troncinium.

Bodelchenſis, Bauloo O.C. condita 1225. in vrbe.

B *Doreſelle* fœminarum O. C. ſexqui milliario à Gandauo, condita 1215.

Nonnemboſch, ſiue Nonnarum Silua.

Teraghen, fœminarum.

Douze, fœminarum. Conditur à Simone *de Lalain*.

Oiſterloa duobus ferè milliaribus ab vrbe O. C.

Suiuecana fœminarum O. C. ad muros Teneramundæ oppidi.

Gronembrilenſis in vrbe, fœminarum O.A.

B. Mariæ de Mello, fœminarum iuxta vrbem.

C In hac autem cathedra ſederunt:

Cornelius Ianſenius. Obiit 1576. Aprilis 11. de quo Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, & Antonius Sanderus lib. 1. de Gandauenſibus eruditione claris.

Guilelmus Damas, Lindanus, ex Ruremondenſi. Obiit 1588. 2. Octobris, tumulum habens communem cum prædeceſſore hoc carmine inſcriptum. Videndus Valerius Andreas Bibliothecâ Belgicâ.

Vnus eſt Phœnix, cineres hac tumba duorum
Phœnicum vera Religionis habet.

D Videndus etiam Antonius Sanderus de Gandauenſibus eruditione claris, vbi & de Viglio Zuicheno in hac Eccleſia Præpoſito, & ſepulto 1577. poſtridiè Nonas Maias ætat. 77.

Petrus Damantius. Obiit 1609. Opmerus.

Carolus Maez, ſiue Mazius, ex Decano Antverpienſi, & Epiſcopo Yprenſi. Habet Epitaphium in Eccleſia Bauoniana, quod refert Antonius Sanderus libro 1. de Gandauenſibus eruditione claris.

Henricus Franciſcus *Vanderburch*, ex Decano Machlinienſi poſteà Cameracenſis Archiepiſcopus, de quo idem Sanderus.

Iacobus

Iacobus Boonen, poſteà Mechlinienſis Archiepiſcopus.

Antonius Trieſt, in funere Alberti Archiducis 1621.

Floret hoc tempore Iuſtus Ricquius, de quo Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, & Antonius Sanderus, de Gandauenſibus eruditione claris. Sed & primitias Antiquitatum Gandauenſium ſcripſit Ioannes Grammaius. Legendus Arnoldus Hauenſius de Erectione nou. Epiſcop. Belgij.

Geneue, incolis Zeneua.

Geneuenſes Epiſcopi.

Flor. 600.

GENEVA extremum oppidum Allobrogum eſt, proximúmq; eſt Heluetiorum finibus, Cæſari l. 1. c. 2. quà Rodanus præceps rapitur genitore Lemano, Auſonius,

Et rapido curſu Rodanus præceps fluit amnis.

Saxo l. 1. Annal. Caroli Magni, Ciuitas Geneuenſis, regium, magnum, & ſplendidum oppidum Æneæ Siluio, & Genabenſis, & Aurelia, & Genabum Allobrogũ Ianua, Ianaua, Genua, & Genaua, gradu long. 28. o. latit. 46. o. altitud. ſolis 44. o. vbi dies maxima horarum 15. 34. 8. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 62. 10. ad gnomonem 60. Primam verò ſyllabam in Géneua acui, & produci, alij monuerunt, cuius lacus extenditur in longitudinem ſtadiis 400. in latitudinem 150. vbi truttæ cẽtum librarum capiuntur, apud Gregorium Turonenſem lib. 1. Miraculorum cap. 75. Epiſcopus autem, qui & Princeps, memoratur c. 21. de Accuſationibus, & Eccleſia c. 10. de Voto, cuius ſedes pro tempore Aniſſij, vel Anicij ad alterum lacum in Ducatu Gebeneſij (*Geneuois*) poſita eſt, occupatâ per vim, & fraudem Géneuâ à nouatoribus perfidis, & à veræ Eccleſiæ caſtris transfugis iam ab anno 1535. cùm vera Religio hîc perſeueraſſet à prædicatione S. Nazarij, quâ inter cæteros ciues Gebenenſes ad fidem conuerſus fuit S. Celſus adhuc iuuenis, poſteà Nazarij in martyrio ſocius 28. Iulij. Sed & aurei nummi Gebenenſes recenſentur in Diplomate anno 1223. Præterea cathedralis Eccleſia, cuiũs dedicatio celebratur Calendis Octobris, patronum agnoſcit ſanctum Petrum Apoſtolorum principem, habenturque in eius diœceſi Abbatiæ:

Geneua hæretica, & ſeroa malorum.

Primus veneno ortifero hæreſeos Geneuam infecit Guilelmus Fharel, Vapincei natus

Flor. 300.

S. Mariæ de Abundantia O. A. nunc Fulienſium.

Boni-montis O. C. Flor. 110.

Filiaci, vel Siliaci, vel Sixti O. A. Flor. 600.

Altæ-cumbæ, *Haulte-combe* O. C. Flor. 550.

Alpeſtris, vel Alpium O. C. Flor. 500.

Intermontium, ſeu S. Mariæ inter montes O. A.

S. Catharinæ Monialium O. A.

Sitis, vel Bitis O. A. Flor. 300.

Oſiſſeray.

Præterea Epiſcopi hi tantùm à nobis obſeruati.

S. Paracodus, vel Paragodes, qui & 7. Viennenſis Calend. Ianuarij, in Appendice Adonis.

Donatianus, tempore Godiſilli Burgundionum Regis.

Maximus. Concilio Epaunenſi 509. & ſubſcribit fundationi Agaunenſis Cœnobij per Sigiſmundum factæ anno 515.

Salonius. In Concilio Lugdunenſi 570. alius à Salonio Sidonij. Hîc verò fortaſsè eſt Siluius Epiſcopus, cui ſanctus Eucherius dicat vitam S. Mauricij, & ſociorum, vbi memoratur Iſaac Geneuenſis Epiſcopus.

Cariatho. Concilio Matiſconenſi 2. 588. & Valentinenſi 2. 589.

Paulus, vel Papulus. In Concilio Cabilonenſi circa A. C. 650.

Apelinus, in vita ſancti Euſtaſij, vbi Genuenſis legitur, apud Surium 29. Martij.

Artaldus. In reſtitutione Ludouicj Pij 835. in Chartular. Ferrarienſi.

Optandus. In epiſt. 281. & 295. Ioannis 8. circa ann 882.

Hugo, cum Burchardo Lugdunenſi. Curat reparationem Monaſterij Agaunenſis 1014. & intereſt dedicationi Eccleſiæ Baſilienſis 1019. 5. Idus Octob.

Fidericus. Subſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi 41. Veſuntionenſis 8. Cal. Aprilis 1044.

Guido. De quo Petrus Venerabilis lib. 1. Miraculorum cap. 25. frater Aymonis Comitis Geneuæ. Teſtis in Regulariza-tione Stephanienſium 1113.

Humbertus cum Aymone Comite litigauit de vrbis imperio 1124.

Arducius. Nominatur in Inſtrumento Nantuæ 1158. & 1176.

Arnus, vel Artuſius in Concilio Lateranenſi 1179. mẽſe Martio, ſub Alexand. 3. quem puto eundem cum ſuperiore.

Bernardus 1212.

Ioannes de Minoliis, vel rectiùs Murelliis, ex Vicecomitibus *d'Eſtain*, Cardinalis 1385. Auenione à Clemente 7. creatus, ſepultus in æde Franciſcanorum Claromonte Aruernorum.

Ioannes de Broniaco, poſteà Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, & S. E. R. Vicecancellarius, mortuus 1426. Romæ menſe Februario. Hunc etiam Archiepiſcopum Arelatenſem, & Viennenſem, & anteà Canonicum Geneuenſem fuiſſe opinatur Iacobus *Foderé* in deſcriptione prouinciæ Lugdunenſis Minoritarum, eumque fundaſſe Conuentum Prædicatorum Anicij, & Eccleſiam S. Laurentij cum Noſocomio in loco natali *Breguier*, prope Anicium, ipſique cognomentum fuiſſe *Alermet* teſtatur.

Ioannes. In Concilio Conſtantienſi ſeſſione 41. 1417. vnus ex Electoribus Martini 5. apud Onuphrium pag. 277. & Ciaconum pag. 870. qui diuerſus à Ioanne de Broniaco in eodem Concilio Præſide, vt Decano Cardinalium.

Ioannes Breuiſcope, ſeu Breuis-coxæ, ex Epiſcopo Pariſienſi 91. Nominatur 1422. qui eſt annus primus ſedis in hac cathedra.

Franciſcus 1432. In Concilio Baſilienſi ſeſſione 5. & 38. 1438. vnus è natione Gallica inter Electores Felicis 5 à quo creatus poſteà Cardinalis titulo ſancti Marcelli 1440.

Antonius Campanus, Sabaudiæ Cancellarius, ex Epiſcopo Montis-Regalis 1491.

Ludouicus, filius Ludouici Sabaudiæ Ducis ex Anna Cypria.

Ioannes de Sabaudia. Nominatur in Conſilio Ducis Sabaudiæ 1513. Intereſt Conſilio Lateranenſi Leonis 10. 1515. in Conſilio eiuſdem Ducis 1526. Is Dux fuit Carolus, Ioannis patruus.

Philibertus de Rie, Abbas S. Claudij, frater Ludouici Abbatis 33. Albæ-ripæ 1532. ambo filij Simonis Equitis Parlamenti Dolani, & Guiæ ſororis Cardinalis Petri ſequentis.

La Baume porte d'argent à vne bande vivree d'azur.

Petrus de Balma, *de la Baulme*, Abbas S. Claudij, factus Coadiutor Biſuntinus 1529. 12. Calend. Februarij, vi & fraude hæreticorum Geneuâ expellitur 1535. Vnde Petrus Ronſardus Gallicæ poëſeos Genius à Michaële Hoſpitalio nuncupatus, hos verſus effudit:

Vne ville eſt aſſiſe aux champs Sauoiſiens,
Qui par fraude a chaſſé ſes Seigneurs anciens:
Miſerable ſejour de toute apoſtaſie,
D'opiniaſtreté, d'orgueil, & d'hereſie.

Poſteà fit Cardinalis à Paulo 3. 1535. 14. Calend. Ianuarij, titulo Pammachij SS. Ioannis, & Pauli, & Archiepiſcopus 84. Veſuntinus 1542. filius Guidonis *de la Baume*, & Henriettæ de Longouico.

Franciſcus Bachodius. In Concilio Tridentino, & nominatur à Franciſco Sacchino 1560. lib. 3. num. 70. hiſt. Societatis Ieſu. Cuius tempore 1564. Geneuæ Caluinus 14. Calend. Iunij miſere moritur. Natus fuerat publico Chriſtianæ Reipublicæ malo 1509. 10. Iulij Nouioduni Picardiæ. *Caluinus hæreſiarcha.*

Angelus Iuſtinianus, Minorita. Nominatur 1569.

Claudius Granier. Obiit 1602.

Franciſcus de Sales, patre Franciſco, matre Franciſca *de Sionnas* feriâ 5. horâ 9. poſt meridiem 21. Auguſti 1567. nobili vtriuſque gente in Sabaudia natus, Genebrardi, & Maldonati Pariſiis, Pancirolæ Patauij auditor, monſtrante Deo ad hanc ſedem euectus, conſecratus 8. Decembris à Veſpaſiano Gribaldo quondam Viennenſi Archiepiſcopo. Orationem habuit Pariſiis in æde primaria in funere Franciſci Lotharingi Mercurij Ducis 1602. poſteà editam. Emiſſi quoque ab eo in lucem fuêre libri pietate, & doctrinâ inſignes, *De Introductione ad vitam deuotam*, & *De amore in Deum*, & alij,

Queis altum ſulcum mentis opimæ colit.

Quo ferè tẽpore Theodorus Beza 1519. Vezalij in Burgundia natus, hæreſiarcha, homo impurus & acerrimus S.R.E. hoſtis 13. Octobris 1605. Geneuæ moritur. Præterea Franciſcus Franciſcum, Henrici à Sabaudia Principis Gebeneſij, & Ducis Nemurſij, ex Anna Lotharinga Aumalea filium ſacro fonte abluit. Inſtituit autem Anicij Barnabitarum Collegium, qui primùm orti fuêre Mediolani 1536. Auctor pariter fuit Congregationis Sororum, ſeu Dominarum Viſitationis B. Mariæ in eadem vrbe Anicio 1610. die S. Trinitatis 6. Iunij D. Claudio dicata, cuius quidem piæ Congregationis Anteſignana, & Primiceria extitit Ioanna Franciſca *Fremyot* vidua Chriſtophori *de Rabutin* Baronis *de Chantal*, & ſoror Andreæ Archiepiſcopi 98. Bituricenſis. At talis, tantúſque Præſul ætatis 56. cum diebus 17. Præſulatus anno 20. cum diebus 20. feliciter in Domino obdormiuit (poſt ingentes, aſſiduáſque ſuper gregem ſibi commiſſum vigilias) die 28. Decembris 1622. Lugduni, quò ſe cum Principe Subalpinorum Ludouici Regis ſalutandi gratiâ contulerat, quem obitum boni omnes non ſine luctu acceperunt, *Barnabitæ.* *Sorores Viſitationis.*

ceperunt, imò Pœnos etiam ingemuiſſe A Leones:

Virgil. Egloga 5. Nemeſius Egloga 1.

------ Monteſque feri, ſiluæque loquuntur:
Namque fuit dignus ſenior, quem carmine Phœbus,
Quem calamis, fidibuſque Linus, modulatibus Orpheus
Concinerent; atque acta viri, laudeſque ſonarent.

Et certè

Horatius.

Poſtera creſcet laude recens, qui
Sanctorum nobis reddens miracula Annorum,

Martial. lib. 8. Epigram. 74.

Non paſſus meritis ſecula cana mori.

Symmachus.

In quo, vt in Christiano Platone, eodem B viuendi, & dicendi Magiſtro raram facundi oris, & boni pectoris cognationem cuilibet clarè, & palam intueri licuit, & omnium virtutum cæleſtem mundum contemplari. Sed quid ego faculam luci ſolſtitiali præfero? Quid aquæ guttulam deferre conor in eius fontes, è quibus plures haurient, nec exhaurient? Ecquid eum laudem, de quo nunquam tàm magnificè quicquam dixero, quin id reuincat virtus ipſius, qui ideò noſtris in terris viſus eſt, vt eſſet exemplo, in cælum (vt piè creditur) eleuatus, vt ſit patrocinio, vt qui hîc infor- C mauit ad vitam, illic inuitaret ad gloriam. Is certè nunquam prodeſſe ceſſauit, & libris, & viuæ vocis oraculo, habitis pluſquam quatuor millibus Concionum, ſeu Prædicationum, conuerſis ſex millibus hæreticorum, & ampliùs, & infinito cæterorum hominum numero in fide verâ, & rectâ viuendi ratione confirmato. Itaque, vt paucis complectar, huius Præſulis magnitudo (quod olim de Conſtantino Magno dixit Nazarius Panegyriſtes) veterum geſtis fidem conciliat, quæ credimus facta, quia maiora ſenſimus in eo, cuius gloria humani faſtigij modum ſupergreſſa eſt. Is D enim fuit, cuius, vel ſola frugalitas pluribus impendiis, & erogationibus piis, honeſtiſque abundè ſufficiens oſtendit magnas opes, non tàm auarè, & ſordidè multa capiendo, & cupiendo, quàm haud multa luxu, & inertiâ profundendo, & perdendo quæri, & conſeruari. Sed huius tot, tantæque virtutes (inter quas maximè charitas ardens, virginitas, & eximia quædam lenitas effulſère) ita me in admirationem rapiunt, vt de his tacere potiùs, quam pauca (vt inſtituti mei ratio poſtulat) dicere ſtatuerim. Vide Hilarionem *de Coſte* in hiſtoria Catholica de Elogiis huius Præſulis, cuius vitam & geſta magis videntur delineaſſe, quàm abſoluiſſe (*cùm dictis maiora ſuperſint*) Ioannes à S. Franciſco Generalis Fulienſium Superior libris ſex, Ludouicus *de la Riuiere* libris quatuor, & N. Dominus *de Longue-terre* 8. Partibus.

Ex Terentio in Adelphis.

Ex S. Bernardo ſermone de S. Victore.

Vincuntur rebus facta vetuſta nouis Fortun.

At qui Sanctorum numero es turbaque receptus,
Laudibus immenſis toto celebrandus in orbe,
Sis bonus, ô, felixque tuis, noſtrumque laborem
Dirige anhelantem ſupremæ ad candida calcis.

Franciſcus. Quem Paſtorem paſtoralibus verbis affari iuuat, & quod mens concepit, ore ſemel expromere,

Nunc tu ſume pedum, qui nunc eris alter ab illo.

Nam certè vox populi, vox Dei iam diu prædixit te eſſe vnum amantiſſimi fratris, ſanctiſſimique Patris ſedulum imitatorem, à quo omnes, non fruſtrà, expectant, vt curatione tuâ mirabili, tandem aliquando lucem auream veri ſolis, poſt fallaces tenebras cæcutiens, & plagiaria modo hæc Geneua reſpiciat, & recipiat, ac in caulam Petri tutiſſimam reducatur, Te duce fortiſſimo felicibus Chriſti Saluatoris, ſeruatoriſque auſpiciis, ſub crucis adorandæ vexillo priſcâ fide poſtliminio reduce militet, conſtanter vincat, & glorioſè triumphet, Te diſpenſatore, panem Angelorum manducet, & calice inebriante vinum germinans virgines bibat, & ranarum paluſtri vligine reiectâ, liliis cæleſtibus æternùm coronata, nomen, calculumque nouum ſortiatur. Quod vbi feceris:

O nunquam regni, rerumque oblite tuarum,
Inclyta Roma tuas laudes Annalibus addet.

D

Glandatenſes Epiſcopi.

Glandev.

GLANDEVA, Glannata, Glannatica, vel Glanatenna ciuitas in Notitiâ Prouinciarum; Glanum nonnullis ex Antonino, & tabulâ itinerariâ, Plinio l. 3. c. 4. Ptolæmeo l. 2. c. 10. gr. longit. 28. 0. latitud. 43. 30. altitudo ſolis 46. 30. vbi dies maxima horarum 15. 14. 40. Ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 30. ad Varum Fluuium in Alpibus maritimis, ſub Archiepiſcopatu Ebrodunenſi; & Parlamento Aquenſi, cuius Templum

Flor. 400.

primarium Patronum colens S. Iuſtum in Valle, poſitum cum palatio Epiſcopali diſtat, 2. m. p. ab oppido Intervallibus, *Entrevaulx*, & ab Arelate m. p. 19. in Itinerario Antonini. Huius verò ſedis hi tantùm obſeruati Epiſcopi.

Baſilius. Concilio 5. Aurelianenſi 552.

Imbertus 1110. in Lirinenſi Chronologiâ.

Iſnardus 1159.

Anſelmus 1320.

Iacobus 1337. in Concilio Aueniononenſis.

Alziarius, ex Abbate Lirinenſi 1365.

Bertrandus Lagerius de Figiaco, Ordinis Minorum, Cardinalis 1371. Scripſit de ſchiſmate contra ſui temporis hæreſes. Obiit Auenione 1392. 6. Idus Nouembris, ibidemque in Eccleſiâ Franciſcanorum ſepelitur, Onuphr. pag. 220. & Ciaconus 750.

Terrail porte d'azur au chef d'argět, chargé d'vn lion naiſſant de gueule, à la cotice d'or brochant ſur le tout.

Philippus du Terrail Delfinas, Petri Equitis Domini Bayardi frater, Aymonis ex Helena Alemanda filius.

Iacobus du Terrail, Philippi frater, obiit Carnuti vbi & Abbas *de Ioſaphat*, 15. Maij 1535.

Martinus Bachet ſucceſſor Domini *du Terrail*.

Eucrardus de Mangeon 1561.

Hugolinus Martellus, qui ſcripſit de Calendario.

Graſſe.

Graſſenſes Epiſcopi.

Flor. 400.

GRASSA, in Alpibus maritimis, ſub Archiepiſcopatu Ebrodunenſi, & in Parlamento Aquenſi, ac patrocinio B. Mariæ ad Fluuiolum, qui Varum ingreditur, nonnullis vrbs Grimnicum, gradu longitud. 28. 4. latit. 43. 10. altitud. ſolis 46. 50. vbi dies maxima horarum 15. 11. 30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 55. 58. ad gnomonem 60. Huc verò tranſlata ſedes Epiſcopalis Antipoli vrbe maritimâ, ob frequentes prędonum incurſus, diſtantque inter ſe hæ duæ vrbes circiter leucis 5. At de Antipoli Deciatum vrbe gradu longit. 28. 15. latit. 42. 10. Mela l. 2. c. 5. Strabo l. 4. Paulus Iouius l. 35. & Antoninus in Itinerario, vbi diſtat à Varo flumine 10. m. p. Ptolemæo l. 2. c. 10. Plin. l. 3. c. 4. à quo Latinum Oppidum dicitur, & Tacito Narbonenſis Galliæ Municipium 2. hiſt. Colonia in numo Titi Imperatoris. Sed, & idem Plinius l. 31. c. 8. commendat Muriam Antipolitanam. Hinc Martialis lib. 13. Epigramm. 102.

Antipolis extrema Martiano Heracleotæ.

Muria & Garum, de quibus Iſidor. lib. 20. c. 3. Colum. l. 12. c. 7. & 25. Plin. l. 31. c. 7. & 8. Senec. epiſt. 96. Athenæus l. 2. & 9. de Thynno. Idem Plin. l. 9. c. 15. Hippolyt. Saluian.

Antipolitani fateor ſum filia Thynni,
Eſſem ſi Scombri, non tibi miſſa forem.

Porrò in hac diœceſi memoratur Abbatia vna S. Honorati Lirinenſis O. B. de quâ infrà.

Huic demùm ſedi vtrique Præſules hi præfuere.

Agræcius Antipolitanus, in Concilio Agathenſi A. C. 506. & ad quem ſcripta eſt epiſt. Synodi Carpentoratenſis 529. nec confundendus cum Agræcio Archiepiſcopo 14. Senonenſi. Et Saluianus ſcribit.

Euarius A. C. 545. in Concilio 4. Aurelianenſi.

Optatus. Concilio Matiſconenſi 2. 588.

Deocarius. Concilio Cabilonenſi circa A. C. 650.

Adelbertus 1028. & 1050. in Chronologiâ Lirinenſi.

Gaufridus 1078. Chronologia Lirinenſis.

Adelbertus 1094. in Chronologia Lirinenſi.

Manfredus 1110. & 1120. Epiſcopus Antipolis, vt præcedentes.

Fulco. In Concilio Lateranenſi Alexandri 3. vbi Antipolis dicitur.

Bertrandus. Hoc præſule, & Berengario Prouinciæ Comite 1234. Innocentius 4. anno 2. pontificatus ſedem Epiſcopalem Antipoli Graſſam tranſtulit 14. Cal. Aug.

Raymundus, Ordinis Dominicani circa A. C. 1240.

Gaufridus, in Concilio Auenionenſi 1337.

Antonius, vel Antolus. Concilio Florentino 1439.

Iſnardus, ex Abbate Lirinenſi 1464.

Lozangé d'argent & de gueule.

Ioannes Andreas, Grimaldus, ex Abbate Lirinenſi 1491.

Auguſtinus Grimaldus. In Concilio Lateranenſi 1517.

Capucini.

Stephanus Gros le Meingre de Boucicault, recipit Capucinos 1615. Ianuar. 19.

Porte d'argent à l'aigle à 2. teſtes, eſployée de gueule, chargée en l'eſtomach d'vne fleur d'or.

Ioannes de Grace, filius Domini *de Cabrioz* 1624.

De Grace porte de gueule à 3. chevrons d'or.

Gratianopolitani

Grenoble.

Gratianopolitani Epiſcopi.

Flor. 300.

GRATIANOPOLIS, à Gratiano Imperatore nomen accepit, cùm primùm Accuſium, ſeu Accuſianorum Colonia diceretur, Ptolem. l.2. c.10. poſteà Ciuaro, ſeu rectius Cularo, ex portarum inſcriptionibus, & Planci epiſtola, quæ eſt 23. l.10. familiarium apud Ciceronem, vt ibi aduertit Paulus Manutius, & poſt eum Sirmundus ad Sidonium l. 5. epiſt. 14. poſita ad Confluentem Draconis in Iſaram Allobroges à Vocontiis dirimentem, gr. longitud. 26. 35. latitud. 44. 40. altitud. ſolis 45. 20. vbi dies maxima horarum 15. 30. 58. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 59. 33. ad gnomonem 60. in quartà Viennenſi, quæ inde Gratianopolitana dicitur, & eo nomine Gratianopolis meminit D. Auguſt. l. 21. Ciuitatis c. 7. vbi de Fonte-ardente, quem inſpeximus 1616. menſe Maio, quemque deſcripſit Ioannes *Tardin* Medicus libello Turnoni edito 1618. eumdemque verſibus celebrauerat S. Hilarius Arelatenſis Archiepiſcopus. At Eccleſia Gratianopolitana B. Mariæ dicata, ſub Archiepiſcopatu Viennenſi recenſetur cap. 10. de Voto, habens quatuor Archipreſbyteratus, ſeu decanatus rurales, & Parrochias circiter 312. in diœceſi, cum Prioratibus 72. (comprehenſis Carthuſianorum domibus) Monaſteria fœminarum 7. Conuentus Mendicantium 10. Præceptorias S. Ioannis Ieruſalem 6. Hoſpitalia 36. Leproſarias 18. præter Abbatiam fœminarum O. B. vulgo *les Hayes*. In ipsâ verò vrbe (in quâ Parlamentum totius Delphinatus cum Camera Computorum, & generalitate financiarũ, ſeu Tribunali vectigalium) præter Cathedralem duæ ſunt Eccleſiæ Collegiales Canonicorum, & Conuentus Dominicanorum, Franciſcanorum, Clariſſarum, Minimorum, & Capucinorum. Habet prætereà vrbs ius cudendæ monetæ, cuius nota Z. Porrò Epiſcopi (qui, & Principes ſuæ vrbis, & Præſides in Comitiis Ordinum Delphinatus) ita ſequũtur, ex Catalogo, quem accepimus 1616. à R. P. Ioanne *de la Croix*, tunc Epiſcopo, qui Catalogus idem ferè eſt cum eo, quem habuit poſteà Ioannes *Chenu* à V. C. Claudio *d'Expilly*, ex Aduocato Regio, in Senatu

Drach, Iſere Iſara, flumen maximum, Planco, torrens non minor Rodano, Plinio.

Le Font qui brule.

Parlamentum inſtitutum à Ludouico II. 1453.

A Præſide ampliſſimo, qui plura habet Actione forenſi 158. quique pro ſuâ humanitate, & doctrinâ, nobis eumdem Catalogum, & multa ad rerum Delphinatium cognitionẽ ſpectantia communicauit. Sed priùs hîc monemus Confluentem Iſaræ, & Rodani à Ptolemæo conſtitui in gradu longitud. 22. 26. latitud. 44. 30. leucâ vnâ ſupra Valentiam; vt innuit Lucanus l. 1.

Hi vada liquerunt Iſaræ, qui gurgite ductus,
Per tam multa ſuo, famæ maioris in amnem
B *Lapſus, ad æquoreas nomen non pertulit vndas.*

Cæterùm non importunè hoc loco exponemus oculis legentium, inſcriptionem nobis ab auctore ſuo eruditiſſimo Marco Antonio *Millotet* Regis in Senatu Burgundiæ Patrono, pro ſuâ amicitiâ communicatam.

Tandem negata patet ad Heſperidas via,
Et ſubiugatus aduehit Cererem Draco;
Similique Iaſon arte vellus abſtulit,
At ſaxeo reuinctus amnis compede
Et muneris tàm diuitis ſecuritas
Olim deorum fuerit, an BONNÆ Ducis
Anceps feretur molis amplitudine.

C *Quod ſæculi felicitatem teſtetur, poſteri mirentur, boni approbent. Cùm pridem verticoſus amnis fœdâ imbrium alluuie, & ſolutis veris tempore niuibus expatiaretur, vadoque infelici, ac dubio Draci proximos accolas, tamquam mari diſſitos, à communi rerum commercio arceret: Franciſcus BONNE, bono publico natus, Dux Campſauri, Franciæ Par, ac Mareſchallus, Delphinatium Prorex, toſt ingentia facta, & innumera trophæa bello parta, paci reduci, at nec amnis pontem recuſanti viam peruiam ſtatuit, ripam vtramque rupe vtrinque pedes C. L X X X. diſſociatam, more Romanis æmulâ, vnico fornice colligauit. Duci* D *fortiſſ. patriæ amãtiſſ. Regum obſeruãtiſſ. tanti quod Lodoïci Regis auſpiciis abſoluit beneficij memor. S. P. Q. G. MON. DD.*

Is poſteà Religione Catholicâ ſuſceptâ vtriuſq; militiæ Dux, ſeu Conneſtabulus Franciæ 1622. Ordinem ſancti Spiritus ſuſcepit in Eccleſia Cathedrali 25. Iullij.

Innumeris tumidum veluti Delphina ſagittis
Contudit Eoo Pæan ſpectabilis arcu,
Victor ab Heſperiæ populis, atque Alpe ſubacta
BONNVS adeſt, dirumque vado ſorbente Draconem
Edomat indigenas, & opis miſeratus egentes,
Saxeaque immani religauit vincula collo;
Hoſpes vti via tuta foret; caſuque recepit,
Fabula priſca fidem: ſtetit indignantibus vndis

Rupe ſuper gemina ſpatioſi fornicis arcus,
Indomiti cohibens ſinuoſa volumina monſtri,
Dicite Io Nymphæ Delphinides hoſte perempto,
Sol nouus exoritur dum ponte recluditur amnis:
Atque ita ſi veterum rediuiua exempla deorum,
Heroïs liceat conferre ingentibus auſis
Arcus erit fornix, Delphin draco, BONNVS Apollo
Iratam fugiebat heram Thaumantis, & iſto
Quanta fuit, ſeſe ſub fornice condidit Iris.

1. *Dominicus*, vel Domnus, vel Doninus in Concilio Aquileienſi, cum B. Ambroſio Mediolanenſi A. C. 381.
2. *Diogenius*, vel Diogrinus.
3. *Enochus*, vel Eunuchus, cuius loco ab aliis ferè hîc ponitur Amicus, vel Amedeus.
4. *Sebaſtianus.*
5. *Vitalianus.*
6. *Cypriacus*, vel Syriacus.
7. *Videntius*, vel Vincentius.
8. *Victor*, vel Victorius Concilio Eponenſi 509. & ſubſcribit fundationi Cœnobij Agaunenſis per Sigiſmundum Regem Burgundiæ.
9. *Vrſellus*, vel Vrſulus, Concilio 3. Aurelianenſi 540.
10. *Syagrius.* Concilio Lugdunenſi circa A. C. 570.
11. *Iſicius.* Concilio Matiſconenſi 1. 581. & Lugdunenſi 2. 587. & Valentinenſi 2. 589. qui & Viſicius.
12. *Clarus.* Concilio Cabilonenſi circa A. C. 650.
13. *S. Fergeolus* qui martyr creditur.
14. *Bozo.*
15. *Iſicius* 2.
16. *Auſtrobertus.*
17. *Reynoldus.*
18. *Ragnomarus*, vel Ragomarus.
19. *Auſtroricus.*
20. *Corbus.*
21. *Leopardus*, vel Leopertus.
22. *Ardentius.*
23. *Odolardus.*
24. *Radoldus*, vel Adoldus.
25. *Suſpectus*, vel Supertus, vel Rupertus.
26. *Ebroldus*, vel Ebroardus.
27. *Adadulphus.*
28. *Ebo.* Concilio Valentinenſi 855. & Tullenſi ad Saponarias 859.
29. *Bernarius*, vel Bernerius, in Concilio Pontigonenſi 876. & Trecenſi 878. & in Ioannis 8. epiſt. 296.
30. *Iſaac.* Hoc tempore nominatur à Lupo Ferrarienſi epiſt. 122. H. Gratianopolitanus Epiſcopus.
31. *Alcherius*, vel Archerius in Synodo Tornuſianâ 944. apud San-julianum.
32. *Iſarius.*
33. *Humbertus.*
34. *Malonus.* 1025. vel Malenus.
35. *Ataldus.* Subſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi Veſuntionenſis 8. Calend. Aprilis 1044. qui & Bertholdus 1053. niſi fortè ſint duo diuerſi.
36. *Pontius.*
37. *Pontius* 2. excommunicatur à Gregorio 7. 1076. Baron.
38. *S. Hugo* de Caſtro-nouo Iſaræ. Ei ſcribit Vrbanus 2. c. Extraordinaria 35. quæſt. 2. ordinatus ab Hugone Archiepiſcopo 68. Lugdunenſi 1080. in Concilio Auenionenſi, Baronio, Fundator maioris Carthuſiæ auctore S. Brunone 1084. in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, tribus circiter leucis ab vrbe ſepoſito. Obiit Calend. Aprilis 1132. Epiſcopatus 52. Sanctorum numero aſcriptus ab Innocentio 2. 1134. de quo *Vion* lib. 2. c. 43. & in Martyrol. Monaſt. Calend. Aprilis, vbi quid ei in mentem venerit, vt cum Hiſpanum faceret, neque ſatis mirari, vide Petrus Venerabilis l. 5. epiſt. 9. de Epiſcopo, qui ſit Monachus, & manet Epiſcopus, Hermannus Contractus, & Naucleru in Clerico, S. Bernardus epiſt. 126. Trithem. de Scriptoribus Eccleſiaſticis agens de Guigone 5. Generali Carthuſianorũ vitæ Hugonis ſcriptore, Anſelmus Gemblacenſis, ad Sigebertum 1132. auctor vitæ S. Brunonis, apud Surium 6. Octobris. At longè copioſiùs de eo ſcribit D. Polycarpus *de la Riuiere* Carthuſianus in hiſtoriâ ſui Ordinis, à piis omnibus, & doctis auidè expectatâ, quàm non ſolùm affectam, ſed effectam vidimus, cùm ibi nos ſuâ amicitiâ decoraret. Cæterùm huius Præſulis tempore Guigo Delphinus dat nomen Delphinatus huic regioni. Nec omittenda ſunt hoc loco verba Chronici Lemouicenſis anno 1076. S. Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus in Galliis per annos 52. virtutum exemplis incomparabiliter floruit, nec multò pòſt vidit per ſomniũ in ſolitudine Carthuſiæ Dominum ſuæ dignationi habitaculũ conſtruentem, ſtellas etiam 7. Ducatum ſibi præſtantes itineris. Et ecce ſanctitatis eius odore tracti ad ipſum veniunt ſeptem viri, qui omnes vno deſiderio ſuccenſi,

ſuccenſi locũ Eremiticæ vitæ congruum quærebant, nec dum repererant. Horum primus Magiſter Bruno vir religione, ſcientiâque famoſiſſimus & alij quatuor literati, duoque laïci, quos S. Hugo gratanter ſuſcepit, & voti compotes fecit. Ipſo namque conſulente, iuuante, comitãte, Carthuſiæ ſolitudinem intrauerunt, atque extruxerunt. Sic 1086. cœpit Ordo Carthuſienſis inter cæteros ordines humilitate mentium, & theoriæ ſtudio ſingularis. His verò ſimilia leguntur apud Bernardum Guidonem verbis aliquibus tantùm mutatis.

39. *Hugo* 2. poſteà Viennenſis Archiepiſcopus 69. in vitâ S. Anthelmi.

40. *Othmarus.*

41. *Gaufridus*, vel Ofredus.

42. *Ioannes.*

43. *Guilelmus.*

Circa hæc tẽpora Andreas Burgũdus Del-Bo..s, ſepelitur in Eccleſiã S. Andreæ, quam inſtaurauerat 1257.

44. *Petrus.*

45. *Petrus* 2. cuius loco à nonnullis ponitur Electus.

46. *Sofredus*, vel Gofredus.

47. *Petrus* 3.

48. *Falco.*

49. *Guilelmus* 2. de Caſſenatico. Hic, vel ſequens nominatur 1288. in hiſtoriâ Antonianâ Aymari Falconis.

50. *Guilelmus* 3. de Rupe, vel Ruvio, vel Ruino.

51. *Franciſcus* de Couſiaco, vel Couſanco, poſteà Archiepiſcopus Ambrunenſis, & Narbonenſis, ac tandem Cardinalis S. R. E. Camerarius.

52. *Ioannes* de Chiſiaco, quem exiſtimo eſſe Ioannem *de Chiſy*, qui iacet apud Carthuſianos Pariſienſes, mortuus 1350. Memoratur in ſtatutis Delphinalibus cum Bertrando Archiepiſcopo Viennenſi, vbi legitur de Thiſiaco.

53. *Aymo* de Chiſiaco.

54. *Rodulphus* de Chiſiaco.

55. *Aymo* 2. de Chiſiaco.

56. *Sebondus* Alamandi, vel Alemandi de Sichelinâ, vel Chiſilinià 1425. Hunc exiſtimo eſſe quem Simonem vocat Iacobus *Foderé* in deſcriptione Minoritarum Lugdunenſium, vbi dicitur dedicaſſe 1462. 26. Iunij, Eccleſiam S. Mariæ Angelorum, quam ædificari permiſerat 1453. 18. Maij, in quam poſteà inducti Minores Obſeruantini.

57. *Laurentius* Alamandi fundator Conuentus Minimorũ, apud quos ſeruatur Pallium S. Franciſci Paulani, quo fide fretus fretum Mamertinum tranauit, apud quos etiam ſepelitur Petrus Terralius Eques Bayardus nepos Laurentij, ex ſorore. Fuit quoque Laurentius Abbas S. Saturnini, fundator Conuentus Minimorum Toloſæ, quo tempore fundantur Clariſſæ Chamberij in hac diœceſi 1471. & in hac vrbe 1478.

Bertrandus in hiſtoria Toloſana.

Clariſſæ Chamberij & Gratianopoli.

58. *Laurentius* Alamandi Iunior, ſic duo Antonij Alamandi Epiſcopi Cadurcenſes, & Ludouicus Alamandi, olim Cardinalis Arelatenſis Archiepiſcopus, ex eadem gente clariſſimâ. Hoc tempore habetur Capitulum Minimorum in hac vrbe 1529. in quo Deſiderius *de la Motte* eligitur Generalis.

59. *Franciſcus* de S. Marcello, vel de Auanſone, qui aliis Guilelmus.

60. *Franciſcus* Flechardi, vel Fleardi.

61. *Ioannes* de Cruce, *de la Croix*, Dominus *de Cheuriere*, ex Præſide Parlamenti Delphinatus, vir literatiſſimus, & ſummæ prudentiæ. Intereſt Comitiis Pariſienſibus 1615. & cum eo Ioannes *Armuret* Decanus, quo ſedente 1610. 30. Nouemb. ædificantur Capucini.

62. *Alphonſus*, filius Ioannis legitimus, Lugduni conſecratus fuit in Epiſcopum Chalcedonenſem, & Coadiutorem Patris, die Dominicâ 8. Nouembris, apud Carmelitas à Dionyſio Archiepiſcopo, & Petro *de Villars* Epiſcopo Epheſino, Coadiutore Viennenſi, & Roberto *Berthelot* Epiſcopo Damaſceno, Suffraganeo Lugdunenſi.

Petrus Scarron, ceſſione Alphonſi 1621. ex Parlamentari Conſiliario Lutetiæ. Orauit nomine trium Ordinum Delphinatus coram Rege Ludouico 13. Valentiæ 26. Nouembris 1622. ipſumque Ludouicum Gratianopoli excepit 29. eiuſdem menſis. Excepit etiam 1623. Gubernatorem Delfinatus Comitem Sueſſionenſem illuſtriſſimũ Principem Ludouicum Borbonium, Franciæ Archiœconomum, *Grand-Maiſtre de France.* Hoc tempore Floret Princeps Senatus Sabaudiæ, in hac diœceſi Petrus Faber, doctrinâ, & virtute commendandus.

Harlemenſes Epiſcopi.

HARLEMVM ſeu Harlemus, tom. 2. Ciuitatum fol. 26. Batauiæ, ſeu Hollandiæ vrbs Epiſcopatu donata à Paulo 4. 1559. ſub Archiepiſcopatu Trajectino, gradu longit. 26. 0. latit. 52. 30. altitud. ſolis 37. 30. vbi dies maxima hor. 16. 35. 50. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 77. 30. ad gnomonem 60. cuius diœceſis complectitur 12. oppida cum pagis

Harlem.

interiacentibus 90.m.p.Italicorum. Eccleſia verò Cathedralis Patronum habet S. Bauonem, cuius Epiſcopi fuêre,

Nicolaus de Terra-nouâ, qui poſt ann. 10. ob aduerſam valetudinem ceſſit.

Godefridus à Mirlo Dominicanus 1571.

Heduenſes, vide ſuprà, Æduenſes.

Iprenſes Epiſcopi.

Ipre, Flandris Iperen.

IPRA vrbs ad fluuiũ eiuſdẽ nominis Flandriæ, ſub Machlinienſi Archiepiſcopo, diſtans Teroanâ 5. leucis, à quâ auulſa per Paulum 4. 1559. in conſtitutione nouorum Epiſcopatuum Belgij, inſtante Philippo 2. Hiſpaniarum Rege, eiuſdemque Belgij Principe, gradu longitud. 24. 0. latitud. 50. 50. vbi altitudo ſolis 39. 10. dies maxima horarum 16. 15. 4. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 73. ad gnomonem 60. cuius diœceſis 10. oppida cum pagis interiacentibus continet ſpatio 42. lat. 33. m. p. Italicorum, cuiuſq; Cathedralis S. Martino dicata habuit Canonicos Regulares inſtitutos olim à Ioanne 19. Epiſcopo Teroanenſi 1120. habenturque in vrbe ſex Parrochiæ, & in eâ diœceſi ſequentes Abbatiæ.

Miræus, Orig. Aug. cap. 44.

S. Vinoci O. B. — Flor. 830.

S. Ioannis in monte, *S. Iean au mont*, O. B. in vrbe.

De Dunis O. C. *Dunes.* — Flor. 1000.

S. Nicolai Furnenſis O. P. *Furnes.* — Flor. 200.

Nonnemboſch O. B.

Loenſis O. A.

Meſſinenſis, fœminarum.

Roſemburch fœminarum, vel *Boiſebrech* O. C.

Varmenton O. A.

At de hac vrbe plura tomo 2. ciuitatum orbis Georgij Bruni, & Miræus c. 44. originum Auguſtinianarum, & cap. 125. de Collegiis Canonicorũ, Præſules autem huius Cathedræ fuerunt, ex Gaſæo.

Martinus Ritouius. Obiit 9. Octobris 1583. cuius pia eruditio, eruditaque pietas longè, latéque per vniuerſum Belgium peruagata eſt. Vide Valerium Andream in Biblioth. Belgica, & Antonium Sanderũ de Scriptor. Flandr.

Petrus Simonius *Simons*, Tiletanus Flander. Obiit 1605. ætatis 66. poſt ſedis annorum 25. Andreas Valerius in Bibliothecâ Belgica, conſecratus 1585. 27. Ianuarij ab Epiſcopo Tornacenſi. Vide Sanderum de Scriptor. Flandr.

Carolus Maez, ex Decano Antverpienſi, poſteà Epiſcopus Gandenſis.

Ioannes Viſcherius, ex Parrocho S. Martini, in eâdem vrbe. Conſecratur 6. Februarij 1610. Opmerus.

Antonius Hennein. Ei Bartholomæus Petrus Lintrenſis dicat 1622. Commentarium in Actus Apoſtolorum.

Lactoratenſes Epiſcopi, vide infrà, Lectorienſes.

Laſcurenſes Epiſcopi, vide infrà, Leſcarienſes.

Laudunenſes Epiſcopi.

Laon.

L'Eueſque de Laon porte d'azur ſemé de fleurs de lys d'or, à vne croſſe d'or miſe en pal.

LAVDVNVM, ſeu rectiùs Lugdunum Sirmundo Clauatum, ſub Archiepiſcopatu Remenſi, & in Parlamento Pariſienſi, gradu longit. 24. 40. latit. 49. 20. altitud. ſolis 40. 20. vbi dies maxima hor. 16. 5. 0. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 71. 25. ad gnomonem 60. Galliæ Belgicæ vrbs in Campaniæ, & Picardiæ confinio monti impoſita, cuius vrbis Eccleſia Cathedralis S. Virgini Deiparæ dicata. Canonicos habet 86. ex quibus quatuor dignitates, præter Epiſcopum qui titulo Ducis, & Franciæ Paris decoratus, in conſecratione Regis ſacram Ampullam gerit, & memoratur c. 14. & 16. de ſententia, & re iudicatâ, vt Canonici c. 17. de Præbendis, & Decanus c. 33. de Reſcriptis, in qua diœceſi numerantur Parrochiæ circiter 300. & Abbatiæ ſequentes.

Flor. 4000.

Epiſcopus Laudunenſis Dux & Comes ratione S. Remigij, ad quem deuoluta fuit præclara illa hæreditas. Matthæus Parilius 1657.

Præmonſtratum. Caput ſui Ordinis, de quo infrà, *Premonſtré.* — Flor. 2250.

S. Ioannis Lauduni O. B. *S. Iean de Laon.* — Flor. 3000.

S. Nicolai de Pratis, aliàs de Ribodimonte O. B. *S. Nicolas ſoubs Ribemont.* — Flor. 200.

Fuſciniaci O. C. *Fougny.* — Flor. 600.

Cuſiacenſis O. P. *Cuiſy.* — Flor. 730.

S. Stephani de Cornu, O. C. *S. Eſtienne des Cornes.* — Flor. 67.

S. Michaëlis de Tiraciâ O. B. *S. Michel en Tirache.* — Flor. 500.

Clari-fontis O. P. *Claire fontaine.* — Flor. 170.

S. Mariæ de Botriis O. C. *Noſtre Dame de Boars.* — Flor. 80.

S. Martini in vrbe O. P. *S. Martin de Laon.* — Flor. 1500.

S. Vincentij in vrbe O. B. *S. Vincent de Laon.* — Flor. 1000.

Tenolij O. P. *Tenoille.*

Bueilij O. P.

S. Mariæ

S. Mariæ de Nogento O. A. *Noſtre-Dame de Nogent.*
Firmitas ſuper Oëſiam, fœminarum, O. B. *La Ferté ſur Oiſe.*
Sauari O. C. *Sauour, riuiere.*
Origni fœmin. O.B. *Origny aux Nonains.*
Cheriacum O. C. *Chery.*

Eminent quoque inter loca pia & religioſa ædes ſacra S. Mariæ de Lætitiâ (*Noſtre-Dame de Lieſſe*) ædificata circa A. C. 1234. & ædes S. Marculfi. Præſules autẽ huius ſedis ex Demochare, & aliis hoc ordine ſequuntur, quos è diuite ſuâ penu liberaliter nobis deprompſit, aliquando locupletiores publico daturus nobilis vir Georgius *de T*, ſacræ Theologiæ Magiſter Pariſienſis, morũ & ſtudiorum illuſtriſſimi Principis Henrici Lotharingi Abbatis Sandionyſij moderator, anteà huius Eccleſiæ Laudunenſis Canonicus, ac Epiſcopi in totâ diœceſi Vicarius generalis.

1. *S. Genebaldus*, apud Sigebertum A. C. 500. Flodoardum l.1. c.14. & l.3. c.22. Petrum Damianum l.1. epiſt.9. Chronicon Autiſſiodorẽſe fol.64. Hincmarum epiſt.6. c.18. Surium, Vincentium l. 21. c.6. Antonin. tit.18. c.18. §.1. Molanum Nonis Septemb. addit. ad Vſuardum.
2. *S. Latro*, Genebaldi filius, Flodoard. l.1. c.14. Equilinus l.1. Catal. Sanctorum c.41. Quomodo autem Epiſcopi fuerunt vxorati declarabitur infrà in Lingonenſibus n.16. Huic verò in C. Th. ſubijcitur Gundulphus.
3. *Elinandus*, vel Elinaudus, cui in C. Th. ſubmittitur Ebretingus.
4. *Richbertus*, ſeu Lambertus, ſeu Robertus.
5. *S. Chagnoaldus*, vel Chainaldus 619. Flodoard. l. 2. c. 5. *Vion* l. 2. c. 46. & hoc loco in C. Th. legitur Raynaldus circa A. C. 634. Trith. l.3. c.69. Ord. Bened. Ionas in vitâ S. Euſtaſij Luxouienſis, Ioannes Sanvictorianus. Nonnullis dicitur frater S. Pharonis Epiſc. Meldenſis.
6. *Attola*, vel Attila, Flodoardo l. 2. c.6. Hincmaro in Opuſculo 55. Capitulorum contra Hincmarum Nepotem n. 1. Chronico Cameracenſi l. 1. c. 19. vbi Colvenerius in notis, & nominatur 640. frater Leugilli Archiepiſc. 22. Remenſis.
7. *Vinfridus*, vel Vulfridus, vel Vulfandus.
8. *Peregrinus*.
9. *Giſardus*, vel Grifardus.
10. *Serulfus*, cuius Archidiaconus B. Balduinus S. Auſtrudis frater.
11. *Madelgarius*, vel Maldegarius tempore Pipini Principis.
12. *Sigoaldus*, vel Sigeraldus.
13. *Bettefridus*.
14. *Midelinnus*, vel Medelvinus, vel Magdelumnus, quo tempore claruit Herminius ex Canonico Lauduni, Abbas Lobienſis.
15. *Genebaldus* 2. Nominatur in litteris Zachariæ Papæ, apud Baronium 747.
16. *Bernito*, vel Bernico.
17. *Garfridus*, vel Gariſidus.
18. *Vanilo*.
19. *Vanilo* 2.
20. *Eybo*, vel Erlo.
21. *Ranifridus*, vel Banifridus.
22. *Sigebaudus*.
23. *Coſtroldus*, vel Oſtroldus 814. in Concilio Remenſi, Flodoard. l.2. c.18.
24. *Simeon*. In Concilio Pariſienſi, & in Chartulario Ferrarienſi cum Aldrico 48. Archiepiſcopo Senonenſi nominatur, & Hincmaro Opuſc. 55. Capit.
25. *Pardulus*, ex Vicedomino. Intereſt Concilio Bellovacenſi 847. Cariſiaco 848. & Sueſſionenſi 853. Ei ſcribit Lupus Ferrarienſis epiſt. 12. 77. 89. & memoratur Hincmaro Opuſc. 55. Capitul. n. 1. Flodoardo l.3. c.21. & 27. & in Capitular. Caroli Calvi Lugdunenſium Epiſcopus, hoc eſt Laudunenſis, tit. 9. n. 3. Miſſus Dominicus tit. 12. n. 13. & tit. 10.
26. *Hincmarus*. In Concilio Tullenſi 859. Sueſſionenſi 866. & Trecenſi 867. Aymoinus l.3. c.57. Baldricus Chronico Cameracenſi l. 1. c. 50. Ad eum ſcribit Hincmarus metropolites Opuſculum 55. Capitulorum, quod edidit vir doctiſſimus Ioannes Cordeſius Canonicus Lemouicenſis cum aliis eiuſdem Hincmari Tractatibus, quâ de re meminit Flodoardus lib. 3. c. 21. & nominatur in Capitularibus Caroli Calvi tit. 22.
27. *Hedenulphus*. In Synodo Pontigonẽnſi 876. & Trecenſi 878. de cuius ordinatione in locum Hincmari, ſcripſiſſe Hincmarum metropolitẽ ad Romanum Pontificem refert Flodoardus l.3. c.21. Eius verò electionis Decretum 876. 5. Calend. Aprilis, Indict. 9. Caroli Imperatoris ann. 1. Regni 37. extat in Appendice ipſius Flodoardi in editione Coluenerij pag. 172. ſed error in notis A. C. Scribit quoque eidem Hedenulpho Hincmarus pro electione futurâ Cameracenſis Epiſcopi.
28. *Dido*. Nominatur in Chartis Vincentianis 886. Indict. 4. Idibus Maij. Meminit Flodoardus l.4. c.6. Obiit 891.
29. *Radulphus*. Intereſt conſecrationi Heriuæi Archiepiſcopi 33. Remenſis 6.

Iulij 900. apud Baldricum Chron. Camerac. l. 1. c. 63. quod eſt ex Flodoardo l. 4. c. 11. vt ad vtrumque locum notat Georgius Coluenerius. Intereſt Synodo Troſlegij 909. apud Baron. Obiit 921. in Chronico ipſius Flodoardi.

30. *Adelelmus*, vel Adelmus, vel Adelinus, ſuccedit Radulpho 921. in Chronico Flodoardi, vbi ordinatus dicitur Romæ ab Heruęo metropolite proprio. Itaque hîc delendi Iſaac, Viuonius, vel Vinonius, Ludouicus, vel Lindonius, & Ioannes hîc ab aliis inſerti, & ſuprà, vel aliò referendi, vt etiam Gondulphus, & Ebretūdus. Adelelmus verò ad maioris Altaris Vincentiani partē lęuā ſepelitur.

31. *Goſbertus*, nepos, & ſucceſſor Adelini 930. Flodoardo. Obiit 932.

32. *Ingrannus*. Eligitur 932. ex Decano S. Medardi. Obiit 936. qui & Ingelrannus, Flodoard. Chron. & Necrol. Eccl.

33. *Rodulphus* 2. ab Artaldo conſecratur 936. Obiit 947. Flodoard. in Chronico, cui dicat hiſtoriā ſuam Remenſem vt Colvenerius poſt Sirmundū aduertit.

34. *Rorico*, filius naturalis Caroli Simplicis. Ordinatur 948. Flodoardo, vel 949. Tillio. Obiit 13. Calend. Ianuarij 966. Supplemen. Flodoardi. Eum verò fuiſſe eruditiſſimum teſtatur Aſſo Monachus in libro de Antichriſto quem rogatu Gebergæ Reginæ conſcripſit.

35. *Adelbero*. Ordinatur die Dominicâ Palmarum Calend. Aprilis, Remis ab Adelberone 38. Archiepiſcopo 967. teſte Flodoardi Continuatore. Huic inſcripſit Dudo Decanus S. Quintini libros duos de rebus Normanorum, & meminit Baldricus Chron. Camerac. l. 3. c. 29. Intereſt pſeudo-Synodo Remenſi in Baſilicâ S. Baſoli 15. Calend. Iulij 991. contra Arnulphum Metropolitem. Nominatur etiam 996. in Chartâ Roberti Regis pro Dionyſianis, ac eidem ſcribit Fulbertus Carnotenſis epiſt. 45. idemque appellatur Aſcelinus, vel Azelinus in Chronico Benigniano 1015. vbi nominatur cum Lamberto Lingonenſi, Gerardo Sueſſionenſi, Hugone Autiſſiodorenſi, & Gofrido Cabilonenſi, cuius Azelini dolo capta eſt vrbs Laudunenſis, & Carolus cum vxore vinculis alligatus in turri Aurelianenſi poſitus eſt, Chronic. Autiſſiodorenſ. fol. 73. & qui velut Iudas in maiore Hebdomade feriâ 5. tradidit Carolum, in Fragmento hiſt. Aquitaniæ apud Pithœū, quod eſt Ademari, vnde, & vetulus traditor dicitur, Nangio, & Ioanni de Nigellâ in Chron. Lemovic, Aymoin. l. 5. c. 44. Quâ de re Papirius Maſſo in Annal. Franciæ, & Gerbertus epiſt. 31. Cæterùm Adelbero obiit 14. Calend. Auguſti, ſepultus in æde B. Vincētij tumulo lapideo his verbis inſcripto: Adalbero Epiſc. Laudun.

Sic æui plenus deceſſit Adalbero Præſul,
Huius multa loci qui viuens condidit olim,
Hic deč⁹ Altaris ſtruxit, decus hic Crucifixi,
Et loca ſanctorū nitidauit, hic quoq; Templū
Prorſus honeſtauit, atque omne vetus reparauit.
Ad dextram turrim, nec non æraria ſiſtit,
Ornamenta dedit quæ præcellentia fecit,
Pōtificalē habitū ſtruxit mira arte peractū,
Treſq; dedit cappas, dorſalia plura, tapetas,
Ad decus hoc Templi ſimul his & multa patrauit,
Qui & Pontificiū donauit fratribus aurum;
Sanctorum capſis altaria contulit ipſis,
Hoc ſcripto firmās ne quis diſſolueret vnquā:
Hinc donetur ei memoria digna quotannis,
Cui Dominus requiē tribuat parcendo perennem.

36. *Gebuinus*, vel Geduinus, & corruptè Gelinus, vel Gelbinus. Nominatur cum Balduino Cancellario ann. 16. Henrici Regis, 4. Idus Martij, iſque ſepelitur in æde Vincentianâ 1050.

37. *Leothericus*. Eligitur 1050. ex Præcentore Senonenſi, & obiit 1052. ſepultus in æde Vincentianâ, ſicq; appellatur in Codice Thuano & apud Camuzatum. Perperā verò dicitur Leonardus à Ioanne *Chenu* poſt Antonium Democharem, ſed & Codex S. Dionyſij Pariſiēſis habet 1050. Arnaldū Laudunenſē Epiſcopum.

38. *Elinandus* 1052. Memoratur in Miraculo S. Huberti 22. apud Ioannem Robertum, & ab Alexandro 2. epiſt. ad Geruaſium Epiſcopum Remenſem. Intereſt ſacro Philippi Regis à Geruaſio Remis peracto 1059. & dedicationi Eccleſiæ *de Bethiſy* 1060. Rege ipſo præſente. Nominatur etiam 1071. in Chronico Lemouicenſi, & in Synodo Remenſi ſub Raynaldo Archiepiſc. 1085. Obiit 1096. omni ſanctitate præclarus, apud Hermannum Schedel in Chronico Nurembergenſi, vir admodum pauperis domus & obſcuræ, Capellanus vxoris Edouardi Anglorum Regis, Galtheri ſenioris Pontiſaræ Comitis familiariſſimus, apud Guibertum de Nogento. Miſſus etiam fuit Elinandus Romam cum Hilduino Rocienſi Comite à Philippo Rege.

39. *Ingelranus*, vir nobilitate, & litteris clarus, apud Hermannum Monachum, cui cognominatur de Cociaco, electus poſt biennem ſedis vacationem, vt notat Guibertus de Nogento. Ei ſcribit

bit Vrbanus 2. ne infeſtet Monachos S. Remigij ſuper villâ Corbiniaco.

40. *Baldricus*, vel Vvaldricus, vel Gualdricus, apud Sigebertũ extremo Chronico 1112. vbi ait à ſeditioſis (quod dictu nefas eſt) gladio confoſſum interiiſſe feriâ 5. hebdomadę Paſchalis 7. Calend. Maij in Litania maiore, domo Epiſcopali ſuccenſâ, & in auctores ſeditionis à Rege Francorum ſeuerè vindicatũ eſſe, vt præſentes & futuros à ſimili deterrere poſſet exemplum. Quâ de re etiam Sugerius in Ludouico Groſſo, vbi Caldricum vocat, & copiosè Guibertus Abbas de Nogento, à quo dicitur Baldricus Henrici Anglorum Regis Cancellarius, pietate & doctrinâ inſignis, & ad Henricum Franciæ Regem ſæpè Legatus, ac tandem quòd nollet communiam à ciuibus iuratam probare, bipenni in vertice percuſſus à Bernardo de Brueriis occubuiſſe, cui appoſitum fuit hoc Epitaphium:

Fructus amorque gregis, vtriuſque modeſta legis,
Viuere dum licuit, Valdricus iſte fuit.
Præſul prudentis ſuper alta negotia mentis,
Eccleſiæ clypeus ſit ſuus inde Deus.

Præthereà hoc Præſule floruit Anſelmus Decanus, qui obiit 1117. & in æde Vincentianâ ſepultus hoc Epitaphio:

Dormit in hoc tumulo celeberrimus ille Magiſter
Anſelmus, cui per diffuſi climata mundi,
Vndiq; notitiã contraxit, & vndiq; laudem
Sana fides, doctrina frequens, reuerentia morum,
Splendida vita, manus diffundens, actio cauta,
Sermo placens, cenſura vigens, correctio dulcis,
Conſilium ſapiens, mens prouida, ſobria, clemens,
Sed quæ larga Dei conceſſit gratia dotes.
Idibus inuiſis diſſoluit Iulius ater,
Quã viuẽs viguit comitetur gratia functũ.

De eo ſupplementum Sigeberti 1117. Trithem. Bellarmin. ac Otho Friſingenſis l. 1. c. 47. vbi ait Petrum Abaillardum aliquando eius auditorem fuiſſe. Alius autem hic ab Anſelmo 48. Epiſcopo infrà recenſendo, & ab Anſelmo Monacho Sueſſionenſi, & Abbate Vincentiano, ac tandẽ Epiſcopo Tornacenſi 1145. Nec verò tàm diri facinoris exempla in Annalibus Franciæ facilè eſt inuenire. Attamen Ludouico Pio imperãte habita eſt Synodus apud Theodonis villam (de quâ Baronius 819.) de Ioanne Epiſcopo inauditè mordritato, ſeu cæſo. Sic Proculum Arelatenſem necatum à Centurione, Proſper Aquitanus in Chronico, ita Petragorij ſcelere quorumdam Præſulem ſuum occiſum amiſère, & non ita pridem Maſſilienſes ſuũ luxère priuati cuiuſdam odio trucidatum, vt teſtatur Papirius Maſſo in notitiâ Epiſcopatuũ. Porrò ciuitas quæ ſuum Epiſcopum occidit, aut grauioribus iniuriis afficit, priuari poteſt, & debet dignitate ſedis Epiſcopalis, Gelaſius c. ita nos 25. qu. 2. aliæ etiam pœnæ ſtatuuntur in perſecutores Epiſcoporum, Clementina de pœnis c. 1. C. ſi quis deinceps, & C. qui Subdiaconum, & C. ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4. & in Bulla Cœnæ Domini, apud Toletum l. 1. c. 25. cũ ibi notatis. Videndus Lupus tractatu de libertate Eccleſiaſt. pag. 2. qu. 1.

Pœna perſequẽtium Epiſcopos.

41. *Hugo* 1113. poſt ſedem 7. menſium obiit, Robertus ſupplemen. ad Sigebertum. Ei Decano Aurelianenſi ſcribit Iuo epiſt. 200. Mandatis. Alij mortuum ſcribunt 1112. Decembris 27.

42. *Bartholomæus* 1114. conſtituit Drogonem primum Abbatẽ S. Ioannis ſublatis inde Monialibus, qui Drogo poſteà fuit Cardinalis Oſtienſis Epiſcopus. Idẽ quoque Bartholomæus dedicat Eccleſiam à ſe inſtauratam 8. Idus Decembris eodem anno 1114. præſente Radulpho Remenſi, Galthero Cathalaunenſi, Liſiardo Sueſſionẽſi, Gaudefredo Ambianenſi, Huberto Silvanectenſi, & pluſquàm ducentis millibus hominum, & 1120. locum dedit S. Norberto ad conſtructionẽ Monaſterij nomine Præmonſtrati, Antonin. tit. 15. c. 19. Nominatur 1120. & in Philippi & Ludouici RR. litteris 1129. Indict. 7. Excepit etiam 1131. Innocentiũ 2. poſt Concilium Remenſe, cui ipſe Bartholomæus interfuerat. Fuit autem filius Fulconis è Burgundiâ Principis, & Adelaidis Rouciacẽſis, ex Theſaurario Remenſi, & Canonico Laudunenſi à Radulpho metropolite conſecratus, fitque tandem Monachus Fuſciniaci 1151. vt eſt in vitâ S. Norberti c. 17. & 25. & in ſupplemento Sigeberti 1142. & in C. M S. dicitur nobilitate & probitate famoſiſſimus, proauunculũ habens Manaſſem Archiepiſcopum Remenſis Eccleſiæ. Eius item meminit Vincentius Bellouacenſis l. 27. c. 126. & ex eo Antoninus tit. 17. c. 1. §. 7

Drogonis epiſt. de Sacramento Dominicæ Paſſionis, extat tomo 2. Biblioth. Patrum.

43. *Galtherus*, ſeu Valtherus de ſancto Mauricio, ex Abbate S. Martini Laudunenſis Ordinis Præmonſtratenſis aſſumitur 1151. ex Roberti ſupplemento ad Sigebertum, multarũ Abbatiarum eiuſ-

dem Ordinis fundator. Migrat ad Dominum 1155. & ſepelitur Præmonſtrati, vbi quondam pro Chriſto paupertatis habitum induerat; apud Miræum in Chronico Præmonſtratenſi. Ei ſcribit S. Bernardus epiſt. 206. quæ incipit, *Veſtri ſumus*.

44. *Galtherus* de Mauritaniâ, ex Decano Cathedrali Romæ conſecratur 1155. Interfuit Concilio Turonenſi Alexandri 3. 1163. cum Guilelmo ſuo Metropolite. Obiit 1173.

45. *Rogerius* de Roſeto 1174. ex Canonico Laudunenſi, & Decano Cathalaunenſi. Coniunxit matrimonio Elizabetham filiam Balduini Flandriæ Comitis cum Philippo Auguſto Rege in æde S. Nicolai Bapalmæ 1180. Locrius. At circa hæc tempora recenſetur à Cæſario lib. 3. Miracul. c. 13. electio Emelrici in Epiſcopum Laudunenſem. Notatur vero obitus Rogerij 1206. hoc Epitaphio in æde Vincentianâ donati:

Floruit in terris Pater Rogerus, honore
Pontificis, fama titulis, generiſque nitore,
Floreat in cælis cæleſti flore beatus,
Cui poſtrema dies Maij viceſima prima.

Hîc verò alluditur tàm ad cognomen Rogerij de Roſeto à roſà florum principe deductum, quàm ad eiuſdem inſigne gentilitium, in quo tres roſæ coloris rubei in campo argenteo videntur depictæ.

46. *Renaldus* Surdellus. Hunc Epiſcopum cum Decano & Cancellario memorari puto ab Innocentio 3. c. 16. ſicut nobis, de ſententiâ, & re iudicatâ, vbi ſtatuitur in dubio pro iudice, & iudicato ſemper eſſe præſumendum, propter rerum iudicatarum auctoritatem, omniaque ſolemniter in iudicio fuiſſe peracta: ſtatus enim Reipublicæ maximè iudicatis rebus continetur, Cicero pro Syllâ. Sediſſe enim reperitur ab anno 1206. ad 1209. quo obiit 17. Calend. Aprilis, ſepultus in S. Vincentio.

47. *Robertus*, filius Guidonis de Caſtellione, ex Aleyde Mommorantiâ. Nominatur electus 1209. menſe Iunio. Obiit 1215. Is eſt Epiſcopus Laudunenſis, cuius tacito nomine fit mentio 1212. apud Petrum de Vallibus c. 62. hiſtoriæ Albiger[illegible]ius verò eſt à Roberto de Caſtellione Epiſcopo 61. Lingonenſi, licet nomine & tempore conueniant. Memoratur hîc ab Andreâ *du Cheſne* in hiſtoria Mommorentiacâ, à quo dicitur frater Galtheri Comitis Sampauliani, & nepos Philippi Drocenſis Epiſcopi Bellouacenſis 57. Meminit Guilelmus Britto 10. Philippidis. Hoc verò tempore 1212. 7. Calend. Martias Innocentius 3. Pontificatus anno 15. inter eas epiſtolas quæ à V. C. Philippo *Dumay* ſunt editæ, ſcribit Magiſtro G. & P. de Funiis Canonicis Laudunenſibus, vnde ſumptum eſt C. cùm olim 25. de Reſcriptis, vbi ſancitur quòd in Reſcriptis clauſula, *Si ita eſt*, debet referri ad omnia ſupradicta, & quòd licet vna pars commiſerit falſitatem in litteris, non debet ſententiari pro alterâ parte, quamuis falſarius beneficio priuetur.

48. *Anſelmus* de Malonido, *Mauny*, electus 1215. Intereſt exſequiis Philippi Auguſti apud S. Dionyſium 1223. Itaque alius eſt ab Anſelmo auctore Gloſſæ interlinearis, alius ab Anſelmo qui Chronicum Sigeberti ad annum 1136. perduxit. Sæpè verò ponitur ſingularis littera A, in diplomatibus huius temporis cùm agitur de Epiſcopo Laudunenſi. Obiit autem noſter Epiſcopus 1238. Dominicâ ante Natiuitatem beatæ Mariæ Virginis menſe Septembri. Quo tempore 1234. conduntur in vrbe Franciſcani, & Iacobus Canonicus in hac Eccleſia (qui poſteà Vrbanus 4. Papa) executor fuit teſtamenti Stephani de Briâ Decani 1235. Franciſcani.

49. *Garnerius*. Sepelitur in Eccleſiâ Laudunenſi primus 1249. cùm prædeceſſores ad S. Vincentium extra muros iaceant. Vide Guilelmum Nangium in geſtis Regis Ludouici.

50. *Itherius* de Malonido, *Mauny*, frater Anſelmi ſuperioris. Obiit 1259. habetque hoc Epitaphium: *Mauny porte d'argent au croiſſant montant de gueule.*

Hic iacet egregius præſul tumulatus Itherus,
Prudens, procerus corpore, mente pius.
Anno millenò Domini, deciesque viceno,
Et ſexageno primo, Iunijque Calendis,
Vndecimo; Dominique die ſub nomine Trini,
Spiritus in manè corpus dimiſit inane,
Cui ſit ſolamen Spiritus almus, Amen.

51. *Guilelmus* de Monaſteriis, aliàs de Trecis 1260. obiit 1269. Eius curâ Franciſcanorum Conuentus extruitur. Hoc verò tempore fuit Laudunenſis Canonicus Ioannes Gaëtanus, poſteà Papa Nicolaus 3. Quâ de re Speculator.

52. *Gofridus* de Malomonte, fortè is qui aliis dicitur de Bello-monte 1271. hic laus Siciliæ, Caroli que fiducia Regis, vt eſt in eius tumulo.

53. *Guilelmus*

53. *Guilelmus de Gerigny*, aliàs *de Ialigny* 1280. Obiit 1285. 3. Nonas Auguſti.

54. *Robertus*, vel Obertus, hunc non credo eſſe 64. Epiſcopum Lingonenſem cognomento de Torotâ, qui tranſlatus fuit è ſede Lingonenſi ad Leodienſem, non Laudunenſem, vt putarunt Democharis ſequaces. Nominatur 1296. 21. Ianuarij in Conſilio Regis Pariſiis in Luparâ habito, apud Andream *du Cheſne* in hiſtoriâ Mommorēciaca. Obiit 1297.

55. *Gazo* de Campaniâ. Nominatur 1306. extat verò apud Andream Theuetum in Coſmographiâ, nummus ab vnâ parte Regis Ludouici Hutini, ab alterâ huius Præſulis vultū repræſentans. Intereſt Parlamento Parium 1319. menſe Iunio, in cauſâ Roberti Bethunij Flandriæ Comitis. Obiit 1317. die feſto S. Ambroſij. Iacet in Eccleſiâ Laudunenſi ad læuâ maioris Altaris hoc Epitaphio:

Dux Laudunenſis, & Præſul Gazo vocatus,
Laudibus immenſis dignus iacet hic tumulatus
Pariſienſis ei Campania villa dat ortum,
Cui lucis portum tribuat Deus & requiem.
Hîc decretorum doctor fuit & generoſus,
Caſtus, formoſus, promotor erat q; bonorum,
Largus, moroſus, humilis fuit, atq; quietus,
Facundus, letus, ſapiens, inhoneſta peroſus,
C. ter eum mille, ſeptemque decem ſociatis
Dant præſcire ſatu dum viuere deſijt ille,
Ambroſij feſto migrauit fine dies,
Cùm pietate Dei ſint cœli gaudia preſtò.

56. *Radulphus* Muleti, vel Mileti, ex Epiſcopo Maclouienſi 45. ſed rectius ei datur, & ſcribitur cognomen Roſſeloti. In Actis Curiæ 1319. dicitur Miſſus, & cum eo Ioannes Comes Foxienſis ad partes linguæ Occitanæ pro reformatione Patriæ, & Curialium correctione, à Philippo Franciæ, & Nauarræ Rege, obiit 1329. fūdatis duabus burſis Theologalibus in Collegio Laudunenſi Pariſiis, ſupremam eius voluntatem exequente Iacobo Roſſeloti Archidiacono Remenſi, & illius hærede.

57. *Albertus* de Royâ (de qua gente diximus in Remenſibus) creatur 1329. Obiit 1338. die ſancti Marci, cuius legitur Epitaphium:

Præſulis Alberti cineres ſunt hic cooperti,
Iuribus experti, virtutum laude referti,
Prudentis, iuſti, titulo probitatis honeſti,
In ſpe robuſti, pietate, fideque venuſti,
Nobilitas generis probat hunc & gratia morum,
Contemptus ſceleris, ac ſubſidiū miſerorum,
Expoſuit non ſe tantùm, ſed opes manifeſtè,
Iura ſuæ ſponſæ, cauſaſque tuendo modeſtè.
A *Anno milleno C. ter, bis ter duodeno;*
Deceſſit feſto Marci, pius huic Deus eſto.

Eum porrò Tillius teſtatur ſæpiùs Regis interfuiſſe Conſiliis.

58. *Rogerius d'Armaignac.* Obiit 1339. ſepultus in domo ſuâ *d'Arcery.*

59. *Hugo* de Arciaco, *d'Arcy*, 1342. & 1349. poſteà Remenſis Archiepiſcopus 64. ex Monacho Floriacenſi, vel Ferrarienſi, Collegij ſui nominis fundator Pariſiis.

60. *Robertus le Coqs* 1350. ex Morinenſi Epiſcopo, proditionis accuſatus, quod ſtaret à partibus Regum Angliæ, & Nauarræ fugit in Arragoniam, vbi donatus fuit Epiſcopatu Calaguritano.

Porte d'azur à trois coqs d'or.

61. *Gofredus le Maingre Boucicault*, ex Decano Turonenſi. Obiit 1370. Bononiæ in Italiâ circa feſtum S. Andreæ.

Porte d'argent à l'aigle de gueule.

62. *Petrus* Aiſcelini, vel de Monte-acuto *de Liſtenois* 1370. inſtaurator Collegij ſui nominis Pariſiis, poſteà Cardinalis 1383. abdicat ſe Epiſcopatu 1386. ac Remis non ſine veneni ſuſpicione moritur. Iacet apud S. Martinum Pariſiis, vbi Prior fuerat 36. extatque eius Epitaphium apud Iacobum Brulium in Antiquitatibus Pariſinis pag. 672. ibique rectè dicitur extremum diem clauſiſſe C ſub anno Incarnationis Domini 1388. die 8. Nouembris, quâ die etiam notatur in Calendario Pariſienſi eius obitus, quem tamen Onuphrius & Ciaconus aſſignant 4. Idus Auguſti 1389. Frater fuit Ægidij Epiſcopi Morinenſis Ioanne Rege Franciæ Cancellarij, item Cardinalis inuictæ fidei viri Archiepiſcopi Rotomagenſis 61.

Montagu porte 3. teſtes de lyon en champ d'azur.

63. *Ioannes* de Rouſſiaco, *Rouſſy* (quæ vrbs in Campaniâ titulo Comitatus inſignis) filius Simonis Comitis, ex Mariâ *de Coucy*, quibus condidit ſepulchrum in Monaſterio Brennæ Ordinis Præmonſtratenſis. Donatur Epiſcopatu 1384. abdicato Petro præceſſore. Obiit 1419. ſepultus in Eccleſiâ de Branâ, in ſacello diui Dionyſij, vulgò Bonus Epiſcopus dictus, conſanguineus, & Conſiliarius Regis Caroli 6.

Porte d'or au lyon d'azur. Vn des Pairs de France.

64. *Guilelmus* de Champellis, *de Champeaux*, 1421. ex Præſide Cameræ Computorum, ſeu Rationum Regiarum, baptizauit Ludouicū poſteà Franciæ Regem 11. in Eccleſiâ Cathedrali Biturigum 1423. Ioanne Alenconio Patrino, vt refert Alanus *Chartier*. Extant verò tabulæ in Cartophylacio Eccleſiæ Laudunenſis 1435. 8. Septembris, quibus iſte Guilelmus confitetur ſe 15. ann. à ſuâ diœceſi abſuiſſe, & in partibus Oc-

citaniæ, & Aquitaniæ iuſſu Regis degiſſe, vices interim Epiſcopales Ioanne Epiſcopo Apamienſe peragente. Porrò hinc corrigi debet quod aliàs ex ſolâ coniecturâ diximus, Ludouicum Delphinum lauacro regenerationis ab Henrico 86. Bituricenſi Archiepiſc. fuiſſe ablutum.

65. *Ioannes* Iuuenalis de Vrſinis 1443. ex Bellouacenſi 77. poſteà Archiepiſcopus Remenſis 75.

66. *Antonius de Creſſy*, vel *Creſpin* 1452. tralatus Narbonem ſacramentum fidelitatis præſtat 1460.

Gaucour porte ſimé d'hermines, à deux bars adoſſez de gueule.

67. *Ioannes* de Gallicuriâ, *Gaucour*, ex Canonico Nouiomenſi. Sacramentum fidelitatis præſtat Regi Carolo in caſtro *de Breſſy* 6. Nouembris 1460. Eiuſdem gentis Ambianenſes Epiſcopi 60. & 61. Item Rodulphus Prætor, ſeu Balliuus Rotomagenſis in ſeditione ibidem occiſus 1410. Quo anno interfuerat coronationi Ioannis 22. Papæ cum Marchione Ferrariæ, & Malateſta Ariminenſi, apud Monſtreletum, & Carolus Locumtenens Pariſiis 1482.

68. *Carolus* de Luxemburgo, Ludouici Comitis S. Pauli, Franciæque Coneſtabilis ex Ioannâ Barrenſi filius, Canonicus Colonienſis, eligitur 1472. natus tantùm annos 26. vnde legitur diſpenſatus à Papâ Sixto 4. ſupra defectu ætatis, poſſeſſionem adiit per procuratorem 1473. 26. Iunij At cùm eſſet inuiſus Ludouico 11. Regi propter Patrem Conſtabularium, tale reſcriptum emanauit ab eodem Sixto.

Venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Requiſiuit nos per Oratorem ſuum cariſſimus in Chriſto filius noſter Ludouicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, vt vellemus fraternitatem tuam ad Eccleſiam Lombarienſem, & venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Lombarienſem ad tuam Laudunenſem Eccleſiam transferre. Aſſerit enim id ad tutelam, & conſeruationem ſecuritatemque ſtatus, & regni ſui multùm conducere, adducendo in medium plures cauſas, & rationes quæ huiuſmodi petitionem ſuam honeſtam faciunt. Quibus attentis, cùm deſideremus Regiæ ſuæ maieſtati morem gerere, duximus per præſentes te commonefaciendum, vt his pariter conſideratis nolis te difficilem ad hoc præbere. Sed prompto animo huiuſmodi tranſlationi aſſenſum præſtes, maximè etiam cùm bona Eccleſia tibi tradatur, eaque conditio offeratur, propter quam cenſeri non poſſit id cum detrimento tuo fieri. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 16. Aprilis 1483. Pontif. noſtri ann. 11.

Is Epiſcopus Lombarici erat Petr⁹ Gouffier, Abbas Sandionyſianus, poſteà Cardinalis.

Verùm hoc Breue locum non habuit. Statuit verò Ludouicus vt dies feſtus Viſitationis B. Mariæ ſolennis haberetur pro vt ſancitum fuerat in Concilio Baſilienſi, quod etiã innuit Epitaphium ſequens tumulo cupreo inciſum in Eccleſiâ Laudunenſi.

Me ſtirps clara tulit, Regumque, Ducumque nepotem,
Et modò ſub gelido Carolus ære tegor.
Nuper Epiſcopio, Laudunenſique Ducatu
Inſignis patriæ, pars ego magna fui.
Mors rapit hos faſtus, mundique ruentis honores,
Poſt mortẽ pietas, & benè facta manent.
Quæ Mariam hoſpitio ſuſcepit Elizabeth almam,
Me ſacra ſit vobis inſtituente dies.
Sit precor hæc feſtis tã Virginis addita teſtis,
Virgo autem memores viſitet ipſa ſuis.
Funde preces, quondãque tuo cariſſima patri
Plebs mea fer votis, quod modò reſtat, opem.

Viſitatio B. Mariæ, 2. Iullij.

Obiit R. P. Dominus C. de Luxemburgo, 8. Calend. Decembris, anno ſalutis 1509.

69. *Ludouicus* de Borbonio, Franciſci Comitis Vindocinenſis, & Mariæ Luxemburgenſis filius, charactere clericali, ſeu primâ tonſurâ inſignitus in oppido de Faro, à Georgio de Amboeſiâ Cardinale, Sedis Apoſtolicæ de latere Legato in regno Franciæ, conſecratur Epiſcopus Laudunenſis in Eccleſiâ Prioratus Vallis ſcholarium Pariſiis à Philippo de Luxemburgo 62. Cenomanenſi Cardinale, in regno Franciæ Sedis Apoſtolicę de latere Legato, adſiſtentibus Stephano Pariſienſi, Ioanne Lexouienſi Epiſcopis, Caſtrenſi, & Lodeuenſi pro Diaconis, Abrincenſi, & Megarenſi Epiſcopis pro Subdiaconis 1517. 3. Maij, & paulò pòſt Cal. Iull. fit Cardinalis à Leone 10. & pileus ei imponitur in Cœnobio S. Vincentij, ac mulo inſidens Laudunum ingreditur, comitantibus Remenſi Archiepiſcopo, Cathalaunenſi, Sueſſionenſi, Ambianẽſi, Bellouacenſi, Nouiomenſi Epiſcopis, & pluribus Abbatibus & Principibus, Vindocinij, & Sampauli Comitibus, Duce Guiſio cum multis nobilibus, poſteà fit Cenomanenſis 63. 1519. ac Senonẽſis 99. Abbas Sandionyſianus 66. S. Leonardi de Ferrariis, S. Faronis Meldenſis, S. Amandi. SS. Sergij & Bacchi. Obiit Lauduni 1557. 13. Maij, ibique in Cathedrali iacet, corde tamen in Eccleſiâ S. Dionyſij ſepulto, in quâ coronauerat Catharinam Mediceam in Franciæ Reginam. Vide Sammarthanos in hiſt. Genealog. pag. 903.

Vide

Vide etiam Senonenſes ſuprà n. 99. A

70. *Ioannes* Doceus, Prædicator egregius 1560. ex maiori Priore ſancti Dionyſij. Iacet in Choro iuxta Ludouicum ſeu Mœcenatem ſuum, cui dicauit libros duos De æterna Filij Dei generatione, & temporali natiuitate.

71. *Ioannes Burſeus, ac Bours*, ex Abbate ſancti Quintini in Inſula Veromanduæ.

72. *Valentinus du Glas*, ex Religioſo S. Dionyſij in Francia, & ſancti Remigij Senonenſis. Iacet in cathedrali Laudunenſi.

73. *Godefridus de Billy*, Prunæus, ex B Religioſo S. Dionyſij, & Abbate S. Vincentij, ac S. Ioannis Ambianenſis. Interfuit Concilio Remenſi 1585. frater Iacobi Abbatis ſancti Michaëlis in Eremo interpretis operum ſancti Gregorij Nanzianzeni. Iacet in ſua cathedrali.

74. *Benjamin de Brichanteau*, filius Antonij, ex Antonia *de la Rochefoucaud*, in Comitiis Pariſienſibus, ex Abbate Barbelli. Obiit Pariſiis 1619. Iulij 13. ſepultus ad ſanctæ Genouefæ, vbi fuerat Abbas 33. Huic verò Præſuli optimo in difficilibus & arduis Epiſcopatus tractandis, & decidendis negotiis numquam defuit eruditiſſimus, & vigilantiſſimus Vicarius maior, & Canonicus Georgius *de Y*, cuius Commentarios nobis licuit per eius ſummam humanitatem euoluere, quod ſæpiùs teſtari debuimus. C

Brichâteaux Seigneurs de Beauuan-Nangu portent d'azur à ſix beſans d'argent, 3. 2. 1.

75. *Philibertus de Brichanteau* 1620. ex Abbate S. Vincentij, frater Beniamin ſuperioris, vir multæ pietatis & prudentiæ,

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes,

initiatus ſacris Ordinibus à R. P. Andrea *Fremyot* Archiepiſcopo 98. Bituricenſi tempore Quadrageſimæ 1620. D paulò pòſt conſecratus à Franciſco Cardinale *de la Rochefoucaud*.

Lantrigarenſes Epiſcopi, infrà, Trecorenſes.

Lauſanenſes, infrà, Loſanenſes.

Lectorenſes Epiſcopi.

Lettour, ou Lactour.

LECTORA, vel Lactora, vel vrbs Lactoratum Armaniaci principatus caput; edito loco, vnde Lactoratenſes, vel Lectorenſes, & Ledrocenſes Epiſcopi in monte poſita Ægirtio flumine paulò pòſt in Garumnam labente ſubluitur, ſub Archiepiſcopatu Auſcenſi, & Toloſano Parlamento, condita Pompeio iterùm Conſule, vt coniici poteſt ex veteri inſcriptione, in qua mentio Tauropolij, ſedes Seneſchalliæ Armagniaci Comitatus, gradu longitudinis 21. 20. latitudinis 43. 40. cuius Eccleſia primaria SS. Geruaſio & Protaſio dicata eſt, cui præfuêre hi Præſules, vt à nobis colligi potuêre, poſt Ioannem *Chenu*.

Flor. 1600.

Goltzius in theſauro, Antonini Itinerari. Tabula Peutin. notitia prouinciarum.

Le Gers.

Vigilius, in Concilio Agathenſi 506.

Fauſtus. In Concilio Aurelianenſi 5. 552.

Raymundus. In dedicatione Moyſiacenſi 8. Idus Nouembris 1063. ſubſcribit donationi factæ ab Iſarno Epiſcopo Toloſano 1077. de Eccleſia B. Mariæ deauratæ in gratiam S. Hugonis Cluniacenſis.

Arnaldus de Peyraco.

Nicolaus de Lusbeg.

Guilelmus de Bordis.

Guilelmus de Bartha.

Geraldus de Monte Lugduno.

Hugo de Herſano.

Petrus de Abſaco.

Rumundus de Cambarelha.

Geraldus de Podio, Cardinalis à Gregorio 11. creatus menſe Decembri 1375. Obiit Auenione 14. Calendas Februarij, Onuphrio, vel 16. Calend. Martij Ciacono 1389.

Bertrandus de Bordis, Cardinalis.

Almericus.

Ragnerius de Malento.

Arnaldus de Ramafort.

Hugo de Hiſpania, ſeu de Duro-forti.

Martinus.

Ludouicus Pot.

Petrus Fabri, du Faur Petri Sanjorriani Præſidis Senatus Toloſani Propatruus.

Bertrandus de Luſtrac.

Renatus de Prie Cardinalis, filius, Antonij Domini *de Buzançois*, & Magdalenæ *d'Amboiſe*, de quo in Bajocenſibus num. 43.

Ioannes Barton de Mont-bas.

Guilelmus Barton de Mont-bas, in Concilio Tridentino. Ad eum extat carmen ſequens:

Quòd tam cenſeris generoſo ſanguine Præſul,
Quódque es tàm multis carus imaginibus:
Illa quidem certè laus eſt non infima, ſed quæ
Tota ad maiores ſit referenda tuos.
Quòd ſuperas opibus multos, quòd honoribus anteis,
Fortunæ hæc dici munera poſſe vides.
Quòd ſis Auguſto ſpectãdus corpore, forſan
Natura hanc dotem vindicet ipſa ſibi.
At quòd tàm multis fulges virtutibus, atque
Eximijs rari dotibus ingenij.
Quódque tuis lucem præferre nepotibus illam,
Quam tibi maiores antè tulere, potes
Hæc demùm eſt tua laus, hæc Præſul, laus tua demùm eſt,
Vna hæc te ſuperis inſerit Ordinibus.

Carolus Borbonius, filius naturalis Antonij Regis Nauarræ, poſteà Rotomagenſis Archiepiſcopus, & Abbas Maioris Monaſterij.

Lemouicenſes Epiſcopi.

Limoges.

Flor. 1600. LEMOVICVM, auctori l. 8. Belli Gallici c. 4. Ratiaſtum, Ptolemæo lib. 2. cap. 7. ad Vigennam fluuium, gradu longit. 22. 35. lat. 45. 35. ſub Archiepiſcopatu Bituricenſi, & in Parlamento Burdegalenſi, altitud. ſolis 44. 25. vbi dies maxima horar. 15. 34. 8. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 62. 18. in qua vrbe tribunal vectigalium, ſeu generalitas Finantiarum, ſedes prouincialis, & fabrica monetæ, cuius nota I. Vrbis verò Eccleſia cathedralis Patronum habet S. Stephanum, & Epiſcopus memoratur c. 8. de Clerico venatore. Quâ etiam in vrbe datur annulus S. Valeriæ nouo Duci Aquitaniæ. In hac autē diœceſi conſtituuntur Curiæ, ſeu Eccleſiæ parrochiales 687. Capellæ pluſquam 600: Præpoſituræ 28. Archipreſbyteratus 18. & Abbatiæ ſequentes:

La Vienne.

Lemouica vulgò diligentiæ officina, deſidiæ ergaſtulum.

Flor. 1000. S. Martialis in vrbe O.B. *S. Martial.*
Flor. 110. S. Martini in vrbe O.B. *S. Martin.*
Flor. 300. S. Auguſtini in vrbe O.B. *S. Auguſtin.*
Flor. 170. Voſienſis, *Vigeou* O.B.
Grandi-montis, *Grand-mont* O.B. caput ſui Ordinis. Flor. 1500.
Beneuenti, *Benauent* O.A. Flor. 335.
Solenniaci, *Solengnac* O.B. Flor. 400.
Meniaci, *Mignac* O.B. Flor. 150.
S. Petri Stirpenſis, *l'Eſterpe* O.A. Flor. 300.
Dalonæ O.C. Flor. 450.
Belli-loci O.B. *Beau-lieu.* Flor 400.
Boni-loci O.C. *Bon-lieu.* Flor. 100.
Palatij O.C. *Du Pallais.* Flor. 150.
De Albis-petris, *Aube-pierre* O.C. Flor. 60.
Bona-aqua, *Bonne-aigue* O.C. Flor. 200.
Obaſinæ O.C. *Obaſine.* Flor. 1000.
S. Petri Vſarchiæ O.B. *Vſarche.* Flor. 300.
De Prato-benedicto, *Pré-benoiſt* O.C. Flor. 35.
Columna O.C. quæ & Bituricenſis diœceſis. Flor. 70.
De Regula, *La Reigle*, fœminarum O.B.
De Beuf O.C.
Les Allois, fœminarum.
Du Dorat, olim Ordinis Benedictini, nunc ſæcularis.
Ageduni, vel Aceduni, *Ahun* O.B. Flor. 100.

Fuit & olim Monaſterium S. Aredij. *S. Trier*, Abbatiale: & Attanum dictum. In Martyrologio Lemouicenſi 21. Auguſti. Epiſcopi denique huius ſedis hi fuêre, quos damus ex Demochare, & maximè ex Catalogo M. S. Ioannis Cordeſij Canonici huius Eccleſiæ, viri antiquitatum, & rerum Eccleſiaſticarum peritiſſimi. Porrò totius Lemouici agri, ſeu territorij & confinium prouinciarum quantum ad diœceſin Lemouicenſem ſpectant fidiſſima deſcriptio edita eſt apud Ioannem *le Clerc* Pariſiis. Sed & facit ad laudem huius vrbis, quòd S. Petrus Raſtiaſtenſis fuit conſtitutus Epiſcopus Bracarenſis an. 42. à ſancto Iacobo Apoſtolo, vt in controuerſia de ipſius Sancti Iacobi aduentu in Hiſpaniam teſtatur Antonius Caraciolus.

1. *S. Martialis.* De eo plura habent Baronius A. C. 74. & 1029. Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Martyrologia pridiè Calend. Iulias, Chronicon Autiſſiodorenſe pag. 33. notæ in eius epiſtolam ad Toloſanos in Bibl. Patrum. Sed & in veteribus Rotomagenſis Eccleſiæ Litaniis ponitur inter Apoſtolos vt Chriſti Diſcipulus, & in vita ſanctæ Valeriæ 10. Decembris dicitur mortuus ſub Nerone. Vulgò verò creditur Martialis puer ille, qui panes quinque hordeaceos obtulit Chriſto in deſerto, Ioannis 6. & Maurolico in Catalogo Diſcipulorum, conſanguineus Stephani, & ille de quo Chriſtus: *Qui non*

non humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, Mathæi 18. verſ. 4. Marci 10. v. 15. vt notat Comeſtor hiſt. Eccleſiaſt. cap. 90. Petrus Bleſenſis ſerm. 3. in feſto ſancti Nicolai, vetera Breuiaria, Lemouicenſe, Burdegalenſe, Bituricenſe, Sueſſionenſe, & Chron. magn. Belgic. vbi etiam dicitur S. Petri conſanguineus; quibus non temerè detrahenda eſt fides, licet alij hunc aſſignent temporibus Decij Imperatoris circa A.C. 253. qua de re expectamus plura à doctiſſimo viro Ioanne Cordeſio Lemouicenſi Canonico. Legendus Gregor. Turonenſis lib. 1. cap. 30. Demochares hoc loco, & Claudius Eſpanſæus in 2. ad Timoth. cap. vltimo, Andreas Theuetus lib. 6. Coſmographiæ cap. 7. vbi aſſerit ſe vidiſſe Eccleſiam à Carolo Magno ædificatam in honorem ipſius Martialis in vico Natali prope Rama Palæſtinæ. Sed & Aquenſe Breuiarium hæc habet: *Martiali Apoſtolo Aquitanorum Domino pſallat mater Eccleſia, eius colens ſolemnia*. Et in Collecta quâ hodie vtitur Eccleſia Lemouicenſis dicitur Apoſtolus: ſed & in veteri Martyrologio notatur 27. Aprilis, depoſitio B. Alpiniani Preſbyteri, & Confeſſoris, diſcipuli ſancti Martialis, de quo Martiale Martyrologium Lemouicenſe hæc habet, quæ confirmant à nobis dicta: *Apud Aquitaniam prouinci. in Galliæ, ciuitate Lemouicas natalis ſanctiſſimi Martialis, qui vnus ex 72. Diſcipulis electus, magnum meritum ad prædicationis officium cum Petro Apoſtolorum principe compleuit, poſteà verò iubente Domino Aquitaniam conuertit, qui Virgo electus ab ipſo, & plenus ſancto Spiritu aſſumptus eſt cum magna gloria, & indicibili ad cælos LIX. ætatis ſuæ anno, Epiſcopatus autem 28. Olympiadis verò 212. & Imperij Veſpaſiani Cæſaris tertio anno, & poſt Reſurrectionem Domini 40. omnes eius vitæ anni ita ſupputantur, annos impleuerat 15. ante baptiſmum; tribus permanſit cum Domino, & quinque cum Petro Hieroſolymis, ſeptem verò in Antiochia, Romæ verò vno anno manſit, in Aquitania per 28. annos in Epiſcopali miniſterio ad finem vſque glorioſiſſimè perſeuerauit, vbi Eccleſiam ſancti Stephani Leuitæ Protomartyris conſecrauit, temporibus Neronis Imperatoris, & Stephani Ducis.* Quæ prima dedicatio in vetere Calendario notatur 3. Auguſti. Meminit etiam Auguſtinus Barboſa Luſitanus tit. 1. cap. 3. nu. 14. Paſtoralis ſolicitudinis.

2. *S. Aurelianus* 15. Calend. Decembris.

3. *S. Amilius*, vel Æmilius, aliàs Enodius, vel Ebulus, quaſi ſol refulgens in Templo Domini.

4. *Actius*, vel Atticus.

5. *Eumenius*, vel Amenus. Videtur idem cum ſuperiore.

6. *Hermoginianus*.

7. *Adelphius*.

8. *Datiuus*, fuit depoſitus, & ideò à nonnullis omittitur.

9. *Adelphius* 2. fortè idem cum primo.

10. *Exſuperius*.

11. *Aſtidius*, vel Aſtudius. De cuius progenie exortus B. Aredius.

12. *Ruricius*, vel Roricius, & corruptè Ruſticus, cuius habemus epiſtolarum libros duos tomo 5. Antiquar. Lection. Henrici Caniſij, & tomo 4. Bibliothecæ Patrum editionis 4. Fundauit Monaſterium ſancti Auguſtini extra muros Lemouicenſes prope Vigennam fluuium. Legendus Sauaro, & Sirmundus in Sidonium lib. 8. epiſt. 10. Bellarm. de Script. Eccleſiaſt.

13. *Roricius*, vel Ruricius in Concilio Aruernenſi 541. & Aurelianenſi 4. 545. quo tempore florebat ſanctus Iunianus. Vtriuſque verò Ruricij aui, & nepotis Epitaphium habet Fortunatus lib. 4. c. 5. Inſtituit verò Ruricius Canonicos ſancti Auguſtini, vbi primùm à ſancto Martiale benedictum Cœmiterium ad Vigennam fluuiũ. Porrò ſepulchra poni ſolita prope fluuios notat Ioãnes Paſſeratius in illud lib. 4. Eleg. 7. Propertij: Sepulchra prope fluuios.

Hîc Tiburtina iacet aurea Cynthia terrâ,
Acceſſit ripæ laus Aniene tuæ.

Vt inde moneremur:

Quòd properant anni more fluentis aquæ.

14. *Exochius*, vel Eſochius, Fortunatus lib. 4. cap. 6. fortè & Enetius in Concilio Pariſienſi 558. ſedit ann. 15.

15. *S. Ferreolus*, Concilio Matiſconenſi 2. 588. Gregor. Turonenſis lib. 5. cap. 28. Sepeliuit B. Aredium. Iacere creditur apud Anexnam.

16. *Aſclepiodorus*. Idem videtur cum ſequenti.

17. *Aſclepius*. Eius tranſitus recolitur 10. Calend. Ianuar. in Martyrol. Lemouicenſi.

18. *S. Lupus*, tempore Clotarij 2. Subſcripſit fundationi Monaſterii Solemniaci à B. Eligio poſteà Nouiomenſi Epiſcopo factæ anno 10. Dagoberti Martyrol. id eſt Salutis 641. Ideò ſic rectè ponitur ante Simplicium.

19. *Simplicius*. Memoratur in vita ſancti Eligij lib. 2. cap. 28. S. Audoëno auctore apud Surium Calend. Decembris.

20. *Felix*, Concilio Cabilonenſi per Paternum Abbatem circa ann. 650. Legitur & Felicius, vide ſancti Eligij vitam apud eumdem Surium cap. 28. lib. 2. vbi hæc habentur: *Nocte quadam poſt abſolutas ex more preces, paululùm ſe ad quieſcendum componens Eligius, mox in ſomnis viſus eſt res admodum ſerias agere. Excitatus ergo à Clerico, & interrogatus quid vidiſſet, ſic reſpondit; Simplicius Lemouicum Epiſcopus nuper obijt, & Felix ei ſucceſſurus mittit nuncios ad nos, vt ei noſtram operam nauemus. Cum illis ego iam loquebar, & certè breui hic aderunt. Dixit & reddit ſe quieti. Inde ſub lucem nuntij illi pulſant fores eius: ijs apertis ingrediuntur, indicant Epiſcopi mortem, afferunt multam pecuniam miſſam à Felice, vt ei ad obtinendum Epiſcopatum eſſet adminiculo: ſed Eligio perſuadere nulla ratione poſſunt, vt quicquam eius attingat. Attamen ingreſſus ad Principem, gratis impetrauit quicquid illi petebant, ſicque eos à ſe dimiſit.*

21. *Adelphius* 3. De eo nulla habetur mentio, & à pleriſque omittitur.

22. *Hertgenobertus.*

23. *Cæſarius.*

24. *Ruricius.*

25. *Ruricius* 2.

Hi duo Ruricij videntur hoc loco ſuperflui, ideóque delendi, cùm ſint iidem qui ſuperiùs Ruſtici dicuntur, ſed numeros Democharis mutare noluimus.

26. *Exmenarius.*

27. *Ermenus*, vel Ermeno. Idem cum ſuperione videtur, qui in litteris Stodili dicitur dediſſe Matricularíis S. Stephani villam Magniaci.

28. *Salutaris.*

29. *Aggericus.*

30. *S. Sacerdos*, vulgò *S. Sadroc* 4. Maij iacet in Sarlatenſi Eccleſia cathedrali ſibi dicata. Videtur inter duos Ruricios reponendus. Sed & in veteri Martyrologio ſic habetur: In pago Petragorico apud Cœnobium Sarelatenſium ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti, Lemouicæ ciuitatis Epiſcopi.

31. *Auſuidus*, vel Auſindus.

15. Noueb. 32. *S. Ceſſator* 17. Calend. Decembris quieſcit apud ſanctum Sanctinum iuxta caſtrum de Malamorte. Floruit tempore Caroli Martelli, in vetere Martyrolog. Dicitur quòd multùm pugnauit contra Vandalos, id eſt, vt capio, contra Saracenos & Infideles quoſlibet, alioqui hoc loco mouendus eſſet.

33. *Ebbo*, vel Ebulus. Fortè is eſt qui recenſetur inter Abbates Salemniacenſes.

A 34. *Remgibertus*, vel Regimpertus 817. Impetrauit confirmationem priuilegiorum ſancti Stephani à Ludouico Pio.

35. *Odacer*, vel Odachar 831. Donat Canonicis S. Stephani manſum Ramnaci. Hoc verò tempore 883. 10. Octobris notatur in vetere Martyrologio tralatio corporis S. Martialis in nouam Saluatoris baſilicam.

37. *Stodilus*, malè aliis Stolidus. Nominatur 848. & 851. Indict. 14. 8. Idus Maij. Quo tempore Canonici S. Martialis habitum monachalem ſuſcipiunt, Ademarus.

B 38. *Aodo*, vel Aldo. In Concilio Sueſſionenſi 866. Obiit Nonis Octobris, ſepelitur in S. Saluatoris.

39. *Gerlo.* Obiit 4. Idus Iulij.

40. *Anſelmus*, vel Anſelinus. Subſcribit 870. diplomati Caroli Calui pro Vedaſtinis, & Concilio Pontigonenſi 876. & apud Ioannem 8. epiſt. 121. & nominatur 884. Obiit 5. Idus Februarij ſepultus in S. Saluatoris 898.

41. *B. Turpinus*, vel Turpius, vel Turpio, auunculus Roberti Vicecomitis Albicenſis. Subſcribit cum Geront io Bituricenſi Archiepiſcopo fundationi C Monaſterij Dolenſis factæ per Ebbonem illius loci Principem anno Caroli 29. Chriſti 920. & litteris Rodulphi Regis pro Eccleſia ſancti Martini Turonenſis 929. Inſtaurauit ſancti Auguſtini Cœnobium ſub Regula Benedictina. Memoratur à S. Odilone in vita S. Geraldi. Obiit Albuconi 7. Calend. Auguſti 946. & apud ſanctum Valericum requieſcit. Fratrem habuit Aymonem S. Martialis Abbatem.

42. *Ebulus*, vel Eblus filius Guilelmi 2. Aquitaniæ Ducis, Bouchetus lib. 3. cap. 1. Alij filium Ebli Comitis Pictauienſis, & Guilelmi Caput-ſtupæi fra- D trem faciunt. De hoc & duobus ſequentibus ſic vetus fragmentum hiſtoriæ Aquitaniæ, apud Baronium tomo 11. Tenebat, inquit, tunc Præſulatum Lemouicæ Aldoinus, qui erat ſucceſſor Adelgerij ſucceſſoris Ebli. Obiit autem Eblus 936. At in altero hiſtoriæ Aquitaniæ fragmento (quod eſt Ademari) dicitur Eblus filius Ebli Ducis Ludouico Rege annuente tricelimus nonus, à ſancto Martiale Lemouicæ factus Pontifex, bonus Paſtor, ſepultus in baſilica ſancti Angeli Michaëlis in Eremo, quam inſtaurauerat (vt & S. Maxentij, vbi etiam Abbas.) Is verò Eblus ad onus ſufferendum ſub ſe ordinauerat Corepiſcopum

epiſcopum Benedictum, qui Benedictus A poſteà captus ab Elia Petragoricenſi Comite, oculis priuatus eſt, Ademaro referente. Fuit etiam Abbas S. Hilarij Pictauienſis.

43. *Hildegarius*, vel Aldegarius, filius Gerardi Vicecomitis, ex Rothilde frater Aldemandiæ vxoris Guilelmi 4. Aquitaniæ Ducis, auunculus Aymari Broſſiæ Vicecomitis, Cœnobium Vſarchiæ condidit, Chopinus lib. 1. Monaſt. tit. 1. num. 10. ſepelitur apud ſanctum Dionyſium, cui contulit pretioſa ornamenta quæ à ſancto Martiale aſportauerat, vt eſt apud Ademarum. B Nominatur 958. & 963.

44. *Aldoinus*, vel Hilduinus frater Hildegarij tempore Guilelmi Capitis-ſtupæi Ducis Aquinaniæ. Conſecratur 992. Engoliſmæ, à Gumbaldo Burdegalenſi, Hugone Engoliſmenſi, Frotario Petragoricenſi, & Ebbone Santonenſi, Iudæos iuſſit aut baptizari, aut expelli datis Doctoribus fidei per menſem. Iacet ad S. Martinum.

45. *Geraldus* Aldoini nepos conſecratur 1012. menſe Nouembri, in æde ſancti Hilarij Pictauienſis, à Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo, quia Goſlenus in Sedem Bituricenſem nondum C erat receptus, qui tamen ibi ſuos miſſos habuit, ex ſancti Benedicti Monachis cum Giſleberto Pictauienſi, Arnaldo Petragoricenſi, Iſlone Santonenſi, Grimoaldo Engoliſmenſi Epiſcopis. Obiit apud Caroffum 1020. poſt ſedem annor. 8. vbi & iacet hoc Epitaphio.

Hic requieſcit Geraldus Epiſcopus Lemouicæ 3. Idus Nouembris, poſt ſedem annorum 8. Dicitur verò vna die omnibus gradibus ordinum inſignitus ab Oſtiariatu ad Preſbyteratum, ſuper quo extitit magna altercatio.

46. *Iordanus de Loron* magnæ nobili- D tatis, & ſimplicitatis vir, ex Præpoſito S. Leonardi, ſtatim barbâ detonsâ, vt ad ſedem S. Martialis in aula S. Stephani deduceretur, Angeriaci conſecratur ab Iſlone, Roone, Arnaldo, & Iſemberto Santonenſi, Engoliſmēſi, Petragoricēſi, & Pictauienſi Epiſcopis. Archiepiſcopus verò Bituricenſis Goſlinus, ad cuius diœceſim Lemouica pertinet, quia ſine eius auctoritate conſecratus erat, totum Lemouicum excommunicauit, præter locum ſancti Martialis, ipſumque prohibuit ab officio Epiſcopali, qui ſatisfaciens nudis pedibus cum centum Clericis, & Monachis, Bituricam ſedem adiit, vbi Archiepiſcopus præceſſit eis obuiàm, & cum honore eos deducens, quod ligauerat, abſoluit, vt refert Ademarus. At Iordanus ante profectionem Ieruſalem conſecrauit Monaſterium de Garnaco in quo quieſcit corpus ſancti Pardulphi 5. Idus Iulias 1028. vbi adfuit Guido de Turribus cum venerabili coniuge Elinaſia, quo anno dedicata eſt Regalis baſilica ſancti Saluatoris Lemouicæ 15. Calend. Decembris ab Epiſcopis 11. quorum nomina ſunt Gothifredus Archiepiſcopus Burdegalenſis, Iordanus ipſe Lemouicenſis, Iſembertus Pictauienſis, Roho Engoliſmenſis, Arnaldus Petragoricenſis, Petrus Gerundenſis, Deus-dedit Cadurcenſis, Amelius Albigenſis, Arnaldus Ruthenenſis, Fulco Carcaſſonenſis, Iſlo Santonenſis tempore Roberti Regis. Tunc quoque eleuatum eſt corpus S. Martialis, ad cuius præſentiam delata ſunt multa corpora Sanctorum Aquitaniæ, eodemq; tempore habitū eſt Concilium de Apoſtolatu ipſius Martialis: qua de re Baron. Lege Archiepiſcopos Bituricenſes num. 58. Benedixit etiam Iordanus Odolricum Abbatem ſancti Martialis prudentiſſimum. Denique ſepelitur Iordanus apud ſanctum Auguſtinum.

47. *Itherius*, vel Etherius, vir nobilis de genere *des Chabotz*, probis moribus, hoſpitalis, & benignus reluctans 1052. eligitur. Intereſt ſacro Philippi Regis 1059. Iacet ad S. Auguſtinm.

Chabot porte d'or à 3. Chabotz de gueule en pal 2.1.

48. *Guido de Loron*, Iordani nepos, eligitur 1073. quo Præſulante, & Philippo regnante, & Gregorio 7. pontificante, fundatur Beneuentum O. C. Sepultus fuit primus Præſulum Lemouicenſiū in vrbe in æde S. Stephani, magna frequentia diuerſorum ordinum.

49. *Humbaldus*. Excepit Vrbanum 2. 10. Calend. Ianuarij 1095. Indict. 3. quem comitabantur Hugo Lugdunenſis, Audebertus Bituricenſis, Amatus Burdegalenſis. Archiepiſcopi, Petrus Pictauienſis, Bertrandus Santonenſis, Reginaldus Petragoricenſis, Raymundus Ruthenenſis, Epiſcopi, Ademarus S. Martialis Abbas, cuius Eccleſiam inſtauratā dedicauit ipſe Apoſtolicus pridiè Calend. Ianuarias, cùm biduo ante ſancti Stephani conſecraſſet: qui quidem Papa paulò pòſt, Humbaldum, vel Imbaldum depoſuit, qui inde Laïcaliter vixit in Biturico apud Caſtrum S. Seueræ, cuius loci erat dominus.

50. *Guilelmus*, ex Priore ſancti Martialis. Conſecrat Monaſterium Vſar-

chiæ cum Arnoldo Petragoricenſi, periit veneno, poſt ſedem annor. 3. cui nonnulli tribuunt cognomen *d'Vrec.* Iacet in S. Saluatore.

51. *Petrus* Burdegalenſis abdicauit.

52. *Euſtorgius* 1130. cui in ſchiſmate Gerardus Engoliſmenſis, vt Legatus Anacleti oppoſuit Raynaldum Abbatem Dauratenſem fauente Guilelmo Aquitaniæ Duce. Lege vitam S. Bernardi lib. 4. cap. 5. Obiit 3. Nonas Decembris 1137. ſepultus à Lamberto Engoliſmenſi Epiſcopo, Anchardo S. Martialis, Bernardo Voſienſi, Ebolo Tutelenſi, S. Solenniacenſi, Guilelmo ſancti Martini, Philiberto ſancti Auguſtini Abbatibus, in cuius S. Auguſtini Monaſterio. Iacet Euſtorgius.

53. *Gerardus* 2. ex ſancti Aredij Decano, qui & poſteà Comes Lemouicenſis Euſtorgij nepos. Interfuit dedicationi Eccleſiæ Grandimontenſis 4. Septembris. Obiit Nonis Octobris 1177. Supplement. Sigeberti. Nominatur in vita ſancti Bernardi lib. 4. cap. 4. Sedit an. 40. ex quibus vixit 10. in cæcitate.

54. *Sebrandus*, de gente Chabotia, ex Archidiacono *de Thouars.* Eligitur 1177. 3. Idus Februarias: quo anno duo millia Cotarellorum cum populo terræ pereunt ad caſtrum Belini, quod hinc de Mala-morte appellatum eſt, cùm illi obtentu Regis Angliæ Henrici Aquitaniam vaſtarent, Vetus Chron. M. S. nobis à Domino *Lanier* in magno Conſilio Senatore commodatum. Nominatur cum Henrico de Soliaco Archiepiſcopo 67. Bituricenſi 1187. Gregorio 8. Pontifice, & Philippo Francorum Rege, in Inſtrumento Abbatiæ Columnæ, & tralationi ſancti Stephani Grandimontenſis interfuit. De quo meminit Bouchetus in Annalibus Aquitaniæ, vbi dicit Chabotios fuiſſe ſemper Coronæ fidiſſimos. Obiit 1197. ſepultus in ſancto Auguſtino.

55. *Ioannes de Veyrat*, vel *Verac.* Vexatur à Ioanne Angliæ Rege, moritur Aſcalone, ſeu Accone in reditu Ieruſalem 1218. Epiſcopatus 21. Dedicauerat 1212. in feſto SS. Victoris, & Coronæ Eccleſiam S. Valeriæ.

56. *Bernardus* de Fauena, vel Saueria. Obiit 1226. in feſto ſanctæ Magdalenæ, ſepultus Artigiæ vbi habitum ſancti Auguſtini de licentia Papæ ſumpſerat tempore Petri Prioris. Eius tempore Dominicani venerunt in vrbem 1219. Dominicani.

A 57. *Guido* de Clauſellis, vel de Cancellis, electus per compromiſſum 1226. ex Cantore Bituricenſi, & Archidiacono Lemouicenſi, & Decano ſancti Aredij in Octauis ſancti Martini, confirmatur à Simone Archiepiſcopo 70. Bituricenſi. Obiit pluſquam centenarius an. Chriſti 1236. ſepultus ad S. Martialem, Epiſcopatus ann. 9. De Ca- ſsan.

58. *Guilelmus* de Podio 1237. ex Canonico Engoliſmenſi. Obiit non conſecratus longâ infirmitate detentus.

59. *Durandus.* Hic dedit cymbalum B de ſuo nomine. Obiit 1245. Electus fuerat ex Priore ſancti Iuniani anno 14. Pontificatus Gregorij 9. Chriſti 1240. ſepelitur ad Prædicatores.

60. *Aymerius* de Serra, aliàs de Malamorte, ex Prepoſito S. Iuniani electus 1245. in Octauis Purificationis. Statuit feſtum S. Stephani Grandimontenſis celebrari in Eccleſia, Synodo habitâ die Iouis poſt S. Lucam. Iacet in medio Chori cathedralis anno 26. Epiſcopatus, Helia de Malamorte Decano 1272.

61. *Girbertus* Geraldi de Malamorte C filius, obiit poſt ſedem annorum 18. menſium 6. & ſepelitur in Capella S. Mariæ ad cathedralem 1294. die Iouis poſt Pentecoſtem. Electus verò fuerat 1275. die 3. poſt feſtum S. Luciæ, & confirmatus Bituricæ.

62. *Petrus* de Seperiâ electus vnanimiter, recuſauit conſtanter. Recuſauerat etiam Epiſcopatũ Albienſem anteà ſibi à Papa oblatum, Canonicus Ebroïcenſis, ſed Donzeniaci diœceſis Lemouicenſis natus. Obiit Blauiæ 1306.

63. *Reginaldus* de Porta, vel de Portu, 15. Nouembris, ex Archidiacono, electus 1294. recuſante Petro de Sepe- D riâ. Nominatur 1297. in approbatione feſti ſancti Stephani de Mureto, & 1315. in releuatione corporis S. Aureliani, poſteà Archiepiſcopus 76. Bituricenſis, & Cardinalis 1316. apud Onuphrium, & Ciaconium.

Gerardus Rotgerij, aliis omiſſus, conſecratur Auenione Dominicâ Quadrageſimæ 13. Febr. 1317. à Ioanne Papa conſanguineo. Videtur etiam addendus B. Rogerius *le Fort*, poſteà Bituricenſis Archiepiſcopus 79.

64. *Ioannes* de Croſſo, poſteà Cardinalis, frater Petri Archiepiſcopi Bituricenſis. Habet hoc Epitaphium in Nomenclatura Cardinalium Auenione in cathedrali:

Hic

Hic iacet R^mus. in Chriſto Pater Dominus Ioãnes de Croſſo, de Calma-forti, Lemouicenſis diœceſis, legum Profeſſor, qui per plura tempora præfuit Eccleſiæ Lemouicenſi, deinde aſſumptus fuit in Eccleſia Romana Presbyterum Cardinalem, & ſubſequenter fuit electus Epiſcopus Praneſtinenſis, & ſummus Pœnitentiarius, qui obijt 22. die menſis Nouembris anno à Natiuitate Domini 1383. Pro cuius anima ſalute Deum humiliter deprecamur, vt in pace cum Angelis requieſcat, Amen.

Cæterùm ab eo vt Nuntio Apoſtolico confirmata ſunt Pariſiis ſtatuta Collegij trium Epiſcoporum 5. Iulij 1379. De quo Gymnaſio alibi dictum.

Collège de Cambray.

65. *Amerſius Cathi-*

66. *Bernardus*, vel *Bertrandus* de Bona-valle. Cuius tempore Capitulum eximitur à poteſtate Epiſcopi, Chopinus lib. 2. Polit. ſacræ tit. 4. num. 5. Obiit 1403. ſepultus in Capella S. Martialis ad cathedralem.

67. *Hugo* de Iuniaco, ex Epiſcopo S. Flori 1412. Præſes Curiæ Iuuaminum 1407. aliis cognomine de Monacho, aliis de Menſaco.

68. *Nicolaus Viaudi* 1414. Quo tempore Ioannes Decanus Lemouicenſis in Concilio Conſtantienſi, Procurator prouinciæ Bituricenſis.

69. *Rampnulphus*, vel Raynulphus de Peruſia 1424. poſteà Mimatenſis.

70. *Hugo* de Roſanaco, vel Rufiniaco.

71. *Petrus* de Monte Bruno. Obiit 1456. ſepultus iuxta Dominum de Serra.

72. *Ioannes* Barthonis, Archiepiſcopus Nazarienſis. Iacet ante maius altare 1497.

73. *Ioannes Barthonis*, ex patrui reſignatione. Obiit 1510. iacet ante maius altare.

74. *Renatus de Prie*, poſteà Baiocenſis, & Cardinalis titulo ſanctæ Sabinæ.

75. *Philippus de Montmorency*, frater Annæ Comeſtabilis, filius Guilelmi, ex Anna *Por*, de cuius gentis Mominorantianæ inſignibus, videndus Franciſcus Mennenius in deliciis Equeſtrib. cuiuſque Genealogiam deſcripſit Andreas Quercetanus, cuius Genio magna nomina æternùm litabunt. Fuerat anteà Philippus Archidiaconus Bleſenſis in Eccleſia Carnotenſi per reſignationem Renati præceſſoris, promotus ad hanc cathedram 1517. cui tale appoſitum Epitaphium:

Montmorency porte d'or à la croix de gueule accompagnee de ſeize alerions d'azur.

Ille ego Philippus, ille præſtantiſſimus
Præſul Lemouicum, altiſſimus iuuenis ſatus,
(Matrencius Mons, Pariſij princeps agri
Ditio, vetuſto quam cohoneſtat nomine)
Familiâ, ea doctrina, & illis moribus,
Quos vel mediocri in re ſatis haut temerè ſui
Compos iuuenta, vel ſecunda, adeò, ac fauens
Fortuna, vix potiſſimùm iſthoc ſeculo
Pati videbantur, ſub hoc tumulo iacet
Planè beato ex hac miſerâ vitâ exitu.
Quam olim ſuperſtes (amica feliciſſimum
Etſi illum, hominem hîc quantum licet, ſemel omnibus
Fata numeris perfecerant) felicior
Paucos hodiè his verè titulis claros leges
Vbiuis, Religio eſt dicere nullum. Bene vale.

Antonius Papilio fecit xij. Calend. Nouembr. 1519.

76. *Carolus de Villiers*, ex Dominis Inſulæ Adami, poſteà Bellouacenſis 82.

77. *Antonius* de Tenda, ex Bellouacenſi 81. permutatione, vt conicio, factâ cum ſuperiore Carolo.

78. *Ioannes* de Langiaco ad omnes Principes legationibus dignè perfunctus fuit, ex libellorum ſupplicum Magiſtro, & Abbate *de Pebrac*, ac Epiſcopo Abrincenſi. Eleuauit corpus ſancti Domnelini 1534. multáque bona Eccleſiis contulit. Obiit 23. Iulij 1541. ſepultus in cathedrali, cuius Epitaphium meretur à pluribus referri:

Langeac d'or à 3. pals de vair.

Exemplo tibi ſatu ſim, quiſquis es, ſi ſapis præſentibus necte futura: natus quidem vixi, at herclè mori præſtitit, vt plus magiſque viuerem.

Eo autem ſedente Sodales ſancti Martialis in priſtinum ſtatum ſæcularem reſtituti ſunt lacernâ Monachorum depoſitâ, quam Carolo Caluo regnante induerant. Vide infrà in Abbatibus Antonianis, in quorum numero tres huius gentis recenſentur.

79. *Ioannes du Bellay*, Pariſienſis Epiſcopus, 109. & Cardinalis, poſt quem deſignatus Antonius *Sanguin* Cardinalis *de Meudon*, paulò pòſt ceſſit.

80. *Cæſar de Burgoniombus*, Italus.

81. *Sebaſtianus de l'Aubeſpine*, Bituricenſis 1559. Adſtitit declarationi Maioritatis Caroli 9. Regis Franciæ in Rotomagenſi Curia. Ei dicat Genebrardus eodem anno Commentaria in Ioël. Iacet in Eccleſia Bituricenſi, cor verò

L'Aubeſpine porte d'azur au ſautoir, d'or cantonné de 4. billettes de meſme.

in Choro cathedralis Lemouicenſis fuit A ſepultum 2. Iulii 1582. Rexit quoque Abbatiam de Maſſayo, & S. Martialis. Extat verò ad Sebaſtianum carmen ſequens:

Hærentem prora perhibent Echeneida Præſul
Immanem Pelago ſiſtere poſſe ratem.
In tenui vis tanta latet, contra Eolus inſtet,
Hinc remi vires, carbaſus inde ferant,
Non tamen impellent lato procul ampliùs vngue,
Dum tenet in pedicis anchora viua ratem. B
Heu Mauors Francam in nauim quot protulit Euros,
Quid non ventorum Galla carina tulit?
Quis Boreas? quis non Notus inſtitit, omnia contra
Stat tamen, vt rupes cedere dura loco.
Colligeret iam fracta trabes digniſſimè Præſul,
Tu niſi ſis vento Franca Echeneis *obex.*

Cæterùm de Echeneide, ſeu Remora Plin. lib. 9. cap. 15. & lib. 32. c. 1. Lucret. lib. 6. Ælian. lib. 2. cap. 17. Rondelet. l. 15. de Piſcib. c. 18. Plutar. l. 2. Sympoſ. quæſt. 7. Fracaſtor. c. 8. de Sympathia. C Petramellar. in Franciſco Cardinali Turonio.

82. *Ioannes de l'Aubeſpine*, in Concilio Bituricenſi 1584. menſe Septembri, poſteà Aurelianenſis Epiſcopus 1587. & Abbas S. Martialis.

83. *Henricus de la Marthonie*, Petragoricenſis diœceſis, ex Abbate S. Iuſti diœceſis Beluacenſis, per ceſſionem Ioannis ad hanc cathedram euehitur 1588. Obiit 1618. 7. Octobris, frater Gofridi Ambianenſis 70. Epiſcopi, ſepultus in cathedrali. Eorum pater Mondotus ex primo Præſide Burdegalenſi factus legitur princeps Senatus Pariſienſis 1514. Porrò ſedente Henrico Capucini fundantur 28. Aprilis 1613. D

84. *Raymundus de la Marthonie*, ex Chalcedonenſi Epiſcopo, & Coadiutore patrui. Publicauit ſtatuta 1620. pietate, & ſedulitate commiſſum gregem fouet, & tuetur.

Leodienſes Epiſcopi.

Liege.

LEODIVM, vel Leodicum, vel Leudica, & Liuga, Francis *Liege*, indigenis *Liuck*, & Legia vulgo Latinorum vrbs primaria Eburonum, ad Moſam fluuium, gradu longitud. 27. 0. latitud. 50. 45. altitudo ſolis 39. 15. vbi dies maxima horarum 16. 15. 4. ratio vmbræ æquinoctialis 73. ad gnomonem 60. diſtans à ſua metropoli Colonia verſus occaſum 16. milliaria Germanica, à Traiecto ſuperiore, in meridiem milliaria 4. & à Tungris tria, habens in ſeptem Archidiaconatibus circa 24. oppida cum vicis, ſeu pagis 1700. Ex ea verò dignitate Archidiaconatus tres euecti fuerunt viri inſignes ad ſummum Pontificatum, Stephanus 9. Vrbanus 4. & Gregorius 10. de quibus Molanus in Natalibus Sanct. Belgic. 29. Aprilis, 30. Septembris, & 10. Ianuarii. Abbatiæ autem à pleriſque dicuntur eſſe 42. in hac diœceſi, ſed tantùm hæ à nobis repertæ, reliquæ ad alias diœceſes ſpectant, in ditione tamen temporali Leodii poſitæ, & mutatis diœceſeos finibus, nouis Epiſcopatibus conſtitutis.

Flor. 1100.

Præter cathedralem in vrbe Leodiea, Eccleſiæ 7. Collegiales, Parrochiales 32. Abbatiæ 4.

S. Ægidii O. A. primo lapide à Leodio.
Florenſis ad Moſam O. A.
Nouum Monaſterium apud Huyum O. A.
Stabuletum O. B. Stauelo.
Malmundarium, *Malmedy* O. B.
S. Trudonis, *S. Tron* O. B. Flor. 1569.
S. Laurentii ad muros vrbis O. B. Flor. 1000.
S. Iacobi in vrbe O. B. Flor. 540.
Florinenſis O. B.
S. Catharinæ Trudonopoli fœminarum O. B.
Heyleſſeim O. P.
Leſſlia, vel Leſſla in ſuburbio Dinantii ad littus Moſæ O. P.
Montis Cornelii extra vrbem olim, nũc in vrbe dicitur Monaſterium.
Belli-reditus O. P.
Partenenſis O. P.
Auerbodium O. P.
Inſula Ducis, ſeu *Camſdocle*, fœminarum O. P. ab aliis tamen ponitur in diœceſi Machlinienſi.
Rekemenſe, Traiecti fœminarum O. P.
Mons S. Ioannis O. P. deſiit.
Alna, ad Sabim fluuium vulgò *Ane* O. C.

Vallis

Vallis S.Lamberti O.C.
Vallis-Dei O.C. inter Leodium, & Aquiſgranum.
Herckenroda fœminarum O.C.
Vallis-benedicta fœminarum in vrbe O.C.
Roberti mons, fœminarum O.C.
Hoctenſis fœminarum O.C. Traiecti.
Orientis fœminarum O.C. Trudonopoli.
Viueniſſa O.C. fœminarum.
Becana O.C. non longè à Tridonopoli fœminarum.
Vallis B.Mariæ apud Huyum O.C.fœminarum.
Vetus vinea O.C. fœminarum, inter Leodium, & Traiectum.

Flor. 700. Olim etiam fuêre in hac diœceſi, Gemblacum O.B. nunc Namurcenſis diœceſis.
Flor. 100 Valciodorum O.B. ad Moſam *Vaſor.*
Flor. 100. Vilarium O.C.nunc Namurcenſis.
Flor. 100. Grandis-prati, *Grand-pré* O.C.
Sanctæ Gertrudis Louanij O.C. nunc Machliniensis.
Flor 400. Floretia O.P. nunc Namurcenſis.
Flor. 100. Fliderbatum O.B.
Malonia O.A. nunc Namurcenſis.

Porrò Catalogus ſequens, Præſulum, qui inſigniuntur titulo Ducum Bullonij, Marchionum Franci-montis, & Comitum Loſſenſium, deſumptus eſt ex Demochare, Cratepolio, & Ioanne Chapeouillo Canonico, & Vicario Leodij, qui tribus tomis collegit, & illuſtrauit Scriptores geſtorum Pontificum, Tungrenſium, Traiectenſium, & Leodienſium editis Leodij 1612. queis multa, hinc inde accepta ſubiunximus; etiam ex *Miræo*, qui in Faſtis Belgicis horum Præſulum exhibet Catalogum. Cæterùm rectè cenſet Ægidius Bucherius ante Conſtantini tempora diœceſes non fuiſſe diuiſas, in Belgica.

1. *S. Maternus.* De quo vide Treuirenſes, & Colonienſes, & Molanum Natal. Sanct. Belgic. 14. Septembris.

2. *S. Nanitus*, ſeu Auitus, ſeu Nauitus Obiit 12. Calend. Octobris 150. vt nonnulli volunt, licet alij incertum tempus Nauiti & aliquot ſequentium eſſe velint, vſque ad ſanctum Seruatium.

3. *S. Marcellus.* Obiit 7. Cal. Octobris 228.

4. *Metropolus.* Obiit 3. Calend. Octobris 239.

5. *Seuerinus.* Obiit 11. Cal. Nouembris 259.

6. *Florentius.* Obiit Calend. Martis 266.

7. *Martinus* Haſbanorum Apoſtolus. Obiit 276.

8. *Maximinus.* Obiit 289.

9. *Valentinus.* Obiit 308.

10. *S. Seruatius* 13. Maij, apud Molanum Natal. Sanct. Belgic. Miræum in Faſtis, & Baronium in Martyrol. & in Annalib. vbi primus ſediſſe dicitur Traiecti ad Moſam (*Maeſtrijh*) deletis Tungris à Barbaris, de quibus Tungris Heuterus cap. 9. Belgij, vt de vrbe Traiecto Georgius Brunus in Theatro ciuitatum orbis terrarum, Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, Ægidius Bucherus S. I. Interfuit Concilio Sardicenſi 347. & Agripinenſi 349. Sedit autem ab anno circiter 314. ad annum circiter 383. poſt quem fuit longum ſatis Interpontificium.

11. *Agricolaus.* Obiit Nonis Februarij 503. poſt ſedem ſeptennem. Vide Antonium Sander. in Hagiologio Flandr.

12. *Vrſicinus.* Obiit Calend Octobris 505.

13. *Deſignatus.* Obiit 508. Idibus Ianuarij.

14. *Reſignatus.* Obiit 511. Calend. Decembris. Fortè idem cum ſuperiore.

15. *Sulpitius.* Obiit 519. 15. Calend. Februarij.

16. *Quirilus.* Obiit 521.

17. *Eucherius.* Obiit circa ann. 529. 10. Calend. Martij.

18. *Falco*, frater Eucherij. Obiit 532. Memoratur in epiſtola S. Remigii.

19. *Eucharius.* Obiit circa annum 538. 3. Calend. Martii.

20. *S. Domitianus.* In Concilio Aruernenſi 541. & Aurelianenſi 5. 552. Obiit 570. Surius 10. Septembris, & Molanus Maii 7.

21. *Monulphus*, electus 571. Nominatur à Greg. Turonenſi de Glor. Confeſ. cap. 7. Obiit 609. 17. Calend. Auguſti, apud Molanum, vbi Dionantum caſtrum donaſſe dicitur Eccleſiæ ſancti Seruatii.

22. *S. Gondolphus.* Obiit 617. 17. Cal. Auguſti, apud Molanum.

23. *Perpetuus.* Obiit 4. Nouembris 630.

24. *Euergiſus*, vel Ebregiſus. Videtur nonnullis hinc Coloniam aſportandus.

25. *Ioannes*, Agnus, ob manſuetudinem dictus. Obiit 8. Cal. Auguſt. 637. Molanus Natal. Sanct. Belgic.

26. *S. Amandus*, Sereni Aquitanorum Ducis filius. Inauguratur circa annum 637. Ceſſit 649. ſed obiit die Dominicâ 6. Februarij B. 661. more Romano, in Monaſterio Elnonenſi, quod fundauerat. Vide Antonium Sanderum in Hagiologio Flandriæ, Molanum, Vionem, Surium, & Philippum ab Eleëmoſyna in eius vita c. 41. vbi illi teſtanti adſunt reuerendę auctoritatis, & inſignis excellentiæ Reolus metropolitanus Remẽſis, Mommolenus Noviomenſis, & Vindicianus Cameracenſis Epiſcopi.

27. *S. Remaclus*. Electus 650. Obiit 3. Septembris; *Vion*, Surius, Molanus, vbi dicitur S. Sulpitij Bituricenſis Archiepiſcopi diſcipulus, habetque ſibi dicatum Stabulenſe Monaſterium.

28. *S. Theodardus* 653. à Cuniberto Colonienſi conſecratus, Molanus, & *Vion* 10. Septembris.

29. *S. Lambertus*. Eligitur ætatis 21. Chriſtianæ ſalutis 656. Martyrio coronatur 17. Septembris 696. *Vion*, Molanus, & Chronicon Benignianum.

30. *S. Humbertus*, vel Hubertus. Eligitur 697. Obiit 3. Calend. Iunij feriâ 6. 727. licet aliter ſentiat Baronius, ſed eius tranſlatio in Andainum Monaſterium Arduennæ ſyluæ 3. Nouembris celebratur. At hiſtoria S. Huberti Principis Aquitani, vltimi Tungrenſis, ſeu Trajectenſis, & primi Leodienſis Epiſcopi, eiuſdem vrbis conditoris, Arduennæ Apoſtoli, magni Thaumaturgi, conſcripta à Ioanne Roberti Arduennate, Andaino S. I. Sacerdote S. Theologiæ Doctore edita fuit Luxemburgi 1621. in quâ agitur de tralatione S. Lamberti in Eccleſiam ſui nominis à S. Huberto conſtructam, quem S. Lambertum, non ſolùm Cathedralis Eccleſia, ſed etiam diœceſis Patronum veneratur.

31. *S. Floribertus*, S. Huberti filius, ex Abbate Stabulano 728. Obiit 26. Aprilis 746. apud Molanum, Vionem, & alios.

32. *Fulcarius*. Obiit 761. ſedis 15.

33. *Agilfridus*, Burgundiæ Ducis filius, Caroli Magni nepos. Obiit circa 784.

34. *Gerboldus*. Obiit 809. 15. Calend. Nouembris, ſedis 26.

35. *Valcandus* 810. 6. Idus Aprilis. Tranſtulit corpus S. Huberti Andainum, ſeu Monaſterium Andaginenſe 817. 3. Nouembris. Obiit 6. Idus Aprilis 832. ſedis 22. Quâ de re plura Ioannes Roberti in hiſtoriâ S. Huberti, & Anſelmus in hiſtoria Leodienſium Præſulum cap. 34. cum ibi notatis à Chapeavillio.

36. *Pirardus*. Extruxit Templum S. Capraſio martyri. Obiit 841.

37. *Hircarius*. Quo ſedente feſtum omnium Sanctorum cœpit celebrari. Obiit 6. Calend. Octobris 851.

38. *Franco*. In Concilio Tullenſi 859. Pontigonenſi 876. Colonienſi 887. Obiit 5. Idus Ianuarij 903. Memoratur in Capitul. Caroli Calvi titulo 26. 35. & 43.

39. *Stephanus*. Ex Canonico Metenſi, Sigebertus in Chronico 903. & cap. 126. de Viris illuſtribus, Trithemius, *Vion* l. 2. c. 46. Valerius Andreas in Biblioth. Belgica, vbi dicitur ſcripſiſſe vitam S. Lamberti ad ſuum Archipræſulem Herimannum, & ad Robertum Metenſem Epiſcopum. Edidit librum Capitularium. Obiit 920. 14. Calendas Iunij.

40. *Richarius*, vel Richerus, ex Abbate Stabulenſi. Obiit 10. Calend. Auguſti 945. Vide Sigebert. 921. & Flodoard. Chron. 920. & Capitular. Caroli Craſſi, quæ R. P. Iac. Sirmundus edidit.

41. *Hugo* 945. Obiit 3. Idus Aprilis 947. *Vion* l. 2. c. 46.

42. *Farobertus*, ex Abbate Prumienſi 947. Obiit 953. 6. Calend. Nouembris, Sigebertus, *Vion* l. 2. c. 46.

43. *Richerius*, vel Ratherius 953. *Vion* l. 2. cap. 46.

44. *Baldricus*. Obiit 12. Calendas Maij 959.

45. *Heraclius* 959. fundator S. Martini in monte, & S. Laurentij extra muros. Obiit 6. Calend. Nouembris 970. aliàs Evracius.

46. *Notkerus*, vel Notgerus, & Rogerus, vrbem muro cùm cinxiſſet, Eccleſiamque à fundamentis renouaſſet, & Cœnobium S. Ioannis in Inſulâ ædificaſſet, obiit 4. Idus Aprilis in Cœnâ Domini 1007. Huius impulſu ſcribit geſta Pontificum Leodienſium Harigerus Abbas Lobienſis.

47. *Baldricus*, filius Ludouici Comitis Loſſenſis 1007. conſecratus ab Heriberto 31. Colonienſi Archiepiſcopo. Monaſterium S. Iacobi fundauit. Obiit 4. Calend. Auguſti 1017.

48. *S. Volbodo*, vel Volbodo, ex Decano Vltrajectenſi 1018. Sigeberto. Obiit 11. Calend. Maij 1020. Molanus, *Vion* l. 2. c. 46.

49. *Durandus*, eligitur 1021. Obiit 10. Cal.

Calend. Februar. 1025. Perperam verò huic adſcribitur epiſtola ad Henricum Franciæ Regem contra Brunonem Epiſcopum Andegauenſem, & Berengarium. Nam eo reſtitui debet ſuo autori Duoduino infrà numero 53. recenſendo, errore nato ex littera ſingulari & nominis vtriuſque Præſulis initiali D. Qua de re legendus Ioannes Picardus in notis ad librum ſancti Anſelmi Cantuarienſis De ſacramento Altaris. Vide Andegauenſes n. 43.

50. *Reginaldus*, dedicat Eccleſiam ſancti Nicolai in monte publico, & conſtruit pontem ſuper Moſam. Obiit 5. Decemb. 1038.

51. *Richardus*, vel Nithardus, vel Nichardus nepos Reginaldi, filius Ragneri Hannoniæ Comitis, & Aleidis Alſaticæ, maioris templi cuſtos, creatur Epiſcopus 1039. Quo tempore floruit Franco Scholaſticus ſcientiâ, & morum probitate clarus, auctor libri Quadraturæ circuli, ad Herimannum Archiepiſcopum, Sigebert. Obiit 9. Calend. Sept. 1042.

52. *Vluaro*, ſeu Vato, ſeu Vazo, ex Magiſtro ſcholarum creatur 1042. Obiit 8. Iulij 1048.

53. *Theoduinus*, vel Deoduinus, ex Præfecto S. Donatiani Brugenſis. Obiit 23. Iunij 1075. cùm electus fuiſſet 1048. circa finem Iulij. Hic eſt (non Durandus) qui ad Henricum Franciæ Regem ſcripſit epiſtolam contra Brunonem Epiſcopum Andegauenſem, & Berengarium de Sacramento altaris; quæ epiſt. extat tomo 3. Biblioth. Patrum, & à Baronio 1035. refertur. Vide ſuprà n. 49.

54. *Henricus*, filius Friderici Lotharingiæ Ducis. Obiit 4. Nonas Nouembris 1091.

55. *Obertus*, filius Marchionis Brandeburgenſis. Comparauit Ducatum Bullionenſem, mille trecentis marchis argenti à Godefrido Lotharingiæ Duce, poſteà Ieruſalem Rege. Alij emptũ volunt hunc Ducatum mille quadringentis argenti marchis, & librâ auri. Vide Paulum Æmilium, & alios hiſtoriæ Gallicæ ſcriptores, poſt Guilelmum Tyrium l. 9. c. 7.

Ducatus Bullionenſis.

56. *Fridericus*. Conſecratus à Calixto 2. in Concilio Remenſi 1119. Periit veneno 6. Calend. Iunij 1121.

57. *Albero*, vel Adelbero, vel Perodelberus, vel Albertus, filius Comitis Louanienſis, & Margaritæ Limburgenſis, electus 1120. Monaſterium Præmonſtratenſis Ordinis ædificauit in caſtro Corneliano: Anſelmus Gemeticenſis eum ordinatum ſcribit Calend. Ianuariis. Obiit 1128. ſepultus in Eccleſia S. Ægidij quam fundauit.

58. *Alexander*, ab Innocentio 2. in Concilio Piſano deponitur 1136. Hunc Claudius Paradinus facit filium Simonis Ducis Lotharingiæ, ex Gertrude Saxona, cuius tempore in Eccleſia cathedrali erant, ex Canonicis 9. filij Regum, 24. Ducum, 29. Comitum, 7. Baronum. Alij exiſtimant filium Vilelmi Comitis Iuliacenſis.

59. *Albero* 2. ex Metenſi Primicerio 1136. Ei ſcribit Petrus venerabilis lib. 3. epiſt. 2. quo tempore fundatur Floreſia Ordinis Præmonſtratenſis. Obiit 1153. Fuit filius Comitis Gueldriæ, & Heduigis, Holandæi auunculus Godefridi Louanij Ducis, iuuenis quidem ætate, ſicut ſcribit Ægidius Aureæ-Vallis, ſed in ſignum maturæ mentis, canus capillo. Et reuerà cani ſunt ſenſus hominis, Sapient. 4. 9. Vnde apud Varronem, neque vetulus Cantherius, quàm nouellus melior eſt, nec Canitudini comes virtus.

60. *Henricus*. Conſecratus ab Arnulpho Colonienſi, cuius tẽpore Dominicâ *Lætare*, præſentibus Innocentio Papa, & Lothario Imperatore factâ eſt proceſſio à monte ſancti Martini ad cathedralem, in qua Apoſtolicus celebrans ipſum Lotharium coronauit D. Bernardo prædicante. Obiit Papiæ pridie Nonas Septembris 1164.

61. *Alexander* 2 Obiit peſte 9. Auguſti 1167.

62. *Rodulphus*, filius Ducis Lotharingiæ. Obiit 1191. 5. Auguſti in reditu Ieroſolymis.

63. *S. Albertus*, Henrici Magni Brabantiæ Ducis filius, Remis trucidatus 1192. Videndus Molanus cum notis in Natal. Sanctor. Belgic. 21. Nouembris, & Baronius in Martyrologio, ac Miræus in Faſtis, qui & eius vitam edidit 1612. Antverpiæ, ſcriptam olim ab Ægidio Aureæ-Vallis Monacho, quæ etiam habetur tomo 2. hiſtor. Leodicenſis, vbi dicitur conſecratus à Guilelmo Remenſi Archiepiſcopo 52. mãdato Pontificis. Vide Annales Belgicos eiuſdem Miræi.

64. *Albertus* 2. *de Cuick*. Conſecratur Coloniæ ab Aygulpho Dominicâ poſt feſtum Epiphaniæ 1196. Obiit Calend. Februarij 1200.

65. *Hugo* de Petra-ponte, ex Præpoſito ſummi Templi electus 1200. Obiit

1229. 12. Aprilis, feriâ 5. poſt Palmas cum die præcedenti Ordinem Prædicatorum admiſiſſet, iacet in cathedrali. Quo tempore floruerunt ſanctitate Maria de Ogniis, & Chriſtina. Dominicani Leodij.

66. *Ioannes* Apia, vel Oppia, vel de Eppia, auunculo ſucceſſit ex Præpoſito, conſecratus ab Archiepiſcopo Remenſi Henrico 56. Cœnobium Cruciferorum Oij extruxit, & Monaſteria Prædicatorum, & Minorum in vrbe. Franciſcani Obiit 1238. 2. Maij.

67. *Guilelmus*, Comitis Flandriæ, & Sabaudiæ frater. Moritur Viterbij dum Româ rediret in fine Octobris 1239. ſepultus Altecumbæ in Sabaudia.

68. *Robertus* de Torota, ex Lingonenſi Eccleſia ad hanc transfertur 1240. circa feſtum omnium Sanctorum. Dedicat ædem Dominicanorum Idibus Auguſti 1242. feſtum corporis Chriſti petente B. Iuliana, Leodienſem per diœceſim præcepit celebrari, Molanus in Natal. Sanctor. Belgic. 5. Aprilis. Obiit apud caſtrum Foſſenſe in contritione magna, & deuotione laudabili 17. Calend. Nouembris 1246. ſepultus apud Alnam Ordinis Ciſtercienſis, & poſteà Claram-vallem corpus eius delatum fuit curante Stephano Abbate; hoc Epitaphio:

Robertus Lingonenſis, poſteà Leodienſis Epiſcopus, qui Leodij fundauit egregium Monaſterium Vallis-ſcholarium. Chronic. magnum Belgic. Ipſe verò Robertus Theologiæ doctor, filius Comitis de Pontibus, fuerat primùm Eccleſiæ cathedralis ſancti Lamberti Præpoſitus, in cuius receptione ad ſedem Epiſcopalem aderant, Thomas Comes Flandriæ, & Comes S. Pauli in Natali Domini, ibique ſedit in magna pace ann. 7. circiter, benè moratus, & in ornamentis Eccleſiæ curioſus, quæ contulit ſancto Lamberto, cuius feſtum, vt ageretur ab vniuerſo Ordine Ciſtercienſi in Capitulo generali obtinuit, & in Chronico M. S. legitur: *Genere nobilis, ſcientiâ eruditus, moribus gratus*, de quo etiam in Lingonenſibus num. 64. Vide Bzouium 1230. Puto autem apud Democharem confuſum eſſe cum 55. Laudunenſi.

69. *Henricus*, frater Othonis, filius Gerardi Comitis Geldriæ, depoſitus in Concilo Lugdunenſi 1274. Bzouius. Moritur 1281.

D'Anghien. 70. *Ioannes Anghinus*, ex Tornacenſi 54. Francorum Regis nepos, Theologus, & Stabulanus Abbas, ab Henrico depoſito occiditur 24. Auguſti 1281. *Vion* lib. 2. c. 46. cuius tempore Theobaldus Archidiaconus efficitur Papa nomine Gregor. 10.

71. *Ioannes*, Guidonis Comitis Flandriæ filius, ex Epiſcopo 65. Metenſi 1282. Dedicauit Monaſterium Flinenſe prope Duacum. Obiit 1292. 14. Octobris. Vacauit ſedes ann. 4. Guilelmo, & Guidone fruſtrà contendentibus. Vide Buzelinum lib. 7. Annalium Gallo-flandriæ. Edidit ſtatuta Synodalia.

72. *Hugo*, Ioannis de Cabilone, ex Laura Commercia filius, Ducis Burgundiæ conſanguineus. Confirmatur diplomate Bonifacij 8. 1296. & poſt ſedem ann. 6. efficitur Archiepiſcopus 68. Biſuntinus 1301. Cratepolio, & Chiffletio, & Hoeſemio.

73. *Adulphus de Valdige*, filius Marchionis Brandeburgenſis. Obiit 1302. Decembris 13.

74. *Theobaldus*, frater Comitis Barrenſis. Obiit Romæ 13. Maij 1312.

75. *Adolphus à Marka.* Decreuit 1334. vt annus initium acciperet à Natali Domini, qui anteà à Paſchate inchoabatur; Miræus. Obiit 1344. 3. Nouemb.

76. *Engelbertus à Marka*, ſuperioris nepos electus 1345. tralatus ad ſedem Colonienſem 1363.

77. *Ioannes ab Arkel*, ex Epiſcopo 47. Vltrajectenſi 1364. Obiit Calend. Iulij 1378. ſepultus in Eccleſia Vltrajectenſi.

78. *Arnoldus Horneus*; ex Epiſcopo Vltrajectenſi. Obiit 8. Martij 1389.

79. *Ioannes*, Alberti Bauariæ Ducis, & Holandiæ Comitis filius, poſt adminiſtrationem 28. annorum in ſubdiaconatu, diſpenſatus in Concilio Conſtantienſi à Martino 5. vxorem duxit Elizabetham Luxemburgenſem, viduam Antonij Ducis Brabantiæ, commatrem ſuam. Obiit repentinâ morte 1428.

80. *Ioannes* de Valenroda Franco, I. V. doctor 1418. Inſtituitur à Martino 5. in Concilio Conſtantienſi, veneni potione ſublatus 10. adminiſtrationis menſe 1419. 28. Maij, Dominicâ poſt Aſcenſionem circa meridiem. Vir verè Apoſtolicus, de quo plura Chron. magn. Belgic. & Meyerus.

81. *Ioannes* Heinſbergius *de Loz* 1419. Reſignat Ludouico Borbonio in ſecreto 1455.

82. *Ludouicus* Borbonius, Caroli Borbonij Ducis, & Agnetis Burgundæ filius, à ſancto Ludouico ſeptimus, Philippi Burgundiæ Ducis auunculi ſui impenſis

penſis Louanij liberaliter inſtitutus, ex A
Præfecto ſancti Donatiani, per reſignationem Ioannis, à Papa promotus, vrbem ingreditur die ſanctæ Margaretæ 1456. Interficitur autem pugnans contra Guilelmum Arembergium 1482. 10. Augusti, feriâ 6. & ſepelitur ſine pompa ante maius altare ſancti Lamberti poſt adminiſtrationem ann. 26. m. 1. d. 21.

83. *Ioannes* Horneus, contra Iacobum Croyum 1484. Obiit 18. Calend. Februarias 1505.

84. *Erardus à Marka*, Protonotarius Apoſtolicus 1506. Obiit Cardinalis B
Sabbato 16. Februarij 1538. ſepultus in cathedrali hoc Epitaphio:

Erardus à Marka mortem habens præ oculis viuens poſuit.

85. *Cornelius* à Bergis, ex Coadiutore. Conſecratur Leodij 6. Iunij 1538. Obiit 1543.

86. *Georgius Auſtriacus*, Maximiliani Imperatoris filius naturalis, ex Epiſcopo Brixienſi 1544. & Archiepiſcopus Valentinus in Hiſpania. Obiit 4. Maij poſt meridiem 1557.

87. *Robertus à Bergis*, ex Coadiutore. Inauguratur menſe Maio 1557. Bergas ſe recepit 1564. & moritur 1565.

88. *Gerardus à Grosbech* Gheldrenſis, Cardinalis, & Abbas Stabulenſis. Obiit 1580. 4. Calend. Ianuarij. Vide Petramellarium pag. 242. Eo ſedente Carolus Langius obiit 1573. 4. Cal. Auguſti.

89. *Erneſtus Bauarus*, natus 1554. 16. Calend. Ianuarij, electus Friſingenſis 1565. Leodienſis 1581. vltimâ Ianuarij, Colonienſis 1583. 11. Calend. Ianuarias, adminiſtrator Stabulenſis, & Monaſterienſis, Guilelmi Cliuienſis reſignatione. Obiit natus ann. 62. ſedis 32. A. C. 1612. Februarij 17. Filius fuit Alberti Bauariæ Ducis, & Annæ Ferdinandi D
Imperatoris filiæ. Eo ſedente obiit Leodij Girardus Voſſius 1609.

90. *Ferdinandus Bauarus*, Erneſti, ex fratre nepos, & Guilelmi Bauariæ Ducis, ex Renata Lotharinga filius, Philippi Cardinalis Epiſcopi Ratiſponenſis frater inauguratus 27. Ianuarij 1613. Factus etiam 75. Archiepiſcopus Colonienſis. Quo tempore Franciſcus Mommorantius Decanatum gerit, poſt obitum Ioannis Chapeauillij 1617.

Leonenſes Epiſcopi. S. Paul de Leon.

LEONIVM, ſiue Leona Flor. 800.
Leon, ſeu *S. Paul de Leon*, malè *Leondol* nonnullis, legio Oſiſſimorum, ſiue Ociſmorum, vnde Ociſmorenſes, & Leonenſes Epiſcopi, gradu longitud. 16. 10. latitud. 48. 30. vbi altitudo ſolis 41. 30. dies maxima horarum 15. 55. vmbra æquinoctialis 67. 26. ad Oceanum Britannicum, ſub Archiepiſcopo Turonenſi, & Parlamento Redonenſi. 80. habet Parrochias, & tres Abbatias:

Derbent, ſiue de Reliis, ſiue de Reliquiis O.C. *Rely*.

S. Mathæi in finibus terræ O.B. *Sainct* Flor. 300.
Mahé de fine terre.

S. Mariæ *de Kely* O.C. Flor. 150.

Huius verò ſedis inſtitutæ à Ioanne Papa 3. vt vult Quercetanus, hi tantùm reperti Epiſcopi ab Auguſtino *Pas*, rerum alioqui Armoricarum ſagaciſſimo indagatore. *Vicomtes de Leon portoient d'or au lion de ſable.*

S. Paulus. Obiit circa annum 600. 12.
C Martij, Ferrario in Tabula Geographica Martyrologij. Habet ſibi dicatam Eccleſiam Cathedralem. Lege Bibliothecam Floriacenſem pag. 132. & 418. Sauſſeyum in Annalibus Aurelianenſis Eccleſiæ pag. 231. Trithem. de Viris illuſtrib. O.B. lib. 3. cap. 48.

S. Golnenus, Pauli ſucceſſor. Obiit apud Redones in Monaſterio ſancti Melanij, Breuiar. Rotomagenſe.

Gilbertus 689.

Mabbo. In Bibliotheca Floriacenſi pag. 133. dicitur tranſtuliſſe corpus S. Pauli Floriacum Vulfado Abbate. Subſcribit
D Chartæ inſtaurationis Monaſterij ſancti Petri in Vallea per Ragenfredum Epiſcopum Carnotenſem circa A. C. 954. vbi dicitur Paulinianus Britanniæ Epiſcopus.

Salomon, tempore Alani 3. circa ann. 1039.

Valo, ſeu Gallo, ex Monacho S. Florentij prope Salmurum ad Ligerim circa ann. 1120. Ordericus l. 10.

Hamo 1163. & 1172. in Supplemento Sigeberti, vbi Haro dicitur.

Bartholomæus 1176. in Supplemento Sigeberti.

Iuo circa annum 1186.

Ioannes 1202.

Guilelmus 1322. & 1327.

Petrus 1332.

Iuo, tempore Ioannis Montforti Comitis.

Ioannes 1363. Circa quæ tempora florebat Henricus *Bohic* Leonenſis egregius Canoniſta.

Guido 1382.

Alanus, tranſlatus ad Trecorenſem à Martino 5. in Concilio Conſtantienſi ſeſſione 20.

Oliuarius, ab Eugenio 4. tranſlatus ad Briocenſem 1435.

Philippus de Coerquis.

Ioannes Pregent; tranſlatus ad Briocenſem 1444.

Guilelmus le Ferron, electus & confirmatus. Interfuit Concilio Florentino 1449. Obiit 1472.

Vincentius.

Michael Guybé, poſteà Dolenſis; & tandem Redonenſis.

Thomas Iames, poſteà Dolenſis 1482.

Alanus, poſteà Coriſopitenſis 1483.

Antonius de Longolio. Iacet ad Franciſcanos Pariſienſes 1500. 25. Auguſti.

Porte d'azur à 3. roſes d'argent, 2. en chef, 1. en pointe, au chef d'or à 3. roſes de gueule poſées en face.

Rolandus de Neuf-ville 1567. Scripſit vitam S. Menenij, *S. Meen.*

Renatus, filius Renati *de Rieux*, domini *de Sordeac*, & Suſannæ *de S. Melaine*, ex Abbate *de Dolas*, & *d'Orbeez.* Notabis verò A.C. 1625. menſe Iunio ſententiâ Cleri Gallicani Pariſiis apud Auguſtinianos congregati, declaratum fuiſſe ipſum Renatum interdicto à Stephano *l'Huyſtre* Decano Nannetenſi in ipſum prolato non teneri: quæ declaratio, quia typis excuſa, hoc loco non apponetur.

Porte d'azur à dix beſans d'or 3.3.3.1.

Leſcar.

Leſcarenſes Epiſcopi.

Flor. 1300.

LASCARA, *Laſcar*, non *Laſcur*, aut *l'Eſcar*, vt vulgus Euphoniæ causâ nominat, olim Bearnum, ſeu Bearnus, vt legitur in Codice Thuano Notitiæ prouinciarum, & ciuitas Bearnenſium in Cod. Puteano, vnde Bearniæ regioni nomen datum, & Laſcarenſes Epiſcopi, apud Hieronymum Blancham loquentem de anno quo Cæſar-Auguſta vrbs Mauris erepta 1098. & apud Hieronymum Suritam lib. 1. rerum Aragonenſium, & Gregorium Turonenſem lib. 9. cap. 7. & 20. Quæ quidem ſedes Laſcarenſis B. Mariæ ſacra, agnoſcit metropolitem Auſcorum, ponitur que in gradu longitud. 20. 0. latitud. 43. 6. in cuius diœceſi Abbatiæ ſunt:

Bearn, a 400. tant villes que villages, et 706. Gentilshommes. Et porte d'or à deux vaches paſſantes de gueule, accornées accolées, et clarinees d'azur Faiſant alluſion au mot Latin Vacces, ou au beſtail du pays.

S. Petri de Regula O.B. *Flor. 53.*

De Luc O.B.

Eccleſia verò Cathedralis dicata eſt B. Mariæ, cuius Præſules hac ſerie nobis fuêre communicati beneficio R. P. D. Petri *de Salette*, qui infrà recenſetur. Sed priùs aduerte Benarni mentionem fieri apud Gregorium Turonenſem lib. 9. cap. 7.

S. Iulianus. Habetur eius Officium in antiquis Breuiariis; extatque Eccleſia ſub illius nomine in ſuburbiis.

S. Galactorius Martyr. Subſcripſit Synodo Agatenſi 506. his verbis: *Ego Galactorius Epiſcopus de Benarno ſubſcripſi*, vt eſt in M. S. C. penes Iacobum Sirmundum S. I. Preſbyterum, cuius etiam extabat Officium in veteribus Breuiariis, corpúſque ſummâ veneratione colebatur in Cathedrali.

Sauinus. Subſcripſit Synodo Matiſconenſi 2. 588. hac formâ: *Ego Sauinus Epiſcopus Eccleſiæ Benarnenſium ſubſcripſi.* Sic enim legitur in M. S. C. penes eumdem Sirmundum, pro eo quod eſt in impreſſis, Viuarienſis.

Calbertus de Loth, ex Cenſuali Capituli Laſcarenſis.

Gaſto, ex eodem Cenſuali.

Raymundus, qui more anteceſſorum Epiſcoporum, ſex Epiſcopatus tenuit, Laſcarenſem, Vaſatenſem, Aquenſem Laburdenſem, Oloroënſem, & Adurenſem. An verò hic mos deſultorum, aut polygamorum in ſpiritualibus ſit laudandus; nec ne, alibi à nobis dicitur.

Georgius, S. Seueri Abbas.

Bernardus de Balo.

Sancius 1088. Interfuit Concilio Placentino aduerſus Epiſcopum Tarbienſem 1094. & Claromontano 1095.

Sancius. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ Auſcenſis 1096. Surita.

Sancius 1101. niſi ſit idem cum ſuperiore, & is fortè, qui interfuit bello Cæſar-auguſtano 1114. apud Suritam.

Guido 1115. Subſcripſit Encyclæ Petri Cæſar-auguſtani 1118. Hieronymus Blanca in hiſtoria Aragoniæ; & ex eo Baronius.

Hieronymus Iacce. Adfuit quando Maria Vicecomes Benarni homagium Regi Aragonum detulit 1170. apud eumdem Suritam lib. 1. rerum Aragonenſium: quæ Maria vocatur Garlendis à Mariana l. 11. c. 11.

Sancius 1179.

Bertrandus de Penac 1201.

Raymundus

Raymundus 1220. ex libro antiquarum Conſuetudinum Bearnij.

Arnaldus de Nouailles 1226.

Raymundus 1230. regnante Raymundo Vicecomite, Benarnij, vt eſt in libro dictarum Conſuetudinum.

Bertrandus de la Motte 1252. regnante Gaſtone Vicecomite, vt eſt in eodem libro Conſuetudinum, & 1264. in Cenſuali Capituli, vbi de Motta dicitur.

Sanctius 1288.

Arnaldus de Mortana, 1290.

Raymundus de Oueno 1293. *Monachus*.

Arnaldus de Arbuſio 1313. in Cenſuali. Interfuit Synodo apud Nugarolam 1315. Ad eumdem ſcripſit Ioannes Papa 22. 1317. ex regiſtris Vaticanis.

Raymundus 1321. ex Cenſuali, & 1345. vbi fundat ſuum obitum, & cognominatur de Andochniis, niſi ſint duo, *Monachus*.

Arnaldus Guilelmus 1352. ex Cenſuali, & 1354. regnante in Gallia Ioanne, vt eſt in Inſtrumento vrbis Laſcarenſis, & 1361. fundatur obitus Arnaldi Guilelmi de Andochniis in, & ſuper decima de caſtro Pugore.

Bernardus 1362.

Arnaldus 1368.

Odo. Nominatur in titulo cuiuſdam Præbendæ nuncupatæ *de Requem*, in Eccleſia S. Aniani loci de Nonnis inſtitutæ die 27. menſis Martij 1375. & 1378. 1396. & 1401. in Inſtrumentis quibuſdam ciuitatis Laſcarienſis, vbi Odo dicitur Præfectus Bearnij, primus Baro, & Iudex, in Curia, quæ maior dicitur.

Ioannes 1402.

Petrus de Fuxo, Ordinis Minorum 1405. fit Cardinalis à Benedicto Antipapa 1409. Fuit etiam Conuenarum Epiſcopus. Vide reliqua hìc infrà.

Arnaldus de Salies 1427.

Arnaldus D'Abadie 1428. & 1431. & 1432.

Petrus de Fuxo Cardinalis, iterùm perpetuus Adminiſtrator Eccleſiæ Leſcarenſis 1433. in quodam Inſtrumento communitatis vrbis, fundator Collegij Fuxienſis Toloſæ. Obiit Auenione, Legatus 1446. 13. Septemb. vbi iacet apud Franciſcanos, quorum Ordinem olim profeſſus fuerat in Conuentu *de Morlas*, olim fundato à Gaſtone Moncada 1265. Vide Rodulphi hiſtoriam Seraphicam, & Paradini Genealogias, Onuphr. & Ciacon. pag. 838. Filius erat Archambaudi, ex Iſabella Caſtelbona.

Ioannes de Leuis 1473. 22. Ianuarij.

A *Robertus d'Eſpinay* 1480. poſteà Nannetenſis 76. Epiſcopus, & Prior ſancti Martini Pariſienſis 45. Hoc verò ſedente 1481. obiit, & ſepelitur Laſcaræ Franciſcus Phœbus Rex Nauarræ Princeps Bearnij, & Comes Fuxi, improlis, Catharinâ ſorore relictâ herede, poſteà Ioannis Albretani vxore.

Ioannes 1481. Orator Regis Franciæ ad Pontificem 1488.

Robertus d'Eſpinay, iterùm 1491.

Bonifacius de Petruciâ: huius mandato Miſſale Laſcarenſe impreſſum fuit Pompeïopoli 1496.

B *Amaneus* de Albreto, Cardinalis adminiſtrator Eccleſiæ Laſcarenſis 1513. die 14. Maij.

Ioannes de la Salle 1519. vt patet ex edicto erectionis Concilij Bearnij factæ per illuſtriſſimum Dominum *Alein de l'Abre* tutorem Henrici 2. Regis Nauarræ.

Paulus de Bearnio 1527. & 1530.

Iacobus de Fuxo, Præfectus Bearnij, Conſtitutiones Synodales correxit, & auxit 1551.

Ioannes de Capite-villa 1554. die Iouis 17. Ianuarij.

C *Georgius* Cardinalis *d'Armaignac*, adminiſtrator huius Eccleſiæ 1555. die 16. Decembris, ex Ruthenenſi, poſteà Toloſanus, & Auenionenſis Archiepiſcopus.

Ludouicus de Albreto, ab anno 1556. ad 1569.

Ioannes Iagot.

Ioannes Petrus *d'Abadie*, diligens rerum memorabilium patriæ ſuæ obſeruator dicitur à Papirio Maſſono, in deſcriptione fluminum Galliæ pag. 223.

Ioannes de Salette, ab anno 1609. multùm diúque laborauit in reſtituenda veteri Religione Catholica, & rerum Ec-
D cleſiæ recuperatione.

Leucorum Epiſcopi, infrà, Tullenſes.

infrà, Tullenſes.

Liſieux, & anciennement Liſiis.

Lexouienſes Epiſcopi.

Flor. 4000. LEXOVII Galliæ Celticæ populi, Cæſari, Straboni, Plinio, Ptol. l. 2. c. 8. vbi eorum ciuitas Neomagus dicitur; quam puto Lexouium, ſeu Lexoviam Aimoino l. 3. c. 53. *Liſieux*, gr. longit. 21. 15. latit. 48. 45. ſub Archiepiſcopatu Rotomagenſi: de quâ vrbe Guilelmus Armoricus l. 5. Philippidis:

—— *Lexovia fontis egena,*

Quæ pro fonte maras gaudet potare lutoſas.

Vbi maras lutoſas intelligit aquas reſides, & paluſtres. Eccleſia verò primaria Patronum agnoſcit S. Petrum, cuius Epiſcopus nominatur cap. 8. de Officio ordinarij, & Eccleſia ipſa c. 4. de Eccleſ. ædific. & habentur in eius diœceſi Abbatiæ.

Flor. 1100. S. Mariæ de Bernayo *de Bernay* O. B.

Flor. 700. S. Petri de Pratellis *Preaux* O. B.

Flor. 850. S. Ebrulfi *S. Evroul* O. B. aliàs Vticenſis.

Flor. 150. S. Mariæ de Greſtano O. B. *Greſtain.*

Flor. 200. Cormelus *Cormel* O. B.

At Epiſcopi, qui & Comites, hi fuêre.

1. *Etherius*, in Cod. Thuano, Gregor. Turonenſ. lib. 6. c. 36. Aimoinus lib. 3. c. 53.

2. *Litharedus.* Concilio Aurelianenſi 1. 507.

3. *Theobaudus.* Concilio Aurelianenſi 3. 540.

4. *Sabaudus.* Concilio Aurelianenſi 5. 552.

5. *Launobodus.* Concilio Cabilonenſi circa annum 650. Huic Launobodo à nonnullis ſubijcitur Ætherius ex Gregorio Turonenſi, & ab aliis Rodulphus, in Chartulario Ferrarienſi tempore Ludouici Pij.

6. *Freculfus*, ex Monacho Ordinis Benedictini, præclarus hiſtoriæ ſcriptor, quam dicat Elizacharo, *Vton*, Trithem. Bellarmin. & Lupus Ferrarienſis epiſt. 84. Intereſt Concilio Pariſienſi 846. Nominatur in Chartulario Ferrarienſi, cum Aldrico 48. Archiepiſcopo Senonenſi. Vide Sigebert. de Viris illuſtr. c. 91. & Trithem.

7. *Ayrardus*, vel Aycardus, vel Erardus, vel Heirardus, in Concilio Vermeriæ 853. Tullenſi 859. altero Vermeriæ 870. & Pontigonenſi 876.

8. *Rogerius* 1022.

9. *Heribertus*, vel Herſbertus, vel Herbertus. Dedicauit primam Capellam Becci, & interfuit Concilio Remenſi 1049. vbi Liſoienſis Epiſcopus dicitur.

10. *Hugo* 1073. & interfuit Concilio Rotomagenſi ſub Ioanne Archiepiſcopo 1084. & anteà dedicationi Gemeticenſi 1067. & memoratur apud Ordericum Vitalem lib. 5. Obiit 16. Calend. Auguſti, ſepultus à Giſleberto Ebroicenſi Epiſcopo.

11. *Giſlebertus*, vel Gilbertus Maminotus. Interfuit 1087. exequiis Guilelmi Regis Angliæ, & Normaniæ, cuius fuerat Medicus, & Capellanus, ſed ludis, & venationi deditus. Obiit ſenex 1095. Ordericus l. 8.

12. *Fulcherius* 1104.

13. *Ioannes.* Interfuit ſponſalibus Henrici Imperatoris, & Mathildis filiæ Henrici Regis Angliæ, Normaniæque Ducis 1110. vrbem mœnibus cinxit. Obiit 12. Calend. Iunij 1141. ſedis 34. ſepultus à Roberto Ebroicenſi Epiſcopo.

14. *Arnulphus*, ſuperioris nepos, in expeditione tranſmarinâ Ludouici 7. 1147. apud Continuatorem Aymoini l. 5. c. 52. Guilelmum Tyrium l. 7. c. 1. poſt ſedem annorum 40. ſeceſſit ad S. Victorem Pariſienſem, vbi iacet. Scripſit epiſtolas, de quibus Bellarmin. lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Legendus Robertus in ſupplemento Sigeberti, & Brulius in Antiquit. Pariſinis pag. 427. Is commendatur in epiſtolâ Ludouici Regis apud Sugerium, & in vitâ S. Thomæ Cantuarienſis, & Baron. 1160. vbi viriliter agit pro Alexandro 3. contra ſchiſmaticos, & apud Petrum Venerabilem l. 4. epiſt. 7. quo loco innuit eum, ex Archidiacono Sagienſi electum fuiſſe.

15. *Radulphus* de Valle-villis Cancellarius Angliæ, eligitur 1182. in quem Petrus Bleſenſis epiſt. 92. acriter inuehitur ob auaritiam, & fœnerandi ſtudium, ac in primis, quòd annonæ carioris tempore horrea pauperibus non aperiret.

16. *Guilelmus* de Ruperrâ 1193. & 1197. Ei ſcribit Innocentius 3. lib. 1. epiſt. 188.

17. *Ioannes* de Humeto 1197. & 1201.

18. *Iordanus.* In expeditione Albigenſi 1212. apud Naucleum. Obiit 1214. perfectâ, & ditatâ Eccleſiâ ab ipſo.

19. *Guilelmus* de Ponte-Arco *Pont-de-Larche.* Memoratur 1216. & 1220. cum Fulcone Decano, & in exequiis Philippi

Auguſti 1223. Rigord. Obiit in Monaſterio de Bono-portu cedens curæ Paſtorali, ſenio confectus, menſe Auguſto. Æream habet tumbam in medio Chori.

20. *Fulco d'Aſtin*, ex Decano conſecratur menſe Iunio 1250.

21. *Guido* de Merulâ, aliàs de Vervillâ ex Cantore Rotomagenſi, & Archidiacono Conſtantienſi 1274. & 1277.

22. *Guilelmus* de Aſneriis 1285.

23. *Guido* de Harcuriâ. Nominatur 17. Maij 1306. in Chartâ S. Capellæ Pariſienſis. Obiit 1336. 24. Aprilis. Sepulchrum eius ſpectatur è nigro marmore in Cathedrali verſus Altare maius. Brulius in Antiquitatibus Pariſinis pag. 692. vbi agitur de Collegio Harcuriano à Guidone fundato.

24. *Adamarus*, vel Aymarus Roberti I. V. Doctor, poſteà Attrebatenſis, & Morinenſis Epiſcopus, tandemque Senonenſis Archiepiſc. 88. & Cardinalis titulo S. Anaſtaſiæ à Clemente 6. creatus 1342. 12. Calend. Octobris Auenione, quo loco obiit 1353. Ciacon. pag. 714. & Onuphrius pag. 212.

25. *Alphonſus Chevrier*. Obiit 1377. 26. Iulij.

26. *Nicolaus Oreſme* Pariſienſis Theologus, & Collegij Nauarræ Magiſter maior, ac S. Capellæ Canonicus, atque Caroli 5. Regis Præceptor, ex Decano Rotomagenſi fit Epiſcopus Lexovienſis 1377. de quo Poſſevinus in Apparatu ſacro, & Nicolaus *Coeffeteau* contra Myſterium iniquitatis pag. 1079. Maſſonus, & Tillius. Extant eius Opuſcula in Bibliothecâ Patrum.

27. *Guilelmus d'Eſtouteville* 1382. fundator Collegij Lexovienſis Pariſiis Videndus Brulius in Antiquitatibus Pariſinis pag. 692. Eius ſepulchrum è marmore albo ad ſiniſtrum latus maioris Altaris in Cathedrali mortui menſe Septembri 1382.

28. *Petrus Freſnel* 1415. In Legatione ad Henricum Regem Angliæ, cum Guilelmo Archiepiſcopo Bituricenſi.

29. *Brando* de Caſtilliano Lumbardus, Cardinalis Placentinus 1420. apud Ciacon. & Onuphr. à quibus dicitur Branda Caſtellio, in Conclaui Eugenij 4. 1431. Romæ ad Mineruam. Obiit 7. Septembris.

30. *Zanonus* de Caſtiliano, Superioris nepos, etiam Baiocenſis.

31. *Petrus Cauchon*, ex Beluacenſi 1443. ſitus in S. Petri de Vallibus.

32. *Paſchaſius* de Vallibus 1443. menſe Maio.

33. *Thomas Baſin* de Caleto 1447.

34. *Antonius Raguier*. Obiit 1482. frater, vt puto, Ludouici 77. & auunculus Iacobi 78. Epiſcoporum Trecenſium, de quibus infrà.

35. *Stephanus Bloſſet*. Obiit 1505.

36. *Ioannes le Veneur*, Stephani præcedentis nepos, recipitur 1505. die 2. Octobris. Dedicat Eccleſiam Franciſcanorum Pontis-Audomari 1509. Iulij 5. Obiit Cardinalis, & magnus Franciæ Eleëmoſynarius 7. Auguſti 1543. Ex eâdem gente Ambroſius, & Gabriel Epiſcopi Ebroicenſes.

Bloſſet porte pallé d'or & d'azur de 6. pieces au chef d'azur, chargé d'vne viuré d'argent.

37. *Carolus le Veneur*, fortè tantùm electus, non conſecratus, itaque à nonnullis omiſſus.

38. *Iacobus d'Annebault*, ſuperioris cognatus, Petri Admiralis frater, Cardinalis S. Suſannæ à Paulo 3. creatus 1544. Ciaconus pag. 1128. & Onuphr. p. 380. Obiit 10. Iunij 1558.

Porte de gueule à la croix de vair.

39. *Ioannes Hennuyer*, Regis Henrici 2. Confeſſarius 1559. Obiit 1578. Auguſti 12.

40. *Ioannes de Vaſſes*, receptus die ſanctæ Crucis 3. Maij 1580. In Concilio Rotomagenſi 1581. Obiit die Mercurij 16. Martij 1583.

Vaſſes d'or à 3. faſſes d'azur.

41. *Annas d'Eſcars*, ex Abbate S. Benigni Diuionenſis, poſteà Cardinalis *de Giury* Epiſcopus Metenſis 84. vbi plura: receptus Lexouij die Dominicâ 1. Martij 1585. Vide Arnaldum Oſſatum l. 2. epiſt. 55. & 56.

42. *Franciſcus Rouxel de Medauy*, ex Canonico Pariſienſi. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614. Obiit 1617. menſe Auguſto. Eo ſedente 1613. Capucini conduntur.

Rouxel Medauy d'argẽt à 3. rocz de gueulles. 2. 1.

43. *Guilelmus du Vair*, ex Senatore Pariſienſi, libellorum ſupplicum in regia Magiſtro, Aquenſi primo Præſide, & Franciæ Vicecancellario ad hanc ſedem 1618. euectus à Guidone Bentiuolio ſedis Apoſtolicæ nuntio, aſſiſtentibus Sagienſi & Reienſi Epiſcopis apud Bernardinos Pariſienſes conſecratur, quem Iuriſprudentiæ & eloquentiæ parentem nemo non agnoſcit, & quem ſuum Baſilium Francia ſemper mirabitur, ſed nunquam ſatis pro dignitate venerabitur. Te itaque Claudiani verbis affari licebit, ô Guilelme:

——— Oracula Regis
Eloquio creuêre tuo, nec dignius vnquam
Maieſtas meminit Francorum ſe eſſe locutam.

Portoit d'azur à vne faſſe d'or, accompagné de trois croiſſãs d'argent, 2.

en chef, & vn en pointe, au lambeau de gueule couronné d'or, auec la mitre & la croſſe de meſme.

Is verò natus 6. Martij 1556. denatus 3. Auguſti 1622. Sepelitur apud eoſdem Bernardinos, his, vt teſtamento cauerat, tumulo adſcriptis: *Gulielmus du Vair Epiſcopus Lexoviẽſis, Franciæ Procancellarius, hic reſurrectionem & miſericordiam expecto.* Illic verò ad eius tumulum Chriſti charactere A, & Ω. inſignitum meritò Maſſilia & Lexouium claræ Galliarum vrbes ſpecie muliebri expreſſæ ingentem vim lachrymarum de tanti viri exceſſu doloris indicem effundere, triſteſque in niueo & molliùs ſpiranti marmore cernuntur expirare.

Aleaume porte d'azur au cheuron d'or de 3. pieces, accompagné de 3. beſans d'argent, deux en chef, & vn en pointe.

44. *Gulielmus Aleaume*, ex Epiſcopo Regienſi vno ex conſecratoribus Gulielmi præceſſoris & avunculi, cuius virtutem & eruditionem ſeriò imitatus, quæ ſui ſunt muneris diligenter & fideliter curat.

Lengres.

Lingonenſes Epiſcopi.

Monſieur l'Eueſque de Lengres porte d'azur au ſaultoir de gueule cantonné de 4. fleurs de lys d'or.

Flor. 8000.

LINGONES finitimos Leucis, Sequanis, Æduis, Senonibus, hoc eſt diœceſibus Tullenſi, Veſuntionenſi, Æduenſi, Cabilonenſi, Senonenſi, Trecenſi, & Cathalaunenſi concluſos ponunt in Belgis, Plin. l. 4. c. 1. Ptolom. l. 2. c. 9. Aymoinus l. 1. cap. 5. in Celtis, Ortelius, & Marlianus, in primâ Lugdunenſi, Antonini Itinerarium, ſeu Notitia Prouinciarum, ſic Lingonenſis diœceſis finitur incluſiuè inter S. Ioannem de Laudonâ, *Lone*, verſus Orientẽ Chaplias, *Chablies*, verſus Occidentem, Diuionem verſus Meridiem, & Barrum ſuper Sequanam, vel circiter Fulgerias, *Foucheres*, verſus Septentrionem, cuius vrbem Primariam Antematunum, ſeu fortè rectiùs Andomadunum, vulgò *Lengres*, conſtituunt Geographi, in gradu long. 26. 22. latit. 47. 45. altitud. ſolis 42. 15. vbi dies maxima hor. 15. 48. 44. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 65. 19. ad gnomonem 60. in extremâ parte occidentis montis Vogeſi, propè fontem Matronæ ſub Archiepiſcopatu Lugdunenſi, & Parlamento Pariſienſi, in quo Parlamento & cæteris, Epiſcopus Lingonenſis, vt Par Ducalis Franciæ, ius habet ſedendi, ibique, & in vnctione Regum præcedit Metropolitem ſuum, etiam in Præſulatu antiquiorem, vt eiuſdem Parlamenti decreto cautum

Voge. Marne.

A fuit 17. Calend. Februarij 1526. Princeps autem Eccleſia Lingonum, olim Patronum habuit S. Ioannem Euangeliſtam, hodie verò Diuum Tutelarem veneratur Mammetem. Quâ de re infrà n. 52. At Lingonum, præter veterum lapidum inſcriptiones ab Onuphrio, & aliis collectas meminêre Tacitus lib. 4. hiſt. Eutropius l. 9. extremo, Frontinus l. 4. c. 3. Stratagem. Notitia Imperij Romani occident. Lucanus l. 1.

Caſtraque quæ Vogeſi curuam ſuper ardua rupem,
Pugnaces, pictis cohibebant Lingones armis.

Ad laudem Lingonum facit quod cum eiſdem ſedes fixerunt in Italia inter Bononiam & Rauennam, teſte Polybio l. 2. & Liuio l. 5.

B Ioannes Sariſberienſis l. 1. Polycratici c. 7. Alexander l. 2. Genialium dierum c. 19. Quorum Lingonum nonnulli cum Senonibus Belloveſo, & Sigoveſo Ducibus in Italiâ Tarquinio Priſco regnãte conſedêre, apud Livium l. 5. quæ antiquiſſima eſt eorum mentio, fabulis Beroſi reiectis. Horum verò Eccleſia dicitur à Petro Venerabili l. 4. epiſt. 36. Nobilis, magna, & famoſa, quæque memoratur apud S. Bernardum epiſt. 59. & ad eius Epiſcopos decretales epiſtolas plures ſummi Pontifices tranſmiſerunt, & Innocentius 3. inter cæteros, in celebri C illo capite, Cùm Capella de Priuilegiis. Quâ de re infrà vnde non immeritò in paſſione S. Valerij Archidiaconi Lingonenſis (de quo nos poſteà) nuncupatur hæc vrbs eâ tempeſtate Romanæ moderationi æmula, & multiplici illuſtrium virtutum nobilitate per Gallias, vel ſola, vel prima fulgens, & Ioſephus Ripamontius l. 6. hiſt. Mediolanenſis, Lingones, ait in Galliâ non opibus, & fortunâ, non origine & vetuſtate, cæteriſque rebus, vnde gentium ſpectatur nobilitas, & ciuium ſplendor cuiquam vrbium Gallicarum cedunt. Non ergo ſine cauD ſâ ius Romanæ ciuitatis Otho Imperator dedit Lingonibus, apud Tacitum l. 1. hiſt. licet locus ille Iuſto Lipſio acerrimi iudicij viro, de mendo ſit ſuſpectus. Sed & ibi teſtatum habetur hanc ciuitatem veteré inſtituto legionibus Romanis dona miſiſſe, dextras hoſpitij inſigne, vnde & Lingones dicuntur fœderati Plinio l. 4. c. 17. indeque fortè manarunt inſignia Capituli, Chirotheca argentea in campo rubro, potiùs quàm à Rolandi Guanto, de quo Sanjulianus in hiſtoriâ Miſcellaneâ, niſi mauis eſſe brachium S. Mammetis, quale cernitur in ſigillo Ioannis Epiſcopi 68. dextras autem hoſpitij, amoris, fidei, pietatiſque eſſe ſymbola, & indicia, apud probos auctores

auctores claret, vt apud Hubertum Gloſium, Æneam Vicum, & cæteros Numiſmatum obſeruatores, imò, & pro Imperio ſumi notauit Theodoſius Marcilius in Suetonij Veſpaſianum c.5. ac dextræ manus digitis paſſis liberalitatem, ſiniſtræ tenacitatem ſignificari monet Diodorus Siculus l. 3. c. 1. Facit quoque ad commendationem Lingonum, quòd eorum frumentum Romam veheretur, apud Claudianum lib. 3. de Laudibus Stiliconis, v. 248.

Bled du Baſſigny. ——— *Fœcundâ Tibris ab Arcto,*
Vexit Lingonico ſudatas vomere meſſes.

Sed ad Eccleſiam reuertamur, quæ habet 52. Canonicos maiores, 6. Archidiaconos, 17. Decanos Rurales, pluſquàm 600. Curiones, Hoſpitalia 50. & ampliùs, Prioratus 90. Capitula, ſeu Collegia Canonicorum Minorum 16. præter ingentem numerum Capellaniarum, non comprehenſis domibus Chartuſienſium, Minimorũ, & Mendicantium Ordinum Conuentibus, nec Patrum S. I. Collegiis, inter quæ omnia beneficia eminent 32. Abbatiæ hac ſerie litterariâ, quæ infrà copioſiùs deſcribentur.

Albæ-ripæ *Aube-riue*, O. C.
Belli-fayti fœminarum, O. C. *Beau-fay.*
Belli-loci *Beau-lieu*, O. C.
Billi-montis *Beau-mont*, fœminarum, O. C.
Flor. 1000. S. Benigni Diuionenſis, O. B. *Sainct Benigne.*
Flor. 400. Beſuæ O. B. *Béze.*
Flor. 500. Caſtellionis S. Mariæ, O. A. *Chaſtillon.*
Flor. 3000. Clara-vallis *Claire-vaux*, O. C.
Flor. 100. Chriſtæ O. C. *La Creſte.*
De Colongiis fœminarum, O. C. *Colonges.*
Charitatis O. C. *Charité prés Leſignes.*
Longi-vadi *Longuay*, O. C.
Mormenti O. C. *Morment.*
Flor. 300. Melundenſis, vel Meludunenſis, O. B. *Molome.*
Flor. 48. S. Michaëlis Tornodorenſis, O. B. *S. Michel de Tonnerre.*
Flor. 4000. Moleſmi O. B. *Moleſme.*
Flor. 48. De Moris O. C. *Mores.*
Flor. 1400. Morimundi *Morimond*, O. C.
Pralonij O. B. fœminarum, *Pralon.*
Polongæi fœminarum, O. B. *Polongey.*
Putei-Orbis fœminarum, O. B. *Puis-d'Orbe.*
Flor. 200. Pulteriarum O. B. *Potieres.*
Quinciaci *Quincy*, O. C.
Flor. 2000. Reomenſis O. B. *Montier S. Iean.*
Rubei-montis *Rouge-mont*, fœminarum, O. B.
S. Sequani O. B. *S. Seine.* Flor. 500.
Septem-fontium O. P. *Sept-fonts.*
S. Stephani Diuionenſis O. A. *S. Eſtienne de Dijon.* Flor. 400.
Tardi *de Tard*, fœminarum, O. C.
Tuleij, vel Theoloci, O. C. *Thuley.* Flor. 38.
Vallis-Scholarium O. A. *Val des Eſcoliers.*
Vallis-dulcis O. C. *Vau la-douce.*
Vallis-vinearum, olim Monialium, O. C. nunc iuncta Claræ-valli.

Porrò Epiſcoporum hæc eſt ſeries.

1. *Senator*, de quo, & ſequente, pluribúſque aliis, nihil præter nudum nomen, & illud quoque ſæpè nullum accepimus, incuriâ hominum, qui malebant aliis ſcribenda facere, quàm aliorum facta ſcribere: vbi licet exclamare, Heu quàm multos clariſſimos ſuis temporibus viros ſcriptorum inopes deleuit obliuio! (Boëtius Conſolat. l. 2. p. 7.)

Quis Thebas, ſeptémque Duces ſine carmine noſſet,
Et quidquid poſt hac, quidquid, & ante fuit? (Ouidius l. 4. de Ponto, Elegia 8.)

Quòd ſi acta tot, & tantorum procerum, litteris, ære, & marmore perennioribus, conſignata fuerunt, ea deſtruxit tempus:

——— *Quo monimenta fatiſcunt,*
Mors etiam ſaxis, lapidibúſque venit.

Vbi rurſus placet in quæſtus non iniuſtos prorumpere:

Quò tot facta virùm toties cecidere, nec vſquam
Æternis fama monimentis inclyta florent?

Piè verò credendum eſt noſtrum hunc Senatorem, & ſucceſſores eius, viros glorioſos in generatione ſuâ, homines magnos virtute, & prudentiâ, legis æternæ ſanctiſſimos Interpretes, Euangelij Præcones clariſſimos, Religionis veræ puriſſimos Sacerdotes, Chriſtianæ Philoſophiæ Doctores fideliſſimos, diuinæ ſcientiæ Magiſtros ſapientiſſimos, Militiæ ſacræ ductores fortiſſimos, & auſpiciis Chriſti victores glorioſiſſimos, regali purpurâ inſignitos, laureâque triumphali decoratos, Curiæ cæleſtis ſummo Principi aſſidere, noſtriſque rebus peruigili curâ triſtis ſolicitudinis neſcia conſulere, nihilque obeſſe, ſi ex humanis tabulis eos deleuit aliorum ignorantia, quos ex libris viuentium non deleuit iniqua conſcientia, Auguſtinus homilia 35. Aduerte præterea Senatoris nomen appellatiuum tranſiſſe in proprium primi

noſtri Præſulis, multorúmque aliorum, imò & Conſulis nomen eſſe Epiſcopi Comenſis proprium, & Sacerdotis nomen propriū non ſolùm Epiſcoporum, ſed etiam Conſulum in faſtis, tam profanis, quàm ſacris. Sic apud Gallos in gentilitia nomina abierunt, quæ fuerant certorum miniſteriorum appellatiua, *Pape, Cardinal, l'Archeueſque, l'Eueſque, le Moine, le Maire, le Iuge, le Bailly, le Roy.*

2. *Iuſtus.*

3. *S. Deſiderius, S. Didier*, Genuenſis, Philippo Ferrario in Topographiâ Martyrologij, & in Catalogo SS. Italiæ, & Iacobo Barocellio, & Huberto Folietæ l. de Claris Genuenſibus, & in Catalogo Præſulum Genuenſium adiuncto vitæ Innocentij 4. Italicè per Thomam Coſtam ſcriptæ, vbi dicitur vir miraculoſus, qui & in Legendâ ſancti Antidij, apud Chiffletium in Veſuntione illuſtratâ appellatur virens, ac fructifer vitis Dominicæ Palmes, & Doctor eximius, & à Philippo Bergomate in Supplemēto Chronicorum vocatur vir ſanctitate, & ſcientiâ conſpicuus, & in paſſione ſancti Valerij vir magnificus, cuius ſanctitas in rebus Eccleſiaſticis, & Orationibus celebris, & à Ioſepho Ripamontio lib. 6. hiſt. Eccleſiaſt. Mediolanenſis, Ligur, & Agricola. Deſiderius verò interfuit per mandatarium, ſeu procuratorem Concilio Coloniæ Agrippinæ A. C. 349. eumdémque puto Deſiderium, qui inter Galliæ Epiſcopos recenſetur in Concilio Sardicenſi A. C. 347. Paſſus autem dicitur à Vandalis ann. 407. in veteri Catalogo Epiſcoporum Lingonenſium, poſito ante Chartularium Eccleſiæ ſancti Stephani Diuionenſis, vbi enumerantur anni 73. ab eius Martyrio ad annum primum Clodovæi, ſic incidentem in A. C. 480. cuius tamen regni initium, ab aliis reijcitur in ann. 484. & ſic paſſionem Deſiderij adſcribunt 411. in perſecutione Vandalicâ Croſco Rege, apud Sigebertum, poſt Breuiarium Lingonenſe, quibus conſentit Ioannes Begatius Senatus Burgundiæ olim Præſes, in Commentario M. S. de Burgundionum rebus, quibus etiam conuenire poſſunt, quæ poſt Vincentium Bellouacenſem lib. 20. cap. 2. notat Baronius, Burgundiones ſcilicet A. C. 406. pridie Calend. Ianuarias cum Vandalis, & Alanis Renum tranſijſſe, annique ſequentibus Gallias vaſtaſſe, ipſoſque Burgundiones Chriſtianiſmum ſuſcepiſſe 413. quorum poſteà longiùs,

A latiúſque ita regnum conſtitutum eſt, in Sequanis, Æduis, Lingonibus, & vicinis populis, vt 45. diœceſes, cùm Archiepiſcopales, tùm Epiſcopales comprehenderit. Vnde patet Deſiderium ſediſſe pluſquàm annos 60. Quod nemini debet mirum videri in lectione hiſtoriarum Eccleſiaſticarum, vel tantillum verſato, præſertim ſi in mentem reuocet, eum ad Epiſcopatum vocari potuiſſe iuniorem ætate, quod iuſtis de cauſis plerumque factitatum fuiſſe, ex vetuſtis monimentis deprehenditur. Dies autem natalis noſtri Deſiderij amantiſſimi notatur 11. Calend. Iunij, B ſeu 23. Maij in Martyrologio. Quo die ſolemne eius feſtum in diœceſi agitur, ex præcepto Guidonis Epiſcopi 85. Præterea ſepultus fuit Deſiderius in Eccleſiâ intra vrbis muros de ipſius nomine modò appellata, Prioratuſque titulo decorata, quæ anteà in ſanctæ Magdalenes Patrocinio extitit, vbi quoque ipſius Præſulis corpus releuatum fuit 19. Ianuarij à Guilelmo Epiſcopo 70. Quod quidem corpus olim fidelium populus præcipuo amore, ac piâ deuotione ita ſepeliri procurauerat ad tutelam ciuium contra peſſimam C nonnullorum conſuetudinem, qui ne ſanctiſſimos quidem in vrbibus tumulari voluerunt, vt eſt in Martyrologio Nokeri, & Adonis. Hinc auctor paſſionis ipſius in veteri codice Stephanienſi: Preterito inquit, tempore, quantum fuerit à ſuis ciuibus honoratus atque dilectus, ſepulturæ eius locus manifeſtis declarare videtur indiciis, tantùm vt infra muros populi amor diffuſus exanime corpus ad tumulandum reciperet Sacerdotis, pro ſaluationum beneficiis. Porrò quidam abuſum dicunt eſſe ſepelire paſſim in Eccleſiis, ſed immeri- D tò. Nam hac in re ſtandum conſuetudini patriæ, licet olim excellentes tantùm nonnulli in Eccleſiâ ſepelirentur, ait Emanuel Sa Aphoriſmo 8. de ſepultura, de quâ prohibita in Eccleſiis ſanctus Chryſoſtomus homilia, *Quòd Chriſtus ſit Deus*. Euagrius lib. 4. cap. 3. hiſt. Eccleſiaſt. Teodulphus Epiſcopus Aurelianenſis in epiſtola ad Clerum ſuæ diœceſis cap. 19. At deinceps Martyrum ſepulchra fuerunt Templa, & Altaria Chriſtianorum, apud Baronium capite 4. Præfationis in Martyrologium, Onuphrium capite 7. de ritu ſepeliendi, vbi de ſepulturis cùm in Cœmiteriis, tùm in Eccleſiis, tàm intra, quàm extra vrbes, eumdémque

Sepulchra in Eccleſiis.

que

que Baron. 3. Ianuarij, & 10. Februarij, & in Annalibus A. C. 309. de ſancto Marcello Papâ, cuius tempore Martyrum corpora ſepulta in vrbe. Sic ſepulchra procerum in foris vrbium. Quintilian. Declamat. 274. quod ex Cicerone, Plinio, Dionyſio Halicarnaſſeo alij notarunt. Vide etiam Lemouicenſes nu. 13. Senonenſes 83. Neque verò omittendum in eâdem perſecutione Vandalicâ (cum quâ confunditur à pleriſque Hunnica) paſſum fuiſſe ſanctum Florentium 27. Octobris in Martyrologio Romano, Vſuardo, Adonis, & in veteri Breuiario Lingonenſi, vbi eius corpus requieſcere dicitur apud B Thile-Caſtrum, vel Caſtrum Thile, in Thile-Caſtrum. ſuperiori Burgundiá, qui locus vulgò *Trichaſteau*, pro *Thile Chaſteau*, Baroniæ titulo inſignis in hac diœceſi, ſed in Parlamento Pariſienſi, viſitur viâ Regiâ, qua itur Diuione Lingonas, imminens fluuio Thilæ, qui non longè à Sequanæ fonte ortus in Ararim exoneratur: de quo loco etiam nos infrà 34. Quamuis Ferrarius in Topographiæ Martyrologio dicat locum eſſe Hiſpaniæ Tarraconenſis ad Minium flumen, qui tamen excuſari poteſt, quòd alter Florentius fortè ibi celebretur. Neque C ferè minùs aberrat Miræus, dum in faſtis Belgicis & Burgundicis hoc Thile-Caſtrum collocat ad Vahalim fluuium in Ducatu Gheldriæ, vulgò *Tiel*. Eâdem quoque perſecutione 22. Octobris S. Valerius, memorabilis ſancti Deſiderij Archidiaconus palmam Martyrij adeptus eſt apud Portum Buxinum, ſeu Abucinum, qui malè à nonnullis capitur pro caſtro Rauricenſi ad Renum. Nam hic locus eſt Pagus, ſeu Vicus ad Lycum, ſeu Lupam fluuium, vulgò nuncupatus *le Port de Loüe*, in Burgun- D diæ Comitatu, diſtans à Salinis ſexquileucâ, viâ quâ ducit Diuione ad ſanctum Claudium, cuius vici Patronus dicitur S. Valerius, qui ſuas ibi ſitas Reliquias habet, vt eſt in Catalogo Eccleſiarum diœceſis Veſuntinenſis, & in Calendario Metropolitano eiuſdem diœceſis: 10. Calend. Nouembris apud Bucinus Portus. Portum Buxinum in territorio Biſuntinenſi paſſio S. Valerij Lingonenſis Eccleſiæ Archidiaconi. At quoniam Deſiderius è cultu agri Ligustici vocatus eſt à ſupremo Agricola, vt plantans plantaret vineas in montibus, & coleret agrum longè nobiliorem, in quo theſaurus abſconditus, inuentorem, poſſeſſorémque ſuum ditat æternùm, hu-

A iuſce rei gratiâ dicimus agriculturam (qualem præſertim veteres illi, & ſanctiores Patriarchæ exercuerunt) iuſtam eſſe matrem alumnos ſuos ad cælum eleuantem, & agricolarum vitam eſſe Nazianz. Orat. 2. pulcherrimam, optimam, & iucundiſſi- Xenophon mam, & Cereris iuſtiſſimam turbam. Oeconom. Hinc Horatio:

Agricolæ priſci fortes, paruoque beati. Silius l. 13.

Et Virgilio,

O fortunati nimium bona ſi ſua norint!

Idque venerabilius, quia rus oppido antiquius, & agricolæ vtiliores bella- Libanius, toribus cenſentur, qui tamen fortiſſimi & Tyrius. ex agricolis naſcuntur. Imò ruſticatio Vegetius l. 1. c. 3. à Deo creata eſt: Vnde ſponſa ſponſum ad agrum inuiſendum & incolendum Eccl. 7. 16. hortatur, Cantic. 7. Si quidem omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur nihil eſt agriculturâ melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero di- Cicero 1. Offic. & de gnius, & meâ quidem ſententiâ haud Senectute. ſcio an vlla vita beatior eſſe poſſit, neque ſolùm officio quod generi vniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed, & delectione, & ſaturitate, copiâq; omnium rerum quæ ad vitam hominum, & cultum etiam deorum pertinent. Neque etiam abhorret à verò ſi credamus hominem in Paradiſo ita conſtitutum, vt operaretur agriculturam, non labore ſeruili, ſed honeſtâ animi voluptate. Quid enim hoc opere innocentius va- D Auguſt. l. 8. de Geneſi ad litteram, c. 9. cantibus, & quid plenius magnâ conſideratione prudentibus? Quò faciunt ea quæ narrantur de Cyro à Xenophonte, de Childeberto à Fortunato, de Abdolomino à Curtio l. 4. & quæ notat Ludouicus Lacerda ad illud Virgilij 6. Lib. 6. Epigram. 8. Æneid. v. 844.

——*Vel te ſulco Serrane ſerentem*,

Quibus adiunge carmen Perſij de Cincinnato,

Quem trepida ante boues dictaturam induit vxor.

Ita quoq; Piaſtus ab aratro ad regnum à Polonis appellatus eſt. Sic etiam Tulli Hoſtilij incunabula agreſte tugurium cœpit, eiuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata, validior ætas Imperium Romanum rexit, & duplicauit, ſenectus excellentiſſimis ornamentis decorauit in altiſſimo maieſtatis faſtigio, Valer. Maximus lib. 3. c. 4. Hinc iterùm Horatius l. 3. Ode 6. ait quòd vrbana iuuentus Pœnos non vicerit:

Sed ruſticorum maſcula militum,
Proles Sabellis docta ligonibus,
Verſare glebas, & ſeueræ
Matris ad arbitrium receſſos

Portare fuſtes: ſol vbi montium,
Mutaret vmbras, & iuga demeret
Bobus fatigatis amicum,
Tempus agens abeunte curru.

Vnde Tribus ruſticæ nobiliores vrbanis cenſebantur apud Onuphrium, & Antiquarios. Et certè oraculum eſt Catonis magni Aratoris, Oratoris, & Imperatoris, ex agricolis viros fortiſſimos, & milites ſtrenuiſſimos gigni, c. 1. de re ruſticâ, idque & alia huc ſpectantia refert Lipſius l. 5. Politic. c. 12. Scio quidem agricolas à ſacerdotio arceri apud Ariſtotelem l. 7. Politic. c. 9. ſed is locus eſt intelligendus de ſeruis, quibus dimidium mentis ademptum, quales Francia planè ignorat.

4. *Martinus.*

5. *Honoratus.*

6. *S. Vrbanus.* Recenſetur in Martyrologio Romano 2. Aprilis, ſed in Breuiario Lingonenſi notatur eius feſtum nouem Lectionum 23. Ianuarij, vbi natus dicitur in vico adiacente caſtro Granciacenſi, cui vocabulum eſt Columerius, Patre Senatorio, & ſepultus in Baſilicâ S. Ioannis Diuione, indeque poſteà eleuatus, & in capſâ repoſitus à Michaële Epiſcopo 88. ac in ædem Benignianam tranſlatus Claudio eius loci Abbate 84. *Grancey.*

7. *Paulinus.*

8. *Fraternus.*

9. *Fraternus* 2.

10. *Apruncnlus*, & aliquando Prunculus, & Abrunculus tempore Chilperici patris Clodouæi, vt habet Catalogus M. S. poſteà Epiſcopus Aruernenſis 12. ſucceſſor Sidonij Apollinaris circa A. C. 485. ad quem Aprunculum ſcribit ipſe Sidonius l. 9. epiſt. 10. Quâ de re Gregorius Turonenſis l. 2. c. 23. 24. 36. & lib. 3. c. 2. & in vita Patrum c. 4. vbi claret ciuitatem Lingonum fuiſſe in regno Burgundiæ, quia inde fugere coactus ſit Aprunculus, fauere creditus Francis contra Burgundos, quos Francos amabiliter ſuper ſe volebant regnare, licet Oroſius dicat Burgundos manſuetè viuere, non quaſi cum Gallis ſubiectis, ſed cum fratribus Chriſtianis, quos Burgundos Ammianus appellat Sobolem Romanã, & bellicoſam. Hoc etiam patet ex vetere Officio Tranſlationis S. Mammetis deſcripto in Bibliothecâ Floriacenſi, Dominum ſcilicet voluiſſe gloriam Martyris ſui reuelare, non tantùm in Græciâ, ſed etiam in Burgundiâ, vbi tamen nunc legitur Gallia in Breuiario Lingonenſi 11. Octobris: ſic Gobelinus de rebus geſtis Pij 2. Inter Burgundos, inquit, multi annumerantur populi, hîc ſunt Lingones. Burgundionum verò, quos alij indigenas, alij rectiùs aduenas volunt mentionem primam fieri puto apud Plinium lib. 4. cap. 14. & Burgundiæ nomen fuiſſe primò vſurpatum à Caſſiodoro lib. 2. epiſt. 46. vbi Theodericus Oſtrogothorum in Italiâ Rex Gumdebaldo Burgundionum Regi genero ſuo horologia à Boëtio facta dono mittit. Aprunculus autem obiit 491. & quieſcit in Eccleſiâ ſubvrbanâ ſancti Stephani Claromonte, iſque eſt fortè Aprunculus cui ſcribit Ruricius Epiſcopus Lemouicenſis lib. 2. epiſt. 45. & ſequentibus, apud Henricum Caniſium in Promptuario Eccleſiaſtico. *Lingones olim in Burgundiâ*

11. *Armentarius*, vel Ermentarius, ſuffectus eſt Apruneulo ad Aruernenſem ſedem tranſlato. Ab hoc verò tempore, vſque ad ſanctum Gregorium infrà num. 16. recenſendum, floruerunt in hac diœceſi viri ſanctitate illuſtres, Sequanus, & Ioannes, de quibus mox nonnulla dicentur, ſed vix noſter Armentarius is eſſe poteſt, qui inter Epiſcopos Galliæ annumeratur à ſancto Leone Papâ epiſt. 52. circa A. C. 452. niſi Apruneulo præponatur.

12. *Venantius.*

13. *Paulinus* 2. vel Paulus in Cod. Thuano, & Reomenſi.

14. *Patientius.* Huius tempore, vt notatur in Catalogo Stephanienſi, Hilarius, & Quieta dederunt locum qui dicitur Reomaüs (vel Reomagus, in Additionibus Molani ad Vſuardum 15. Aprilis) ad agendam Abbatiam pro filio ſuo S. Ioanne, à quo nunc denominatur, vulgò *Mouſtier S. Iean*, in Burgundiæ Ducatu, & in Archidiaconatu Tornodorenſi huius diœceſis, cuius Ioannis feſtum colitur 28. Ianuarij, & 22. Septembris in Martyrologio Monaſtico Vionis, vbi tamen in Romano malè ſcribitur, Remenſi, pro Reomenſi, vt eſt rectè apud Vſuardum, & Adonem, malè etiam Reomanenſi apud Nokerum, & Leomanenſi apud Bedam, malè quoque apud Galeſinum, & Vionem Tornodorum ponitur in finibus Remorum, Ferrarius pariter ſecum pugnat in Topographiâ Martyrologij in verbo Remi, & verbo Tornodorum, ex quibus in errorem inducitur Martyrologij Romani interpres Gallicus, dum hoc Monaſteriũ in territorio Remenſi collocat: ſed de hoc Ioanne Gregorius Turonenſis *Tonnerre.* *Reomaus.*

ronenſis de Glor. Confeſſor. c. 42. & 87. Quâ de re infrà cùm hoc Monaſterium Reomenſe deſcribetur, vt de S. Sequano in Monaſterij ſui delineatione, quod hoc quoque tempore fundatur.

15. Albiſonus, vel Abbaſinus.

16. *S. Gregorius*. Eius vitam ſcripſit S. Gregorius Turonenſis 19. Archiepiſcopus c. 7. vitæ Patrum, qui hunc vocat proauum ſuum, ex Senatoribus primis, quem ait ann. 40. rexiſſe Comitatum Auguſtodunenſem, qui, & de Attolâ Gregorij noſtri nepote loquitur l.3. c.5. & ex eo Aymoinus l. 2. c. 11. ac de Euphronio Turonenſi Archiepiſcopo altero huiuſce Gregorij nepote, idem Turonenſis l. 4. c. 15. & l. 10. c. vltimo. At Sacerdotia olim Romę deferri ſolita Senatoribus notauit Manutius in Rabirianam Ciceronis, Dionyſius Halicarn. l. 2. Onuphr. in ciuitate Rom. Noſter autem magnus Dei Sacerdos ſignis, & virtutibus clarus, aſſiduus erat Diuione, apud eumdem Turonenſem lib. 3. c. 19. Aymoinum lib. 2. cap. 20. vbi *Præſul ſummus* dicitur. Quo licet nomine omnes Epiſcopi dicerentur apud Baronium 9. Aprilis, & Lorinum in Actus Apoſtolorum cap. 20. tamen hoc nomine cenſeri poteſt hic Antiſtes, cuius tale extat Elogium apud S. Agobardum Lugdunenſem Archiepiſcopum: *Gregorius*, inquit, *Lingonicæ Epiſcopus, quantâ ſanctitate, & pietate fuerit, vita eius ſcripta, & finis vitæ, & honor ab Eccleſiâ ei delatus vſque hodie teſtes ſunt.* Interfuit verò tribus Conciliis, videlicet Epaunenſi 509. Aurelianenſi 3. 540. per procuratorem Euantium Presbyterum, ac Aruernenſi 541. Iam Concilium Epaunenſe habitum eſt, vt diximus 509. ſub initium Pontificatus noſtri Gregorij, Importuno, vel Oportuno Conſule, & S. Sigiſmundo Gundebaldi filio, Gundiochi nepote, Burgundiæ Rege, de quo Sigiſmundo Baronius ad Martyrologium Calend. Maij, & in Annalibus Eccleſiaſticis 526. Galtherus in Tabulâ Chronographicâ, & Scholia in Sacramentarium S. Gregorij tomo 5. Bibliothecæ Patrum. Huic tamen Synodo R. P. Iacobus Sirmundus aſſignat annum Chriſti 517. Agapito Conſule: ſed de loco longè maior eſt difficultas, ex diuerſitate opinionum. Papirius Maſſo legit Agaunum pro Epauno. Ortelius Epaunum cenſet eſſe Pamiam, ſeu Apamiam, vulgò, *Pamiers*, quem locum non puto tunc fuiſſe in ditione Regis Burgundiæ:

Epaunenſe Conciliũ.

Claudius *Rubis* in hiſtoriâ Lugdunenſi interpretatur, *Beaune*, id eſt Belnam oppidum diœceſis Æduenſis, fortaſſe legens Baunenſe, pro Paunenſe. At Iacobus Chifflетius, & Petrus Bertius (quorum ſententiæ facilè acquieſco) Epaunam, ſeu Eponam vrbem, quæ huic Synodo appellationem indiderit, volunt eſſe Niuedunum Coloniam Equeſtrium ad ripam dextram Lemani lacus, vnde poſteà ſedes Epiſcopalis tralata fuerit Bellicium, niſi malis Eponam omnino deletam eſſe, quamuis ciues ipſam, immortalem Deam feciſſent, vt Romani Romam (*ſic liceat magnis componere parua*) niſi potiùs à Deâ quàm colebant, vrbi nouum nomen impoſuerint, cuius Deæ Epaunæ meminit Turnebus l. 4. c. 4. Aduerſariorum, & veteres lapides apud Lipſium, & Chiffletium, Ludouicum Lacerdam in Apologet. Tertull. num 516. Nec fruſtrà eſt Antonius Auguſtinus, qui hoc Concilium aduertit aliquando Hiponenſe dici Dialogo 3. de Emendatione Gratiani, cùm Hiponæ Parrochię meminerit Auitus, vt me monuit Sirmundus. Prætereà Gregorius tranſtulit corpus S. Benigni, ei Baſilicam cum Cœnobio ædificans, Symmacho Papâ circa ann. 514. non 485. vt eſt in Chronico huius Monaſterij, quod inde Benignianum appellatur, corruptis fortaſſe numerorum notis: de quo Monaſterio infrà pluribus agetur, cùm Abbates illius dabimus. Denique Gregorius feliciter in Domino obdormiuit, eiuſque memoria Religioſè agitur ab Eccleſiâ 4. Ianuarij, & 6. Nouembris in Martyrologio Romano, & Breuiario Lingonenſi, de quo etiam Vincentius l. 22. c. 53. & S. Antonin. titulo 12. c. 8. Sepultus verò fuit in Eccleſia S. Ioannis Diuione, eique tale Epitaphium cecinit Fortunatus l. 4. c. 2. quod à Dugallo citatur aduerſus Claudium Taurinenſem, & à Baronio refertur A. C. 541.

Eporedicas galli bonos equorum Domitores vocãt Plin. l. 3. c. 17. Eponiacus prælij nomẽ s Germani Autiſſiodorenſis Epiſcopi, Chron S. Mariani, l. 1 65. vulgò *Epogny*.

Poſtquàm ſidereus diſrupit tartara Princeps,
Sub pedibus iuſti mors inimica iaces.
Hoc veneranda ſacri teſtatur vita Gregori,
Qui modò poſt tumulos intrat honore polos.
Nobilis antiquis decurrens prole parentum,
Nobilior geſtis nunc ſuper aſtra manet.
Arbiter antè ferox, exhinc pius ille Sacerdos,

Quos domuit Iudex, fouit amore Pater.
Triginta & geminos direxit ouile per annos,
Et grege de Chriſti gaudia Paſtor habet.
Si quæras meritum, produnt miracula rerum,
Per quem debilibus fertur amica ſalus.

17. *Tetricus*, S. Gregorij filius, & ſucceſſor, de quo Gregorius Turonenſis lib. 4. c. 17. & l. 5. c. 5. & in vitâ Patrum c. 7. Fortunatus c. 3. l. 4. Interfuit Concilio Aurelianenſi 5. 552. & Pariſienſi circa 558. & Lugdunenſi circa 570. per Piolum Preſbyterum, ſepultus iuxta Patrem in Eccleſiâ S. Ioannis Diuione circa A. C. 574.

18. *Papulus*, ex Archidiacono Auguſtodunenſi ſedit ann. 8. ſepultus Lingonis, ſed loco ignoto, cùm mors illi diuinâ vltione fuiſſet illata. Quâ de re S. Gregorius Turonenſis l. 5. c. 5. ſic Vdo Archiepiſcopus 5. Magdeburgenſis, necatus apud Fulgoſium l. 9. c. 12. Nauclerum generatione 24. Delrio l. 2. Diſquiſitionum magicarum, quæſt. 28. ſectione 5. Chronicon Hirſaugienſe 1191. Tilmannum Bridembachium l. 8. c. 12. Collationum ſacrarum, Godeſcalcum Hollen in Præceptorio ad Præceptum 6. cap. Sic Sueco Angliæ Rex cuſpide ictus, à S. Eadmundo Angliæ olim itidem Rege miſerè periit, apud Baron. 1014. Vbi interim notabis, Epiſcopum malum, aut imperitum, nihilominus eſſe verè Epiſcopum, tametſi dignitate, & nomine Epiſcopi ſit indignus. Eſt enim hæreſis Huſſitarum damnata in Concilio Conſtantienſi ſeſſione 15. & in Concilio Tridentino ſeſſione 4. c. 10. aſſerere iniuſtos Sacerdotes carere dignitate, & poteſtate ſanctis Præſulibus attributa. Videndus Thomas Valdenſis tom. 1. c. 81. & Alphonſus Caſtrenſis aduerſus hæreſes, v. poteſtas, ſed & character ordinis manet in beatis, non item poteſtas iuriſdictionis, nam ea poteſtas iudiciaria, quæ Apoſtolis tribuetur in iudicio vniuerſali, noua erit, & alterius rationis ab illâ, quàm in vitâ habuerunt. Prætereà malus Paſtor datur, cùm talis populus regendus ſuſcipitur, qui pariter æternâ pœnâ damnetur, S. Greg. l. 25. Moral. c. 20.

19. *Mommolus* cognomento Bonus, vel Bombolus in Cod. Th. ex Abbate 5. Reomenſi, memoratur apud Gregorium Turonenſem Synchronon l. 5. c. 5. Intereſt Concilio Matiſconenſi 1. 582. & 2. 588. eumque celebrari puto à Fortunato l. 9. c. 13.

20. *Mitius*, vel Migetius, vel Micherius, vel Metius, ſancti Columbani contemporaneus. In Catalogo Reomenſi.

21. *Modoaldus*, vel Dodoaldus, in Synodo apud Flodoaldum lib. 2. cap. 5. circa ann. 634.

22. *Bertoaldus*, vel Bercoaldus, vel Hercoaldus, vir Apoſtolicus in diplomate Clotharij Regis, pro Benignianis. Intereſt Concilio Cabilonenſi circa A. C. 650. & in vitâ ſancti Frodoberti miſiſſe dicitur Tendolinum Abbatem ſancti Sequani in Monaſterium Luxouienſe eo tempore, quo ipſe Frodobertus ibi morabatur, vt eſt apud Nicolaum Camuzatum Trecenſem Canonicum, in Promptuario antiquitatum ſuæ diœceſis, qui pro ſuâ eruditione, & humanitate ſummâ nobis multa contulit.

23. *Sigoaldus*.

24. *Vulfrannus*.

25. *Godinus*.

26. *Adoinus*, vel Adonius.

27. *Garobaldus*, vel Grabaldus, in C. Th.

28. *Eronus*, vel Hero, cui in Chronico Benigniario ſcribit Sergius Papa anno 697.

29. *Aſtoricus*, circa A. C. 710.

30. *Vandrarius*, vel Vanderius, vel Vandrerius Cod. Th.

31. *Erlulfus*. Circa hæc tempora floruit martyr S. Gengulphus in Burgundiâ, Sigebertus 759. Martyrolog. Romanum 11. Maij, qui in Legendario Stephanienſi dicitur alto parentum germine, & ſuperbi ſanguinis nobilitate in Burgundiâ oriundus, diſciplinisq; Chriſtiani dogmatis apprimè eruditus: Quē virum illuſtriſſimum fuiſſe inſtitutum Monaſterij Bezuenſis Aduocatū à Rege Clothario tradit Chronicon eiuſdem Cœnobij, cui diuo multæ ſunt dicatæ in hac diœceſi Eccleſiæ, inter quas eminet Prioratus nomine inſignis Varenis, dependens à Moliſmo Ordinis Benedicti in decanatu Petræ-fictæ, qui Varenarum locus diſtans à Lingonis 4. leucis fuit ipſius Gengulphi poſſeſſio, cuius Eccleſiam cum villâ Ciciaci S. Vincentio in perſonâ Leodradi 13. Epiſcopi Matiſconenſis Archicancellarij ſui donat Carolus Magnus, apud Sanjulianum. Eſt & S. Gengulfi Regalis nomine oppidum celebre in præfecturâ Matiſconenſi: quod fanum Gengonis vocat Paulus Æmilius in Carolo 7. Ei quoque S. Gerardus ædem conſtruxit Tulli Leucorum, vt notat Roſerius in ſtemmate S. Gengulfus.

mate Lotharingiæ, cuius meminit ſanctus Bernardus epiſt. 139. & 178. Vide Molanum in Natal. Sanct. Belgic. 11. Maij, Miræum cap. 87. de Collegiis Canonicorum, Roſvindam Virginem in eius vita verſibus edita cum aliis operibus Norimbergiæ 1501. à Conrado Celte, Vincent. lib. 34. cap. 149. & infrà nu 52. & 67.

32. *Arnulphus*. Hic aut anteceſſor fuit is qui dicitur Hariolphus, de quo Molanus ad Vſuardum 13. Auguſti, & Poſſeuinus in Apparatu ſacro verbo Adalbero, & Ferrarius Tab. Topograph. Martyrologij, qui cedens Epiſcopatu fit Abbas Eluangenſis Carolo Magno regnante circa A. C. 764. non minùs Religione, quàm doctrinâ clarus, apud Vionem lib. 2. cap. 46. & in Martyrol. Monaſt. 13. Auguſti. Eſt autem Eluangenſe Monaſterium, ſeu Elephantiacum in Fraconia, mutatum in præfecturam Canonicorum 1460. Miræus Originum Benedictinarum c. 40.

Hariulfus.

Eluangenſe Monaſterium.

33. *Valdricus*, vel Baldricus omittitur in Cod. Th.

34. *Betto*, vel Berto, vel Bicto. Dedit ſancto Stephano Diuionenſi decimas Thili caſtri, Cutiniaci, S. Martini Campanienſis, ſeu Fontanorum Copiaci, *Conche*, & Nobiliaci, *Nully*, menſe Maio, regnante Domino noſtro Carolo anno 23. in Chartulario Stephanienſi, vbi Venerabiles in Chriſto Confratres vocat eiuſdem Eccleſiæ Canonicos. Memoratur etiam in Chronico Benigniano cum Hildegario Comite mallum publicum tenente in villa Montigniaco. Circa quæ tempora Samſon Dux Burgundiæ cum Samſone Comite Lingonenſi occubuiſſe dicuntur in pugna Ronci-valentij ad ſaltus Pyrenæos, Ducis verò, & Comitis nomen hîc proprietatem patrimonij non ſignificat, nondum inducta in Galliam clientum beneficiariorum fide, quæ feudum appellatur iure Longobardico, ſed ius muneris militaris more Romano, vt is eſſet Dux Burgundiæ, qui eius limiti præeſſet, Francorum Regi, fide, & Sacramento obligatus. Porrò Carolus hoc loco intelligendus eſt re, & nomine Magnus, de cuius ſanctitate Henricus Caniſius tomo 6. Antiquar. Lection. Azor p. 1. l. 5. c. 6. Baron. 814. Chriſtianiſſimus dictus in Synodo Moguntina, & defenſor ſanctæ Dei Eccleſiæ piiſſimus in Remenſi, Orthodoxus ab Arelatenſi 3. nouus Chriſtianiſſimus Dei Conſtantinus ab Adriano Papâ epiſt. 49. At noſter Betto, fortè is eſt qui dicitur miſſus Caroli Magni epiſt. 99. apud Gretherum.

Carolus Magnus.

35. *Albericus*, vir dignus Epiſcopatu, vt eſt in Chronico Bezuenſi. Nominatur in Chartulario Stephanienſi anno 8. Ludouici Imperatoris 822. & ſubſcripſit donationi factæ Monaſterio Bezuenſi cum Agobardo Archiepiſcopo Lugdunenſi eiuſdem Ludouici anno 14. 830. Calend. Decembris Indict. 8. Fecitque Herlobertum Abbatem Benignianum 15. ſub ſe Corepiſcopum, vt eſt in Chronico illius Monaſterij. De Corepiſcopis autem, hiſque ſublatis vide C. Quamuis, & C. Chorepiſcopi, diſtinct. 63. Ioannem Molanum de Canonicis lib. 2. cap. 32. Conradum Brunum de Cærimoniis lib. 1. cap. 3. Iſidorum lib. 2. cap. 6. de Eccleſiaſticis officiis, fragmentum de Miniſtris Eccleſiæ Remenſis, additum Flodoardo; & apud ipſum Flodoardum lib. 3. cap. 22. Chorepiſcopus dicitur Epiſcopus Vicarius, vbi legi poteſt Vicaneus: ſic Agobardus Chorepiſcopus, deinde ſucceſſor Leidradi in ſede Lugdunenſi, apud Adonem, & Rigobaldus Remorum Chorepiſcopus cum Hincmaro Remenſi Archiepiſcopo in Concilio Sueſſionenſi 853.

Chorepiſcopus.

36. *Theobaldus*, ſeu Theutboldus. Intereſt Synodo Cariſiacæ 848. & nominatur in Chartulario Stephanienſi menſe Martio regnante Domino Carolo Rege anno 9. qui annus 9. Caroli Calui incidit in A. C. 849. Hunc intelligi credo à Lupo Ferrarienſi epiſt. 81. vbi de Amulo Lugdunenſi, & Godeſaldo Cabilonenſi agit ſub Carolo 8. Intereſt Synodo Vermeriæ 853. quæ nunc eſt Verberia ad Æſiam fluuium, ſeu, vt dicitur, Iſaram in Picardia.

Vermeria.

37. *Iſaac*, cognomento Bonus, vel Pius, mirandæ ſanctitatis, refulgens gratiâ, & ſequacibus ſuis factus forma, vt eſt in Necrologio, ſeu Obituario Benigniano. Memoratur à Lupo Ferrarienſi epiſt. 81. ad Amulum Archiepiſcopum Lugdunenſem 53. cum Godeſcalco Cabilonenſi 20. & in Capitularibus Caroli Calui tit. 25. num. 5. deque eius ordinatione Hincmarus Archiepiſcopus 21. Remenſis alloquens Remigium Archiepiſcopum 54. Lugdunenſem, & Hilduinum Abbatem Dionyſianum 18. Ipſius Iſaac præceptorem, apud Flodoard. lib. 3. c. 21. & 24. Monaſterium Benignianum à Paganis vaſtatum inſtaurauit iuuante Carolo Caluo R. F.

& poſteà Imperatore, à quo Principe ius cudendæ monetæ Lingonenſibus, & Diuionenſibus obtinuit anno ſalutis 874. diplomate ſcripto in Palatio Pontiliaco. [Pontiliacum Pontaillé.] At longè anteà interfuerat Synodo Cariſiacæ 848. vt Archidiaconus Parduli Laudunenſis Epiſcopi apud Hincmarum contra Godeſcalcum, vt me monuit Sirmundus. Sed iam Epiſcopus adeſt Tullenſi ad Saponarias 859. 15. Calend. Iulij, cui Synodo Remigius Lugdunenſis Archiepiſcopus exhibuit quædam Capitula, in Synodo ſuburbana Lingonenſi ventilata: qua de re Baronius eodem anno 859. num. 17. vbi actum eſſe ait de Auſcario Subdiacono, qui viuo Iſaac Eccleſiam Lingonum peruaſerat. Adfuit quoque Synodo Sueſſionenſi 866. Indict. 14. 15. Calend. Septembris Pontigonenſi 876. Trecenſi 878. cui rei declarandæ congruit epiſtola Ioannis Papæ 8. Indict. 11. hoc eſt eodem anno ſic exarata:

Reuerendiſſimo Iſaac, venerabili Epiſcopo Lingonenſi. Quod ſanctitati tuæ notum eſſe non ambigimus, pro ſanctarum Eccleſiarum ſtatu, ad Galliarum partes deuenimus: Quapropter Domino auxiliante, apud Trecas Synodum ſumus celebraturi, ad quam ſanctitatem tuam volumus omninò adeſſe, prius tamen venerabilitas tua miſſos Cauilonem [Châlon.] *dirigere ſtudeat, qui iter noſtrum recto tramite ad prædictum dirigant locum, & per Parrochiam veſtram nobis congruas manſionaticas præparare, id eſt, in villa Marmania, & in pago Albenſi* Et epiſt. 98. Nonis Iulijs inuitat ad Synodum Lingonenſem, vbi legendũ puto Trecenſem. Præfecit verò Iſaac Bertilonem Abbatem 20. Benignianis, concedens illis priuilegium eligendi ſibi Abbatem iuxta Regulam Benedictinorum. Vbi interim notabis Monachos Epiſcopis ſubiectos eſſe iure communi, quorum tamen nonnulli exemptionis priuilegia poſteà obtinuerũt. Qua de re Azor lib. 12. cap. 19. Buſæus in Notis, ad epiſtolam 68. & 92. Petri Bleſenſis, Arnolphus Lexouienſis epiſt. 69. Lorinus in Actus Apoſtol. cap. 4. verſ. 32. [S Benedicti Ordo.] Obſeruabis quoque Benedictinorum Ordinem, quorum hîc fit mentio, cœpiſſe in monte Caſſino A.C. 529. [S. Verle.] Tranſtulit etiam corpus ſancti Veroli Confeſſoris Caſtellionem ad Sequanam è villa *Marcennay*, vbi ſtirpe nobili ortus obierat 17. Iunij Guntranno Rege, vt habet Legendarium in quo dicitur Iſaac fuiſſe diuinis rebus inſtantiſſimè intentus, & omnia loca ſacra ſuæ diœceſis ditaſſe, & ornaſſe bonorum

A temporalium largitione, & morum perfectorum traditione, præcipueq; ædem Benignianam, & cathedralem, & tandem obiiſſe Cathalauni, Remiſque ſepultum, ſed inde reportatum in baſilicam Benignianam ſtudio Algrini ſucceſſoris vt notant eiuſdem Monaſterij monimenta, vbi eius depoſitio celebratur 15. Calend. Auguſti die obitus, poſt ſedem annorum 25. licet in Eccleſia cathedrali eius anniuerſarium agatur 7. Calend. eiuſdem menſis. Præterea Iſaac collegit Canonum librum, cui fecit nomen *Capitulare*, & reperitur M. S. in quibuſdam bibliothecis, vnde hæc

B Præfatio deſumpta:

Cùm opportunitas Eccleſiaſtica exegerit, vt contra delinquentes, & errantes, ſententia Paſtoralis proferatur, frequenter euenit, vt remedia, quæ ſummo charitatis, & pietatis ardore à patribus anxiè præparantur à filijs ægrotantibus ad ſuam perniciem reſpuantur: & quia nec affectum medentium, nec ſummum, vt expedit, damnationis periculum perpendunt, oblata quaque faſtidiunt, & velut inefficacia, quia ſunt domeſtica medicamenta contemnunt. Idcircò ego Iſaac indignus Lingonenſis Epiſcopus, propter quorundam minus adquieſcentium deſidiam, &

C *querelam contra Paſtoralem ſolicitudinem, atque improborum inſolentiam, qui omnia, quæ ad emendationem, vel ad ſuam cautelam dicuntur, à nobis facta, & excogitata, & inuenta garriunt, vtile duximus quædam ſaluberrimarum Capitula ſanctionum, quæ ſanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Legatus Bonifacius venerabilis Moguntiacenſis Archiepiſcopus, vice Zachariæ Papæ vnà cum orthodoxo Carolo Magno Francorum Principe* [Is eſt Carolus Martellus Fr. Princeps.] *in duobus Epiſcoporum Concilijs, ad honorem & profectum Eccleſiæ Dei conſcripſit, quæque etiam idem Papa Zacharias ſub anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo, quadra-*

D *geſimo ſecundo, auctoritate Apoſtolica confirmauit; & omnibus Eccleſiæ Dei fidelibus irrefragabiliter obſeruanda conſtituit, reuoluere, & ad meam, meorumque vtilitatem quædam ex his, quæ in quæſtionem ſæpiùs veniunt, colligere, & in vnum corpuſculum adgregare, quatenus ſi noſtra calumniauerint, vel ſiniſtrâ interpretatione labefactare attentauerint, Apoſtolicâ pariter, ac Regali auctoritate compreſſi, de cætero conticeſcant, & ſalutiferis curationibus, vel inuiti, cum cauſa exegerit, adquieſcant.*

38. *Gelo*, vel Gerlo inter præcipuos egregius in Chron. Benigniano. Tranſtulit circa annos 883. in Atornenſe Monaſterium ad fontem Bezuæ corpus ſancti Prudentij Martyris, cuius feſtum ibi celebratur

celebratur 6. die Octobris, & corpus S. Philiberti Tornuſium, vbi egerat Abbatem. Obtinuit quoque confirmationem iuris cudendæ monetæ apud Lingonenſes, & Diuionenſes à Carolo Craſſo A. C. 887. 18. Cal. Februarias, vt eſt in eodem Chronico, eodemque anno interfuit Synodo Cabilonenſi apud ſanctum Marcellum 15. Calend. Iunij, in qua confirmantur Stephanienſibus Canonicis, quæ poſſidebant in pago Diuionenſi, & Oſcarenſi. Coronauit etiam Guidonem Ducem Spoletinum in Regem Franciæ, qui tamen ſtatim locum ceſſit Odoni, quique Guido coronatus fuit Imperator Romæ apud ſanctum Petrum 9. Calend. Martij 892. à Formoſo Papa, apud Baronium: qua de re Flodoardus lib. 4. cap. 1. Nominatur etiã in Stephanienſi Chartulario anno 4. Carolomanni die Lunæ 8. Idus Iulias 884. vbi Præſtariam quandam confirmat, quam à præcaria diuerſam eſſe non puto. Obiit 4. Calend. Iulias in Calendario Benigniano. At non hîc omittendum diploma Caroli Craſſi, quod à Theodecte *F..tourot* Præcentore, & Officiali Lingonenſi accepimus, quodque poſtea in Chartulario Stephanienſi reperimus:

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Carolus diuinâ fauente clementiâ Imperator Auguſtus: Si venerabilium Præſulum iuſtis, & rationalibus efflagitationibus aurem noſtræ manſuetudinis accommodauerimus, & eas ad effectum perpetuæ ſtabilitatis perducere ſatagerimus, non ſolùm in hoc noſtram Imperialem exercemus conſuetudinem, verùm etiam hoc ipſum ad præſentis vitæ curſum cum felicitate tranſigendum, & ad futuram quantocyus beatitudinem capeſcendam nobis profuturum eſſe non dubitamus. Idcircò notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quòd Geilo ſanctæ Lingonenſis Eccleſiæ Reuerendus Antiſtes noſtram adiens ſublimitatem, celſitudini noſtræ innotuit, qualiter Lingonenſem ciuitatem, ſibi videlicet à Deo commiſſam, ob nimiam perſecutionem, ſiue infeſtationem Paganorum, & refugium, ſiue ſaluationem Chriſtianorum, & ſanctæ Dei Eccleſiæ defenſionem prope iam readificatam, ſine alicuius Comitis, vel Iudicis inuamine, atque conſtructam haberet, & vt ad perfectionem illam perducere poſſet, modis omnibus ſatageret. Huius rei cauſa ſerenitatem noſtram cum quantis precibus potuit humiliter deprecatus eſt, quatenus ob nimias Comitum, ſeu Iudicum inquietudines, pro omnipotentis Dei amore, & noſtrorum peccaminum relaxatione

Innoteſco actiuè.

A *ipſum ciuitatis murum, & quindecim pedes deintus, & ſexaginta deforis, ſiue omnia, ex fiſco noſtro infra eamdem ciuitatem ad cauſam Comitis pertinentia, ſeu etiam omne illud ex iure fiſci noſtri, quod in Campo-bello iuxta præfatam ciuitatem conſiſtit, eidem Lingonenſi Eccleſiæ, ſuorúmque Rectorum Ordinationi per auctoritatis noſtræ præceptum perdonare dignaremur. Obtulit præterea celſitudinis noſtræ obtutibus auctoritatem præcepti piæ recordationis auunculi noſtri Caroli Imperatoris, qualiter ipſe ob deprecationem Iſaac venerabilis Epiſcopi eiuſdem Lingonenſis Eccleſiæ, & in eadem Lingonis ciuitate,* B *& in Diuione caſtro monetas fieri conceſſit, ea tamen ratione, quòd abſque alicuius Comitis, vel Iudicis inquietudine, ad ius, ſiue ordinationem iam ſæpè memoratæ Eccleſiæ Rectorum pertinere perpetuò debeant. Statuit denique vt de mercatis Annalibus in ſupradictis locis medietas, & de hebdomadibus integritas ſumma, partibus eiuſdem Lingonenſis, atq; Diuionenſis Eccleſiæ cederet, quin etiam; vt futuris tẽporibus firmiora ſint, & certiora credantur, noſtra auctoritate corroborari deprecatus eſt. Cuius nos laudabilibus petitionibus aurem noſtræ celſitudinis accommodantes, hoc auctoritatis noſtræ præceptum fieri iuſſimus, per* C *quod ſtatuentes decernimus, & decernendo confirmamus, quatinus omnia, ex iure fiſci noſtri ad cauſam Comitis pertinentia, infra eamdem Lingonis ciuitatem, & extra, loco qui Campus-bellus dicitur, & ipſum ciuitatis murum, & quindecim pedes deintus, & ſexaginta deforis, veluti ſuprà inſertum eſt: & quemadmodum iam præfatus Geilo Epiſcopus petiit, ita per hanc noſtram Imperialem auctoritatem ipſa Lingonenſis Eccleſia, & ipſe, ſuique ſucceſſores legitimè ordinati, perpetuò in Dei nomine quietè obtineant. De mercatis verò, & monetis, ſicuti diuæ memoriæ ſuprà ſcriptus Carolus Imperator auunculus noſter ſua auctoritate ſtatuit, conſtituit, & confir-* D *mauit, ita, & nos eius reintegrantes, & renouantes auctoritatem per hoc noſtrum Imperiale præceptum, ſtatuimus, ſtabilimus, atque æternaliter confirmamus. Et vt noſtra Imperialis permiſſio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propriâ ſubterfirmauimus, & noſtri impreſſione annuli ſimiliter iuſſimus ſigillari. Datum 18. Calend. Februarias anno incarnati Domini noſtri Ieſu Chriſti octingenteſimo octogeſimo ſeptimo. Signum Caroli glorioſiſſimi, & ſereniſſimi Auguſti,*



Amalbertus Cancellarius recognoui, & ſubſcripſi, ad vicem Luituuardi Archicancella-

Patruum, intelligit Carolum Caluum.

Fiſcus Lingonum datur Epiſcopo.

Eo anno 4. Idus Nouembr. à proceribus Imperij coactus abdicauit. Onuphr.

rij. Fuit verò Luitvvardus, vel Luitbertus Moguntinus 48. Archiepiſcopus. Sed non abs re fuerit quædam ad hunc antiquitatis venerandæ titulum appendere. Et primò, an inſtrumentis publicis apponi debeant neceſſariò nomen Domini, Papæ, Imperatoris, & Regis, annus, menſis, dies, indictio, locus; tempus, conſulendi ſunt; Baldus in l. 1. C. *de Iuris, & facti ignorantiâ*, Bartolus in l. Diuus, ff. *de Teſtam. Milit.* Abbas, & Felinus in c. 1. *De Fide inſtrumentorum*, vbi & de ſigillo authentico, & in c. 2. eodem, cum Innocentio, & Ancharano. Formam verò ſubſignationis, ſeu ſubſcriptionis Imperatorum habes à temporibus Caroli Magni ad Federicum, apud Onuphrium lib. 3. de Imperatoribus, quorum apud Græcos ſubſcriptio encauſti ardore muriceo fulgebat, apud Nicephor. Gregoram, Conſtant. Manaſſem, Nicetam Choniatem, Briſſonium l. 3. formular. At eadem exordij formula, aut ſimilis videri poteſt apud Aymoinum lib. 2. cap. 20. lib. 5. c. 7. & 10. & infrà, cùm de Monaſterio S. Sequani agetur. Vnde patet, quàm proficuum ſibi, & poſteris iudicauerint Reges, ſi Dei ſeruis poſtulata concederent. Et Deo offerri dicitur, quod Sacerdotibus datur, Origenes homiliâ 11. in Numeros: Nam qui bonâ fide colit Deos, amat & Sacerdotes, Papinius Præfat. l. 5. Siluarum, & in diuinis rebus ſumptus, ſapienti lucro eſt, Plaut. Milite act. 3. ſcenâ 1. Hinc Sidonius Conſentium Narbonenſem alloquẽs: Quidquid, inquit, Eccleſiis ſpargis, tibi colligis. Et profectò nihil tàm obſequentes Principi reddit ſubditos, quàm illius in Deum pietas, Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 96. Deinde rectè colligis hæc Eccleſiis oblata, eſſe meritoria ad vtrãq; beatitudinem, quæ in numis depingitur apud Antonium Auguſtinum Dialogo 2. vt matrona Caducæum dextrâ, Cornucopiam ſiniſtrâ, geſtans, illo cæleſtia, hoc terrena bona ſignificans, vt is demùm ſit felix qui bona vtraque poſſideat. Conſequimur enim gloriam, etiam noſtris meritis, ex gratia Dei, qui nobis gratis donauit, vt noſtra opera merita eſſent gloriæ, qui ea coronat, vt ſua dona. Vide Concilium Tridentinum ſeſſione 6. c. 16. Inde merces dicitur reddi in cælis, cùm datur præmium, quaſi ex debito meritis, vt ſolet operariis, cuius rei tàm multa in ſacris libris ſit mentio, vt mirum ſit quoſdam, ita ineptè ſtultos, & ſtupidè hebetes inter

Encauſtũ.

Lupus Ferrarienſis epiſt. 12.

Bona opera diuinæ gratiæ innixa eſſe meritoria vitæ æternæ.

A homines reperiri, qui contrarium aſſerant. Tertiò, notabis hîc preces iuſtas ſubditorum à Principibus admittendas, & ad bonos Principes facilem aditum; nec ad eos Peruentoribus opus. Quâ de re in Æduenſibus n. 30. quibus adde ex Pacato in Theodoſij Panegyrico, Non magis licere hunc diem, atque ſolem, quàm Imperatorem videre. Sic præclarè Titus, apud Suetonium cap. 8. Non oportere quemquam à Principe triſtem diſcedere, quò alludit Paſtor Virgilianus Eglogâ 1.

Hîc mihi reſponſum primus dedit ille petenti.

B Vnde obſeruat rectè Lorinus, nonnullos in Pſalmo 19. legere: Domine, ſalua Regem, vt exaudiat nos quoties inuocauerimus eum, ideoque pro Regis orari ſalute, quia neceſſaria ſit vtilitati publicæ, in ſubditis faciles, & benignas aures præbeat. Ita laudatur Marcus Imperator ab Herodiano, quòd nemo à cuſtodibus prohiberetur aditu, qui aliàs, vt ait Iſocrates, paucis pateat aulicis, omnia ad gratiam dicentibus, & facientibus: quem imitatus Alexander apud Lampridium ſalutabatur quaſi vnus de Senatoribus, patente velo, admiſſiona-

C libus remotis, qui à populo etiam amiciſſimum Principem ſemouent, aliud ſæpè quàm reſpondetur, internuntij referentes, claudentes Principem ſuum; & agentes ante omnia ne quid ſciat. Sic Plinius fert laudibus admiſſionum facilitatem in Trajano; & ante alios Auguſtus commendatur quòd promiſcuis ſalutationibus admitteret plebem, tantâ comitate adeuntiũ deſideria excipiens, vt ioco quemdam corripuerit, ſic ſibi libellum porrigere dubitanter, quaſi elephanto ſtipem, Sueton. cap. 53. Iamque olim hiſce blanditiarum artibus

D præmaturè regnum ambiens Abſalom 2. Regum 15. Quis me, inquit, Regem conſtituat ſuper terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iuſtè iudicem? Certè munus eſt videre Principem, Caſſiodor. epiſt. 13. lib. 10. hoc multò præſtantius adeſſe conſpectibus Regis, cùm quilibet non admittatur ad ſalutandum Principem. Gloſſa in l. 1. C. De Veteranis, & Ioan. de Platea l. 1. C. De Silentiar. & l. 1. C. De Domeſticis lib. 12. Poſtremò, quod & primò dici debebat, vides hîc, vt ſemper apud Orthodoxos S. Trinitatem dici indiuiduam, quod intellige ſecundùm communem eſſentiam, at diſcretam eſſe ſecundùm perſonales proprietates, ait

Eadem Cicero de Pompeio pro lege Manilia.

Innocentius

Innocentius 3. in Concilio Lateranenſi C. 1. de ſummâ Trinitate, quod explicatur eruditiſſimè à D. Thoma Opuſculo 23. Quo Trinitatis nomine vtitur Tertullianus contra Praxeam, vt S. Iuſtinus nomine Triados in expoſitione rectæ fidei poſt ſanctum Dionyſium c. 1. De diuinis nominibus.

39. *Theutboldus*, vel Theobaldus 2. De quo in epiſtola Fulconis Archiepiſcopi 32. Remenſis apud Flodoardum lib. 4. cap. 1. & 6. quam refert Baronius 885. num. 21. Quo tempore in Chronico Benigniano memoratur cum Maldegaudo Vice-comite in Mallo publico Lingonis. Eiuſdem quoque Theobaldi recenſentur Legati in Chartulario Flauiniacenſi cum Vallone 42. Æduenſi, & Aldrado 27. Cabilonenſi, Geraldo 26. Matiſconenſi, & Aureliano totius Galliæ Primate 894. Indict. 12. Calend. Maij.

40. *Algrinus*, vel Agrinus. Subſcripſit inſtrumento pro Stephanienſibus 910. de molendinis ſuper Oſcaram, & in altero cum Anſerico 57. Lugdunenſi, Valone Æduenſi, Aldrado Cabilonenſi 912. Quo tempore deportatum fuit Lingonas, metu Barbarorum corpus ſancti Benigni Lanterio 19. Abbate, eaque fortè eſt tranſlatio, quæ notatur 26. Aprilis in Breuiario Lingonenſi. Tranſlatæ quoque fuerunt eodem ſedente circa ann. 901. Sueſſione Diuionem S. Medardi Reliquiæ ab Iſmaro Comite, & Lampadia, vel Lamberga eius vxore: qua de re infrà in Abbate 20. Stephanienſi. Obiit autem Agrinus profeſſus Monachum, ex Epiſcopo in Monaſterio Benigniano. vbi depoſitio eius agitur 8. Calend. Februarias, & eius anniuerſarium apud Stephanienſes 8. Calend. Auguſti, & in cathedrali 9. Calend. Iunij, cuius, & plurium aliorum exemplo patet, Monaſteria eſſe portus, & aſyla ſæculi ad tranquillitatem animi, & ſecuritatem adſpirantibus: ſic Petrus Bleſenſis epiſt. 35. & Iuo epiſt. 99. aiunt Monachos in portu nauigare, & S. Bernardus Claram-vallem appellat portum ſalutis epiſt. 67. Legendus Lupus Ferrarienſis epiſt. 29. Epiſcopum tamen vouere non poſſe ingreſſum Religionis ſine conſenſu Papæ docet Azor c. 16. lib. 11. Petrus Damianus l. 1. epiſt. 9.

Reliquiæ S. Medardi Sueſſione Diuionem tralatæ.

Monaſteria portus vitæ tranquillæ.

41. *Garnerius*, vel Varnerius, ordinationis ſuæ anno primo, Incarnationis 912. Indict. 15. in gremio Matris Eccleſiæ apud Lingones dedit Eccleſiam S.

De Eccleſiarum parochialium erectione & vnione

A Vincentij intra muros Diuionenſes in Refugium Monachorum ſancti Benigni Codorado Abbate 23. eodemque anno habita eſt ab eo Synodus in Eccleſia Stephanienſi Diuione menſe Octobri, in qua actum eſt de non diuidendis Parrochialibus Eccleſiis propter nouas Capellas, præſente Ratherico Archidiacono, eiuſdémque Eccleſiæ Præpoſito, & Manaſſe Comite, qui fortè is eſt, quem Burgundiæ Comitem, & Dominum caſtri Vergeij Golutus lib. 3. c. 20. ſepultum eſſe ait in Prioratu S. Viuentij Ordinis Cluniacēſis in diœceſi Æduenſi, cuius Prioratus fuerat conditor circa
B ann. 924. in quo debent eſſe 28. Religioſi, de quo S. Viuentio Breuiarium Cluniacenſe 14. Ianuarij fit mentio etiam Garnerij in relatione corporis S. Prudentij Diuione Beſuam 921. Carolo Rege Francorum, qui dum viueret Simplex dictus eſt ob animi benignitatem, at nunc ſanctus vocari poteſt, ait Chronicon Benignianum, vbi etiam depoſitio Varnerij notatur 14. Calend. Auguſti.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. c. 4. & 5

Manaſſes de Vergy.

Carolus Simplex.

42. *Goſcelinus*, vel Gotſelmus anno primo Roberti Regis, qui Robertus frater Odonis R. F. A. C. 921. 4. Iulij.
C vnctus fuit ab Heriueo Archiepiſcopo 32. Remenſi, occiſus poſteà in pugna Sueſſionenſi 922. & ad ſanctum Dionyſium ſepultus, Flodoardus lib. 4. c. 17. Sigebertus 920. Baron. 922. Aymoinus lib. 5. cap. 42. Vrſpergenſis, Æmilius lib. 3. & Onuphrius in genealogia Regum Franciæ. At Goſcelini depoſitio celebratur Idib. Maij in Benigniano Cœnobio, qui impetrauerat confirmationem aliquarum rerum à Rodulpho Rege, Manaſſis Comitis auxilio 925. ſcripto diplomate in Archiaco villa ſuper Ararim ann. 4. regni, Indict. 13. in quo
D fit menſio Iſaac miræ ſanctitatis Epiſcopi, Argrini, & Varnerij.

Robertus primus rex

43. *Lotharicus*, vel Lothericus. Hoc Præſule, & tribus ſequentibus effluxerunt ann. 40. & ampliùs, vt eſt in Chronico Benigniano.

44. *Hayricus*, vel Hairicus, vel Hericus in Inſtrumento Stephanienſi anno 11. Rodulphi R. F. C. 935. qui Rodulphus cum Richardo patre Duce Burgundiæ (qui & aliquando Rex dicitur) Senonis iacet 937. in Eccleſia ſanctæ Columbæ.

45. *Anchardus*, vel Anchoraldus in Chartulario Stephanienſi 13. Calend. Iunias Lothario Rege circa ann. 956. & in Flauiniacenſi almæ Eccleſiæ Lin-

gonenſis Paſtor eximius.

46. *Vindricus*, vel Vitricus, ſedit Lothario Rege circa 957. celebraturque eius anniuerſarium 14. Calend. Septembris.

Glaber l. 3. c. 2. 47. *Bruno*, filius Hugonis Burgundiæ Comitis, ex Albrada Ludouici Vltramarini, & Gerbergæ Saxonæ filia, frater Hermentrudis vxoris Othonis-Guilelmi Burgundiæ Ducis, & Comitis, auunculus Raynaldi Burgundiæ Comitis, & Brunonis Archidiaconi Lingonenſis, & Lotharij Regis, nepos ex ſorore Arnulphi Archiepiſcopi 39. Remenſis, filij naturalis eiuſdem Vltramarini. Ordinatur ex Clerico Remenſi à Burchardo Conradi Imperatoris filio Archiepiſcopo 62. Lugdunenſi, in Eccleſia ſancti Stephani Diuionenſis 981. Indict. 9. ætatis 24. vndecimus ab Iſaac, triceſimus à ſancto Gregorio, vt eſt in Chronico Benigniano, vbi dicitur in eleëmoſynis largus, in vigiliis ſedulus, in orationibus deuotus, in charitate perfectus, in humanitate profuſus, in ſermone paratus, in cõuerſatione ſanctiſſimus, irreuerentibus terribilis, aſpectu iucundus, ſeueritate reuerendus, inceſſu venerandus, cenſuram auctoritatis benignâ manſuetudine humilitatis temperans, non perſonæ potentiam, ſed morum elegantiam attendens in ſingulis, tantò vnumquemque eminentiùs honorans, quantò ſanctiùs viuere didiciſſet, Clericorum, & Monachorum, Sanctimonialiumque, viduarum, & pupillorum protector, atque inter pauperes, & diuites ita medius, vt pauperes illum quaſi patrem agnoſcerent, diuites quaſi ſuperiorem timerent. At de huiuſmodi virtutibus in Prælato infrà nu. 86. & in Guilelmo 43. Abbate Benigniano, vide Petrum Bleſenſem epiſt. 27. & in tractatu de Inſtitutione Epiſcopi. Dedit autem Bruno S. Stephano Eccleſiam de Mirabello, quod eſt caſtrum titulo Marchionatuſ nunc inſigne, & inſtituit Collegium Clericorum S. Veroli Caſtellione. Interfuit pſeudoſynodo Remenſi 991. 15. Cal. Iulias in Eccleſia S. Bazoli. Subſcripſit etiam cũ Valtherio Æduenſi, & Fulcone Sueſſionenſi Epiſcopis anno 15. Regis Roberti diplomati de Confirmatione rerum Monaſterij Flauiniacenſis in diœceſi Æduenſi. Reparauit prętereà Eccleſiam S. Benigni cum Monaſterio, hortante Guilelmo Abbate 43. auxilio, & ope Othonis-Guilelmi, poſteà illic ſepulti 11. Calend. Octobris 1027. hoc Epitaphio:

(Margin: Bruno memoratur apud Glabrum l. 5. cap. 2. — Mirebeau.)

A *Nobiliter natus Guilelmus & Otho vocatus.*

Pauſat in hac foſſa, cuius lapis hic tegit oſſa, Pauſa.
Qui Ducis & Comitis gemino ditatus honore,
Artifices ſcelerum pacis reprimebat amore.

De cuius gente Golutus lib. 3. cap. 2. Commentariorum Sequanicorum, Papirius Maſſo lib. 3. Annal. Franciæ, Alphonſus Delbenius lib. 3. Burgundiæ Tranſiuranæ, Andreas Quercetanus hiſt. Burgundiæ, & Chronicon Benignianum, vocans eum S. Benigni Aduocatum, *Auoüé*, id eſt defenſorem. Notabis autem per tranſennam, pauſare hic
B ſignificare quieſcere: ſic in Miſſa Moſarabica fit commemoratio Pauſantium, quo verbo vſus Plautus in milite, Lucretius l. 2. Sulpitia Satyra De temporibus Domitiani, Nonius Marcellus. Vnde Repauſatio perpetua, Rufino lib. 3. in vitis Patrum, & Repauſatio delectabilis, Eucherio Lugdunenſi, & memoriâ & oblatione Pauſantium indignus Caſſia coll. 2. Pauſat quoque noſter Bruno in naui ſuæ cathedralis, cuius tumulo baculus Paſtoralis inciſus cernitur hoc Epitaphio, *Bruno Epiſcopus*, Sic:

C *Breue in exiguo marmore nomen erit.* At, Propert. l. 2. Eleg. 1.
Illum aget penna metuente ſolui fama ſuperſtes. Horat. l. 2. Ode 2.

Eiuſque depoſitio ibi celebratur 3. Calend. Septembris, cùm tamen deſtinaſſet ſepeliri in Monaſterio Benigniano, quod, vt dictum eſt, inſtaurauerat. Qua de re meminit etiam auctor vitæ S. Berecarij lib. 2. apud Nicolaum Camuzatum in Antiquitatibus Tricaſſinis.

48. *Lambertus*, patriâ Lingonicus, nobili familiâ ortus, ſapientiâ, & virtutibus admodũ ornatus, Lingonicæ vrbis Præpoſitus, poſteà diſponẽte diuinâ gratiâ, Pontificali honore in ipſa ſede ſublima-
D tus, ingenti doloris, & tumoris malo in manu, precibus S. Stephani ſanatus eſt, vt habet M. S. C. Veſuntionenſis apud Chifflet. in S. Pallad. 23. Archiepiſcopo, vbi inter amicos Eccleſiæ Veſuntionenſis defunctos recenſetur: ſic ſcientiâ, religione, & bonitate pollens dicitur apud Baronium 1004. ex Helgaudo Floriacenſi in vita Roberti Regis, qui Lamberto ipſi mole carnis grauato ſuppedaneum miniſtrauit in conſeſſu Epiſcoporum, cuius pietatem imitatus, non vltimus inter tot, & tantos nepotes Henricus 4. Reuerendum Patrem Capucinorum Generalem ſenio, laboreque fractum, vix de adgeniculatione ſurgere valentem prehenſando, adiuuandoque erexit.

erexit. Sic Alexander Magnus militem præ ſenectute & frigore ſtupefactum in ſedem erexit ipſe è ſede deſcendens. At de honore exhibito à Regibus in Synodo, vide Leonem Caſtrium in caput 49. Iſaiæ. Sic Siſerandus Hiſpaniæ Rex in Concilium Toletanum ingrediens coram Sacerdotibus Dei humi proſternitur: nam vt ait Baſilius Imperator in Synodo 8. Deo procidunt, quia venerandis Eccleſiæ Patribus procidunt, ita Boleſlaus Poloniæ Rex, vt Chromerus refert lib. 3. coram Sacerdote nunquam ſedere voluit, & de Conſtantino Gelaſius Cyzicenus lib. 2. cap. 6. Actorum Concilij Niceni: Tanta, ait religio, & reuerentia occupauit Imperatorem, vt priùs ſedere noluerit, quàm Epiſcopi iuſſiſſent, quem ideo nouiſſimâ ſedem occupaſſe notat Ioannes Sariſberienſis lib. 3. Polycratici c. 4. Nec dubitauit S. Athanaſius Conſtantium appellare Antichriſtum, quòd Sacerdotum Concilio præſidere auſus fuiſſet, in epiſt. ad Solitarios. Ceſſit verò Lambertus ipſi Roberto ius omne quod habebat in vrbe Diuionenſi, vt ea fieret primaria Burgundiæ Ducatus, quem Rex filio ſuo Henrico dabat, vt eſt in Chartulario Stephanienſi. Vnde nonnulli rectè obſeruarunt Ducem Burgundiæ, aliquando vocari Ducem Diuionis. Poſſe autem Principem concedere, vt aliqua vrbs fiat metropolis, vel matrix aliarum, in ciuilibus tantùm negotiis, non item in Eccleſiaſticis docet Azor p. 2. l. 10. c. 8. Nominatur item Lambertus in Inſtrum. Benigniano Diuione ſcripto, Balduino Apocriſario recognoſcente an. 28. Roberti Regis C. 1015. Indict. 13. 8. Cal. Febr. Epacta 17. & in Chartul. Flauiniacenſi anno 30. Roberti, & in alio 1017. Indict. 15. cum Vernerio Præfecto Stephanienſi, cui dedit Eccleſiam Thilicaſtrenſem. Dedicauit etiam S. Michaëlis Eccleſiam extra muros Diuionenſes ab ipſo Varnerio extructam. Qua de re infrà num. 51. Obiit 1030. 10. Calend. Septembris, quo tempore Humbertus Clericus Lingonenſis, poſteà Pariſienſis 61. Epiſcopus dedit ſancto Benigno Abbatiam (nunc Prioratum) S. Amatoris, cuius feſtum celebratur Calend. Maij, & Aymo Comes dedit eidem S. Benigno Abbatiam Saxonis-fontis ante caſtrum ſuum, vt ibi Monaſticus Ordo reponeretur, in Chronico Benigniano, vbi Letgardis ſoror noſtri Lamberti memoratur. Quo etiam tempore 1030. Robertus Burgundiæ Dux Ermengarde vxore, Henrico, & Hugone filiis præſentibus, Eccleſiæ B. Mariæ de Sinemuro fundationem confirmat, qui in Eccleſia ſepelitur ipſe Robertus, quod in Æduenſibus n. 48. notari debuit.

Diuio Burgundiæ caput.

Semur en l'Auxois. 1075.

49. *Richardus.* Ordinatus tempore Roberti Regis, & Roberti Ducis Burgundiæ. Sedit menſes 5.

50. *Hugo*, ex Clerico Carnotenſi, & alumno Cluniacenſi aſſumitur ad hanc ſedem 1031. Roberto Rege, deduciturq; Lingonas ab Henrico Rege adhuc iuuene. Nominatur in Inſtrumento quo ſubijcit Abbatiæ S. Stephani tunc ſæculari Eccleſiam Thilicaſtrenſem Varnerio eius Præpoſito Indict. 1. feriâ 5. die S. Ioannis Baptiſtæ menſe Iunio, Epacta 17. Henrici Regis an. 7. Incarnationis Dominicæ 1033. de Abbatibus verò ſæcularibus Ioannes Molanus l. 2. c. 5. de Canonicis, Azor p. 2. l. 3. cap. 19. Miræus c. 122. de Collegiis Canonicorum. Nominatur 1042. anno 5. Epiſcopatus regnante eodem Henrico anno 10. in diplomate Roberti Burgũdię Ducis apud idem caſtrum Diuionem in feſtiuitate S. Mauricij. Memoratur etiam in diplomate pro Flauiniacenſibus in Burgundia Monachis, cum Hugone Autiſſiodorenſi, 1037. Henrici Regis 12. Reginaldo Comite filio Guilelmi, & alterius Guilelmi patre, ac Iudith Comitiſſa. Subſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi 48. Veſuntionẽſis 1044. Indict. 12. 8. Calend. Aprilis die Annuntiationis, & in Charta pro Benignianis, cum Reginaldo Comite 1046. Indict. 14. Hugo autem poſt 18. ſedis annum à Lingonenſibus pulſus 1048. adiit iudicium Leonis Papæ in Concilio Remenſi, apud Baronium, & Hildebertum in vita ſancti Hugonis, & in Chronico Autiſſiodorenſi, & Benigniano, vbi depoſitus fuit, ſed tandem abſolutus Romæ. Vnde rediens Virduni in Monaſterio ſancti Vitonis Monachum profeſſus, Valerano fratre ſuo Abbate, ex hac vita in meliorem migrauit, vt eſt in Chartulario Stephanienſi, & apud Andream Quercetanum in vita Leonis 9. & Richardum Vaſburgium l. 4. Antiquit. Belgic. & Vibertum Archidiaconum in vita Leonis eiuſdem lib. 2. cap. 4. vbi nimiis affectus ieiuniis in bona perſeuerantia præſentem vitam reliquiſſe narratur. Anniuerſarium porrò ipſius celebratur 7. Idus Februarias. At ſcripſit Hugo contra Berengarium, & carmine expreſſit acta ſancti Victoris, quæ ſeruari

audio Bleſis in Bibliotheca Regia, & forte ea ſunt acta de quibus Baronius 21. Iulij; & Poſſeuinus in Apparatu ſacro, verbo, Hugo Lingonenſis, Cardinalis Perronius l. 2. Euchariſtiæ. Præterea effecit Hugo, vt bona Eccleſię S. Marcelli Cabilonenſis in pago Floriaci cõſtituta reſtituerentur, cuius Floriaci ad Oſcaram fluuium meminit Gregorius Turonenſis l. 3. c. 35. Porrò latet error in nomine Hugonis Lingonenſis, pro Lugdunẽſis apud Gregorium 7. l. 6. epiſt. 7. ſcriptâ 1078. quo tempore è viuis Hugo Lingonenſis, è terris exceſſerat. Sic malè Hugo Legatus appellatur Lingonenſis, pro Lugdunenſi apud Cęſarium l. 1. Miraculorum: ſic perperàm, ex littera ſingulari H. puto Hugonem ſcribi, pro Harduino cum Richerio Archiepiſcopo Senonenſi 65. in Chartula Philippi Regis pro Eccleſia S. Sabinæ Trecenſis 1071. 7. Cal. Maij in Promptuario Camuzati. Cæterùm Epiſcopus ex Religioſo factus tenetur ad tria vota, habitus delationem, aliáſque obſeruantias, quæ non impediunt Pontificale Officium, non tamen tenetur obedire Prælatis ſuæ Religionis, quia ſubditus eſſe deſiit, ſicut & ipſi Religionum Prælati, & ideò ſicut iſti, ita & ille poteſt ſecum ipſe diſpenſare ſuper Regulæ obſeruantiis. Bonorum autem Eccleſiæ non eſt dominus, ſed diſpenſator. Quòd ſi relinquat Epiſcopatum, dicunt aliqui probabiliter eum non teneri ad Religionem redire, quod tamen tutius eſſet, D. Thomas 2. 2. q. 185. art. 8. Angelus v. Monachus nu. 7. Siluester 5. Religio 6. art. 10. Sed nec Religioſus Epiſcopatum acceptare poteſt ſine Superioris licẽtia, nec illum relinquere inconſulto Papâ, D. Thomas 2. 2. quæſt. 185. art. 4. & 28. c. Niſi cùm pridem, 10. De Renuntiatione.

51. *Harduinus*, Hugone depoſito Lingonis ordinatur ab Alinardo Archiepiſcopo 64. Lugdunenſi præſente Leone Papâ. Nominatur in Inſtrumento Benigniano de Dianeto 1057. cum Alberone Benigniano Abbate, & Guidone Comite, & in alio titulo quo donat S. Stephano altare S. Geneſij in Dailæ villa 1059. *D'Aix.* Indict. 12. Henrici Regis anno 34. Conceſſit Achardo Cabilonenſi Epiſcopo 37. vt dedicaret Eccleſiam de Siliciaco. *Senecey près Dijon.* Is quoque interfuit ſacro Philippi Regis eodẽ anno 1059. die Pentecoſtes 23. Maij cum Arnulpho Abbate Pultarienſi, & Alberone Diuionenſi Abbatibus. Dedicauit ipſe Eccleſiam S. Stephani

A de Vangione-riuo in Decanatu Caluimontis, quam Guido Dominus loci fundauerat. *Vignory.* Huius autem Præſulis tempore in Chartulario Stephanienſi recenſetur mors Varnerij de Malleyo nobilis præpoſiti Canonicorum, ſepulti in Eccleſia S. Michaëlis quam conſtruxerat, hoc Epitaphio illi adſcripto:

Magnus proſapiâ, magnus de ſanguine magno,

Claruit hac patriâ Garnerius M. L. in anno:

cuius obitus notatur 3. Idus Ianuarias, Harduini verò 3. Cal. Octobris.

52. *Raynardus*, vel Reynoldus, in diB plomate Philippi 1. Regis circa annum 1073. Is rediens è peregrinatione Ieroſolymitana Conſtantinopoli S. Mammetis brachium Lingonas attulit, à cuius *S. Mammet.* ſancti reliquiis, & alijs iam anteà huc tralatis Eccleſiæ cathedrali nomen inditum fuit, cùm priùs in honorem S. Ioannis Euangeliſtæ conſecrata eſſet, ipſiuſque Megalo-martyris Mammetis vitam proſâ, & carmine, ex Græcis Commentariis Latinè ſcripſit Richardus, vt eſt in vetere Officio eius tranſlationis 10. Octobris, quæ vita oratione ſolutâ habetur in Bibliotheca Floriacenſi, ſed taC men ea quam carmine ſcripſit Raynardus, non eſt ea quæ continetur illo poëmate, quod legitur per Octauas eiuſdem feſti, vt habetur tomo 6. Antiquar. Lect. Henrici Caniſij auctore Valafrido Strabone Augienſi Abbate 12. qui alius eſt à Strabone Fuldenſi Gloſſæ ordinariæ collectore, & Rabani auditore; niſi dicamus illud carmen tribui Raynardo, quod eſſet ad ipſius preces à Strabone compoſitum, idque ſic incipit tomo 6. Antiquæ Lect. Caniſij:

Vrbem Capadoces habitant, quos ille refertur

Progenuiſſe Moſoch, &c.

D Quæ vrbs Moſacha, poſteà Cęſarea, Capadociæ metropolis, vbi martyrium paſſus eſt S. Mammes, & in qua S. Baſilius Archiepiſcopus ſedit. *Cæſarea Capadociæ vrbs.* Legendus Maluenda de Antichriſto l. 5. c. 11. Pererius in Geneſim c. 10. v. 2. Chronicon Autiſſiodorenſe poſt Euſebium, Baron. an. 362. Miræus in Geograph. Eccleſiaſt. At de S. Mammete præter Martyrologia 17. Auguſti, Buzæus in Viridario Sanctorum, vt de eius Eccleſia Cõſtantinopoli Petrus Gilius in Topographia illius vrbis. Porrò c. 3. illius tralationis in Bibliotheca Floriacenſi Raynaldus dicitur feciſſe carmen illud: *Gloria laus*, cùm eſſet Nouiomi in carcere, quod tamẽ ab aliis tribuitur Theodulpho 42. Aurelianenſi

Epiſcopo

Epiſcopo in cuſtodia tribuitur ſtrictiore Andegaui detento. Fortaſſe Raynaldus morem canendi hoc carmen primus in ſuam Eccleſiam induxit in proceſſione diei Dominicæ Palmarum. Raynaldi verò obitus notatur 3. Nonas Aprilis in Calend. Benigniano. Fertur autem habuiſſe nepotes Tornodori, & Barri ſuper Sequanam Comites. Vnde patet eũ fuiſſe aliqua ſtirpe nobili oriundũ. Quo tempore Eccleſia S. Stephani Diuione iterùm dedicata fuit à Guarimundo Archiepiſcopo 63. Viennenſi pridiè Cal. Iunias 1077. Indict. 15. cùm fuiſſet per Varnerium præpoſitum inſtaurata; & Amaldricus Decanus Lingonenſis recenſetur in electione Valtheri Epiſcopi 38. Cabilonenſis 1080. Hac etiam tempeſtate Moliſmus Monaſteriũ Ordinis S. Benedicti in hac diœceſi, & Campaniæ Comitatu in honorem Deiparæ à S. Roberto conditur: qua de re infrà copioſiùs in Monaſteriorũ deſcriptione, cui Monaſterio Moliſmenſi Raynaldus 1084. confirmat donationem de Eccleſia ſancti Gengulphi, & de multis rebus ſitis in Varenis à Raynerio de Caſeolo (*Choiſeul*) & Eminarde eius vxore factam. Vide infrà n. 67. & ſuprà 31. Porrò Epiſcopum non poſſe ſuſcipere votum longioris peregrinationis ſine licentia Papæ, legere eſt apud Alphõſum Aluarem in Speculo iuris Pontificij cap. 9. Cæterùm de peregrinatione Ieruſalem agit S. Bernardus epiſt. 64. Baronius Martyrol. 4. Maij, & A.C. 199. & 388. Sixtus 4. in Extrauagãte Dominici gregis, De voto & voti redemptione, Bellarm. l. 3. cap. 8. de Eccleſia triumphante, Ludouicus Richeomus in Defenſione peregrinationis. Onuphrius De ritu ſepeliendi c. 16. Gretzerus l. 4. De peregrinat. ſacris. S. Antonin. Summæ Theologiæ part. 3. tit. 24. c. 30. Buſæus in notis ad tractatum Petri Bleſenſis De itinere Ieroſolymitano accelerando, Sigon. l. 9. De Regno Italiæ A.C. 1103. S. Hieron. in Iſaiam c. 19. & Scriptores De religioſis Ordinib. Templariorum & Hoſpitaliorum, Hildebertus Cenomanenſis ep. 64. Lorinus in illud Pſalmi 101. *Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius*. Sed maximè notanda ſunt verba S. Hieronymi epiſt. 17. ad Marcellam, vbi ait: Longum eſt nunc ab aſcenſu Domini vſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporum, qui Martyrũ, qui eloquentium in doctrina Eccleſiaſtica virorum venerint Ieroſolymam, putantes minùs ſe religionis, minùs habere ſcientiæ, nec

Moliſmus.

Peregrinatio Ieruſalem.

A ſummam vt dicitur, manum accepiſſe virtutũ, niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruſcauit.

53. *Robertus.* (Quo nomine, vel Ænobardus, vel Conſilioſus ſignificatur) cõceſſit Iarentoni 47. Abbati Benigniano, vt quietiùs poſſideret Eccleſias infra Diuionem poſitas, S. Philiberti, & ſancti Ioannis, Chartâ ſic incipiente: *Cùm ab Eccleſia Lingonenſi Abbatia Diuionenſis fundata fuit.* Dedit & Eccleſias de Magnomonte, *Maymont*, & de Spaniaco, *Eſpagny*. Dedit etiam Eccleſiæ S. Stephani multa

B bona in pago Diuionenſi, & Oſcarenſi. Agnoſcit quoq; in tabulario Floriacenſi A.C. 1088. Indict. 11. in eo Cœnobio S. Benedictum in corpore requieſcere, titulo litteris viridibus exarato, apud Carolum Sauſſeyum pag. 193. Hoc autem Præſule dedicata eſt Eccleſia Benigniana à Paſchale 2. Adamaro 48. Abbate procurante 14. Cal. Martij 1106. qui more Romano iam à Natiuitate Domini fluebat 1107. Nec ſilentio inuoluendũ, quòd Robertus *Celſa Franciæ Regum, & Burgundiæ Ducum ſtirpe pregenitus* nuncupatur in monimẽtis Benignianis, vtpote filius Henrici, nepos Roberti, Roberti

C Regis pronepos, & Odonis frater, cum quo nominatur 1083. & 1099. in Chartulario, ſeu Chron. Bezuenſi, vbi Robertus ſatis & ipſe clarus in omnibus, Regũ proſapiâ editus, vt dignum erat, cõmuni omnium voto tàm cleri quàm populi eligitur, & Pontificali decoratus infulâ Eccleſiæ Lingonenſi Põtifex præficitur. Roberti quoque frater fuit Henricus, à quo ceu ſtipite longè, latéq; Portugaliæ Regum ſeries fuit propagata, vt docent hiſtoriæ principes, Andreas *Du Cheſne*, Sammarthani fratres, & Theodor. Godefridus, & Aubertus Miræus. Iam verò

D noſter Robertus magiſtrum ſuum cariſſimum Brunonem Carthuſianorum auctorem appellat, rogãs omnes ſuæ diœceſeos Domino ſeruientes, vt orent pro eius anima, & eleemoſynas pauperibus elargiantur, memoriamque obitus illius ſcriptam in Eccleſiis obſeruari faciant, vbi etiam Lambertus Abbas Pulterienſis ſe eximij magiſtri Brunonis diſcipulum profitetur. At penè calamo exciderat, quòd Robertus etiam recenſetur A.C. 1102. Indictione 10. 8. Idus Iulij Epactâ nullâ, Paſchali 2. Papâ cum Leodegario Archiepiſcopo Bituricenſi & Roberto Moliſmenſi Abbate Philippo Rege, in Pancharta B. Mariæ de Salis Bituricẽſis, quam nobis legere licuit be-

neficio amici noſtri Petri *Barrotte* Prioris. Cæterùm Roberti obitus aſſignatur 14. Calend. Nouembris, eiuſque ſepulchrum in Capitulo Moliſmenſi videtur, vbi Monachus tandem fuit effectus.

54. *Iocerannus*, vel Iocerãdus, vel Gocerãnus. Sepulchrũ habet in Choro S. Stephani Diuionenſis his verbis inſcriptũ:

S. Stephani Diuionenſis Abbatia, de qua inf. v. Diuio.

Hîc iacet Reuerendus in Chriſto pater Dominus Iocerandus Lingonenſis Epiſcopus, qui zelo Religionis anno Domini M.C.XVI. *Canonicos huius Eccleſiæ Regulares effectos, & apud Cutigneium tranſlatos, ad hanc Eccleſiam reduxit, ſtatuens eam eſſe in perpetuum Regularem, eidemq́ donauit Eccleſias Diuionenſes, de S. Martino, cum Capella de Fontanis, ac Eccleſias de Gemellis, & de Ormanſeiaco, & alia bona multa, & hæc omnia per Calixtum Papam obtinuit. Anima eius requieſcat in pace.*

Cutigny.

Quod vt rectiùs intelligatur, apponenda ſunt hîc verba Chartularij eiuſdem Eccleſiæ corio ſubalbido cooperti p.2. c.1. anno ab Incarnatione Domini 1113. Indict. 6. *Inſpiratione diuinâ quatuor Canonici, ex Eccleſia Diuionenſi Cutiniacum ſeceſſerũt, vt ibi remoti Regularem vitam profiterentur, quorũ nomina Humbertus, Arnulphus, Ferrandus, hos ſecutus eſt Dominus Durandus Præcentor, ſed ibi defunctus eſt cũ alio Canonico Caſtellionenſi Hugonis nomine. Anno autem* 1116. *Indict.* 9. *in die Cathedræ S. Petri Domno Ioceranno Epiſcopo Lingonenſi cum Dei adiutorio elaborante, duodecim iam numero exiſtentes, Diuionem cum magno gaudio redierunt. Interim verò à Prioribus Domino Arnulpho, & poſt à Galone Eccleſia ita gubernata eſt vſque ad ann.* 1125. *Tunc quippè Dominus Herbertus poſitus eſt Abbas, præſentibus, & laudantibus Eubodo Lugdunenſi Archiepiſc. Stephano Æduenſi Epiſcopo, Gocerãno Lingonẽſi Epiſcopo, Girardo Abbate Bezuenſi, & Archidiaconis Lingonẽſibus, Guilenco, Ayrardo, Garnerio Pagano, & alijs perſonis quàm pluribus.* Huc vſque Chartularium: vnde poteſt argui petulentia Typographi hæretici, qui Annales Burgundiæ Guilelmi Paradini edidit, cùm de hac reformatione agitur. Donatio autem Eccleſiarũ de Fontanis, de Gemellis, & de Ormanſeyo facta fuit 1120. in Chartulario rubeo. Poteſt verò Epiſcopus donare Eccleſias religioſo loco, etiam non vocato rectore, vel defenſore, Clementina 6. de reb. Eccleſiæ non alienandis, ſed cum Capituli conſenſu c.8. & 9. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, & c.8. de exceſſibus Prælatorum. Herbertus autem confirmatus fuit in Abbatem à Calixto 2. prohibente, ne deinceps vllus huic Eccleſiæ præficeretur, niſi Regularis: qui enim Regulam profeſſi non ſunt, non tamquam Abbates præfici poſſunt c.27. & 49. De Electione. Hinc Arnulphus Lexouienſis, Regularis Conuentus accipiat patrem Regulari inſtitutione formatum, ne ſtatuæ aureæ caput æneum dicatur affixum: legendus Caſſianus l.2.c.3. Silueſter verbo Electio n.16. Prætereà Gocerannus interfuit Concilio Trenolchiano circa 1117. ſub Goceranno 69. Archiepiſcopo Lugdunenſi, & dedicationi Eccleſiæ Firmitatis cũ Galthero Epiſcopo Cabilonenſi. At in libro obituum Eccleſiæ Matiſconẽſis ita legitur 13. Cal. Maij, Obiit Dominus Iocerannus Lingonenſis Epiſcopus, & noſtræ Eccleſiæ Canonicus.

55. *Guillencus*, vel Villencus, vel Yolendus, primò Archidiaconus, tùm Decanus, poſtremò Epiſcopus. Intereſt Concilio Trecenſi 1127. menſe Ianuario, & ſacro Philippi filij Ludouici Craſſi Remis à Raynardo Archiepiſcopo peracto die Paſchæ 14. Aprilis 1129. qui Philippus iuxta Eccleſiam S. Geruaſij Pariſijs lapſus ex equo, fœminæ ſuis occurſu pauefacto expirauit in ſuburbiis 13. Octobris, 1138. ſepultus apud S. Dionyſium. De quo S. Bernardus eſt intelligendus epiſt. 246. Malè itaque dicitur conſecratus per Innocentium 2. in quodam Chronicorum Girardi de Aruernia fragmento. Nam hoc verum eſt de Ludouico Iuniore Philippi fratre. Eidem Villenco ſcribit S. Bernardus epiſt. 50. & ipſe Guillencus in Chartulario Stephanienſi Raynardo Lugdunẽſi Archiepiſcopo huiuſmodi epiſtolam dirigit: *Reuerendiſſimo Patri ſuo, ac Domino Raynardo Dei gratiâ primæ ſedis Lugdunenſis Archiepiſcopo, & totius Galliæ Primati, Villencus eâdem gratiâ Lingonenſis Epiſcopus ſalutem, & debitam ſubiectionem: Quòd Dominum, ac amicum in litteris veſtris excellentia paternitatis veſtræ nos dignata eſt appellare formidamus, ſed ſeruum, & filium veſtrũ in Domino nos eſſe profitemur.* Sic enim ſcripſerat Lugdunenſis: *R. Lugdunenſis Epiſcopus venerabili G. Lingonenſi Epiſcopo, domino, & amico S.* Vbi ex Tertulliani Apologetico notabis, gratius eſſe nomen pietatis, quàm poteſtatis, etiam familiæ magis patres, quàm dominos vocari. De formula verò ſalutis in epiſtolis conſulere poteris Lorinum in Actus Apoſtol. cap.15. verſ.14. Prætereà fundauit Guillencus Abbatiam Albæ-ripæ Ordinis Ciſtercienſis pridiè Nonas Febr. 1135. Iam verò in Catalogo Stephanienſi, & Thuano ſubiungitur Villenco Nonis Auguſti de- *Auberiue*

mortu-

mortuo Wilelmus de Sabrano qui ab aliis omittitur, fortè quòd electus tantùm, non cõſecratus fuerit, eumq; puto, quem Innocentius 2. ex Veſalienſi Abbatia ad hanc ſedem aſſumpſit. Quo referendam credo epiſtolam 29. l. 3. Petri Venerabilis ad S. Bernardum, quâ defendit Monachum Cluniacenſem electum in Epiſcopum Lingonẽſem, quem ècontrà oppugnat ipſe Bernardus epiſt. 164. At ex eadem gente *de Sabran* Guilelmus, & Galtherius memorantur circa 1440. apud *Go utum* l. 6. c. 44 & Guilelmus Abbas Maſſilienſis B. Elzearii patruus, apud Surium. Et ipſe Elzearius, vt notat R. P. Stephanus *Binet* Diuionenſis S. I. in vita eiuſdem Elzearij Ariani Comitis. Sed & Guilelmus, & Gibelinus nominantur 1088.

Sabran en Prouence porte de gueule au lion rampant d'or.

56. *Gothofridus*, vel Godefridus, id eſt, cũ Deo pacificus, fuit cognatus S. Bernardi, vnus ex 30. ipſius ſociis Ciſterciũ ſimul ingreſſis, & de primis eius filiis ſpiritualibus qui Claram-vallem in ſanguine ſuo fundarunt, vt eſt in eius Epitaphio, Prior eiuſdem Claræ-vallis, & Abbas primus Fontaneti, electus Lingonenſis Antiſtes (tunc fortè S. Bernardo recuſante) 1138. apud Baronium, & Miræum, cui adhuc Priori eodem anno in Octauis Pentecoſtes ſcribit S. Bernardus epiſt. 320. vbi Ioannes Picardus notat eum eſſe auctorem trium librorum poſtremorum vitæ S. Bernardi. Quod ſi ita eſt, illi fuêre ſcripti à Gofrido iam Epiſcopo. Conſecrauit autem cum Galthero Epiſcopo Cabilonenſi 41. Eccleſiam S. Stephani Diuionenſis 5. Calend. Maij Dominicâ *Cantate* Indict. 4. 1141. Herberto Abbate, cui Godefridus dedit Eccleſiam de Tardo. Secutus eſt etiam noſter Præſul Ludouicum Iuniorem in expeditione Ieroſolymitana die 24. Iunij 1147. cum Roberto Comite Tornodorenſi, Aymoin. lib. 5. c. 52. Quo anno Eugenius 3. ſcribebat Lingonis Sugerio Abbati Dionyſiano de Eccleſia S. Genoueſæ. Prætereà Gofridus in Capitulo de Electorum communi conſilio nominauit in Abbatem 2. Claræ-vallenſem, Robertum Brugenſem anno 1153. Quo etiam anno nominatur cũ Odone Burgundiæ Duce, Hugone Archiepiſcopo Senonenſi, Theobaldo Pariſienſi, & Alano Autiſſiodorẽſi Epiſcopis Obiit Godefridus Clara-valle, ibique iacet in Capella omnium Sanctorum, agiturque eius anniuerſarium Idibus Nouemb. de quo Supplem Sigeberti 1140. Florebat inquit, Eccleſia Gallicana per viros Religione, & ſcientiâ illuſtres, Godefridũ Lingonenſem, Hugonem Autiſſiodorenſem, Albericum Bituricenſem, & auctor vitæ S. Bernardi l. 1. c. 9. l. 2. c. 5. & 8. & l. 4. c. 3. & 4. Aymoin. l. 5 c. 1. Tyrius l. 17. cap. 1. *Henriquez* in Faſciculo Sanct. Ciſtercij l. 2. diſt. 10. c. 16. Porrò in Chartulario Eccleſiæ Autiſſiodorenſis 1164. vbi agitur de lite quadam inter Alanum Epiſcopum Autiſſiodor. & Guilelmum Comitem Niuernenſ. nominatur *Godefridus quondam Epiſcopus Lingonenſis*, & cum eo Vichardus Pontiniaci, & Goſfridus Clareuallis Abbates, & Henricus Epiſcopus Trecenſis. Qua de re monuit me Carolus *de Villiers* Theologus Pariſienſis, & Canonicus Autiſſiodorenſis.

57. *Galtherus*, ex Archidiacono nominatur in veteribus monimentis 1163. & 1164. Indict. 12. Epacta 25. in Charta pro Abbatia Charitatis, diœceſis Biſuntinæ, cui Alexander 3. confirmat omnes donationes factas Eccleſiæ Lingonenſi, & reſcribit C. 6. Cõquerente de Clericis non reſidentibus, & C. 1. de Renunciatione in 2. Collectione, & ipſe confirmat conceſſiones priùs factas Canonicis Caſtellionenſibus diplomate ſuo 1169. Indict. 4. cui appenſum eſt etiam ſigillum Lingonenſis Capituli, Brachiũ S. Mammetis; & in altero diplomate, quo Odo Dux dat Ciſtercio in perſona Alexandri Abbatis domum Diuione, quæ nunc paruum Ciſtercium dicitur 1171. teſtibus Vilelmo Firmitatis, & Heruco Igniaci Abbatibus. Ad eius autem petitionem Ludouicus 7. Rex Frãciæ filio Philippo (poſteà Auguſto) approbante ſtatuit ciuitatem Lingonenſem numquam à Corona Francica poſſe alienari: cùm ipſi Galthero & ſucceſſorib. Epiſcopis Hugo 3. Dux Burgundiæ Comitatum Lingonenſem dediſſet 1179. anno incipiente (moritur enim 1178. pleno, vt eſt in Epitaphio) de conſenſu Henrici Comitis Barri, à quo Hugo emerat ius quod ille Henricus poterat habere in eo Comitatu, quem Comitatum obtinuerat Hugo à Guidone *de Saulx* quâdam permutatione. Eidem quoq; Galthero ſcribit Alexander 3. de Controuerſiæ compoſitione cũ Stephanienſibus, pro conſtructione Capellæ Ducalis, vbi Dux vocatur à Papa Vir nobilis, & nepos Epiſcopi Lingonenſis. Ergo Galtherus fuit patruus Hugonis 3. & ſic filius Hugonis 2. ex Mathilde frater Hẽrici Epiſc. 54. Æduẽſ. & Arẽburgis Monial. Lareij, ex Charta de medietate monetæ Diuionẽſis cõceſſa Benignianis, vbi ſic habetur:

Henricus Comes Barri ſepelitur in Monaſterio S. Hieronimi Bethleem circa 1194.

Andreas Querceranus, & Albitius Florentinus in ſtemmate Ducum Burgundiæ

Ego Hugo Dux Burgundiæ hanc Chartam ſigno, & confirmo. & Epiſcopo Lingonenſi patruo meo, ac fidelibus meis ſignandam trado 1177. *Indict.* 10: *Ludouico Rege, Galthero Præſule Epiſcopatum tenente.* Malè itaque Tilius vocat auunculum (*Oncle maternel*) quo ſenſu oportuiſſet Galtherum eſſe filium Theobaldi Campaniæ Comitis, cuius Theobaldi filiam Mariam duxerat vxorem, Odo pater Hugonis 3. ipſius Capellæ fundatoris 1172. cuius fundationis inſtrumentum,& Decanorum ſeriem cum aliis ad eam ſpectantibus infrà dabimus. Nec eſt quòd exiſtimemus Galtherum fuiſſe Hugonis auum maternum, vt nepotis primæua ſignificatio videtur indicare, licet potuerit ante Epiſcopatum coniugem habuiſſe. Lareyum verò, ſeu Lariacum, cuius hîc fit mentio, fuit olim Abbatia 25. Monialium, nunc Prioratus vix vnius, aut alterius Monachi à S. Benigno dependens prope Diuionem, cui Lareyo Hugo de Laude vxoris Mathildis,& filiorum ſuorum Odonis, Roberti, Henrici, & Hugonis omnem iuſtitiam loci dedit, præſentibus Hugone Diuionenſi, Stephano Ciſtercienſi, Bernardo Clare-vallenſi, Herberto S. Stephani Abbatibus, idque cùm traderet filiam ſuam Aremburgem Deo illic ſeruire, vt eſt in Chartulario Benigniano. Iam quantum obliget liberos paternum votum, conſulendus Leſſius De Iuſtitia,& Iure l. 2. c. 40. dubitatione 10. ex Canone *Monachum* 20. q. 1. & Emanuel *Sa* verbo *Votum.* Prætereà Galtherus dedit Almerio Abbati Stephanienſi iura Eccleſiarum de Cuſſeyo, & Granceyo 1171. & de Mirabello,& Cheuigneyo. Iſque eſt intelligendus apud Aymoinum, vel eius Continuatorem l. 5. cap. 55. cùm ait Epiſcopum Lingonenſem miſſum fuiſſe à Ludouico ad Comitem Niuernenſem pro ſedanda communia Veſalienſi commota aduerſus Pontium Abbatem, & Monachos. Porrò tempus mortis Galtheri declarat Epitaphium apud Luniacenſes Carthuſianos ab eo fundatos:

Aremburgis meminit Vion l. 4. c. 25.

Lugny.

Præſul Lingonicus, ſapiens, ac mente pudicus,
Nomine Galtherus, patiens, humilis, queq; verus
Zelator cultus Chriſti, manet hicq; ſepultus,
Hic nos fundauit, templũ pariter dedicauit,
Faſtum calcauit, mũdum ſtercus reputauit,
Noſter & inde fuit factus; terreſtria ſpreuit,
Ac habitum tenuit in quo cum pace quieuit,
Anno milleno, centeno, ſeptuageno,
Octauo pleno, migrauit corde ſereno.

A Cuius anniuerſarium notatur 7. Idus Ianuarias in Calendario Stephanienſi. Vides hîc ſummum Sacerdotem multis, magniſq; virtutibus cõmendari, in quibus ſapientia ducit ordinem. Dux enim indigens prudẽtiâ multos opprimet per calumniam, Prouerbiorum 28. & Sapientiâ ædificatur domus, corroboraturque prudentiâ, imò eâ remotâ, nihil eſt quod non in vitium recidat. licet bonum videatur, D. Baſilius Conſtit. Monaſt. c. 15. eaque dicitur lumen cordis humani apud Lactantium l. 5. c. 8. & reliquarum virtutum modus, & menſura à S. Ignatio Loyola, ſapientis & doctæ
B Congregationis parente. At rectè ſubiungitur ſapientiæ pudicitia, vt ſociæ, & comites indiuiduæ. Qua de re Gregorius Preſbyter in vita S. Gregorij Nazianzeni, quia venerea res maximè rationi inimica, nec vllum aliud vitium magis obtundit aciem mentis, vt præclarè docet S. Thomas 2. 2. art. 5. q. 153. poſt Ariſtotelem c. 5. l. 6. Ethicorum, vnde venerione iſti dicuntur emiſſarij equi, Ieremiæ 5. qui ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus,& mulus, quibus non eſt intellectus, Tobiæ 6. Sed benè appellatur pudicus mente Galtherus, eò quòd pu-
C dicitia in anima eſt, C. De Pudicitia 32. q. 5. ſed etiam in corpore, imò in oculis ineſt ſua caſtitas. Vnde apud Romanos ſtatuæ erant veſtitæ, pudentiùs, & prudentiùs, quàm apud Græcos nudæ. Qua de re plura, præter alios Gabriel Paleotus Cardinalis in libris duob. De ſacris, & prophanis Imaginibus, Ioan. Molanus Canonicus, & Doctor Louanienſis libro de Picturis, & Imaginibus ſacris, Antonius Poſſeuinus de Pictura & Poëſi, Toſtatus Abulenſis Paradoxo 5. cap. 42. vbi Chriſtum ait cum femoralibus crucifixum. Sic Suſanna corpus nu-
D dare coram ancillis non ſuſtinebat, Danielis 13. quam nunc in cælo iraſci credo pictoribus, qui in tabulis ſpongiâ quam cedro dignioribus verecum ſectariorum petulantibus oculis ipſam pudicitię alumnam, & parentem laſciuienti penicillo, quaſi Helenam Zeuxidis, aut Venerem Apellis, proſtituunt quantum poſſunt, & quaſi gloriantes in malitia dicunt, Nudauimus femora, Ierem. 13. Reuelauimus crura, Iſaiæ 47. Oſtendimus nuditatem, Nahum 3. nec curantes Iulium Pollucem, tres fuiſſe corporis partes aſſerentem, quæ ob pudorem velarentur, mammas, ventrem, & quæ honeſtè nominari non poſſunt. Cur verò corporis nudationem natural-

Pudicitia templi Dei Antiſtes. Titul. de Cultu fœminarum.

Nuditas corporum turpis.

ter pudor ſequatur docet B. Cyprianus libro de Circumciſione, vnde membra corporis, quæ pudenda vocat Victorinus l. 4. Geneſeos, priùs eleganter dixerat velanda corporis, Plin. l. 6. epiſt. 24. Hinc Imperatores ſanciunt, l. 12. Cod. l. 12. de re Militari, ne vllus abluendo equorum ſudores, publicos oculos nudatus inceſtet. Sic Saluiano l. 6. Cadauera nuda laceratæ vrbis oculos inceſtantia. Sic Petrus immemor periculi, non tamen immemor reuerentiæ, vbi Dominum videt in littore, veſte ſe texit, S. Ambroſius c. 24. in Lucam, imò inter exquiſita martyrum ſupplicia, recenſetur nuditas mulierum apud Euſebium l. 8 c. 10. Neque hic omittendum quod Baronius de tralatione S. Cęciliæ, ait, Videbatur quod admiratione dignũ erat, non vt aſſolet, in ſepulchro reſupinum corpus, ſed vt in lecto iacens ſuprà dextrum latus cubare, contractis ad modeſtiam genibus, ad inſinuandam in omnibus virginalem verecũdiam, quod nemo curioſus detegere fuit auſus. Sed, & Clementis 8. plurimùm in eo commendata fuit modeſtia, quòd inuitatus noluit reductis velis nudũ virginis corpus, quantumlibet exſiccatum inſpicere. Ac ne nuditas quidem in balneis permittitur D. Ambr. l. 1. Offic. c. 18. & epiſt. 36. c. 18. Cic. 1. Offic. Valer. l. 2. c. 1. n. 7. Zonaras, & Balſamõ in c. 3. Synodi Laodicenæ, & c. 77. Synodi Trullanæ, & c. Non oportet, diſtinct. 81. vbi vetantur balnea viris, & mulieribus promiſcua. Hinc S. Auguſtinus l. 14. ciuitatis, cap. 17. Omnes inquit, nationes, vſque adeò tenent inſitum pudenda velare, vt quidam Barbari illas corporis partes, nec in balneis nudas habeant. Itaque in Indice librorum prohibitorum, & in Concilio Toloſano 1590. cauetur, ne impreſſoriam artem exercentes apponant libris imagines in quibus appareat rei alicuius profanæ ſpecies, vtque obliterentur ſi quæ fuerint in impreſſis: & in 4. Concilio Mediolanenſi iubetur, vt ab Epiſcopali domo abſit omnis picturæ profanæ ornatus, ſed in atrio pingatur Epiſcoporum ſeries, qualem vidimus Patauij, & Venetiis in Aulâ Pontificali. Denique caſtitas in verbis conſiſtit, quæ ſunt cordis ſpeculum, Caſſiodorus l. 6. epiſt. 9. quæque ſunt nugæ, in ore Sacerdotis ſunt blaſphemiæ, apud S. Bernardum l. 2. de Conſideratione, cap. 13. Denique Lampridius Heliogabalum naturæ monſtrum ingens deſcribit recenſuiſſe ſuas libidines, ſine vllius pudoris velamento, neque vnquam verbis pepercisse infamibus, diſputando de generibus voluptatum in concione lenonum, & meretricum, nudum à nudis mulieribus vectum, ſemper inter flores, & odores pretioſos ſedentem. At Flamini Diali, capram ne nominare quidem fas eſt; Gellius l. 10. c. 15. nec canem, Plutarchus in Romanis, qu. 111. nec tunicam intimam, niſi in locis tectis exuere, ne ſub cælo, tamquam ſub oculis Iouis nudus ſit, neque ſub dio eſſe ſine apice. Sic turpe apud Perſas non modò in propatulo, ſed ne quidem in conſpectu cuiuſquam leuare veſicam, aut aluum ſoluere, aut ventrem exonerare, vt refert Briſſonius lib. 2. Nunc tamen aliqui audent Agni immaculati carnes contingere manibus, queis paulò antè lupæ carnes contrectauerunt; S. Bernardus ſermone: *Ecce nos reliquimus omnia: Et ô pudor Dei, & hominum! ſequeſtri corpus filij intemeratæ Virginis conficere non verentur, eodem ore, quo impudica cupidinum matri ſuauia nocte heſternâ libarunt.*

58. *Manaſſes*, filius Guidonis Comitis Barri ſuper Sequanam. Donat 1181. Eccleſiam de Pontalleyo Stephanienſibus, **Pontaillé.** & probat fundationẽ Capellæ Diuitum 1182. à Dominico factam, nominaturque 1188. in Chartâ Prioratus Vallis-cauliũ, **Capella Diuitum, in n. 59. Vallis-caulium, *Val des Choux.*** qui circa hæc tempora fundabatur in hac diœceſi non longè à Caſtellione ſuper Sequanam, auctore Viardo viro religioſiſſimo, de quo Chaſſaneus Catalogo gloriæ mundi, Parte 4. Conſiderat. 58. Vion l. 1. c. 30. & Miræus c. 64. Origin. Benedictinarum. Quo etiam ſedente 1187. conceſſum fuit Diuionenſibus ius ciuitatis ab Hugone 3. Burgundiæ Duce, quod confirmauit Philippus Auguſtus Tornodori 1187. **Ius ciuitatis Diuionẽſibus datum.** Is verò Dominicus Diues Anniuerſarium habet in ſuâ Eccleſiâ 27. Ianuarij, & in Benignianâ 6. Calend. Iulias, & in Capellâ Ducali 10. Calend. Octobris. Sed hic notandi ex Diuitum gente Guido Vicecomes Diuionenſis tempore Roberti Regis. Hugo, Lambertus, Bernardus, Balduinus, Euerardus, Bartholomæus, & Odo maior vrbis eiuſdem Diuionenſis 1251. At eò lubentius Eccleſiæ Diuitum meminimus, quòd duos fratres Ioannem, & Emundum Decanos ibidem, gymnaſijque Diuionenſis moderatores, primarios habuerimus. Manaſſes autem ſepultus eſt Clara-valle ante S. Michaëlis altare, Anniuerſarium habet pridiè Nonas Aprilis in Calendario

A Stephanienſi. Denique oppidum Barri ſuper Sequanam in Campaniæ, & Burgundiæ limitibus titulo Comitatus, & Balliuiatus, ac Decanatus inſigne memoratur in vita S. Bernardi lib. 4. c. 4. Cuius loci Dominus Milo in Expeditione contra Albigenſes 1212. Sic anteà 1189. Manaſſes ipſe interfuerat expeditioni Ieruſalem, & obſidioni Acconis, cum Hugone Burgundiæ Duce, ac Philippo F.R. Auguſto, vt Rogerus Houedenus teſtatur.

59. *Garnerius* 2. Is, & Raynardus Lugdunenſis Archiepiſcopus 80. ſubſcripſerunt quibuſdam priuilegiis ab Odone Duce Diuioni vrbi 1194. conceſſis, & B anno ſequente 1195. iidem confirmarunt inſtitutionem Capellæ Diuitum in eâdem vrbe Diuione. Sed & hoc tempore multa largitur Garnerius Prioratui Vallis-caulium, vt eſt in Chartâ illius Cœnobij, in quâ vocatur Epiſcopus, & Dux, cui loco multa contulit Odo cum vxore Aleyde Vergeyâ. Nominatur etiã Garnerius in Inſtrumento Benigniano 1198. Itaque puto eum eſſe, qui delatus fuit à Canonicis ad Papam pro dilapidatione bonorum Eccleſiæ. Quâ de re ſcribit Innocentius 3. Epiſcopo Pariſienſi anno primo Pontificatus, C.1198. C l.1. epiſt. incipiente, Licet iuxta, & epiſt. Sine dolore, & epiſt. Cùm olim, vbi rei huiuſce inquiſitio committitur Epiſcopo Pariſienſi, & Magiſtro Petro de Corbolio eiuſdem Eccleſię Canonico, poſteà Senonenſi Archiepiſcopo 72. Porrò hic noſter Præſul iacet in Clarâ-valle, quam nouem ferè annos rexerat.

Epiſcopus Lingonenſis Dux.

60. *Hilduinus*. Nominatur 1200. eiuſque Anniuerſarium fit 3. Auguſti in Eccleſiâ Cathedrali, cùm tamen in Chartulario S. Victoris Lutetiæ recenſeatur ipſius obitus 15. Calend. Septemb. Quo ſedente, 1204. in ſuburbiis Diuionenſi- D bus ad Oſcaram fundatur Hoſpitale S. Spiritus ab Odone Burgundiæ Duce, qui ordo inſtitutus Romæ 1201. apud Onuphr. Miræum, & alios.

61. *Robertus* 2. de Caſtellione, fortè S. Bernardi gentilis. Nominatur in Inſtrumento 1205. & 1206. in quo poſteriore Guido de Thilicaſtro vocatur eius nepos, & fuit in Expeditione contra Albigenſes, apud Petrum de Vallibus c. 49. Ceſſit præterea libras decem Diuionenſes Lamberto Caſtellionis Domino ſuper illius Oppidi maioritatem inſtitutam ab Odone paulò anteà, ſcilicet 1200. vt eſt in Inſtrumento Prioratus Vallis-caulium. Circa quæ tempora 1209. in hiſtoriâ Tranſlationis S. Mammetis, quæ incipit, Fragilitas, in Bibliothecâ Floriacenſi 10. Octobris, allatum fuit Lingonas caput eiuſdem Martyris à Valone de Dampetrâ, poſteà Epiſcopo Dinienſi, Conſtantinopoli captâ, à Balduino Flandriæ Comite feriâ 2. poſt Dominicam Paſſionis, pridie Idus Aprilis 1204. Quod ſacrum pignus Garnerij Epiſcopi Trecenſis precibus obtinuerat, à Petro Capuano, vel de Capis Cardinale illic Sedis Apoſtolicæ Legato, qui vir ſcientiâ, atque facundiâ clarus, circa feſtum S. Michaëlis in Synodo Diuionenſi Franciæ ſacris interdixit, ob diuortium Philippi Regis. Quâ de re Chronicon Aquiſcinctenſe, quem Annales Gallici interpretantur *de Chappes*. At de Eccleſiâ S. Mammetis Conſtantinopoli Cantacuzenus l. 4. c. 16. 36. Petrus Gilius lib. 4. c. 6. Topographiæ Conſtantinopoleos. Huic verò Præſuli reſcriptum credo celebre illud capitulum, *Cum Capella Ducis Burgundiæ, de Priuilegiis*, ab Innocentio 3. Quod in 3. Collectione incipit, *Cum Capella Ducis Boemiæ*, vbi malè Boëmiæ pro Burgundiæ legitur. Neque enim Boëmia tunc retinebat nomen Ducatus, cùm iam ab A. C. 1086. titulo Regni fulgeret. Adde quòd Nicolaus Tudeſcus vulgò Abbas Panormitanus Lucerna iuris, poſt gloſſam, in hypotheſi, ſeu caſu illius capitis legit Burgundiæ, quod quidem repetitur in Concilio Tridentino, ſeſſione 24. c. 10. de Reformatione. Memoratur quoque eadem Capella Ducis Diuionenſis, ab Innocentio 3. 1211. in epiſtolis, quas V.C. Philippus *du May* bono publico è tenebris eruit, vbi etiam extat epiſtola ad Lingonenſem Epiſcopum & ad Ducem Burgundiæ, Odonem ſcilicet 4. vt apponant curam inſtaurando S. Benigni Monaſterio. Sed de nomine Capellæ Azor p. 2. l. 3. c. 8. Baronius ad Martyrologium. Poſtremò hunc Robertum exiſtimo iacere Ciſtercij, ex Epitaphio quod in muro Eccleſiæ ad cornu Euangelij ibidem legitur:

C cum Capella, de Priuilegiis

Hic duo Roberti Lingonenſis, Caſtilonenſis,
Pontifices pauſant, ſimul, & Petrus Poduenſis,
His eſt Donatus Caſellenſis ſociatus,
Præſul honoratus, noſtrique Comes Monachatus.

In cuius etiam Eccleſiæ Necrologio 13. Cal. Aprilis, notatur depoſitio Roberti Epiſcopi Lingonenſis, & pridie Idus Ianuarias Roberti Epiſcopi Cabilonenſis.

62. *Gulielmus*,

62. *Guilelmus*, vel Vvilelmus de Ianivillâ, vel Iouis-villâ (quod eſt diœceſis Cathalaunenſis Guiſianorum Procerum oppidum, nunc Principatus nomine ad Matronam fluuium inſigne) filius Gothofredi, & Ioannæ Rinellæ (alij matrem Guilelmi vocant Felicitatem) nepos Guidonis Epiſcopi 59. Cathalaunenſis, ex Archidiacono Remenſi, & patruus Ioannis ſcriptoris vitæ S. Ludouici. Nominatur in Inſtrumento Thilicaſtri 1214. & in Benigniano 1216. Iſque interfuit Meloduni Parlamento Parium pro Iudicio de Comitatu Campaniæ Philippo Auguſto Rege, menſe Iulio eiuſdem anni 1216. vbi hæc habentur: *Iudicatum eſt à Paribus regni noſtri, videlicet A. Remenſi Archiepiſcopo, V vo Lingo-nenſi, Vuilelmo Cathalaunenſi, Philippo Bello-uacenſi, Stephano Nouiomenſi, & Odone Duce Burgundiæ. &c.* Confirmauit Regulam, ſeu Normam viuendi fratrum Vallis-Scholarium 1215. menſe Septembri, quorum ædificauit Monaſterium iuxta oppidum Caluum-montem in Baſſigneyo ſub Regulâ Auguſtiniana, quod ex Prioratu erigitur poſteà in Abbatiam 1539. cuius Congregationis auctores fuère

Vallis-Scholariũ origo.

R R. P P. Guilelmus, Richardus, Erardus, & Manaſſes, quibus ſe quintum adiunxit Federicus Epiſcopus Cathalaunenſis in Catalogo Democharis omiſſus: quâ de re Onuphrius, & Genebrardus 1217. Miræus c. 15. de Origine diuerſorum Ordinum, Vincentius lib. 31.

Bon-vaux.

cap. 133. Quo tempore fundatur Bonævallis Prioratus eiuſdem Ordinis ſub Arce Talentinâ, non longè à Diuione, dotatore Garnerio de Fontanis 1215.

Calon de Saux.

vbi iacet *Ro de Saux* dominus de Fontanis 1270. Vide reliqua in Archiepiſcopis Remenſibus, inter quos per tranſlationem ſedit quinquageſimus quintus.

63. *Hugo* 2. de Monte-regali, vocat Guilelmum prædeceſſorem ſuum, tunc Archiepiſcopum Remenſem 1221. quo anno recenſetur I. Decanus Lingonenſis in Chartulario Autiſſiodorenſi. Eodem quoque tempore Eberardus, vel Berardus Archidiaconus Lingonenſis adſcribitur Ordini Prædicatorum Pariſiis tunc inſtituto, vt eſt in vitâ S. Dominici l. 4. c. 7. apud Surium, & apud Stephanum Sampayo in ſtemmate eiuſdem Ordinis, vir multâ virtute, opere ſtrenuus, conſilio circumſpectus, auctoritate magnus, quantò is celebrius nomen, & exiſtimationem obtinuerat, tantò plures ſanctæ paupertatis conſectandæ exemplo ad meliora prouocauit. Amabat impensè fratrem Iordanum, & cum eo profectus eſt in Galliam Ciſalpinam deſiderio viuendi B. Dominicum. Porrò per omnes Galliæ, & Burgundiæ partes, per quas iter habebant, & in quibus erat notiſſimus frater Berardus, Chriſtum egenum, & pauperem in corpore ſuo circumferebant. Tandem in morbum incidens Loſannæ, cuius ciuitatis recuſauerat Epiſcopatum, vitam hanc ærumnis plenam, celeriter quidem, ſed omnino feliciſſimè finiuit. Paulò verò ante ſuum diſceſſum, cùm iam certam de eo Medici tuliſſent ſententiam, idque ipſum celarent, dixit ad Prouincialem, Si Medicorum iudicio moriturus ſum, cur id mihi ſubticetur? non audiant ſibi mortem impendêre ij, quibus eſt mortis acerbum nomen. Ego verò morte non terreor, nihilque timendum eſt, ſi terreſtris hæc domus miſeræ carnis diſſoluatur, ei, qui domum non manu factam, æternam in cælis felici commutatione expetit. Confirmauit autem Hugo fundationem Conuentus Sancti-loci Vallis-caulium, tunc extra vrbem Diuionem poſiti, factam à fratre ſuo Ioanne 1224. qui poſteà 1363. intra vrbem tranſlatus fuit Stephano de Meſſigneyo ad id domum ſuam largiente, quem locum nunc incolunt Patres Oratorij.

Petit Val des Choux, à Dyon.

Nominatur Hugo 1228. menſe Decembri in Chartâ Lingonenſi, quâ mutuo accipit mille libras à Garino Hoſpitalis Ieruſalem Priore in Franciâ pro expeditione Albigenſi. Quo Præſule fratres Prædicatores in eâdem vrbe Diuionenſi beneficio Hugonis 4. Ducis, & matris Aleidis Vergeyæ 1230. inſtituuntur, cuius Aleidis in Calendario S. Capellæ notatur obitus 5. Nonas Maij 1251. & anno 1231. menſe Martio Hugo donat religioſis viris fratribus S. Iacobi de Ordine Prædicatorum domos, quas emerat Lingonis ſitas. Ipſe autem iacet Clara-valle ante S. Benedicti altare.

Dominicani Diuione, & Lingonis.

Quo ſedente Nicolaus de Flauigneyo Decanus Lingonenſis promotus fuit à Gregorio 9. propter doctrinam, & ſanctitatem ad Archiepiſcopatum Veſuntionenſem, & obiit Milo de Nuceriis 1230. cuius teſtamenti executor fuit Hugo Epiſcopus.

Torote.

64. *Robertus* 3. de Torotâ, filius Comitis de Pontibus, frater Rodulphi Epiſcopi 54. Virdunenſis, & Ioannis Campaniæ Balliui. Inſtituit feſtum S. Barbaræ in ſuâ Eccleſiâ, cui dedit triginta hemutas boni frumẽti in diſtributionem

panis quotidiani. Ei Guido de Foreſtâ per Mathildem vxorem ſuam, Petri *de Courtenay* Imperatoris filiam, Comes Tornodorenſis facit hommagium de dicto Comitatu Senonis 1232. Ab eo Melundenſes petunt facultatẽ eligendi Abbatem, & Guido de Eſpiciâ Decanus memoratur 1233. Nominatur in Inſtrumento pro Franciſcanis Caſtellione ſtabiliendis 10. Septembris 1237. quorum Conuentum Hugo Dux Burgundiæ cum filio Roberto extruxit, qui tumultibus Gallicis funditus euerſus eſt. Memoratur quoque in Chartâ Lingonenſi huiuſmodi: *Nos Theobaldus, Dei gratiâ Rex Nauarriæ, Campaniæ, & Briæ, Comes Palatinus. Notum facimus vniuerſis præſentes litteras, inſpecturis, Quòd nos confitemur, & dicimus nos tenere à Venerabili Patre R. Dei gratiâ Lingonenſi Epiſcopo, & ſucceſſoribus eius Barrum ſuper Albam, Barrum ſuper Sequanam, Firmitatem ſuper Albam, Caluum-montem, Nogentum in Baſſigneyo, Montigneyum in Baſſigneyo, & cuſtodiam Moliſmarum, cum omnibus illis quæ ad nos pertinent in dictis Caſtris, & Caſtellaniis eorumdem. Si verò Epiſcopus Lingonenſis, vel alius mouerit contra nos querelam ſuper aliquo prædictorum, nos, & de ipſis non tenemur placitare, niſi in Marchiâ. Actum anno Domini 1239. menſe Iulio.* Transfertur autem ad Eccleſiam Leodienſem 1240. circa feſtum omnium Sanctorum.

65. *Hugo* 3. primò Abbas 76. maioris Monaſterij, inde Cluniaci 23. Antiſtes Lingonenſis 1244. apud Nangium, intereſt Concilio Lugdunenſi 1245. quo tempore fundatur Diuione Conuentus Franciſcanorum: quâ de re Claudius *Puquet*, & Iacobus *Foderé* in deſcriptione Prouinciæ Lugdunenſis, ſeu S. Bonauenturæ. Eidem verò Præſuli Mathildis homagium facit de ſuo Comitatu Tornodorenſi 1246. Quæ filia fuit vnica Petri *de Courtenay*, Comitiſſa etiam Niuernenſis, & Autiſſiodorenſis, poſteà Monialis. Obiit 12. Decembris apud Fontem-Evraldum. Prætereà hoc tempore 1252. Ioannes Burgundiæ Comes dedit Benignianis Stephanienſibus, & Canonicis Ducalibus de Diuione certum ſalis modum, in litteris expreſſum, quotannis capiendum in oppido Salinarum, cuius ſalis illic conficiendi ratio exponitur à Goluto in Commentariis Sequanicis, & Chiffletio in Veſuntione. Hugonis verò obitus contigit Idibus Aprilis Damiatæ in Ægypto (vt eſt apud Vionem l. 2. c. 46. & l. 5. c. 4. & in Bibliothecâ Cluniacenſi, & Martiniana) Quæ vrbs (olim Peluſium) ad vnum ex oſtiis Nili verſus Orientem erepta fuerat de poteſtate Mahumetanorum à S. Ludouico 1249.

Franciſcani Diuione.

Salinæ.

66. *Guido* de Rupe-forti *Roche-fort*, oriundus, ex Burgundiæ Ducatu. Memoratur in Inſtrumento Lingonenſi 1251. & cum eo Theobaldus Officialis curię Lingonenſis: dedicauit Eccleſiam Morimundi Idibus Septembris 1253. Ei Margarita Nauarrorũ Regina, & Campaniæ Comitiſſa hommagium præſtat de multis quæ recenſentur in Chartâ anni 1255. menſe Iulio, vbi Gallicè dicitur *Guion*. Eius tempore Eccleſia S. Ioannis Euangeliſtæ, cum 13. Canonicis, in Caſtro-villano fundatur circa ann. 1260. menſe Iulio, à Ioanne eiuſdem loci Domino, poſt reditum è peregrinatione Ieruſalem, à quo etiam ibidem inſtituuntur Franciſcani, & Prioratus Vallis-Clarę, *Vauclere*, Ordinis Vallis-caulium, ac Prioratus B. Mariæ Ordinis Grandi-montenſis in ſuo Caſtro, iſque fuit vnus ex S. Ludouici militibus. Iacet autem Guido in Cathedrali retro maius Altare hoc Epitaphio:

Chaſteau-villain porte de gueule à vn lion d'or billeté de meſme, erigé en Comté en faueur de Ioachim de la Baume 1550.

Hac lege, qui viuis, mortem contemnere ſi vis,
Nil eſt, maieſtas ve genus, vel forma, poteſtas.
Guido Lingonicus præſul, quoque carne pudicus,
De Saxo natus forti, iacet hic tumulatus:

Habetque Anniuerſarium 16. Calend. Iunias in Calend. Stephanienſi, in quo memorantur Galtherus Canonicus Regularis, & Aymo Archidiaconus Lingonenſis ambo de Rupe-forti cognomento: quo etiam cognomine, tãquam eiuſdem gentis, vt puto, recenſentur infrà, Ioannes 68. & Petrus 72. & Bernardus Podienſis 46. Guilelmus, & Guido fratres Franciæ Cancellarij, ſeu Nomophilaces, ſeu Palatij ſacri Quæſtores, quorum hic iacet Ciſtercij mortuus 25. Ianuarij, ille apud Cœleſtinos Pariſienſes 1492. & Erardus Abbas Vezalienſis Decanus Autiſſiodorenſis in Comitiis Pariſienſibus 1614. Porrò hoc Præſule recenſentur Decani Ioannes 1242. & Otho 1258. & 1264. in quibuſdam actis Capituli, quibus ſigillum appoſitum eſt brachio S. Mammetis illuſtre.

Philippe de Comines l. 1. c. 2. appelle Guillaume de Roche-fort Chancelier, homme bien eſtimé, qui portoit le harnois, & d'Argentré l. 12. c. 44. nomme Guy, Conſeiller, & de Iuſtice. Portent d'azur ſemé de billettes d'or, ou bie eſchiqueté d'or, & d'azur, au chef d'argent chargé d'vn lion de gueule.

67. *Guido* 2. de Gebennis, *de Geneue*, Philippi 4. Pulchri R. F. conſãguineus. Nominatur 1275. & fundauit feſtum duplex S. Eligij, & S. Margaretæ 1276. Eleuauit

De Genéue porte d'azur equipolé à 4. poincts d'or, embré d'or, ſurmonté de 2. cornes de cerf pennaché de gueule, & d'or.

Eleuauit etiam capſam reliquiarum S. Gengulphi, & S. Gregorij in Eccleſia S. Mammetis à parte poſteriori maioris Altaris Lingonis 3. Idus Maij 1282. Interfuit autẽ 1283. Parlamento omnium Sanctorum, cùm adiudicatus fuit Comitatus Pictauiẽſis Philippo Audaci Franciæ Regi, contra patruum Carolum, Siciliæ & Neapolis Regem S. Ludouici fratrem, qui quidem Carolus obiit 7. Idus Ianuarias 1285. Fogiæ in Calabris, ſepultus in Cathedrali Neapolitanâ, cuius vidua Margareta 1293. die Iouis poſt Octauas Paſchæ 9. Aprilis Tornodori fundauit celeberrimum Hoſpitale S. Mariæ, vulgò *Noſtre Dame de Fontenilles*, quod poſteà Bonifacius 8. confirmauit apud Vrbem veterem, ſiue Oruietum Nonis Septembris Pontificatus anno 3. 1298. vbi à Papâ dicitur chariſſima in Chriſto filia Regina Siciliæ illuſtris Comitiſſa Tornodori relicta, claræ memoriæ Caroli Siciliæ Regis, vbi etiam nominatur Robertus *de Luſarche* Clericus fidelis Reginæ primus Rector Hoſpitalis, & Guilelmus nepos Margaritæ, Comes Niuernenſis, & ſucceſſor in Tornodorenſi Comitatu, ibique viſitur ſtatua ęnea mulieris iacentis huiuſmodi inſcriptione: *Hic iacet illuſtriſſima Domina, vitæ, morumq; floribus decorata, Domina Margarita quondam Regina Ieruſalem, & Siciliæ, filia inclyti Domini Odonis Comitis Niuernenſis, filij nobiliſſimi Ducis Burgũdiæ* (Hugonis 4.) *fundatrix iſtius Hoſpitalis de proprijs bonis dotrix, humilitatis ſpeculum, charitatis refugium, puritatis veſtigium, quæ obijt A. D.* 1308. *die* 5. *Septembris. Oretis pro animâ eius.* Extant prætereà in Chartophilacio S. Mauricij Siluanectenſis litteræ Guidonis 1286. in quibus fit mentio Honorij Papæ, & Philippi Regis 3. ſcilicet, à quo Guido datus Conſiliarius liberis Regalibus, & in Chartâ Benignianâ 1287. in craſtino feſti B. Andreæ. Eius quoque permiſſu Eccleſia Franciſcanorum Barri ſuper Albam dedicata fuit S. Ioanni Baptiſtæ 1289. per Chriſtophorum Epiſcopum Maluaſienſem, cui primum lapidem appoſuerat nobilis Iacobus *du Monſtier* illic paulò pòſt ſepultus, cuius poſteri fuerunt Domini Cheſleij loci mihi natalis, ijſdémq; Franciſcanis Fori Barrenſis (vt dicitur in vitâ S. Germanæ illinc oriundæ) concedit Guido cœmiterium, litteris apud Ormanſeyum datis, quod benedixit poſteà idem Maluaſienſis de licentiâ Ioannis Epiſcopi 1298. Deniq; depoſitio Guidonis Nonis Maij agitur.

Hoſpitale Tornodorenſe.

68. *Ioannes* de Rupe-forti. Nominatur in quodam diplomate priuilegiorum Diuionenſium 1294. & Guilelmus Chalonius facit ei hommagium de ſuo Comitatu Tornodorenſi 1297. Approbauit vnionem Hoſpitalis de Brochone cum Eccleſiâ Stephanienſi 1300. die Martis feſto S. Nicolai hyemalis ann. 6. Pontif. Bonifacij 8. Quod Hoſpitale dicitur fundatum Car. Magno: conſtitutis ibi decẽ Presbyteris, & viginti mulieribus conuerſis ad recipiendos pauperes, ex omnibus mũdi partibus confluentes: & anno ſequente dedit domum Dei eidem Eccleſiæ Stephanienſi. Vetuit autem ne porci alerentur in vrbe Lingonenſi, in quâ ſepultus poſt Altare maius S. Mammetis hoc Epitaphio:

Præſul Lingonicus, largus, pietatis amicus,
Inclytus, & lenis, ſua ſemper ſparſit egenis,
De Saxo forti cæli Deus adde cohorti,
M. C. ter in annis cum quinto vita Ioannis, 1305.
Nonis finitur Septembris ibi ſepelitur.

Rectè autem dicitur egenis ſua ſparſiſſe, quia Sacerdotes bonorum Eccleſiæ non poſſeſſores, ſed diſpenſatores, apud S. Auguſtinum epiſt. 50. Quæ bona dicuntur ſtipendia pauperum, Iuoni p. 3. c. 204. & patrimonia, quæ retinere ſacrilegium, S. Bernardus epiſt. 2. ad Fulconem Archidiaconum Lingonenſem Decani nepotem, & cognatum Orberti Decani Lugdunenſis, & in Concilio Matiſconenſi c. 13. Epiſcopalis domus ad hoc inſtituta eſt, vt ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat, & ille feſtiuè apud Plautum in Milite:

Hoſpitalitas.

In bono hoſpite, atque amico quæſtus eſt, quod ſumitur.

At nullus melior hoſpes Chriſto, qui in pauperibus ſuſcipitur.

69. *Bertrandus.* Hunc Clemens 5. transfert ab Agennenſi Eccleſiâ ad Lingonenſem per obitum Ioannis ſolatio deſtitutam Paſtoris, bullâ datâ Lugduni 11. Calend. Februar. ann. primo Pontificatus, id eſt Chriſti 1306. Quæ mihi, vt alia plura Andreas Quercetanus communicauit: eodemque anno ſubſcripſit quibuſdam indulgentiis pro S. Capellâ Pariſienſi. Habet autem retro maius Altare Eccleſiæ Cathedralis in lapideâ tabulâ hoc Epitaphium:

Qui iacet hic, lætus ſemper fuit, atque quietus,
Per varios inopes diſtribuebat opes.

Sic S. Cypriani grauis vultus, & lætus, qui venerari, & diligi merebatur, apud Pontium. Nam, vt in vitâ pulcherrimum, & ſuauiſſimum exiſtimo, ſeueritatem, comitatémque miſcere, ne illa in triſtitiam, hæc in petulantiam procedat, Plinius l. 8. epiſt. 21. Syneſius in Dione, Seneca de Tranquillitate. Et certè quædam eſt voluptas cordis, cui panis dulcis eſt ille celeſtis, S. Auguſtinus tractatu 26. in Ioannem, qui, & alibi præclarè, Vis numquam eſſe triſtis, benè viue, bona namque vita ſemper gaudium habet, cùm ſola virtus gaudium præſtet perpetuum, & ſecurum, Seneca epiſt. 27. Hinc Statius l. 5. Siluâ 1.

Nec frons triſte ridens nimiuſque in moribus horror,
Sed ſimplex, hilariſque fides, & mixta pudori
Gratia.

Chaourſe.

Hoc verò tempore Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ Caduſiæ, ſeu Chaourſiæ aucta, & dedicata fuit die Dominicâ poſt feſtum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, 1307. à Ioanne Epiſcopo Garelienſi, Vicario Domini Epiſcopi Lingonenſis.

70. *Guilelmus* 2. de Duro-forti Vaſco. Ei Clemens 5. ſcripſiſſe legitur tempore Concilij Viennenſis 1311. cuius Vicarius generalis in ſpiritualibus, & temporalibus nominatur 1313. Ipſe verò corpus S. Deſiderij tranſtulit 19. Ianuarij 1314. cuius tempore 1315. Comitia Dominicanorum generalia Diuione habentur, quo anno intereſt Parlamento Parium menſe Iunio contra Robertum Bethuniũ Flandriæ Comitem. At 1318. factus eſt Archiepiſcopus 61. Rotomag.

Poictiers porte d'azur à ſix beſans d'argent. 3. 2. 1.

71. *Ludouicus* Picto, vel de Pictauiâ, *de Poictiers*, factus eſt Metenſis 69. 1325. Eius autem gentiles fuerunt Gulielmus 78. & Carolus 81. hîc infrà recenſendi, Henricus 71. Trecenſis, Otho 68. Virdunẽſis, Ioannes Archiepiſcopus Viennenſis 92. Ioannes 54. & Ludouicus 55. Valentini, Ludouicus Canonicus Lugdunenſis 1443. Philippus in Conſilio Regis 1413. Aymarus Cœnobij Franciſcanorum in burgo S. Andeoli, apud Viuarienſes 1472. fundator, Iacobus Abbas 34. S. Symphoriani diœceſis Bellouacenſis. Sic Ioſcelinum tralatorem reliquiarum ſancti Antonij in diœceſim Viennenſem, è Comitibus Pictauij fuiſſe ait Aymarus Falco in hiſtoriâ Antonianâ lib. 2. c. 15. Ademarus quoque potens, ſed malus memoratur à Petro in hiſtoriâ Albigenſi c. 75. circa A.C. 1213.

A De hac gente plura Franciſcus Roſerius l. 5. Stemmatis Lotharingiæ c. 79. Golutus l. 7. c. 11. Camuzatus in Epiſcopis Trecenſibus n. 71. Notat quoque Ioannes Chapeanillus in hiſtoria Epiſcoporum Leodienſium à Georgio Auſtriaco Præſule miſſum fuiſſe ad Concilium Tridentinũ Vilelmum à Pictauia Scholaſticum virum ſicut generis nobilitate, ita admiranda, & maximâ pietate præſtantem, Campaniæ Archidiaconum illuſtrem, & venerandum. Obiit deſignatus primus Epiſcopus Audomarenſis. Porrò huiuſce gentis Pictauiæ originem à Comitibus Pictauinis in B Aquitania ducẽtis plures tumuli ſpectantur Roſeriis, quæ Abbatia eſt diœceſis Veſontionenſis, in Burgundiæ Comitatu, & in Prioratu Ordinis S. Ruffi in oppido S. Valerij Delphinatus, vulgò *S. Valier en Dauphiné.*

72. *Petrus* de Rupe-forti. Nominatur in Inſtrumentis 1325. Sabbato ante Ramos Palmarum, & 1329. vt executor teſtamenti Beatricis Burgundionum Duciſſæ.

Chalon porte de gueule à la bande d'or, & depuis eſcartelé d'orangé, qui eſt d'or, au huchet d'azur lié de gueule.

73. *Ioannes* 2. de Cabilone, ſeu Chalonius, *de Chalon*, filius Ioannis quibuſdam cognomento Richemerij, vel Bri- C chemelij, Domini *d'Arlay*, ex Matilde, ſorore Hugonis 4. Burgundiæ Ducis, vt vult Tillius, vel ex Margaretâ filiâ eiuſdem Hugonis, vt aſſerit Golutus l. 6. c. 44. patruus Hugonis, ex 72. Leodienſium Epiſcopo Veſuntionenſis 68. Archiepiſcopi, apud Chiffletium, licet nonnulli hos fratres fuiſſe exiſtiment. Paciſcitur cum Odone Burgundiæ Duce de feudo, & hommagio Eccleſiæ Lingonenſi debito ratione Caſtri de Sallione, *de Saux*, 1331. cuius tempore Capitulum generale Dominicanorum Diuione celebratur 1333. & Eccleſia B. D Mariæ Diuionenſis 8. Maij, Dominicâ poſt Aſcenſionem 1334. adſiſtente Ponicardo Abbate 18. S. Stephani, à quo eadem Eccleſia dependet, ab Epiſcopo Tabarienſi, vel Taborienſi Hugone Ioannis Vicario dedicatur. Eſt autem Tabaria vrbs Epiſcopalis, ſub Archiepiſcopatu Nazareno in Patriarchatu Ieroſolymitano, olim Tyberias ad locum Geneſareth, apud Vitriacum l. 1. c. 54. & 56. hiſtoriæ Orientalis, in gradu longitud. 66. 40. latitud. 32. 25. At Thabor eſt ciuitas in monte ſui nominis ſub eâdem Metropoli Nazarenâ. Quâ de re Vitriacus l. 1. c. 58. Genebrardus Pſalmo 88. Serarius cap. 4. Iudicum, quæſt. 13. Baron. 1113. Azor p. 2. l. 1. c. 13. quæſt. 3.

Maldonatus in Matthæum c. 17. Martyrolog. Romanum 6. Auguſti, Lorinus in Pſalm. 88. v. 13. & in 2. Petri c. 1. v. 18. Thyræus cap. 9. de Chriſti Taborinâ Apparitione, & Adriconius in Theatro Terræ-ſanctæ. Porrò idem Hugo Tabarienſis Epiſcopus recenſetur in Chartâ ſancti Nicetij Lugdunenſis A. C. 1308. & Helinardus Comes Tabarienſis, apud Helgaudum. Fuerunt præstereà ex hac gente Hugo 49. Autiſſiodorenſis, Petrus 57. Matiſconenſis, Antonius 57. Æduenſis, Ioannes Abbas 40. Claræ-vallis, Ludouicus extructor Franciſcanorum Noſereti in Sequanis 1462. & Ioannes auctor Cœnobij eiuſdem Ordinis in vrbe Inſulâ Mandubiorum ſub Monte-regali 1471. & Guilelmus Cabilonenſis Auraſiæ Princeps dotator Cœnobij muliebris ſaincto Ioanni dicati apud Æduos. Denique Ioannes noſter obiit 10. Calend. Iulias, conſtitutus etiam Adminiſtrator Baſilienſis.

74. *Guido* 3. Baudeti. Fundauit Proceſſionem *Inuiolata*, poſt Matutinas, & Veſpertinas preces quinque ſolemnitatum B. Mariæ in Eccleſiâ Cathedrali, in quâ Anniuerſarium habet Nonis Martiis. Eiuſdem verò nominis Baudeti fuit Stephanus fundator vnius Altaris, & Capellani in Eccleſiâ Ducali Diuione, & Aymonis Baudeti obitus notatur Idibus Maij in Calendario eiuſdem Capellæ Ducalis, & 15. Septembris in Calendario Capellæ Diuitum, Obiit Dominus Aymo Baudeti. De illis autem quinque B. Mariæ ſolemnitatibus, Conceptione, Natiuitate, Annuntiatione, Purificatione, & Aſſumptione videndus Azor p. 2. l. 1. c. 18. Baron. in Martyrologio 8. Septembris, 8. Decembris, 25. Martij, 2. Februarij, 15. Auguſti, *Ribadeneira* in Flore Sanctorum iiſdem diebus. At de proceſſionibus conſule ſi lubet Stephanum Duranti l. 1. c. 18. de Ritibus Eccleſiæ, Baron. in Martyrologio 25. Aprilis, & 11. Maij agentem de Litaniis, Onuphrium de Statione vrbis, auctorem Antiquitatum Liturgicarum tractantem de Rogationibus, Iacobum Gretſerum, Nicolaum Serarium, & Thomam Morum in libris, quos de Proceſſionibus, & Supplicationibus ediderunt.

75. *Ioannes* 3. de Pratis *de Preaux*, vel *des Prez*, natus in vico Arteſiæ dicto de Bellovifu *Beauvoir*, non Bellovaci, *Beauuais*, circa ann. 1340. Conceſſit Indulgentias Eccleſiæ ſancti Veroli Caſtel-
A lionenſis, ſcripſit vitam Ludouici 10. Philippi 5. Caroli 4. & Philippi 6. Regum Franciæ, apud Locrium. Tranſlatus verò fuit ad Eccleſiam Tornacenſem per Clementem 6. A. C. 1342. cùm hîc ſediſſet annos 4. cuius tempore fundatur Hoſpitale S. Fiacri Diuione 1340.

76. *Ioannes* 4. *de Arceu*, ex Æduenſi 65. hic tantùm ſedit circa duos annos, ſepultus in Choro ſancti Mammetis hoc Epitaphio, die 13. Auguſti 1344.

Dictus ab Arceus iſtic tegitur tumulatus,
Dum vixit variis virtutibus irradiatus,
Primò Mimatenſis præſul fuit, hinc Æ-
B *duenſis,*
Præſentémque Chorum decorauit dogmate
morum,
Corde pius, faſtus expers, & corpore caſtus,
Mitis, diſcretus, prudens, verboque facetus,
Hippolyti feſto rapit hunc nox turbida leto,
M. C ter, X que quater, duo bis, Deus huic
pius eſto.

Sed ne tot, tantæque virtutes, quæ in hoc Præſule ſuum domiciliũ tamquam in ſacrario quodam habuerunt, facetiis obſcurari videantur, hîc facetum intellige lenem, iucundum, & facundum in ſermone, qui comes in viâ ſit pro vehiculo, plenus ſuauitatis, & gratiæ, qualis
C Onias ſummus Sacerdos deſcribitur 2. Machab. c. 15. Vir bonus, & benignus, verecundus viſu, modeſtus moribus, & eloquio decorus. Hinc S. Bernardus ſermone 25. Cantic. Suſpendite verbera, producite verba, pectora lacte pingueſcant, non typho turgeſcant. Adſit in Arcâ Tabernaculi (ait S. Bonauentura) cùm Tabulis Virga ſimul, & Manna. Affabilitas namque ſermonis ad conciliandum gratiam valet plurimum, D. Ambroſius l. 2. Officior. c. 7. vnde,

Facetiæ in Epiſcopo, de quibus S. Baſilius in Aſceticis, c. 12.

Salua mihi maneat veterum dum Regula Martial.
morum,
D *Ludat permiſſis ſobria Muſa iocis.*
Innocuos cenſura poteſt permittere luſus, Ouid.
Vita verecunda eſt, Muſa iocoſa mihi.

Sic in menſâ Traiani liberales ioci, in Panegyrico Plinij, Nec verbum iocoſum recreationis cauſa prolatum, eſt peccatum, S. Thomas 2. 2. quæſt. 72. artic. 3. agens de Eutrapeliâ. Sed longiùs à puritate Chriſtianâ receſſit qui dixit,

Laſciua eſt nobis pagina, vita proba. Plin. l. 5. epiſt. 3.

Nam ad labem in vitæ candorem inducendam,

Eſt ſatis inceſtis temerari vocibus aures. Ouid.

Et vitandam eſſe ſcurrilitatem pulchrè monet Iſidorus Peluſiota epiſt. 319. cui conſonat illud S. Bernardi, Cunctis eſto

benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, quia iuxta D. Thomam Opuſculo 68. Nimia familiaritas contemptum parit, & ſubſtractionis à ſtudio materiam ſubminiſtrat. Denique ex hac gente Arceiâ fuerunt, vt puto, Petrus Epiſcopus 74. Trecenſis, Nicolaus 81. Autiſſiodorenſis, C. Gatinus Carnotenſis 85. Hugo Remenſis 64.

77. *Hugo* 4. de Pomarco, *de Pomard* (vicus eſt prope Belnam Æduenſis diœceſis nobilis vini ferax.) Nominatur electus Lingonenſis, & Præſes Cameræ Computorum Pariſiis 1444. Fuit verò vnus ex tribus fundatoribus Collegij Cameracenſis, quod quidem meditullium inclytæ Pariſienſis Academiæ in Guilelmi de Auxona Epiſcopi Æduenſis fundatoris primarij ſpatioſis ſpecioſiſque ædibus poſitum eſt circa annum 1350. vnde ſcientiarum virtutúmq; cultoribus certiora & apertoria quàm ex Delphica tripode vmbilicum terrarum tenente, à Profeſſoribus Regiis oracula redduntur. Neque ſilere poſſum, quòd in hoc illuſtri Athenæo, cæteris inſtar phari prælucente, ornando, augendo, moderando Petri *Mance* Theologi Pariſienſis, Nogenti Regij in hac diœceſi nati diligentiam, induſtriam, ſapientiam docentium & diſcentiũ vniuerſitas palàm intuetur, miratur, laudat. Is autem Nicolao *Breyard* Canonico Lingonenſi, & Abbati Hiuernalli, noſtro quondam in hoc Epiſcopali eodémq; regali Muſæo contubernali, & inſigni Collegij ipſius benefactori ſucceſſit. At certè non ſine quodam afflatu diuino factum videtur, vt quos (verba ſunt veteris Codicis Obituum Collegij) vna terra Burgunda genuerat, vnum pariter Collegium, & pium locum ædificarent in terris, quo ſydereas ſibi & æternas manſiones pararent in cælis. Prætereà in Charta fundationis, inter executores teſtamenti Guilelmi de Auxonâ nominatur Henricus de Salinis Canonicus Lingonenſis: quæ quidem fundatio confirmata fuit à Ioanne de Croſo Lemouicenſi 64. Epiſcopo, & Prænestinenſi Cardinale, Clementis 7. Legato Pariſiis die 9. Iulij 1379. & ab Americo Epiſcopo 90. Pariſienſi 1380. Quæ eò lubentiùs commemoro, quòd illius Collegij Alumnus, atque, vt vocant, Burſarius fuerim. Vide Æduenſes 66. Laudunenſes 59. & Remenſes 64. Extat quoque Belnæ Capella ſancti Michaëlis noui ab eo extructa. Eiuſdem pa-

College de Cambray, ou Royal, à Paris.

A ter gentis fuit Iacobus de Pomarco Balliuus Diuionenſis 1270. & Ioanna Domina *de Priſſey*, vxor Domini Guyardi *de Pontaille*, Domini *de Magney* ſuper Thiliam.

78. *Guilelmus* 3. de Pictauiâ. Recenſetur in diplomate pro Franciſcanis Diuionenſibus 1363. die 15. Iunij. Tulit ſceptrum in Coronatione Regis Caroli 5. 1364. apud Bzouium. Confirmat Indulgentias ſancti Veroli Caſtellionenſis 1367. eiuſque tempore patet iam diſtinctam fuiſſe Iuriſdictionem, & Menſam Epiſcopi, & Capituli, ex tabulis antiquæ tranſlationis 1371. 8. Idus
B Martias, in quâ nominantur Ademarus de Rupe-cauardi, & Petrus de Bello-forti Canonici Lingonenſes. Iacet autem in Eccleſiâ Lingonenſi, tumulo marmoreo his verſibus inſcripto, queis indicatur mortuus 6. die Septembris 1374.

Anno milleno, ter centum ſeptuageno
Quarto, ſepteno menſe, pariter die ſeno,
Valentinorum Comitum genere procreatus,
G. Lingonorum Paſtor, fuit hic tumulatus.

C Eo autem ſedente 1371. Carmelitæ Patres inſtituti Diuione, quo etiam anno Carolus 98. Archiepiſcopus Lugdunenſis in eâdem vrbe Diuionenſi baptizauit Ioannem poſteà Burgundiæ Ducem.

Patres Carmelitæ Diuione inſtituti.

79. *Bernardus* de Turre, *de la Tour*, ex Abbate Tornuſiano, apud Vionem l. 2. c. 46. ad hanc ſedem promouetur 1374. eoque anno recenſetur in Chartâ Franciſcanorum Diuionenſium, & 1386. vbi Epiſcopus, & Dux appellatur, & 1392. in tralatione S. Ludouici. Mittitur à Carolo 6. ad Ioannem 4. Britanniæ
D Ducem pro pace faciendâ, cum comitantibus Ioanne Viennenſi Franciæ Admiralio, & Iacobo *du Beuil*. Quâ de re Ioannes Froiſſardus volumin. 3. cap. 76. & Guilelmus Vrſinus in hiſtoriâ Caroli 6. Ædificauit quoque magnam Turrim domus Epiſcopalis Lingonicæ, multaque largitus eſt Eccleſiæ. Obiit menſe Ianuario 1393. habetque ſepulchrum ex ære in medio choro Baſilicæ Cathedralis ad imaginem Moyſis, eiuſque depoſitio in Calendario Benigniano notatur 12. Calendas Februarij. Huius verò tempore dedicata fuit Eccleſia Carthuſianorum Diuionenſium 1388. Indict. 11. Dominicâ ſanctæ Trinitatis 24. Maij, cuius fundamenta fuerant iacta à Phi-

De la Tour porte d'azur à la tour d'argent ſemée de fleurs de lys.

lippo

lippo Audace Burgundionum Duce feriâ 5. die 20. Augusti ſancto Bernardo ſacrâ 1383. Venerabili Priore generali 24. Guilelmo, qui quidem Audax illic iacet cum Ioanne filio, & Philippo nepote Ducibus in Mauſoleis è marmore ſuperbis, quique Philippus Audax dedit vrbi Diuionenſi poteſtatem ferendi inſignia, ſeu arma ſua Ducalia, diplomate dato Roboreti, *Rouure*, 22. Septembris. Malè ergo Paradinus, & Golutus Ioannem dedicatorem huius Eccleſiæ vocant Epiſcopum Lingonenſem, qui fortè 54. Matiſconenſis cognomento de Boſſiaco. Sed hîc apponenda quædam ſcheda ex eorumdem Charthuſienſium B tabulario: *B. permiſsione diuinâ Epiſcopus, & Dux Lingonenſis, dilecto nobis in Chriſto viro Religioſo, ac honeſto Priori domus Charthuſiæ nuper fundatæ prope Diuionem, per illuſtrem Principem Dominum noſtrum, Dominum Ducem Burgundiæ, Salutem in Domino, vt per quemcumque Dominum Antiſtitem dum tamen Catholicum, & Sedis Apoſtolicæ gratiam, & communionem obtinentem infra limites dictæ domus, videlicet Capellam Reueſtiarij Eccleſiæ domus prædictæ vnum cœmiterium, & Altaria in Eccleſia ipſius domus veſtræ benedicere, & conſecrare faciatis, ſeruatis ſolemnitatibus in talibus obſer-* C *uari conſuetis, & etiam in quibuſcumque ſermonibus ſolemnibus in ipsâ domo per quoſcumque Prædicatores ad hoc approbatos faciendis, 40. dies Indulgentiæ omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis in dictis ſermonibus adſtantibus dari, & concedi vice, & auctoritate noſtrâ valeatis. De noſtrâ ſpeciali gratiâ, & ob reuerentiam dicti Domini noſtri vobis tenore præſentium; licentiam impertimus. Datum in Burgo ſub noſtro ſigillo die prima menſis Auguſti* 1384. Eodem etiam Præſule 1379. conſtructum fuit campanile Franciſcanorum Diuione à Beatrice Ludouici Borbonij Ducis, & Annæ Del- D phinæ Aruerniæ, vel Mariæ Hannoniæ filiâ, nupta primùm Ioanni Luxemburgenſi Bohemiæ Regi, deinde Odoni Domino Granceij, ſepulta apud Dominicanos Pariſienſes 1383. 25. Decembris. Porrò ex hac illuſtri gente Turrianâ in Aruerniâ Galliæ Aquitanicæ præter plures Delphinos Viennenſes recenſentur Robertus 81. Lugdunenſis, Bertrandus ex Podienſi 63. Virdunenſis, Hugo 62. Guido 63. Henricus 74. Claromontani, Humbertus ex Delphino Viennenſi Remenſis 65. Henricus 69. Metenſis, Bernardus Cardinalis, & Canonicus Lugdunenſis mortuus Auenione 1361. Ioannes Cardinalis ſub

A Gregorio 11. Bertrandus fundator Cœnobij Franciſcanorum Vici-comitis in Aruerniâ 1472. Guido conſtructor Cœnobij eiuſdem Ordinis Claromonte 1473. Bertrandus Cardinalis ſub Ioanne 22. Notabis præterea Turrianos Mediolanenſes referre originem paternam ad Francos, maternam ad Burgundos; eoſque gerere rubeam Turrim in ſcuto argenteo, de quibus Laſius l. 12. de Migrationibus gentium, Sigon. l. 11. de Regno Italiæ, è quibus plures Mediolani, & Aquileiæ Præſules.

80. *Ludouicus* 2. cognatus, ſeu amitinus, ſeu propinquus Caroli 6. Franciæ Regis, vtpotè filius Roberti tùm primùm, ex Comite Barri, titulo Ducis inſigniti à Carolo 4. Imperatore ſanguine illi coniuncto, vel potiùs à Ioanne Rege Franciæ (cuius filiam Mariam Francicam Caroli 5. ſapientis Regis, & Philippi Audacis Burgundiæ Ducis ſororem Robertus ille duxerat) creatur Cardinalis Diaconus S. Agathæ in Suburrâ à Benedicto 12. Antipapâ, 12. Calend. Ianuar. Auenione 1397. poſteà Presbyter Baſilicæ SS. 12. Apoſtol. ab Alexandro 5. 1409. in Concilio Piſano, cui Caroli 6. Legatus interfuit, vbi, & legationem in Galliam, & Germaniam accepit, vt ad obedientiam eas prouincias ex ſchiſmate reuocaret: quo tempore primùm in Aulam Romanam inducta eſt permutandorum titulorum ratio, anteà inaudita, vt notat Ciaconus. Tandem Cardinalis Epiſcopus Portuenſis factus eſt à Ioanne 23. De quo Epiſcopatu Portuenſi alibi agimus. Edidit ſtatuta Synodalia 1404. Quo anno intereſt Concilio ad Tumbam propè Monaſteriolum cùm Henrico *de Sauoiſy*, Domino *de Signelay*, ex Decano Lingonenſi tunc Archiepiſcopo 93. Senonenſi, & ex præſide Vectigalium, pro pace firmanda inter Burgundum, & Aurelianenſem. Contulit etiam Eccleſiæ Cathedrali reliquias ſanctarum Florinæ, & Valeriæ de Collegio vndecim millium Virginum, multo auro, argentoque ornatas, vt eſt in earum commemoratione in quâ fundauit Anniuerſarium pro Iolandâ ſorore ſuâ, Ioannis Aragonum Regis vxore. Conceſſit facultatem erigendi Capellam ad præſepe in Eccleſiâ ſanctæ Mariæ Diuionenſis 1407. 10. Aprilis, Guidoni *Poiſſonier* fundatori, qui poſteà fuit Maior eiuſdem vrbis. Tenuit librum Euangeliorum ſuper quæ Philippus bonus Burgundiæ Dux iu-

De Bar porte d'azur à 2. bars, ou barbeaux adoſſez d'or, dentez, & allumez d'argent.

Tillius, & Sammarthani.

rabat, in Eccleſia Carnotenſi coram Rege die Mercurij 6. Februarij 1408. poſteà verò fit Cathalaunenſis Epiſcopus 81.

81. *Carolus* de Pictauiâ, ex præpoſito ſancti Audomari, apud Locrium, confirmauit confratriam ſancti Theobaldi Selongeij 1411. quod anno ſuperiore 1410. iam fecerat Ludouicus. Vnde patet hoc anno ad hanc Eccleſiam fuiſſe tranſlatum Carolum, ex Cathalaunenſi (non Cabilonenſi) in qua 80. ſederat, idque permutatione cum Ludouico ſuperiore. Euocatus verò ex Concilio Conſtantienſi Lugdunum, ibi conſecrauit Amedeum Archiepiſcopum 101. in metropoli Eccleſia 17. Ianuarij 1416. & recenſetur in Conſilio Ducis Burgundiæ 1421. Celebrauit etiam matrimonium inter Arturum de Britanniâ, Franciæ Conneſtabilem, ſeu vtriuſque militiæ Magiſtrum, & Margaritam ſororem Philippi boni Ducis Burgundiæ in Capellâ Ducali, Dominicâ die 10. Octobris 1423. Nominatur quoque in Inſtrumento 1428. de non habendo hoſpitio ab Epiſcopis apud S. Stephanum Diuionenſem. Legitur etiam dedicaſſe Eccleſiam Arcis Talentinæ Dominicâ die 7. Iulij 1430. cui olim Dux Odo 1216. ius ciuitatis dederat, & cui mœnia ablata fuêre 1607. Edidit etiam Carolus ſtatuta ſynodalia 1421. inter quæ cauetur illud, Ne Saluatoris nomẽ, & ſignum crucis in tumbis, ſeu tabulis ſepulchrorum humi depreſſis inſculpatur, & inſculptum deleatur, & eradatur, ne contingat illud pedibus calcari, quod confirmauit Ioannes 1491. quodque anteà longè exoraſſe fieri à Religioſis ſanctum Ludouicum Regem teſtatur ipſius legenda in Cod. M. S. Stephanienſi, & *Ribadeneira* in eius vitâ 25. Auguſti. Quâ de re ſcripſerunt alij copioſius in Philippum Mornæum, qui ſuo, id eſt, hæreticorum more peruertit hac de re Imperatorum ſanctiones, de quibus Baronius Cæſar ille Dictator Annalium Eccleſiaſticorum 427. At cruces poni in ſepulchris Chriſtianorum ne dæmones illudant corporibus defunctorum cenſet Maldonatus in Matthæum cap. 8. v. 28. & in exulum cœnotaphiis ad eorum calamitatem indicandam Suidas in v. *Icrion*. Vide infrà in Alexandro Abbate Benigniano 76. Nec prætereunda lex Kenneti Regis Schotorũ apud Hectorem Boëtium lib. 10. Sepulchrum omne ſacrum habeto, idque ſigno crucis adornato, quod ne pede aliquando conculces, caueto. Legendus Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 19. agens de Tyberio Iuniore. Præterea Carolus fuit Conſiliarius intimus Ioannis Intrepidi, frater Epiſcopi Valentiæ, qui ambo minimè participes fuerunt cædis ipſius Intrepidi patratæ ad Confluentem Icaunæ, ſeu Ionæ in Sequanam, vulgò *Montereau fault-Yonne en Gaſtinois*, horâ 4. pomeridianâ Dominicæ diei 10. Septembris 1419. ætatis eiuſdem Intrepidi 48. Quâ de re Monſtreletus volumine 1. Heuterus, Golutus, & Æmilius, qui locum huius ſceleris patrati vocat montem Rigolum, quem alij Monaſteriolum, vt Polydorus Virgilius lib. 22. hiſt. Anglicæ. Porrò iacet Carolus in choro Stephanienſi Diuione, vbi dicitur mortuus 7. die Septembris.

Crux in ſepulchris.

Montereau.

82. *Ioannes* 5. *Gobillon*, natus Barri Sequanici, ex Canonico, ad munus Epiſcopale vocatus quidem fuit, ſed in perſecutione litis de electione exortæ contra Philippum à Pontifice creatum immoritur.

83. *Philippus*, Ioannis Viennenſis, & Catharinæ Belfortiæ filius, Iacobi Domini de Ruffeyo, & Longo-vico ex Mariâ Baufremontia nepos, profeſſus Monachum Ciſtercienſis Ordinis ſedit circiter ann. 14. Is conceſſit Indulgentias viſitantibus Hoſpitale ſancti Spiritus prope muros Diuionenſes 1444. Promulgauit etiam ſtatuta anno 1452. Obiit verò 1456. ſepultus Diuione iuxta maius Altare Templi Minoritarum. Eiuſdem gentis fuerunt Guilelmus 71. Bellouacenſis, Ioannes 35. Abrincenſis, Antonius 74. Cabilonenſis, Ioannes ex Morinenſi 41. Archiepiſcopus 63. Remenſis, Guido 67. Viennenſis, Guilelmus 72. Æduenſis, Hugo 70. & Ioannes 71. Veſuntionis, Ioannes Baſilienſis, præter duos Franciæ Thalaſiarchas, ſeu Admiralios, & alios Proceres, quos pulchrum, ſed longum eſſet recenſere, inter quos elucet Guilelmus S. Georgij Dominus, inter Equites velleris aurei Primarius, Monaſterij Clariſſarum Auxonæ fundator 1412. & Franciſcanorum apud Salerias in Sequanis 1415. Nec poſtremum tenet locum Girardus quater Eques, Regis, Reginæ, Parlamenti, & Armorum, vnius Sacelli fundator in Capellâ Regiâ Diuione vbi iacet cum vxore Benignâ *d'Inteville*. Item frater Girardus iacet Pariſijs, apud S. Ioannem Lateranenſem in Capellâ quam fundauit 1586.

De Vienne porte de gueule à l'aigle d'or.

84. *Ioannes*

D'Auxi porte eſchiquett d'or, & de gueule. 84. *Ioannes 6. d'Auſſy*, vel *d'Auxi*, Theologus, Caroli 7. Regis Confeſſarius, & Eleëmoſynarius maior, ſcriptor Catalogi Hoſpitalium Regalium Pariſiis editi cum tractatu Sebaſtiani *Roüillard* de magno Fräciæ Eleëmoſynario. Hunc autem Ioannem diœceſis Bellouacenſis Burſarium Collegij Choletani innuere videtur Iacobus Brulius Antiquit. Pariſinarum, pag. 654.

85. *Guido* 4. cognomento Bernardi, Conſiliarius Caroli 7. Regis, & Cancellarius Ordinis ſancti Michaëlis tunc recèns inſtituti 1. Auguſti 1469. Ambaſiæ creatis 36. Equitibus à Ludouico 11. Rege. Fundauit feſtum ſancti Gatiani Eccleſiæ Turonenſis Patroni, vbi fuerat Archidiaconus. Publicauit Statuta feriâ 4. poſt *Miſericordia* 1455. 23. Aprilis, in quibus retulit ſanctum Robertum in Calendarium Lingonenſe 29. Aprilis. Dedicauit Eccleſiam Carmelitarum vltimâ die Maij 1478. Obiit 1481. 28. Aprilis poſt ſedem 25. circiter annorum, ſepultus Lingonis in æde primariâ retro maius Altare tumulo æneo. In eius memoriam gratitudinis ergò Capitulum ſtatuit vt diebus Dominicis perpetuò inter benefactores Eccleſiæ annumeretur. Eo verò ſedente fuit Diuione dedicata Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ circa ann. 1468. (S. Ioannis Baſilica Diuione.) Quo tempore Stephanus *Berbiſey* Magiſtratum gerebat. Ea autem Eccleſia primùm à ſancto Benigno conſtructa, vetuſtate collabens inſtaurari cœpit in Auguſtiorem formam permiſſu Philippi 83. Epiſcopi 13. Maij 1445. cùm Maior, ſeu Præfectus Decurionum eſſet Diuione Philippus *Machefoin* (Machefoin.) primarius ad hanc reparationem benefactor, illic ante maius Altare ſepultus hoc Epitaphio: *Cy repoſe le corps de feu noble homme Philippe Machefoin, premier fondeur de ceſte nouuelle Egliſe, jadis Conſeiller, & Garde des Ioyaux du tres-vaillant Duc Philippe de Bourgongne, & de Brabant*, & cætera, quæ legi non poſſunt, à cuius tumulo alius non longè abeſt ſic inſcriptus: *Hic iacet venerabilis vir Magiſter Iacobus Bertaudi Licentiatus in Decretis, Canonicus Lingonenſis, Curatuſque tempore demolitionis, atque readificationis huius Eccleſiæ nouæ, qui ſuis diebus, ſumptibus propriis vnionem eiuſdem Eccleſiæ Decanatus Chriſtianitatis oppidi Diuionenſis procurauit, & obiit die 1. Decembris.* At huius Chriſtianitatis Decanus memoratur in C. cum Capellâ, de Priuilegiis in 3. Collectione, quem tunc fuiſſe puto Albericum eiuſdem Capellæ Canonicum, eiuſque nomen ibi indicari litterâ ſingulari A, licet ſeriùs obierit pridiè Nonas Maij 1275. Inſtituuntur etiam apud Caluum-montem Canonici in Eccleſiâ ſancti Ioannis Baptiſtæ 1475. (Caluomōtenſes Canonici.) à Ioanne de Monte-mirabili, qui poſteà factus eſt Epiſcopus Vaſionenſis, quique procurauit Indulgentias ſolemnes, quoties feſtum ſancti Ioannis incidit in diem Dominicam. Conuentus etiam Franciſcanorum Tanleij, ad Armanſonem fluuium fundatur, (Tanlay, Armenſio fluuius.) cuius fuit alumnus egregius ille Eccleſiaſtes Regalis Iacobus Hugonis. Sed & adfuit Guido Regi Ludouico 11. in reductione Burgundiæ interfecto Carolo Pertinace Burgundionum Duce in prælio Nanceij, *Nancy*, Nonis Ianuarij Dominicâ in pervigilio Epiphaniæ 1476. more Gallico, vel 1477. more Romano. Quo anno diplomate dato Rigiaci Atrebatum in Belgis die 18. Martij curante Ludouico Amboëſio Epiſcopo Albienſi fratre Ioannis (Guidonis in hoc Epiſcopatu Lingonenſis ſucceſſoris) Diuione ſtabilitur Parlamentum, Iuſtitiæ ſummum Tribunal, Templum Pacis, Ara Legum, Ædes libertatis, & perpetuum Themidis domicilium. Quâ de re ſequens carmen edidit R. P. Iacobus *Petit* S. I. ſummæ beneuolentiæ vinculo nobis coniunctus;

Cur Themidi aërias Burgundi vellitis alas?
Noſtro ne tollat ſe fugitiua ſolo.
Vim factis: nempè, vt maneat, vis illa probanda eſt.
Vilis erit: conſtans, cui grauitatis honos,
Lenta erit, id prohibet virtus, & originis ardor,
At cælum eripitis: pectora Olympus erunt,
Dant Themidi pennas, Themidis qui iura profanant,
Spreta fugit terras, culta, quieta manet.

Vbi alludit ad nummos à Philippo Audace percuſſos, in quibus Iuſtitiæ effigies ſine alis ſpectatur, apud Iodianum cap. 13. ſic Plutarchus Fortunam totum orbem peruolantem ait demiſiſſe alas in Tyberim, ne vmquam vrbem Romam poſſet deſerere, quod etiam de victoriâ canitur Anthologiæ libro 4. cap. 21.

Roma potens, alis cur ſtat victoria lapſis?
Vrbem ne valeat deſeruiſſe ſuam.

His porrò ſimilia ſunt, quæ leguntur in quadam inſcriptione Romanâ vbi, Philoſophus, & Iuſtitia inter ſe ſic colloquuntur.

PH. *Quæ Dea?* IVST. *Iuſtitia.* PH. *at cur torno lumine ſpectas?*
IVST. *Neſcia ſum flecti, nec moueor pretio.*
PH. *Vnde genus?* IVST. *Cœlo.* PH. *qui te genuêre parentes?*
IVST. *Mi modus eſt genitor, clara fides genitrix.*
PH. *Aurium aperta tibi cur altera, & altera clauſa eſt?*
IVST. *Vna patet Iuſtis, altera ſurda malis.*
PH. *Cur gladium tua dextra gerit? cur læua bilancem?*
IVST. *Ponderat hæc cauſas, percutit illa reos.*
PH. *Cur ſola incedis?* IVST. *quia copia rara bonorum eſt,*
Hæc referunt paucos ſæcula Fabricios.
PH. *Paupere cur cultu?* IVST. *ſemper iuſtiſsimus eſſe,*
Qui cupit, immenſas nemo parabit opes.

Vbi rectè aduertes his ſæculis,

Queis creuêre & opes, & opum furioſa cupido,

vix vnum agnoſci Fabricium, quem *paruo potentem* optimus Poëtarum indigetat, è cuius fonte manarunt hæc Claudiani, in Ruffinum, *Contentus honeſto Fabricius paruo ſpernebat munera Regum.* Quâ de re, Valerius libro 4. capite 3. Florus libro 1. cap. 18. Gellius libro 1. cap. 14. Plin. lib. 33. cap. 12. Auguſt. 5. Ciuit. cap. 18. Quò etiam facit Curtius, verè pronuntians Abdolomino ſicuti plerisque aliis probitatem fuiſſe cauſam paupertatis.

D'Amboiſe porte palle de gueule & d'or à ſix pieces.

86. *Ioannes* 7. Amboëſius, vel de Ambaſiâ, *d'Amboiſe* (quod eſt oppidum diœceſis Turonenſis ad Ligerim, cuius meminit Sulpitius in vitâ S. Martini, vnde nomen huic genti) Petri Domini *de Chaumont*, & Annæ Buelliæ *du Beuil*, Sancerranæ ſecundo-genitus, frater Ludouici Epiſcopi Albienſis, Petri Epiſcopi Pictauienſis, Iacobi Epiſcopi Claromontani, ex Abbate Cluniacenſi, Georgij Epiſcopi Montiſalbani, poſteà Archiepiſcopi Rotomagenſis, & Cardinalis in Franciâ Legati, Aymerici Magiſtri militum Rhodienſium, patruus Ioannis ſequentis Epiſcopi Lingonenſis, Georgij alterius Archiepiſcopi Rotomagenſis Cardinalis, Gofredi Abbatis Cluniacenſis, Ludouici alterius Epiſcopi Albienſis, proauunculus Iacobi *le Roy* Archiepiſcopi Bituricenſis, quos omnes facillimum fuit non ſolùm in corporum ſimilitudine, ſed multò magis in omni præclararum virtutum, & morum optimorũ genere fratres agnoſcere, cuius etiam gentis fuit Gentianus Epiſcopus Tarbenſis. Noſter verò Ioannes Gubernator, ſeu Prorex Burgundiæ factus transfertur à ſede Maleacenſi ad Lingonenſem A. C. 1481. Quo anno ædificatur ſacellum Bellæcrucis in viâ publicâ ſuburbij ſancti Petri Diuione. Edidit ſtatuta Synodalia 1491. & fundauit feſtum ſancti Hilarij ſolemniter in Eccleſiâ Lingonenſi 13. Ianuarij, & Miſſam quotidianam ibidem horâ 6. celebrandam: muris etiam amplioribus cinxit Muſſeyum (*Muxin* appellat Guilelmus Britto Philippidos 1.) & Caſtro, ſeu Palatio decorauit. Obijt autem ſenio, & laboribus fractus 28. Maij 1498. Diuione, ibique ſepultus ante maius altare Franciſcanorum, cui demortuo datus fuit titulus Patris patrię, Protectoris Eccleſiæ, Amatoris Iuſtitiæ, Nutritoris Pauperum, Excellentiſſimi Oratorum, Obſeruantiſſimi Religionis, multarum Eccleſiarum, & domorum ſuę diœceſis Reparatoris, & plurimarum facultatum in pios vſus Largitoris: de quo præcinuiſſe videtur Corripus Africanus lib. 4.

Conſultor legum, libertatiſque tuendæ
Diſpoſitor, iuſti vindex, corrector iniqui,
Cenſuram grauitate regens, multoque rigore
Terribilis, mitique magis pietate tremendus.

Ad eum extat Gaguini epiſt. 38. 43. 44. Nec verò in omni totius antiquitatis memoria facilè reperias gentem, quæ cum Ambaſienſi de felicitate poſſit contendere, cuius extat hiſtoria M. S. quæ incipit: *Sæpe numerò poſtulaſti, vt Ambaſienſium Dominorum, &c.* licet plures in diuerſis familiis inueniantur fratres Eccleſiæ Præſules, ſic enim 4. fratres memorantur Epiſcopi apud Iſidorum c. 20. de Viris illuſtribus, & Polycrates apud Euſebium lib. 5. cap. 24. ait ſe habuiſſe ſeptem fratres Epiſcopos, ſic quinque Archiepiſcopi cognomine de Soliaco. Prætereà hic locus vbi noſter Ioannes dicitur Burgundiæ Gubernator, me admonet de quæſtione quâ ratione id fieri poſſit, cùm nemo militans Deo, ſe implicare debeat ſæcularibus negotiis. Quâ de re ſi lubet, conſule Syneſium epiſt. 55. Toletum lib. 1. c. 57. Bellarminum cap. 9. lib. 5. de Pontifice, Gloſſam in cap. Cùm parati 19. de Appellationibus,

tionibus, quod eſt Alexandri 3. ad Zamorenſem in Hiſpania Epiſcopum, & integriùs extat in prima Collectione, & Panormitanum in titulum, Ne Clerici, vel Monachi, &c. Petrum Bleſenſem epiſt. 84. Claudium *Seyſſel* lib. 2. Monarchiæ Franciсæ cap. 14. Balſamonem, & Zonaram in c. 4. Cõcilij Chalcedonenſis, Ianum Langlæum lib. 7. Otij ſemeſtris cap. 16. Claudium Eſpanſæum in epiſt. ad Timotheum lib. 2. digreſſionum cap. 10. & 13. vbi de Præſulibus Senatoribus, & Cancellariis, Cornelium à Lapide in Deuteronom. cap. 10. Sigonium de Republ. Hebræorum cap. 7. B quorum omnium fontes publicos in priuatum vſum hoc loco nõ deriuabo. Hoc tantùm addam, ex Lipſio lib. 4. cap. 1. Polytic. ſalutem Reipublicæ, vel ſolum, vel maximè niti Religione, & Sacerdotes vtiliter adhiberi Conſiliis Regum, vbi de rebus ſeriis, & vniuerſum ſtatum tangentibus agitur. At niſi vrgeant negotia, vix Præſules probi ſimul in aulis, & caulis verſantur, quos dedecet eſſe Principum anteambulones, ſectatores, vmbras, quoſque meminiſſe conuenit dignitatis à Synodo Tridentina tantopere commendatæ ſeſſione 25. cap. C 17. & vbique Patres, & Paſtores ſe recordari, & miniſterium altaribus Chriſti non obſequium hominibus deferendum ſuſcepiſſe. Sic Georgius frater huiuſce Ioannis fuit Gubernator Mediolani, & Cardinalis, pater Cleri, & populi Paſtor, vt de eo notauimus in Archiepiſcopis Rotomagenſibus. Sic Antonius *Sanguin* Cardinalis Epiſcopus Aurelianenſis conſtitutus Pariſiorum Gubernator à Franciſco 1. cùm Carolus 5. Imperator, & Henricus 8. Angliæ Rex coniunctis viribus Franciam tentarent, hinc Manaſſes Epiſcopus Aurelianenſis Sugerio ſcribens, ait: *Quoniam* D *Regnum Francorum ſub diſpoſitione, & protectione veſtræ defenſionis diuinâ prouidentiâ conſtitutum eſt, ſicut dignum eſt, non minimùm gaudemus.* Fuerat enim Sugerius Regens Franciæ creatus tempore expeditionis Ieroſolymitanæ à Ludouico 7. ſuſceptæ 1147. Iure itaque poſſum Præſules noſtros compellare iiſdem verbis, quibus Cicero pro domo ſua Pontifices alloquebatur: *Cùm multa diuinitus à maioribus inuenta, atque inſtituta ſint, tùm nihil præclarius, quàm quòd vos eoſdem, & Religionibus Deorum immortalium, & ſummæ Reipublicæ præeſſe voluerunt, vt omnis dignitas, omnium ciuium ſalus, vita, libertas, aræ, foci, Dij Penates, bona for-*

Sugerius, vide Abbates Sandionyſianos.

A *tunæ, domicilia veſtræ ſapientiæ, fidei, poteſtatiq́; commiſſa, & credita eſſe voluerunt.*

87. *Ioannes* 8. *de Amboëſia*, ſuperioris nepos, filius ſcilicet Ioannis Domini *de Bucy* in Normania Proregis, ex Catharina *de Sainct-Belin*, frater Georgij Cardinalis iunioris Archiepiſcopi Rotomagenſis, & Gofridi Abbatis Cluniacenſis. Suſcepit Epiſcopatum, ex Decano 1497. per ſpontaneam dimiſſionem patrui, cuius virtutes egregiè imitatus, & Iob patientiam in multis, & magnis morbis ſanctè æmulatus Chriſtiano Viatico ſacroſanctæ Euchariſtiæ more maiorum ritè munitus, ex hoc hoſpitio facili via in patriam migrauit 6. Calend. Octobris, ſepultus in Choro ante ſedem Epiſcopi tumulo cupreo, vbi legitur hoc carmen:

Viaticum ſacrum.

Cui dedit ingenuum felix Amboſia nomen,
Ioannes iſto conditur in tumulo.

At de Viatico ſeu Ephodio fidelium, conſule ſi lubet, Onuphrium, De Ritu ſepeliendi c. 1. Bellarminum lib. 4. De Euchariſtia cap. 3. Stephanum Duranti lib. 1. De Ritibus Eccleſiæ c. 6. & 20. Hoc autem ſedente dedicata fuit Diuione Eccleſia in honorem S. Ioannis Euangeliſtæ, quæ vulgò S. Capella dicitur 26. Aprilis, Dominicâ *Quaſi modò* 1500. per Ioannem Gebennenſem Epiſcopum Ebronenſem, Vicarium Ioannis noſtri, cuius etiam auctoritate ipſe Ebronenſis viſitauit Eccleſiam S. Stephani Diuionenſis, præſente Antonio *Chambellam* Abbate, die 27. Martij 1505. habitâ collatione ſuper illud Iacobi: *Religio ſancta, & immaculata hæc eſt*, in qua ſcilicet Chorus regitur prudentiâ, Capitulum iuſtitiâ, Refectorium temperantiâ, & Dormitorium fortitudine. Ebronenſis verò Epiſcopatus eſt exemptus in Archiepiſc. Philadelphiæ, & Patriarchatu Ieroſolymitano, de quo Baronius in Apparatu Annalium num. 27. Pererius in Geneſim cap. 13. & 23. Beda lib. 5. cap. 18. hiſt. Angl. Bellonius Obſeruationum l. 2. cap. 87. Vitriacus cap. 77. Sanutus l. 3. De ſecretis Crucis. At nunc *Ebron* exiguum eſſe oppidum tantùm à Iudæis inhabitatum teſtatur Radziuilius in Itinerario Ieruſalem, ſic Fridericus Fornerius Epiſcopus Ebronenſis librum edidit, cui titulus, Rex Ebronenſis. Porrò in actis huius ſanctæ Capellæ annotatur quod 1493. Generoſus iuuenis Dominus Ioannes *d'Amboiſe* Clericus receptus fuit ad habitum illius Eccleſiæ ad requeſtam, & fauorem auunculi, cui poſtmodum in Epiſcopatu

ſucceſſor fuit. Quo Præſule Lingones A ſenſerunt caput potiùs quàm pedes imperare, cùm non ſolùm pedibus, ſed toto corpore debilis penè vixerit, tuncque patuit locum eſſe virtuti in lectulo, & dolores omnes ignauis inſultare, perſiſtentibus cedere, Ammiano lib. 25. & optimos eſſe nos dum infirmi ſumus, Plin. lib. 7. epiſt. 26. & nonnumquam corporis infirmitate fortitudinem cordis augmentari cap. 10. Niſi de renuntiatione, nec frangi ſapientem doloribus, exemplo eſt S. Gregorius Magnus, in quo admirabilia ſunt, quæ fecit, ſcripſit, decreuit, præſertim ſemper infirmâ, & ægrâ valetudine. B

Septimus apud Victorem.

Morbus officina virtutis.

S. Amb. in Pſal. 36.

88. *Michaël Boudet*, Bleſis oriundus, Conſiliarius Clericus anno ætatis 20. in Senatu Pariſienſi (in cuius Parlamenti actis reperitur Magiſtrum quemdam Ioannem receptum fuiſſe 21. Iulij 1508. per Domini *Boudet* promotionem ad Epiſcopatum Lingonenſem, vt accepi à Domino Natale Brulardo libellorum ſupplicum in Regia Magiſtro) Eleëmoſynarius Claudiæ vxoris Franciſci primi Galliarum Regis, Canonicus, Decanus, ac tandem Epiſcopus Lingonenſis. Tranſtulit 1524. corpus S. Vrbani, tunc Capſâ argenteâ incluſum à Claudio *de Charmes* Abbate Benigniano fabricatâ. Michaëli verò dicata fuit editio Operum Gregorij Magni Pariſiis eodem anno à Ioanne de Monte, vbi eum ſic alloquitur per comparationem cum Gregorio: C

Boudet portoit eſcartelé de ſon Eueſché, & de ſa famille, qui eſt d'azur à vne face d'or & 3 roſes d'argent en chef, & vn porc-eſpic d'or en pointe.

Hic ſtudioſus erat, ſtudijs intendis, & ardes:
Peruigil ille pecus, peruigil ipſe regis.

quaſi illi Virgilij occineret, Ænea vigila, & velis immitte rudentes, 10. Æn. v. 229. vbi Cerda. Sub eius quoque tutelâ in lucem prodierunt opera Hugonis de S. Victore 1526. vbi dicitur in Præfatione à Ioanne Borderio Abbate 23. omnium ſcientiarum cultor præcipuus, & de Cœnobio illo benè meritus, cuius Eccleſiæ inſtaurandæ eâ formâ, quâ nunc viſitur primarium lapidem appoſuit 18. Decembris 1517. ibique in vitrea feneſtra Capellæ S. Michaëlis conſpicitur ipſius effigies. Sed & in eorumdem Operum editione carmina inſeruntur digna, quæ huc transferantur, cùm deſint in recentiore Veneta editione. D

Fulgida Francorum, Pariúmque Ducúmque lucerna,
Lingonicæ Antiſtes, nihil hoc indignus honoris

1 Timoth. 3. Tit. 2. vbi Iuſtinianus, Cornelius, & Magellanus.

Culmine, qui qualem præſcribit Apoſtolus, aut es,
Aut nullus toto reperitur Epiſcopus orbe.
Scilicet haud pompis turges, faſtúve ſuperbo,
Non iracundus, luxúve ſolutus, amator
Non furioſus opum, aut auræ ſectator inanis,
Nec ventrem faciens, vt plurima turba, ſepulchrum:
Sed ſimplex, animóque humili, ſed pectore miti
Sobrius, & lumbos præcinctus, lege ſeuerâ. Lucæ 12.
Ipſe tuũ corpus caſtigans, largus ad omnes,
Tutela, & cuſtos alieni, prodigus æris
Es proprij, & fratrum ſemper ſincerus amator
Victorinorum, quorum quia plurima debet
Sancta domus, nec habet quod dignè exſoluere poſſit,
Hugonem ipſa ſuum tibi dedicat, accipe donum,
Quo nihil ipſa poteſt maius præſtare, nec ipſe
Plurima cùm dederis, plura, aut maiora repoſcas.

aſt alienus, Oues ecuſtos bis mulget in hora, Sic ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis, ex Virgil. Eglog 3.

Venter ſepulchrum.

Vbi notare poteris, cùm venter appellatur ſepulchrum, fieri alluſionem ad ſepulchra concupiſcentiæ Numerorum 11. v. 34. & ad illud Paulinum Philipp. 3. v. 15. Quorum Deus venter eſt, qui in conuiuiis ſuis luxuriantes, & in epulis ſuis ſemetipſos paſcentes, digni ſunt ſepulchro epulonis diuitis. Nec ſine cauſa exiſtimatum eſt, non eſſe inculpatum, neque indeſidem viſum, cuius corpus in immodicum modum luxuriaſſet, exuberaſcetque, Gellius lib. 7. cap. 22. S. Hieronym. in Iouinianum. Sic reiiciebatur Miles obeſo ventre, & ſuperfluâ carne diſtentus apud Vegetium l. 1. cap. 6. protenſum, vel propenſum ſexquipede, aqualiculum pinguem diceret Perſius Satyra 1. qui Virgilio

—— latum trahens inglorius aluum,

Et,

—— ventris penſio turpe.

Eugenio Toletano:

Hoc tantùm diſtans à fati ſorte ſepulto,
Quòd tenuis miſeros ſupponat anhelitus artus.

Sic apud Gallos mulctabantur, qui certum zonæ modum excederent, vnde Saluſtius præclarè: Multi, inquit, mortales dediti ventri, atque ſomno indocti, incultique vitam ſicuti peregrinantes tranſegêre: horum ego vitam, mortémque iuxtà exiſtimo, quoniam de vtraque ſiletur. Et Senecæ: Ingluuies aqualiculi, morborum eſt nutricula, & mortis

mortis prænuntia: innumerabiles eſſe morbos miraris, coquos numera epiſt. 91. & mediocritas ventris ſignificat altitudinem intellectus, & conſilij, Ariſtoteles Rhet. ad Alexandrum, in ſuccinctis regnat vigor illibus, Sidon. Hinc Iuuenal. Satyrâ 4.

Montani quoque venter adeſt abdomine tardus.

Vnde in Scrutinio ſerotino Archiepiſcopus alloquens Epiſcopum conſecratum ſobrietatem ei commendans: Recognoſce, ait, Magiſter, qui turgidum ventrem ferre videris, quomodo de ieiuniis mihi prædices. & venter impiorum inſaturabilis dicitur, & eorum guttur, ſepulchrum patens. (Prou. 13. 25. Pſalm. 5.) Hîc ergò quiſquis es (ſi quis tamen ſi quis) qui in ventre, quaſi in ſepulchro condideris patrimonium Chriſti dilancinatum, velim te cogitare corpus tuum, cuius tu tàm delicatulam geris curam, vas eſſe in quo corrumpitur quidquid ingeritur, imò cadauera diuitum plus fœtêre quàm pauperum, S. Ambroſius obſeruat l. 2. Hexaem. c. 8. neque Deum inueniri in terra ſuauiter viuentium, beatamque eſſe terram, cuius Principes ſuo tempore veſcuntur, & maledictam, cùm manè comedunt, Eccleſiaſt. 10. & 37. (Iob. 28.) Sic Iſidis Sacerdotes obeſa corpora putabant impura, & ſalem auerſabantur, quaſi cibi, & potus appetitionem crearet, apud Plutarchum, Ne eſſent ex eorum numero, quorum res merſæ in ventrem, Iuuenal. Satyrâ 11. Quique gentium tributo ventrem alunt impigrum, Seneca Teſte, à quo nihil præter fœdam proluuiem expectandum, licet cloacale illud onus miſerabili auro (pleriſque ſacro) non ſine contaminatione recipiatur. Obiit autem Muſſeij Pſalmum 83. *Quàm dilecta tabernacula*, canendo poſt ſumpta Eccleſiæ ſacramenta die S. Magdalenes 22. Iulij 1529. ætatis 50. vt indicant hi verſus in Epicedio illius poſiti:

Tum Quintilis erat ſeptena craſtina terna,
Ter centum, & tria bis luſtra, ſed annus abeſt;
Annus abeſt, quem ſi natura dediſſet, habebat,
Ter ſeptem annorum tempora, térque decem.

Porrò huius tempore vrbs Diuio obſeſſa à quadraginta quinque millibus Heluetiorum 1513. liberatur ſingulari Dei beneficio, & ſanctorum tutelarium, præſertimque Deiparæ patrocinio: quæ Eleutheria, inde ſolemni A Religione proceſſionis annuæ poſteris coluntur, ac tunc ibidem Eccleſia S. Magdalenes Ordinis ſancti Ioannis Ieroſolymitani Sodalibus aſſignata, ex S. Petri ſuburbio intra vrbis mœnia transfertur magiſtratum gerente vrbis Benigno *de Cyrey*, qui eo munere duodecies functus eſt, quod nulli alij, vt puto contigit. Quâ in obſidione enituit prudentia, & fortitudo Ludouici Trimollij Gubernatoris, & Georgij eius fratris Locum-tenentis, ac Seneſchalli Burgundiæ. (Sic Pelopidas terdecies gubernator Bœotiæ patriæ ſuæ, apud Plutarch.) At huius proceſſionis mentio in mentem reuocat inſtitutionem alte-B rius proceſſionis auctoritate Michaelis confirmatam, in qua vniuerſus Diuionenſis Clerus cum Magiſtratu, & populo vrbis ſolemniter quotannis die ſancti Georgij Larcyum, & iterùm die SS. Philippi, & Iacobi Fontana adit ad exorcizanda, ſeu adiuranda, & depellenda varia inſectorum genera fructibus terræ infeſta, cuius adiurationis formula hæc eſt: *Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, qui in hac trini nominis inuocatione tibi ſupplicari à fidelibus voluiſti, qui omnia pedibus hominis ſubdidiſti, qui* (Pſalm 8.) *ad orationem Moyſi famuli ranas extinxiſti, ciniſes, & muſcas effugaſti,* (Exod. c. 8.) C *cuius ad imperium Ioſue applicante muri Iericho collapſi ſunt; qui Apoſtolis, & Diſcipulis poteſtatem ſuper omnem ſpiritum immundum, &* (Ioſue 6.) *omne noxium dediſti, quique per manus fidelium tuorum, ad inuocationem ſancti nominis tui mirabilia, & innumera ſigna, &* (Luc. 9. & 10. Marc. vlt.) *prodigia in brachio extento operari dignatus es, cui omnia creata obediunt, & quem dæmones contremiſcunt.* (Deuter. 6. Ierem. 32. Iacob. 2.) *Reſpice clementiſſime Deus conuerſionem populi tui, & increpare, & abigere, atque extinguere digneris hanc æruginem muſcarum, vriroſtrorum, ac omnium malignorum vermium, qui vineam tuam, agroſque tuos demoliuntur, & fructus ſacri-* (Vrebecs, quaſi vrentia becco, id eſt, roſtro.) D *ficij tui adurunt, quique ſegetum germina adurunt, fruges corrodunt, diſperde illos in virtute tua, & depone eos protector noſter Domine, qui viuis, & regnas Deus.* Tum ſequentia, mediocri voce dicuntur: *Nos auctoritate R. Domini Epiſcopi N. Ducis Lingonenſis, quâ fungimur in hac parte, vouentes ſacrificium laudis in virtute, & inuocatione nominis Dei, quod ſanctum eſt, & terribile, & per ipſius nominis virtutem, etſi ſumus indigni illius famuli, auctoritate tamen, quam Eccleſia conferre dignatus eſt,* (Pſal. 110.) *hortamur vos, & monemus, imò auctoritate omnipotentis Dei, & in virtute nominis eius, vobis præcipimus, vt ab hac vinearum, agrorum, ſegetum, ac omnium terræ fructuum demolitione ceſſetis, ſed agros incultos, &*

infructuoſos petatis, ibique maneatis, nec eis deinceps noceatis ſub pœna extermini, & increpationis, ac iudicij iuſti Dei, eiuſque Eccleſiæ ſponſæ, quam in vos, niſi præceptis ipſius Dei, ipſiuſque ſponſæ prædictæ per nos factis, confeſtim obedиatis, præmiſſâ auctoritate ferimus, innocatoq; iterùm ipſius nomine Dei omnipotentis pronunciamus: In nomine Patris †, & Filij †, & Spiritus ſancti †. Amen. Poſtremò fit aquæ benedictio, & aſpergitur more ſolito. Notabis autem hanc formulam adiurationis vulgò dici excommunicationem, ſed impropriè, cùm excommunicatio feratur tantùm ob delictum, contumaciam, & emendationem, quorum ſolus homo viuens viator eſt capax, à quibus excluduntur Beati, & damnati, & omnes animæ ſeparatæ à corpore, & omnia bruta animalia, quæ ſi excommunicari, & anathematizari dicuntur, illa verba ſumuntur pro verbis, quibus aliquid deteſtamur, & à nobis ſeparari optamus, tamquam nociuum, & execrabile. Qua de re Delrio Diſquiſitionum magicarum lib. 3. part. 2. q. 4. ſectione 8. Valerius Reginaldus lib. 9. c. 8. ſect. 1. praxis fori pœnitentialis, Nauarrus cap. 27. num. 13. Manualis, & Conſilio 4. lib. 5. De ſententia excommunicationis, Serarius in Ioſuë cap. 6. Claudius Eſpanſæus Digreſſionibus in Epiſtolam Pauli ad Timotheum, & *Soarez*, De Cenſuris diſput. 5. ſectione 1. Nec verò diſſimilis forma extat in Rituali Bituricenſi, & Geneuenſi, & in Breuiario Carmelitarum, & Prædicatorum contra peſtem animalium, & tempeſtates. Qua de re ſcripſit etiam Guilelmus Blancus Epiſcopus Ventienſis 1597. Vide Manutium in Prouerbio, Dictis campas abigi, & Azor lib. 9. cap. 15. vbi ait inter cætera aquam benedictam habere vim aſſiſtentem, non inhærentem ad ſterilitatem rerum mundanarum auferendam. Sic Stephanus 6. Papa fugauit locuſtas aquæ benedictæ aſperſione, apud Guilelmum Bibliothecarium: ſic etiam muſcæ à Sancto Bernardo exorcizatæ moriuntur, vt eſt in eius vita lib. 1. cap. 11.

89. *Claudius* Philippi de Longo-vico, & Margaritæ Baufremontiæ filius, origine Sequanus, ex Canonico, & Archidiacono factus fuit Epiſcopus Matiſconenſis 1513. indeque ad Lingonenſem tranſlatus 1530. Quo tempore celebrauit Ledone Salnerij, *Leon le Saulnier*, exequias Philippi Chalonij Orangiæ Principis ad vrbem Florentiam tormen-

A to maiore bellico interfecti: eodémque tempore fundatur Collegium Diuione in parrochia S. Michaëlis à Iuliano Martino Preſbytero, qui in Capella eiuſdem Collegij ſepelitur 6. Auguſti 1546. Creatur Cardinalis 7. Idus Nouembris 1533. à Clemente 7. titulo S. Agnetis in Agone, vulgò *de Giury* nuncupatus, ac S. R. E. Archipreſbyter, apud Onuphr. Ciaconum, & Petramellarium, qui titulus ſanctæ Agnetis in circo Agonali (*Piazza Nauona*) à Leone 10. fuit inſtitutus, de quo Pancirolus in theſauro vrbis Romæ. Interfuit exequiis Franciſci 1. Regis cum aliis 9. Cardinalibus,

B & 40. cùm Archiepiſcopis, tùm Epiſcopis orante Petro Caſtellano 1547. Quo anno paulò pòſt interfuit ſacro Henrici 2. die S. Annæ à Ioanne Lotharingo Cardinale, Archiepiſcopo Remenſi peracto, qui Henricus anno ſequente Lingonas ſolemniter ingreditur. Breuiarium, ſeu Codicem precum horariarum formularium elegantibus typis euulgauit 1560. vbi verè dicitur:

Et cuſtos fidei frequenſque cultor,
Et puræ renitens columna vitæ.
Digna lege: virtus, cui vltrò ſe purpura
ſupplex

C *Obtulit.*

Fuit prætereà Epiſcopus Ambianenſis 66. & Pictauienſis 91. (quibus poſterioribus deinceps renuntiauit) & Abbas 88. Benignianus, & 30. Stephanienſis, ac Pulteriarum, nec non Prior S. Leodegarij in Burgundia, & Theſaurarius S. Martini. Vbi vides pluralitatem beneficiorum, de qua licita, vel illicita ſuprà dictum in Guilelmo 77. Epiſcopo Pariſienſi. *Pluralitas beneficiorum.* Obiit autem Claudius Muſſeij octogenarius Sabbato 5. Idus Auguſti 1561. malè 1560. Ciacono, & Petramellario, ſepultus ad cornu epiſtolæ

D maioris altaris baſilicæ cathedralis, in monumento, quod ſibi viuens poſuerat, continentiâ, pietate, beneficentiâ, maximè in Eccleſiam commendatus, ac ſui ſæculi ob hæreſes in eo natas, pertæſus, quique illud S. Polycarpi in Florianum meritò vſurpauit: *O Deus bone in quæ me ſeruaſti tempora vt has blaſphemias ſuſtineam?* apud Euſebium lib. 5. cap. 20. Nam eo adhuc ſuperſtite agitatum fuerat de Colloquio cum miniſtris hæreticæ prauitatis, quod paulò poſt Claudij tranſitum inſtituitur Piſciaci, ſeu Piſtis, à die 9. Septemb. ad 25. Nouemb. *Poiſſy.* Porrò videtur ipſius ſymbolum, crucifixi videlicet imago, his verbis inſcripta cum cornu copiæ, *Abundantia diligentibus.*

gentibus. Nec ſine cauſa hoc ſymbolum vſurpabat, qui Dei, & proximi amore ita flagrabat, vt diceret *vix eſſe Chriſtiani litigare*, neque ſemel de iure ſuo priuato remiſit, ne quid ex litibus in aliorum animis oriretur offenſionis, cùm id agendo ad amorem allicere in ſua manu eſſe videret. Id enim eſt officium viri boni à litibus recedere, non quantùm deceat, ſed etiam plus quàm deceat, ex Cicerone, & verecunda cogitatio eius, qui lites execratur non eſt vituperanda, ex Vlpiano l. 4. §. 1. De Alienat. iudic. mutandi cauſa facta, imò turpe eſt Sacerdoti ſi eſſe non poſſit auctor reconciliationis fratribus, ſed neceſſe ſit recurrere ad externos, S. Chryſoſtomus in cap. 6. Epiſtolæ ad Epheſios, vbi legendi Cornelius, & Iuſtinianus, & Eſpanſæus l. 2. Digreſſionum c. 8. in Epiſt. 1. ad Timotheum, Phocius in Nomocanonem tit. 8. c. 18. Syneſius ep. 121. Caſſiodorus lib. 4. epiſt. 4. Sidonius lib. 6. epiſt. 2. & lib. 3. epiſt. 10. Petrus Bleſenſis in epiſt. vbi lamentatur hodie nullum eſſe forum iudiciale, cui ſe viri religioſi importuniſſimè non importent, vix enim lites, etiam iuſtæ, ſuſcipiuntur ſine peccato, ſaltem veniali, & alteruter litigantium fouet ſemper iniuſtam cauſam, niſi per ignorantiam excuſetur, Caietanus in cap. 6. ad Corinthios v. 7. licere tamen litigare pro iuribus Eccleſiaſticis, notat Magiſter ſacri Palatij in Indice librorum expurgandorum pag. 226. Hoc quoque Præſule emiſſum eſt à Diuionenſibus votum de feſto S. Annæ ſeruando, hâc formâ, ex Tabulario vrbis:

Votum S. Annæ 1531. Ioãne Noë Diuionis Maiore.

Anno incarnati Verbi 1531. *die* 7. *menſis Septembris, Ciues Diuionenſes in vnum congregati in ſuo publico conuentu vnà cum venerabilibus Dominis Eccleſiaſticis votum vouerunt Deo ob peſtem ingruentem in ſua ciuitate, & quæ iam eos per multos annos vexauerat, & adhuc vexabat, de conſenſu, & auctoritate venerandi Domini Magiſtri Nicolai* Gaultier, *S. Capellæ Cantoris, Vicarijque generalis R. in Chriſto Patris, & D. D. Claudij* de Long-vic *Epiſcopi Ducis Lingonenſis, ac Paris Franciæ, de celebrando ſingulis annis feſto D. Annæ, matris Virginis Mariæ ſolemniter, eo cultu, & honore, quo ſolemnitas Dominicæ Reſurrectionis celebrari ſolet à Chriſti fidelibus, cum ſuſceptione ſacræ Euchariſtiæ. Quod vt debitè fieret, ac in perpetuum obſeruaretur, ſtatutum fuit per prædictos Dominos proceſſionem fieri ſolemnem quotannis die Dominicâ, aut feſto immediatè præcedente feſtum S. Annæ, pro vt* A *videretur Dominis Eccleſiaſticis, quo Concionator præfatæ proceſſionis in ſua concione admoneret vnumquemque Ciuium de complendo eorum voto, pro vt ipſi illud emiſerunt, vt ſcilicet vnuſquiſque debitum faciat confitendi peccata ſua, quo dignè valeat ſacram Euchariſtiam ſuſcipere in die ſolemnitatis D. Annæ, ne Dominus ob vota non reddita pro vt promiſſa ſunt, irritetur, ac ne Deus patiatur præfatos Ciues in ſimile relabi peſtis periculum in quo erant, quando dictum votum emiſerunt: à quo periculo liberati fuerant emiſſo voto, meritis, & interceſſionibus D. Annæ. Quod auertat Deus Opt. Max. qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula* B *ſæculorum, Amen.* De eiuſmodi autem votiuis feſtis, per Epiſcopum tacito, vel expreſſo populi conſenſu inſtituendis legendus *Soarez* tomo 3. in 3. partem, diſput. 68. ſectione 5. Nauarrus cap. 10. Manualis num. 76. Azor part. 2. lib. 1. cap. 26. & part. 1. lib. 11. cap. 15. vbi explicatur quomodo obligatio ad ſucceſſores tranſeat, Valerius Reginaldus l. 17. Praxis. At hîc videat poſteritas ne ritus ſacrorum inter aduerſa culti, per proſpera obliterentur. Nam ſanctè vota reddi debent quæ ideò ſolui, & reddi dicuntur, quia debita ab obligatis, & C damnatis, qui votis ſolutis libenter liberi manent, vnde in veteribus monumentis V.S.L.M. Tu igitur ô felix vrbs ſemper, vt facis, immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua, Qui confortauit ſeras portarum tuarum, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. At de cultu, & feſto S. Annæ, vide Baronium, & Galeſinum in Martyrolog. 26. Iulij, Cornelium Scultingum in Biblioth. Eccleſiaſtica, quod feſtum in diœceſi Lingonenſi 27. & in Pariſienſi 28. eiuſdem menſis Iulij celebratur. Sic peſtis ſeda- D tur votis, & precibus, Numer. 14. Quæ peſtis plerúmque immittitur à Deo irato, Leuit. 16. Deuteronom. 28. 2. Regum 24. vbi & ceſſat ædificato altari à Dauide, eaque fuit iuſta, & pia perſuaſio, non ſolùm fidelium, ſed etiam Gentilium: ſic Venetiis Capucinorum Templum cernitur ob ſedatam peſtem Chriſto votum, apud Sanſouinum, ſic, vt liceat hîc

Tacit. l. 11. Cic. 2 leg.

Pſal. 49. & 147.

Iſaiæ 60.

—— *miſcere ſacra profanis,*

In veteri lapide legitur in Italia.

Fortunæ obſequenti Ordo Comenſis voto pro ſalute Ciuium ſuſcepto. Quæ vota apud Ethnicos, à Magiſtratibus, & populo, præſente Pontifice nuncupari, ipſamq; nuncupationem in tabulas referri con-

ſueuiſſe docuit V. C. Barnabas Briſſonius lib. 1. Formularum. Ita ingruente peſtilentiâ, quantâ non temerè aliàs, Titus Imperator medendæ valetudini, leuandiſque morbis nullam diuinam, humanamque non adhibuit opem, inquiſito omnium ſacrificiorum, remediorumque genere, apud Sueton. cap. 8. Legendus Onuphrius De Lūdis ſæcularibus. Et auctore Homero diſci poteſt morbos tùm ad iram deorum immortalium relatos eſſe, & ab iiſdem opem poſci ſolitam, ait Cornelius Celſus Præfatione lib. 1. exemplúmque eſt Illiadis 1. de peſtilentia, quod pluribus perſequitur Ariſtides Oratione in Æſculapium. Sic Athenienſes peſtilentiâ ingruente Deo ignoto aram ſtatuerunt, Thucidides. Nec omittendum Ioannem Fabrum Diuionenſem virum Mathematicarum, & Poeſæos peritum fuiſſe Claudij Cardinalis Secretarium.

90. *Iacobus de Heluys*, natus in vico *Tillard* diœceſis Bellouacenſis, patre agricolâ Caroli Borbonij Principis *de la Roche-ſur-yon* alumnus, cathedræ iam annum vacanti tandem præfectus, vno tantùm anno, & tribus menſibus deceſſit Bello-prati, *Beau-preau*, apud Andegauos.

91. *Petrus* 2. *de Gondy*, patre Antonino, matre Catharinâ Petra-viua, natus Lugduni, ſed ſtirpe nobili, & antiquâ Florentię apud Etruſcos in Italia oriundus, Elizabethæ Auſtriacæ Maximiliani Imperatoris filiæ, & Caroli 9. Regis Franciæ vxoris Eleëmoſynarius, ad hanc ſedem euehitur: ſed indè tranſfertur ad Pariſienſem cathedram 1570. vbi de eo plura num. 107. Quo anno die 9. Martij nominatur adhuc Nicolaus *de Gié* eius Vicarius. Quo ſedente Lingonenſes obtinuerunt ius eligendi ſibi Magiſtratum, qui Maior dicitur, *Maire*.

Maire de Lengres.

92. *Carolus* (quod nomen ſignificat generoſum, & fortem) Scarſius, *d'Eſcars*, clarus Sacerdos (ex Felici Anagrammate) filius Iacobi, & Annæ Inſulanæ è Comitibus Toloſanis oriundæ, ex Pictauienſi 93. transfertur ad Lingonenſem. Clericos ordinat Diuione Dominicâ die 19. Octobris 1572. Excepit Diuoduni Mediomatricum Idibus Auguſti 1573. luculentâ oratione, quæ poſteà edita eſt, Legatos Regni Poloniæ, ſeu Sarmatiæ Europeæ, qui nuntiatum veniebant electionem Henrici Andium Ducis in Regem Poloniæ, qui poſteà Rex Franciæ factus Carolum

Portoit de gueule au pal vairlé, eſcartelé de ſon Egliſe.

Epiſcopum inter Præceptores Ordinis S. Spiritus, quem recens inſtituebat 1579. Calend. Ianuariis adſcripſit. Quo Præſule fundatur Diuione 1581. Collegium Patrum S. I. ab Odineto Godrano in Senatu Burgundiæ Præſide, quorum ibi primus Rector Ludouicus Richeomus, de quo *Ribadeneyra* in Catalogo Scriptorum eiuſdem piæ, & doctæ Societatis: & Conuentus Patrum Capucinorum in eadem vrbe conſtitutus ſumptibus Ioachimi *de Damas*, Domini *de Commune* 1601. 4. Octobris, quorum Eccleſiam dedicauit Carolus 1610. Sabbato 19. Iulij, Indict. 8. & Eccleſiam S. Nicolai feriâ 3. ſequente in eadem vrbe conſecrauit, quorum etiam Capucinorum in hac diœceſi varij Conuentus paulò pòſt extructi fuêre, vt Lingonis, & Caluomonte, item Carmelitanarum excalceatarum Sodalitium Diuionem inducitur, Vrſulanarum quoque Congregatio inſtituta Diuione, & Lingonis, ſed & Minimi Diuione inſtituti, & Tornodori, quo in poſteriore oppido Carolus, Henricus Claromontanus Comes, & Catharina-Maria *d'Eſcoubleau* coniuges egregium Monaſterium huius Ordinis Profeſſoribus ædificarunt, & dotarunt. Prætereà interfuit Carolus ſacro Ludouici 13. F. R. Dominicâ die 17. Octobris eiuſdem anni 1610. Remiſà Franciſco Cardinale Iouienſi peracto. Fuerunt prætereà Sorores Dominicanæ, ſeu S. Catharinæ Senenſis filiæ ſpirituales Auenione Diuionem adductæ 1612. die 12. Nouembris, maiore vrbis Iacobo *Boſſuet* Regio ex-Senatore ſapientiſſimo, cuius beneficio multa, quæ ad vrbis Diuionenſis antiquitates ſpectant, accepta lubentes volentes deferimus. Fulienſes etiam 1614. feriâ 2. poſt Dominicam Paſſionis ſtabiliuntur Fontanis loco S. Bernardi natalibus claro. Eodem pariter Antiſtite Stephanienſes à pluribus annis Regulam S. Auguſtini Diuione profeſſi in priſtinum ſæcularem ſtatum reſtituuntur, vt infrà dicetur cùm de Abbatibus eorum agetur. Hoc etiam ſedente obiit Petrus *Dinet* Canonicus Lingonenſis, Regis Eleëmoſynarius, & Prædicator inſignis 1595. ſcriptor hieroglyphicorum, frater Gaſparis Epiſcopi Matiſconenſis, ſepultus ad Franciſcanos eiuſdem vrbis Matiſconenſis, cui dum olim Magiſter Theologiæ renuntiaretur Pariſiis, elegantem cecinit Panegyricum Theodorus Marcilius 1586. Eumque triennio pòſt in Beatorum numerum

Patres S. I.

Capucini.

Carmelitæ. Vrſulanæ. Minimi.

Tornodorum. Vide infr. Abbatias V. S. Michaëlis.

Dominicanæ.

Fulienſes.

Sæcularizatio S. Stephani Diuionenſis.

(vt piè creditur) ſecutus eſt Ludouicus A *Gandex* Prior Carthuſiæ Diuionenſis 1598. virtutis, & doctrinæ commendatione clarus, de quo Poſſeuin. in Apparatu ſacro meminit. In hac porrò Eccleſia cathedrali hoc tempore floruerunt Decani, Gabriel *le Geneuois*, dominus *de Bouſſancour* Abbas *de Moris*, poſteà Epiſcopus Nouiomenſis, & Iacobus *Griot* Cõſiliarius Curię Pariſienſis 1619. menſe Iunio, Bernardus *des Barres* Archidiaconus maior in Senatu Burgundiæ Præſes, ex Maiore vrbis Diuionenſis, Ioannes *Barres* Officialis, Bernardi frater, Natalis *Faccnet* Caroli Vicarius B Generalis, quo viro meliorem, & doctiorem haud facilè eſt reperire, Franciſcus Comeſtor *Mangeard*, Theologus Epiſcopus Nigropontis, ſeu Calcidis in Euboëa Egæi maris Inſula, Canonicus Lingonenſis, Propontifex, ſeu Suffraganeus iacet in æde primaria. At ipſe Carolus longâ quidem, ſed minimè imbecillâ ſenectute confectus, ab hominibus receſſit 1614. Bezuæ, ibique ſepultus in Eccleſia S. Petri Abbatiali, quam 65. annos rexerat, omnium Galliæ Prælatorum, & præceptorum Ordinis S. Spiritus antiquiſſimus. C

93. *Sebaſtianus Zamet*, ex Abbate Iulliaci *de Iolly*, poſſeſſionem adipiſcitur 1615. Quo anno interfuit Comitiis Galliæ Pariſiis. Eius permiſſu primarius lapis impoſitus eſt ædi ſacræ Fullienſium Fõtanis à Rogerio *de Bellegarde* Burgundiæ moderatore, idque nomine Regis Chriſtianiſſimi 6. Ianu. 1619. Quo item anno 15. Aug. aſſumptæ in cælos Virgini ſacra Eccleſiam Collegij S. I. Diuione in honorem S. Bernardi dedicauit, Sacerdotes Oratorij in eadem vrbe recepit 1622. cùm anteà iam Lingonis eoſdem ſtabiliuiſſet, & Sorores Viſitationis 1622. Diuionem admiſit, quibus cœ- D miterium benedixit Andreas *Fremyot* Archiepiſcop. Bituricenſis die 9. Octobris eiuſdem anni. Sebaſtianus verò fratrem habuit Ioannem Regalibus caſtris Præfectum, in quo pietas fortitudini, fortitudo pietati, palmã præripere ſemper contendit, qui in Montis-peſſuli obſidione tormenti bellici fulmine percuſſus glorioſæ morti occubuit. Prætereà ſcripſit Sebaſtianus 1622. Conſilia ſpiritualia (*Aduis ſpirituels*) dicata Vrſulanis Diuionẽſibus. Curauit Monialium Tardi reformationem & tralationem in vrbem Diuionem 1623. vigilia Aſcenſionis. Quamuis autem Paſtor noſter, talis, tantúſq; ſit, vt de eo nemo bonus ſilere, A nemo malus obloqui poſſit, tamen ſingularis eius modeſtia nos plura modò effari vetat. Viuas igitur ſic felix, vt tibi diſſimiles nulli, ſimiles cuncti eſſe cupiant; viuas inquam Præſul vbique mihi colende,

Æthereum munus nobis per ſecula miſſum,
Virtutis ſpecimen, cæleſtis Regula vitæ.

Lodevenſes Epiſcopi.

Lodeve.

B LVTEVA, vel Lutaba, vulgò Lodeua ſub Archiepiſcopatu Narbonenſi, & Toloſano Parlamento, gradu longit 23.20 latitud. 43. 34. altitud. ſolis 46.26. vbi dies maxima horar. 15. 16. ad fluuiolum in Orobim labentem, cuius incolæ Lutevani, nonnullis Foroneronienſes. Abbatiæ verò in hac diœceſi reperiũtur, duæ virorum, S. Saluatoris in vrbe O.B. *S. Sauueur.* S. Guilelmi de Deſertis O. B. *S. Guillem des Deſerts*, & duæ fœminarum. *Nonangue, & Grzane.* Flor. 1000. Flor. 400. Flor. 500.

Hæc autem vrbs non accepit primum Præſulem à Ioanne 22. vt putat Miræus C poſt Maſſonum, quos falli ex ſequentibus patebit. Vide Garſiam Loaiſam in Notis ad Concilium Lucenſe. Meminit etiam Eccleſię Luteuenſis Bonifacius Papa epiſt. ad Hilarium Narbonenſem, quæ agnoſcit Patronum S. Geneſium Martyrem Arelatenſem 25. Auguſti. At Epiſcopus Luteuenſis eſt Comes *de Montrun*, & ſupremus totius diœceſis dominus.

S. Florus.

S. Georgius.

S. Amantius.

Maternus, in Concilio Agathenſi 506.

D *Deuterius*, ſeu Denterius. In Concilio Aruernenſi. 541.

Agripinus Concilio 3. Toletano, & Narbonenſi 589. apud Barõn. nu. 31. & tomo 2. Conciliorum, vbi dicitur Epiſcopus de Loteba.

Leontius. Subſcribit edicto Gondemari Era 648. id eſt, A.C. 610.

Anatolius. Concilio 4. Toletano 633. & 5. 636. & 6. 638.

Anſemundus. Conc. Tolet. 13. 683. per Giſibertum Vicarium.

Theodericus, 937.

S. Fulcranus 972. ſecundarius Eccleſiæ, poſt S. Geneſiũ, patronus, cuius corpus ab hæreticis diſcerptum fuit, ſed non ſine diuina in ſacrilegos vltione.

Roſtagnus. Concilio Toletano 1056. Baronio.

Guilelmus 1247. Inquirit 3. Iulij iuſſu Pontificis Innocentij 4. an Raymundus senior Toloſæ Comes obierit Catholicus.

Berengarius 1283.

Petrus. Creditur nonnullis auctor libri, cui titulus: *Præclara Francorum facinora* ab anno 1202. ad annum 1312.

Vidus Perpinianus Inquiſitor fidei in Valdenſes.

Bernardus Guidonis Ordinis Prędicatorum, fidei in Albigenſes Inquiſitor dicat Chronicon Ioanni Papæ 22. A.C. 1320. Illud autē Chron. ſeu ſpeculum hiſtoriæ ſcripſit iuſſu Berengarij Magiſtri Generalis Ordinis 13. Prædicatorum apud Lemouices, quorum tamen non fuit Epiſcopus, vt nonnullis perſuaſum.

Aymericus, ex Canonico Bituricenſi. Obiiſſe dicitur 24. Aprilis in Calendario Bituricenſi.

Ferricus Caſſinet 1365. poſteà Autiſſiodorenſis 83. & Remenſis 69.

Guido de Maleficco, poſteà Pictauienſis 76. & Cardinalis.

Guilelmus Briçonetus, Guilelmi Cardinalis, ex Roleta Belnea filius legitimus, Præſes Cameræ Computorum Pariſiis 1499. Ei Lodevenſi Epiſcopo Ariſtotelis Politica Iacobus Faber Stapulenſis dicat, & Iodocus Clicthouæus opera S. Dionyſij, & Franciſcus Vatablus Ariſtotelis Phyſica 1506. poſteà fit Meldenſis 87. 1516.

Dionyſius, frater Guilelmi circa 1516. poſteà Meldenſis.

Renatus du Puy Nominatur 1520.

Laurentius, Toſcanus 1528.

Leluſius de Cere, 1543.

Dominicus Capra *de Gabre*, Vaſco, ex Legato ad Venetos. Obiit Pariſiis, vbi ſepelitur in Choro S. Germani Pratenſis Calend. Ianuar. 1558.

Claudius Briçonet, 1564.

Chriſtophorus de Stagno, *de l'Eſtang*, 1587. poſteà Carcaſſonenſis.

Gerardus Robinus Auguſtinianus Eremita 1604.

Franciſcus de Leui 1617. Nominatus, nō cōſecratus ceſſit. Intereà ſede vacante res Eccleſiæ D. *Guileminet* Archidiaconus, & Vicarius Generalis adminiſtrat, & Cleri cœtui Pariſiis 1625. intereſt.

Ioannes Plantauitius *De la Pauſe* Abbas S. Martini Ruricurtenſis, primus Reginæ Hiſpaniarum Eleëmoſynarius, vir antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſiſſimus, qui nobis Catalogum Abbatum ſui Monaſterij Ruricurtenſis miſit, vtinam & ſui Epiſcopatus, quod bono Eccleſiæ publico facturum aliquando ſperamus.

Porte eſcartelé au 1. & 4. d'azur à l'arche de Noé d'or au 2. & 3. de gueules à trois fleurs de lis d'argent.

Lombarienſes Epiſcopi.

Lombez.

Flor. 1500.

LOMBARIA, vel Lomberia in Toloſano Parlamento, & Archiepiſcopatu, à quo auulſus fuit hic nouus Epiſcopatus Lombarienſis, per Ioannem 22. 1317. erectus ex Abbatia B. Virginis Ordinis ſancti Auguſtini, ad Sauam fluuium, gradu longitud. 21. 30. latitud. 43. 22. altitud. ſolis 46. 8. cuius cathedræ Præſules (centum circiter Parrochias habentes) hac ſerie recenſentur.

Arnoldus, primus quem eligens, ſuper defectum ætatis, & Ordinum diſpenſat Ioannes 22. in Extrauagante *Nuper* c. 8. *de Prabendis, & dignitatib.* Pōtificatus an. 4. Chriſti 1320. Fit inde Claromontanus 68. vbi dicitur *Arnault de Cunenghe* 1329.

Iacobus de Columnâ, de quo Petrarcha l. 4. epiſt. 6. familiarium. Nominatur in Actis Capituli 1338. & 1335.

Antonius 1342. & 1348.

Rogerius 1355. & 1360.

Guilelmus de Duroforti 1363. 16. Aprilis, 1375. 24. Aprilis, ſepultus in Eccleſia cathedrali tumbâ lapideâ, in Capella S. Ioannis.

Ioannes 1390.

Petrus Paris 1396. 20 Februarij.

Raymundus de Bretennes 1416.

Arnaldus de Mirapice 1417. 17. Februarij, & 15. Iunij.

Petrus de Fuxo, *de Foix* Cardinalis, & Legatus in Aragonia, adminiſtrator, de quo nos aliàs.

Gerardus Garſias 1430. & 1461.

Sanctius Garſias 1466. & 1472.

Ioannes de Grolaya, vel de Villariis, *de Grolaye, ou de Villiers* 1477. Creatur Cardinalis S. Sabinæ in monte Auentino 1493. 12. Cal. Octob. ab Alexandro 6. ex Abbate Sandionyſiano 60. Præſes Curiæ Iuuaminum Pariſiis 1483.

Dionyſius de Villarijs 1499. & 1510.

Sanaricus de Orneſano 1512. & 1528.

Bernardus de Orneſano 1528. & 1537.

Antonius Oliuier 1556.

Petrus de l'Ancrau, nominatur 1561. Interfuit Concilio Toloſano 1590. Obiit 18. Octobris anno 1598. Ediderat antè

Epiſcopatum

Epiſcopatum Gallicè Auenione 1552. Exercitationes, & Excitationes animi in Deum, ex Ludouico Viue.

Iannes Daffis, à 18. Octobris 1598. ad diem Sabbati primam Februarij 1614. Qua die obiit circiter horam 7. in domo Præpoſituræ Eccleſiæ metropolitanæ, in cuius Choro ſepelitur.

Bernardus Daffis Guilelmi Protopræſidis Burdegalæ filius, Stephani Duranti Senatus Toloſani Principis nepos, Abbas Caſæ-Dei, talis tantúſque vir, vt ad eius maximam commendationem, ſolius nominis indicatio ſatis, ſupérque ſufficiat. Eius verò ſummæ benignitati hunc Catalogum debemus.

Loſanenſes Epiſcopi.

Loſan.

Flor. 1160. LAVSANA, vel Loſana, vel Lauſunum, & Lauſodunum, vrbs ad ripam dextram, & Septentrionalem lacus Lemani apud Latobriges, gradu longitud. 28. 20. latit. 46. 6. altitud. ſolis 43. 54. vbi dies maxima horarum 15. 34. 8. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 62. 18. ad gnomonem 60. quò tralata ſedes Epiſcopalis Auentico circa 590. Auentici verò meminit Ptolem. lib. 2. c. 9. Ammianus lib. 15. quam deſertam ſignificat, ſed non ignobilem quondam, & gentis Heluetiorum caput, Tacito lib. 1. hiſtoriarum, cuius etiam meminit notitia prouinciarum, vbi corruptè legitur Heluitcorum ciuitas pro Helueticorum. Nam Colonia Helueticorum in vetere lapide dicitur Auenticulũ, gradu long. 28. 0. lat. 45. 30. nunc autem Lauſannã ab hæreticis Bernenſibus occupata 1536. Sedes Epiſcopalis conſtituta eſt Friburgi Nuictlandiæ Heluetiorum, qua de re legendus Guilimannus lib. 1. Heluetiæ. At Epiſcopus Loſanenſis (qui, & Comes) memoratur C. 16. *De Prabendis*, eſtque vnus ex Suffraganeis Archiepiſcopi Veſuntionenſis. Habentur verò in eius diœceſi hæ Abbatiæ:

Auenticum

Lacus O.P.

Flor. 194. Alta-ripa *Haulte-riue* O.C.

Alta-chriſta, *Haulte-creſte* O.C.

Porrò huius ſedis reperti à nobis hi Epiſcopi.

Superius Auenticenſis, in Concilio Aruernenſi, ſed legendum puto Sperius, pro Heſperius, vt eſt in veteri Codice, ſcripturâ, & pronuntiatione Gothicâ, ſicut *Spania* pro Hiſpaniâ, quod rectè aduertit Loaiſa, immeritò reprehenſus à Fileſaco, aliàs eruditiſſimo. Nec enim facilè poteſt oſtendi, ante Gothicam in Romanũ Imperium irruptionem, fuiſſe ſcriptum apud Gellium l. 9. c. 13. *Spanico*, nec apud D. Paulum *Rom.* 15. Spaniam: cùm in melioris notæ libris habeatur Hiſpanico, & Hiſpaniam, itaque legitur Grecè in Regiis Bibliorum exemplaribus. Dici quoque poteſt Superius, pro Exſuperio, Gallicè *Spire*.

Marius Auenticenſis. In Concilio Matiſconenſi 2. 588. legitur & Martinus 593. ſed corruptè vt puto, is verò eſt qui primus Epiſcoporũ Auenticorum Hildeberti Regis permiſſu ſedem Loſannæ fixit.

Aricus. Cõcilio Cabilonenſi circa 650.

Hieronymus. Eum commendat Ioannes 8. epiſt. 245.

Buchardus, Rodolphi 2. Regis Burgundionum, ex Bertha Alemanna filius, circa 940.

Gotiſcaldus. In Synodo Trinolchiana, apud Sanjulianum 944. *Henricus* 1014.

Hugo Rodulphi 3. cognomento Ignaui Burgundię Regis filius 1019. in dedicatione Eccleſiæ Baſilienſis.

Henricus. Nominatur 7. Calend. Aprilis 1044.

Burchardus circa 1120.

Geroldus 1125.

Valtherus 1146.

Amedeus, ex Monacho Ciſtercienſis Ordinis, & Abbate Alte-combæ, circa annum 1148. de quo Nicolaus Clareuallenſis epiſt. 34. Miręus in Chronico Ciſtercienſi pag. 311. vita S. Bernardi l. 2. c. 8. Scripſit de B. Maria Virgine matre homilias octo multa eruditione refertas, in Bibliotheca Patrum editas, Faſcicul. Sanct. Ciſtercij l. 2. diſt. 10. c. 3. Eius depoſitio notatur 27. Septemb.

Landericus, ex S. Ioannis Veſuntionenſis Decano, conſecratus ab Humberto Archiepiſcopo ſuo 1160.

Rogerius. In Concilio Lateran. Alexandri 3. 1179. & 1180. in Chartis Abbatiæ Bellæ-vallis Biſuntinæ diœceſis, apud Ioannem Chifletium.

Ioannes. Interfuit eleuationi Reliquiarum S. Ferreoli, & Ferrutij Veſuntione 4. Nonas Septembris 1246.

B. Bonifacius, de quo Roſveidus, Molanus 19. Februarij, & Coluenerius in Notis ad Cantipratenſem l. 2. Apum c. 30. n. 6. Vnde colligitur eum vixiſſe circiter an. 1260. Faſc. Sanct. Ciſtercij l. 1. diſt. 32. & Miræus in Faſt. Belgicis.

Conradus Lugdunenſis, Ordinis Dominicani, apud Stephanum *Sampayo* in ſtemmate Ordinis Prædicatorum. A

Iacobus, Ordinis Prædicatorum apud Antonium Senenſem in Bibliotheca.

Ioannes Monachus 1398. Obiit 3. Nonas Septembris 1417. ſepultus in cathedrali. Ciacon. p. 833. Onuphr. p. 245.

Ludouicus de Pallude, *de la Palu*, Anticardinalis in Concilio Baſilienſi ſeſſione 3. & 38. poſteà Cardinalis Nicolai 5. & Epiſcopus Maurianenſis.

Aymo de Monte-falcone. Condidit Franciſcanos Morgiis 1497. viuebat adhuc 1509.

Angelus, Concilio Lateranenſi Leone 10. 1517.

Sebaſtianus de Monte-falcone. Nominatur 1560.

Geurnord porte d'azur au chevron d'or. *Antonius* de Goreuodo. Obiit 24. Februarij 1598 ſepultus in S. Paulo Veſuntione, vbi fuerat Abbas. Filius fuit Ioannis & Claudiæ *de Semeur*.

Ioannes Dorot, ex Epiſcopo Nicopolis, & Suffraganeo Ferdinandi *de Rie* Archiepiſcopi Veſuntini 1605.

Claudius Vatteville, ex Abbate Charitatis. Inueniuntur etiam Epiſcopi Loſanenſes, ſed incerto adhuc mihi tempore, Prothaſius, Maximus, ſeu Maxius. C

Luçon.

Lucionenſes Epiſcopi.

Flor. 1000. LVCIONVM, ſiue Luxonium, non longè ab Occeano Aquitanico, ſub Parlamento Pariſienſi, & Archiepiſcopatu Burdegalenſi, gradu longit. 18. 30. latitud. 46. 20. vbi altitudo ſolis 43. 40. dies maxima horarum 15. 39. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 63. ad 60. cuius loci Eccleſia Abbatialis Beatæ Mariæ ſacra Ordinis Benedictini 1317. erigitur in cathedralem à Ioanne 22. eam à Pictauienſi auellendo, ſedente Arnaldo *d'Auch* 73. Cardinale, & ſæculari togâ donatur à Paulo 2. quam fundatam narrat Bouchetus à Lucio Conſtantij Imperatoris, & Helenes filio, in cuius diœceſi numerantur 233. Parrochiæ, & Abbatiæ ſequentes: D

Flor. 80. S. Ioannis de Orbeſterio *Orbeſtier* O.B.

Flor. 150. S. Crucis de Talemundo O. B. *Talemond*.

Flor. 180. S. Mariæ de Angelis O. A. vel de Angliis, *d'Angles*.

Flor. 150. De Iardo O.B. *le Iard* S. Mariæ.

S. Mariæ de Granatariâ, *La Grenatiere* O.B. Flor. 220

S. Michaëlis in Eremo O.B. *S. Michel de l'Erm*. Flor. 500.

De Fontanellis O.A. *Fontenelles*. Flor. 80.

S. Mariæ de Inſula-Calueti *l'Iſle Chauvet* O. C. Flor. 50.

De Brolio Grolandi, *du Brueil Groland* O.C. Flor. 133.

De Brolio-Ebrardi, *Breuil-Arbaud* O.B.

S. Mariæ de Triſagio *Trizay* O.C. Flor. 65.

Epiſcopi autem hi ſequuntur ex Demochare, & aliis.

1. *Petrus* de Vezaya, ex Abbate vltimo. Obiit 12. Nouembris 1324. B

2. *Reginaldus* de Toüarſio, *Thouars*. Obiit 12. Martij 1353.

3. *Galterus*, Bituricus. Sedebat 1354.

4. *Elias*.

5. *Guilelmus* de Rupe-fulcaudi, *Rochefoucauld*. Obiit 1387. 27. Ianuarij, ex nobili gente diœceſis Engoliſmenſis, in cuius ſtemmate Andreas Quercetanus legit Guido, vulgò *Guyot*, eumque facit filium Guidonis alterius, ex Agnete *de Culent* Bituricenſi.

6. *Stephanus Loypelli*. Obiit 1407. 13. Septembris.

7. *Germanus Poüillac*. Obiit 1418. 8. die Octobris

8. *Elias Martinelli*. Obiit 27. Februarij 1424.

9. *Guilelmus Gojon*. Obiit 23. Aprilis 1430.

10. *Ioannes Fleury*. Obiit 17. Octobris 1441.

11. *Nicolaus Cordis*, ex Canonico ſanctæ Capellæ Bituricenſis, Ioannis 87. Bituricenſis Archiepiſcopi patruus, iacet in metropoli eiuſdem vrbis, mortuus 1451.

12. *Andreas* de Rupe, *de la Roche*. Obiit 16. Februarij 1462.

13. *Nicolaus Boutaudi*. Obiit 27. Decembris 1490.

14. *Petrus de Sacierges*, Cancellarius, & Præſes Mediolanenſis Domino Georgio Cardinale *d'Amboiſe* Prorege 1500. Ludouico 12. regnante. Nominatur in Pſeudo-ſynodo Piſana 1512. Obiit 9. Septembris 1514.

15. *Ladiſlaus du Faur*, ex Canonico electus obtinuit contra Philippum *de la Guiche*. Obiit 1524. 13 Maij

16. *Ioannes* à Lotharingia ante adeptam poſſeſſionem reſignauit Ludouico ſequenti.

17. *Ludouicus* Borbonius, Cardinalis Archiepiſcopus Senonenſis 92.

18. *Milo d'Ilers*. Obiit 1587.

Daillon porte eſcartelé au 1. & 4. d'azur à une croix engreſlée d'argent, au 2. eſcartelé d'or & d'azur, au 3. de Laual, au canton droit d'azur ſemé de fleurs de lis d'or, au lion de meſme, & ſur le tout d'or à 6 annelets de gueule.

Riche-lieu d'argent au cheuron de 3. pieces de gueule.

19. *Renatus d'Aillon, du Lude*. Ei Briſſonius dicat libros Selectarum lectionum. Item Epiſcopus 59. Baiocenſis, & præceptor Ordinis S. Spiritus, Abbas Caſtellariorum, *Chaſteliers*. A

20. *Baptiſta Tierſelin*, ex reſignatione Renati, permutationis cauſâ, cum Abbatia de Caſtellariis diœceſis Pictauienſis.

21. *Iacobus du Pleſſis de Richelieu*, Abbas de Niolio.

22. *Renatus* de Sala.

23. *Franciſcus Tuer*, 1595. & 1600.

24. *Iacobus du Pleſſis de Richelieu*, filius Guidonis, & Franciſcæ *le Roy de Chaulgny*. B

25. *Alphonſus du Pleſſis* electus ceſſit, factus Carthuſianus.

26. *Hermannus*, Ioannes *du Pleſſis de Richelieu*, ex reſignatione Alphonſi fratris, non conſecrati, ſed Carthuſianam Religionem, vt dictum, profeſſi. Interfuit Comitiis Lutetiæ habitis, & orauit pro Clero ad Regem 1615. Eruditè, & eleganter ſcripſit in hæreticos, & inſtitutionem Chriſtianam ad Parochos. Is rerum humanarum viciſſitudinem, in ſummis præſertim eminentem expertus eſt cõſtantiſſimè, & certè arbor agitatione ventorum ſolidatur, altiuſque radices figit. Fit etiam Abbas Floriacenſis, ac Eleemoſynarius maior Reginæ matris Mariæ *de Medicis*. Creatus verò Cardinalis iam purpurâ ipſâ clarior à Gregorio 15. 1622. menſe Septembri. Eum quoque Sorbona omnium quas ſol videt Theologiæ Scholarum coryphæa) prouiſorem ſuum elegit. Patrem habuit Franciſcum *du Pleſſis*, & matrem Suſannam *de la Porte de Vezins*, fit etiam 1624. Regis Ludouici XIII. Primarius à Conſiliis ſanctioribus, & ſecretioribus: C

Gallorum columen, lux alma, & gloria Romæ. D

Bragelogne porte de gueule à la faſſe d'or chargee d'vne coquille d'argent, & 3. eſtoilles d'or, 2. en chef, 1. en pointe.

27. *Emericus de Bragelogne* 1624. die 24. Iunij ſancto Ioanni feſtâ, conſecratus ab Archiepiſcopo Rotomagenſi, & Epiſcopis ſancti Flori & Gratianopolitano in Abbatia S. Victoris Pariſienſis.

Maclouienſes Epiſcopi.

S. Malo.

MACLOVIVM, ſeu Maclopolis, *S. Malo*, à ſuo primo Præſule S. Maclouio, ſeu Macuto ſic nuncupata, ex Alethæ ruinis nata, vrbs maritima, & peninſularis Britanniæ Celticæ, vel Armoricę, vnde nunc Maclouienſis Epiſcopatus, qui olim Alethenſis, ſub Archiepiſcopo Turonenſi, & Parlamento Redonenſi, à qua vrbe in Septentrionem abeſt 14. m. p. Gallicorum, gradu longit. 18. 30. latit. 48. 48. vbi altitudo ſolis 41. 12. dies maxima horarum 16. 4. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 68. 50. ad 60. in cuius diœceſi hæ reperiuntur Abbatiæ, cum 100. Parochiis. *Flor. 1000.*

S. Meuennij, ſeu Menennij *S. Meen* O.B.

Belli-loci *Beau-lieu* O.A. *Flor. 200.*

S. Ioannis de Pratis O.B. *De la Pree.* *Flor. 100.*

S. Iacobi Montis-fortis O.A. *Montfort.* *Flor. 100.*

Panis-pontis, *Painpont* O.A. *Flor. 100.*

Vrbs verò habet Minoritas, Dominicanos, & Carmelitas, præter cathedralem, cuius Canonici Regulares, facti fuere ſeculares auctoritate Ioannis 22. Põtificatus an. 4. 6. Cal. Nouemb. Huic verò vrbi non mediocrem parit commendationem Iacobus *Cartier* ciuis, qui primus Canadam detexit. At Præſules, qui ſequuntur hanc cathedram rexerũt.

1. *S. Macutus*, ſeu Maclouius, *S. Maclou*, indigenis *S. Malo*, in Martyrol. 17. Cal. Decembris, ſeu 15. Nouembris, quo die habetur eius vita per Sigebertum apud Surium, & in Breuiario Lingonenſi, & pleriſque aliis, & in Bibliotheca Floriacenſi pag. 485. ſed alius auctoris, vbi Macutes dicitur, de quo Robertus Cenalis lib. 2. rerum Gallicarum, Vion in Martyrologio Monaſtico. Tandem verò Macutus

—— *humani ditiſſimus æui*, *Silius l. 3. de Arganthonio.*

vtpotè qui centum triginta tria annorũ ſolſticialium curricula, retrò non reſpiciens in hac miſeriarum valle gratioſus æternitatis beatæ, ſeu beatitatis æternæ candidatus iuſto ſpectante iudice legitimè compleuerit, vinculis ſolutus corporeis, penniſque columbæ deargentatę aſſumptis, in cęlorum ſublimia euolauit, vt ibi requieſcens,

Immortali æuo ſumma cum pace fruatur. *Lucret. l. 1.*

Cuius rei gratiâ Deus rationalem fecit creaturam, ſcilicet, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amah-

do poſſideret, poſſidendo frueretur, A diuinæ gratiæ influentiâ, humilis gloriæ refulgentiâ, diuinæ eſſentiæ clarâ euidentia. Qua de re S. Thomas in 4. diſt. 49. Quod autem aſſeritur Macutus tàm multos vixiſſe annos, illud indicat falſum eſſe, quod pleriq; decreuerunt, vitam hominis non poſſe extendi vltra ſpatium 120. annorum, apud Hieronymum Magium lib. 4. Miſcellaneorum, Pererium, Delrium, Cornelium, Merſennum, & alios in Geneſ. v. 3. Salianum tomo 1. Annal. veteris Teſtamenti eam opinionem confutantes, cuius etiam meminerunt Trebellius Polio in Claudio, Flauius Vopiſcus in Tacito, & Seruius in hunc verſum 653. 4. Æneid.

Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.

Cum verò nulla arte vita humana perpetuari poſſit, tamen ad eius diuturnitatem facit, temperamentum calido abundans, & humido bono cum debita proportione, cuiuſmodi eſt ſanguineum præ aliis, deinde contemperatio trium præſertim partium, cerebri, cordis, & hepatis. Conferunt etiam externa, vt alimentum, locus, motus, quies, vigilia, ſomnus, paſſiones animi moderatæ. Prætereà mors eſt animæ à corpore ſeparatio ob calidi in humido extinctionem, vel humidi à calido conſumptionem, & omne viuens corporeum eſt ab intrinſeco mortale, cuius neceſſitatis cauſa materialis eſt compoſitio ex contrariis elementis, efficiens, & formalis, actio continua calidi in humidum, huiuſque in deterius reſtauratio accedente alimenti, excrementorum, & ambientis contrarij actione. Legendus Hieronymus Dandinus lib. 1. cap. 34. & 35. de corpore animato, Thomas Malvenda De Paradiſo c. 53. & 75. vbi probabile ait homines in ſtatu innocentiæ beneficio ligni vitæ victuros fuiſſe duo annorum millia, quæ ætas eſt æternitas reſtricta, nō abſoluta, quam in terris homines vixiſſent. At Cajetanus ait hominem ante peccatum non fuiſſe immortalem, ſed à morte dono Dei ſeruandum, quo per inobedientiæ peccatûm priuatus eſt, ſicque mors aliàs naturalis, facta eſt etiam pœnalis. Vide infrà n. 26.

2. *S. Gurvallus*, vel Gernallus 6. Ianuar.
3. *S. Colaphinus.*
4. *S. Armagilus*, vel Armalus.
5. *S. Enogatus*, vel Euogatus 13. Febr.
6. *S. Malmon*, vel Melmonus.
7. *S. Gofridus.*
8. *Oedmalus.*
9. *S. Hamon*, vel Chomanus.
10. *Noedius.*
11. *Ritualus*, vel Riantalus.
12. *Tutamenus.*
13. *Ranilius*, vel Rimulus.
14. *Billus*, ſcriptor vitæ S. Macuti, cuius reliquiæ Mediolano Santonum referuntur Aletham.
15. *Moenus.*
16. *Ebondus*, vel Embordus.
17. *Gutbondus*, vel Gumbertus, cui ſubiungitur ab Argentræo Hamonus.
18. *Cadocanamus*, cui apud Argentræum ſubiunguntur Riualonus, Iudicaël, Regimundus, Meuſenicus, Benedictus, Idomellus, Ioannes, ſed malui Auguſtini *de Pas* paſſibus inſiſtere. B
19. *Galtherius.* Nominatur in Charta Regis Alani Longi 689.
20. *Haeloca* 817.
21. *Ermorf* 834. 15. Maij.
22. *Iarnuarcus* 835. 4. Octobris, & 836. 11. Nouembris.
23. *Maino*, vel Menus 841. & 845.
24. *Retuvalatrus* 858. & 862.
25. *Ratvilius* 868. & 869.
26. *Saluator.* Tranſtulit corpus ſancti Maglorij Pariſios metu Normanorum. Qua de re Iacobus Brulius in Theatro Antiquitatum Pariſienſium pag. 123. C
27. *Hamon* 2. ſubſcripſit fundationi Abbatiæ S. Georgij Redonenſis Alano 3. Duce.
28. *Radulphus*, eodem Alano Duce.
29. *Reginaldus.* In exequiis Odonis Comitis Pentebriæ apud S. Briocum 1079. Britanniæ Cancellarius. Obiit 1091. 17. Nouembris.
30. *Benedictus* 1092.
31. *Iudicaël* 1101. frater Gofredi Archiepiſcopi Rotomagenſis.
32. *Benedictus* 2. Probat fundationem Prioratus S. Maclouij in oppido *Dinan* 1108. D
33. *Rivalonus* 1117.
34. *Albertus* 1118. Supplem. Sigeberti.
35. *Donoalus*, vel Domellus, Argentræo, ex Monacho S. Michaëlis. Obiit 19. Auguſti.
36. *Benedictus* 3. 1140. in Charta ſancti Nicolai Andegauenſis.
37. *B. Ioannes* de Craticula *de la Grille*, vel *du Gril*, ex Abbate S. Crucis *de Quincamp.* Tranſtulit ſedem Epiſcopalem Aletha in locum vbi nunc eſt ſancti Maclouii nomine, qui locus anteà dicebatur Inſula Aaron. Nominatur 1149. in Chartis S. Nicolai Andegauenſis, & conſecrauit maius altare Abbatiæ ſancti Iacobi Monfortenſis recens extructæ

1156.

1156. Ei ſcribit Petrus Cellenſis lib. 1. epiſt. 15. vbi Sirmundus notat eum coli, vt ſanctum Ordinis Ciſtercienſis, iſque ſcribit ſancto Bernardo, apud Nicolaum Clareuallenſem epiſt. 21. Extat etiam ipſius epiſtola ad Eugenium 3. pro reformatione Eccleſiæ S. Genouefæ Pariſiis, apud Ioannem Picardum in Notis ad epiſtolam S. Bernardi 359. hoc modo: *Sanctiſſimo Patri, & Domino Eugenio Dei gratia ſummo Pontifici, Ioannes S. Maclouij Miniſter indignus, cum debitâ obedientiâ deuotarum precū frequentiam: Quis ego, vel cuius momenti qui tantæ Majeſtatis oculos, vel in puncto audeam detinere? Ignoſce mihi Pater ſancte, ignoſce quæſo: neque enim de ſupercilio iſta præſumptio emanat. Silere non poſſum quantâ bile inuehatur ſpiritus meus in viros mendaces, viros effrontes, & perditos, qui ſanctam ſementem veſtram exercentem in centuplum, opus laudabile manuum veſtrarum, inter magnificos actus ſanctitatis veſtræ, non modicè præclarum ſcilicet Eccleſiæ S. Genouefæ Pariſienſis à Deo per vos, tamquam per complacitum ſibi Vicarium factam mutationem filij hominum, quorum dentes, arma, & ſagittæ, quorum lingua gladius acutus, non ſunt veriti inſimulare Concionem ſanctam, Abbatem prædicti loci loquor, & fratres, ſed Deo gratias, detecta eſt malignantium factio, & te inſtante in eos, Domini iuſtè decernentis cenſura patebit. Cum filiorum de S. Genouefâ, tàm Deo, quàm hominibus grata conuerſatio, non ſolùm propè, ſed & longè poſitorum nares, optimâ ſuauique fragrantiâ perfundere non deſiſtat.* Vide Faſciculum ſanctorum Ordinis Ciſtercienſis.

38. *Albertus* 2. ex Archidiacono, obiit 3. Iulij 1184. Robertus tamen in Supplemento Sigeberti A. C. 1182. notat Albertum Alethenſem Epiſcopum obiiſſe, quem Moderni (inquit) de S. Macloüio vocant, cuius Epiſcopatus ciuitas antiquitus Aleta vocabatur.

39. *Petrus Girauld*, ex Canonico Redonenſi electus 1184. ſedit ann. 34. profectus in Albigenſes 1216. Obiit 1218. 11. Septembris.

40. *Radulphus* 2. Obiit 8. Octobris 1219. Cuius tempore Alanus *de Lanualay* fundauit Conuentum Prædicatorum in vrbe *Dinam*. (Prædicatores Dinami.)

41. *Gofridus*. Reſignauit Epiſcopatum 1255.

42. *Nicolaus*. Obiit 12. Octobris 1259.

43. *Simon de Cliſſon*, Theologus. Obiit 3. Februarij 1285. Iacet in Conuentu Dominicanorum ſui ordinis Dinani, vel Dianij, vbi Franciſcani ſtabiliti 1261. (*Cliſſon. Oliuier de Cliſſon Conneſtable de France.*)

44. *Robertus* de Ponte. Obiit 1306.

45. *Radulphus* 3. vel Rolandus, vulgò dictus *Rouxelot*, ex familiâ *de Limoëlan*, poſteà Epiſcopus Laudunenſis 59.

46. *Alanus Gonthier*, Theologus. Quo ſedente Canonici Regulares conuerſi fuêre in ſæculares à Ioanne 22. deinde tranſlatus fuit ad Coriſopitenſem 1336.

47. *Iuo Beuboſel*, ex Epiſcopo Trecorenſi, inde Coriſopitenſis.

48. *Guilelmus Mathieu*, ex Canonico Redonenſi. Obiit 20. Martij.

49. *Petrus* Benedicti. Synodum habet 1350. Obiit 1362.

50. *Guilelmus Poulart*. Obiit 1384.

51. *Ioſſelinus de Rohan*. Obiit 28. Martij 1388. vel 1389. pro diuersâ annorum initiatione.

52. *Robertus* de Mottâ, *de la Motte*, ex Venetenſi habet Synodum 1402. Obiit 1423. 5. Auguſti.

53. *Guilelmus de Mont-fort*, aliâs *de Dinam*, filius Radulphi, & Elizabethæ *de Loheac*, Cardinalis titulo S. Anaſtaſiæ à Martino 5. deſignatus, ſed ab Eugenio 4. publicatus, Ciaconus pag. 881. 891. & 908. vbi perperam ſcribitur Diuanus, pro Dinanus. Obiit Senis in Etruriâ, Romà redeundo 27. Septembris 1432. vbi iacet in Eccleſiâ Minoritarum.

54. *Amalricus* de Mottâ frater Roberti, anteà Epiſcopus Venetenſis.

55. *Ludouicus* Alamannus V. I. Doctor, poſteà Archiepiſcopus Arelatenſis, & Cardinalis titulo S. Ceciliæ. Vide Arelatenſes. At hic omittitur ab Auguſtino *Pas*.

56. *Petrus Piedru*, ideſt Celeripes, ex Trecorenſi adeſt in Synodo prouinciali 1448. 16. Iul. in Refectorio Eccleſiæ Andegauenſis habitæ. Obiit 1450.

57. *Iacobus d'Eſpinay*, poſteà Redonenſis 58.

58. *Ioannes l'Eſperuier*, ex Præſide Cameræ Computorum. Synodum habet 1457. Obiit 1486. anteà Briocenſis Argentræo.

59. *Petrus de Mont-fort*, aliàs *de la Val*, filius Guidonis, & Iſabellæ Britanniæ, ex Epiſcopo Briocenſi, poſteà Archiepiſcopus Remenſis 76. & Abbas ſancti Michaëlis, S. Menenij, & S. Nicolai Andegauenſis.

60. *Guilelmus Briçonet* 1490. fit Cardinalis 1495. 15. Ianuarij, ab Alexandro 6. qui ei manu propriâ pileum impoſuit, quo olim Cardinalis donatus fuerat: habet Synodum 1496. poſteà fit Remenſis 78. 1497. & Narbonenſis 1507. ſed ſemper retento Macloüienſi Epiſcopatu vſque ad mortem 1514.

61. *Dionyſius Briçonet*, filius legitimus Guilelmi, frater alterius Guilelmi Meldenſis Epiſc. ſolemniter Eccleſiā ingreditur 17. Aug. 1515. Nutriebat quotidiè tredecim pauperes, quibus ipſe ieiunus miniſtrabat, vſus cilicio, & diſciplinæ flagello pernoctabat plerumque in oratione, & pane ſolo, & aquâ ieiunans veſcebatur. Eo autem inſtante, vt Legato Franciſci primi Regis Leo 10. Franciſcum de Paula, Ordinis Minimorum Parentem, ſanctorum numero adſcripſit Calendis Iunij 1519. Fallitur verò Argentræus dum annum obitus 1507. canonizationi aſſignat. Eidem Dionyſio Maclouienſi Epiſcopo, & Cormeriaci Abbæ dicat Conciones Titi Liuij Annotationibus illuſtratas Ioachimus Perronius, ipſe Cormericenus Monachus 1533.

62. *Franciſcus Boſier*, ſuperioris, ex ſorore nepos. Ei 1540. Ioachimus Perionius dicat Ethica Ariſtotelis quæ Latinè fecerat. Ipſe verò Franciſcus tranſtulit in Gallicum ſermonem librum Nicolai Cardinalis Cuſani de Conjecturâ vltimæ diei, ſeu Iudicij vniuerſalis 1562.

63. *Franciſcus Thoins*. Obiit 17. Februarij 1590.

64. *Carolus de Bourgneuf*, poſteà Nannetenſis.

65. *Ioannes du Bec*, conſecratus Pariſiis Sabbato ante Ramos Palmarū 1599. à Cardinale Gondio. Obiit 20. Ianuarij, ſepultus in Abbatiâ Mortui-maris.

66. *Guilelmus le Gouuerneur*, conſecratus apud Capucinos Pariſienſes 20. Februarij 1611. à Cardinale Iouienſi. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614. Hoc tempore 1612. 15. Auguſti Capucini fundantur.

Magalonenſes Epiſcopi, ſeu Montis-peſſulani.

Mont-pellier porte myparty d'azur, & d'argent, en pal, & ſur l'argēt vn tourteau de gueule.

Flor. 4000.

MONS-PESSVLVS, vel Mons-peſſulanus, vel Mons-puellaris, vrbs, vt nomē indicat, in procliui Montis-poſita, non longè à fluuio Ledo, vel Lano, *le Lez, ou Lay*; apud Volcas Arecomicos, non apud Niciobriges, gradu longit. 24. 45. latit. 42. 50. altitudine ſolis 47. 10. vbi dies maxima horarum 15. 7. ſub Narbonenſi Archiepiſcopo, & Toloſano Parlamento, in quâ tamē Camera Computorum, & Curia Iuuaminum Patriæ Auxitanæ, & ſedes Præſidialis, ac fabrica monetæ, cuius nota N, & Academia ſtudiis, præſertim Medicinæ florens, de quâ Iacobus Midendorpius l. 6. Vniuerſitatū, & Georgius Brunus in Theatro Ciuitatum, vbi Icon vrbis habetur, quæ dicitur à Petrarchâ lib. 10. epiſt. 7. Senilium ad Guidonem, *Oppidum opulentiſſimum*, in quo ſegreges omnia Templa impiè euerterunt, inter quæ ſancti Petri Cathedrale, vbi primùm ſanguis Catholicorum ab hæreticis effuſus, auctore Petro Vireto. Huc verò tranſlata fuit ſedes Epiſcopalis 1536. auctoritate Pauli 3. & conſenſu Franciſci primi, ex Magalonâ Inſulâ, à quâ 5. m. p. diſtat, cuius Eccleſiæ Patronus erat S. Germanus, & Capitulum ſub Regulâ S. Auguſtini. Quò etiam nunc Epiſcoporum corpora ſepelienda deportantur, hinc ciuitas Magalonenſis in notitiâ Prouinciarum, ſed deeſt in Cod. Thuano. Legendus Chaſſan. Catal. Glor. mundi, Part. 12. Conſid. 61. & Epiſcopus Magalonenſis memoratur cap. 12. de Sententiâ, & re iudicatâ, & cap. 13. de Sepulturis, quæ ſunt decretales Innocentij 3. & c. 4. de Iuramento calumniæ, quod eſt Eugenij 3. quodque copioſiùs habetur in 1. Collectione, in quâ nominantur R. Magalonenſis, & A. Nemauſenſis Epiſcopi. Vide Chronicon Miræi 1349. Nec paruum decus affert huic vrbi S. Rochi natalis. Item notandum, quòd olim regnum Maioricanum fuerit in feudo, & homagio dependens ab Eccleſia Magalonenſi, à qua Rex Franciæ ius acquiſiuit Vaſſaliticum, ſeu feudale, vt notat Carolus de Graſſolio Carcaſſonenſis tract. de Regalibus, ex Petro Iacobo, in Practica de ſucceſſ. Reg. verſ. *Item non aduertitur*. Prætereà in diœceſi Magalonenſi reperiuntur Abbatiæ.

Maiorica inter Baleares inſulas maior

S. Aniani O. B. *S. Aignan*. Flor. 600.

S. Geneſij fœminarum, *S. Genes*.

Biſani fœminarum.

S. Guilelmi in vrbe.

Epiſcopi autem hi à nobis reperti.

Boëtius, Concilio 3. Toletano 589. & Narbonenſi eodem anno, vel ſequente per Procuratorem Gineſium Archidiaconum.

Gineſius. In quodam Concilio Toletano 597. & in 4. 633. per Stephanum Archidiaconum. Quem Gineſium eum eſſe puto, qui, vt Archidiaconus Boëtij Procurator interfuit Concilio 3. Toletano.

Vincentius. Concilio 13. Toletano 683.

Gumildus

Gunildus 673. Vaſco.

Stabelus 804.

Abbo, Synod. Trecenſi 878.

Arnaldus. Concilio Toloſano 1056. Baron.

R. . . . . ei ſcribit Eugenius 3. c. 13. Imperatorum, de Iuramento calumniæ, vt aduertit Antonius Auguſtinus in 1. Compilatione.

Gualterus Inſulâ Flandriæ nobili oppido oriundus, auctor Commẽtariorum in Pſalmos, & in quaſdam epiſtolas ſacras, vt notãt Ioannes Trithem. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica. Vbi tamen malè confunditur cum Galtero de Caſtellione Inſulenſi Poëta Alexandreidos ſcriptore; vt rectè aduertit Ioannes Buzelinus l. 1. Gallofland. c. 7. Videndus etiam Antonius Sander. de Scriptor. Flandriæ.

Berengarius 1283.

Petrus de Mirepoix, circa ann. 1360. & 1306. 17. Maij in Chartâ S. Capellæ Pariſienſis, poſteà Cameracenſis 56. ac tandem Baiocenſis 31. — *Margin:* 1187. Capitulũ generale Franciſcanorum Montiſpeſſuli.

Ioannes, Raymundi Conuenarum Comitis filius, poſteà primus Toloſæ Archiepiſcopus 1317.

Arnaldus de Verdala 1330.

Audoinus Alberti Cardinalis 1353. Lemouicenſis, creatus Auenione ab Innocentio 6. patruo, is poſteà Cardinalis Oſtienſis conſecrauit Vrbanum 5. & obiit 1363. Ciacon. pag. 729.

Gaucelinus Rector Comitatus Venuxini, ſub Vrbano 5. apud Bzouium 1370.

Petrus 1379. Theſaurarius Clementis 7. Auenione.

Arnaldus Iulianus.

Antonius Lonier, ex Decano Vienenſi. Obiit 1405.

Bertrandus, Nuntius Eugenij 4. ad Concilium Baſilienſe 1432. Epiſcopus Magalonenſis, Præſes Curiæ Iuuaminum Pariſiis 1448.

Guilelmus le Roy filius Guilelmi *de Chauigny* & Franciſcæ *de Fontenoys*, patruus Iacobi Archiepiſcopi 95. Bituricenſis.

G . . . . 1512. In Pſeudo-ſynodo Piſana.

Guilelmus Pellicerius, nominatur 1532. & 1541. Guilelmus Dorothæus ei dicat Commentarios Philoponi, nominatur & 1557.

Guitardus Ratæus. Ei dicantur leges 12. Tabularum collectæ à Theodoro Marcilio 1600. & Notæ Goluij in Sidonium.

Ioannes Garnier Monachus Benedictinus Aremarenſis, natus in vico *Bourguignon*, prope Barrum ad Sequanam diœceſis Lingonenſis, nominatur 1604. & 1606.

Petrus Fenouillet. Orationem habuit in funere Pomponij Bellivræi Franciæ Cancellarij 17. Septembris 1607. & aliam in obitum Franciſci Borbonij Ducis Montis-penſerij Normaniæ Proregis 21. Martij 1608. & proh dolor! in exequiis Henrici Magni 1610. Interfuit verò Comitiis Pariſienſibus 1614. Excepit quoque Ludouicum 13. Regem in Obſidionem Montis-peſſuli profectum, quam vrbem in officium præſentia ipſius Principis redegit 1622. Virtus autem huius Præſulis talis, & tanta eſt, vt eius laudes nulla vmquam obſcuratura ſit obliuio.

Maleacenſes Epiſcopi.

Margin: *Maillezes.*

MALEACVM ad fluuium Separim in Comitatu Pictauienſi, ſub Archiepiſcopatu Burdegalenſi, & in Parlamento Pariſienſi, gradu longit. 19. 0. latit. 46. 10. vbi altitudo ſolis 43. 50. dies maxima horarum 15. 38. ratio vmbræ æquinoctialis meridianę 63. ad 60. quo loco nouus Epiſcopatus à Pictauienſi auulſus erigitur à Ioanne 22. Pontifice, mutatâ Abbatiâ S. Remigeri in Cathedralem Eccleſiam, relictis tamen tunc Monachis in ſuâ Benedictinâ Regulâ. Quæ Abbatia olim fundata fuerat à Guilelmo Magno eius nominis 4. Comite Pictauienſi, & Duce Aquitaniæ illic ſepulto 1030. Fragmen. vet. hiſt. Aquitan. Baron. A. C. 1025. Bourchetus in Annalibus Aquitaniæ, Paradinus in Ducibus Aquitaniæ, vt notat Ioannes *Beſly*, vir eruditiſſimus. In hac autem diœceſi hæ quatuor conſtituuntur Abbatiæ. — *Margin:* *La Sepure.* Flor. 2000.

S. Petri de Aurea-valle O. A. *Arnault*. Flor 350.
S. Vincentij de Niolio, *Nteuil*, O. A. Flor. 200.
De Malo-leone, *Mauleon*, O. A. Flor. 100.
De Moroliis O. C.

Epiſcopi verò huius ſedis ſequentes inueniuntur.

Benedictus, ex Abbate vltimo.

Robertus.

Godefridus. Obiit 1333.

Euſtachius.

Ianuarius.

Petrus de Tureyo Cardinalis titulo S. Suſannæ 1385. Auenione creatus à Cle-

mente 7. in ſuâ obedientiâ, apud Ciacon. pag. 798.

Ioannes 1387.

Ioannes Maſculi *le Maſle*, ex Cancellario Bituricenſis Eccleſiæ in quâ Anniuerſarium habet 17. Ianuarij 1421.

Theobaldus de Lucé 1438.

Philippus Rouhault de la Rouſſeliere.

Ioannes d'Amboiſe, poſteà Lingonenſis 86. 1481. vbi plura.

Fridericus de S. Seuerinâ, vel Sanſeuerinas, Cardinalis creatus ab Innocentio 8. 1489. pridie Idus Martij, apud Onuphr. pag. 329. & Ciaconũ pag. 1003. vbi electus Maleacenſis dicitur.

Gefridus d'Eſtiſac.

Iacobus d'Eſcoubleau, filius Stephani Surdiſij *de Sourdis*, & Ioannæ *de Iuſſeau.*

Petrus de Ponte-leuio, *Pont lenoy* 1567. diœceſis Carnotenſis.

Henricus d'Eſcoubleau, ex Priore ſancti Martini Carnotenſis, adſcriptus Ordini ſancti Spiritus 1595. Obiit 1615. menſe Aprili Pariſiis, patruus Franciſci Cardinalis *de Sourdis* Archiepiſcopi Burdegalenſis.

Henricus d'Eſcoubleau Henrici nepos, conſecratur à patruo Franciſco Cardinale *de Sourdis* Archiepiſcopo Burdegalenſi Dominicâ 19. Martij 1623. apud Carthuſianos Pariſienſes.

Maſſilienſes Epiſcopi.

Marſeille ville commode, fertile, & impareille. Ronſard. l. 4. Franciadis.

MASSILIA vrbs à Phocenſibus Ioniæ in Aſiâ Græcis populis, ad oram maris Gallici Mediterranei, portu commodiſſimo, & celeberrimo, eoque

Flor. 700.

rotundo, & commerciis aptiſſimo, Benjamin. Itinerar. non longè à Rodani Oſtio Orientali condita anno 3. Olympiadis 45. vt eſt in Euſebij Chronico, tempore Tarquinij Priſci Romanorum Regis, Caſſiodoro in Chron. 120. anno. ante *pugnam Salaminiam*, Martiano Heracleotæ in Periegeſi, vbi ait maximam vrbem vocari, ſub Arelatenſi metropolite, in Parlamento Aquenſi, in eà Prouinciâ quæ inde vocabatur Maſſilienſis, apud Onuphrium de Imperio Romano, gradu longitud. 26. 30. latit. 42. 30. vbi altitudo ſolis 47. 30. dies maxima hor. 15. 7. vmbra æquinoctialis meridiana 55. ad 60. verticalis dexter, humerus Aurigæ, diſtans à meridiano Alexandriæ hor. 2. 40. Quâ in vrbe ſtudia Græcarum litterarum vigebant, vnde dicuntur Bilingues Maſſilienſes à Varrone, apud S. Hieronymum in epiſt. ad Galatas, & ex eo apud Iſidorum l. 15. c. 1. Midendorpium lib. 6. de Academiis, quorum Rempublicam optimis legibus temperatam laudat Ariſtoteles l. 6. c. 5. Politic. Valerius Maximus l. 2. c. 6. Idcircò mores Maſſilienſes intelligo probos, & ſeueros, apud Plautum in Caſſinâ. Vide Manutium in Prouerbio Maſſiliam nauiges. Adde Maſſilienſes fuiſſe primos populi Romani ſocios, apud Polybium l. 3. & Iuſtinum l. 43. ideoque fideliſſimam, & amiciſſimam ciuitatem appellat Florus l. 3. c. 2. & vrbem fortiſſimorum, fideliſſimorúmque ſociorum, Cicero pro Fonteio, cuius laudes attingit Philippicâ 8. Orat. pro Flacco, & 2. Offic. Seneca Conſolat. ad Elbiam c. 8. Appian. l. 2. Strabo l. 4. Ammian. l. 15. Plutarchus in Solone, Gellius l. 10. c. 16. Panegyricus Conſtantij, Plin. l. 3. c. 4. Ptolom. l. 2. c. 10. Euſtatius in Dionyſium, Mela l. 2. c. 5. Herodot. l. 5. Pauſanias in Phocaicis, Tacitus in Agricola, Solinus c. 8. Stephanus de Vrbibus, Cæſar initio l. 2. Belli ciuilis, Lucanus l. 3. Suetonius in Cæſare c. 24. Oroſius l. 6. c. 15. Paulus Diaconus l. 1. & 6. Liuius l. 5. & 37. in Oratione Rhodiorum in Senatu Romano habita, in cuius vrbis ſigilli parte vnâ ſpectatur imago oppidi hoc verſu adſcripto,

Maſſilia ſedes, ac Magiſtra ſtudiorum, Tacito in Agricola.

Actibus immenſis vrbs fulget Maſſilienſis.

Et in alterâ parte videtur forma equitis his verbis inciſis:

Maſſiliam verè Victor, ciueſque tuêre.

Is eſt S. Victor vrbis diuus tutelaris celebrem Abbatiam illic habens. In hac verò diœceſi Parrochiæ enumerantur circiter 280. & Abbatia S. Victoris O. B. *Flor. 1800.* At Cathedralis Eccleſia vulgò *la Majeur*, Patronam habet Deiparam, cuius à nobis Præſules hi tantùm obſeruati.

S. Lazarus, de quo Martyrologium 17. Decembris, & ibi Baronius, & Galeſinus, & quædam Breuiaria Galliæ, vt Bituricenſe, & Genebrardus in Calendario Romano, & alia quædam Cal. Septembris, vt Æduenſe, Lingonenſe, Cabilonenſe. Baron. A. C. 35. & poſt eum Galtherus Tabulâ Chronologicâ, & ante eos Demochares lib. 2. c. 32. vbi ait veſtes Sacerdotales S. Lazari adhuc Maſſiliæ religioſè obſeruari. Legendus Guilelmus *du Vair* Actione Forenſi apud Maſſilienſes 1606. Chaſſanæus Catal. Glor. mundi, p. 3. Conſid. 32.

Proculus.

Proculus. In Concilio Aquileienſi 381. laudatur à S. Hieronymo epiſt. 4. ad Ruſticum Narbonenſem; apud Baronium A. C. 397. n. 43. vbi declaratur Antiſtes Metropolitanus in Prouinciâ Narbonenſi.

Paulus Clarus habetur 418. in Fragmento Lucij Dextri.

Saluianus Treuiris oriundus, ex Preſbytero Epiſcoporum Magiſtro, ipſe Epiſcopus, apud Bellarminum de Scriptoribus Eccleſiaſticis A. C. 428. Preſbyterum vocat Gennadius, & ipſe Maſſilienſis c. 77. Honorius, & Trithem. At ſeipſum vocat Epiſcopum in Præfatione de Prouidentiâ ad Saloniũ Epiſcopum, cuius Salonij extant Commentarij in Parabolas Salomonis in Bibliothecâ Patrum. Quo tempore floruit Maſſiliæ Claudius Marius Victorinus Rhetor, de quo idem Gennadius c. 60. Honorius, Poſſeuinus, Bellarminus, Trithemius, Sixtus Senenſis, Eiſingrenius Magiſter ſacri Palatij, in Indice librorum expurgand. huncq; Victorinum Demochares Epiſcopum etiam facere videtur, cui & feſtum aſſignat Ferrarius 22. Iulij, ſed non Epiſcopo. Eodem quoque tempore, & vitæ, & ſcriptioni fidem fecit Ioannes Caſſianus, de quo Gennadius c. 61. cum cæteris ſuprà citatis, & Præfatio ad opera eius recèns edita, cum notis.

Venerius, de quo Sirmundus, & Sauaro ad Sidonium l. 7. epiſt. 2. Eius hortatu Muſæus Preſbyter excerpſit de diuinis ſcripturis lectiones totius anni, apud Bernardum Guidonem.

Grecus. Cui ſcribens Sidonius lib. 7. epiſt. 2. commendat Maſſilienſium benignitatem, & hoſpitalitatem. Quo tempore floruit Muſęus Preſbyter, apud Gennadium c. 79. Trithem. Honorium, & Henricum Gandauenſem.

S. Euſtachius, vel Euſtatius.

S. Honoratus ſcriptor vitæ S. Hilarij Arelatenſis, apud Gennadium c. 99. qui in eo finẽ imponit Catalogo ſuo virorum illuſtriũ, ſi tamen eſt illud caput Gennadij, quem nonnulli fuiſſe putant Epiſcopum. Vide Suffridi Præfationem, & Annotationem in Sigeb. c. 30. Dicitúrque Gennadius obiiſſe 572. in Chronico Maximi, ſcriptor nobilis Leandri Seueriani Ducis filius.

Theodorus. In Concilio Matiſconenſi 2. 588. cuius feſtum agitur 2. Ianuarij, apud Ferrarium, de quo Aymoinus l. 3. c. 46. Gregor. Turonenſis l. 6. cap. 11. & 24. Gregor. Magnus l. 1. epiſt. 45. apud Baronium 591. ne Iudæi inuiti cogantur ad fidem.

Serenus. Ei ſcribit S. Gregorius lib. 5. epiſt. 52. Indict. 14. id eſt A. C. 596. Baronio, & epiſt. 9. l. 9. vnde ſumitur 27. Canon Perlatum, diſtinct. 3. de Conſecratione de Imaginibus Sanctorum non violandis. Quâ de re Baron. 599. n. 17. Azor l. 9. c. 6. Bellarminus, Conradus Brunus, Ioannes Molanus, Ioannes Echius, Alanus Copus, Nicolaus Sanderus de Typicâ, & honorariâ imaginum adoratione, *Vaſquez*, & *Soarez*, Binius in Notis ad Concilium Francofurdienſe. Eum quoque reprehendit idem Gregorius quòd prauos homines in ſocietatem reciperet l. 1. epiſt. 49. ad Virgilium Arelatenſem, vnde collectus 59. Canon Peruenit, 2. quæſt. 7. Nam præclarè Seneca epiſt. 19. Ante, inquit, circumſpiciendũ eſt, cum quibus, quàm quid edas, & bibas, quia, vt ait Ambroſius l. 1. Offic. c. 20. Vſus citò inflectit naturam, neque homo ſimilis eſt Calaſio lapidi in mediis ignibus frigeſcenti, ſed potiùs margaritis, quæ longo attactu plumbi in vitrum conuertuntur.

Imaginum cultu.

S. Adelondus Calend. Martiis, Molano, & Ferrario.

Leodainus, in Coronatione Boſonis 879.

Pontius 1005.

Petrus 1152.

Benedictus 1257.

Iacobus de Cartagine Dominicanus, apud Stephanum Sampayo.

Gaubertus de Bellâ-viâ 1320.

Ioannes 1337. Concilio Auenionenſi.

Circa hæc tempora S. Ludouicus Maſſiliâ ſoluit 25. Aug. & in Cyprũ appulit 10. Septemb. 1248.

Fortanerius, ſeu Sertorius Vaſſellius, ex Generali 18. Minoritarũ electo Maſſiliæ, inde Maſſilienſi Præſule 1348. poſteà Archiepiſcopus Rauennas, & Cardinalis, ac Gradenſis Patriarcha. Obiit Patauij 1362. ibique ſepultus in Conuentu ſui Ordinis, de quo Nomenclatura Cardinalium pag. 63. Hieronymus Rubeus l. 6. hiſt. Rauenn. Ciaconus pag. 732. Radulphius in hiſtor. Seraph.

Guilelmus Sudré Ordinis Prædicatorum, ex lectore ſacri Palatij, poſteà Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis. Obiit Auenione 4. Calend. Octobris 1373. apud Dominicanos, Ciaconus in Vrbano 5. meminit S. Antoninus tit. 23. c. 10.

Paulus de Sado circa A. C. 1419. integritate, & eruditione non vulgari apud Cæſarem Noſtradamum pag. 561.

Bartholomæus Racoli, ex Generali Carmelitarum 22. electo apud Nannetes 1430.

Ludouicus. In Concilio Baſilienſi 1439. vnus ex electoribus Felicis 5. A

Regi Ludouico 12. à Confeſſionibus.

Antonius de Furno. Celebrauit Miſſam, & Sermonem Lugduni in Conuentu Prædicatorum, præſente Rege Ludouico 12. die 15. Auguſti, cum Georgius Amboëſius Legatus imponeret Pileum Cardinalitium Renato *de Prie* Epiſcopo Baiocenſi 1507. ſcripſit Gallicè, *La Diete de ſalut, & vne Paraphraſe ſur les ſept Pſalmes*, id eſt Dietam ſalutis, & Paraphraſim in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales.

Claudius de Seiſſel. In Concilio Lateranenſi 1514. Orator Franciæ, poſteà Archiepiſcopus Taurinenſis 1515. Plurima ſcripſit in laudem Regis Ludouici 12. cui erat ab intimis conſiliis. B

Ioannes Baptiſta Cybo, ex quâ gente Innocentius 8. Papa, Innocentius Cardinalis Archiepiſcopus Taurinenſis, Laurentius Cardinalis, Fridericus Epiſcopus Sauonenſis 1218. Martinus Cardinalis, & Ioannes Baptiſta Epiſcopus Melitenſis, Cardinalis, Cæſar Cardinalis Archiepiſcopus Taurinenſis, apud Sanſovinum de Claris Italiæ familiis, Ciaconum & Onuphrium in vitâ Innocentij 8.

Maſſiliæ 1533. Clemens 7. Papa, & Franciſcus 1. Rex inter ſe colloquuntur, & Catharina Medicea nubit Henrico poſteà Regi Franciæ.

Chriſtophorus Etruſcus Cardinalis. C

Petrus Ragueneau 1567.

Fridericus Ragueneau. Eo ſedente Carolus Borbonius Cardinalis Auenionenſis, Legatus primum lapidem Conuentus Capucinorum 25. Iunij 1579. benedixit, quem Catharina Medicea Regis mater impoſuit. Obiit 1598.

Iacobus Turricella, Franciſcanus. Nominatur 1606. menſe Maio.

Artus d'Eſpinay, filius Franciſci Præfecti tormentis bellicis, occiſi in Obſidione Ambiani 5. Septembris 1597. ex Abbate Redonenſi, de quâ gente vide Archiepiſcopos Lugdunenſes n. 103. D

Nicolaus Coëffetæus Cenomanenſis, *Coëffeteau*, Theologus, non ſolùm ſui Ordinis Prædicatorum decus inſigne, ſed etiam totius Eccleſiæ ornamentum ſingulare, ex Dardaniæ Epiſcopo, & Metarum Suffraganeo 1622. in hanc ſedem conſcendit. Multa eruditè, & eleganter Gallicè, Latinéque ſcripſit, quorum nihil eſt opus Catalogum indicare, cùm luce meridianâ ſint clariora. Obiit Pariſiis 1623. Aprilis 21. poſſeſſionem nondum adeptus. Sepultus ad Dominicanos.

Franciſcus de Lomenie, primò Dominicanus, deinde Benedictinus Abbas *Ioſaphat*, conſecratus à Franciſco Archiepiſcopo Rothomagenſi, & Epiſcopis Baionenſi & Conſeranenſi, in Eccleſia Dominicanorum Pariſiis ann. 1624.

Matiſconenſes Epiſcopi.

Maſcon.

MATISCO, vel Matiſſa, vel Matiſcona in Æduis ad Ararim, Cæſari l. 7. extremo, gr. longit. 26. 0. latit. 45. 50. altitudine ſolis 44. 10. dies maxima hor. 15. 32. in Parlamento Pariſienſi, ſed in Gubernatu Burgundiæ, & ſub Archiepiſcopatu Lugdunenſi, decorata vno ex antiquis Bailliuiatibus, ſeu Præfecturis Regalibus iuridicis. In hac verò diœceſi A. C. 1606. repertæ ſunt ab Epiſcopo viſitante Eccleſiæ Parrochiales 266. Prioratus 11. Capellaniæ 544. familiæ 14518. perſonæ hæreticæ 262. referente Iacobo Seuertio, viro rerum Eccleſiaſticarum peritiſſimo, famâ omnibus notiſſimo in hiſtoriâ Matiſconenſium Præſulum, de quibus etiam Sanjulianus in Antiquitatibus eiuſdem vrbis, ex quorum, & aliorum monimentis ſequentes dantur Epiſcopi, ſi priùs dixerimus Eccleſiam Cathedralem S. Vincentij martyris Cæſar-Auguſtani patrocinio gaudere, & duas in hac diœceſi reperiri Abbatias:

Flor. 1000.

L'Egliſe de Maſcon porte d'azur ſemé de fleurs de lys d'or, & ſur le tout vn S. Vincent d'argēt

Cluniacū caput ſui Ordinis ſub regulâ Benedictinâ, vt infrà pluribus dicetur, Flor. 1000.

& S. Rigaldi *S. Rigauld* O. B. Fuit etiam Flor. 1000.

aliquando Cari-locus Abbatia, ſed iam à pluribus annis in Conuentualem Prioratum redacta. Quâ de re infrà, & S. Petri, nunc Collegium ſæculare nobilium, quod gerit in inſignibus ſcutum rubeum duabus decuſſatis argenteis clauibus decoratum.

1. *Placidus*. In Concilio 3. 4. & 5. Aurelianenſi 540. 545. & 552. Pariſienſi 557.
2. *S. Saluinus* 560. 4. Idus Septembris.
3. *S. Nicetius* 566.
4. *Caledonius* 570.
5. *S. Iuſtus* 574.
6. *S. Euſebius*. In Concilio Matiſconenſi 1. & 2. & Valentinenſi 2. A. C. 582. 588. & 589.
7. *S. Decius* 612.
8. *S. Momulus* 618.
9. *S. Florentinus* 640.
10. *Deodatus*. In Concilio Cabilonenſi circa ann. 650. Ordinauit Preſbyterum S. Eligium.
11. *S. Decius* 2. 700.

12. *Domnolus*,

12. *Domnolus*, circa ann. 752. in diplomate Pipini Principis ann. 2. Calend. Ianuarij, de quo nomine Lorinus in c. 1. epiſt. 2. Ioannis.

13. *Leduardus* Archicancellarius Caroli Magni 769. in diplomate cui cum Carolo ſubſcripſit Madalbertus Notarius.

14. *Vichardus*, ſeu Guichardus, 804. Franciæ Cancellarius, eodem Carolo Magno Imperat.

15. *Gundulphus* 810.

16. *Adalranus*, Demochari, Adelrannus Sanjuliano, & Andelinus Bugnonio 817.

17. *Hildebaldus* 825.

18. *Brenduicus*, vel Braidingus, in Synodo Vermeriæ 853.

19. *Lambertus*.

20. *Euicinus*.

21. *Bernardus* 866. In Concilio Sueſſionenſi.

22. *Conradus*.

23. *Lambertus*. In Synodo Pontigonenſi 876. in quâ confirmatur fundatio Cari-loci.

24. *Guntardus* 882.

25. *S. Geraldus*. In Synodo Cabilonenſi apud S. Marcellum 15. Calend. Iunij 887. & nominatur in Chartulario Flauiniacenſi 894. Indict. 12. Calend. Maij. Quo obeunte legimus in Monimentis Nantuæ Adalrannum, ex Preſbytero ordinato à S. Aureliano Lugdunenſi 55. Archiepiſcopo, electum Epiſcopum Matiſconenſem, indéq; renunciato Epiſcopatu tranſiiſſe ad Nantuacenſes Bertherio Abbate, qui non cœpit Abbatizare ante annum 890.} Alius verò eſt à S. Geraldo Aureliacenſi, cuius vita ab Odone ſcripta habetur in Bibliothecâ Cluniacenſi.

26. *Ledbaldus*.

27. *Adalrannus* 2.

28. *Berno* 922.

29. *Naymbodus* 941.

30. *Teotelinus*, alius Theoternus 962.

31. *Ado* 968.

32. *Ioannes* 974.

33. *Milo*. In Pſeudo-ſynodo Remenſi 991. cum Brunone 47. Lingonenſi.

34. *Ledbaldus* 2. cuius mater Aremburgis nobilis fœmina obtulit quædã manſa S. Benigno tempore Guilelmi Abbatis 43. vt eſt in Chron. Benigniano, vbi notatur Leobaldi depoſitio Nonis Febr.

35. *Gauſlenus*, nominatur in Chartulario Flauiniacenſi anno 30. regni Roberti à Coronatione, id eſt anno Chriſti circiter 1017. Intereſt Synodo Anſanæ 1022.

A 36. *Valtherius*. Subſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi 48. Biſuntini 8. Calend Aprilis 1048. Nominatur adhuc 1060. & 1071.

37. *Drogo* 1063. In Bibliothecâ Cluniacenſi, columnâ 509. & in Chartulario Sandionyſiano 1064. Pontific. Alexandri 2. ann. 4.

38. *Rodulphus*.

39. *Landricus*, quem ex Archidiacono Æduenſi in Epiſcopũ Matiſconenſem ordinari mandauit Gregorius 7. Humberto Archiepiſcopo Lugdunenſi 1073. l. 1. epiſt. 36. Vide Chartam Petri Albanenſis Epiſcopi Cardinalis Legati, in
B Bibliotheca Cluniacenſi pag. 512. Quercetanum in Gregorio 7.

40. *Berardus* Comes Godefredi Bullonij in expeditione Syriæ, & nominatur in Chartular. Stephanienſi, cum Iocerano Lingonenſi in Regularizatione S. Stephani circa annum 1113. & in Synodo Trinolchianâ 1117.

41. *Ioceranus* 1121.

42. *Pontius*, cognomento *de Roche-Baron*, ex Canonico Podienſi. Nominatur 1144. in Bibliothecâ Cluniacenſi, & alibi 1149. Indict. 12. cum Humberto Lugdunenſi Archiepiſcopo, & Maiolo *de*
C *Rabutin*: dedicauit Eccleſiã Bellæ-villæ Virgini Mariæ 1158. At in libro Obituũ Eccleſiæ Matiſconenſis pridiè Calend. Maij obiiſſe, & eidem Eccleſiæ regalitatem acquiſiuiſſe dicitur.

43. *Stephanus* de Belgiaco 1172.

44. *Reynaldus* de Vergeio, ex Præcentore 1190. Vergeij autem pro gentilitio inſigni geſtabant in campo rubeo, vel miniato tres roſas, ſeu vt vulgò putatur, tria quinque folia ex auro: quibus alludi credo ad nomen viridarij Gallicè *Verger*, cuius inter flores roſa princeps & regina colitur, in quâ vt in
D nitidiſſimo ſpeculo vitæ humanæ imago inſtabilis, & mundi figura præteriens repræſentatur: vnde admonerentur generoſæ huius ſtirpis fortiſſimi viri vt lucis iſtius vſuram breuem à natura datam, rerum præclarè geſtarum illuſtri famâ quàm maximè longam efficerent. Quod quidem ab vltima hominum memoria omnis æui omnium nationum Annales poſteris teſtabuntur, ſemper factitaſſe illos, quos roſæ inter ſpinas acriùs pungentes natæ, & inter alia delicatioribus radijs gratiùs fulgurantes ſic oblectarunt, vt apertè & palàm ſignificare voluerint hoc ſchemate toti Vergeïo ſtemmati vſurpato veram gloriam ſolidè, nec ſine ſudore

Vergi porte de gueule à trois roſes en quinteſeuille d'or.

Imber & hinc lapſus rurſus in æquor abit:
Sic decet è ſacris cumulata numiſmata rebus,
In ſacra legitimo dona redire gradu.

Hîc autem reſpicitur ad illud Eccleſiaſtæ cap. 1. *Omnia flumina in mare intrant, & ad locum vnde exeunt, reuertuntur, vt iterùm fluant*, & ad illud Iob 48. 28. Quis eſt pluuiæ pater? quâ de re Ariſtotel. lib. 1. Meteorol. cap. 13. Plin. lib. 2. cap. 42. Senec. lib. 3. Natural. Quæſtion.

Porte d'argent burelé de ſable de 5. pieces. 68. *Carolus de Hemard*, poſteà Cardinalis 1535. pridie Calend. Iunij creatus à Paulo 3. & Ambianenſis 67. Epiſcopus 1537. vbi plura, & apud Onuphrium, & Ciaconum.

69. *Antonius* de Narbonâ. Obiit pridie Nonas Octobris 1542. nondum elapſo anno à die adeptæ poſſeſſionis per Procuratorem.

70. *Petrus* Caſtellanus, *du Chaſtel*, Seuertio, *Chaſtelain* Sanjuliano, diœceſis Lingonenſis, Sauſſeyo. Poſſeſſionem nanciſcitur 1544. magnus Franciſci primi Eleëmoſynarius, ex Profeſſore litterarum humaniorum teſte Genebrardo, & Epiſcopo Tutelenſi. Ei di- C cauit Orationem in funere Caroli Valeſij Aureliarum Ducis Ludouicus Regius Conſtantinus 8. Calend. Octobris 1545. Eius meminit, Petrus Galandius Oratione funebri Franciſci primi, & Guilelmus Paradinus lib. 3. Commentariorum. Ipſe verò Caſtellanus orauit in funere eiuſdem Franciſci Regis 23. Maij 1547. præſentibus pluſquàm 40. Prælatis: fit etiam poſteà Epiſcopus 104. Aurelianenſis.

71. *Franciſcus de Faulcon*, ex Epiſcopo Aurelianenſi 103. fit Matiſconenſis 1550. permutationis causâ cum Petro Caſtellano, poſteà tralatus in ſedem Carcaſſonenſem.

72. *Amedeus de Foix*, ex Carcaſſonenſi, permutatione factâ cum Franciſco Falcone, per Procuratorem mittitur in poſſeſſionem 1556.

73. *Ioannes* Baptiſta Alamanni, vel Alemanni, natus 1519. Florentiæ 30. Octobris, filius Ludouici Poëtæ ingenioſi, ex Vaſatenſi Epiſcopo. Obiit Idibus Auguſti 1582. Matiſcone.

74. *Lucas* Alamanni vir doctus, & pius. Interfuit Cœtui Cleri in Abbatiâ ſancti Germani Pratenſis Lutetiæ 1586. poſteà Vvlterarienſis in Italiâ Antiſtes, cui in eo Epiſcopatu ſucceſ- A ſit Simon Mayolus dierum Canicularium ſcriptor celebris, & qui de Cenſuris tractatum edidit teſte Poſſeuino.

75. *Gaſpar Dinet* Celebrem Ordinem Minimorum S. Franciſci de Paula profeſſus Vicennis. Conſecratur die Epiphaniæ 1600. à Franciſco Cardinale Iouienſi in Abbatiâ ſancti Germani Pariſienſis, egregius verbi diuini præco, & præſul peruigil, Molinis Boiorum ad Elauerim natus, inſtituit ſeminarium Matiſcone 1615. Vrſulanas, & Capucinos admiſit, hos 1604. 29. Iunij. Obiit 1620. ſepultus in Cathe- B drali. *Vrſulanæ Capucini.*

76. *Ludouicus Dinet* ſuperioris nepos, cæteris eiuſdem nominis & gentis, hoc eſt, ſuæ familiæ viris eruditione, & virtute claris non inferior muneri Epiſcopali ſeriò incumbit. Quo Præſule 1622. Conuentus Minimorum extruitur in vrbe. *Minimi.* At iam à multis annis claret in hac Matiſconenſi, & Gallicana Eccleſia Nicolaus *Chandon* Decanus, in cuius multis virtutibus, in rebus gerendis cum animi conſtantiâ ſingularis prudentia emınet. *Chandon porte d'argẽt à la faſſe de gueule endẽtée de ſable, accompagnée de 3. trefles de ſable, 2. en chef, & 1. en pointe.*

Maurianenſes Epiſcopi.

Maurienne en Sauoye.

MAVRIANA, nomen eſt Vallis ad Alpes Cottias (vbi olim Brannovices, & Blennonij) titulo Comitatus inſignis, Sabaudiæ Ducatu contenta, habens vrbem S. Ioannis de ſuo nomine cognominatam *S. Iean de Maurienne*, ad Arcum fluuium, ſub Archiepiſcopatu Vien- D nenſi, & Senatu Chamberiacenſi, gradu longitud. 27. 40. latitud. 44. 45. altitudine ſolis 45. 15. vbi dies maxima hor. 15. 30. 58. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 59. 33. ad 60. cuius Eccleſiæ hi tantùm à nobis huc vſque notari potuerunt Epiſcopi. *Flor. 1137.*

Voconius 452.

Ægonius tempore Guntrani Regis benefactoris huius Eccleſiæ.

Iconius. In Concilio Matiſconenſi 1. 582. fortè idem cum ſuperiore, qui & Enconius Aymoino libro 3. capite 90.

Leborius. In Concilio Cabilonenſi circa A. C. 650.

Odotardus.

Adalbertus. Ei ſcribit Ioannes 8. epiſt. 296.

Vrardus 1024. Circa hæc tempora 1048. obiit Humbertus Mauriennę Comes, ſepultus in Eccleſia cathedrali.

Guilelmus, in vita S. Anthelmi.

Ayrardus, in vita S. Petri Tarentaſienſis.

Bernardus 1246.

Florianus. Orauit in funere Edoardi Tarentaſienſis Archiepiſcopi 1390. m. Februario.

Ludouicus de Palude, *de la Palu*, cuſtos Conclauis in electione Martini 5. in Concilio Conſtantienſi, etiam Loſanenſis Epiſcopatus adminiſtrator, creatus Cardinalis cognomento *de Varembone* à Felice 5. 1443. confirmatus à Nicolao 5. 1449. Moritur circa A.C. 1455. Onuphr. pag. 303. Ciaconus pag. 912. & 924.

Petrus de Fuxo Ordinis Minorum, Epiſcopus Loſanenſis, & Conuenarum, Preſbyter Cardinalis titulo S. Stephani in Cœlio monte. Obiit Auenione 1464. die 13. Decembris, ibique ſepultus, Ciaconus pag. 965.

Gornerd porte d'azur au cheuron d'or.

Ludouicus de Goruord, Cardinalis, frater Laurentij Equitis Velleris-aurei, Comitis Pontis-vallium, Magni Magiſtri Hiſpaniæ, & Gubernatoris Breſſiæ. Erexit Eccleſiam B. Mariæ in Collegiatam, factus Epiſcopus Burgi in Breſſia 1516. & conſecrauit Capellam S. Laurentij in Eccleſia Franciſcanorum in oppido Pontis-vallium, *Pont-de-vaux.* Hîc autem notabis erectionem illam ſedis Epiſcopalis poſteà ſublatam fuiſſe, & Burgum ipſum cum Breſſia redactum fuiſſe in priſtinam iuriſdictionem Archiepiſcopi Lugdunenſis.

. . . . . . *Lambert*, Collegium, & Capucinos in ſua vrbe fundauit.

Philibertus Milletus Epiſcopus, & Princeps Maurianenſis, Abbas Alpium, Cancellarius militiæ Annunciatæ. Orationem habuit Taurini 1610. in Henrici Magni exequiis.

Meldenſes Epiſcopi. Meaulx.

IATINVM oppidum Meldorum, vel Meldarum, Ptol. l. 2. c. 8. (qui populi Cæſari memorātur l. 5. & Plin. l. 4. c. 18.) ad Matronam fluuiū grad. long. 24. 0. latit. 48. 45. altit. ſolis 41. 15. vbi dies maxima horar. 15. 55. vmbra æquinoct. meridiana 67. 26. ad 60. ſub Parlamento & noua metropoli Pariſienſi, cùm olim Senonenſi ſuffragaretur. Huius verò diœceſis numerantur Parrochiæ 216. Patronus verò Eccleſię cathedralis agnoſcitur S. Stephanus, ac in diœceſi Abbatiæ reperiuntur: Flor. 1060.

S. Petri de Robeſco *de Rebez* O.B.

S. Faronis ad vrbem O.B. *S. Faron lez Meaulx.* Flor. 1100.

Camera-fontis O. P. *Chambre-fontaine.*

Iotri *Ioarre*, fœminarum O.B.

S. Honorati, fœminarum O.B. *S. Honoré aux Dames.*

Pons Dominarum, *Le Pont aux Dames.*

Foreſt-monſtier, fœminarum.

Iuliaci, *Iully* O.A.

S. Mariæ de Cathedra, *Noſtre Dame de Chaire* O.A.

At Præſules hi ſequuntur.

1. *S. Sanctinus*, Diſcipulus S. Dionyſij Areopagitæ. Obiit A.C. 118. 22. Septembris in Martyrologio Romano, & Faſtis Roſveidi. Idem fortè qui & primus Epiſcopus Virdunenſis.

2. *S. Antonius*, ſiue Antoninus 22. Septembris. Memoratur cum ſuperiore ab Hincmaro in Epiſtola de S. Dionyſio Areopagita Pariſienſi Epiſcopo, apud Surium 9. Octobris.

3. *Manſuetus.*

4. *Modeſtus.*

5. *Achireus*, vel Acherus.

6. *Rodus.*

7. *Promeus*, ſiue Promerus.

8. *Primitus*, ſeu Primatus.

9. *Principius.* Fortè is qui Prouincius dicitur in vita S. Evurtij Epiſcopi 46. Aurelianenſis circa A.C. 374.

10. *S. Rigomerus*, ſeu Ruſomerus. 28. Maij.

11. *Creſcentius.*

12. *Antus.*

13. *Præſidius.*

14. *Promiſſius.* Circa quæ tempora videtur hîc inſerendus Chronopius in Concil. Aurelianenſi. 5. 552.

15. *Medoinus.*

16. *Edenus*, ſiue Ayenus.

17. *Baldoaldus*, apud Fortunat. l. 9. c. 8.

18. *Guildraldus*, vel Gundoaldus. Subſcripſit priuilegio S. Landerici Epiſcopi

copi Pariſienſis pro Dionyſianis, circà A.C. 662. & memoratur in vita ſancti Euſtaſij Luxouienſis, & ſanctæ Pharæ quæ ab eo velum Religionis accepit.

19. *S. Valbertus*, ex Abbate Lexouienſi 3. mira ſanctitate claruit, & migrauit 2. Maij, apud Vionem in Martyrologio Monaſtico, & libro 2. cap. 41. Trithemium lib. 4. cap. 137. Surium in vita ſancti Pharonis, memoraturque in vita S. Euſtaſij c. 3. & 4.

20. *S. Pharo*, Agnerici Comitis Burgundiæ ex Leodegunte filius, Blitilde coniuge Moniali effecta in onere Epiſcopali fratri ſucceſſit. Præclaram habet Abbatiam ſui nominis ad vrbem. Interfuit dedicationi Eccleſiæ Corbeienſis A.C. 667. cum Bertiffredo Ambianenſi, Geneſio Lugdunenſi, Audoëno Rotomagenſi, Audomaro Morinenſi, Crodoberto Pariſienſi, Eligio Nouiomagenſi, Audeberto Cameracenſi, Drauſcio Sueſſionenſi, Cadoaldo & aliis Epiſcopis. At Crodegario Abbate, ſubſignat diplomati Regis Dagoberti anno Regni 15. 3. Cal. Auguſt. apud Compendium palatium, Dadone Archiepiſcopo Rotomagenſi Cancellario, cum Palladio, Landerico, Landomero, Frandoberto, Aſterio, Siluino, Lorando, Maurino, Claro, Gradono, Leobeſario ſancti Dionyſij Abbate, Mommolo Præfecto, Gondoëno, Charimundo, Cariulfo, Andino, Droctoaldo, & in diplomate Landerici Pariſiorum Epiſcopi pro immunitate Monaſterij Dionyſiani Cal. Iulij ann. 15. Clodouæi cum Eligio Nouiomenſi, & Audoëno (qui & Dado) Rotomagenſi, Munemũdo, Gonualdo, Vulfoleno, Armentario, Runico, Malchardo, Grato, Ioanne, Ricoaldo, Baldomero, Tauricio, Euſtorgio, Laridando, Bertefredo, Audoberto, Claro, Luſtardo, Literio, Palladio, Ætherio, Ingildo, Audeberto. Excepit S. Fiacrium circa ann. 668. apud Bedam lib. 4. cap. 1. Vionem lib. 4. cap. 34. & in Martyrol. 30. Aug. poſt Baronium Hector. Boët. lib. 9. hiſtoriæ Scoticæ. Sororem habuit S. Pharam apud Bedam lib. 4. cap. 2. & 23. quæ & Monaſterium habet, de quo infrà, vt de ipſo Pharone Trithemius lib. 4. cap. 139. Sigebertus in Chronico 686. Baronius, & *Vion* in Martyrologio 28. Octobris, Vincentius libro vigeſimo quarto cap. 17.

21. *S. Hildeuertus*, ex Monacho Luxouienſi, *Vion* 26. Maij, Catalogus Sanctorum libro quinto. Aliis Hildenutus cui olim Eccleſia ſanctæ Crucis parrochialis Lutetiæ dicata fuit, vt eſt in Antiquitatibus Pariſinis, eidem quoque ſacra eſt Eccleſia Gornaij 7. ab vrbe Meldenſi lapide. Meminit Vincentius libro vigeſimo quarto, capite vigeſimo quinto.

22. *Helingus*, vel Herlingus.

23. *S. Pathaſius*, vita priuatur ipſa electionis die: Eccleſiam habet ſui nominis in diœceſi Meldenſi.

24. *S. Ebregeſillus* 31. Auguſti in Breuiario Meldenſi, & apud Molanum in Additionibus ad Vſuardum, vbi in Iotro Monaſterio colitur *Iouarre*.

25. *Landricus*, ſiue Lendoinus in Chronico Cameracenſi lib. 2. cap. 46. & apud Molanum Natal. Sanctorum Belgicorũ, ac Miræum 17. Aprilis, vnde colligitur eum fuiſſe filium ſancti Madelgarij, & S. Valdetrudis Montenſium patronæ in Hannonia.

26. *Edeldus*, ſiue Heldodus.

27. *Adulphus*.

28. *Ragaminatus*, ſeu Ragamirius.

29. *Sigenoldus*, apud Abbonem de obſidione Pariſienſi 882.

30. *Erlaureus*, vel Erlameus.

31. *Aydenetus*, ſeu Aydenirus, ſeu Ahydenerus.

32. *Romanus*, nominatur in epiſtola tertia Zachariæ Papæ apud Baronium anno Chriſti 748. & Surium in vita ſancti Bonifacij, quæ epiſtola eſt decima Binio, quâ gratulatur Præſulibus Gallis, & Germanis, quòd in fidei veritate ambularent, eiſque Bonifacium legatum commendat. Hîc memineris de Francorum in fide conſtantia dictum à nobis fuiſſe alibi.

33. *Vulfrannus*, vel Vulferandus.

34. Brunerus, vel Bruuerus.

35. *Hildricus*, memoratur in epiſtola Hincmari de S. Dionyſio Areopagita, apud Surium 9. Octob.

36. *Hubertus*, vel Hucbertus, memoratur ab Hincmaro loco ſuprà indicato. Intereſt Concilio Vormatienſi anno Chriſti octingenteſimo trigeſimo ſexto, vt eſt in M. S. C. ſancti Remigij Senonenſis, in reſtitutione Ludouici Pij, & in Meldenſi anno octingenteſimo quadrageſimo quinto, Turonenſi octingenteſimo quadrageſimo nono, Sueſſionenſi octingenteſimo quinquageſimo tertio, & Vermeriæ eodem anno, in Capitulis Caroli Calui, & in Chartulario Ferrarienſi, cum Aldrico metropolite Senonenſi 48. & apud Flodoardum lib. 3. cap. 11. & Lupum Ferrarienſem epiſtola 84. & 90.

37. *Hildegarius*, vel Hildegardus, vel Hildegratus, in Concilio Tullenſi 859. Aquiſgranenſi 860. Piſtenſi 862. cum Venilone metropolite, & Vvlfado Reſbacenſi Abbate, Sueſſionenſi 866. & Trecenſi 867. Ordinauit Carolomannum in Diaconum, poſteà ob rebellionem excæcatum, memoratur in Capitul. Caroli Calui t. 24. & 25. & apud Flodoardum lib. 3. c. 23. ac Lupum Ferrarienſem epiſt. 99. Ad eum exſtat epiſt. Hincmari de Iudicio Dei per aquam frigidam, qua de re poſt alios, Martinus Delrio in Diſquiſitionibus Magicic. Cæterùm Piſtenſis Synodus Regalis dicitur, In priuilegio de libertate Monaſterij Dionyſiani, quia Rex ſcilicet Carolus Caluus aderat, & vniuerſalis, quia ex diuerſis Prouinciis conuenerant Epiſcopi numero ampliùs 30. Piſtas verò Sedem Regibus ſatis opportunam Helgaudo interpretantur vulgò Pixiacum ad Sequanam, oppidum Archidiaconatus titulo in Eccleſia Carnotenſi celebre, *Poiſſy*, vbi iacet Conſtantia Roberti Regis vxor in Eccleſia quam fundauerat, in qua baptizatus S. Ludouicus, qui inde ſe Ludouicum de Pixiaco ſolebat appellare: abeſt à Lutetia ſex leucis: vbi & nobile Monaſterium Dominicanarum à Philippo Pulchro poſitum, & habitum Colloquium inter Catholicos & Nouatores 1561. à die 9. Septemb. ad 25. Nouemb. Vide & Lingonen. Epiſcopos nu. 92. & Iacobum Sirmundum in Notis ad Capitula Caroli Calui, Iacobum *Doublet* in hiſtoria Dionyſiana.

38 *Ingefredus*, vel Ragenfredus, in Concilio Pontigonenſi 876.

39. *Ing[illegible]annus*.

40. *Azonius*, vel Agannus.

41. *Richardus*, ſeu Rochardus.

42. Ageracus, vel Ageradus.

43. Archanradus.

44. S. Gilbertus 1004. in Chronico Autiſſiodorenſi, & Lemouicenſi, vbi dicitur vir eximiæ virtutis, & gloria miraculorum inſignis, Fulchardi & Gillæ filius, in Monaſterio ſancti Quintini educatus, & ex Archidiacono à Leotherico Metropolite conſecratus, apud Fulbertum Carnotenſem epiſtola 8 & 75. dedit Canonicis S. Mariæ, & ſancti Stephani, quos vocat fratres ſanctæ ſedis Meldenſis plures Eccleſias, inter quas recenſetur Abbatiola ſancti Rigomeri Epiſcopi, & Confeſſoris. Nominatur in Charta Roberti 8. Cal. Febr. Indictione 11. anno 1. regni, cum ipſo Leotherico Senonenſi. Obiit 13. Febr. Ferrario & Molano, circa A. C. 1009. eiuſque feſtum agitur in Eccleſia Meldenſi.

45. Macarius.

46. Bernerius, ſeu Heruerus, in dedicatione S. Aniani Aurelianenſis, apud Helgaudum 1029. multa dedit Canonicis ſuæ Eccleſiæ, inter quæ terram ſuam de Berceyo, Præpoſiturã de Changeio, & Eccleſiam de S. Martino.

47. *Dagobertus*.

48. *Galterus*, apud Aymoinum, ſeu eius Continuatorem lib. 5. c. 47. dicitur miſſus in Ruſſiam, vt Regis filiam adduceret vxorem Henrico Regi, poſt mortem Matildis Reginæ 1044. eaque vocabatur Anna ſiue Agnes Georgij filia. Intereſt Synodo Senonicæ 1048. cum Gilduino Archiepiſcopo, Imberto Pariſienſi, Iſambardo Aurelianenſi, Maynardo Trecenſi, Hugone Niuernenſi, & Gilberto Autiſſiodorenſi, Henrico Rege preſente, & Roberto Duce Burgundiæ, vbi probatur fundatio Monaſterij S. Ayguſfi facta per Theobaldum Comitem, in pago Prouino Campaniæ, de quo Prioratu Nicolaus Camuzat in Promptuario Antiquit. Tricaſſ. pag. 21. Interfuit etiã ſacro Philippi Regis 1059. & nominatur 1050. in detectione corporum ſanctorũ Martyrum in Baſilica Dionyſiana, & 1060. in Chartulario S. Martini Pariſienſis, & 1064. in Chartâ Philippi Regis, pro Monachis S. Petri Senonenſis, & in dedicat. S. Quintini Bellouacenſis 4. Octob. 1069. Obiit poſt diuturnam ſedem 9. Calendas Nouembris.

49. *Galterus* ſecundus ordinatus à Richerio Metropolitano, contra Robertum, ab Hugone Lugdunenſi Promotum, vt eſt apud Odorannum. Interfuit Concilio Senonenſi 1083. cum Goffrido Carnotenſi, Philippo Trecenſi, & Arnulfo Aurelianenſi. Ei ſcribit Iuo epiſt. 127. vt Moniales S. Pharæ ad meliorem frugem reuocet, & ſi id fieri non poſſet religioſis Monachis locũ, & poſſeſſiones committeret: Dedit Canonicis Eccleſiam de Nantolio, & Eccleſiam S. Sanctini. Anniuerſarium agitur 7. Calend. Auguſti.

50. *Manaſſes*, ex Archidiacono eligitur 1013. & conſecratur à Daimberto Metropolite; intereſt ſacro Ludouici Craſſi, apud Sugerium 3. Auguſti 1018. Aurelianis, ab ipſo Daimberto peracto. nominatur etiam 1113. eiuſque duo Anniuerſaria celebrantur

5. Idus

5. Idus Ianuarij, & 9. Calend. Maij, dato Canonicis inter cætera frumenti modio; apud Colliacum annuatim percipiendo. Obiit 1119. Vide Iuonem epiſt. 42. & 147.

51. *Burchardus*, vel Hugardus 1122. in Chartulario ſancti Martini Pariſienſis. Intereſt Sinodo Senonenſi anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſeptimo, Henrico metropolite. Obtinuit à Theobaldo Comite abolitionem prauæ conſuetudinis, quâ demortui Epiſcopi mobilia capiebantur à Comitibus, eâ tamen conditione, vt Præſule, deinceps ab inteſtato decedente ea monialibus de Fontanis, aut illis deletis darentur infirmis, ſeu leproſis Meldenſibus per manus Diaconi, & Archidiaconi. Conceſſit 1132. Monachis ſancti Ioannis Senonenſis Eccleſiam Parrochialem de Paſſiaco, & Cappellam Miræuallis. Obiit anno milleſimo centeſimo trigeſimo quarto pridie Nonas Ianuarij apud ſanctum Victorem Pariſiis, vbi ſepelitur iuxta Thomam Priorem, quorum Epitaphium collegit Iacobus Tauellus vir eruditus, & pius Domini Tauelli Senonenſis Decani Pater, qui Iacobus ſuis literis nos de multis monuit, & ex cuius Commentariis multa, eaque præclara hauſimus. Is ad Patres adpoſitus vniuerſæ carnis viam ingreſſus anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, menſe Augusto fama æternum victurus. Epitaphium autem, quo de agitur, tale eſt:

M. Tauel.

Præſul hic, iſte Prior, Confeſſor hic, iſteq; Martyr,
Hic minor eſt meritis, ordinis iſte gradu.
Burchardus Meldis pater extitit, At Prior huius
Eccleſia Thomas, moribus ambo pares:
Iuris amatores, morúmque fuere magiſtri,
Cum pietate graues, cum grauitate pij.
Quos ratio, quos religio, quos iungit honeſtas,
Hos titulus iungit, & ſitus ipſe loci.

Epiſcopi Centores, ſeu morum Magiſtri.

De hoc Thoma Ioan. Picardus in Notis ad S. Bernardi epiſt. 158.

Hîc autem fit alluſio ad illud Virgil. Æneid. 2. cùm de pacanda ſeditione in magno populo coorta, ait:

Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Quæ grauatus verecunda S. Bernard. ſerm. 86. & veneranda S. Cypriano de Simplicitate Clericorum.

52. *Manaſſes*, ex Archidiacono, Manaſſis ſuperioris nepos, nominatur 1134. anno 1. Epiſcopatus, cum Theobaldo Comite, & Mathæo Mommorenciaco, & Drogone de Petrafonte in Charta Prioratus de Fontanis Ordinis Fontis Euraldi. Item 1135. in fundatione Abbatiæ de Cagia, cum Ioſſeleno Sueſſionenſi Epiſcopo, & Harpino Meldenſi Decano, ac Igilduino Abbate Victorino; eius meminit Sugerius ad Eugenium Papam: & cum ipſo Sugerio interfuit benedictioni Odonis primi Abbatis ſanctæ Genouefæ, quo etiam Sugerio inſtante dedicauit Oratorium ſancti Nicolai in Baſilica Dionyſiana cum Petro Syluanectenſi Præſule; memoratur quoque in Chronico S. Ioannis de Vineis Sueſſione 1153. Obiit 9. Cal. Maij.

53. *Genoldus*, ſeu Geroldus.

54. *Hugo*, obſequium præſtat Hugoni Metropolitæ. Obiit 16. Idus Sept. cùm fuiſſet antea Decanus.

55. *Stephanus*, ex Canonico Senonenſi, & Cantore Meldenſi, memoratur apud Aymoinum lib. 5. cap. 53. Ei & Vilelmo Senonenſi, Alexander 3. committit terminandum graue dubium in monaſterio ſancti Victoris Lutetiæ, in quo tamdem moritur, abdicato Archiepiſcopatu Bituricenſi, ad quem electus fuerat: eiuſque obitus notatur 19. Calend. Februarij Meldis cùm tamen exceſſerit vita pridie Idus Ianuarias 1187. & ſepelitur in choro S. Victoris, vt refert Tauellus ex Epitaphio ſequenti:

Pax populi, Clerique decus, Patriaque patronus,
Stephanus huius amor vrbis, & orbis obit:
Meldis Epiſcopium, primatum Byturis, ortum
Pariſius, tumulum continet iſte locus.
Iam liber viuit terrâ diuiſus, & aſtris,
Quæ dederat cælum, terráque, ſoluit ei.

Hîc porrò Epiſcopus appellatur, Pax populi, quia quaſi ſequeſter pacis inter Deum & homines in tempore iracundiæ fit reconciliatio. Et Epiſcopi, & populi vnus debet eſſe affectus qui ſit vnum idemque Chriſti hoſpitium; qua de re Stephanus Duranti, de Ritibus

Eccleſiæ lib. 2. cap. 15. explicans Salutationem EpiſcopalemPax vobis. Sed & Pontificis munus eſt diſſentientem populum in concordiam reuocare cap. 7. Studendum diſt. 90. Eſt verò pax tranquillitas Ordinis, Ordo parium diſpariumque ſua cuique loca tribuens diſpoſitio apud ſanctum Auguſtinum lib. 19. Ciuit. cap. 12. quæ quidem pax pingitur ſedens virgo vna manu face accenſa cumulum armorum inflammans, altera cornu copiæ tenens, ſicut Antonius Auguſtin. Dialog. 2. Numiſmatum ait. Vnde Beati, & filij Dei nuncupantur pacifici, qui pacem ſecum, & cum aliis habentes, eam inter alios procurant, & conciliant, ſine qua Deo nec munus ſanctæ oblationis ad altare placere poteſt lib. 1. Capitular. num. 61. At Paſtor pax, ſeu pacis cauſa erit gregi ſi vigilacibus & fidis canibus in excubiis ordine diſpoſitis rapaces lupi innocentes oues mactare, deglubere, laceraréque parati ingrediendi locum in Dominicale ſeptum non habeant.

56. *Simon*, ex Archidiacono Senonenſi, & Theſaurario Meldenſi, nominatur 1178. & 1193. de quo Sariſberienſis ep. 240 & Petrus Cellēſis. Circa quę tēpora inſtituitur apud Ceruifontem, vel Ceruum frigidum in hac diœceſi Ordo S. Trinitatis de Redemptione Capti- Mathurini. uorum vulgò *Mathurins*, qua de re infrà cum de Generalibus Ordinum agetur. Porrò Simonis obitus agitur 9. Maij.

57. *Anſelius*, vel Anſellus, conſecratur à Michaele Archiepiſcopo, & nominatur 1200. & 1208. in Chartulario Martiniano. Inſtitutor fuit Cancellariæ, eiuſque obitus recolitur 6. Idus Sept. cùm tamen dicatur obiiſſe 6. Idus Iulij.

58. *Goffridus*, ex Canonico recepto 1107. eligitur Epiſcopus 1208. ſed poſteà ſponte abdicato Epiſcopatu arctius vitæ genus apud Victorinos amplectitur diſpenſante Innocent. 3. 1213. Ioanne Abbate 8. vbi Goffridus Aduentus, & Quadrageſimæ tempore ter tantùm in hebdomada manducabat, apud Rigordum in Philippo Auguſto S. Antoninum tit. 18. cap. 1. §. 3. obiit 1214. 8. Idus Febr.

59. *Guilelmus* frater Stephani Nouiomenſis, & Petri Pariſienſis, filius Galteri Camerarij, ex Cantore Pariſienſi, conſecratur Dominica poſt feſtum S. Magdalenæ 6. Calend. Auguſt. 1214. Chronico Autiſſiodorenſi, & Rigordo, Vincentio lib. 31. cap. 8. Obiit 1222. 14. Calend. Septembris, ſepultus Barbelli prope altare, & eius Anniuerſarium agitur 15. Calend. eiuſdem menſis Septembis.

60. *Amalricus* 1220. cuius Anniuerſarium notatur in Necrologio S. Genoueſes 5. Idus Ianuar. & in Meldenſi 7. Idus menſis eiuſdem, ac in Victorino Pariſiorum, vbi iacet.

61. *Petrus*, nominatur 1223. in litteris Philippi Auguſti, & in dedicatione B. Mariæ de Victoria 1225. 7. Cal. Nouembris in diœceſi Syluanectenſi & 1236. menſe Decemb. & intereſt Extractioni corporum SS. Martyrum apud Dionyſianos pro ſalute S. Ludouici 1244. cum Carolo Nouiomenſi Epiſcopo, & Odone Abbate Dionyſiano. Nominatur quoque 1246. die Veneris ante feſtum beatæ Magdalenes in Chartulario Monaſterij eiuſdem S. Dionyſij. Huius verò tempore 1248. fundantur in vrbe Fran- Franciſcani. ciſcani à Blanca S. Ludouici matre: & Vicarij inſtituuntur in Eccleſia Meldenſi, & 1253. decreuit de præeminentia Decani ſuper Archidiaconum etiam tunc Vicarium Generalem. Obiit 7. Idus Maij. An verò Vicarius Generalis præcedat in Eccleſia Archidiaconum, etiam in Eccleſia Cathedrali legere eſt apud Menochium Conſ. 51. & 52. Abbatem Conſ. 21. Azor. part. 2. lib. 3. cap. 43.

62. *Alranus*, ſiue Alerannus, componit quædam diſſidia cum Capitulo 1263. Obiit 3. Idus Octob.

63. *Ioannes*, 1268.

64. *Ioannes* 2. 1281.

65. *Adam de Vadeyo*, 1281. & 1292. pridie Idus Februarij in Eccleſia Meldenſi & 6. Idus Februarij in Pharæmonaſterio eius obitus celebratur.

66. *Ioannes* 3. de Creſſiaco, is fortè qui cognomento Gentis, non profeſſione Monachus, *le Moine*, dicitur Conſiliarius Philippi Pulchri 1303. quique Cardinalis fundator Collegij ſui nominis Lutetiæ Pariſiorum iam anteà hoc Epiſcopatu eiurato, obiit Auenione 1313. 22. Auguſti, ſepultus tamen in dicto Collegio, cuius ſtatuta Bonifacius 8. Papa circa annum 1302. probauerat qua de re Iacobus Brulius in Antiquitatibus Pariſinis pag. 654. & Nomenclator Cardinalium pag. 46. At Onuphrius obiiſſe ait 1307. pag. 189. & Demochares 1458. exiſtimans Monachum eſſe Ioannem huius nominis octauum; huius verò Ioannis 3. frater Andræas Nouiomenſis Epiſcopus. Vide

Le Moine porte d'argẽt à trois clous de ſable 2. 1. au chef d'azur bandé d'or de trois pieces.

de Pictauienſes num.93.

67. *Nicolaus de Chaalons*, ex gente Vicedominorum Catalaunenſium, anteà Clericus, id eſt, Secretarius S. Ludouici Regis, vt obſeruat Andreas *du Cheſne* in hiſtoria domus Caſtilioneæ, nominatur Epiſcopus Meldenſis in quadam ſcheda S. Capellæ Pariſienſis 1306. Maij 17. Obiit 13. Maij.

68. *Simon 2. Feſtu*, nominatur 12. Aprilis 1309. in Charta Collegij Nauarræi, & alibi 1313.

69. *Gulielmus* de Broſcia, è gente Comitum Pontieurenſium primò Podienſis inde 1318. Meldenſis, & poſteà 1320. Bituricenſis, ac tandem Senonenſis.

70. *Petrus.*

71. *Durandus* de S.Porciano, Dominicanus (qui à nonnullis malè confunditur cum Guilelmo Durando Speculatore Mimatenſi Epiſcopo) renunciatus Doctor Pariſiis 1313. ſedit circiter 1326. de quo Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Volaterranus lib. 21. Gerſon Epiſtola ad ſtudioſos Theologiæ Nauarræ, S Antoninus, Perronius Cardinalis in Pleſſæum de Euchariſtia, & Nicolaus *Coeffeteau* contra Myſterium iniquitatis, *Vion* lib. 5. cap. 47. vbi eum fruſtrà facit Monachum Benedictinum, cuius errabundis veſtigiis alij inſtitere. Ipſe verò in lib. ſententiarum profitetur ſe in Schola ſacri Palatij veritatem ſanctæ Scripturæ docuiſſe, & à Sede Apoſtolica ad Epiſcopalem dignitatem promotum fuiſſe, & Commentarios in ſententias ſe ſcribere ſenem quos Iunior inceperat & Anicienſi Eccleſiæ præfuiſſe, ac demum in concluſione operis ſe Meldenſis & Anicienſis Eccleſiarum Epiſcopum, & Rectorem teſtatur. Conſecratus autem fuit in Eccleſia Senonenſi Martij 10. 1327. quo anno & 1333. recenſetur in Chartis Meldenſis Eccleſiæ, in cuius Choro ſepulchrum habet, atque Anniuerſarium Idibus Sept.

Scholæ in Palatio Apoſtolico cuius Magiſter promouet Doctores in Theologia, vt notat Mandoſius ad Regul. Cancel.

72. *Petrus.*

73. *Ioannes* 4. de Mulanto, ex Archidiacono Briæ 1335. & 1340.

74. *Philippus* de Vitriaco, Poëta Gallicus, nominatur 1352. Obiit 1351. 4. Idus Iunij, inde ſedes circiter annos 3. vocauit aut Philippi ſucceſſor ignoratur.

75. *Ioannes* 5 Rotarius, *Rouhier*, recipitur 1364. 4 Octobris. Obiit die Lunæ poſt feſtum Apoſtolorum Petri, & Pauli 1378.

76. *Gulielmus* de Dormano, ex Ar-
A chidiacono poſtulatus 1378 die Veneris poſt feſtum S. Andrææ; eo ſedente Capitulum obtinet exemptionem à Clemente 7. 1382. 5. Calend Iunij, & vnitur Præbenda Epiſcopali menſæ, poſteà transfertur Senonas 22. Octobris 1390. Vide ibi nu.91.

77. *Petrus Freſnel*, recipitur 1390. 10. Nouembris, & benedixit primarium lapidem Eccleſiæ Cæleſtinorum Marcouſſienſium 18. Februarij 1404. indeque fit Nouiomenſis 79. A.C. 1409. 7. die Septembris vbi recipitur 17. Decembris. Vide Monſtreletum.

B 78. *Ioannes* 6. de Sanctis, ex Vapincenſi Eccleſia huc tranſlatus, recipitur 1409. die Dominica 27. Nouembris. Obiit 20. Septemb. 1418.

79. *Robertus de Gireſme*, eligitur 7. die Sept. 1418. Obiit 1425. 19 Ian.

80. *Ioannes 7. de Briou*, recipitur 1426. die Iouis poſt S. Bartholomæum. Obiit 1435 17. Aug.

81. *Paſchaſius*, vel Paſquerius de Vallibus, *de Vaulx*. Eligitur 1435. in Vigilia Omnium Sanctorum, deinde fit Lexouienſis, & ex nonnullorum ſententia Regis Angliæ Cancellarius.

82. *Petrus de Verſailles*, Doctor exi-
C mius 1439. dedit Eccleſiæ ducentos aureos ex pecunia ab Eugenio 4. accepta, pro negotiis per eum in Græcia bene geſtis. Obiit 1446. 11. Nouembris, & die ſequenti hora 12. ſepultus ad læuam maioris altaris, tribus Miſſis per Abbates Cameræ-fontis, S. Pharonis, & Cagiæ celebratis.

83. *Ioannes* 8. *Munier*, vel *Moyne*, ex Priore S. Eligij Pariſienſis, electus 2. Ianuarij 1446. Obiit 1458. 22. Iunij, legatis Eccleſiæ bonis, vnde Feudum de Monte-ionis fuit acquiſitum.

84. *Ioannes 9. du Drac*, ex Decano
D 1458. confirmatur à ſuo Metropolite Ludouico. Obiit 17. Martij 1473. hora 3. matutina. Sepultus in Capella B. Mariæ in qua Miſſam quotidianam fundauit.

85. *Triſtandus Ioannis de Sallazard*, ex Margareta Trimolia filius, recipitur 1474. 26. Octobris die Mercurij, poſteà fit 96. Senonenſis 1475.

86. *Ludouicus* de Meloduno, Philippi domini *de la Borde*, ex N. *de Nantouillet* filius, Canonicus Senonenſis, & Vaſtinenſis Archidiaconus, Ludouici Archiepiſcopi nepos hic excipitur Dominica 16. Aprilis. Obiit 13. Maij 1483. Geminiaci hora 1. pomeridiana, & ſepelitur in choro cathedrali, poſt ſedem

ann. 8. menſ. 9. dies aliquot.

87. *Ioannes* 10. *L'Huillier*, Doctor, Profeſſor, & Prouiſor Sorbonicus, Decanus Pariſienſis commendatione Regis Ludouici 11. cuius erat Confeſſarius, & Maior Eleëmoſynarius 1483. Obiit 2. Septembris 1500. & ſepelitur in ingreſſu chori.

88. *Ioannes* 11. de Petra-ponte ingreditur ſolemniter Eccleſiam 1501. menſe Aprili, & obiit 1510. 2. Septembris in Necrologio Pharæmonaſterij.

89. *Ludouicus Pinelle*, conſecratus à Triſtando metropolite, recipitur per procuratorem vltima Martij 1511. & perſonaliter 14. Auguſti. At obiit 1515. 2. Ianuarij, ſepultus ſub chori lampadibus.

90. *Guilelmus Briçonnet*, ex Epiſcopo Lodeuenſi, & Abbate 67. S. Germani Pariſienſis, huc tranſlatus 1516. Benedixit 1519. vltima Nouemb. Gerardum in Abbatem S. Pharonis, & Ioannem Columbam in Abbatem de Cagia, *de Chage*. Quo etiam anno Synodum habuit in qua orationem pronuntiauit Latinè, poſteà editam & alteram Synodum 1523. conuocauit in qua prohibuit ſub excommunicationis pœna libros Lutheri, & alia pleraque ſtatuit de inuocatione Sanctorum, & de precibus pro mortuis, de ieiunio in Vigilia corporis Chriſti, in cuius Octauis proceſſionem ſolemnem fieri iuſſit, palliumque & vas quo ſacroſancta Euchariſtia defertur Eccleſiæ dedit, ac inſtituit & fundauit 1528. feſtum Viſitationis celebrandum & feriandum. Quo etiam anno interfuit Concilio Senonenſi, ab Antonio metropolite Pariſiis habito. Prætereà binis ad ſummum Pontificem legationibus functus eſt. Vide eius vitam apud Guidonem *Bretonneau*, qui aſſerit eum prædicaſſe, & diœceſim viſitaſſe, ac pauperum patrem obiſſe. Lutteranæ factionis acerrimũ debellatorem, ſcientia & virtute clarum 1533. die 25. Ian. circa mediam noctem ætatis 65. Agmandi, *Aymans*, propè Monaſterium ad Icaunam, ibique ſepeliri relictis pauperibus, & Eccleſiis teſtamento hæredibus, animâ Deo, Virgini & curiæ cæleſti commendatâ, & Anniuerſario fundato, necnon Sacramentis reuerenter ſuſceptis modico lapide tectum hanc inſcriptionẽ continente, *Guilelmus Briſſonetus Eccleſiæ Meldenſis humilis miniſter.* At viuens ius publicè dixit, domos Epiſcopales ædificauit, Parrochorum reſidentiam curauit, Contẽplationes idiotæ in ſermonem Gallicum tranſtulit, Bibliothecam denique S. Germani libris auxit; quæ omnia ſatis eum vindicant à ſuſceptione hæreſeos, in quam nonnullis falsò incurriſſe, aut ſaltem hæreticorum erroribus propter conuerſationem cum Iacobo Fabro Stapulenſi, & ſimilibus particularium opinionum aſſeclis fauiſſe dicitur.

91. *Antonius du Prat*, natus in Aruernia 1468. ex primo Præſide Pariſienſi 1507. ordinem Eccleſiaſticum amplectitur demortua vxore Franciſca Vaina apud Minimos Nigeonenſes ſepulta, fit primò Albienſis, deinde Senonenſis Præſul. Vbi plura n. 98. ad hanc verò Cathedrã Meldenſem recipitur 5. Maij 1533 per procuratorẽ Dominicum Epiſcopum Claromontanum. Obiit 1535. & 28. menſis Iulij, eius cor in Cathedrali humatur.

92. *Ioannes* 12. *de Butz*, recipitur 14. Septemb. 1535. Obiit 1552.

93. *Ludouicus de Brezé*, Guaſtonis Principis Fulcardi-montis, & Mariæ *de Ceriſiy* filius magnus Franciæ eleëmoſynarius, recipitur Cal. April. 1554. ante Paſcha, intereſt exequiis Henrici 2. 1559. & Concilio Tridentino.

94. *Ioannes* 13. *du Tillet*, ex Brioceſi per ceſſionem Ludouici huc transfertur 1567. edidit opera Luciferi Epiſcopi Calaritani 1568. & alia de quibus Poſſeuinus in Apparatu ſacro, & in Bibliotheca ſelecta. Obiit Pariſiis 1570. menſe Decemb. quo anno Ioannes frater Parlamenti actuoſus actuarius pariter hac vita ceſſit.

95. *Ludouicus de Brezé*, Theſaurarius S. Capellæ Pariſienſis, iterùm ad hanc ſedem vocatur cui V. C. Guilelmus *du Vair* Meditationes in nonnullos Pſalmos Gallicè conſcriptas dicauit.

96. *Ioannes* 14. de Veteri-ponte, *de Vieulx-pont*, poſſeſſionem perſonaliter adiit 1603. menſe Febr. dedicat Eccleſiam Capucinorum Nogenti-Rotrodi, diœceſis Carnotenſis 15. Octob. 1606. rogatus à Capitulo ſede vacante, & interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614. Obiit 1623. 16. Aug. ſepultus iuxta Altare maius Cathedrale. Eo procurante Capucini 1611. 8. Maij aduocantur, vt etiam Carmelitæ Diſcalceati, ac Monaſterium S. Pharonis reformatur. *Porte d'argent à dix annelets de gueule. 3. 3. 3. 1.*

97. *Ioannes* 15. *de Belleaue*, Ioannis ex ſorore nepos, & Canonicus ſucceſſit auunculo 1624. Cæterùm hoc loco ſilendum non eſt ad huius Catologi confectionem nos à Iacobo Iuliano Pariſienſi

ſienſi Theologo, & Meldenſi Canonico Edmundi Richerij Doctoris Pariſienſis, & Collegij Cardinalitij Lutetiæ maioris Magiſtri, Meldenſis quoque Canonici cura, & ſtudio plura fuiſſe accepta.

Mets en Lorraine.

Metenſes Epiſcopi.

Porte d'argent, & de ſable my-party en pal:

METIS, vel Metæ, vel Diuodurum Mediomatricum Ptolem. Tacito, Antonino; Aymoino lib. 3. cap. 2. vrbs famoſa, & inclyta, & ideò inter vrbes Galliæ haud mediocri ſemper habita loco, *Metz*, in gradu longitud. 49. 10. altitudine ſolis 40.50. vbi dies maxima horarum 16. 8. vmbra æquinoctialis meridiana 69. 10. ad 60. partes gnomonis confluenti Moſellæ, & Saliæ impoſita ſub Treuirenſi metropoli, olim vna ex primariis quatuor Germanici Imperij vrbibus in circulo 5. At ab anno 1552. in poteſtatem Regis Franciæ reducta ab Henrico 2. Rege, Carolo Quinto Imperatore, contra quem obſeſſorem eam defendit fortiſſimè Franciſcus à Lotharingia Guiſiæ Dux, qua de re inter alios Petrus Ronſardus. Hæc autem vulgò diues cognominatur vna de primis Galliarum vrbibus in vita ſancti Trudonis, Patronum recolens ſanctum Stephanum in Eccleſia omnibus numeris abſoluta, in qua fons Baptiſmatis porphyreticus decem pedes longus, eiuſque vrbis Icon tomo 2. Vrbium apud Georgium Brunum ſpectatur, Francorum in Auſtraſia Regum ſedes, quam potentiſſimam in regno Lotharij clarere ait Luitprandus. quæque cum Virduno, & Tullo triangulum quaſi æquilaterum ſeptem leucarum interuallo conſtituit. Lege Pontum Heuterum cap. 7. Belgij. Hæc verò diœceſis in quatuor Archidiaconatibus, complectitur Parrochias 623. in qua etiam recenſentur Abbatiæ:

- Flor. 400. S. Vincentij in vrbe, O.B.
- Flor. 233. S. Clementis, O.B. olim extra muros.
- Flor. 1400. S. Arnulphi O. B. olim extra muros, *S. Arnould*.
- Flor. 100. S Martini in vrbe O.B.
- Flor. 200. S. Petri montis O. A. fundatur circa 1099. à Lubrico Eccleſiæ Metenſis Cancellario.
- Flor. 500. S. Martini Glanderienſis O. B.
- S. Symphoriani O.B. Flor. 451.
- Gorſienſis O. B. Flor. 1500.
- S. Naboris O.B. Flor. 100.
- De Vilariis O.C.
- S. Georgij Pontis-frigidi in vrbe O.C.
- Sanctæ Gloſindis, fœminarum O.B.
- Sanctæ Mariæ fœminarum.
- S. Firmini de Houclaro.

Epiſcopi autem ſic ſe habent:

1. *S. Clemens*, B. Petri Diſcipulus, ſedit ann. 25. menſes 3. Chronic. Autiſſiodorenſe pag. 33. Maurolicus in Martyrologio 23. Nouembris, Molanus, Demochares, & Ferrarius, ac Paulus Varnefridus cuius liber de Metenſibus Epiſcopis ad Angelranum Metenſem Epiſcopum extat in corpore hiſtoriæ Franciæ, Petrus Equilienſis Epiſcopus, in Natalibus, ſeu Catalogo Sanctorum libri decimi capite centeſimo decimo tertio, Vincentius Bellouacenſis Speculi hiſtorialis libri noni, capite quadrageſimo ſecundo, vbi Clemens cognominatur Flauius Romanorum Conſul, ſancti Clementis Papæ patruus, vbi etiam Metis appellatur vrbs robore fortiſſima, bellis, & armis ſemper aſſueta, inſuper opulentiâ ditiſſima, in qua arenarium ab Imperatore Octauiano conſtructum, & in amphiteatrum decenter formatum.

2. *S. Cæleſtius*, vel Cæleſtinus, vel Cæleſtis ann. 15. colitur 3. Idus Octobris.

3. *S. Felix*, 21. Februarij, ann. 42. Martyrologium Romanum, & Molanus Additionibus ad Vſuardum.

4. *S. Patiens*, vel Patientius 8. Ianuarij ann. 14. Martyrologium Romanum, & Molanus Additionibus ad Vſuardum. Eiuſdem nominis fuit Archiepiſcopus Lugdunenſis viceſimus ſecundus.

5. *Victor*, ann. 9.

6. *Victor* 2. ann. 3.

7. *Simeon*, Februarij 26. Molano, ann. 30. ſepultus in Eccleſia ſancti Clementis.

8. *Sambatius*, ann. 18.

9. *S. Ruffus*, vel Rufellus corruptè Rucellus ann. 29. ſcripſit Archiepiſcopo ſuo in veteribus Francorum epiſtolis quæ habentur in corpore hiſtoriæ Franciæ, Martyrologium Romanum die ſeptima Nouembris, Metis ſancti Ruffi Epiſcopi, & Confeſſoris, quo die Beda notat eius Tranſlationem factam Clotario Francorum Rege.

vbi legendus Broverus. Sedit ann. 25. menſ. 2.

25. *Petrus*, ann. 10. Tranſiit 27. Septembris, Maurolico.

26. *Ayulphus*, vel Agiulphus, ex progenie Clodouæi, ann. 12. Gregorio Papâ, Roſerius in Stemmate Lotharingiæ hiſt. cap. 46.

27. *S. Arnulphus*, vel Arnoaldus, ſuperioris nepos, & Dagoberti Regis præceptor, Roſerius cap. 47. Obiit 7. Idus Octobris.

28. *Papo*, vel Papulus ann. 24. Extruxit Eccleſiam S. Symphoriani. Hoc verò tempore floruit S. Glodeſindis, vulgò *S. Gloſſine.*

29. *S. Arnulphus* 2. Arnulphi, vel Arnoldi filius, Clotharij 2. nepos, ex Monacho Lirinenſi, ſedit ann. 18. Obiit 641. vir per omnia lumine ſanctitatis, & ſplendore generis clarus, Vincentius l. 24. c. 75. Chronologia Lirinenſis pag. 194. Paulus Diaconus l. 6. c. 5. Franciſcus Roſerius cap. 48. hiſt. Annales Pithœani, Marullus lib. 6. Exempl. Baron. A.C. 614. & 615. Petrus Damian. Petrarcha lib. 2. de Vita ſolitaria cap. 14. Gothofredus Viterbienſis in Panthæo parte 16. Onuphrius, & Tillius in Genealogia Caroli Magni, Molanus Natal. Belgic. & *Vion* poſt Martyrologium Romanum, & Surium 18. Iulij, & 16. Auguſti, Petrus Diuæus lib. 3. Rerum Brabantic. cap. 3. Miræus Faſtis Belgic. vnde patet malè à Ferrario dici patrem Pipini Regis. Habet Monaſterium celebre ſui nominis in vrbe, de quo poſteà: mirabilis in Epiſcopatu nuncupatur à Reginone. Notandi verò ſunt verſus Saxonis l. 5. Annal. Caroli Magni ad Arnulphum Imperatorem:

Vnum commemorem tanto de germine patrem,
Quem ſanctum Chriſti prædicat Eccleſia,
Scilicet Arnulphum, Francorum qui fuit olim
Princeps, ac Præſul poſt ſatis egregius,
Ductus amore Dei, qui ſpreuerat omnia mundi,
Quæ mulcent oculos, quæque trahunt animos.
Malens diuinas mundi quàm tradere leges;
Eſſe Dei famulus, quàm populi dominus.
Nunc ouat in cœlis, præbens miracula terris,
Sublimis meriti ſigna decora ſui.
Indeq; noſtrorũ totam ſeriem Dominorum,
Stirpem nempe ſuam, protegit, atq; fouet.

A *Præ cunctis igitur tibi cura nepotibus vna*
Quæſumus Arnulphus ſit tuus homonymus.

30. *S. Goericus*, qui & Godericus, & Albo, ann. 18. Ædificauit baſilicam S. Petri. Obiit 667. ſepultus in Eccleſia S. Symphoriani, vnde poſteà eius oſſa fuêre tralata in caſtrum Spinale. Videndus Surius, poſt Breuiar. Tullenſe 19. Septembris, Vincent. l. 24. c. 54. *Eſpinal.*

31. *Dodo*, vel Godo, vel Godeus ann. 10. Obiit 8. Idus Maij.

32. *S. Clodulphus*, vel Godulphus, Arnulphi ſanctiſſimi Epiſcopi 29. filius, ex
B Monacho ordinatur 676. tandem fit Archiepiſcopus Treuirenſis 55. paternarum virtutum ſanctiſſimus hæres. Miræus Faſt. Belgic. 8. Iunij cum Martyrol. Roman.

33. *Albo*, vel Albo, vel Anno, ann. 10. Obiit 17. Calend. Maij.

34. *Aptadius*, vel Aptades, vel Aptatus ann. 13. Obiit 12. Cal. Februarij.

35. *Felix* 2. menſibus 9. Roſerius hiſtor. Capital. 50.

36. *Sigibaldus*, ann. 25. Duo Monaſteria conſtruxit, Clauſtriacum, & Nouum-villare 714. Obiit 7. Calendas Nouembris, ſepultus in Eccleſia ſancti
C Symphoriani:

Quem Mediomatrica Paſtorem Eccleſia habebat,
Secula bis ſenis ſeptem ſuperaddita luſtris.

37. *S. Godegranaus* Cancellarius Franciæ, filius Sigranni Haſbani, & Leudradæ, qui perperàm dicitur à Laio Caroli Martelli filius, iſque eſt, vt puto, qui Rugrandus dicitur, Trithemio de Scriptoribus Eccleſiaſticis, poſt Sigebertum cap. 78, Pipini Regis ex ſorore nepos, ſcriptor Regulæ Canonicorum, conditor Monaſterij Moſolenſis, & Gorziæ: alius à Sagienſi Epiſcopo. Vide Onu-
D phrium in Genealogia Caroli Magni, & Sigebertum 765. vbi dicitur Chrodegangus Metenſium Archiepiſcopus. Quo item nomine Archiepiſcopi afficitur ab Hermanno Contracto 765. vbi legitur Rodgangus. Miræus Faſtis Belgicis 6. Martij.

Portoit d'azur tranché ſous or au lion de gueule armé, & lampaſſé d'argent, dit le Feron aux Chanceliers de France.

38. *Angelrannus*, Archicapellanus ſacri Palatij Caroli Magni, vel Angibrannus Apocryſarius, apud Hincmarum epiſt. 3 cap. 15. & Alcuinum epiſt. 25. in editione Caniſij. Obiit 8. Calend. Ianuarij an. 800. ſepultus in Monaſterio Nouæ-cellæ (quod conſtruxerat) poſt ſedem annorum 33. Porrò de Archicapellano vide Fileſacum de ſacra Epiſcoporum auctoritate cap. 9. §. 15. & Se- *Archicapellanus.*

baſtianum *Roüillard* libro Gallico, cui titulum fecit, *Le Grand Aumoſnier de France*, vt de Apocryſario Roſveidus Onomaſt. in vitas Patrum.

39. *Gondulphus* ann. 6. Obiit 7. Idus Septembris, in vita Ludouici Pij. Cuius tempore primicerium egit in Eccleſia Metenſi S. Aldricus, poſteà Cenomanenſis Epiſcopus à Landrico Archiepiſcopo Turonenſi conſecratus. Memoratur in vita S. Radegundis.

Eligitur Drogo 823 Sigebert. 2. Iunij.

40. *Drogo*, Caroli Magni filius naturalis, ex concubina, non re, ſed nomine Reginâ, Monachus Lexouienſis, *Vion* l. 3. cap. 47. & in prætermiſſis, in cuius electione talis fuit Cleri, & populi conſenſus, vt omnes id velle, nullus nolle reperiretur, auctor vitæ S. Ludouici Pij apud Pithœum. Eius hortatu Angelonus ſcripſit Commentarios in libros Regum, de quibus Trithemius, & Bellarminus poſt Sigebertum cap. 86. Conſecrauit S. Anſgarium Archiepiſcopum Hamburgenſem Aquilonarium metropolitem, Ludouico Cæſare, Otgario Moguntinenſi, Ebone Remẽſi, S. Heddo Treuirenſi adſtantibus, Villerico etiam Remenſi, & Helingaudo Verdenſi conſentientibus, roborante id Papâ Gregorio 4. Pallij datione, Adamus cap. 17. apud Baronium 832. Sepeliuit fratrem ſuum Ludouicum Pium Imperatorem Metis in Eccleſia S. Arnulphi 840. in monumento Hildegardis. Obiit 844. Baronio, aliis verò 855. 6. Idus Nouembris, idque rectiùs, cùm in aliis manuſcriptis dicatur ſediſſe ann. 32. menſ. 5. d. 7. Fuit & ſacri Palatij Archicapellanus, & geſſit aliquatenus Archiepiſcopi dignitatem; qua de re Hincmarus epiſt. 6. cap. 30. & in Capitulario Caroli Calui tit. 3. num. 12. Ad eum extant quædam carmina Strabi Augienſis, apud Caniſium tomo 6. Antiquæ Lectionis. De eo quoque Aymoinus ſeu eius Continuator lib. 5. cap. 19.

41. *S. Aduentitius*, vel Aduentius, ex Abbate S. Arnulphi. Interfuit Concilio Tullenſi 857. eique ſcribit Nicolaus Papa tomo 3. Conciliorum Binij, de quo Baldricus lib. 1. Chronic. Cameracenſis cap. 50. *Vion* lib. 2. cap. 47. Regino. Vnxit Carolum Caluum in Regem Lotharingiæ cum Hincmaro Remenſi, Hattone Virdunenſi, & Arnulpho Tullenſi, die 7. Decembris 869. in Eccleſia S. Stephani Metenſis, ſede Treuirenſi vacante, apud Tillium, & Vaſburgium, & Trithem. in Chronico Hirſaugienſi, ac in Capitular. Caroli Calui Tit. 24. & Roſerio, Aymoini Appendici lib. 5. cap. 21.

42. *Valla*. Interfectus à Normannis pugnando 883. de quo Aymoinus, vel potiùs eius Continuator lib. 5. cap. 41. Flodoard. lib. 3. cap. 23. Anſelmus in hiſtoria Epiſcoporum Leodienſium c. 37. Ioannes 8. epiſt. 148. Annales incerti Auctoris apud Pithœum, Sigebert. 883. ſepultus in æde S. Saluatoris, quam condiderat.

43. *Robertus*, vel Rupertus. Conſecratur 883. 10. Calend. Maij, à Ratbodo ſuo metropolite, vt eſt apud Reginonem. Interfuit Concilio Metenſi habito in Eccleſia S. Arnulphi, Ratbodo eodem Archiepiſcopo Treuirenſi præſide, Didone Virdunenſi, & Arnoldo Tullenſi Epiſcopis præſentibus, Triburienſi 895. Ei ſcribit Stephanus Papa C. Lator, diſt. 55. Nihil Flauio nocere ad promotionem, quòd ei digitus à Normannis eſſet abſciſſus. Eidem capitularem librum præſcripſit Stephanus Leodienſis Epiſcopus, apud Sigebert. cap. 126. & apud Iuonem in decreto, Ratbodus Treuirenſis A. C. 906. in Exemplo formulæ, parte 6. c. 437. Cœnobia reformauit, & Pallium à Papa promeruit, ſeditque ann. 33. m. 8. & moritur 916. Cæterùm qui mutilantes, & mutilati ſint irregulares, & arceantur ab Ordinibus, & Beneficiis, tradit Toletus lib. 1. cap. 63. & 76. cùm ibi notatis à Victorello.

Concilium Metenſe tom. 3. Concil.

44. *Vigerus*, aliàs Digerus, vel Vigericus, Vidricus, *Vion* lib. 2. cap. 47. ex Abbate S. Georgij in Nigra-ſylua, quæ Cæſari lib. 6. cap. 5. Hercinia, de qua Ortelius, & alij. Obiit poſt ſedem an. 10. apud Flodoardum 927. de eo Trithemius l. 4. cap 259. de Viris illuſtr. Ord. Bened.

45. *Benno*, qui & Benedictinus, *Guilimanno* in Chronico Argentinenſi, Flodoardo, & Reginonis Continuatori, & Baron. à Metenſibus excæcatus, & euiratus eremum repetit. Sed priùs confirmat dotationem Bronij in diplomate Henrici Aucupis 932. Vide Concilium Duiſbergenſe tom. 3. parte 2. Conciliorum.

46. *Adelbero* 1. filius Richemeri Lotharingiæ Ducis. Memoratur Sigeberto 945. & 948. Baronio, cum Roberto Treuirenſi, Goſleno Tullenſi, & Berengario Virdunenſi in Synodo Engelhenſi. Obiit 964. 7. Calend. Maii, poſt ſedem ann. circiter 32.

47. *Theodericus*.

47. *Theodericus* 1. filius Friderici primi Moſellaniæ Ducis, ex Beatrice Hugonis Capeti ſorore, Roſer. c. 58. Obiit 984. Sigeberto, qui & eius vitam ſcripſit, ſepultus in æde Vincentiana, quam condiderat.

48. *Adelbero* 2. ex Virdunenſi, huc tralatus 984. Sigeberto, à quo dicitur vir ſanctus, & nobilis, filius Friderici Ducis. Obiit 18. Calend. Ianuar. ſepultus in ſancti Symphoriani Monaſterio, quod reparauerat.

49. *Theodericus*, vel Deodericus, Cunegundis Imperatricis frater, Cathedralis Eccleſiæ inſtaurator, & Brunonis conſobrini ſui pontificaliter in Sede Tullenſi collocator, die Aſcenſionis 1026. Eidem Albertus Metenſis Monachus dicauit breuem, ſed vtilem rerum ſui temporis hiſtoriam, apud Trithemium, eique plures epiſtolas ſcribit Gerbertus. Obiit 1047. Sigeberto. At hoc tempore Theodericus Moſellaniæ Dux curauit filium ſuum Theodericum adhuc puerum in Epiſcopum Metenſem eligendum. Qua de re Sigebertus 1009.

50. *Adelbero* 3. vir magnæ prudentiæ, & ſanctitatis 1047. Hermanno Contracto. Memoratur in vita Leonis 9. c. 2. & intereſt Conſil. Remenſi 1049. Obiit 1072. Schafnaburgenſi, Sigeberto, ſepultus in æde S. Saluatoris. Vide Miræi Codicem Donationum c. 134.

51. *Hermannus*, ex Canonico, & Præpoſito Leodienſi 1073. Ei ſcribit Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 52. Indict. 12. 1074. & lib. 8. epiſt. 20. cuius Gregorij Hermannus fuit acerrimus (vt oportebat) defenſor, vnde ab Henrico 4. ſemel, atque iterùm vrbe pellitur 1078. & 1085 Sigebert. Baron. 1081. num. 3. 4. & 5. Obiit 1090. Scafnaburg. Schiſmaticorum hoſtis expellit Brunonem inuaſorem. Eius etiam meminit Paulus Bernriedenſis in vita Gregorij 7.

52. *Popo*, ex Archidiacono Treuirenſi, confirmatus ab Hugone Archiepiſcopo Lugdunenſi Sedis Apoſtolicæ Legato. Intereſt Concilio Claromontano 1095. At contra Poponem, & etiam contra Hermannum quidam ab Imperatore Henrico 4. per 22. annos intruſus fuit.

53. *Theogerus*. Abdicato Epiſcopatu Cluniaci Monachum profitetur, vbi & ſepultus miraculis claruiſſe dicitur à Paulo Bernriedenſi in vita Gregorij 7. nonnullis Folmari 3. Metenſis Comitis frater, qui & Dietgerus, Trithemio.

A Adelbero Epiſcopus Metenſis IIII. recenſetur in Hapſburgicis Guilimanni, ſed nolui immutare hîc numeros marginales. Idem cenſeo de Theoderico, qui dicitur obiiſſe 1120. à Dodechino.

54. *Stephanus*, Theoderici Barri Comitis filius, Cardinalis à Calixto 2. Papa proauunculo creatus 1120. & iure Pallij donatus. Nominatur 1125. 5. Calend. Ianuarij, & 1139. in Epiſcopis Argentinenſibus Guilimanni, & in expeditione Tranſmarina Ludouici Iunioris 1147. Obiit 3. Calend. Ianuarij circa 1165. ſepultus in choro cathedrali.

B 55. *Theodericus* 2. filius Reginaldi *de Mouſſon*. Obiit circa A.C. 1172.

56. *Ferreus*, vel Federicus de Pluyoſo ſenex obiit 1175.

57. *Theodericus* 3. ann. 6. Mathæi Ducis Lotharingiæ, ex Berthâ Sueua filius. Obiit 1181. aliis mater Theoderici dicitur Iuditha Friderici Imperatoris ſoror.

58. *Bertrandus*, vel Bertrannus Saxo. Obiit 1212. menſe Aprili cùm anno ſuperiore, apud Vallem-coloris eo mediante colloquium inter Philippum Auguſtum, & Fridericum Imperatorem celebratum fuiſſet Rigordo refe- C rente.

59. *Conradus* Baro *de Scharphenuerk*, ann. 12. poſteà Spirenſis 46. vbi ſepultus, qui & Imperatoris Cancellarius in diplomate Friderici ſic ſubſcribit: *Ego Conradus Metenſis, & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius vice Domini Suffridi Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopi totius Germaniæ Archicancellarij recognoui. Norimbergæ* 12. *Calend. Februar.* 1217. vt eſt in metropoli Saliſburgenſi. Conuentum Franciſcanis Vici condidit, vt teſtatur Gonzaga in hiſtor Seraph. Obiit 1224. 12. Decembris, ſepultus Spiræ, in D Regum choro.

60. *Ioannes*, ex Virdunenſi ann. 15. Iacet in choro cathedrali 1240. cognomento *d'Aſpremont*, cuius mitis vita, manus larga, pudica caro.

61. *Ioannes*, vel Iacobus Friderici Ducis Lotharingiæ ex Agnete, vel Thomaſſina Theobaldi Barrenſis filius. Nominatur 1247. Dedicat Eccleſiam Clariſſarum 1258. poſt ſedem ann. 22. ſepelitur in Choro cathedrali circa ann. 1260. ex genealogia S. Arnulphi, & Roſerio hiſt. cap. 74. genere nobilis, & virtute mirabilis.

62. *Philippus* ſedebat 1261. Ex eadem genealogia S. Arnulphi, cognomen *de Florenges*. ſponte abdicauit.

63. *Guilelmus de Treignel* 1265. iacet apud Dominicanos, mortuus 1271.

64. *Laurentius* ann. 10. Obiit 1281. Romæ.

65. *Ioannes*, Guidonis Flandriæ Comitis, & Mathildis Bethuniæ filius, ex Præfecto S. Donati Brugenſis, & Inſulæ Præpoſito ad hanc ſedem vocatus, Canonum ſcientiâ clarus, poſteà 1282. Leodienſis 71. de quo Ioannes Buzelinus l. 1. Gallo-flandriæ cap. 7.

66. *Bouchardus* Auennius, *d'Auennes*. Obiit 1296. pridiè Calend. Decembris, poſt ſedem ann. 14. ſepultus in Choro cathedrali 1296.

67. *Gerardus de Relanges* 1296. ſedit ann. 5. Obiit 1301.

68. *Reginaldus de Bar*, ex Primicerio. Bellauit contra Ducem Lotharingiæ pro defenſione iurium Epiſcopatus poſt ſedem ann. 14. Veneno è viuis ſublatus 1316. ſepelitur in choro cathedrali, filius Theobaldi Comitis Barri, & Catharinæ Sabaudæ, frater Caroli Decani Pariſienſis.

69. *Henricus*, filius Humberti de Turre, & Annæ Delphinæ, poſt vacationem ſedis 3. annorum, propter litem inter duos electos motam, Epiſcopatum obtinet à Ioanne 22. 1319. quem 6. ann. rexit.

70. *Ludouicus* de Pictauia, ex Lingonenſi 71. Inſtaurauit muros vici 1325. Obiit in terra ſua Montis-ademari (*Mont-limar*) in Delphinatu (vbi ædificauit caſtrum *de Pignerons*) 1328.

71. *Ademarus de Montil*, nepos Ludouici, anteà Remenſis Archidiaconus. Sedit an. 33. ab 1328. ad 1361. 10. Maij.

72. *Ioannes* de Vienna ann. 4. 1361. anteà 71. Veſuntionenſis, poſteà Baſilienſis 1366.

73. *Theodorus Beyer de Bopard* 1366. ſedit ann. 18. Fuerat anteà Vormatienſis, & Imperij Cancellarius. Obiit 1383. 1. Februar. quo tempore Carmelitæ Metis fundantur à Roberto Barri Duce, & Auguſtiniani Barrenſes. Cæterùm hîc finem habet Chronicon M. S. Epiſcoporum Metenſium.

74. *B. Petrus de Luxembourg*, Guidonis Comitis Sampauliani, & Mathildis Caſtillioneæ filius, Linæij, *Ligny*, in diœceſi Tullenſi 20. Iulij 1369. Carolo 4. gentili imperante natus, Deo dicandus lacte materno nutritus, ex Pariſienſi Canonico, & Archidiacono Drocenſi in Carnutum Eccleſia, fit Epiſcopus ætatis 15. à Clemente 7. à quo etiam creatur Cardinalis Diaconus S. Georgij in Velo aureo, ſeu Velabro, à cuius dignitatis adeptione vix decem menſibus elapſis, obiit Villæ-nouæ prope Auenionem 2. Iulii manè 1387. ſepultus in cœmiterio pauperum S. Michaëlis Auenione. Quo in loco conditus fuit Cæleſtinorum Cõuentus, curante Papa Clemente ſeptimo in ſua Obedientia, poſteà quoque ibidem humato, cuius Monaſterii Eccleſiæ, nomine Caroli 6. Francorum Regis 1395. Duces Aurelianenſis, Bituricenſis, & Burgundus lapidem primarium impoſuerunt, à Cardinale Petro Fuxenſi Ordinis Franciſcani benedictum. Corpus verò huius Præſulis à Franciſco Cardinale Claromontano Pontificis Legato, permiſſu Clementis 7. Medicæi Papæ eleuatum fuit Petro Bardo Cæleſtinorum Franciæ Prouinciali præſente. Vide epiſtolam Ducis Burgundiæ ad Concilium Baſilienſe tom. 4. Binii pag. 227. Gazetum, & Locrium in hiſt. Belgica Eccleſiaſtica, Molanum Natal. Sanctor. Belgic. 2. Iulii, & Martinum *de Bourey* Cæleſtinum in eius vita. Hunc verò innui puto à ſancto Antonino tit. 22. c. 2. Cùm, inquit, vtraque pars, ſeu Obedientia habuit etiam Religioſiſſimos viros, & quod maius eſt, etiam miraculis fulgentes. Ciaconus quoque miraculis clarum vocat, pag. 799. Cæterùm inter virtutes Petri innumeras, duę præſertim emicuerunt, charitas in pauperes, quorum bonis Eccleſiæ commendatis, ſe viuere dictitabat, & caſtitas, quam odor ſuauiſſimus inſtar balſami, ex ipſius corpore emanans, & fragrans ſemper teſtatur. At hæc ſcribentibus occurrit carmen, ex Monimentis Andreæ Quercetani, viri omnium laude digni:

Hoc colitur templo, legitur ſimul aurea virtus,
Clara Luxemburgi ſoboles, nitidiſſima merces
Orbis, & vnus honos mortali corpore cælum
Transfertur meritis Petrus, inter numina Numen,
Annis mille denis ſepelitur, ſicque trecentis
His ſeptem iungens octoginta ſuperaddes,
Et quinta Iuli pollens virtutibus altis,
Aſſiduo populo veneratur quolibet anno.

Videndus Miræus in Faſtis Belgicis 5. Iulii. Hîc quoque notandum, quòd penè exciderat Bertrannum Theſſalienſem Epiſcopum Metenſis Præſulis in Pontificalibus Vicarium, ſeu Suffraganeum obiiſſe, ſepultúmque fuiſſe Confluentiæ

Liberi à matribus lactandi Azor p. 2. l. 2. cap. 4. S. Ambroſ. l. 5. Hexaemer. c. 17.

fluentiæ 1387.3. Cal. Februarias in Conuentu ſui Ordinis Dominicani, qui librum ſcripſit de Illuſionibus dæmonum Cunoni Archiepiſcopo Treuirenſi dicatum, apud Trithem. de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

75. *Radulphus de Coucy*, ann. 28. inde Nouiomenſis 79. Circa quod tempus Metis conduntur Cæleſtini 1402. Cæleſtini.

76. *Conradus 2. Bayer* 1416. 22. Iunij poſſeſſionem adeptus, ſedit ann. 42. Franciſcanis, & Dominicanis ædes conſtruxit. Obiit 21. Aprilis 1459. iacet in choro cathedrali. Franciſcani & Dominicani.

77. *Georgius de Baden*, Iacobi Marchionis, & Catharinæ Lotharingiæ filius. Obiit 1485.

78. *Henricus* à Lotharingia, Antonij Comitis Vaudemontij, & Mariæ Harcurianæ filius, Morinenſem, & Metenſem Epiſcopatus obtinuit, ſed illum in gratiã Antonij *de Croy*, hunc in Ioannis ſequentis gratiam ceſſit, ipſe Ionuillæ ſepultus.

79. *Ioannes* à Lotharingia, Renati Ducis, & Philippæ Gueldriæ filius, naſcitur 9. Aprilis 1498. Barri, quadrimus 1502. fit Epiſcopus Metenſis, inde Tullenſis 1517. Morinenſis 1518. eodemque anno creatur Cardinalis S. Onuphrij à Leone 10. 7. Cal. Iunij, Narbonenſis 1520. Virdunenſis 1523. Lucionẽſis 1524. Valentinenſis, Remenſis 1533. Lugdunenſis, Albienſis 1536. è quibus tres tantùm retinuit, Tullenſem, Albienſem, & Narbonenſem. Præfuit etiam Cœnobiis Gorzienſi, Fiſcanenſi, Cluniaci, & Majoris-monaſterij: Legatus à latere in Lotharingia. Obiit Neuernis 6. Idus Maij 1550. ſepultus Nanceij ad Franciſcanos. Huic verò à nonnullis ſubiicitur Nicolaus alter Antonij Lotharingi Reguli filius, ſed non fuit conſecratus.

80. *Robertus de Lenoncour*, ex Cathalaunenſi 87. Quo Præſule fauẽte Franci potiti ſunt vrbe Metenſi Annæ Mommorantij ductu, Henrici 2. auſpiciis 1552. Is poſteà gradatim fit Arelatenſis, Toloſanus, & Remenſis, ac Cardinalis. Obiit Metis 1561. Sept. 25. Vide Franc. Belcarium l. 26. Comment. rerum Gallicarum.

81. *Carolus* à Lotharingia, Ioannis nepos, poſteà Remenſis Archiepiſcopus 82. & Cardinalis.

82. *Franciſcus* Belcarius, Peguilio, *Beaucaire*, dominus *de la Creſte*, *& Chommeteres*, Baro ſancti Deſiderati. Interfuit Concil. Tridentino, in quo habuit orationem de victoriâ Druidenſi 1562.

A Verùm anno 1568. ceſſit Ludouico à Lotharingia Cardinali Epiſcopatum, factus Abbas S. Germani Autiſſiodorenſis, Rigniaci, & S. Sigirani in Brena. Obiit 14. Februar. 1591. ſepultus Audæ in Borbonio. Scripſit librũ de Infantibus in vtero mortuis, *les Enfans morts-nez*, & Rerum Gallicarum Commentarios, opus poſthumum 1625. Lugduni editum, vnde libro 30. extremo ann. 78. vixiſſe colligitur.

83. *Ludouicus* à Lotharingia, Cardinalis Guiſianus. Vnxit Remis 15. Februarij 1575. Henricum 3. Ludouico nepote
B Archiepiſcopo 87. Remenſi nondum conſecrato. Fuit item Albienſis Epiſcopus, & Senonenſis 101. & Abbas S. Victoris Pariſienſis 35. vbi ſepultus 29. Martij 1578. Legendus Petramellarius pag. 230. Natus fuerat 1522. frater Caroli Cardinalis Remenſis 82. Archiepiſcopi.

84. *Carolus* à Lotharingia, Caroli Ducis, & Claudiæ Francicæ filius, Nanceij natus 1567. Cal. Iuliis horâ 7. matutinâ, ex Canonico Treuirenſi, electus poſteà Argentinenſis 1592. Obiit Cardinalis 1607. 24. Nouembris, ſepultus Nanceij
C in Eccleſia primatiali. Quo Præſule Minimi, & Capucini Metis inſtituti. Fuit etiam Abbas 37. S. Victoris. Habuit Suffraganeum Antonium *Fernier* Doctorem Theologũ, Eccleſiæ Metenſis Primicerium, & Canonicum, & Epiſcopum Baſilitanum. Porrò Cornelius Sculthingus dicat Carolo ſecundã partem tom. 2. Bibliothecę Eccleſiaſticæ, & Feuardentius opera S. Irenæi 1595. Minimi, & Capucini.

85. *Annas*, filius Iacobi *d'Eſcars*, & Franciſcæ *de Long-vic*, natus Pariſiis 3. Cal. Aprilis 1546. renatus in æde Paulina, profeſſus Ordinem Benedictinum Diuione in Monaſterio Benigniano,
D cuius poſteà Abbas, & Pulteriarum, ac Moliſmi, necnon Epiſcopus Lexouienſis, & Cardinalis tit. S. Suſannæ, Protector Ordinis Ciſtercienſis, Coadiutórq; Lingonenſis, denique trãſlatus ad hanc ſedem 1608. Obiit Vici (quod eſt oppidum huius diœceſis peramœnum) 9. Aprilis 1612. ſepultus Metis in cathedrali, vbi laudatus fuit Oratione funebri, ab Andrea Valaderio, poſteà S. Arnulphi Abbate, qui annus mortis hoc numerali carmine indicatur: *Il portoit eſt cartelé d'Eſcars, & de Long-vic.*

LaVs pIa pVrpVreI CætVs, CLaVſtrIqVe CoLVMna
Anno hIC eXpreſſo GIVrIVs aſtra petIt.

Eo ſedente Minimi in vrbe inſtituti 1604.

86. *Henricus* Borbonius, Henrici 4. Franciæ Regis, ex Henrietâ *de Balſac*, Dominâ *de Verneuil* filius naturalis. Suffraganeum habuit Nicolaum *Coëffeteau* Dardaniæ Epiſcopum, poſteà Maſſiliæ Præſulem, virum pietate, & doctrinâ inſignem. Regit etiam Henricus Abbatias Boni-portus, Vallis-ſarnenſis, Tyronij, & S. Germani Pariſienſis. A quo Principe multa & præclara Chriſti Eccleſia expectat: Et certè is,

Felix qui tantis animum natalibus æquat,
Et partem tituli, non ſummam ponit in illis.

Cuius acre & prudens iudicium, vel ex eo claret, quòd viros doctrinâ & pietate inſignes ſummè diligat, foueat, tueatur.

Middelburgenſes Epiſcopi.

Middelbourg.
Tomo 4. Ciuitatum Georgij Bruni.

MIDDELBVRGVM, in Valacriâ Iuſularum Zelandiæ maximâ, Metelli caſtrum, vrbs eſt in gradu longitud. 25. 10. latitud. 50. 40. altitud. ſolis 39. 20. vbi dies maxima horarum 16. 14. 4. vmbra æquinoctialis meridiana 72. 42. 30. ad 60. donata Epiſcopatu à Paulo 4. 1559. petente Rege Philippo Catholico, ſub Archiepiſcopatu nouo Vltrajectenſi, à cuius diœceſi hæc ſedes auulſa fuit, quæ decem oppida cum pagis adiacentibus ſpatio longitudinis 56. latitudinis 30. m. p. Italicorum amplectitur, ſolio Epiſcopali conſtituto, in Eccleſiâ Collegiatâ S. Petri à Guilelmo Imperatore, eodémque Hollandiæ, ac Zelandiæ Comite 1311. fundatâ. Vnita quoque fuit Epiſcopali menſæ Abbatia S. Nicolai Middelburgenſis Ordinis Præmonſtratenſis, penes quam Paſtoralis cura vrbis eſſe conſueuerat, ibi iam religione Chriſtianâ receptâ ſatagente B. Villibroldo Vltrajectenſi Protopræſule. Huius autem ſedis fuêre Epiſcopi ſequentes:

1. *Nicolaus* à Caſtro, olim Collegij Buſlidiani in Academiâ Louanienſi Pręſes. Obiit Middelburgi 1573.

2. *Ioannes* à Stryen Zelandus, qui Regio Paſtorum Seminario Louanij Præfectus, ibidem obiit, occupatâ per hæreticos rebelles Zelandiâ.

3. *Philippus* Rodoarius Berlegenius, vir generis nobilitate, alijſque virtutibus clarus, poſteà factus Epiſcopus Brugenſis.

Mimatenſes Epiſcopi.

Mende.

MIMATE vrbs in valle, non longè ab Oldo flumine, & Loſera monte altiſſimo (qui pars eſt Gebennę, ſiue Cemeni) Gabalorum, ſeu Gabalũ, nunc caput deleto Anderedo, vel Andereto, Ptol. l. 2. c. 7. Quo tẽpore Mimate erat tantùm vicus, ſeu viculus, vt legit Sauaro in Carmen vltimum Sidonij, apud Adonem 21. Auguſti, *in territorio ciuitatis Gabalitanæ Vico Mimatenſi, natalis S. Primati Epiſcopi*, vulgò *Mende*, 12. m. p. æqualiter diſtans à Ruthenis, Podio, & Sanfloro, gradu longitud. 24. 6. latitud. 44. 15. altitud. ſolis 45. 45. vbi dies maxima horarum 15. 20. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 57. 30. ad 60. ſub Archiepiſcopatu Bituricenſi, & in Parlamento Toloſano, cuius Eccleſiam Cathedralem Vrbanus 5. ſuis ſumptibus inſtaurauit.

Flor. 600.
Leſure, Gaballicique pagi Catæus cõmendatur Plinio l. 11. cap. 42. vbi tamen Dalecampius legit Ballici, vt ſit, *Le fromage des Baux près Taraſcon en Prouence.*

Epiſcopi autem huic ſedi præfuerunt, qui, & Comites Gabalitani, *de Geuodan* dicuntur, ſequentes:

S. Seuerianus, D. Martialis diſcipulus, ex Archiuis Eccleſiæ, vbi feſtum agitur 25. Ianuarij Ferrario, & Adoni.

S. Primatus 21. Auguſti in Martyrol. Rom. de quo Fortunatus l. 8. c. 4. Bernardus Guidonis, Surius, Gregorius Turonenſis lib. 1. cap. 34. hiſtoriæ Franciæ, & Breuiarium Bituricenſe, in qua vrbe Eccleſiam habet Parrochialem: Vetus etiam Calendarium Puteanum 12. Calend. Septembris, ſic habet: Gaualis vico Mimatenſi paſſio S. Priuati martyris; quam paſſionem Baronius refert ad A. C. 262. n. 58. In qua paſſione apud Surium, Alemanorum Rex dicitur Scorco, qui alijs Crocus, alius tamen à Croco Vandalorum Principe.

Genialis. Concilio Arelatenſi 314.

S. Veranus, tempore Valentis Imperatoris, Breuiar. Bituricenſe, & Aurelianenſe, vbi corpus tralatum dicitur Iargolium.

S. Firminus 14. Ianuarij, in Officio proprio.

S. Hilarius

S. Hilarius 25. Octobris, Vſuardo, in Concilio Aruernenſi 541. Baron. de quo Fortunatus l. 3. c. 21.

Lux ſerena animi ſemper mihi dulcis Hilarj,
Quamuis abſentem quem mea cura videt.
Cuius honeſtus amor tantùm mea corda repleuit,
Vt ſine te nunquam mente vacante loquar.
Verſibus exiguis mandamus vota ſalutis:
Quæ dedit affectus, ſint tibi grata precor.

Euantius. Concilio 4. Aurelianenſi 546.

Innocentius, circa annum 600. Greg. Turon. l. 6. c. 38. & 39.

S. Iſerus 1. Decembris, & 6. Octobris.

Agricola, Gabalenſis, Flodoardo lib. 2. cap. 5. alius à Cabilonenſi eiuſdem nominis.

S. Frodoaldus 4. Septembris in Officio proprio.

Guido. In Synodo Pontigonenſi 876.

Guilelmus 908.

Ragamundus, vel Raymundus 1048. Baron.

Adelbertus, vel Albertus. Is cum fratre Barone de Petra, *de Peyre*, Monaſterium Chiriacum excitauit 1062.

Albertus 2. 1109. Calend. Maij. Inſtituit Anniuerſarium pro ſuorum, & parentum redemptione peccaminum.

Guilelmus 1150.

Albertus 3. Ei ſcribit Stephanus Tornacenſis Epiſt. 16. At Ludouicus Iunior ei confirmat iura Comitatus Gabalitani 1161. Vide Officium Sancti Priuati, cuius corpus relatum fuit ab hoc Præſule.

Mercœur ... Duché. *Guilelmus* de Petra. Eius Vicario homagium reddidit Baro de Marcorio, 1186.

Stephanus. Conſecratus Romæ à Galthero Carnotenſi 70. Epiſcopo, aſſiſtente Hugone Lingonenſi 63. de conſenſu Simonis Bituricenſis metropolitæ 1223. ex Chartulario Bituricenſi: nominatur etiam 1225.

Odilo 1248. & 1252.

Odilo alter 1266. nam Eccleſia vacabat 1264.

Stephanus 1273.

Guilelmus. Eius electionem per compromiſſum factam probat Honorius 4. anno 1. Pontificatus, qua de re ſcribe-A bat Mimatenſe Capitulum Simoni Archiepiſcopo Bituricenſi 1285. Itaque alius videtur à Guilelmo ſpeculatore ſequenti.

Guilelmus Durandus, vel Durantes, diſcipulus Henrici de Seguſio Cardinalis Oſtienſis, auctor *Speculi iuris, & Rationalis diuinorum Officiorum.* Videndus Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Bellarminus, & Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Fichardus in vitis Iuriſconſultorum, & Nicolaus *Coëffeteau* contra Myſterium iniquitatis pag. 1028. *Speculum* dicabat Ottobono Cardinali B Fliſco, poſteà in Papam Adrianum 5. electo 1276. vbi ſe dicit Decanum Carnotenſem, & complebat *Rationale* 1286. vt ipſe teſtatur lib. 8. cap. 9. quo loco ſe diſtrictum eſſe variis negotiis aſſerit, nullam Epiſcopatus mentionem faciens. Nominatur 1306. in litteris Pariagni cum Rege Philippo Pulchro, & Epiſcopo Rutenenſi. Intereſt Concilio Viennenſi 1311. apud Bzouium, & in 2. Claſſe Parlamenti 1316. apud Budæum in l. vltim. de Senatoribus, & ad eum ſcribit Marinus Sanutus in hiſtoria ſecretorum Crucis 1326. ac fundat Collegium omnium Sanctorum 1328. C in vrbe Mimatenſi. Hunc porrò nonnulli volunt fuiſſe Ordinis Dominicanorum, eò quòd ſepeliatur Romæ in Minerua Cœnobio Prædicatorum, eum cum Durando de S. Portiano Meldenſi Epiſcopo inter ſcholaſticos Theologiæ interpretes celeberrimo confundentes.

Ioannes de Arceis 1331. poſteà Æduenſis 65. ac tandem Lingonenſis 76.

Albertus. Fundauit Collegium S. Lazari in vrbe, ab anno circiter 1332. ad annum circiter 1360.

Petrus de Agrifolio *d'Arfeuille*, ex D Claromontenſi, quem tamen nonnulli omittunt.

Petrus, Vrbani 5. nepos, ex Vticenſi.

Guilelmus de Canacho, ex Dominis *de Pompadoux* 1371. ex Monacho S. Florentij O.B. Cardinalis tit. S. Vitalis in Veſtina, ac Epiſcopo Carnotenſi.

Pontius 1376.

Ioannes 1387. Electus, & confirmatus 10. Calend. Maij. Excommunicauit Petrum *Valmanere* Canonicum Mimatenſem, quòd in feſto S. Spinæ celebranti in Pontificalibus ſubdiaconus eſſe noluerat.

Robertus 1393.

Petrus de Saluciis. Nominatur 1410. frater Amedei Cardinalis.

Ioannes de Coſtâ, ex 64. Cabilonenſi 1413.

Ioannes de Corbie 1419. poſteà Autiſſiodorenſis 1426.

Ramnulfus de Payruſiâ 1442.

Antonius de Payruſiâ Ludouico 11. iuramentum fidelitatis præſtat Siluanecti 24. Auguſti 1468.

Petrus Riarius Sauonenſis, Minoritanus, à Sixto 4. creatus Cardinalis ſancti Sixti 18. Calend. Ianuarij 1471. Vide Ciaconum, & Onuphrium in Sixto 4. ex Epiſcopo Taruiſij, & Senogalliæ, poſteà Florentiæ Archiepiſcopus, & Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Ioannes Petit-dé, nominatur 1474.

Iulianus Cardinalis S. Petri ad Vincula 1481. tandem Papa Iulius 2.

Clemens de Runeré, cognomento Groſſus, Franciſcanus 1483. Cardinalis tit. ſancti Clementis, poſteà Baſilicæ duodecim Apoſtolorum. Obiit 1505. Auguſti 15.

Franciſcus, frater Clementis ad Cardinalatum promoti 1503. duo pinnacula admirandæ conſtructionis, ponteſque lapideos effecit. Obiit Ruthenis 1524. Fuit etiam Eugubinus in vmbriâ Italiæ regione Epiſcopus.

Claudius du Prat 1525.

Ioannes, filius Franciſci Comitis primi *de la Rochefoucaud*, & Mariæ *du Bois*, Abbas ſancti Amandi, patruus Ioannis Abbatis Maioris-monaſterij, & Cormeriaci, ac Capellæ Regis Magiſtri 1533.

Porte d'argent à trois lyons de gueule.

Carolus de Piſſeleu, nobili apud Picardos familiâ 1540. ex eâdem gente Franciſcus Ambianenſis 67.

Nicolaus d'Augu, vel *Daugy*, 1545. Obiit 1577.

Reginaldus de Beaune 1578. ex libellorum ſupplicum in Regiâ Franciæ Magiſtro, & Abbate Iulliaci *de Iuilly*, ac Canonico Pariſienſi, poſteà 1581. Archiepiſcopus Bituricenſis 97. & Senonenſis 103.

Adam de Heurtelonp 1586. Vigilauit admodum ne rabies lupinâ hæreticæ prauitatis gregem commiſſum inuaderet, & Eccleſiam Cathedralem à ſegregibus euerſam maximis laboribus, & impendiis inſtaurauit: vir inſigni pietate magnum ſui deſiderium migrans ad Dominum ſuis reliquit 6. Calend. Iulij 1608. Fuerat anteà Canonicus Pariſienſis, & Abbas Loci reſtaurati: quâ in dignitate conſtitutus interfuit Concilio Bituricenſi 1584. procuratorio nomine Epiſcopi, & Capituli Mimatenſis.

A *Carolus de Rouſſeau*, Adami, ex ſorore nepos, ex Canonico 1608. antiquæ diſciplinæ cuſtos, & ædium ſacrarum reſtitutor. Officium in ſuâ Eccleſiâ, & diœceſi ſecundùm Concilij Tridentini ritum ordinauit celebrandum 1619. pridiè Calendas Decembris, primo anno Epiſcopatus impetrauit reliquias S. Hilarij, ſcilicet os Tibiæ vulgò *l'Eſperon*, à Dionyſianis, in quorum æde aſſeruatur corpus eiuſdem S. Hilarij, illic egregiam Capellam habentis, ſtratam vnico lapide 15. pedes in diametrum patente. Hoc præſule 1620. 26. Iunij Mimatenſes Capucini conducuntur.

B *Daniel de la Mothe du Pleſſis*, conſecratur die Dominicâ 9. Februarij 1625. à Pariſienſi Archiepiſcopo Ioanne Franciſco *de Gondy*.

Mirapicenſes Epiſcopi.

Mirepoix.

MIRAPICVM, vel Mirapinciũ (*Mirepoix*) vnde Epiſcopatus Mirapicenſis, ſub Toloſano Parlamento, & Archiepiſcopatu, à quo decerptus, per Ioannem 22. 1317. ad Lertium fluuium, gradu longitud. 22. 30. latitud. 42. 50. altitud. ſolis 47. 10. dies maxima horarum 15. 7. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 55. ad 60. Eccleſia Cathedralis Patronum agnoſcit S. Mauricium, in cuius diœceſi viſitur Abbatia Bolbona O. C. Epiſcopi autem hi tantùm à nobis notati.

Flor. 1500.

Franciſcani Mirapicenſes conduntur 1620.

C

Iacobus Fornerius, cognomento Nouelli, natus Sauerduni diœceſis Toloſanæ, profeſſus Monachus Ciſtercienſis in Bolbonâ Abbatiâ huius diœceſis, inde Abbas Frigidi-fontis Narbonenſis, poſteà Epiſcopus Apaunenſis, & hinc Mirapicenſis, & Cardinalis S. Priſcæ creatus à Ioanne 22. 1328. Papâ, ac tandem ſummus Pontifex 1334. 21. Decembris: de quo Onuphr. Ciacon. & Quercetanus in Vitis Pontificum, & *Viou* l. 1.

D

Ioannes d'Eſpinay, poſteà Nannetenſis.

David de S. Andreâ, Scotus Cardinalis creatus à Paulo 3. TT. S. Stephani in Cælio monte 1538. 13. Calend. Ianuarij.

Ioannes Suauius Reumanus, Vaſco, Rotæ auditor, Cardinalis tit. S. Ioannis ante portã Latinam, creatus à Paulo 4. 1545.

4. 1545. 13. Calendas Ianuarij. Obiit Romæ 1566. 3. Calend. Octobris, ſepultus in Eccleſiâ S. Spiritus. A

Claudius de la Guiche, ex Agathenſi per ceſſionem Ioannis 10. Martij 1547. Interfuit Concilio Tridentino, & Regius Orator ad Iulium 3. 1553.

Petrus de Villars 1580. poſteà Archiepiſcopus 104. Viennenſis.

Donnaud. *Petrus de Donnaud*, in Concilio Toloſano 1590. Doctor Nauarræus Pariſiis.

Montaulban.

Montalbanenſes Epiſcopi. B

Flor. 1500.

Montalbanum, nobile caſtrum, Mathæo Vveſtmonaſterienſi.

MONS Albanus, vel Montalbanũ vrbs, ad Tarnem fluuiũ, ſub Archiepiſcopatu, & Toloſano Parlamento, Epiſcopalis facta 1317. à Ioanne 22. eam cum ſuo territorio à Cadurcenſi auellendo, gradu longitud. 22. o. latitud. 44. o. altitud. ſolis 46. o. vbi dies maxima horarum 15. 18. 40. vmbra æquinoctialis meridiana 57. 6. cuius Eccleſia Cathedralis ſancto Martino dicata eſt, in quâ S. Theodardus in corpore dicitur requieſcere, in extrauagante Saluator, de Præbendis & dignitatibus, habetque in ſuâ diœceſi Abbatiam de Bellâ Perticâ Ordinis Ciſtercienſis. Hæc verò vrbs amœno, & feraci ſolo gaudet, ſed hæreſeos labe infecta, loco, naturâ, & arte munito, nimis confiſa ab anno 1562. penè ſemper Regibus Chriſtianiſſimis fuit rebellis. Vide Seriem Epiſcoporum Cadurcenſium Guilelmi Crucei n. 74. Huic autem ſedi præfuerunt C

Flor. 500.

Bertrandus, de quo Ioannes 22. anno 4. Pontific. in extrauagante ad cuiuſlibet de Præbendis, & dignitatibus, vbi hunc Epiſcopum nouæ ſedi deſignatum valdè commendat.

Bernardus de Roſſergio, Profeſſor Iuris in Academiâ Toloſanâ.

Ioannes de Mont Lambert, ex Priore S. Martini Pariſienſis 43. 1457. fuit etiam Pictauienſis vt nonnullis placet.

Annas de Meruier 1614.

Morinenſes, ſuprà, Bononienſes.

Namur.

Namurcenſes Epiſcopi.

Namur porte d'or au lió de ſable bande de gueule.

NAMVRCVM vrbs, quæ nomen dedit Comitatui nobili in Belgio, infra Confluentem Sabis, vel Sambræ, & Moſæ, gradu longit. 26. 10. latitud. 50. 30. altitud. ſolis 39. 30. vbi dies maxima horarum 16. 14. 4. cuius Eccleſia S. Albano dicata olim cum Canonicis à Valone 23. Epiſcopo Leodienſi, & Alberto 2. Comite 1047. erecta, longo pòſt tempore honoratur ſede Epiſcopali à Paulo 4. 1559. Quâ de re Miræus c. 71. de Collegiis Canonicorum, & Georgius Brunus tomo 2. fol. 20. & tomo 3. fol. 32. Theatri ciuitatum orbis, diœceſis autem 40. m. p. longitudine 30. m. p. Italicorum latitudine comprehenditur à Leodienſi auulſa, & Archiepiſcopatui Machlinienſi ſubiecta, in quâ reperiuntur hæ Abbatiæ.

Miræus in faſtis Belgicis 22. Iunij. S. Albano martyri ſacra.

Bronium ſeu S. Girardi O. B. vnitur menſæ Epiſcopali.

Gemblacum, *Gemblours*, O. B.

Floreſia, *Floreue*, O. P. S. Ioannis Baptiſtæ, fundatur 1121.

Andena, fundatur à S. Begga, S. Gertrudis ſorore 686.

Valcuria, *Valcour*, O. B. fundatur circa A. C. 977.

Rameia O. C. fundatur 1200.

Ogniacum, Prioratus *Gny*, O. A. prope Niuellam, ad Sambram fluuium.

Villarium, *Villers*, O. C. At Epiſcopi huius ſedis ſic ſe habent, ex Miræo, Opmero, & Gazæo.

1. *Antonius Hauet*, Ordinis Prædicatorum, in Concilio Tridentino, cuius Symbolum, *Hec age*. Obiit 1578. vltimâ Nouembris. D

2. *Franciſcus à Vallon Chapelle*, conſecratus 1580. à Laurentio Epiſcopo Siluiducenſi. Obiit 17. Februarij 1592.

3. *Ioannes* Dauerus, ex Senatore Mechlinienſi, conſecratus à Leuino Torrentio metropolite ſuo 1593.

4. *Iacobus* Blaſæus, *Blasé*, Bruxellenſis, minorita 1596. Orationem habuit Bruxellis ad S. Gudilæ, in funere Philippi 2. pridiè Cal. Ianuar. 1598. poſteà 1600. tralatus ad ſedem Audomarenſem.

5. *Franciſcus Buiſſeret*, conſecratus 1602. menſe Februario à Guilelmo Berghenſi Archiepiſcopo Cameracenſi, cui, &

ſucceſſit in ea metropoli. Eleuat ſuper altare corpus B. Mariæ Ogniacenſis, de qua Miræus in Faſtis Belg. 23. Iunij.

Ioannes Dauramus, d'Aurain, probat Officia propria ſuæ Eccleſiæ 1619.

Nannetenſes Epiſcopi.

Nantes en Bretagne.

Flor. 1100. NANNETIS, vel Nannetum, vel Nannetica vrbs, quæ & Condiuicum, & Condiueum, ad oſtia Ligeris in Aquitanicum labentis Oceanum, poſt curſum circiter centum octoginta leucarum à fonte in Velaunis, quantus alij Galliæ flumini non datur, gradu longitud. 21. 15. latit. 50. 0. Ptolemæo lib. 2. cap. 8. ſed fortè error in notarum numeris, aut Nannetes Ptolemæi non ſunt incolæ vrbis hodiernæ Nanneticæ, ſed potius Samnitæ. Nannetis verò noſtra Britanniæ Armoricæ alter oculus rectè conſtituitur in gradu longitud. 18. 30. latitud. 47. 0. altitud. ſolis 43. 0. ratio vmbræ æquinoctialis meridian. 64. 20. vbi dies maxima horarum 15. 42. 24. Quæ ſedes Nannetica, vt dicitur à Leone 4. C. Non furem 7. quæſt. 1. Archipræſulem agnoſcens Turonenſem, & S. Petrum tutelarem, conſtituitur ſub Redonenſi Parlamento, in quo Nannetenſis Præſul eſt Conſiliarius. At ipſa gaudet Camerâ Computorum, & fabrica monetæ litterâ T. ſignatæ, & Academiâ. In diœceſi autem numerantur Parrochiæ 255. & in iis Abbatiæ 9.

Flor. 100. Villa-noua O.C. *Ville-neuue.*

Flor. 106. S. Mariæ de Milerayo, *Mileray* O.C.

S. Mariæ Magdalenæ *de Geneſton* O.A.

Flor. 100. S. Gildaſij in Nemore, *S. Gildas aux Bois* O.B.

Flor. 666. Alba-corona, *Blanche couronne* O.B.

Flor. 66. De Buzayo O.C. *Buzay.*

Flor. 133. S. Mariæ de Poricidio, vel Pornidio, *Pornic* O.A.

Porrò huic ſedi hac ſerie præfuerunt Epiſcopi.

1. *S. Clarus*, in Cod. Thuano, & aliis S. Petri Diſcipulus.
2. *S. Ennius*, vel Emilius, in Codice Thuano.
3. *S. Samilianus*, vel Samilinus Cod. Thuan. vulgò *S. Sambin*. Dicitur etiam Samilius Greg. Turon. ſi recta eſt ſcriptura. De eo Martyrol. Rom. Vſuardi, & Adonis 16. Iunij.
4. *Eumelius*, vel Eumetius, C. Thuan.
5. *Marcus*, vel Marcius, vel Martinus.
6. *Ariſtius*, vel Ariſius.
7. *Deſiderius*, ex Archidiacono.
8. *Leo.*
9. *Caruindus*, vel Karmundus.
10. *Cerimius*, vel Ceruinus.
11. *Clematius*, vel Clemanus.
12. *Nonichius*, vel Nomechius. In Concilio Venetico 453.
13. *Euſebius*. Concilio Turonenſi 482.
14. *Epiphanius*. Concilio 1. Aurelianenſi 507.
15. *Eumelius*, vel Eumerius. Concil. 2. 3. & 4. Aurelianenſi per Marcellinum Procuratorem 536. 540. 545. Obiit 553. cui à nonnullis ſucceſſor datur S. Marſus, quem eumdem puto cum ſuperiore Marco, vel Martino illic delendo.
16. *S. Felix* Obiit 8. Ianuarij, de quo Fortunatus lib. 3. cap. 4. & 8. Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 5. lib. 6. cap. 15. cui præponuntur à nonnullis Condius, & Marcilianus, frater Canani Comitis Britanniæ.
17. *Nunnechius* 2. In Concilio Pariſienſi Clothario 2. Rege circa ann. 590. apud Greg. Turon l. 6. c. 15.
18. *Euphronius*, ſeu Sophronius 614.
19. *Leopaldus*. vel Leobaldus, & Leopardus, apud Flodoard. l. 2. c. 5.
20. *Sanctus Paſcaſius*, vel Poſcarius 10. Iulij
21. *Taurinus.*
22. *Hairco*, vel Haito.
23. *Salapius* In Concilio Cabilonenſi circa 650. qui & Salabius.
24. *Agathius* vocatus, ſed non conſecratus, Cod. Thuano.
25. *Amito*, vel Anno.
26. *Deomarus*, vel Dormarus.
27. *S. Odilardus* 14. Septembris.
28. *Almannus*, vel Alanus.
29. *Trutgarius.*
30. *S. Gunhardus*, vel Gohardus, vel Guichardus, vulgò *S. Cohard*, occiſus à Normannis 843. Miſſam celebrans die S. Ioannis Baptiſtæ, vel dum fontes conſecraret in peruigilio Paſchatis, vt vult Guaguinus in Carolo Simplice A. C. 843. in Chronico S. Sergij Andegauenſis. Giſlardus verò vel Gillandus rectè hîc omittitur ex C. Non furem 7. qu. 1. qui eſt ex Epiſtola Leonis 4. ad Vernonem Britanniæ Ducem circa A. C. 850. Bourdigneus hiſtor. Andegauenſ. part. 2. cap. 12.
31. *Actardus*, ſeu Haitardus, & Acardus, Cod. Thuano. In tranſactione

cum

cum Roberto Comite menſe Maio ann. 25. Caroli Calui in Bleſo caſtro 865. & in electione Electranni Redonenſis 866. 29. Septembris, apud Baronium, & in Concilio Trecenſi 867. De eo plura Baronius 868. num. 19. & Flodoardus lib. 2. cap. 5. Memoratur ab Adriano 2. epiſt. 10. 11. & 14. poſteà Archiepiſcopus Turonenſis 50. Cæterùm, niſi fallor, legi Robertum Epiſcopum Nannetenſem ſubſcripſiſſe diplomati Caroli Calui pro Vedaſtinis in Concilio Vermeriæ 870.

32. *Armengarius*, vel Ermangarius, 878.

33. *Landranus*. Obiit 5. Februarij 897. ſepultus in æde SS. Martyrum Donatiani, & Rogatiani, tumulo marmoreo, cui demortuo ſuffectus fuit Gorgocius, ſed ſtatim obiit. Itaque deeſt in Cod. Thuano.

34. *Fulcricus*, vel Fulcherius, vel Fulgericus.

35. *Adalardus* 907. Poſt quem nonnulli ponunt Hoſtionum, ex Leonenſi Epiſcopo.

36. *Iſaias*. Nominatur in monimentis maioris Monaſterij 3. Idus Nouemb. 912.

37. *Valtherius*. Cuius tempore vrbs capta fuit à Rolone Normanorum Duce.

38. *Hugo*.

39. *Hervisius*, vel Herueus.

40. *Valtherius*, vel Galtherius 2.

41. *Budicus*, ſeu Pudicus depoſitus ob Simoniam in Concilio Remenſi, 1049.

42. *Ayrardus*, vel Erardus 1054.

43. *Quiriacus*, vel Cyriacus, id eſt, Guerecus filius Ducis. Interfuit ſacro Philippi 1059. Nominatur etiam 1062. die 9. Maij S. Nicolao ſacrâ cum K. Epiſcopo Redonenſi. Eum eſſe puto qui annumeratur Patribus Concilio Claromontano præſentibus, niſi malis aliquem hic deeſſe.

44. *Benedictus*, frater Quiriaci, ex Monacho *Kemperle*. Ceſſit 1111. anno 4. Pontificatus, vt tutius, & plenius contemplationi ſe dederet.

45. *Briccius*. Obiit 1140. Memoratur in vitâ S. Bernardi l. 2. c. 6.

47. *Itherius*. Obiit 1147. homo ſimplex.

48. *Bernardus*, ex Canonico Monachus Clarevallenſis, & ex Monacho Epiſcopus. Intereſt tralationi S. Florentij Salmurienſis 6. Nonas Maij 1159. Obiit 1169. vel 1171. in Supplemento Sigeberti. Eius fit mentio in vitâ ſancti Bernardi l. 2. cap. 7. & 8. & hîc deſinit Catalogus in Cod. Thuano.

48. *Robertus*, ex Archidiacono, Bernardi nepos, in Natali Chriſti electus 1171. Obiit 1183. in Supplemento Sigeberti. Nominatur in fœdere Ludouici Franciæ, & Henrici Angliæ Regum, cui à nonnullis ſubiicitur Arturus electus 1183.

49. *Mauricius*, poſteà tralatus ad Pictauienſem 67. petente Clero, ab Innocentio 3. 1198. anno 1. Pontific.

50. *Gofridus*. Baptizauit Arturum primum Ducem Britanniæ

51. *Stephanus*, tempore Petri Malíclerici, *Mauclerc*, Britanniæ Ducis 1224.

52. *Clemens* de Caſtro-briandi.

53. *Henricus*. Obiit 1234. cui alibi ſubnectitur Daniel.

54. *Robertus*, Patriarcha Ieroſolymitanus.

55. *Galeranus*, vel Galerandus, ex Decano Turonenſi, cauſarum Eccleſiæ patronus vulgò nominatus. Obiit 1267. tempore Ioannis primi, Britanniæ Ducis.

56. *Iacobus*, ex Decano Turonenſi Obiit 1270.

57. *Guilelmus de Vern*. Obiit 1286. 18. Octobris.

58. *Maurus*. Dedicauit Eccleſiam Buſaij 1288. & moritur anno ſequente.

59. *Durandus*. Obiit 1294.

60. *Henricus* 2. Obiit 1304. cognomēto de Caleſtria. Cuius tempore 1296. fundatur in vrbe Conuentus Franciſcanorum à Guilelmo *de Rieux*, & Anna Maſcholia coniugibus teſte Gonzaga in hiſtoria Seraphica, & Vaddingo.

61. *Daniel Viger*. Obiit 12. Februarij 1337. poſt ſedem annorum 32. cum dimidio. Voluit Decanum ſuum iiſdem gaudere priuilegiis, & honoribus, quibus Turonenſis.

62. *Barnabas*.

63. *Oliuarius de Salahadin*.

64. *Robertus Painel*, ex Epiſcopo Trecorenſi 1360.

65. *Simon de Lingonis, de Lengres*, Dominicanus, 21. Generalis ſui Ordinis (malè Franciſcanum alij faciunt.) Intereſt paci faciendæ inter Eduardum R. Angl. & Philippum R. Franc. 8. Maij 1360. in vico *de Bretigny* Carnotenſis diœceſis. *Froiſſart* lib. 1. cap. 211. vbi dicitur Clericus magnæ prudentiæ. Obiit 7. Iunij 1375. apud Antoninum tit. 23. cap. 12.

66. *Oliuarius* 2. Obiit 1383.

67. *Ioannes de Monſtrelaix*, ex Epiſcopo Venetenſi. Nominatur in dedicatione Capellæ Collegij Nauarrenſis Lutetiæ 1373. Obiit 12. Septembris 1391. oriundus ex Dominis d'Anſenis.

68. *Bonabius*, vel Bonabas de Rupeforti, frater vterinus Ioannis. Obiit 1398.

69. *Bernardus*. Obiit 1404.

70. *Bertrandus du Parron*, Vaſco, ex Trecorenſi, Eleëmoſynarius Ioannæ Nauarræ Brittonum Duciſſæ. Obiit 8. Ianuarij 1408. & fortè idem cum Bernardo ſuperiore.

71. *Henricus* Barbatus, ex Abbate S. Mariæ de Precibus, Ordinis Ciſtercienſis, Epiſcopus Venetenſis, indéque Nannetenſis.

Maleſtroit porte de Bretagne, qui eſt d'hermines.

72. *Ioannes de Maleſtroit*, ex Cancellario Ducis Britanniæ, & Præſide in Camerâ Computorum, ac Briocenſi Epiſcopo factus Nannetenſis homagium præſtat Duci Bedfordiæ regenti, vt dicebatur Franciæ 1427. deinde Cardinalis Diaconus S. Onuphrij à Felice 5. creatus. Obiit 14. Septembris 1443. & iacet in ſua Eccleſia.

73. *Gulielmus de Maleſtroit*, Ioannis nepos. Intereſt Synodo prouinciali 16. Iulij 1448. in Refectorio Eccleſiæ Andegauenſis habitæ. Ceſſit coram Papa in fauorem Almarici ſequentis, factus ipſe Archiepiſcopus Teſſalonicenſis 1462.

74. *Amalricus*, vel Almaricus *d'Acigné*, filius Ioannis, & Catharinæ *de Maleſtroit* ſororis Guilelmi. Obiit 1477. Hinc à nonnullis ſubiungitur Delbieſtus qui tantummodò annum ſederit.

75. *Petrus du Chaffault* inuitus, & reluctans eligitur. Obiit 1488. cui à nonnullis præponitur . . . Delbieſtus.

76. *Robertus d'Eſpinay*, filius Richardi, & Beatricis *de Montaulban*, ex Canonico Nannetenſi, & Epiſcopo Leſcarienſi. Obiit 1493. frater Andreæ Cardinalis Archiepiſcopi 103. Lugdunenſis. Eiuſdemque gentis Carolus Epiſcopus Dolenſis 1565. & Artus, ex Abbate Redonij, *Redon* Epiſcopus Maſſilienſis.

77. *Ioannes d'Eſpinay*, ex Mirapicenſi Epiſcopo 1493.

78. *Gulielmus Guerguen*, poſſeſſionem adiit 1498 Obiit 1506. videturque eius ſepulchrum è marmore in æde S. Petri. Fuerat gradatim Secretarius Ducis, inde Procancellarius, & Cameræ Computorum Præſes, nec non Abbas Redonenſis, & Archidiaconus.

79. *Robertus Guibé*, aliàs *de Vitré*, ex Epiſcopo Trecorenſi, poſteà Redonenſis, & Cardinalis S. Anaſtaſiæ. Obiit Romæ durante Concilio Lateranenſi 1513. ibique ſepultus 9. Septembris, in æde S. Iuonis, Ludouici 12. Legatus. De eo Guiciardinus lib. 9. & Nomenclator Cardinalium pag. 110. Ciaconus pag. 1055. Fuerat etiam Abbas S. Melanij.

80. *Franciſcus Hamon*, Roberti, ex Sorore Nepos. Intereſt Concilio Lateranenſi, ſub Leone 10. ſeſſione 8. Obiit 1532.

81. *Ludouicus d'Acigné*, filius Guilelmi, ex Franciſca *Pean*. Obiit 1542. ſepultus in choro Eccleſiæ *de Bonnes Nouuelles* prope Redones.

82. *Ioannes* à Lotharingia, Regi Franciſco primo cariſſimus, poſteà Cardinalis.

83. *Antonius de Crequy*, filius Ioannis domini *de Canaples*, & Mariæ *d'Acigné*, ex Abbate S. Iuliani Turonenſis, & Cancellario Militiæ S. Michaëlis, & Epiſcopo Morinenſi 60. fit Nannetenſis, inde Ambianenſis Epiſcopus 69.

84. *Philippus du Bec*, anteà Venetenſis. Intereſt Concilio Turonenſi, & edidit ſermones Gallicè, poſteà fit Archiepiſcopus 86. Remenſis. Ex qua gente Michaël de Becco Decanus S. Quintini, Cardinalis Clementis 5. Quo tempore 1589. conditur Conuentus Minimorum & Capucinorum 1594. m. Ianuario, curante Philippo Emanuel à Lotharingia Mercurij Duce, viro erga vtrumque ſanctum Franciſcum valdè pio, vt vel hæc duo ſanctitatis, & doctrinæ Seminaria declarant.

Du Bec porte au 1. & 4. fuzelé d'argent au 2. & 3. d'argent à 2. faces de ſynople à l'orle de merlettes de gueule, &c.

85. *Carolus de Bourgneuf*. In cœtu Cleri Pariſiis 1615. Obiit 1617. menſis Iulij 17. Eo autem ſic demortuo Henricus *de Bourgneuf* Caroli, ex fratre nepos ius ſuum ceſſit ſequenti.

86. *Philippus Coſpean*, ex Epiſcopo Adurenſi poſſeſſionem adeptus 1622.

Nemauſenſes

Nimes en Languedoc.

Nemauſenſes Epiſcopi.

Flor. 1200. NEMAVSVS, vel Nemauſum Volcarum Arecomicorum vrbs, ſub Archiepiſcopatu Narbonenſi, & Toloſano Parlamento in Linguadoca, ſiue Occitana regione, cuius Icon, apud Georgium Brunum tomo 1. Ciuitatum, & Ioannem Poldum in libro quem inſcripſit, Antiquitates Nemauſenſes, de quâ Ptolemæus lib. 2. cap. 10. Mela lib. 2. cap. 5. Stephanus de Vrbibus, Plin. lib. 3. cap. 4. Strabo lib. 4. Itinerar. Antonini, & Ieroſolymitanum Pithœi, Spartianus in Adriano, Suetonius in Tiberio cap. 13. gradu longitud. 25. 0. latit. 43. 15. altitud. ſolis 46. 45. vbi dies maxima horarum 15. 15. 14. 0. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 15. diſtans ab Alexandriæ meridiano, verſus occaſum hor. 2. 30. idque ex doctrina Ptolemæi loco citato, & Tabula 3. Europę. Gerit autem pro inſignibus in ſcuto aureo palmam viridem, cui alligatus eſt Crocodilus catenis duabus cæruleis cum inſcriptione, Col. Nem. id eſt, Colonia Nemauſus, ex Numiſmate antiquo apud Antonium Piſonem, & Antonium Auguſtinum, cui impreſſus Auguſti vultus. Imp. Diui F. P P. & in auerſa parte Crocodilus, palmæ eo modo quo dictum eſt, alligatus, iiſdemque litteris inſcriptus. At verò Nemauſenſis Epiſcopus memoratur cap. 4. de Iuramento calumniæ, & ipſius Eccleſia Deiparæ conſacrata cap. 5. de Confirmatione vtili, in cuius diœceſi reperiuntur Abbatiæ:

Flor. 800. S. Ægidij *S. Gilles* de qua infrà inter cæteras Abbatias.

Flor. 40. Francæ-valles, *Franquevals*, O.C.

Flor. 500. Pſalmodij O.B. *Pſaume.*

Flor. 300. Sindracenſis, *Sendras* O.B.

Flor. 300. Salva, vel de Salucio O.B. *Saune.*

Firmitatis fœminarum, *la Ferté.*

Porrò hi tantùm Pręſules à nobis hinc inde colligi potuerunt.

Sedatus, vel Sedatius. Huius meminit Ruricius in hendecaſyllabis epiſt. 17. Intereſt Concilio Agathenſi 506.

Crocus, apud Sidonium lib. 7. epiſt. 6. vt aduertit Sirmundus.

Pelagius. Concilio 3. Toletano, & Narbonenſi, cum Sedatio Biterrenſi 589.

Ramaſſarius. In Concilio Toletano 4. 633.

Aregius Vaſco 673.

Remigius, Monachus Benedictinus 680. *Vion.*

Proterius, vel Froterius. Concilio Toloſano 1056. Baron., eique ſcribit Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 68. vt deſiſtat iniurias Monaſterio S. Ægidij inferre.

R. . . . Epiſcopus Nemauſenſis in cap. 4. Imperatorum, de Iuramento calumniæ, quod eſt Eugenii 3. de Abbate, & fratribus Francæ-vallis, ſic enim legendum.

Bertrandus 1283.

Petrus de Blanſaco, Cardinalis creatus ab Innocentio 6. 1361. 15. Calend. Octobris, Auenione tit. S. Marci, pòſt Epiſcopus Sabinus à Gregorio Papa 11. Migrauit in eadem vrbe Auenione 8. Idus Iulii 1379. apud Ciaconum, & Onuphrium.

Guilelmus de Croz.

Guilelmus Briçonetus, Cardinalis Archiepiſcopus Narbonenſis.

Michaël Briçonnet, ex reſignatione Guilelmi patrui. Nominatur 1517. poſtea Lodevenſis, in qua diœceſi fuit etiam Abbas S. Guilelmi de deſertis, & Vicarius Generalis Narbonenſis.

Bernardus d'Elbene, Florentinus, in Concilio Tridentino, de qua gente in Epiſcopis Albigenſibus.

Remundus Canaleſi 1580.

Petrus de Valernod. Hoc tempore Ieremias Ferrerius, ex Miniſtro Caluiniſta conuerſus ad fidem Catholicam 1613. eleganter, & doctè ſcribit de Antichriſto.

Claudius de Toiras, ex Cleri Franciæ Syndico Abbas S. Ægidii. Vir prudentiæ & eruditionis haud vulgaris.

Nicienſes Epiſcopi.

Nice.

NICÆA, vel Niciá, *Nizza* Italis, *Nice* Gallis, in radicibus Alpium non longè à faucibus fluuij Vari, qui Flor. 500.

—— Gallica certus
Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis,

recedens in ortum à Maſſilia centum m. p. Antonin. Itinerat. & Plin. lib. 3. cap. 5. condita olim à Maſſilienſibus, in quorum poteſtate diù manſit, poſteà

Burgundionibus ſubdita, & prouinciæ A Comitibus, à quibus ad Sabaudiæ Duces tranſiit, in qua, loco, & arte viſitur arx munitiſſima Liguſtico mari imminens, & minans, à qua non longè abeſt. Eccleſia cathedralis D. reparatæ cuius Eccleſiæ meminit Hilarius Papa Epiſt. ad Veranum ſacra, ſub Archiepiſcopatu Ebrodunenſi, gradu longitudinis 28. o latitudinis 42. 35. Ptolem. lib. 3. cap. 1. & in Italia 6. Europæ Tabula, vbi dies maxima horar. 15. 15. in altitudine ſolis 47. 25. aliis longitud. 28. 25. latitud. 43. 15. altitud. ſolis 46. 45. in cuius diœceſi Abbatia B
Flor. 141. S. Petri extra muros O.B.
Præſules verò hi ſolùm à nobis obſeruati.

S. Baſſus. In Martyrologio Romano 5. Decembris. In perſecutione Decij à Perennio Præſide Martyrium illuſtre conſummauit. Chronolog. Lirinenſ. pag. 135.

Amantius. In Concilio Aquileienſi 381.

Catholinus. Concilio Matiſconenſi 2. 588. circa quæ tempora florebat ſanctus Hoſpitius, de quo Lirinenſis Chronologia pag. 129.

S. Siagrius, vel Siacrus 23. Maij in C Chronologia Lirinenſi pag. 132. ad annum 787.

S. Valerius 24. Iulij, apud Vionem, & Ferrarium, & in Lirinenſi Chronologia pag. 203.

Andreas 1050. Chronologia Lirinenſi pag 366.

Petrus, 1120. in Chronologia Lirinenſi.

Guilelmus. In Concilio Auenionenſi 1337.

Laurentius 1360.

Ioannes Torna-fortis, ex Abbate Lirinenſi circa annum 1361. D

Franciſcus Lambertus, Sabaudus, in Concilio Tridentino. Quo Præſule, aut paulò antè 1537. in hanc vrbem conuenerunt Paulus 3. ſummus Pontifex, Carolus 5. Imperator, & Franciſcus Galliæ Rex, de pace diù, multúmque differentes, quæ cùm nulla poſſet conſtitui, induciæ decennales pactæ fuerunt.

Niuernenſes Epiſcopi. Neuers.

NOVIODVNVM, vel Niuedunum, vel Niuidunum, Neuernum, Niuernis, & Niuernia vrbs olim in finibus Ædudrum, ad ripam Ligeris dexteram, vbi pons viginti arcuum, necdum tamen recepto Elauere, ſub Archiepiſcopatu Senonenſi, vel Lugdunenſi 4. in Notitia prouinciarum, vbi Neuernis ſcribitur in Cod. Thuano, quæ in aliquibus libris deeſt, & ita legitur in Chron. Autiſſiodorenſi, eſtque in diſtrictu Senatus Pariſienſis, gradu longitud. 24. 15. latitud. 46. 50. altitudine ſolis 43. 10. quaſi media inter Lutetiam, & Lugdunum, ab vtrâque vrbe diſtans 50. circiter leucas, & quâ Auguſtoduno itur Lutetiam, apud Antoninum, opportuno loco poſitum Nouiodunum ſcilicet oppidũ Æduorum, ad ripas Ligeris, ait Cæſar l. 7. cap. 10. cuius Icon ſeu deſcriptio habetur in Theatro vrbium, & apud Coquillium in hiſtoria Comitum Niuernenſium, qui donati fuêre titulo Ducali à Franciſco primo 1538. Hæc autem vrbs nulla habens ſuburbia, ambitu ſuo parrochias vndecim complectitur, præter Abbatias Flor. 1000.
S. Martini O.A. & S. Mariæ fœminarum O. B. & Conuentus Dominicanorum, Franciſcanorum, Capucinorum, Minimorum, & Sororum Viſitationis, ac Collegium S.I. Eſt etiam alia Abbatia in diœceſi, Bella-vallis O. P. Flor. 100.
Bellevaux, in Archipreſbyteratu Molini Engilberti. Quæ quidem diœceſis duos continet Archidiaconatus, octo Archipreſbyteratus, 270. Parrochias, 42. Prioratus, 5. Eccleſias Collegiales, 3. Præceptorias S. Ioannis Melitenſis. Cathedralis verò Eccleſia habens 36. Canonicos veneratur iam à tempore Caroli Calui tutelarem Diuum Cyricum, vel Quiricum, vulgò *S. Cir*, de quo Martyrolog. 16. Iunij, cùm anteà S. Geruaſium patronum agnoſceret. Porrò Epiſcopi hoc ordine cenſentur.

1. *S. Auſtremonius*, in Martyrologio Calend. Nouembris, Diſcipulus ſancti Petri, vt vult Baronius A.C. 46. aliis tamen diſſentientibus, à quibus in tempora Decij reiicitur. Fuit item primus Aruernenſis Epiſcopus, ſiue Claromontanus.

S. Patricius

2. *S. Patricius*, qui à nonnullis cum Hiberniæ Epiſcopo inter Macrobios annumerato confunditur.

3. *Euottus*. In Concilio Arelatenſi 314. Alii tamen interpretantur Niuedunum; cuius fuit Epiſcopus, ciuitatem, ſeu coloniam equeſtrem, ad lacum Lemanum, vulgò *Nyon*, vt in Bellicienſibus indicauimus.

4. *S. Eulalius*. Circa annum 490. & memoratur in vita S. Seuerini Clodouæo primo regnante.

5. *Tauricianus*. In Concilio Epaunenſi 509.

6. *Ruſticus*. Concilio 3. Aurelianenſi 540.

7. *Clementinus*. Concilio 5. Aurelianenſi 552. & Pariſienſi 559.

8. *Euphronius* 569. aut circiter: ſubſcribit priuilegio S. Germani Epiſcopi Pariſienſis pro Monaſterio S. Vincentij anno 5. Chariberti Regis.

9. *S. Æoladius*. In Concilio Lugdunenſi 570. Iacet in Eccleſia S. Stephani his verſibus tumulo adſcriptis:

> *Quiſquis ab occaſu properas huc, quiſquis ab ortu,*
> *Corpus in hoc tumulo, quod venereris habes,*
> *Præſul Æoladius, huius quondam pater vrbis*
> *Aduentum gaudens ſuſtinet hic Domini.*

10. *S. Agricola*, *S. Arigle*, qui & Agricolaüs Alexiæ in Burgundia natus. Intereſt Concilio 1. Matiſconenſi 582. & Lugdunenſi 2. 587. & Matiſconenſi 2. 588. Eius feſtum agitur 26. Februarij in Eccleſia ſui nominis, olim S. Vincentij in vrbe.

11. *Fulcidius*, vel Fulcilius. Nominatur 594. quo etiam obiit.

12. *S. Arigius*, vel Aregius *S. Aré*, frater S. Auſtregiſilli Archiepiſcopi Bituricenſis 30. Auarici Biturigum natus illuſtri gente. Ei ſcribit S. Gregorius c. In ea, diſtinct. 100. qui eſt ex Epiſtola 111. l. 7. & Epiſtola 55. & 62. l. 9. Iacet Deſizæ, quod eſt oppidum in Inſula Ligeris ſupra Neuernum, eiuſque feſtum agitur 16. Auguſti.

Deſize à 7. lieuës de Neuers.

13. *Rauracus*. In Concilio Cabilonenſi circa annum 650. Extat eius Epiſtola ad Deſiderium Cadurcenſem apud Henricum Caniſium. Subſcribit Priuilegio S. Landerici Epiſcopi Pariſienſis pro Dionyſianis.

14. *Gilbertus* 665.

15. *Rogus* 672.

16. *S. Itbertus*. In Breuiario Bituricenſi 25. Iunij. At in Niuernenſi, Aurelianenſi; & Senonenſi notatur feſtum 8. Iulij, vbi quieſcere dicitur Noienni, qui vicus illi natalis, eſt diœceſis Senonenſis A. C. 691. Habet Eccleſiā Collegialem Soliaci ad Ligerim.

Nojan entre la Ruſtiere, & Montargis.

17. *Oportunus* 702.

18. *Nectarius*, ſiue Nictarius 726.

19. *Valdo*, ſeu Gu'do 757.

20. *S. Deodatus*, ex Abbate Vallis-Galilææ, Trithem. At eum puto, ex Epiſcopo Monachum fuiſſe factum, vel potiùs refectum in Vogeſo monte, ſeu ſaltu, vbi poſteà creuit oppidum de ipſius nomine, vulgò *S. Dié*. Qua de re Franciſcus Roſerius in ſtemmate Lotharingiæ tomi 3. cap. 5. & *Vion* lib. 2. cap. 58. Obiit 679. Indict. 7. 19. Iunij ab abdicatione anno 11.

21. *Gualdo* 802.

22. *Ionas* 818.

23. *Gerfredus*. In reſtitutione Ludouici Pij 835. & in Synodo Vormatienſi 836.

24. *S. Hieronymus*, inſtaurator maioris Eccleſiæ beneficio Caroli Calui, quę tūc nomen S. Cyrici aſſumpſit, cùm anteà S. Geruaſij diceretur, & nominatur in diplomate ipſius Calui anno 1. regni pridie Idus Ianuarias Indict. 4. id eſt A. C. 841. Biturigis. Obiit 5. Octobris 848. ſepultus in Eccleſia S. Martini.

25. *Hermannus*, ſiue Hermannus, in Pſeudo-ſynodo Sueſſionenſi 853. apud Flodoard. l. 3. c. 11. & in Capitul. Caroli Calui tit. 9. & tit. 10. Ipſe ſcribit Clero Pariſienſi, cum Guenilone Senonenſi, Agio Aurelianenſi, Prudentio Tricaſſino, Frotbaldo Carnotenſi, de electione Æneæ Epiſcopi Pariſienſis, apud Lupum Ferrarienſem epiſt. 99. Iacet in Abbatia S. Mariæ Niuernis.

26. *Æneas* 855.

27. *Guerenedus*, vel *Guinerdus* 857.

28. *Hugo* 860.

29. *Bertharius*, 861.

30. *Raguinus*, vel Raginus 864.

31. *Ragimfredus*, vel Ragunfredus 865.

32. *Albo*, ſiue Abbo. In Concilio Vermeriæ 870. Pontigonenſi 876. & Trecenſi 878. vbi ſcribitur Ado, & Atto in Chartular. Ferrarienſi cum Aldrico 48. Senonenſi.

33. *Guinerius*, vel Germenus, vel Gagnerius 884.

34. *Eumenus*, ſeu Eumenes, ſeu Emmanus, ſeu Eumerius 885.

35. *Agglarius* 902.

36. *Franco*.

37. *Acto*, vel Atto 908.

38. *Aymo*, vel Launo 916.

39. *Tedelgrinus* 928.
40. *Gaubertus* 942. & 958.
41. *Natrannus*, vel Nautrannus 969. & 970. ex Abbate S. Petri viui, & Ferrarienſi, & ſancti Remigij Senonenſis. Quæ Monaſteria penè deſtruxit, cùm vis, non ius eum promouerit, vt eſt in Chronico M.S. Senonenſi.
42. *Patianus* 978.
43. *Roclenus*, vel Rodenus 998. ſuſpenſus à Papa, quòd conſecraſſet Stephanum 30. Epiſcopum Anicienſem cum Dagoberto Archiepiſcopo 56. Bituricenſi A.C 999. Baron. num. 12. Nominatur cum Ludouico Rege, Henrico Duce Burgundiæ, & Guilelmo Comite Niuernenſi, Erberto Epiſcopo Autiſſiodorenſi.
44. *Girardus* 1013. ſeu Guitardus.
45. *Hugo* 2. Magnus. Nominatur in Chartular. Flauiniacenſi anno 30. Roberti Regis à coronatione qui eſt Chriſti circiter 1017. cum Landrico Neuernenſi Comite, & Gerardo Sinemurenſi, & 1032. in diplomate pro Canonicis Regularibus Vngiaci *Ogny*. Intereſt Synodo Senonenſi 1048. & Trecenſi eodem anno, & Vercellenſi in Italia contra Berengarium 1049.
46. *Malguinus*, ſiue Mauginus 1050.
47. *Hugo* 3. malè in M.S. Hugertius quaſi Hugo tertius. Interfuit ſacro Philippi 1059. 23. Maij. Fundauit Prioratum Lurci-burgi 1088. iacet in Eccleſia S. Stephani Niuernenſis, cum Roberto Epiſcopo Autiſſiodorenſi. Quo ſedente fundatur Prioratus S. Victoris à Guilelmo Comite, qui eum ſubiecit Prioratui Charitatis ſuper Ligerim, conſentiente Hugone Epiſcopo 25. Iunij 1085.
48. *Guido* 1097. Idibus Septembris. In dedicatione Eccleſiæ S. Stephani Niuernenſis inſtauratæ à Guilelmo Comite, cum Iuone Carnotenſi Galthero Cabilonenſi, Humbaldo Autiſſiodorenſi, quam ſubiecit Hugoni Abbati Cluniacenſi, vt habet diploma eiuſdem Guilelmi in bibliotheca Cluniacenſi.
49. *Henricus*, vel Herueus, ex Canonico Autiſſiodorenſi 1100.
50. *Hugo* 4 In ſacro Ludouici Craſſi Aureliis 1110. à Gilberto Senonenſi Archiepiſcopo peracto Obiit 26. Februarij, Continuat. Aymoini lib. 5. c. 49. Iuo Epiſt. 170.
51. *Fromundus* 1121. & 1143. Iacet in Eccleſia Abbatiali S. Mariæ, quam multis beneficiis auxerat.
52. *Remundus* 1146. de cuius electione conqueritur S. Bernardus Epiſt. 275. ad Eugenium Papam.
53. *Gofridus* 1159.
54. *Bernardus* de S. Saluio *S. Sauge* 1160. & 1173. miſſus in Angliam cum Rotrodo Archiepiſcopo Rotomagenſi 50. à Ludouico Iuniore ad Henricum, pro reconriliatione S. Thomæ Cantuarienſis. Memoratur à Ioanne Sariſberienſi in vita S. Thomæ, & à Rogerio Houedeno.
55. *Theobaldus* de Patientia. Interfuit Cōcilio Lateranenſi Alexandri 3. 1179. & ædificauit Carthuſiam Apponiacum *d'Aponay* 1185.
56. *Ioannes* 1188. Iacet in Eccleſia S. Marcelli *de Premerey*, quam fundauit in Prioratum.
57. *Guilelmus* 1200. Huic Rex Philippus conceſſit ius Regaliæ.
58. *Henricus* 1208. contra Albigenſes, Guaguinus, & Petrus de Vallibus pag. 12. & 14. Huic reſcribit Innocentius 3. c. litteris, de Præſumptionibus, c. Charitatis de hæreticis, c. Cum dilectis, de Succeſſionibus ab inteſtato, in quo fit mentio Abbatis Buxeriæ, & Epiſcopi Æduenſis; ita enim legendū ex veſtigiis V.C. Eccleſiæ Trecenſis penes Dominum Merillium.
59. *Guilelmus* à S. Lazaro 1215. mira in pauperes charitate. Obiit vigilia Aſcenſionis 21. Maij 1221. de quo Vernerus in Faſciculo temporum, Vincentius lib. 31. cap. 124. Genebrardus in Chronologia, Guilelmus Nangiacus, Almaricus Biterrenſis in Honorio 3. & Auctor libri cui titulus *Præclara Francorum facinora*. Sepelitur in choro Eccleſiæ cathedralis, vbi in ſignum ipſius ſanctitatis tumulus incenſatur feſtis ſolemnibus. Galeſinus etiam in Martyrologio 5. Maij notat pium eius tranſitum.
60. *Geruaſius* 1222.
61. *Reginaldus*, qui & Rogerius Rigordo, in funere Philippi Auguſti 1223. Obiit 28. Iulij 1230. fundatis duobus Anniuerſariis.
62. *Radulphus*. De cuius electione c. 53. congregato Capitulo Niuernenſi de electione 1235.
63. *Robertus* Cornutus 1251. frater Galtheri Senonenſis, & Alberici Carnotenſis.
64. *Guilelmus* Cornutus, Roberti nepos 1267. frater Henrici 75. Senonenſis.
65. *Henricus* Clericus 1271. Quo anno fundati Dominicani ab Agnete Comite Niuernenſi. Dominicani.
66. *Galtherus* 1275.

67. Guilelmus

67. *Guilelmus* de Grandipodio, viuebat 1277.

68. *Milo* de Caſteleto 1278.

69. *Simon de Tours* 1280.

70. *Robertus* de Maſeriis, vel Mareſiis, vel Maſuriis 1281.

71. *Reginaldus*, aliàs Ioannes de Molinis 1282.

72. *Ægidius* de Manclatio 1283. Archidiaconatum in duos diuiſit.

73. *Ægidius* de Caſtro-Rainardi 1293. Iacet in cathedrali.

74. *Ægidius*, vel Gillo de Caſtello 1294.

75. *Bertrandus* de S. Saluio 1298.

76. *Ioannes* de Sauiniaco. Obiit 1314. 4. Ianuarij.

77. *Guilelmus* Belli-filij de Charitate. Obiit 1319.

78. *Petrus Bertrandi* 1319. poſteà Æduenſis 64. Epiſcopus, vbi plura.

79. *Petrus* Columberius, in honorem auunculi reſignatoris ſui, nomen, & inſignia Bertrandi aſſumpſit, ex Canonico Anicienſi, & Decano S. Quintini, poſſeſſionem ſolemniter adipiſcitur 22. Februarij 1337. inde fit Attrebatenſis 1341. non Autiſſiodorenſis, ſeu Auguſtodunenſis, poſteà Cardinalis S. Suzannæ, ac tandem Epiſcopus Oſtienſis, & Velitrenſis, ſeu Veliternus (qui duo Epiſcopatus Cardinales coniuncti) non Valentinenſis, aut Vellaunenſis. Legatus in Italiam ab Innocentio 6. 4. die Aprilis Paſchæ feſto 1355. in Vaticano Imperatorem coronauit Carolum 4. apud Onuphrium de Imperatoribus. Obiit peſte 13. Iulij 1361. ſepultus ad Cæleſtinos Columbarienſes quos fundauerat relictis hæredibus Cæleſtinis Gentiliacenſibus prope Auenionem. De titulo autem S. Suzannæ, vide Pompeium Hugonium in Stationibus Romanis, & Octauium Pancirolum in Theſauro Romano.

80. *Bertrandus* de Fumello 1341.

81. *Ioannes de Mandeuillain* Claromonte in Aruerniâ natus 1346. poſteà Attrebatenſis.

82. *Bertrandus* Vaſco 1351.

83. *Ioannes* de Nouo-caſtro, *Neufchaſtel*, 1358. poſteà Tullenſis 63. & Cardinalis ſepultus in Chartuſiâ Villæ-nouę prope Auenionē 1398. 4. Nonas Octobris. Eſt autem Nouum-caſtrum ad lacum ſui nominis in Sequanis, quod & Neocomum & *Neubourg*, imò & Neapolis aliquibus appellatur. Fuit verò Ioannes Theobaldi, ex Ioanna Chalonia filius. Vide Æduenſes n. 71. & Baſilienſes, Biſuntinenſes 81.

Neufchaſtel, porte de gueule à la bande d'argent.

84. *Petrus de Villars* Dominicanus, ex Trecenſi 73. huc tralatus 1361. dedicauit Capellam Collegij Nauarræi Pariſijs 16. Octobris 1373. vbi dicitur de Villaribus, quod eſt nomen oppiduli decem leucis ab vrbe remoti.

85. *Petrus* de Tinta-villâ 1374.

86. *Mauricius*, Ordinis Prædicatorum ex Conuentu Autiſſiodorenſi, Confeſſor Regis, ingreditur ſolemniter Eccleſiam 29. Iunij 1382. Obijt 16. Ianuarij 1394. ſepultus in Cathedrali tumulo è nigro marmore, vbi dicitur de Colangijs Vinoſis, & Regum Caroli 5. & 6. Confeſſor, ac Domini noſtri Papæ Pœnitentiarius.

87 *Philippus* Frumenti, Mauritij nepos, ex eodem Conuentu Autiſſiodorenſi Dominicanus, Confeſſor Ducis Burgundiæ, 1394.

88. *Robertus* de Angello, *d'Anguel*, Pariſienſ. Canonicus, ac Niuernenſis Archidiaconus, Caroli 6. Secretarius, & Philippi Burgundiæ Ducis Conſiliarius 1401. Obiit 22. Iulii 1430. ſepultus in maiore Eccleſiâ, in quâ plures Miſſas fundauit.

89. *Petrus de Pogâ*, Pougues 1430. Eſt autem Poga vicus aquis medicabilibus celebris; duabus leucis à Niuerno, viâ quâ itur Pariſios. Petrus verò, nec in Cabilonenſi, nec in Cathalaunenſi, nec in Cauellicenſi Catalogo inuenitur, vt aliqui volunt.

Pougues.

90. *Ioannes* Viuianus; in Concilio Florentino, illuſtriſſimi Domini Ducis Burgundiæ, & Brabantiæ Orator, 1439.

91. *Ioannes* Germanus 1440. Interfuit Concilio Baſilienſi, primum locum obtinens inter Oratores Ducum 1443. referente Sanjuliano in Miſcelaneis, Doctor egregius Pariſienſis, & Velleris aurei Cancellarius, poſteà Cabilonenſis 69.

92. *Ioannes* de Stampis *d'Eſtampes*, filius Robineti equitis, ex precentore Bituricenſi, & Conſiliario Ducis Biturigum 1441. Niuernenſis Eccleſiæ adeptus poſſeſſionem 1446. 29. Maij, reſignauit 1461. & obiit 1462. 24. Decembris, ſepultus in Cathedrali cum Ioāne Epiſcopo Carcaſſonenſi, in Capellâ ſanctæ Catharinæ, quam fundauit cum Miſſâ quotidianâ ante Primam dicenda. Ab hoc etiam fundata in Eccleſia Bituricenſi alia Capella, in quâ ſpectantur gentis inſignia. Vide Carnotenſes 104.

D'Eſtampes, portent d'azur à 2. girons d'or au chef de gueule chargé de 3. couronnes d'or: le croiſſant eſt briſure pour les cadets.

93. *Petrus* de Fontenayo, *Fontenay*,

ex dominis Turris *de Veſvre* in Bituria. Ingreditur Eccleſiam ſolemniter 4. Aprilis 1461. per reſignationem auunculi, Abbas Bellæ-vallis. Obiit 3. Iunij 1499. Epiſcopatus 39. ætatis 66. ſepultus in cathedrali, in qua legitur hoc carmen:

Ecce Niuernæo Petrus memoratus in orbe,
Qui fonte à Nayo nobile nomen habet,
Præſul erat prodeeſſe volens, præeſſeque nolens,
Sic onus huic placuit, non vitioſus honor.
Sic noua fulgebat geminati gloria iuris,
Ornabatq; Grandum pagina ſacra ſuum.
Elatâ non mente fuit, miſeroque popello
Porrexit larga plurima dona manu,
Aſſiduè ſincera Deo libamina fudit,
Contentuſque ſuas Paſtor alebat oues.
Huius in hoc fragili putreſcit puluere corpus,
At pius æthereo ſpiritus axe viget.

94. *Ferrandus Dalmeida*, electus commendatione Ludouici 12. quia procurauerat in Curia Romana declarationem nullitatis coniugij ipſius Ludouici, & Ioannæ Franciæ, ſed mortuus ante conſecrationem 1500.

Portoit de Cleues, qui eſt de gueules à l'eſcarboucle fleuronné & pommeté d'or, eſcartelé de Bourgongne moderne.

95. *Phi. pp…*, Ioannis Ducis Cliuiæ, Niuernique Comitis, ac Elizabethæ Burgundæ filius, Ludouici 12. conſanguineus, Abbas S. Martini Niuernenſis, & S. Vandregiſilli. Eligitur 1502. Fuit etiam 80. Æduenſis, & Ambianenſis 63.

96. *Ioannes Boyer*, ex Senatore Pariſienſi. Nanciſcitur poſſeſſionem 29. Octobris 1508. Obiit penultimâ Iulij 1512. inſtaurator caſtri *de Premerey*.

La Platiere porte d'argēt au cheuron de gueule à 3. anilles de ſable.

97. *Imbertus de Plateria*, *De la Platiere*, ex dominis *Des Bordes*, nepos Petri *de Fontenay* Epiſcopi, Prior S. Eligij Pariſienſis, Decanus Niuernenſis, & Senator Pariſienſis eligitur 1512. Obiit 1518 Pariſiis, vnde corpus relatum ſepelitur in ſua cathedrali, in quâ plures Miſſas fundauit.

98. *Iacobus de Albreto*, filius Ioannis domini Aureæ-vallis (*Sire d'Orual*) nominatus à Rege Franciſco primo. Inſtituitur à Leone 10. ſecundùm concordata. Interfuit Concilio Senonenſis prouinciæ habito Lutetiæ 1528. Obiit 22. Aprilis 1539. ſepultus in Choro cathedrali. At Aurea-vallis vnum eſt ex feudis antiquioribus Franciæ in Archidiaconatu de Brueriis, & Archipreſbyteratu Duni-Regij, diœceſis Bituricenſis, cui Valli imminet Mons-rotondus, *Mont-rond*, arx natura, & arte munitiſſima ſpectans ad illuſtriſſimum Principem Condæum Henricum Borbonium, Biturigum, Boiorúmque Proregem generoſiſſimum, litterarum fautorem, & hæreſeos hoſtem acerrimum, qui pro ſingulari, & incredibili benignitate Regio innatâ ſanguini, me ad hunc laborem abſoluendum ſæpè hortari dignatus eſt.

Mont-rond.

Monſieur le Prince.

99. *Carolus Borbonius* 1539. inde Santonenſis num. 65. Cardinalis, & Archiepiſcopus Rotomagenſis 81. 1540. vbi plura.

Porte de gueule à l'aigle d'argent.

100. *Iacobus Spifamius*, ex Libellorum ſupplicum Magiſtro, & Eccleſiæ Pariſienſis Canonico, Cancellarioque Vniuerſitatis, ac ſancti Marcelli ſubvrbani Decano, necnon ſancti Pauli Senonenſis Abbate, atque Vicario generali Caroli Cardinalis Lotharingi Remenſis Archiepiſcopi. Ingreditur vrbem ſolemniter 1548. 14. Octob. At, ô impudentem, & impudicam imprudentiam! ductâ vxore, vel potiùs concubinâ 1559.

Hic vir Apoſtolicus, poſt vilis Apoſtata factus.

(quod Arator de Iuda proditore cecinit) ad hæreticos Geneuenſes Lemanæ paludis accolas, ab Eccleſiæ Catholicæ caſtris transfugit, ibique tamquam perduellis capite minuitur 1565. 25. Martij, quòd fortè tanti ſceleris pœnitentiâ ductus Catholicis fauere crederetur. Quod ſi verum eſt, nimis falsè in eius necem hi Gallici verſus vulgati fuêre:

Spifame ne s'eſtant contenté de raiſon,
Combien qu'il fuſt des Roys conſeil, & gouuernal,
De Neuers à Geneue attira ſa maiſon,
Et là d'Eueſque fut à la fin Cardinal.

101. *Ægidius* Spifamius Canonicus, & Officialis Niuernenſis, Abbas item ſancti Pauli Senonenſis, Decanus ſancti Marcelli Pariſienſis, ac Præpoſitus Chabliarum *de Chablis* diœceſis Lingonenſis, (non Autiſſiodorenſis) in Arclndiaconatu Tornodorenſi, ex reſignatione patrui factus Epiſcopus, Eccleſiam ſuam adiit Calendis Ianuariis anno 1561. more Romano incipientis. Interfuit Concilio Generali Tridentino. Obiit Lutetiæ 1578. Aprilis 7. ſepultus in cathedrali, in qua habet Anniuerſarium die obitus celebrandum.

102. *Arnaldus*

102. *Arnaldus* Sorbinus, cognomento de Sancta-fide, *Saincte-foy* (quòd Paſtor in illo oppido fuiſſet) illuſtris Theologus, Canonicus primùm Auxitanæ, deinde Toloſanæ Eccleſiæ, poſteà Caroli Regis ordinarius Prædicator, Armaniaco & Eſtenſi Cardinalibus valdè carus, conſecratus in Eccleſia S. Genouefes 22. Iulij Diuæ Magdalenæ ſacrâ 1578. à Petro Gondio Pariſienſi, Iacobo *Amyot* Autiſſiodorenſi; ac Nicolao *Fumée* Bellouacenſi Epiſcopis. Niuernum ingreditur 8. die Octobris. Quo die pluuia voluntaria hæreditati ſuæ à Deo congregata, abundanter è cæleſtibus theſauris in terram ſiccam, & aëris vitio arentem cecidit, vt iam inde clareſceret eum in ſpiritu Eliæ aduentare, qui claues cæli haberet, quique in conſpectu Regum de teſtimoniis Dei loquens non confunderetur. Multa quidem ſcripſit cedro digna, ſed multò plura fecit miranda omnibus, & imitanda. Obiit autem Calend. Martij 1606. ætatis 74. Epiſcopatus 28. ſepultus ante cathedram Concionalem, quam toties ſuo inſeſſu decorauerat. Eius tempore Capucinorum Conuentus ædificatur 24. Aprilis 1601.

103. *Euſtachius du Lys*, ex Canonico Theſaurario, & Vicario Generali, ac Regis Eleëmoſynario, conſecratus 1606. 19. Nouembris Meloduni à Bertrando *Dechaux* Baionenſi, Claudio *Dormy* Bononienſi, & Ioanne *Berthier* Riuenſi Epiſcopis. Benedixit primarium lapidem Eccleſiæ Minimorum, quem Carolus, & Catharina Duces fundamentis appoſuerunt 1608. & Eccleſiam Capucinorum conſecrauit 1611. Iunij 19. Impoſuit quoque petram fundamentalem ædi ſacræ Collegij P.S.I. iam anteà 1571. fundati à Ludouico, & Henrica Ducibus. Plura verò de ſe (etſi vera) dici vetat eius modeſtia ſingularis, qui: *Dulcis, piuſque paſcis Niuernenſes oues.* Quo ſedente moritur Michaël *Cotignon* Canonicus Niuernenſis, auctor Catalogi huius ſedis 1617. cuius receſſu audito, ſtatim verſus ille venit in mentem:

Anagramma Euſtachius Du Lys Epiſcopus Niuernenſis.

Auctor abit operis, ſed tamen extat opus.

Nouiomenſes Epiſcopi.

Noyon.

NOVIODVNVM Cæſari, & l. 2. De fiſci debitore, Codice Theod. quæ lex Valentiniani, & Gratiani, & contractè Nouionum, vulgò Nouiomum, Nouiomagus Ptol. lib. 2. cap. 9. *Noyon*, prope Oëſiam fluuium *Oiſe*, malè Iſaram; nonnullis Fortunati ſequacibus, gradu longitud. 24. 0. latitud. 49. 30. altitud. ſolis 40. 30. dies maxima horarum 16. 4. 49. vmbra æquinoctialis 71. 15. ad 60. ſub Archiepiſcopatu Remenſi; & Parlamento Pariſienſi, ſucceſſit Auguſtæ Veromanduorum, quæ aliis deleta, aliis Quintinopolis, Sancti Quintini oppidum cenſetur, in cuius diœceſi Deiparæ ſacrâ extant 334. Parrochiæ, 112. Capellaniæ apud Democharem enumeratæ, cum Abbatiis, quæ ſequuntur: Flor. 3000.

S. Eligij O.B. *S. Eloy lez Noyon.* Flor. 3000.

S. Quintini in Inſula O. B. *S. Quentin en l'Iſle.* Flor. 2000.

S. Mariæ Hameti, vel de Hamio, *de Ham* O.A. Flor. 800.

Mons S. Quintini in Decanatu Peronæ O.B. *Mont S. Quentin.* Flor. 400.

De Genly O.P. in Decanatu Calniaci.

S. Eligij Fontis in Decanatu Calniaci O.A. *S. Eloy Fontaine.* Flor. 750.

Vrſicampus, *Orcamp* O.C. Flor. 1800.

S. Mariæ de Vermando O. P. *Vermand.* Flor. 30.

De Boſco ſancti Nicolai in Decanatu Nigellæ.

S. Præiecti *S. Prejet* O.B. Flor. 800.

S. Bertini in Decanatu Calniaci.

S. Bartholomæi prope vrbem O. A. *S. Barthelemy lez Noyon.*

Sancti Priſci in Vermando O.B. *Sainct Prix.* Flor. 155.

De Humbleriis, *Humblieres* O.B. Flor. 400.

Montis Martini.

Braché, fœminarum.

Fernaque, fœminarum O.C.

Præſules verò huius ſedis, qui & Franciæ Pares, & Comites, hi fuêre:

1. *Hilarius.*
2. *Martinus.*
3. *Germanus.*
4. *Maximus*, ſeu Maximinus.
5. *Foſſonius.*

6. *Alternus*, ſeu Æternus, ſeu Acternus.
7. *Hilarius* 2.
8. *Domitianus*.
9. *Remedius*.
10. *Mercurinus*, vel Mercantius, vel Merco.
11. *Dromotus*, ſeu Promotus.
12. *Suffronius*, vel Sophronius. Concilio 1. Aurelianenſi.
13. *Alomerus*.
14. *S. Medardus*. Oleo ſanctificationis vnctus à ſancto Remigio. Transfert Sedem Epiſcopalem Veromando, Nouiomum, cui & ſedes Tornacenſis coniungitur, vnde Epiſcopus Nouiomenſis pro inſignibus gerit in ſcuto cæruleo liliis aureis ſeminato duplex pedum argenteum quieſcens. Obiit verò 8. Iunij circa ann. 556. Sigeberto, & Sigonio 561. Miræo Chronic. Belgic. 564. Baron. Tillio, Cognato, Buzelino & Surio. Celebre habet Monaſterium Sueſſione, quod infrà deſcribetur. At de Medardo plura Fortunatus lib. 2. cap. 17. Ioannes Cognatus in hiſtoria Tornaci Gallicè ſcripta, Cornelius Scultingus in Bibliotheca Eccleſiaſtica, Molanus in Natalibus Belgic. & Martyrologium Romanum 8. Iunij, ac Ioannes de Boſco Bibliothecæ Floriacenſis parte 2. Cæterùm de tranſlatione Reliquiarum eiuſdem Sancti dictum eſt à nobis in Epiſcopis Lingonenſibus num. 40. Nec verò Medardus fuit ſolùm frater, ſed frater geminus ſancti Gildardi Rotomagenſis 15. Archiepiſcopi. Sed de geminis Ariſtotel. lib. 7. cap. 4. hiſtor. animalium apud Agellium lib. 10. cap. 2. Iulian. l. Si pater 36. de Solutionibus. Plutarch. lib. 5. de Placitis Philoſoph. cap. 14. Petrus Aponenſis in Problem. 28. ſection. 10. Euſthat. in Illiados 18. Manil. libro 2. Magnus erit geminis amor, & concordia duplex, ſanctus Auguſtinus libro quinto Ciuit. capite. 4. Vide Archiepiſcopos Vltrajectenſes num. 35.
15. *Auguſtinus*, qui & Fauſtinus Meyero.
16. *Gandulphus*, vel Gundulphus.
17. *Chraſmarus*. Huic Chilpericus Rex anno primo Indict. 12. donat fiſcum, & monetam, & aduocationem, Ioanni Cognato in hiſtoria Tornaci Gallicè ſcripta, & Miræo in Codice Donationum c. 2. quem annum putat Chriſti 575. alij 578.
18. *Ebralphus*. Demochari, Gazeto, Chopino, Meyero, Cognato, *Chenu*, Belforeſto.
19. *S. Acharius*, vel Archarius, ex Monacho Luxouienſi circa A. C. 621. Obiit 27. Nouembris, ſepultus extra muros vrbis in Eccleſia Apoſtolorum S. Petri & S. Pauli in ſacello S. Georgij. Quo opitulante S. Audomarus eligitur Teroanenſis, ex Monacho eiuſdem Monaſterij Luxouienſis, vt eſt in vita ipſius Audomari, apud Surium, Vionem, & Cognatum libro ſecundo, cap. 14. hiſt. Tornaci.
20. *S. Eligius*. Conſecratur die Dominica Rogationum 14. Maij 646. Interfuit Concilio Cabilonenſi circa ann. 650. Quo tempore fundat Tornaci Abbatiam S. Martini. Ei reuelantur corpora ſanctorum Criſpini, Criſpiniani, & Quintini, in Breuiario Aurelianenſi 25. & 30. Octobris, & in eius vita l. 2. c. 6. à S. Audoëno conſcripta. Solemniacum Monaſterium prope Lemouicas conſtruxit, & Eccleſias S. Pauli, & S. Martialis Pariſiis, ante Epiſcopatum. Tralationi S. Amandi interfuit, anno 16. poſt ipſius Amandi obitum. Subſcribit priuilegio S. Landerici pro Dionyſianis circa A. C. 662. Obiit Calend. Decembris, vt notatur in veteri Calendario Thuano: *In Galliis ciuitate Nouiomo depoſitio S. Eligij Epiſcopi, & Confeſſoris.* Cui depoſitioni annus aſſignatur 659. Bucherio, vel 665. Baron. ex Sigeberto, *Vion* lib. 2. cap. 48. & in Martyrologio Monaſtico, Aymoin. l. 4. c. 41. Buzelino in Annal. Galloflandriæ. Sepultus in Eccleſia S. Lupi, olim à Clodouæo condita, quæ nunc ipſius Eligij nomine decoratur, in qua inter cæteras reliquias calix eius aſſeruatur, Molanus Natal. Belgic. Calend. Decembris, Vincentius lib. 24. cap. 85. Memoratur quoque Eligius in vita ſanctæ Hunegundis, vbi eius Patrinus dicitur, apud Surium 25. Auguſti. Eius homiliæ ſexdecim extant tomo 2. Bibliothecæ Patrum. Habet Eccleſiam ſui nominis Romæ prope fontem S. Georgij in Velabro, ſeu Velo aureo. Dicitur *Miræ ſanctitatis Epiſcopus apud Nouiomagum, & Tornacum Præſidens*, in diplomate Arnulphi Magni Flandriæ Comitis, apud Miræum: Beatiſſimus Viromandenſis Eccleſiæ Epiſcopus ab Epiſcopis Synoni Sueſſionenſis 866. in confirmatione priuilegiorum Solemniaci.
21. *S. Mommolenus*. Obiit 16. Octobris 686. Buzelino lib. 2. Annalium Galloflandriæ, aliis 691. poſt ſedem annorum

rum 24. ſepultus cum S. Achario, *Vion* lib. 2. cap. 48. Surius in vita S. Audomari, Molanus Natal. Belgic. Trithem. l. 4. c. 161. Henricus Coſterus in arbore Bertiniaca, vbi dicitur ſocius S. Bertini in Pithia, Miræus Codice Donationum c. 4. vbi nominatur in Epiſtola ſancti Amandi cum Regulo Remenſi, & Vindiciano Cameracenſi, anno 2. Theoderici Regis, cum quibus intereſt 662. dedicationi Elnonis.

22. *Guidonius*, vel Gunduinus, vir omnibus modis egregius.

23. *Geralphus*, vel Guarulphus.

24. *Framengerus*. Sedit ann. 2.

25. *Minarus*, vel Numianus, vel Humanus ann. 18.

26. *Guido*. Apud Molanum 10. Septembris.

27. *S. Enuchius* 10. Septembris in hac Eccleſia, ſed in Tornacenſi 4. eiuſdem menſis.

28. *Eliſeus* 748. Baron. in litteris Zachariæ Papæ.

29. *Edelphridus*, vel Adelphridus, Meyero.

30. *Dido*, vel Dodo, Meyero.

31. *Gilbertus*, ex Monacho, & Abbate 14. ſancti Amandi Elnonenſis, factus Epiſcopus 12. à S. Eligio. Obiit 782. ſepultus in ſuo Monaſterio.

32. *Plea*, ſeu Pleon, ſeu Pileon.

33. *Gaudelmarus*, ſeu Audomarus, ſeu Gundelelnus, ſeu Vandelmarus 814. & 817. apud Meyerum, & Belforeſtum.

34. *Raulgarius*, vel Rangarius, vel Berengarius.

35. *Falradus*, vel Fikardus, vel Sichardus.

36. *S. Emundus*, ſiue Emmo, ſiue Imo. Ei ſcribit Lupus Ferrarienſis Epiſt. 41. Intereſt Concilio primo Pariſienſi 846. Cariſiaco 848. Sueſſionenſi 853. Vermeriæ eodem anno 6. Calend. Septembris, Tullenſi 859. quo anno, vel ſequenti captus ab Haſtingo Duce Normanorum, & interfectus fuit in vrbis direptione 859. apud Meyerum, Gaguinum in vita Caroli Simplicis, vnde Emmo dicitur Martyr in Codice Thuano. De eo etiam Dido lib. 10. & Chronicon Normaniæ 859. Flodoardus lib. 3. cap. 21. Crantzius lib. 2. Normanic. cap. 5.

37. *Rancelinus*, vel Raymelinus, vel Reinelmus, & Ragenelmus ordinatur 862. Meminit Flodoardus lib. 3. c. 19. 23. & 24. Coniunxit matrimonio Balduinum, & Iuditham Caroli Calui filiam Autiſſiodori 863. Nominatur in diplomate Caroli Calui pro Monaſterio S. Bauonis A. C. 864. Flodoard. lib. 3. cap. 19. Intereſt Concilio Sueſſionenſi 866. Nominatur etiam 874. & intereſt Synodo Pontigonenſi 876. Malè Tilio dicitur Turonenſis, pro Tornacenſis.

38. *Hedilo*. Tranſtulit corpus ſancti Eligij in Oratorium ſancti Benedicti, vbi nunc eſt ſacellum domus Epiſcopalis, & corpus ſancti Eleutherij Epiſcopi Tornacenſis, idque anno 881. Memoratur Flodoardo l. 3. c. 23.

39. *Raubatus*, vel Rambertus, vel Lambertus 903. in Synodo Troſleij, Baron.

40. *Amardus*, ſeu Aynardus, ſeu Ayrardus. Tranſtulit corpus S. Gerulphi, ex Merendra Tronchinium 915. Obiit 932. in Chronico Flodoardi, vbi & Ayrardus dicitur.

41. *Gualbertus*, vel Valbertus, ex Corbienſi Monacho, & Abbate 932. ſepultus in cathedrali poſt ſedem 3. annorum, vt vult Demochares. At Flodoardus obiiſſe notat 937. De eo *Vion* l. 2. c. 48.

42. *Tranſmarus*, vel Craſmarus, ſancti Vedaſti Attrebatenſis Monachus, electus 93. Obiit 946. ſepultus in cathedrali, *Vion* lib. 2. cap. 48. Flodoardus, & Sigebertus. Eius hortatu multa confert, ſeu reſtituit prædia Monaſterio Blandinienſi Arnulphus Magnus Flandriæ Comes, apud Miræum Cod. Donationum piarum c. 31.

43. *Rodulphus*, ex Archidiacono eligitur 950. Flodoardo. Obiit 954. ſepultus in Cripta S. Eligij. Feſtum ſanctæ Hunegundis celebrari iuſſit, apud Surium 25. Auguſti.

44. *Fulcharus*, ſiue Fulcherus, ex Monacho ſancti Medardi Sueſſionenſis ordinatur Remis 954. de quo Meyerus 955. Homo, inquit, ſpurius, filius æſtimatus Principis coquorum Ludouici Regis, malis artibus Epiſcopatum adeptus, deterius adminiſtrauit, morbo pediculari abſumptus, magno puniti ambitus exemplo 957. *Vion* libro 2. cap. 48. *Grand Queux.*

45. *Radulphus*, vel Hadulphus, vel Lendulphus, ex Laudunenſi Archidiacono. Conſecratur ab Artoldo Remēſi, Rencone Laudunenſi, & Gebuino Catalaunenſi 955. Flodoard. Chron. ſepultus retrò altare S. Saluatoris in cathedrali 967. eidem Flodoardo in Chron. cuius etiam meminit Baldricus

lib.1. cap.86. Chron. Cameracenſe, vbi ait eum interfuiſſe funebritati Engranni Epiſcopi Cameracenſis. Adulphus tamen dicitur Baldrico, & Flodoardo.

46. *Londulphus*, ſeu Lyndulphus, & Leudulphus 982. Meyero.

47. *Rabodus*, ſeu Radbodus, vel Ratboldus. Intereſt 991. 15. Calend. Iulij Pſeudoſynodo Remenſi in baſilica S. Baſolij. Obiit 11. Calend. Iulias, ſepultus in cathedrali.

48. *Harduinus*, vel Hirduinus 994. Obiit 14. Auguſti, ſepultus in veteri Capitulo inter matrem, & ſororem, Chronicon Cameracenſe l. 3. cap. 24. Ioannes Buzelinus in Annal. Galloflandriæ A.C. 1000.

49. *Hugo* 1030. Vide Chronicon Cameracenſe lib. 3. cap. 48. quo ſedente fundatur Abbatia Falempini 1039. à Saſvalo Inſulę Caſtellano primo Indict. 7. Epiſcopatus an. 9. regnante Henrico an. 12. vbi dicitur, Hugo indignus Procurator Eccleſiarum Nouiomenſis, & Tornacenſis, in diplomate dato Tornaco ſede Pontificali, apud Locrium.

50. *Balduinus*. Nominatur 1039. & interfuit ſacro Philippi Regis 1059. Probat fundationem Collegij Canonicorum Harlebecæ 1063. 8. Cal. Iunias. Ædificauit Monaſterium S. Bartholomæi in monte extra muros 1064. & dedicauit ædem S. Petri Inſulæ 1066. præſentibus Guidone Ambianenſi, & Drogone Morinenſi, ac Philippo Francorum Rege, & Balduino Inſulenſi Flandriæ Comite ipſius Eccleſiæ fundatore. Eodemque anno S. Bauonis Eccleſiam conſecrauit Gandaui, cum Letberto 32. Cameracenſi: ſepultus in dicto Monaſterio S. Bartholomæi anno Epiſcopatus 25. Buzelinus lib. 4. Annal. Galloflandriæ, & lib. 2. cap. 13. deſcript. Galloflandr.

51. *Ratbodus* 2. Creatur 1068. & intereſt dedicationi S. Quintini Belloua-cenſis 1074. in Concilio Sueſſionenſi 1078. Nominatur in Charta S. Martini Pariſienſis 1086. Confirmat fundationem Collegij Canonicorum Harlebecæ 1087. Epiſcopatus 19. & in eleuatione S. Godolenæ 1088. apud Surium. Memoratur à Gregorio 7. lib. 2. epiſt. 56. & lib. 9. epiſt. 34. & à Meyero 1068. & 1071. Fuit auctor Officij Annunciationis, quod recitatur in Eccleſia Nouiomenſi. Nominatur etiam in quodam diplomate apud Locrium 1090. 11. Cal. Martias Nouiomenſis, ſeu Tornacenſis

A Epiſcopus. Dicitur & Ratbodus in Commentariis Loiſellij. Obiit 1098. apud Buzelinum lib. 5. Annal. Galloflandriæ. Ad eum ſcripſit vitam S. Godelinæ 1070. Drogo Monachus apud Surium.

52. *Baldricus*. Synodum habet 1101. 8. Idus Martij. Memoratur 1105. in diplomate quo Tiletana Eccleſia donatur Canonicis Herlebecanis apud Miræum Codice Donationum c. 71. Eius Epitaphium olim in Eccleſia Taruanenſi legebatur hoc modo:

P. Baldricus huius Eccleſiæ Cantor, & Epiſcopus Nouiomenſis anno Verbi incarnati B *1112. Prælationis ſuæ 15. pridiè Calendas Ianuarij obijt meritis plenus, & Chronico Cameracenſi illuſtris.*

Quod quidem Chronicon edidit Colvenerius Duaci 1615. cuius ibi legenda ſunt Prolegomena. Meminit Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, & Ioannes Buzelinus lib. 5. Annal. Galloflandriæ, vbi dicitur Euerardi Tornacenſis Caſtellani filius.

53. *Lambertus*. Obiit 1121. poſt ſedem 5. annorum. Memoratur Miræo Codice Donationum c. 74. & in Annalibus Belgicis. Ei dicat vitam ſancti Arnulphi C Sueſſionenſis Epiſcopi Ariulphus Aldeburgenſis in Flandria Abbas, in C. M.S. Vrſicampi.

54. *Simon*, Hugonis Magni, ex Aleide Comitiſſa Veromanduorum filius, eligitur 1121. Eius vt Epiſcopi Tornacenſis miniſterio Eccleſia S. Donatiani Brugis 1127. 7. Cal. Mart. reconciliatur polluta ſanguine B. Caroli Flandr. Comitis in ea impiè occiſi: qua de re Gualtherus in ipſius Caroli vita cap. 47. Cui reconciliationi præſens fuit magnificus Rex Ludouicus Craſſus. Sic Magnificus dicitur Carolus Magnus in diplo- D mate Alberti Imperatoris 1303. Præterea Simon fundat Cœnobium Vrſicampi 1129. & intereſt dedicationi Eccleſiæ Morinenſis 1133. Quo ſedente 1146. & comitante Regem Ludouicũ in expeditione Ieruſalem, Eccleſia Tornacenſis proprium recuperauit Epiſcopum, vt infrà dicetur. Dum autẽ Ludouicum ſequitur in expeditionem Tranſmarinam 1147. apud Continuatorem Aymoini l. 5. cap. 52. obiit Seleuciæ 1148. 4. Idus Februarias, de quo Robertus in Supplemento Sigeberti, Meyerus, Auctor vitæ S. Bernardi lib. 4. cap. 3. Sammarthani in Genealogia hiſtorica Franc. Miræus in Chronico Ciſtercienſi. Eo quoque Præſule Eccleſia S. Medardi

Les Comtes de Vermandois portoient vn eſchiquier d'or, & d'azur.

Tornacj

Tornaci erigitur in Abbatiam Ordinis Auguſtiniani.

55. *Balduinus* 2. de cuius electione 1148. Extant Epiſtolæ Decani, & Capituli ad Sugerium, & Sugerij ad Eugenium Papam, item Sugerij, & Balduini mutuæ litteræ, in veteri Codice Thuano, vnde ſequens deſumpta eſt:

Sugerio Dei gratiâ ſancti Dionyſij venerabili Abbati, & Vicario Regni, B. Nouiomenſis Eccleſiæ Decanus, totúmque Capitulum ſalutem, religioſum, & honeſtæ familiæ virum Abbatem de Caſtellione Balduinum conſilio Religioſorum virorum communi aſſenſu Capituli electum nobis in Epiſcopum diſcretioni veſtræ notificamus, & vt vice Domini Regis tam competenti, & honeſtæ electioni facilem præbeatis aſſenſum, ſupplicamus.

Balduino quoque ſcripſit Arnulphus Lexouienſis epiſt. 65. Iacet verò Balduinus in Vrſicampo.

56. *Balduinus* 3. Nominatur 1167. eique ſcribit Arnulphus Lexouienſis ep. 51. Hic verò, aut præceſſor nominatur 1165. in tralatione S. Maximini Regienſis, cum Roberto Ambianenſi, & Milone Teroüanenſi. Iacet autem in Vrſicampo.

57. *Reynardus*. Fundauit domum hoſpitalem S. Ioannis Nouiomenſis, & ſepelitur in Vrſicampo.

58. *Stephanus* 1188. Inſtituit propriis ſumptibus, vt lampas arderet ante corpus S. Eligij. Intereſt Melduni iudicio Parium de Comitatu Campaniæ menſe Iulio 1216. Obiit 1217. Adminiſtrationis 32. ſepultus in Vrſicampo. Eius meminit Gaguinus in Philippo Auguſto. Nominatur circa hæc tempora Radulphus *de Coucy*, filius Radulphi, & Aleidis Drocenſis *de Dreux*, apud Sammarthanos.

59. *Gerardus de Baſochijs*. Intereſt exequiis Philippi Auguſti 1223. & in Choro cathedrali hoc habet Epitaphium:

Quid generis, quid opum, quid mundi gloria vana?
Sors humana, ſuper omnia vanus homo.
Nouiomi Præſul, Par-Regni, nobilis heros — Par Franciæ
Baſochia rutilans laude Gerarde iaces,
Morum norma, bonis inhians, reprobans mala, mundus
Carne, manu, linguâ, Iuris amator eras,
Te talem, tantùm breuis opprimit hora, ſubintrat
Inuida mors, capit hac foſſula quinque pedum.
Tranſitus iſte tuus ſit vita perennis, in ortum
Tranſeat occaſus, ſit tibi vita Deus.

Circa hæc tempora Franciſcani conduntur, vt notat Vadingus poſt Gonzagam 1230.

60. *Nicolaus de Roya*. Obiit 1239. 13. Februarij, & eius Anniuerſarium notatur 16. Calend. eiuſdem menſis in Necrologio S. Genouefæ Pariſienſis, cui legauit 80. libras Pariſienſes ad opus Capſæ illius Diuæ. Fundauit in ſua Eccleſia Officium ſolemne S. Martini.

61. *Petrus Carloti*, filius naturalis Philippi Auguſti, legitimatus ab Honorio 3. Cancellarius Siciliæ. Obiit 1249. ſepultus in cathedrali, hoc Epitaphio:

Nouiomi Præſul Petrus iacet hic tumulatus,
Quondam Francorum Philippo Rege creatus.
Caſtus, formoſus, iuſtus, mitis, generoſus,
Trans-mare deuotè fuit hic cum Rege nepote, — S. Ludouicum intelligit.
Lûce tua remeans Dionyſi tranſiit anno
Bis ſexcenteno, quinquageno minus vno.
Qui legis exterius, intrinſecus aſpice, plora.
Seriùs, aut citiùs veniet tibi funeris hora.

De hoc etiam Sammarthani, quem etiam ſic alloquitur Guilelmus Britto in fine Philippidis:

At tu cuius amor omni mihi creſcit in hora,
Vt libro ſine laude tua ſupponere finem
Arbitror eſſe nefas, animi, qui nobilitate
Argumenta refers generis, clarique parentis
Te liquidò, vt liqueat genitum genitore Philippo.
Qui Carie lotus omni charismate carus
Carlotus verum meruiſti nomen habere,
Qui proprium vero decorans agnomine nomen,
Moribus exponis, & vitâ nomen vtrumq;
Dogmata quem docui primùm puerilia, cuius
Tam dociles habilis fœcundat gratia ſenſus,
Vt mihi iam dignus habearis Doctor haberi;
Quintus adhuc decimus tibi vix licet annus agatur

Cæterùm eo ſedente Otho de Caſtro-Rodulphi Cardinalis Legatus dedicauit Eccleſiam Franciſcanorum Peronæ

in hac diœceſi 1245.

62. *Varmundus* de Boiſſeriâ. Obiit 1272. ſepultus in Choro laminâ cupreâ his verſibus inſcriptâ:

Varmundus iacet hic Antiſtes Noniomenſis,
Hic pius, hic mundus, & dictus Boiſſerienſis,
Deſeruit mundum, cum Chriſto ſcandit ad aſtra,
Nunc trahe Vvarmundum poſt te Deus, ad tua caſtra
Anno milleno, bis centum, ſeptuageno,
Ac annis binis, ſanctiſſimus ſit tibi finis.

63. *Guido* de Pratis, electus die Annunciationis 1272. more Gallico. Nominatur 1276. 1282. 1294. Obiit 11. Ianuarij, 28. adminiſtrationis. Erexit duo altaria, & dotauit, in Capellâ, quam conſtruxerat, & in quâ iacet ad Cathedralem.

64. *Simon* de Nigellâ 1297.

65. *Petrus* de Ferraijs, recipitur 1302. Dominica *Cantate*.

66. *Andreas* Monachi de Creſſiaco. Nominatur 1306. 17. Maij in Charta S. Capellæ Pariſienſis. Frater fuit Ioannis Cardinalis, 71. Epiſcopi Meldenſis, cum quo iacet in Collegio Cardinalitio Pariſiis mortuus 1315. quo anno vacabat ſedes m. Iunio. At eo ſedente 1308. Philippus 4. *Pulcher* fundauit domum, quæ mons S. Ludouici appellatur iuxta vrbem.

67. *Florentinus* de Boiſſeriâ, ex Canonico ordinatus 1315. nominatur Præſes Cameræ Computorum 1319. qui ſub lamina æneâ hoc habet Epitaphium:

A florum flore Florentius hoc breuiore,
Incluſus ſpatio ſit præſul munere diuo.
Iſtius Eccleſiæ ſit dans, & cuncta Mariæ,
Boiſſeriâ natus, eſt tanta ſtirpe beatus,
Iuſtus Canonicus, poſt iuſtior, ille pudicus,
Dotauit magnis Templum cum fratre Ioanne,
Vulgus lætatur in Præſule, quando leuatur,
Inſuper & diras ſtuduit nam pellere lites,
Largus, non cupidus; qui continet omnia fundus,
Anno milleno, ter centum, ter quoque deno,
Martius ad finem diſrupit vela carinæ.

Hîc verò fit alluſio ad eam Platonis ſententiam, qua in Alcibiade cenſet animam eſſe in corpore inſtar gubernatoris in naui, cuius opinionis meminêre Themiſtius & Philoponus ac Dandinus

Vita hominis nauigatio.

A Comment. ad l. 3. Ariſtotelis de Anima. Sed & vita hominis eſt nauigatio, & homo in hoc mari magno & ſpatioſo nauigans, licet proſperũ teneat curſum ſalutari crucis adorandæ ligno innixus & innexus, ad cæleſtem patriam, ſempiternæque vitæ domicilium prouehi non poteſt, quin eius corpus pulchra morte quaſi lembus quodam fœlici naufragio poſt naulum ritè perſolutum in placido portu diſſoluatur. Hæc verò diſſolutio momentanea, eſt principium immortalitatis procreatiuum, pereunte ſcilicet corpore, lege ſuâ ſuoque tempore, animâ B autem ad propriam ſedem aſcendente, quæ licet ſeparata ceſſet ab informatione corporis, dicitur tamen entelechia & perfectio corporis non actu, ſed poteſtate, quòd rurſum apta ſit illi coniungi, illudque perficere. Qua de re Pineda in Iob cap. 9. verſ. 26. Arrianus in Epictetum lib. 3. cap. 41. Maximns Tyrius ſerm. 25. & S. Chryſoſtomus homil. 10. ad populum Antiochenum.

68. *Fulcaudus* 1330. An verò è gente nobili *de Rochechouard*, & Archidiaconus ac Decanus, nec non Archiepiſcopus Bituricenſis, nondum ſatis mihi liquet.

C 69. *Guilelmus* Bertrandi, frater Petri Æduenſis 64.

70. *Stephanus* Alberti, poſteà Claromontenſis 71. & Cardinalis, ac tandem Papa Innocentij 6. nomine.

71. *Petrus* Andreæ 1342. poſteà Cameracenſis 60. 1348.

72. *Bernardus Brion*, ſeu *Brun*, ex Podienſi 60. 1348. interfuit tralationi ſancti Furſei Peronæ 1256.

73. *Guido* de Combernio.

74. *Firminus Coquerel.*

75. *Philippus d'Arbou*, poſteà Tornacenſis 62.

D 76. *Ioannes* de Melento, *Meulent*, poſteà Pariſienſis 88. 1351.

77. *Ægidius de Loris.* Obiit 28. Nouembris 1388. ſepultus in Choro Cathedrali.

78. *Philippus* de Molinis, vel de Molendinis, ex Ebroicenſi 44. vrbem ingreditur 1388. quo anno Præſes Curiæ Iuuaminum declaratur à Rege. Intereſt tralationi S. Ludouici 1392. & Conſilio Caroli 6. 1395. de acceptatione vrbis Genuenſis in ditionem Francorum. Iacet apud Cæleſtinos Pariſienſes hoc ei in laminâ cupreâ Epitaphio adſcripto in medio Choro:

Hîc iacet R. in Chriſto Pater Dominus Philippus de Molinis Engilberterum, Niuernenſis

nenſis diæceſis, quondam Epiſcopus Ebroicenſis, deinde Nouiomenſis, Regum Ioannis, nec non Caroli 5. *&* *Caroli* 6. *Secretarius, quibus feliciter ſeruiuit per* 56. *annos, & obijt Pariſius, vltima die Iulij* 1409. A

79 *Petrus Freſnel* 1409. ex Meldenſi 80. poſteà Lexouienſis.

80. *Radulphus de Conciaco, Coucy*, ex Metenſi 74. Ingreditur vrbem ſolemniter 1421. & deceſſit 1424. 17. Martij, ſepultus in maiori Eccleſia.

Porte d'or à 3. maillets de ſynople.

81. *Ioannes de Malliaco.* Nominatur Præſes Cameræ Computorum Pariſiis 1421. Intereſt coronationi Henrici 6. in æde Mariana Lutetiæ 1431. vnus poſteà ex Conciliatoribus pacis inter Philippum Ducem Burgundiæ, & Carolum 7. Regem Franciæ 1435. Attrebati, in Abbatia S. Vedaſti. B

82. *Gulielmus Maraſin* 1474. Obiit apud Carolipontem 7. Auguſti 1501. ſepultus ante maius altare Baſilicæ cathedralis.

Hangeſt porte d'or à la croix de gueule.

83. *Carolus de Hangeſt*, ex dominis *de Genlys*, electus Calend. Octobris 1501. Obiit Caroli-ponte 28. Iunij 1528. Ei dicauit poëma de Ioanna Darcia Aurelianenſi Puella Valerandus Varanius 1516. & Carolus Bouillus librum de Senſu. C

84. *Ioannes de Hangeſt*, ſuperioris nepos, vir eruditus.

D'Angennes porte de ſable au ſautoir d'argent.

85. *Claudius d'Angennes, de Ramboüillet*, ex Senatore Pariſienſi. Interfuit Concilio Remenſi 1583. poſteà fit Cenomanenſis 67.

86. *Gabriel le Genevois* dominus *de Bouſſancour*, ex Decano Lingonenſi, & Abbate *de Moris*. Orauit pro Clero 1585. coram Rege. Adhuc Decanus Promotor fuit in Camera Eccleſiaſtica in Comitiis Bleſenſibus 1576.

87. *Nicolaus Munier*, Theologus Pariſienſis. Moritur ante adeptam poſſeſſionem 1595. D

Minimi, & Capucini.

Porte au 1. & au 4. d'azur à 3. ſautoirs d'argent, 2. & 1. au chef de gueule à trois ſautoirs d'or mis en faſce au 2. & au 3. de ... ſur le tout de de Milan.

88. *Carolus de Balſac*, Abbas item ſancti Georgij diœceſis Rotomagenſis, & ſanctæ Capellæ Pariſienſis Theſaurarius. Quo ſedente Minimorum Conuentus erigitur, liberalitate domini *de Bernieulles*, & Capucini 1610. 3. Maij.

Oleronenſes Epiſcopi.

Oleron.

OLERO, vel Elaro, vel Iluro, vel Olorionum, *Oleron*, ſub Auſcenſi Archiepiſcopo, & Parlamento Pali, *Pau*, in Bearniâ ad Garum, ſeu Gaberium fluuium, gradu longitud. 19. 30. latitud. 43. 10. altitud. ſolis 46. 50. vbi dies maxima horar. 15. 12. (non Vliarus Inſula Plinij, nomine eodem Gallico *Oleron*) Eccleſiam cathedralem habens Virgini Parenti ſacram, in cuius diœceſi ſunt Abbatiæ: Flor. 600.

De Luco O.B. *Du Luc.* Flor. 150.

S. Vincentij de Lucra. Flor. 150.

Epiſcopi autem illius ſedis hi tantùm à nobis notati.

Antonius, ſiue Antoninus.

Gratus. In Concilio Agathenſi 506.

Lucerius. In Concilio 2. Matiſconenſi 588.

Abientius, Concilio Tolet. 8. 653.

Amatus, Papæ Legatus, præſidet Concilio Burdegalenſi. Meminit Baronius 1075. 1077. 1079. Gregorius 7. l. 2. Epiſt. 2.

Bernardus 1170. Suritæ lib. 1. hiſtor. Aragon.

Stephanus. In dedicatione Moyſiacenſi 1180.

Petrus, ex Ordine Eremitarum Auguſtinenſium, apud Pamphilum 1400.

Arnardus Maitie 1617. multùm in reſtituenda Religione Catholica laborauit. Hoc tempore 1623. Capucinorum Conuentus ædificatur.

Octodurenſes, infrà, Sedunenſes.

Pamienſes, ſuprà, Appamienſes. pag. 235.

S. Papuli Epiſcopi.

S. Papoul en Languedoc.

Flor. 1500. S. PAPVLI Monaſterium nomen dedit vrbi Lauracenſium, ſub Toloſano Parlamēto,& Archiepiſcopatu, à quo diuulſus hic nouus Epiſcopatus à Ioanne 22. erectus 1317. vt notat Martinus Polonus, diſtans à Toloſâ metropoli 9. leucis cis Garumnam, in quo tantùm circiter 45. Parochiæ, gradu longit. 22. 50. latit. 43. 10. altitud. ſolis 46. 10. vbi dies maxima horarum 15. 12. 20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 20. ad 60. cuius ſedis hi obſeruati ſunt Epiſcopi.

Bernardus, ex vltimo Abbate Ordinis S. Benedicti. Obiit 1327. ex nobili domo de Turre, diœceſis Mirapicenſis.

Raymundus Vehens de Moſcuerolis, ex primo Epiſcopo S. Flori, Cardinalis creatus 1327. à Ioanne 22. Obiit 1335. pridie Idus Octobris, ſepultuſque eſt in Monaſterio S. Guilelmi de Deſerto, Lodeuenſis diœceſis, vt obſeruat Nomenclatura Cardinalium. Vide Tricaſtinenſes. Dicitur & de Muſſoiolis à Ciacono.

Guilelmus de Cardaillac, Cadurcenſis diœceſis. Obiit 1347.

Bernardus de S. Martiali. Obiit 1361.

Bernardus de Caſtro-nouo, Agathenſis diœceſis, & de genere ſeu domo nobili Vrbani 5. Mortuus 1375 vt eſt in Catalogo M. S. ab eruditiſſimis Sammarthanis nobis communicato.

Petrus de Croſſo, poſteà Bituricenſis 81. & Anticardinalis, Camerarius Clementis dicti 7.

Petrus de Croſſo, ſuperioris frater, vt vult Ioannes *Chenu*, ſed crederem nomen alterutrius deeſſe, niſi ſequens ſederit circiter ann. 55.

Ioannes de Rupe-ſciſsâ, poſteà Pariſienſis 94. Rotomagenſis 73. & Veſuntionenſis 77. vbi legendum S. Papuli, pro S. Pauli.

Guilelmus de Monte-gaudio, Sabaudus nobilis.

Bourg-en-Breſſe. *Ioannes Barlé* de Burgo in Breſſiâ, ſeu Seguſianus, poſteà S. Flori.

Raymundus Mayroſij de Auilhero, diœceſis Ruthenenſis, Cardinalis titulo S. Praxedis, vbi ſepultus 21. menſis Octobris 1427.

Petrus Soibert, Vticenſis. Obiit 1454.

Raymundus de Lupo-alto, Cancellarius Comitis Armaniaci 1465.

Ioannes de Porta, Minorita Burgundus. Obiit 1468.

Dionyſius de Bar, nobilis diœceſis Bituricenſis, de quo infrà.

Clemens de Brillac, patriâ Lemouicenſis, poſteà Tutelenſis.

Dionyſius de Bar iterùm, ex Tutelenſi. Hoc habet Epitaphium in ſepulchro Gentilitio apud Prædicatores Bituricenſes:

Præſul erat ſancti Papuli, Dionyſius illi
Nomen, & à Barro nobilitatis honos.
At decus hoc maius, quo cum virtutibus artes
Vnà omnes ſecum victor ab orbe tulit,
Qui ſi fortè Polos nonaum tenet, Altitonantem
Propter eum precibus ſollicitate piis.

Obiit anno 1517. die vltimâ Martij. Anniuerſarium habet in ſacello regali eiuſdem vrbis, & in Cathedrali in quâ fuerat Canonicus, Guilelmi *de Cambray* Archiepiſcopi Bituricenſis familiaris, vnde vtriuſque inſignia in Capella caſtri Turleij ſpectantur. Ei verò Pater fuit Ioannes Dominus *de Baugy*, Caroli 7. ac Ludouici 11. Conſiliarius.

Carolus de Bar, agnatus ſuperioris, Pallium dedit Franciſco *de Bueil* Archiepiſcopo Bituricenſi Calend. Februarij 1522.

Ioannes Saluiatus, Florentinus, nepos ex ſorore Leonis 10. à quo creatus Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani, poſteà Portuenſis Epiſcopus. Obiit Rauennæ 1573. cui Lilius Giraldus, Baptiſta Pigna, Ragius Florentinus, & Franciſcus Romæus libros inſcripſerunt, eiuſque legitur epiſtola ad Georgium Corteſium. Saluiati Florentini.

Bernardus Saluiatus, poſteà Claromontanus 83. & Cardinalis à Pio 4. creatus.

Antonius Maria Saluiatus. E Concilio Tridentino reuerſus Romam in Pontificis Pij 4. manibus Epiſcopatum liberè dimittit, vt propter ſubrepentes hæreſes eius gubernacula alicui viro Gallicæ conſuetudinis, & linguę haud ignaro traderet, factus poſteà Cardinalis à Gregorio 13. Obiit 1583. Vide Ciaconum pag. 1232. & Petramellarium pag. 254.

Alexander de Bardis, Florentinus. Intereſt Concilio Toloſano 1590. & anno ſequente moritur.

Ioannes Raymundus, Toloſanus. Obiit 1604.

Franciſcus

Franciſcus de Donadieu, ex Abbate ſancti Hilarij, fratrem habet Franciſcum primò Epiſcopum Autiſſiodorenſem, deinde Conuenenſem. Viuit ad maiorem Dei gloriam hic concors par fratrum, vt nomine, ſic re coniunctorum 1625.

Pariſienſes Epiſcopi.

Vide ſuprà inter Archiepiſcopos pag. 97.

Petragoricenſes Epiſcopi.

Perigeux.

Flor. 2500. PETROCORIORVM, vel Petragoriorum apud Cęſarem l. 7. vrbs Veſunna, Ptolemæo lib. 2. cap. 7. ad Illam fluuium in Duranium poſteà labentem, gradu longitud. 23. 30. latitud. 46. 45. vbi altitudo ſolis 43. 15. dies maxima horarum 15. 40. ratio vmbræ æquinoctialis 63. 30. ad 60. ſub Archiepiſcopatu, & Parlamento Burdegalenſi, cuius Eccleſia cathedralis patronum veneratur S. Stephanum, vulgò *La Ciutat*, cùm tamen Officium Eccleſiaſticum fiat in Eccleſia S. Frontonis. Videndus Iacobus Sirmundus ad Sidonium lib. 8. epiſt. 11. In hac verò Diœceſi Parrochiæ numerantur circiter 300. & Abbatiæ ſequentes:

Flor. 200. Petroſa, *La Perouſe* O. C.
Flor. 400. Brantolmium, *Brantolme*, O. B.
Flor. 120. Turciacum, *Tourcy* O. B.
Flor. 130. S. Mariæ de Cancellatâ, *Chancelade* O. A.
S. Pardulphi fœminarum.

At huic ſedi præfuêre Epiſcopi, quos reperire potuimus, & à Ioanne *Chenu* accepimus:

S. Fronto, à B. Petro ordinatus, apud Baronium, Vincentium lib. 10. cap. 43. Antoninum tit. 6. cap. 26. Chronicon Autiſſiodorenſe pag. 33. & Lirmenſe pag. 236. Martyrologium 25. Octobris, cuius vita Burdegalæ edita 1612. Is habet Eccleſiam ſui nominis in vrbe, in qua, vt diximus, fit Officium Eccleſiaſticum, cathedrali S. Stephani euerſâ cum pluribus aliis ab hæreticis 1575.

S. Anianus, B. Frontonis Diſcipulus.

Pegaſianus. Apud Gregorium Turonenſem lib. 2. cap. 13. vbi recenſetur inter digniſſimos fidei, Religioniſque cuſtodes.

Chronopius. Concilio Agathenſi 506. & Aurelianenſi 1. & 2. 507. & 536. Eius Epitaphium habet Fortunatus lib. 4. c. 8. vbi Broverus ait eum vixiſſe annos 80. vt res nomini reſponderet. Nominatur in epiſtola 6. Ruricij Epiſcopi Lemouicenſis.

Charterius. In Concilio Matiſconenſi 2. 588. Vide Gregorium Turonenſem lib. 6. cap. 22. Aymoinum lib. 3. cap. 48. vel 49. pro diuerſitate editionum.

Suffarius, aliis Suffraneus. De quo Gregor. Turonenſis l. 9. c. 41.

Fraternus. Nominatur 976. qui aliis Froterius, ſepultus in Eccleſia S. Frontonis 6. Idus Decembris 991.

Martinus, Bozonis Comitis filius. Obiit 1000.

Radulphus de Cohaliâ. Conſtruxit Eccleſiam S. Aſterij Ordinis Auguſtiniani. Obiit 1013. Ieroſolymis reuerſus Ademaro teſte.

Arnaldus Vitabrenſis apud S. Benedictum Nantolij conſecratus à Siguino Monacho Burdegalæ Archiepiſcopo. Intereſt Dedicationi Eccleſiæ Sancti Saluatoris Lemouicenſis 1028. Obiit 1036. 15. Iulij.

Geraldus de Gordonio. Quo ſedente Monaſterium S. Frontonis, ab Aymone de Soliaco Archiepiſcopo Bituricenſi, Aquitaniæ Primate prouinciam Burdegalenſem viſitante dedicatur 1047. Obiit 1059. 12. Cal. Aprilis.

Gulielmus de Monte-Berulpho, ſepultus in Eccleſia S. Mauricij Montis-Berulphi (vnde cognomen traxit) 1081. 8. Idus Februarij, poſt ſedem annorum fermè 21.

Raynaldus de Tiberio. Ædificauit Eccleſiam Canonicorum regularium. Occiditur à Saracenis dum ſacra faceret in obſidione Antiochiæ 1099. 8. Idus Septembris. Inuenio eum in ſchedis Abbatum ſancti Martialis cognominatum *Laſtors*.

Gulielmus de Alba-rocha, *Aulbe-roche*. Obiit 1123. poſt ſedem annorum 24. 4. Nonas Aprilis.

Gulielmus 1134. Baronio, in diplomate Ludouici 7. 1137. quo ei, & aliis Burdegalenſis prouinciæ Epiſcopis Iura Regalia donantur, apud Chopinũ l. Politiæ ſacræ tit. 7. n. 3. Obiit 1138. 4. Calend. Ianuarias, cùm ſediſſet ann. 14. cui à nonnullis tribuitur cognomen *de Nauclar*.

Gofridus de Cauze. Obiit 1142. 5. Cal. Septembris poſt regimen ann. 2.

Raymundus de Majolio, ſedit ann. 19.

Moritur 1157. 10. Calend. Ianuarias, ſepultus Burdegalæ in metropolitana. A

Ioannes Daſido, ex ſcholaſtico Pictauienſi. Obiit 1169. 5. Nonas Maij, poſt ſedem ann. 8.

Adremarus. Adeſt tralationi reliquiarum S. Stephani Grandimontenſis cum Guarino Archiepiſcopo Bituricenſi 66. 1180.

Petrus Minetus. Obiit 1192. 3. Idus Aprilis, ſepultus in Cathedrali S. Stephani. Ei ſcribit Petrus Bleſenſis epiſt. 34.

Radulphus de Turribus 1217. Appoſuit primum lapidem fundamentis Conuentus Franciſcanorum. B

Raymundus de Pons, Cardinalis 1230.

Petrus 1262. In Chartulario Bituricenſi.

Elias, cognomento de Peletiſis 1269.

Elias Seruientis 1385.

Petrus 1390.

Berengarius. In Concilio Baſilienſi 1432. ſeſſione 5.

Radulphus.

Elias, ex Vice-comitibus *de Bourdeille*, Theologus Minorita, inuitus 1447. poſtulatus à Papa Nicolao 5. admittitur, quamuis annum 25. vix attigiſſet, deinde transfertur ad ſedem Turonenſem 91. & Cardinalatum. C

Porte d'azur à trois tours d'argent. 2. 1. *Godofredus de Pompadoux* 1480. fit Præſes Curiæ Iuuaminum 1484. & Cameræ Computorum 1485. & eodem anno transfertur Anicium n. 73.

Gabriel du Mas 1498.

Guido de Caſtro-nouo, *Caſtel-nau*, 1509.

Ioannes de Planis 1528.

Ioannes de Luſtrat 1550.

Guido Bouchardus 1555.

Petrus Fournier 1561. Occiditur 1574. à quibuſdam ſceleratis dormiens in ſuo caſtro, vulgò *Chaſteau-l'Eueſque*, duobus ab vrbe paſſuum millibus. D

Bourdeilles. *Franciſcus de Bourdeilles*, ex Monacho S. Dionyſij in Franciâ 1574. reſignauit ſequenti 1600.

Ioannes Martinus. Poſſeſſionem adeptus eſt 9. Februarij 1601. Obiit 5. Ianuarij 1612.

Franciſcus de la Berandiere, ex Senatore Pariſienſi, & Abbate Nobiliaci in Pictauiâ, fit Epiſcopus 1612.

Pictauienſes Epiſcopi. *Poictiers.*

PICTONES Cæſari, Straboni, & Lucano, Pictaui Ammiano Marcellino, & Notitię Prouinciarum, populi ſunt Galliæ, quorũ ciuitas caput attollit inter Aquitaniæ nobiliſſimas vrbes, Iſidor. l. 16. c. 1. & in vitâ S. Aichardi Abbatis Gemeticenſis, fœcundiſſima, Adreualdo c. 33. de Miraculis S. Benedicti, & Guilelmo Gemeticenſi l. 1 cap. 8. Hinc Alcuinus Præfat. ad vitam S. Vilibrordi, Beatius ait fœcunda Pictauia B. Hilarij Pontificis reliquiis exultat, quàm venditionum, & emptionum altercationibus, in quibus ſæpè verſatur iniquitas, quæ Auguſtoritum Ptolemæo l. 2. c. 7. gr. longit. 17. 30. latit. 48. 20. numeris fortè corruptis. Nam rectiùs à recentioribus Geographis conſtituitur Pictauis, vel Pictauia, vel Pictauium, *Poictiers*, gradu longitud. 21. 10. latitud. 46. 30. vbi altitudo ſolis 43. 30. dies maxima horarum 15. 38. 29. ratio vmbræ æquinoctialis 63. ad 60. iuxta flumen Clanium *le Clain*, ſub Archiepiſcopatu Burdegalenſi, & Parlamento Pariſienſi, cuius Eccleſia Cathedralis S. Petro dicata memoratur c. 17. de Renunciatione, c. 11. de Exceſſibus Prælatorum, in ſuâ diœceſi comprehendens Parrochias 700. Notabis autem hanc vrbem decorari ampliſſimâ ſede Præſidiali, in quâ aliquando Parlamentum ſederit, Finantiarum Generalitate, Academiâ, de quâ Midendorpius l. 6. & fabricâ Monetæ, cuius nota *G. Icon* verò vrbis extat tomo 1. ciuitatum Georgij Bruni fol. 8. Porrò Abbatiæ in ipſâ diœceſi ſunt ſequentes, quarum maxima pars infrà deſcribetur in Catalogo Abbatiarum. Flor. 1800.

S. Cypriani extra muros, *S. Cyprien les Poictiers*, O. B. Flor. 33.

Monaſterium nouum in vrbe, *Montier-neuf*, O. B. Flor. 700.

S. Trinitatis in vrbe, fœminarum, O. B. *La Trinité.*

S. Crucis in vrbe, fœminarum, *S. Croix*, O. B.

S. Hilarij de Cellâ in vrbe O. A. *S. Hilaire de la Celle.* Flor. 1000.

S. Leonardi de Ferrariis *Ferrieres* O. C. Flor. 40.

S. Sauini O. B. *S. Sauin.* Flor. 150.

S. Iouini de Marnis O. B. *S. Iouyn de Marnes.* Flor. 900.

S. Maxentij, *S. Maixent*, O. B. Flor. 1100.

S. Benedicti

Flor. 150. S. Benedicti de Quinciaco O. B. *Sainct Benoiſt de Quincey lez Poictiers.* A

Flor. 300. S. Saluatoris de Carrofo O. B. *S. Saueur de Charoux.*

Flor. 100. S. Mariæ Regalis *La Reaux, ou Reoux* O. A.

Flor. 300. S. Mariæ de Caſtellariis O. C. *Les Chaſteliers.*

Flor. 200. S. Mariæ Crucis de Anglia O. A. *Noſtre Dame d'Angle.*

Flor. 50. Miſericordia Dei O. C. *Miſeré, ou Mercy-Dieu.*

Flor. 200. Nantolium O. B. *Nantueil en Vallee.*

Flor. 170. S. Leoni de Toarcio, *S. Leon de Touars* O. A.

Flor. 100. Sanctæ Mariæ Boni-campi, *Chambon* O. B.

Flor. 50. S. Mariæ de Sede Brignoni O. B. *La Sie en Brignon.*

Flor. 60. S. Seuerini O. A. *S. Seuerin.*

Flor. 300. De Nobiliaco, *Noüaille* O. C.

S. Mariæ de Stella *De l'Eſtoille* O. C.

Flor. 500. S. Mariæ de Cellâ O. A. *Celle.*

Flor. 200. De Valentia, *Valence* O. C.

Flor. 110. Sanctæ Mariæ de Allodiis O. B. *Des Alleudz.*

Flor. 33. De Pinu O. C. *Du Pin.*

Bona-vallis, *Bonne-vau* O. C.

Sanctæ Mariæ de Morellijs, *Moreaux* O. B. C

Cæterùm Præſules, quos hîc exhibemus, deſumpti ſunt ex Annalibus Ioannis Bocheti, & ex Catalogo M.S. nobis miſſo à Ioanne *Beſly* Pictone, in Prætura Fontiniaci Comitalis, Conſiliario, & Patrono Regio, ſummæ humanitatis viro, hiſtoriæ domeſticæ, & externæ peritiſſimo, à quo plura in dies expectamus:

1. *S. Victorinus.* Apud Democharem, Ferrarium, Baronium Martyrologio 2. Nouembris, & A. C. 303. Onuphrium in Chronico Eccleſiaſtico, Galtherum ſæculo 3. Gelaſium Papam C. Romana, D diſtinct. 15. vbi eius Opuſcula inter Apocrypha recenſentur, quæ in Bibliotheca Patrum habentur, de quibus Index librorum expurgandorum Magiſtri ſacri Palatij, Trithemius, Bellarminus, & D. Hieronymus cap. 84. de Viris Illuſtribus, & epiſt. 75. contra Vigilantium, & libro contra Heluidium, apud quem, & Adonem in Martyrologio, legitur à pleriſque Pitabionenſis, pro Pictabienſis, vel Pictauienſis, vt rectè habet Honorius Auguſtodunenſis. Pitabio autem, vel Petauio vrbs eſt Pannoniæ, de qua Ortelius.

2. *Liberius.*

3. *Tupianus*, vel Tripicius, vel Tripedianus, vel Cupeanus, & Cuprianus, qui alius eſt à Cypriano Martyre B. Iouini fratre inclyto Chriſti athleta, cuius ſanctum corpus in Monaſterio ſui nominis habetur, vt eſt in Martyrologio Lemouicenſi 12. Iulij. Qui etiam colitur Antiniaci, in loco qui Pællis dicitur

4. *Agon.*

5. *Hiſpidianus.*

6. *Iuſtinus*, vel Iuſtinianus.

7. *Bellator.*

8. *Aliphius*, vel Alipius.

9. *Paſcentius.* Is omittitur in Cod. B Thuano, & Catalogo Beſliano, ſed ordinem Democharis, & Ioannis *Chenu* immutare noluimus.

10. *S. Hilarius.* Deificæ Trinitatis clariſſima tuba, & Pontificium iubar, in vita ſancti Viuentij, cui dediſſe legitur Hilarius Monaſterium in caſtro Grinione, fidelis Dominici nominis Prædicator, in Epiſtola Gallicanorum Epiſcoporum ad Orientales, notus in orbe pater, Fortunato lib. 2. cap. 16. Hinc illud Vandelberti, in Martyrologio inter opera Venerabilis Bedæ:

Pictauis Hilario multùm radiata Magiſtro.

Lucerna, & pretioſus lapis Eccleſiæ, qui vbicumque Romanum nomen eſt, prædicatur, ſanctus Hieronymus epiſt. ad Marcellam, qui Gallicano Cothurno attollitur, & cum Græciæ floribus adornetur, & longis interdum periodis inuoluitur, & à lectione ſimpliciorum fratrum procul eſt, epiſt. 13. ad Paulinum, Latinæ eloquentiæ Rodanus, Gallicus ipſe, & Pictauis genitus, Præfat. lib. 2. Commentariorum ad Galatas. Hinc Sidonius lib. 1. Epiſt. 3. attollitur vt Hilarius, in cuius libris pietas fidei non vacillat. Idem Hieronymus Epiſt. 3. ad Lætam, Eccleſiæ Catholicæ aduerſus hæreticos acerrimum defenſorem venerandum quis ignorat Hilarium Epiſcopum Gallum? Sanctus Auguſtinus lib. 1. contra Iulianum Pelagianum cap. 3. de quo plura ipſe Hieronymus Catalogo, & Chronico, & Ruffinus apud Euſebium lib. 10. cap. 31. Caſſianus lib. 7. de Incarn. Honorius c. 100. Trithemius, Poſſeuinus, & Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Martyrologium 13. Ianuarij, quo die tranſiit 369. apud Baronium, & Galtherum ſæculo 4. Petrus Damianus ſermone 150. De eius tranſlatione, Gregorius Turonenſis libro 1. cap. 38. & 39. hiſtor. Franc.

& cap. 2. de Glor. Confeſſor. Robertum S. Mariani Autiſſiodorenſis Monachum in Chronico. Ei verò ſequens Epitaphium fuiſſe appoſitum vetus Codex teſtatur:

Hilarius cubat hac Pictauus Epiſcopus vrnâ,
Defenſor noſtræ terrificus fidei.
Iſtius aſpectum ſerpentes ferre nequibant,
Neſcio quæ in vultu ſpicula ſanctus habet.

Vide Baptiſt. Mantuanum in faſtis. Duas habet Eccleſias in vrbe, vnam Abbatialem, alteram Collegialem, cuius Decanus vtitur ornamentis Epiſcopalibus, in quâ ſtatutum viget, vt ante omnia de Canonici cooptandi moribus inquiratur, apud Chopinum lib. 1. Politiæ ſacræ tit. 8. n. 6. Extat quoque apud Caniſium hoc Carmen Theodulphi Aurelianenſis.

Gallia me genuit Pictauis ore tonantem,
Doctorem Hilarium miſit alumna ſuum.

Vnde à Ioanne de Nigellâ in Chronico Lemouicenſi dicitur nimiâ profunditate ſubtilis, & cautiſſimus diſputator, ſcripturarum abyſſus, ſcientiæ theſaurus, & doctrinæ lux: quem ideò ſic alloquitur Fulbertus Carnotenſis: Tu dereliquiſti nos ſancte Pater Hilari, qui olim vnitatem Eccleſiæ Spiritus ſancti gladio tuebaris.

11. *Paſcentius* alter, ſi Prior admittatur.

12. *Quintianus.*

13. *S. Gelaſius.* Eius corpus quieſcit in Eccleſiâ S. Hilarij, cui Gelaſio poſt longa temporum curricula, anno ſcilicet 1109. Prioratum dicauit Radulphus *de Luſignan*, cognomenque S. Gelaſij indidit primogenito Hugoni, vulgò *de S. Gelais*, quod in gentem nobiliſſimam (vtinam vbique) cum auitâ pietate tranſiit.

14. *Antemius*, vel Attemius, vulgò *S. Aneſme.*

15. *S. Maxentius*, frater Maximini Archiepiſcopi Treuirenſis 28. alius à S. Maxentio Abbate, qui nomen dedit nobili oppido Pictonum, vulgò *S. Maixent*, cuius Abbatis feſtum celebratur 26. Iunij in Martyrologio.

16. *Perennis.*

17. *Minerius*, vel Migerius, vel Mineruius.

18. *Lupicinus.*

19. *Pelagius.*

20. *Iuſtitius*, vel Lucticius.

21. *Lupicinus* 2.

22. *Eſichus*, vel Eſichius.

23. *Eſichus*, vel Eſichius 2.

24. *Antonius.*

25. *Adelphius.*

26. *Elaphius*, vel Elapius.

27. *Daniel.* Concilio 4. Aurelianenſi 545.

28. *S. Pientius, S. Pien*, cuius tempore Eccleſia S. Crucis à S. Radegonde fundatur. Memoratur à Gregor. Turon. lib. 4. cap. 18.

29. *Paſcentius* 3. Ei dicat vitam S. Hilarij Fortunatus, eum appellans Dominum ſanctum, & meritis beatiſſimum Papam, apud Surium 14. Ianuarij. Eius meminit Gregor. Turon. lib. 4. cap. 18. & lib. 10. cap. 15.

30. *Maroueus*, apud Gregor. Turon. lib. 7. c. 27. & lib. 9. c. 41. & lib. 10. c. 15. Baron. 566.

31. *Plato*, vel Platonus, Fortunat. lib. 10. cap. 7. Eius adhuc Archidiaconi meminit Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 49.

32. *Fortunatus*, ex Italiâ in Galliam venit 575. Reginoni, & Sigeberto, vir egregius, ingenio clarus, ſenſu celer, ore ſuauis, Chron. Autiſſiodorenſe, Baron. 568. & 570. Bellarminus, Poſſeuinus, & Trithemius, cuius Poëmata vulgauit, & illuſtrauit Chriſtophorus Brouerus S. I. Meminit etiam Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 8. de Gloriâ Martyrum cap. 42. & de Gloriâ Confeſſ. cap. 16. Aymoinus lib. 3. cap. 13. Hincmarus Præfat. in vitam S. Remigij, Paulus Diaconus lib. 2. cap. 13. hiſt. Longobardorum, Sigebert. cap. 45. Vir. illuſtr. Eius feſtum licet in Martyrologio Romano non reperiatur, attamen habetur in Additionibus Molani ad Vſuardum 18. Iunii. Vide Indicem librorum expurgandorum Magiſtri ſacri Palatii, pag. 269. De eo quoque Petrus Venerabilis ad Petrum Pictauienſem:

Nec te prateream primus adæquande Poëtis,
Fortunate tuum quod probat ingenium.

Scripſit prætereà Fortunatus vitam S. Radegundis, ex Reginâ Monialis, quæ tranſiit in hac vrbe 13. Auguſti 590. vel circiter, Baronio in Martyrol. & Annalib. vbi de ea pluribus agitur, & apud Vionem in Martyrologio Monaſtico, & l. 4. c. 14. Vide & Turon. n. 19.

33. *Caregeſilus*, vel Careſigilus.

34. *Euraldus.*

35. *Ioannes.* Flodoardus l. 2. c. 5. ſubſcribit priuilegio S. Landerici Epiſcopi Pariſienſis pro Dionyſianis, circa A. C. 662.

36. *Dido,*

36. *Dido*, ex Abbate ſancti Maxentij 657. Sigeberto, & Continuatori Aymoini lib. 4. cap. 42. Auunculus ſancti Leodegarij Archidiaconi Pictauienſis, poſteà Epiſcopi Æduenſis 28. in Breuiar. Aurelianenſi, Lingonenſi, & Æduenſi, 2. Octobris.

37. *Anſoaldus*. In Synodo Rotomagenſi 682. Baron. Surio in vitâ ſancti Aychardi Abbatis Gemeticenſis, & in vitâ ſancti Leodegarij, Gaguin. lib. 3. Fortè ille eſt qui defenſor Eccleſiæ Pictauienſis ab Aymerico lib. 4. cap. 34. appellatur.

Vita S. Leodegarij ſcripta eſt ab Vrſino iuſſu Anſoaldi, apud Surium.

38. *S. Euparchius. S. Cibard.*

39. *Maximinus*, vel Maximus.

40. *Gautbertus*, vel Vatbertus.

41. *Godo*, aliàs Dodo, vel Dido 2. *de Roche-chouard.*

42. *Magnobertus.*

43. *Gertaldus*, vel Bertaldus.

44. *Benedictus.*

45. *Ioannes.*

46. *Bertrandus*, vel Beltradus.

47. *Sigibrannus*, cui à nonnullis ſubijcitur:

Fridebertus, ex Chartâ Pipini Regis Aquitanorum 4. Calend. Decembris, Indict. 12. anno 21. regnante Domino Ludouico Imperatore, 20. regni Pipini, id eſt A.C. 833.

48. *Ebroinus* 838. de quo Aymoinus, ſeu eius continuator lib. 5. cap. 19. & *Vion*, Capitular. Caroli Calui tit. 3. vbi Sirmundus. Hîc verò primus iunxit Abbatiam Epiſcopatui, ſcilicet Abbatiam ſancti Germani Pariſienſis, quam 19. Abbas obtinuit cum Epiſcopatu Pictauienſi. Nobiliſſimus & venerabilis dicitur in vita Ludouici Pij, & tranſlator corporis ipſius Germani apud Baron. 845. ex Aymoino, qui eam tranſlationem & miracula duobus libris deſcripſit apud Surium. Memoratur etiam Ebroïnus 71. cap. 4. 6. & 17. libri miraculorum S. Mauri apud Breulium, vbi dicitur feciſſe Diaconum Gauſlinum Glannofolij Abbatem, de quo Monaſterio diœceſis Andegauenſis S. Mauri opera fundato infrà dicetur in deſcriptione Abbatiarum.

49. *Ingenaldus*, vel Ingenoldus. In Concilio Piſciaco 862. ſubſcripſit fundationi Monaſterij Burgidolenſis, cum ſuo Primate Gerontio Archiepiſc. 52. Bituricenſi. Hoc autem loco poni debet Frotarius, ex Archiepiſc. Burdegalenſi hanc ſedem, inde Bituricenſem occupans, ſed nihil in numeris nunc immutamus vulgaribus.

Bourgdeux.

A 50. *Egfridus* tempore Pipini Regis Aquitaniæ. Memoratur in epiſtolâ 111. Ioannis 8. Indict. 11. 3. Calend. Septembris, in Concilio Trecenſi 878. & epiſtolâ 121. in quâ memoratur Frotarius Archiepiſcopus Bituricenſis.

51. *Frotarius*, electus anno 900. quo Egfridus obiit, ex Chronico Malleacenſi M.S. penes eumdem Dominum *de Beſly*. Iacet in Abbatiâ S. Cypriani, quam fundauit, permittentibus Radulfo Francorum Rege, & Vilelmo Pictauorum Comite, ac Ioanne 12. Papa confirmante.

B 52. *Alboinus*, vel Albonius. Ordinatur 937. cui à nonnullis ſubijciuntur Rophaldus, & Ricarius, perperàm.

53. *Petrus*. Obiit 975.

54. *Gilbertus*. In Monaſterio Malleacenſi humatus, Ademaro, cui veneratiſſimus dicitur.

55. *Iſambertus Chaſtelaillon*. Interfuit dedicationi Sancti Saluatoris Lemouicenſis 1028. 15. Calend. Decembris Baronio.

56. *Iſambertus* 2. *de Chaſtelaillon*, ſuperioris nepos. Interfuit fundationi Monaſterij noui 1066. Quo etiam tempore Prioratum ſancti Pauli dotauit in vrbe, & fundauit Eccleſiam ſancti Iacobi in Caſtro-evraldi *Chaſtel-eraud*. Ei verò ſcribit Gregorius 7. l. 1. epiſt. 73. A.C. 1073. vt in Concilio Prouinciali rationem reddat Metropolitæ ſuo de Nobiliaco Monaſterio, quod Clerici ſancti Hilarij per vim ab eo detineri querebantur, & lib. 2. epiſt. 23. 1074. eum excommunicans, niſi paruerit. Obiit 1086. C

57. *Petrus* 2. Ei ſcribit Iuo epiſt. 36. de quo Guilelmus Malmeſburienſis l. 5. Quo ſedente, & inſtante fundatur Abbatia Fontis-evraldi, de quâ infrà, cùm D Abbatias Franciæ Alphabeticâ ſerie dabimus. Eius meminit Gaufridus Monachus in vitâ S. Bernardi Pontiuenſis. Intereſt Concilio Claromontano 1095. & memoratur in Charta S. Nicolai Andegauenſis 1105. 10. Cal. Maij.

58. *Guilelmus* 1. cognomento Gillebertus, aliàs *de Ragioles*, Ordinatur 1117. moritur 1123. de quo Malmeſburienſis, eoque ſedente habitum Pictauienſe Concilium, Baron. quod citatur à Gregorio 9. c. 1. de ætate, qualitate, & ordine præficiendorum c. 1. de filiis Preſbyterorum, c. 1. de Cleric. non reſidentibus, & c. 1. de vitâ, & hon. Cleric.

59. *Guilelmus* 2. cognomento Adelinus, *Adelin*. Nominatur 1126. in

Chartâ Vilelmi 9. Ducis Aquitanorum 1137. vir honeſtus, homo Catholicus, in defenſione vniuerſalis Eccleſiæ ſtabilis, violenter expellitur à Gerardo Epiſcopo Lemouicenſi Antilegato, auctor vitæ S. Bernardi l. 2. c. 6. & in vitâ S. Guilelmi Comitis Pictauienſis, apud Surium 10. Februarij.

60. *Grimoardus* 1146.

61. *Gilbertus* Porretanus, *de la Porée*. Errores abiurauit coram Eugenio 3. Papa 1148. præſente S. Bernardo. Vide D. Thomam part. 1. quæſt. 28. art. 2. auctorem vitæ ipſius ſancti Bernardi libro 3. capite 5. Othonem Friſinghenſem libro primo, capite 46. Andream *du Cheſne* in Eugenio 3. Moritur vir religioſus, & multiplicis doctrinæ, qui Pſalmos, & epiſtolas luculenter expoſuit, Trithem. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Henricus Gandauenſis c. 17. de Viris illuſtribus. De eo plura Baronius 1148. Otho Friſinghenſis l. 1. c. 56. & 57. Paulus Æmilius l. 5. S. Bernardus ſermone 80. in Cantica, Vincentius Bellouacenſis c. 86. l. 27. Robertus in Supplemento Sigeberti, Poſſeuinus in Apparatu ſacro, S. Antonin. tit. 17. cap. 1. §. 17. Genebrardus in Eugenio 3. Prateolus V. Gilbertus Porretanus, Galtherus ſæculo 12. Chron. Lemouicenſis, vbi dicitur Doctor eximius, & tàm ſcientiâ liberalium artium quàm ſcripturarum diuinarum exercitatus plurimùm, ac ferè incomparabiliter eruditus.

62. *Chaſlo*, vel Chalo, vel Kalo 1157. ſedit ann. 2. menſes 10.

63. *Laurentius*, intereſt tralationi S. Florentij Salmurienſis 6. Nonas Maij 1159. Nominatur in Chartâ Monaſterij noui 1160. ſedit ann. 2. d. 2.

64. *Ioannes*, inde Narbonenſis, poſteà Lugdunenſis 79. vbi plura, ex Ægidio *Bry* in Annalibus Pertici, & Alenconij. Meminit Rogerius Houeden, & Baron. 1178.

65. *Guilelmus* 3. cognomento Temperij. Intereſt tralationi ſancti Stephani Grandimontenſis. Obiit 1197. apud Houedenum vbi miraculis poſt mortem claruiſſe dicitur, & coli inſtar ſancti in Monaſterio S. Cypriani.

66. *Aymarus*, vel Ademarus, vel Aimarus de Peyrato, ſedit tantùm ſeptem ſeptimanas, & duos dies, in Chronico Turonenſi 1197. cuius electionem confirmat Innocentius 3. libro 1. epiſtola, Cùm iuſtus Dominus, & eodem libro eius, vt mortui meminit

A anno 1198.

67. *Mauricius de Blaſon*, ex Nannetenſi 49. poſtulationem de eo factam à Capitulo probat Innocentius 1198. lib. 1. epiſtolarum, vbi de minore ciuitate ad maiorem, de populosâ diœceſi in populoſiorem, & de nobili ad nobiliorem Eccleſiam transfertur. Quo loco notandum licentiam à Pontifice conceſſam, vt fiat tranſitus ad maiorem dignitatem, non extendi ad parem, vel minorem C. vltimo de tranſlatione Epiſcoporum. Is verò nominatur in Inſtrumento Prioratus de Vallibus 1201. in Chartulario Sandionyſiano. Obiit

B 1210. In eius ſigillo ſpectatur imago Epiſcopi ex vnâ parte, & in alterâ manus duplicem clauem tenens.

68. *Guilelmus* 4. Præpoſiti ſedit ann. 10. Nominatur 1223. & 1224. in Chartâ Maurolij.

69. *Philippus*. Viuebat 1226. & 1228. ſedit circiter ann. 2.

70. *Ioannes* 4. de Meloduno 1239. & 1270. ſtagia, ſeu ſedes, & candelabra in Eccleſiâ fieri curauit. Eo autem ſedente exemptio Eccleſiæ ſancti Hilarij ſententiâ Vrbani 4. confirmatur 19. Octobris 1264. vt notat Ioannes

C Lomeda tractatu Exemptionis Eccleſiaſt. cap. 4. cuius tempore 1267. conduntur Franciſcani in vrbe ab Alphonſo Comite. Franciſcani Pictauij.

71. *Hugo* de Caſtro-rodulphi, *Chaſteau-roux*, diœceſis Bituricenſis. Obiit 1271. Petro *Garnier* vrbis Maiore, poſt ſedem annorum 12. & ſeptem hebdomadarum.

72. *Galtherus de Brugis* Minorita. Viſitatur iuridicè à Simone Archiepiſcopo Bituricenſi Aquitaniæ Primate 1284. vt conſtat ex actis viſitationis in Archiuo Bituricenſi: quam rem attingit

D eruditiſſimus antiquitatis Eccleſiaſticæ indagator Iacobus Sirmundus in Propemptico aduerſus Salmaſij Euchariſticon. De eo plura Molanus Natal. Belgic. 22. Ianuarij, Gazæus in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Belgicâ, Andreas *du Cheſne* in Clemente 5. Bzouius 1307. numero 13. quo anno obiit 21. Ianuarij in Vigiliâ ſancti Vincentij, Antonin. tit. 24. cap. 9. Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Galtherus Tabulâ Chronologicâ, Franciſcus Gonzaga in hiſtoriâ Seraphicâ, Volaterranus lib. 21. Meyerus 1293. Couſinus in hiſt. Tornacenſi, Miræus faſtis Belgicis, Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, Iacobus Bergomas l. 3. Supplem. Chronicor.

& Antonius

Antonius Sander. de Brugenſibus eruditione claris. Eo ſedente Ruffiaci in hac diœceſi habita Synodus 1304. Scripſit autem Galtherus in Sententias, Quodlibeta, & Sermones, vt ex citatis auctoribus patet.

73. *Arnaldus d'Aux*, nobilis Vaſco, diœceſis Condomenſis, Cardinalis de Auxio, Onuphrio, de Auxilio, Ciacono. Ingreditur vrbem 7. Maij 1307. Intereſt Synodo cuidam in ſua diœceſi habitæ 1326. vt vult Maſſonus. Quo anno videtur obiiſſe Auenione Epiſcopus Sabinus, & Pictauienſis adminiſtrator. Eo autem ſedente Maleacenſis, & Lucionenſis Epiſcopatus noui eriguntur à Ioanne 22. qui à Pictauienſi illos auulſit. Hîc autem notabis vix ſtare poſſe, quod Iacobus Brulius ſcribit in Theatro Antiquitatum Pariſienſium, exiſtimans Ioannem Monachum Cardinalem Collegij de ſuo nomine Lutetiæ fundatorem fuiſſe Epiſcopum Pictauienſem, quem inter Meldenſes 68. recenſuimus mortuum 1313. Iacet Arnaldus in Eccleſia ſancti Petri de Romano diœceſis Condomenſis, in qua Canonicorum inſtituerat Collegium.

74. *Fortis*, vel Fortius *d'Aux*, Arnulphi nepos. Nominatur in Charta Burgulienſi 1326. Obiit 1357. cui à nonnullis ſucceſſor datur Ioannes 5. qui moritur 1362. Aymerico *d'Atlon* Maiore. Videtur autem eſſe error in numeris eorum, qui Fortium ſediſſe 45. annos dicunt.

75. *Aymericus de Montibus*. Nominatur 1363. Synodum habet 1367. Obiit 1369. ſedit ann. 8. cuius tempore 1365. 19. Septembris ad hanc vrbem infeliciter pugnatum eſt à Francis contra Anglos, Ioanne noſtro Rege ab hoſtibus capto, vulgò *La Iournee de Maupertuys*.

76. *Guido* de Maloſicco, *Maleſec*, dominus Caſtri-lucij apud Lemouices, ex Lodeuenſi Epiſcopo, poſteà Cardinalis à Gregorio 11. 1374. factus. Iacet apud Prædicatores Pariſiis, vbi Legatus Pontificis Maximi auunculi ſui honeſtè mortuus eſt 8. Idus Martij 1411. poſtquam rexiſſet Eccleſiam Præneſtinam Cardinalem 38. annos. Itaque fortè reliquerat cathedram Pictauienſem 1373. vel ſaltem 1378. quam ceſſionem Bochetus vocat obitum.

77. *Bertrandus* de Malo-monte, *Maumont*, vir probus, & doctus. Conſecrat Eccleſiam cathedralem 17. Octobris 1379. Epiſcopatus 1. Obiit 1384. ſepultus in eadem cathedrali in Capella S. Andreæ.

78. *Simon* de Cramaudo electus 1388. ex Cancellario Ioannis Pictonum Comitis. Quo ſedente apertum fuit ſepulchrum ſanctæ Radegondis, eiuſque corpus inuentum fuit integrum. Transfertur verò Simon ad Remenſem Eccleſiam, vt ibi diximus num. 71. Iacet tamen in cathedrali hac Pictauienſi 1429. in qua fundauit ſex pueros Chori, ſeu Clericulos cum Magiſtro, & Anniuerſarium ſolemniter peragendum die vltimâ cuiuſlibet menſis, datâ ad id terrâ de Noſileyo, proprio, & ſimplici nomine acquiſita die Mercurij 2. Iulij 1421. Indict. 14. præſentibus Guilelmo de Feudello Decano, Itherio de Martrolio Cantore, Petro Epiſcopo Gabulenſi Ordinis ſancti Auguſtini. Notabis itaque Simonem fuiſſe primò propriè Epiſcopum, poſteà verò Adminiſtratorem huius Eccleſiæ Pictauienſis, ſicque vocare Gerardum de Monte acuto prędeceſſorem ſuum.

S. Radegundis. De qua Martyrol. 13. Aug. Baro.

Nouſiley.

Feudelle. Martreuil.

79. *Ludouicus* de Barro, *de Bar*, Cardinalis, Ioannis Franciæ Regis, ex ſorore nepos, Epiſcopus Lingonenſis 80. & Virdunenſis 77. & Pictauienſis Epiſcopatus adminiſtrator perpetuus, malè Aurelianenſis aliis dicitur.

80. *Ytherius* de Montrolio, *Montreuil*, vel Marolio, *Mareuil*, ſed rectiùs de Martrolio, *Martreuil*, Franciæ Cancellarius Carolo 6. Rege, apud Feronem, vbi eius inſignia proponit, ex præpoſito Audomarenſi, & Cantore Pictauienſi, ac Anicienſi Epiſcopo, huc tralatus 1393. Synodum habuit 1396. Obiit 1405.

Portoit d'argent au cheuron de gueule accompagné de 3. tourteaux de ſynople au chef vairé d'or & d'azur.

81. *Gerardus* de Monte-acuto. Nominatur in executione litterarum pro fundatione ſanctæ Capellæ Bituricenſis 1405. Legendus Monſtreletus volumine 2. c. 59. vbi S. Maxentij Abbas ei ſcribit de Concilio Piſano. Recenſetur Præſes Curiæ Iuuaminum 1425. quo tempore in hanc vrbem Carolus 7. cum Parlamento eam Curiam tranſtulerat. Inde fit Pariſienſis 92. Epiſcopus, & Præſes Cameræ Computorum.

82. *Petrus* Trouſſelli, Bituricus ciuis, & Canonicus, S. Audomari præpoſitus, huic Cathedræ præfuit, ex quâ in Remenſem euehitur. Ibi lege numero 72.

83. *Guilelmus de Combarel*, ſic eiuſdem gentis Franciſcus *de Combarel* Abbas Virzionenſis, & Exſoldunenſis.

84. *Guilelmus de Charpaigne*, Martini 75. Claromontenſis Epiſcopi nepos, confirmatur 1441. ab Henrico Lauaugourdo Archiepiſcopo 81. Bituricenſi Primate ſuo, ad quem appellauerat à Petro Archiepiſcopo Burdegalenſi. Hoc verò ſedente fundatur Academia Pictauienſis 1421. Carolo 7. Rege.

Academia Pictauienſis.

85. *Iacobus* Iuuenalis de Vrſinis, ex Archidiacono Pariſienſi, Patriarcha Antiochenus, & Adminiſtrator huius Pictauienſis Eccleſiæ relicto Archiepiſcopatu Remenſi fratri ſuo Ioanni 75. Obiit 12. Martij 1456. habetque Anniuerſarium 13. Octobris in Eccleſiâ Bituricenſi, & apud Carthuſianos Pariſienſes. Fuit etiam Prior 42. S. Martini Pariſienſis, cuius, vt in eo Prioratu, ſic in hoc Epiſcopatu, ex nonnullorum ſententiâ ſucceſſor fuit Ioannes *de Montalambert*, poſteà Montalbanenſis mortuus 1471.

86. *Leo*, vel Lionetus, Ioannis *Guerinet*, & Perrettæ, ſeu Petronillæ *Graſſeteau* filius, Conſiliarius Parlamentaris Lutetiæ, ſororem habuit Perrettam, vxorem Ioannis Pagani, Domini *de la Fougereuſe*, vnde malè à quibuſdam noſter hic Præſul appellatur Leo Pagani, qui creatur Epiſcopus 1453. Quo tempore floruit Nicolaus de Orbellis minorita.

87. *Ioannes du Bellay*, Abbas Cormeriaci. Obiit 1478.

88. *Guilelmus de Clugny* Burgundus Æduus. Memoratur Philippo Cominæo lib. 5. c. 17. Cancellarius Franciæ, Ludouico 12. Rege, frater Ferrici Epiſcopi 70. Tornacenſis. Vide Æduenſes n. 76. in Ioanne Rolino.

89. *Petrus* de Ambaſia, filius Petri Domini de *Chaumont*, & Annæ *de Bueil*, ex Abbate S. Iouini. Obiit 1505. ſepultus in Eccleſiâ *de Diſſay*, quam conſtruxerat.

Porte d'or à vn cheuron de gueulles, accompagné de 3. aigles d'azur, 2. en chef, & vne en pointe.

90. *Ioannes* de Trimolliâ Cardinalis, poſteà Archiepiſcopus Auſcenſis. Vide ibi.

91. *Claudius de Huſſon*, aliàs *Tonnerre*, filius Caroli *de Huſſon*, & Antoniotæ Trimolliæ ſucceſſit auunculo. Obiit 1521. At ei Ludouicus ſucceſſor fuerat deſtinatus vix annos 18. natus, qui cum bullis ritè expeditis hunc Epiſcopatum, vſque ad annum ætatis circiter 30. Subdiaconus diſpenſatur vt matrimonium contraheret ad dignitatem domus tuendam, vnde plurima dependent feuda titulo comitatus inſignitæ, & vbi magnæ affluunt opes, quæ ad fœminas alioquin deueniſſent. Quo factum fuiſſet vt clariſſimæ gentis memoria aboleretur, vnde ſua Maieſtas & reſp. detrimentum caperet. Quippe quorum non parum intereſt habere vaſſallos illuſtres atque opulentos, qui pro patriæ incolumitate arma, vt debent, capeſſant. Id autem Ludouicum præſtare poſſe officio eccleſiaſtico liberatum, veſtigia maiorum ſuorum ſequendo, quorum virtutem egregiaque geſta abundè Gallorum Annales teſtantur, eiuſque rei fidem facere vel Claudium Ludouici fratrem natu maiorem Ticinenſi prælio nouiſſimè deſideratum. Hæc verò ſumpta ſunt ex mandatis quæ Franciſcus primus Rex dabat Franciſco Tintauillano Autiſſiodorenſi Epiſcopo Oratori ſuo Romæ, ſubſignatis *Beſenetel*, apud *Villecher* Nannetenſis diœceſis 1532. die 21. Iunij.

Porte eſcartelé au 1. & 4. de Huſſon, qui eſt d'azur à 6. annelets d'argent, 3. 2. 1. au 2. & 3. de Chalon en de Tonnerre, qui eſt de gueulle à la bande d'or.

92. *Gabriel* Cardinalis *de Grammont*. Iniit poſſeſſionem 26. Martij 1532. fuit etiam Archiepiſcopus Toloſanus, vbi vide.

Porte d'azur à vn lion d'or.

93. *Claudius* de Longo-vico Cardinalis *de Giury* ingreditur vrbem ſolemniter 1541. poſteà Lingonenſis 89. vbi plura.

Porte d'azur à la bande d'or.

94. *Ioannes d'Amoncour*, nondum Epiſcopus à Rege commendatur Papæ, vt ei conferatur Abbatia Longi-vadi 22. Decembris 1531. vocante eum Doctorem legum, & affinem Claudij Epiſcopi Lingonenſis, cuius & fuit Vicarius generalis, & Prior Sanctorum Geminorum, necnon maior Archidiaconus Lingonenſis, ingreditur vrbem 1555. Ex eadem verò gente Ludouica *d'Amoncour* Abbatiſſa Rubei-montis, diœceſis Lingonenſis Ordinis Benedictini 1575. Iacobus de Amoncuriâ Præcentor Lugdunenſis, & Vicarius generalis cui Symphorianus Champerius dicat librum de Claris Lugdunenſibus 1507. 14. Auguſti.

D'Amoncour porte de gueulle à vn ſautoir d'or.

95. *Carolus d'Eſcars* aliàs *de Peruſe*, nominatur 1564. & ſubſcribit contractui Piſciaci 1567. poſteà Lingonenſis 92. vide.

96. *Ioannes de Fay* 1568. Quo demortuo poſt ſedem 9. annorum, iterùm ſedit Carolus *Deſcars*, qui Gofrido reſignauit 1577.

97. *Gudefridus de Sainct-belin*, intereſt Concilio Burdegalenſi 1582. Eo ſedente Collegium Patribus S. I. datur in ipſâ vrbe, & Minimi in eadem vrbe ſtabiliuntur iuuante Domino *de Briſſac* Gubernatore 1591. Obtinet cum Capitulo à San-

Porte d'azur à 3. teſtes de leuier d'argent.

Patres S. I.

Minimi.

à Sandionyſianis partem ſincipitis S. Hilarij 1602. & 1607. 15. Iul. Capucinos recipit. Obiit 1611. 21. Nouembris poſt ſedem annorum 35. Cuius tempore 1608. obiit Nicolaus Rapinus poëſeos Latinæ, & Gallicæ peritus.

98. *Henricus* Ludouicus Caſtaneus, *Chaſtaignier*, filius Ludouici Domini *D'Abin, & de la Roche-poſay*, generoſæ nobilitati doctrinam, & pietatem ſeriò ab adoleſcentia iunxit. Interfuit Conuentui notabilium Rotomagenſi 4. Decembris 1617. Edidit librum cui titulus eſt: *Celebriorum Diſtinctionum, cùm Philoſophicarum, tùm Theologicarum ſynopſes*, item ſcripſit Nomenclatorem Cardinalium qui aliquid ab anno Chriſti milleſimo commentati ſunt. Eo verò ſedente Fuillentinæ in vrbe inſtituuntur ab Antonieta Aurelianenſi Marchioniſſa Bellæ-Inſulæ, quæ ibidem poſteà demoritur 1618. Sed nec indictum eſſe oportet, quòd ipſius Henici curâ, & operâ multi ſectariorum (quibus ſuperiorum fortè Præſulum incuriâ, Pictonum regio ſcatet) Catholicam fidem quotidiè amplectuntur. Qua in re tali, ac tanto duci milites ſui non deſunt, optimi quique ex Clero, inter quos Patrum Capucinorum ſolers pietas maximè commendatur. Et certè prudens, & diligens diſpenſator, & procurator nihil quicquam illi ſummo patri-familias gratius, & acceptius efficere poteſt, quàm ſi omnibus diei horis in amplam meſſem, & vindemiam copioſam operarios plures inducat. Eius autem immotæ mentis perpetuam, conſtantémque magnitudinem facilius in admirationem, quàm imitationem cadere nemo eſt qui non videat, his maximè temporibus, queis corrumpere, & corrumpi ſæculum vocatur:

I decus, i mundi melioribus vtere fatis.
Viue Deofelix, felici fine potire.

Beatus certè cui datum, & facere ſcribenda, & ſcribere legenda, Plin. lib. 6. epiſt. 16. Præterea hoc tempore 1623. 29. Martij obiit Scævola Sammarthanus, vir dignus Elogiis, quæ pluribus eruditiſſimis hominibus ipſe tribuit, qui quot filios, tot eximiæ virtutis, & excellentis doctrinæ viuas imagines orbi mirandas, & imitandas reliquit.

Portet d'or au lyon paſſant de ſinople. Roche-pozay ſur la Creuſe en Touraine.

Feuillien-tinæ.

Valafridus Strabo de Hilduino Archicapellano.

Podienſes Epiſcopi.

Le Puy.

ANITIVM, vel Auitium, quod & Podium *le Puy, ou le Peu*, oppidum eſt Vellaunorum, ſeu vrbs pagi Vellaunici ſeu Vellanenſis, ab alueo Ligeris leucâ vnâ, à fonte ſex leucis diſtans, gradu longitud. 24. 40. latit. 44. 35. altitud. ſolis 45. 25. vbi dies maxima horarum 15. 25. 30. vmbra æquinoctialis meridiana 58. 43. ad 60. ſub Toloſano Parlamento, & Archiepiſcopatu Bituricenſi, à cuius tamen iuriſdictione exemptus dicitur. An verò Anicium ſit nomen Græcum, viderit Bernardus Guido, qui illud tradit, & inuincibile, & inſuperabile interpretatur. Certè Podium videtur dictum à ſimilitudine Podij in Theatro, vel circo eminentis, & nobilis loci, vnde ſcena, ſtadium, & cauea deſpiciuntur. Qua de re poſt Vitruuium lib. 5. cap. 7. Lipſius de Amphitheatro, Bulengerus de Circo, & Sauaro in Sidonium lib. 8. epiſt. 9. quam in vrbem iam ab antiquis temporibus tranſlatus fuit Epiſcopatus à Sampauliano, quod nonnulli volunt eſſe Ruiſſium Ptolemæi lib. 2. cap. 7. Quod ſi verum eſt, malè in Tabulis eiuſdem Geographi ponitur ad Garumnam, quod ita magis conueniret Riuis *Rieux*. Anicium autem Gregorius Turonenſis vocat locum vrbis Vellauæ lib. 10. cap. 25. At in notitia Prouinciarum in Aquitania prima ponitur ciuitas Vellaunorum, vel Velaciorum, vel Vellaunenſium. In cuius diœceſi numerantur Parrochiæ 428. è quibus 7. in vrbe præter cathedralem Deiparæ ſacram, & ſumma Religione, præſertim ob frequentiam miraculorum cultam, cuius Capitulum conſtat 50. perſonis. Qua de re copioſè ſcripſit Odo Giſſæus S. I. Numerantur quoque hæ Abbatiæ:

Flor. 2550.

S. Petri in vrbe O.B. *Sainct Pierre de la Tour.*

S. Theofredi O. B. ſex leucis à Podio diſtans, *S. Chafre.* *Flor. 500.*

Silua Benedicta *Seaue Benitte* fœminarum O.C.

Bellæ-cumbæ fœminarum O. C. *Bellecombe.*

Doa O. P. *Doüe*, duabus leucis diſtans à Podio. *Flor. 80.*

Pſalmodij fœminarum *Pſeaulme, ou Saume.*

Huius porrò ſedis fuêre ſequentes Epiſcopi.

1. *S. Georgius*, à B. Petro miſſus. De quo poſt Odonem Giſſæum, Galtherus Tabulâ Chronolog. ſæculo 1.

2. *Macarius*, apud Galtherum ibidem.

3. *S. Marcellinus*, cuius corpus Moniſtrolij quieſcit, & feſtum 7. Iunij agitur.

4. *Roricius.*

5. *Euſebius.*

6. *S. Paulianus*, à cuius nomine Vallauum, vel Rueſſum dictum eſt Sampaulianum. De quo Martyrolog. Anicienſe 14. Februarij, & ipſe Pater Odo plura, tùm in hiſtoria Podienſi Gallicè ſcripta, cùm in Tabula Epiſcoporum Anicienſium Latinè edita, ſed ſine nomine, quam alij de verbo ad verbum tranſcripſerunt auctore ſuppreſſo, cui patria Caſtilio in Burgundia.

7. *S. Euodius*, vulgò *de Voſy*, qui ſedem Epiſcopalem Sampauliano Podium tranſtulit, Diuæque Mariæ templum excitauit anno 250.

8. *S. Scrutarius*, Pater patriæ nuncupatus.

9. *Epipodius.*

10. *S. Suacrius.* De quo & ſuperiore Martyrolog. Anicienſe 12. Nouembris.

11. *S. Armentarius.* Idem Martyrolog. ibidem.

12. *Fauſtinus*, apud Sidonium Apollinarem lib. 4. epiſt. 6. cui à nonnullis ſubiiciuntur Forbius, & Flauianus.

13. *S. Aurelius*, apud Gregorium Turonenſem lib. 10. cap. 25. circa ann. 595.

14. *S. Benignus.* Hoſpitalem domum in vrbe extruxit anno 1. ſedis.

15. *Sanctus Agripanus*, ſolus inter Epiſcopos Anicienſes Martyr Calendis Februarij. Habet Eccleſiam Collegialem in vrbe ſibi dicatam, vulgò *S. Agreve.*

16. *Dulcidius*, qui B. Agripani corpus Anicium aduexit 653.

17. *Higelricus.*

18. *Torpio.*

19. *Baſilius.* Baſilicam conſtruxit ad ſepulchrum S. Theofredi Martyris.

20. *Roricius* 2. ex domino Vellaunoro.

21. *Harduicus.* In Concilio Tullenſi 859. & Sueſſionenſi 866. vbi Valacenſis Epiſcopus nuncupatur.

22. *Vido*, ſeu Guido 875. in diplomate Caroli Calui. Intereſt anno ſequente 876. Synodo Pontigonenſi.

23. *Norbertus*, Guilelmi Aquitaniæ Ducis frater, Reliquias B. Georgij Anicium, & S. Marcellini Moniſtrolium ex Sampauliano tranſtulit.

24. *Adelardus.* Cui Rodulphus Rex ciuitatem dedit Anicium 923. vt eſt in diplomate hac de re confecto.

25. *Gotſcalcus.* Is Compoſtellam ciuitatem D. Iacobi peregrinus adiit 951. Baron.

26. *Arduinus.*

27. *Bego*, Clero cariſſimus, vt recitat vetus Calendarium.

28. *Hector.*

29. *Petrus.*

30. *Guido*, quibuſdam dictus *de l'Eſtrange*, ex Abbate Cormerienſi, Diuo Michaëli in excelſæ rupis vertice ædem conſtruxit, in qua aſcenditur 220. gradibus anno 984. ac D. Petri Cœnobium in vrbe ædificauit, vbi & ſepelitur. Quo Præſule vrbi conceſſa ſunt inſignia à Rege, Aquila, ſcilicet expanſa, & decem lilia.

31. *Stephanus* Guidonis nepos. In Concilio Romano depoſitus à Gregorio 5.

32. *Theotardus* 998. 21. Iullij in Bulla Silueſtri 2.

33. *Fredolus*, ſeu Fredoletus de Anduſia. Cœnobium D. Petri redditibus auxit circa ann. 1020. in Bulla Benedicti 8. pro Cluniacenſibus legitur, & Tredelo.

34. *Stephanus* 2. de Caſtro-Mercuriano *de Mercueur*, D. Odilonis Cluniacenſis nepos, quem poſteà Leo 9. dicitur exemiſſe à metropolitano Bituricenſi pallio donatum 1051. Baron. Eximi verò poſſe Epiſcopum à poteſtate metropolitani, auctoritate Papæ. Docetur in c. frater 16. quæſt. 1. Subſcripſit autem Stephanus teſtamento Hugonis Archiepiſcopi Veſuntini 8. Calend. Aprilis 1044. *Pallium.*

35. *Petrus de Caſtro-Mercuriano*, Stephani nepos. Creatur à Leone 9. 1053. ex Bulla in Archiuo ſeruata, ſepultus cum patruo in Prioratu Voltæ.

36. *Stephanus* 3. De quo Gregorius 7. l. 1. epiſt. 80. Baron. 1076.

37. *Ademarus*, ſiue Aymarus de Montilio. Subſcribit Inſtrumento pro Cluniacenſibus 1095. cum Hugone Lugdunenſi, Aganone Æduenſi, & Odone Burgundiæ Duce. Legatus fuit ſummi Pontificis in expeditione Ieroſolymitana Duce Godofrido Bullonio.

Qua

Qua de re Tyrius lib. 1. cap. 17. & lib. 2. cap. 18. & lib. 4. cap. 22. Sigebertus, Æmilius, & Baronius 1096. Obiit Antiochiæ 1098. Calend. Auguſti, vbi cum multis Chriſtianæ plebis lachrymis ſepultus eſt, vt eſt in veteri fragmēto Floriacenſi apud Pithœum, & in Chronico Lemouicenſi ad ann. 1096. Cùm, inquit, eminebant in hoc Dei hoſtico vir Dei per omnia clarus Dominus Ademarus Podienſis Epiſcopus, Godofredus Lotharingiæ Dux, &c.

38. *Pontius Mauricius.* A Paſchale 2. Pallio donatur 1105. 8. Calend. Aprilis Bullâ Laterani data, alius à Pontio Mauricio Abbate Veſalienſi, ſed fortè eiuſdem gentis.

39. *Pontius Turnonius*, ex Abbate 4. Caſæ-Dei 1130. S. Hugonem Gratianopolitanum Anicij ſuſcepit.

40. *Humbertus.* Eo poſtulante Ludouicus Craſſus 1134. Priuilegia Eccleſiæ Podienſis auxit. Obiit 17. Octobris 1144.

41. *Petrus* 2. 1145. Ludouicum 7. voti reum ſuſcepit.

42. *Petrus* 3. Bona Eccleſiæ ſummi Pontificis tutelâ communiri fecit 1154. De eo Stephanus Tornacenſis epiſt. 29.

43. *Aynardus.* In litteris Philippi Auguſti 1192.

44. *Bertrandus de Chalanconio* 1206. antiquum fœdus Eccleſiæ Anicienſis, & Cluniacenſis renouauit.

45. *Robertus de Mehun*, pro libertate Eccleſiæ à perduellibus perimitur 1219. in Chronico Autiſſiodorenſi fol. 112. & 113. 21. Nouembris, cùm interfuiſſet Concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. 1215. Conſule magnos Annales in Philippo Auguſto.

46. *Stephanus* 4. *de Chalanconio*, D. Dominicum Anicij vidit 1221. conſecrationis 2. cui & Pallium Honorius 3. contulit.

47. *Bernardus de Rupeforti.* Obiit 8. ſedis anno 1231.

48. *Bernardus de Monte-acuto.* Anicienſes minus ſibi obſequentes interdicto Eccleſiaſtico ligauit 1239. Obiit 23. Februarij 1245. ſepultus ad Prædicatores hoc Epitaphio:

B. vir diſcretus, affabilis, atque facetus,
Sobrius, & castus, pius, & ſine crimine faſtus,
Largus in expenſis Præſul iacet Anicienſis,
Hoc in ſarcophago præſens, vt monſtrat imago,
Cui de peccatis veniam da fons pietatis.

49. *Bernardus de Ventadour*, D. Ludouicum è Syria redeuntem Anicij excepit 1254. Primus Epiſcoporum Anicienſium reſignauit Epiſcopatum alteri ante mortem. *Eſchiqueté d'or, & de gueules.*

50. *Armandus de Poliniaco*, ex Abbate S. Petri Anicienſis Franciſcanorum Conuentus dilatauit 1257. Eiuſdem gentis Apollinaris, ſeu *Polignac*, Bertrandus Ruthenenſis, & S. Sidonius Claromontanus. *Facé d'argent & de gueules de 6. pieces, autres diſent de 8.*

51. *Guido* Falcodij Groſſi, & Germanæ filius eligitur ex Archidiacono 1259. mox 1260. Archiepiſcopus Narbonenſis, deinde Cardinalis S. Sabinæ, tamdem 1264. Papa Clementis 4. nomine, Vide eius vitam à Claudio Clemente S. I. editam Lugduni 1624. Groſſi autem gerunt pro inſignibus in ſcuto aureo aquilam nigram expanſam vnguibus & roſtro coccineam circumdatam limbo nigro octo globulis argenteis onerato.

52. *Guilelmus de Rota.* Conſecratur Romæ à Papa Vrbano 4. 21. Februarij 1268. Moniſtrolium oppidum, & Bellojocum Eccleſiæ ſuæ acquiſiuit, vt eſt in Carthophylacio 1270. Obiit 9. Auguſti 1282. Iacet in Monaſterio Caſæ-Dei, vbi fuerat Monachus.

53. *Petrus d'Eſtain.* Electus recuſauit ſuo Archidiaconatu Ruthenenſi contentus. Ex eadem gente B. Franciſcus Epiſcopus Ruthenenſis, Antonius Engoliſmenſis, Ioachimus Claromontenſis 86. & Petrus Bituricenſis Cardinalis.

54. *Fredolus*, ſeu Fredoletus Seguſianus. Carmelitas in vrbem aſſumpſit 1288. & anno ſequente obiit 4. Auguſti, apud Dominicanos ſepultus. *Carmelitæ.*

55. *Guido de Noua-villa*, Clientelaris fidei. Profeſſionem, ſeu hommagium de Comitatu Bigerronenſi à Ioanna Nauarræ, Franciæque Regina per Ægidium Archiepiſcopum Narbonenſem 1294. recepit, poſteà ad Santonenſem transfertur 1296.

56. *Ioannes de Cumenis*, ex Abbate 53. S. Germani Pariſienſis. Philippum Bellum Franciæ Regem Pariagio donauit 1297.

57. *Bernardus de Caſtaneto*, ex Albienſi, poſteà Cardinalis creatus à Ioanne 22. Puellas Religioſas vulgò *du Val* ſub Regula D. Auguſtini inſtituit.

58. *Guilelmus de Broſſia*, poſteà Meldenſis 69. 1317. tùm Bituricenſis 75. ac tandem Senonenſis 76. *D'azur à 3. gerbes d'or liées de gueules, 2. 1.*

59. *Durandus de S. Portiano*, è Domi-

uicana familia Claromontenſi, poſteà Meldenſis 70. 1326. An verò ſit idem cum Durando *Petit*, qui primus Epiſcopus Limoſenſis deſignatus fuerat à Ioanne 22. deinde etiam primus Alectenſis factus, haud certè ſcio, vbi in memoriam reuocabis nos dixiſſe Epiſcopatum Alectenſem primò deſtinatum fuiſſe Limolij, ſeu Limolij, nec opus eum mutare in Lemouicenſem.

60. *Petrus Gojoni* 1327.

61. *Bernardus Bruni*, ex Lemouicenſi Decano 1327. poſteà Nouioſnenſis 71. 1348.

62. *Ioannes Chandoratius*, ex Abbate 27. Caſedeenſi. Obiit 1358.

63. *Ioannes Ioſencus*, ex Valentinenſi 50. 1358.

64. *Bertrandus de Turre.* Iacet apud Franciſcanos 1381. poſt ſedem annorum 20. item Tullenſis.

65. *Bertrandus de Chanaco*, Archiepiſcopus Bituricenſis 82. Cardinalis, & Patriarcha Ieroſolymitanus, huius Eccleſiæ Adminiſtrator 1383.

66. *Petrus Geraldi*, ex Lodeuenſi 1384. poſteà Cardinalis titul. Sancti Clementis, ac tandem Epiſcopus Tuſculanus. Quem alij origine Lemouicenſem faciunt, & alij Delphinatem, natum in oppido S. Symphoriani inter Lugdunum, & Viennam, de quo Ciaconus pag. 566. & Onuphrius, qui aiunt eum etiam fuiſſe Maiorem Pœnitentiarium Curiæ Romanæ Auenione ſub Clemente 7.

67. *Ægidius Iſſalni de Bellamera*, ex Rotæ Auditore relicto Vaurenſi Epiſcopatu, ad Anicienſem 1390. tranſlatus eſt, & inde ad Auenionenſem cathedram, nondum tunc metropolitanam perrexit.

68. *Iterius de Montrolio*, ex Cancellario Ducis Biturigum, & Caroli 6. & Audomarenſi Præpoſito ab Anicienſibus ad Pictauienſes migrauit 1393.

69. *Petrus de Altaco*, Compendij ad Oëſiam in Picardia natus, primò Podienſis, inde Vaurenſis, & Cameracenſis, ac Cardinalis. Vide Cameracenſes num. 65.

70. *Elias de l'Eſtrange*, Theologus, & Orator eximius, ex Santonenſi 52. Interfuit Concilio Conſtantienſi vt Epiſcopus Anicienſis 1417. Vide ſeſſionem 20. hic ab aliis cognominatur de Berangiis, pro Leſtrangiis. Patruum habuit Guilelmum Archiepiſcopum Rotomagenſem 70.

Clerici teſtamentum 71. *Guilelmus de Chalanconio*, ex Præpoſito electus 2. Iulij 1418. Obiit 25. Nouembris 1443. ſepultus ad Minoritas, Curionibus ſuis condendi teſtamenti factâ poteſtate. Teſtari autem poſſe in Gallia conſuetudine receptâ Clericum inferiorem Epiſcopo, non Religioſum etiam de fructibus ſuorum Beneficiorũ, non tantùm in vſus pios, ſed & aliter, ac ſi ab inteſtato ſuccederent parentes, quamuis diuites; in omnibus generatim, non tantùm in modicis, & ſic per illam Conſuetudinem, vbi recepta eſt, tolli ius commune teſtatur Azor part. 2. lib. 7. cap. 9. lib. 8 cap. 4. & lib. 12. cap. 11. Porrò Guilelmo Præſule conduntur Clariſſæ 17. Aprilis in vrbe, à Claudia *de Roſſillon* vidua Armandi Vicecomitis *de Polignac*, Antonio de Maſſa Generale præſente B. Coletâ 1432. Clariſſæ.

72. *Ioannes Borbonius*, Ioannis Ducis Borbonij, & Aruerniæ Comitis filius naturalis, diſpenſatus ſuper defectus natalium ab Eugenio Papa anno Pontificatus 9. vir Angelicis virtutibus, & diligens operarius in vinea Domini, primo Abbas ſancti Andreæ prope Auenionem, inde Cluniaci 42. poſteà ad hanc ſedem euectus 2. Decembris 1443. ac tandem Lugdunenſis Archiepiſcopatus Adminiſtrator pro Carolo nepote Archipræſule 102. adhuc adoleſcente. Obiit 2. Decembris 1485. in Prioratu S. Ramberti, ſepultus Cluniaci, tantâ pietate, ac liberalitate, vt ad 30. Miſſas in dies ſingulos perpetuò faciendas reditus aſſignaſſe dicatur.

73. *Godofredus de Pompadorio*, ex Petrocorienſi 1485. Præſes Cameræ Computorum 1486. Pariſiis. Obiit 1514. *Pompadour porte d'azur à 3. tours d'argét 2. 1.*

74. *Antonius de Chabanis.* Pallij confirmationem obtinuit à Leone 10. 1515. Quo ſedente conditur Eccleſia cum hoſpitali S. Sebaſtiani 1526. *De gueules au lion d'hermines couronné, lampaſſé, & armé d'or.*

75. *Franciſcus de Sarcus*, patriâ Picardus. Statuta Sacerdotibus ſuæ diœceſis 1557. condidit. *De gueules au ſautoir d'argent accompagné de 4. merlettes de meſme.*

76. *Martinus de Beaulne*, tantùm deſignatus, 1557. Quo procurante Anicienſes Cœnarchiam ab Henrico 2. impetrant, Abbas Regalis-montis, & ſancti Petri in Vallea, ac Cancellarius Catharinæ Reginæ.

77. *Antonius de Senectere*, aliàs de ſancto Nectario. Cõſecratur Epiſcopus à Cardinale Armeniaco Archipræſule, & Collegato Auenionenſi 24. Decembris 1563. Collegium S. I. 1588. admiſit. Iacet in Abbatia Monaſterienſi, quam obtinebat. Fuit & alius eiuſdem nominis Præſul 83. Claromontanus. *Senectere porte d'azur à 5 fuſées d'argent.* Collegium S. I.

78. *Iacobus*

78. *Iacobus de Serres*, Abbas Monte-burgenſis in Normania. Poſſeſſionem adiit 1597. 19. Aprilis. Templi Collegij Societatis Ieſu fundamenta iecit 1604. & Conuentus ſanctæ Catharinæ Senenſis eodem anno, & 1613. dedicauit Eccleſiam Capucinorum, quos Vrſulanæ. admiſerat 3. Iunij 1607. Vrſulanas quoque in vrbem recepit.

79. *Iuſtus de Serres*, nepos ſuperioris. Abbas etiam Montiſburgi. Quo ſedente obiit 1622. 25. Decembris in hac vrbe frater *Deſiderius Robert*, nepos meus cariſſimus, Minoritarum Auguſtoduni Guardianus, eiuſdemque Ordinis apud Lugdunenſes, iterùm Prouincialis, Doctor Pariſienſis, qui ſcripſit Homelias in Pſalmum 14. *Domine quis habitabit.*

S. Pont de Tomieres.

S. Pontij Tomeriarum.

Flor. 3400. S.PONTII Tomeriarum vrbs in Conualle, ad fontem ex antro ſcaturientem tantâ aquarum copiâ, vt ſtatim molas frumentarias agitet, qui ſalares, ſeu truttas gignit, nutritque purpurei coloris, quique paulò pòſt in Obrim incidit, gradu longitud. 23. 10. latitud. 43. 15. altitud. ſolis 46. 45. vbi dies maxima horarum 15. 14. donatur ſede Epiſcopali à Ioanne 22. ſub Narbonenſi Archiepiſcopatu, ex Monaſterio Benedictino, cuius Religioſi fuêre ſæculariżati à Paulo 5. 1615. Illud verò Monaſterium Pontius Comes Toloſæ A. C. 936. condidit inter Pezenatum, & Carcaſſonem, vbi Domnus *Ramirez* 40. annos vixit Monachus, indeque ad Regnum Hiſpaniæ euocatus. Qua de re *Garibay* lib. 31. cap. 25. Surita lib. 1. cap. 53. Marin. Siculus lib. 8. Rodericus Tolet. lib. 6. cap. 1. Azor. Inſtitut. Moral. lib. 12. cap. 7. *Vion* lib. 4. cap. 12. Mariana lib. 10. cap. 15. Guilelmus Catel. in Comitibus Toloſanis. Huius autem loci Abbati Florido Iſarius Toloſæ Epiſcopus dedit Vaurum oppidum, cuius Iſarius erat dominus 1098. vt ibi Prioratum conſtitueret Ordinis Auguſtiniani, qui poſteà erectus in Epiſcopatum 1318. vt ipſa S. Pontij Abbatia. Porrò ſanctus Pontius Eccleſiæ huius, & diœceſis patronus feſtum diem habet 14. Maij apud Vſuardum, in ciuitate Galliarum Cunella (quæ Cemelium Plinio, & Ptolemæo, in qua idcircò paſſus dicitur, quòd Philippos Imperatores ad fidem Chriſtianam conuertiſſet, quod etiam habetur in Chronico M. S. Senonenſi: eiuſque corpus nunc quieſcere in Monaſterio Tomerias ibidem narratur, quem Martyrem, & Epiſcopum vocat Galeſinus. Nec idem eſt cum Pontio vitæ ſancti Cypriani ſcriptore. Cæterùm in hac diœceſi reperiuntur, vt nonnulli volunt, Parrochiæ 206. cum Abbatiis ſequentibus:

S. Aniani O. B. *S. Agnan.* Flor. 400.

Fontis-Calidi O. P. *Foncalde*, vel *Foucaude.* Flor. 300.

At Epiſcopos huius ſedis nondum nanciſci potuimus, ſolùm occurrerunt ſequentes:

Aymo, qui & Archiepiſcopus Aquenſis 1428.

Petrus 1619.

Redonenſes Epiſcopi.

Rennes en Bretagne.

REDONVM ciuitas, *Condate* Ptolem. lib. 2. cap. 8. gradu longitud. 20. 40. latitud. 47. 20. vel aliis, quos ſequimur, gradu longitud. 18. 35. latitud. 47. 45. altitud. ſolis 42. 15. vbi dies maxima horarum 15. 51. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 66. ad 60. ſtella fulgens in latere dextro Perſei verticalis, in meditullio Ducatus Britanniæ Armoricæ, ſub Turonenſi metropoli, ad fluuium Vigelaniam, ſeu Vicenoniam (vulgò *Villaine*) Gregorio Turonenſi l. 5. cap. 26. in qua vrbe erectum fuit Parlamentum ab Henrico 2. 1553. menſe Martio, diplomate ſcripto Fontaneblæi, in quo Redonenſis Epiſcopus Conſiliarius. Habet etiam ius cudendi monetam cuius Nota *. Eccleſia autem cathedralis patronum veneratur D. Petrum Apoſtolorũ Principem, in cuius diœceſi numerantur Parrochiæ 203. & Abbatiæ ſequentes: Flor. 1000.

S. Melanij prope vrbem O. B. *S. Melaine.* Flor. 1000.

S. Petri de Releyo, aliàs *de Reillé* O. A. in ſuburbiis Fulgeriarum. Flor. 100.

S. Georgij fœminarum O. B. in vrbe, *S. George.*

S. Sulpitij O. B. *S. Sulpice.*

Epiſcopi autem hi fuêre, ex Argentræo, & Auguſtino *du Paz*, & aliunde:

1. *S. Mederanus*, vel Moderanus. Creditur Synchronus S. Iuliani Cœnomanenſis, & S. Martialis Lemouicenſis, vt nonnullis placere video, cùm alij in annum Chriſti reiiciant 388.

2. *S. Iuſtinus* Martyr.

3. *S. Riotiſmus*, circa annum 383. Quo tempore Armorica cepit nomen Britanniæ imperantibus Gratiano, & Maximo.

4. *S. Electrannus.*

5. *S. Ioannes*, cognomento Albus.

6. *Arthemius*, ſeu Anthemius, in Concilio Venetico 453. & Turonenſi 482.

7. *S. Amandus* 14. Nouembris.

8. *S. Melanius, S. Melene.* In Concilio Aurelianenſi 1. 507. de quo Gratianus c. Prima, diſtinct. 16. Martyrologium Romanum 6. Ianuarij. At in Supplemento Martyrologij Adonis 6. Nouembris legitur in ciuitate Regidonas in Affrica, vbi ſcribendum puto Redonis in Armorica. Et in hac diœceſi habet Abbatiam ſui nominis proprio Breuiario vtentem, in fundo paterno Placij nomine, eoque die celebratur eius Tranſlatio. Fuit etiam Clodouæi primi Cancellarius, ſeu Notarius, vt vult Nicolaus Gillius. Eius exequiis interfuère 4. Epiſcopi, S. Albinus, S. Victor, S. Lanulphus, & S. Marſus.

9. *Victorius*, vel Victurius. In Concilio Pariſienſi 559. & Turonenſi 570. Obiit 588. Gregorio Turonenſi lib. 9. cap. 39.

10. *Durioterus.* In Concilio Cabilonenſi circa ann. 650. per Procuratorem Bertulphum S. Melanij Abbatem. Hic forſan ille eſt, qui dicitur S. Deſiderius, *S. Diſier*, cuius corpus aſſeruatur in vico ſui nominis Alſatiæ ſuperioris, diœceſis Veſontionenſis, vt refert Miræus in Faſtis Belgicis 14. Calend. Octobris, ſeu 18. Septembris ex Iacobo Chifletio.

11. *Vilelmus* 689.

12. *S. Moderandus*, vel Moranus. Obiit 16. Maij (de quo Flodoardus lib. 1. cap. 20. & lib. 2. cap. 19.) Anno Chriſti 719. in Monaſterio S. Remigij quod conſtruxerat Berceti ad montem Bardonum in Italia cum Epiſcopatui renuntiaſſet, & ſua pauperibus diſtribuiſſet, Breuiar. Redon.

13. *Varinus*, vel Varnarius. Obiit 866.

14. *Electranus.* Conſecratur 29. Septembris 866. Baronio num. 91. vbi extant eius conſecrationis acta, & poſt Opuſcula Hincmari à Cordeſio edita.

15. *Tetbaldus* dimiſſo Epiſcopatu fit Abbas ſancti Melanij circa A.C. 954. Inuenitur Modoardus ſedis huius Epiſcopus, in Charta Ragenfredi Carnotenſis, de reparatione Monaſterij ſancti Petri in Vallea.

16. *Galtherus*, ex dominis *de la Guerche.*

17. *Varinus* 2. 990.

18. *Triſcandus*, vel Triſtandus, Galtheri frater, qui & Auriſcanus. Obiit 13. Septembris, circa 980.

19. *Galiuerus.* Obiit 10. Maij.

20. *Varinus* 3. Obiit 17. Maij 1036.

21. *Mainus*, vel Maino, *Meen* 1065. Obiit 20. Auguſti 1075.

22. *Siluester* dominus *de la Guerche.* Obiit 18. Ianuarij 1096. Conani 2. Ducis Cancellarius.

23. *Marbodus Marbeuf*, ex Archidiacono Andegauenſi 1096. Interfuit exequiis Alani *Fergent*, in Monaſterio Redonenſi 1119. Is verò poſt 27. annos ſedis, fit Monachus apud S. Albinum Andegauenſem, vbi moritur 11. Septembris 1123. de quo Ildebertus Epiſt. 80. & 200. Sirmundus ad Gofridum lib. 3. epiſt. 2. Sigebertus de Viris illuſtribus cap. 159. Trithemius. Eiuſque epiſtola ad R. Andegauenſem Epiſcopum extat tomo 3. Biblioth. Patrum.

24. *Rotaldus.* Obiit 21. Nouembris 1126.

25. *Hamelinus*, ex Abbate S. Albini, eligitur Idibus Maij 1127. Obiit 4. Februarij 1141. Sirmundus in notis ad Gofridum Vindocinenſem epiſt. 14. lib. 4. Fundauit Prioratum S. Michaëlis in caſtello Redonenſi.

26. *Alanus.* Obiit Calend. Maij 1156. in Supplemento Sigeberti. Eius extat Epiſtola ad Sugerium 128.

27. *Stephanus*, ex Abbate 20. S. Florentij ad Ligerim prope Salmurum. Obiit 1166. 5. Decembris, ſepultus in Abbatia S. Melanij.

28. *Robertus.* Obiit 9. Decembris 1167.

29. *Stephanus* de Fulgeriis, ex Capellano Henrici 2. Angliæ Regis, & Normaniæ Ducis. Obiit 23. Decembris 1178. Supplemen. Sigeberti. Scripſit vitam S. Vitalis Abbatis primi Saugneij. Hic etiam ob poëtices ſtudium quadam viſione caſtigatus dicitur, in eodem Supplemento Sigeberti, vbi vir honeſtus, & literatus vocatur. De ſtudio autem poëtices prohibito, vel licito Clericis, legendus Gratianus diſt. 37. per

per totam. Certè Origenes homilia 4. ad cap. 7. Exodi, ranis comparat Poëtas, & ſanctus Hieronymus ad Damaſum epiſt. 146. de filio prodigo, carmina vocat cibum dæmonum. Videndus Plutarchus de legendis Poëtis. Et quòd Stoïci dicant abſurdiora quàm Poëtæ. Sanctus Baſilius de libris Gentilium legendis.

30. *Philippus*, ex primo Abbate Claromontis prope Lauallem Ordinis Ciſtercienſis. Inuenit theſaurum in Chori, ſeu capitis ſuæ Eccleſiæ fundamentis iaciendis 1181. in Supplemento Sigeberti. Quo anno. Obiit 8. Aprilis.

31. *Iacobus*, in Charta S. Melanij. Obiit 1184.

32. *Hebertus*, ex Abbate Claromontis, conſecratur menſe Iulio 1184. Obiit 10. Decembris 1198. ſepultus in Choro Cathedrali, vbi dicitur claruiſſe miraculis.

33. *Petrus de Dinan*, filius Rolandi, ex Cancellario Britanniæ. Obiit 1209.

34. *Petrus* de Fulgeriis 1210. menſe Martio. Obiit 1222.

35. *Ioſſelinus* de Montalbano. Obiit vltimâ Nouembris 1234. in Abbatiâ de Monte-forti.

36. *Ioannes Giquel*. Obiit 11. Nouembris 1253.

37. *Ægidius*, ſeu Gillius. Obiit 1262.

38. *Mauricius de Trelidy*. Obiit 16. Septembris 1282. legitur inſtitutus executor teſtamenti Vidonis 7. Domini *de la Val* 1265.

39. *Guilelmus de la Roche tanguy*, benignus, diſcretus, & facundus Theologus. Obiit 20. Septemb. 1297.

40. *Ioannes*. Obiit 1302. poſt ſedem ann. 5. ex Monacho.

41. *Iuo*. Obiit 1304. poſt ſedem circiter ann. 3.

42. *Ægidius* 2. Obiit 27. Septembris 1308.

Chaſteau-giron porte d'or au chef d'azur.

43. *Alanus de Chaſteau-giron* 1308. Obiit die Veneris poſt Quaſi modò 12. Aprilis 1327. fuerat Theſaurarius ſancti Petri, & Ducis Ioannis 3. Conſiliarius. Is dedit 30. ſolidos ad ſuum Anniuerſarium faciendum.

44. *Alanus*, ex Archidiacono 1327. Obiit 21. Nouembris 1328. ſuperioris nepos: natus erat anno 1284. Habuit nepotem alterum Alanum Theſaurarium Eccleſiæ, qui obiit 5. Idus

A Ianuarij.

45. *Guilelmus Ounroing*. Concilio Prouinciali intereſt Caſtro gonterij 1339. Obiit 1347.

46. *Iuo de Roſmadec*. Obiit 15. Octobris 1349.

47. *Arcandus*. Obiit 1354.

48. *Petrus de Laual*, filius Guidonis 9. Obiit 15. Ianuarij 1358. Quo tempore eius ſoror Ioanna erat Abbatiſſa ſancti Georgij.

49. *Guilelmus*. Nominatur 1358. Obiit 1359.

50. *Petrus de Guemené*. Conſecrauit

B Eccleſiam S. Petri 1359. vrbem ſolemniter ingreſſus 3. Nouembris.

51. *Radulphus*, vel Roaldus *de Treal*, ex Canonico. Interfuit poſitioni primi lapidis Templi Deiparæ *de Bonnes-nouelles*. Obiit 1383. ſepultus in ſancti Petri Eccleſia.

52. *Guilelmus de Bris*. Memoratur 7. Iunij 1385. ſedit ann. 4.

53. *Antonius*, ſedebat 1388.

54. *Anſelmus de Cantemerle*, conſecratus Calend. Octobris 1389. Pallio honoratur à Martino 5. Obiit Calend. Nouembris 1427. legatis teſtamento

C ſingulis calicibus argenteis, ſingulis Parrochiis (quas 203. diximus) ſuæ diœceſeos.

55. *Guilelmus Brillet*, fit Archiepiſcopus Cæſareæ 1447. Obiit 1470. ſuperſtes nepoti reſignatario, vt nonnullis placet.

56. *Robertus de la Riuiere*, ex Guilelmi auunculi reſignatione. Obiit 1450. 18. Martij cuius, ſepulchrum ex ære in Choro Cathedrali ſpectatur.

57. *Ioannes de Coerquits*. Intereſt homagio à Petro Duce Britanniæ Regi præſtito 1450. 3. Nouembris, ex Canonico, poſteà transfertur ad Treco-

D renſem 1454. Eiuſdem gentis Philippus Archiepiſcopus Turonenſis in Concilio Baſilienſi Cardinalis.

D'Eſpinay porte d'argent au lion rampant, le haut de gueule, & le bas de ſynople couronné, lampaſſé, & armé d'or.

58. *Iacobus d'Eſpinay*, ex Maclouienſi 57. 1454. Obiit 1482. Iacet in Eccleſiâ S. Magdalenes *de Champeaux*, iuxta *Eſpinay*, patruus Roberti Archiepiſcopi Lugdunenſis 103. Vide plura apud Argentræum & Pazium.

59. *Michael Guybé*, ex Epiſcopo Dolenſi, filius Adeneti, & Oliuæ *de Landais*. Obiit circa annum 1501. ſepultus in Capellâ, quam fundauit in Cathedrali. Huic à nonnullis ſubiungitur Guido *le Lionnoys*, ſed fortè poſſeſſionem pacificam non eſt nactus.

60. *Robertus Cuybé*, ex Epiſcopo Trecorenſi fratri ſuccedit, & creatur Cardinalis anno ætatis 18. à Iulio 2. 1506. eodemque anno translatus ex Redonenſi ad Nannetenſem. Obiit Romæ 9. Septembris 1513. ibique ſepultus in æde ſancti Iuonis, fuitque Robertus ſuperioris frater, & Abbas S. Melanij.

61. *Iuo Mayeuc*, Dominicanus 29. Ianuarij 1506. Regibus Carolo 8. & Ludouico 12. ac Annæ Reginæ à Confeſſionibus. Obiit ætatis 70. Epiſcopatus 35. magnâ opinione ſanctitatis ſuæ hominibus relictâ 20. Septembris 1541. Quo Præſule Silueſter *Prieras* Dominicanus, à quo Summa caſuum conſcientiæ Silueſtrina dicitur, primus in Lutherum ſcriptor, obiit Redonibus 20. Octobris 1520. Poſſeuinus.

62. *Claudius Dodieu* Lugdunenſis, ex Libellorum ſupplicum in Regia Magiſtro, & Franciſci 1. ad Pontificem Paulum 3. Legato. Obiit 1558. ſepultus in æde Cæleſtinorum Pariſiis, quem Philippum vocat Brulius.

63. *Bernardinus Bochetel*, Bituricus, filius Guilelmi domini *de Saſſy*, Franciſci primi, & Henrici 2. Secretarius, & variis Legationibus ad Principes functus, ac aliis ſæcularibus negotiis implicitus, cùm in Eccleſiæ caſtris militare, & Regi, ac Gregi ſimul inſeruire non poſſet, munus Epiſcopale ſequenti ceſſit.

64. *Bertrandus de Marillac*, ex Abbate Thierni in Aruernia, creatur Epiſcopus 26. Octobris 1565. Obiit 29. Maij 1573. in Choro ſuæ Eccleſiæ ſepultus. Fratrem habuit, ex Epiſcopo Venetenſi Archiepiſcopum Viennenſem, & alterum Aduocatum Regium in Parlamento Pariſienſi. Bertrandum verò Ianus Langlæus in Redonenſi Senatu Conſiliarius, Otij Semeſtris lib. 7. cap. 16. vocat virum in omne æuum memorandum, quod Elogium eò præclarius, quò à viro laudato proceſſit. Multa verò pauperibus, & Eccleſiis elargitus eſt, ſed præcipuè Religioſis fœminis Aquæ-ſparſæ, vbi gentis Mariliacæ ſepulchrum.

65. *Aymarus Hennequin*, ciuis, Canonicus, & Conſiliarius Pariſienſis, ex Abbate Bernaij *de Bernay*, aſſumptus fuit ad hanc cathedram 1575. apud Langlæum loco citato. Interfuit Comitiis Bleſenſibus 1577. Obiit 13. Ianuarij 1596. ſepultus in ſua Eccleſia. Confeſſiones ſancti Auguſtini, & Epiſtolas ſancti Hieronymi Sermone Gallico donauit, ac Notis eruditionem, & pietatem redolentibus illuſtrauit, & Breuiarium ſuæ diœceſeos correxit 1589. Epiſcopatus 16. Fratrem habuit Hieronymum Sueſſionenſem 81. Epiſcopum. Ornant præterea ex hac gente Eccleſiam Odardus Epiſcopus 80. Trecenſis, apud Nicolaum *Camuzat*, Odardus Archidiaconus eiuſdem Eccleſiæ, & Drogo Conſiliarius in Parlamento Pariſienſi Theſaurarius Sueſſionenſis præſens in Comitiis Galliæ habitis Lutetiæ 1614.

66. *Arnaldus d'Oſſat*, Auxitanus, ex Libellorum ſupplicum in Regia Magiſtro, & Vareni apud Rutenos Decano, conſecratus 27. Octobris 1598. Romæ in Eccleſia ſancti Marci, ab Auguſtino Valerio Cardinale Epiſcopo Veronenſi. Creatur Cardinalis à Clemente 8. 1599. 3. Martij, deinde transfertur 1600. ad Epiſcopatum Bajocenſem. Vide eius Epiſtolam 36. & 66. lib. 2. & Epiſtolam 8. lib. 5. & 56. lib. 6.

67. *Seraphinus Oliuarius*, poſthumus, natus Lugduni, familiâ Oliuariâ apud Aruernos nobili, (quæ & Franciæ Cancellarios dedit) Cardinalis creatus à Clemente 8. 1604. 9. Iunij, & Epiſcopus Redonenſis, indéque Patriarcha Alexandrinus. Obiit Romæ 9. Martij 1609. ſepultus in æde Sanctæ Trinitatis Minimorum, laudatus in funere à Ioanne Oliuario, Oratione in lucem edita, vbi dicitur Bononiam ſtudiorum matrem Razario Vitrico ſuadente petiiſſe, publicéque ibi docuiſſe, indéque Romam euocatum, fuiſſe Auditorem Rotæ quadraginta annos, in eóque munere totius Italiæ, imò & Europæ Oraculum celebre claruiſſe, idque Deciſiones in vtroque iure editas abundè teſtari. Ei ſcribit Lipſius Epiſt. 53. & 65. Centuriæ 5. Vide Arnaldum Cardinalem Oſſatum libro ſecundo epiſt. 4. & lib. 8. epiſt. 143.

68. *Franciſcus Lachiuer*, ex reſignatione Seraphini Poſſeſſionem non adepti, poſſeſſionem adipiſcitur ſolemniter 1602. die Dominicâ Calendis Septembris. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614. Obiit 1619. feriâ 6. 22. Februarij, quem oratione funebri laudauit in æde primaria R. P. Ægidius

Camar Ordinis Minimorum non minimum lumen, quem penè tota Gallia concionantem mirata eſt: qua in Oratione Franciſcus præcipuè commendatur, quòd aſſiduús eſſet in confeſſionibus audiendis, prædicationibus habendis, ſacris celebrandis, & infirmis viſitandis. Nec parua ſunt eius pietatis indicia, quòd Patres S. Ieſu, & Capucini, cum Vrſulanis, & Carmelinis in vrbem admiſſi ſint eo procurante.

Patres S. I. Capucini 1604 28. Augusti Vrſulanæ. Carmelinæ

69. *Petrus Cornuuer*, ex Trecorenſi 1619.

Riez en Prouence.

Regienſes Epiſcopi.

Flor. 800.

REIVS, vel Reienſis ciuitas, & Albecum Reiorum Apollinarium Plin. lib. 3. cap. 4. Euſtathio in Dionyſium, Paulo Diacono lib. 3. Gregorio Turonenſi lib. 4. in Archiepiſcopatu, & Parlamento Aquenſi, diſtat à ſua Metropoli 16. leucis communibus, gradu longitudinis 27. 0. latitud 43. 15. altitudine ſolis 46. 45. vbi dies maxima horarum 15. 14. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 15. ad 60. Epiſcopi autem huius ſedis hi tantùm à nobis fuère obſeruati:

S. Proſper Aquitanus, ſermone ſcholaſticus, & aſſertionibus neruoſus, Marcellino Comiti, & Gennadio c.84. Obiit 466. cùm, vt ait Baronius, Eccleſiam Regienſem in Gallia Narbonenſi poſitam gubernaſſet annos ſaltem 24. cui adſtipulari videtur Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis. At Proſperum fuiſſe Epiſcopum Regij Lepidi in Æmilia Italiæ prouincia volunt alij, vt Couarruuias lib. 4. Variarum Reſolutionum cap. 16. & Galeſinus in Martyrologio 25. Iunij negant fuiſſe Epiſcopum, vt Sirmundus in Sidonium lib 8. Epiſt. 15. vnde à Gennadio dicitur tantùm homo Aquitanicæ regionis, ſed Honorius mutat illud *homo* in *Epiſcopus*. Proprium autem Officium de Sanctis Eccleſiæ D. Ioannis in Vineis narrat Proſperum obiiſſe 466. vt iam dictum eſt ex Baronio, & ſepultum in Templo, quod in honorem B. Apollinaris conſecrauerat, ibique iacuiſſe vſque ad Luitprandi, Longobardorum Regis, & Thomæ Epiſcopi tempora, quod etiam aſſerit

A Rubeus lib. 2. hiſt. Rauennatis. De eo plura Baronius in Martyrologio 25. Iunij, Trithemius, Poſſeuinus, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. At ei, & Hilario ſcribit ſanctus Auguſtinus de Prædeſtinatione, & eius ad Auguſtinum extat Epiſtola eadem de re. Probantur verò eius ſcripta à Gelaſio Papa c. *Sancta Romana*, diſt. 15.

S. Maximus, Eccleſiæ cathedralis Patronus, de quo ſic Martyrol. Romanum 5. Calend. Decembris: *Apud Regium in Gallia S. Maximi Epiſcopi, & Confeſſoris, qui à primæua ætate omni gratia* B *virtutum præditus, primùm Lirinenſis Cœnobij Pater, deinde Regienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſignis, & prodigijs inclytus extitit.* Vbi Baronius errore factum fuiſſe ait, vt *Regium Lepidi* Galliæ Ciſalpinæ poneretur loco *Regij* Galliæ Narbonenſis, eumque putari ſucceſſiſſe S. Proſpero, obiiſſeque in territorio Teroanenſi. Qua de re plura Molanus in Natal. Belgic. Baronius 466. Chronolog. Lirinenſis partis 2. pag. 15. in quem extat elegans Homilia Eucherij.

S. Fauſtus. De quo Baronius in poſtrema editione Annalium Eccleſiaſtic. 52. Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Tri- C themius, Magiſter ſacri Palatij in Indice librorum expurgandorum pag. 107. 119. 159. 162. Henricus Caniſius tomo 5. Lect. Antiq. Chronologia Lirinenſis part. 1. pag. 52. Galtherus ſæculo 6. Gennadius cap. 85. Honorius, Bellarminus de Viris illuſtribus, Ado Chronico, Iſidorus cap. 14. & 27. Creatur Epiſcopus 472. Eius verò Opuſcula inter apocrypha numerantur à Gelaſio c. *ſancta Romana* diſtinct. 15. & habentur aliqua in Bibliotheca Patrum. Memoratur ab Hormiſda in Epiſtola ad Poſſeſſorem.

D *Fauſtus* 2. cuius Diaconus Claudianus ſubſcripſit Concilio 5. Aurelianenſi anno 552.

Claudianus. In Concilio Pariſienſi 559. quem exiſtimo Claudianum Fauſti Diaconum, qui, vt diximus, ſubſcripſit Concilio 5. Aurelianenſi

Vrbicus. Concilio Matiſconenſi 2. 588. & Valentinenſi 2. 589. cui Dinamius Patricius, vir illuſtriſſimus dicat vitam S. Maximi, in Chronolog. Lirinenſi part. 2. pag. 120.

Claudius. In Concilio Cabilonenſi circa A.C. 650. apud Flodoardum l. 2. cap. 5.

Edolus, in coronatione Bozonis 879.

Hugo, Legatus Pontificis contra Albigenſes 1213. Catello.

Almeraudus, ſiue Almeratius 1024.

Augerius, vel Orgerius 1102. Chronicon Lirinenſe.

Petrus 1295. Chronicon Lirinenſe.

Gaufridus 1337. Concilio Aucnionenſi.

Marcus 1487. 9. Aprilis.

Lancelotus de Carles, Burdegalenſis, circa ann. 1547. Edidit verſibus Gallicis Cantica benedicta, & alia, vt notat Antonius Verderius in Bibliotheca. Eum verò ſic alloquitur Ioachimus Bellayus:

Cùm tibi ſint Charites, venereſque, iocique lepores,
Aonio cùm ſis carus, & ipſe choro.
Cùm populis tam grata fluant tibi carmina Carle,
Iam mihi non Carlus, ſed Carilaüs eris.

Ei quoque ſcribit Michaël Hoſpitalis & ei dicat Petrus Ronſardus lib. 1. Hymnum 7. cui titulus, Dæmones.

Raſtel. *Elſias de Raſtelis*. In Concilio Aquenſi 1585. & in alio Conuentu Aquenſi 1590.

Porte d'or à la bande de gueule chargee de trois trefles d'argent. *Carolus de S. Sixto*. Orationem habuit in funere Henrici 4. 1610. Erigit crucem in loco futuri Conuentus Capucinorum 1612. Iulij 15. filius Petri fundatoris eorumdem Capucinorum Auenione 1576. 8. Auguſti, Georgio Armaniaco Archipræſule.

Guilelmus Aleaume 1615. inde Lexouienſis 1621.

Guido Bentiuolius, ex Archiepiſcopo Rodienſi functus variis Legationibus pro ſummo Pontifice ad Principes Chriſtianos, vrgentibus meritis, ad dignitatem Cardinalitiam euectus, præficitur huic ſedi 1622. At verò de Bentiuolia gente conſulendus eſt Franciſcus Sanſouinus in libro, quem Italicè ſcripſit de Illuſtribus Italiæ familiis.

Franciſcus de la Fare, Ordinis Minimorum 1625. Clara ſapientiæ pharus, & purum pietatis far.

Riuenſes Epiſcopi.

Rieux, ou Rivus. 30 Comté de Foix. Flor. 2520.

RIVI, vel Riuenſæ, ſub Toloſano Archiepiſcopatu, & Parlamento, ad Rizam fluuium, poſteà in Garumnam illabentem, gradu longit. 21. 30. latitud. 43. 15. altitud. ſolis 46. 45. vbi dies maxima horarum 15. 14. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 15. ad 60. quam vrbem à Ioanne 22. Epiſcopali ſede donatam, & à Toloſana diœceſi auulſam, nonnulli volunt eſſe Ptolemæi Rueſſium lib. 2. cap. 7. quod potiùs conuenire vrbi Vellaunorum diximus. Huius verò diœceſis Eccleſia cathedralis patronam veneratur Deiparam Virginem, in eaque diœceſi ſunt Abbatiæ.

S. Petri Lazatenſis O.B. aliàs de pede Luxato, vel Loſatenſis *Lezat*. *Flor. 1600.*

De Manſiarolis O.B. *Flor. 610.*

Fuliacenſis, vel Fulienſis, *Feuillens* O.C. *Flor. 100.*

De Calercio *Calers* O.C. *Flor. 400.*

Epiſcopi autem hi ſolùm à nobis notati:

Pileus Fortis, *le Fort*, Cardinalis *de Rabaſtins*, creatus à Ioanne 22. 1320. Auenione in Aduentu, apud Ciaconum pag. 687. vbi dicitur de S. Georgio prope fluuium Taurum, diœceſis Albienſis, ſed legendum Tarnem.

Godefridus de Baſilac, circa A. C. 1470. in Comitatu Petri Cardinalis Fuxij.

Ioannes Pinus, Toloſanus. Scripſit vitam ſanctæ Catharinæ Senenſis, & librum de Vita aulica. Ei, vt puto, ſcribit Sadoletus l. 4. ep. 13.

Franciſcus de Burgo, Abbas S. Euurtij Aurelianenſis.

Ioannes Baptiſta Burgius. Cui Petrus Burgius dicat Electa 1585. Interfuit Concilio Toloſano 1590.

Ioannes Bertherius, ex Syndico, ſeu Agente Cleri, frater Philippi in Toloſano Senatu Præſidis.

Ioannes Ludouicus, ſuperioris nepos in cœtu Cleri Pariſiis 1625.

Ruremondenſes Epiſcopi.

Ruremonde en Gueldre.

RVREMONDA vrbs Gueldriæ ad oſtium Ruræ, qua ſe in Moſam exonerat (id nomen patrium indicat) in veteribus Menapiorum ſedibus, amœna, potens, diues, cuius Icon Tomo 3. Vrbium apud Georgium Brunum fol. 17. ſub Archiepiſcopatu Machlinienſi, Epiſcopalis facta à Paulo 4. 1559. gradu longitud. 27. 20. latitud. 51. 30. altitud. ſolis 38. 30. vbi dies maxima horarum 16. 24. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 75. 21. 30. ad 60. quæ diœceſis 10. oppida complectitur ſpatio longitud. 50. latitud. 30. m. p. Italicorum, in qua Abbatiæ:

Gerlacum O. P. fœminarum.

Mons S. Petri, aut S. Odilæ prope vrbem.

Epiſcopi autem huic Cathedræ ſequentes præfuêre.

1. *Gulielmus* Lindanus, inde Gandauenſis, de quo Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica. Eiuſdem vitam ſcripſit Arnoldus Hauenſius in libro 2. quem *De Nouo Epiſcopat. in Belg.* edidit. Videndus item Miræus de Collegiis Canonicorum c. 57.

2. *Henricus Cuick*, conſecratus 1596. Iulij 3. eleuat è terra 1608. oſſa Dionyſij Carthuſiani, de quo nos alibi. Obiit 1609. Nonis Octobris. Illuſtrauit Notis Caſſianum, & alia ſcripſit apud Poſſeuinum recenſita, apud Valerium Andream in Bibliotheca Belgica, & apud Arnoldum Hauenſium loco citato.

3. *Iacobus à Caſtro*. In funere Alberti Archiducis 1621.

Rutenenſes Epiſcopi.

Rodez en Rouergue.

Rothen: Flaui. Lutuo.

RVTENORVM, vel Rotinorum ciuitas Segodunum, gradu longitud. 17. 15. latitud. 44. 10. vulgò Rutena, *Rodez*, quæ recentioribus collocatur in gradu longitudinis 23. 0. latitud. 44. 20. altitud. ſolis 45. 40. vbi dies maxima horarum 15. 19. 40. ratio vmbræ æquinoctialis

A meridianæ 57. 31. 30. in fine climatis 5. In hac verò diœceſi, (cuius Eccleſia cathedralis ſancto Stephano conſecrata eſt) ſub Bituricenſi metropoli, & Toloſano Parlamento ſunt Abbatiæ:

Conchenſis, *Conches* O. B. Flor. 600.

Bonæ-vallis O. C. *Bonne-val.* Flor. 700.

Belli-loci, *Belloc* O. C. Flor. 100.

Loci-Dei O. C. *Lieu-Dieu.* Flor. 150.

Bonæ-cumbæ, *Bonne combe* O. C. Flor. 76.

S. Germani propè vrbem, fœminarum, *S. Germain lez Rodez.*

Cogueres O. B.

De Larpenne fœminarum.

B Præſules autem huius ſedis hac ſerie recenſentur, quam magna ex parte Ioanni *Chenu* debemus.

S. Amantius. In Martyrol. 4. Nouembris, & in vita S. Quintiani apud Surium 13. Nouembris; quem perperàm facit Redonenſem Galeſinus affinitate, nominum vtriſq; vrbis deceptus, Elaphius nonnullis.

S. Quintianus. In Concilio Agathenſi 506. & 1. Aurelianenſi 507. poſteà Aruernenſis, ſeu Claromontanus 15. Videndus Baronius 14. Iunij, & 13. Nouembris. Tranſtulit corpus S. Amantij C teſte Gregorio Turonenſi cap. 4. Vitæ Patrum.

S. Dalmatius. Subſcripſit Concilio Aruernenſi 540. & Aurelianenſi 4. 545. & 5. Sic enim legendum, non Quintianus A. C. 552. Obiit 583. Baron. de quo Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 46. & l. 6. cap. 38. Aymoinus l. 3. c. 42.

Theodoſius, ex Archidiacono. De quo Gregor. Turonenſis lib. 5. cap. 38. & lib. 6. c. 37. & 38. Aymoin. lib. 6. cap. 38. Hoc tempore ſanctus Lupentius Abbas in Baſilica S. Priuati Martyris florebat, de quo Molanus in Additionibus ad D Vſuardum 22. Octobris, idem Greg. Turonenſis lib. 6. c. 37.

Innocentius, ex Comite Gabalitano, Gregorius Turonenſis lib. 6. c. 38. & de Vita Patrum c. 4. Aymoinus lib. 3. c. 55. Vide Crucium in ſerie Epiſcoporum Cadurcenſium n. 34.

Verus. In Synodo Sonnatij, apud Flodoardum l. 2. c. 5. circa ann. 634. Ad hunc extat Epiſtola S. Sulpitij Bituricenſis, & ipſius Veri ad Deſiderium Cadurcenſem, apud Henricum Caniſium, tomo 5. Antiq. Lect.

Elizachar. In Charta Vabrenſis Eccleſiæ 3. Nonas Nouembris regnante Carolo Rege Francorum ann. 23. & memoratur apud Agobardum.

Faraldus. Tempore Ludouici Pij Imperatoris circa ann. 838.

Agmarus, circa annum 865. Rectiùs Aymarus, in Synodo Pontigonenſi 876.

Frotardus, ſeu Frontardus. Intereſt tralationi ſancti Antonini 887. 13. Cal. Iulij.

Gausbertus circa ann. 900. Memoratur in vita ſancti Geraldi Aureliacenſis (cuius auctor Odo Abbas Cluniacenſis) l. 1. c. 29. & l. 2. c. 2.

Deuſdedit, vel Deodatus circa ann. 920.

Iſorius, ſeu Georgius 933.

Maganhedus, vel Mangafredus circa ann. 942.

Arnaldus. Intereſt dedicationi Sancti Saluatoris Lemouicenſis 15. Calend. Decembris 1028. apud Guilelmum *de la Croix* in Serie Epiſcoporum Cadurcenſium.

Petrus 1138. in Tabulis Eccleſiæ, & 1056. in Concilio Toloſano apud Baronium, & Catellum.

Berengarius 1061.

Pontius. Nominatur ab anno 1075. ad 1099.

Ademarus, ſeu Adhemarius anno 1109. confirmat quoddam donum factum S. Saluatori, & ſanctæ Fidei de Conchis.

Hugo. Iacet in Monaſterio Bonæ-Combæ, quod fundaſſe dicitur cum Alphonſo Toloſæ Comite pridiè Idus Ianuarias 1160. non longè ab vrbe, poſt cuius Hugonis mortem Capitulum Rutenenſe ſcripſit Geraldo Archiepiſcopo 68. Bituricenſi, pro licentia eligendi ſibi Paſtorem menſe Iulio 1214. ex Chartulario Bituricenſi, niſi potiùs fuerint duo eiuſdem nominis Hugonis Epiſcopi, immediatè ſibi cohærentes.

Petrus Henrici, dictus *de la Treille* 1214. & 1232. Quo anno, vt Arbiter, quamdam fert ſententiam inter Durandum Epiſcopum Albienſem, & Raymundum Comitem Toloſanum, eodemque annò Franciſcani in vrbem inducti, vt notat Vaddingus poſt Gonzagam, ab Hugone Comite fundati. Franciſcani

Bertrandus, ſiue Bernardus, 1239. & 1245.

Viuianus Minorita 1247. cum Raymundo Epiſcopo Toloſano, & 1274. Quo anno teſtamentum condit, quo ſepulturam in Conuentu Franciſcanorum eligit.

Raymundus de Calomonte anno 1274. Teſtamentum fecit 1297. quo inter cætera legauit pecuniam in confectionem ſigni, inde *Calmont* dicti.

Bernardus de Monaſterio, 1297. & 1299.

Petrus de Plana, ſeu Plena 1304. & 1318.

Petrus de Caſtro-nouo 1324. Obiit Pariſiis 16. Maij 1334.

Bernardus d'Aliy, Cardinalis 1337. 15. Calend. Ianuarij, apud Onuphrium. Et ſcribit ſæpius Franciſcus Petrarcha, vbi inter cætera:

Dij tecum vberius, quoniam tibi conſcia cæli
Vox adamantina eſt, calamus quoque ferreus, omnes
Promptus ad inſultus pleno tibi carmina cornu
Copia ſuppeditat, verſus breuis, hora trecentos
Et ſeptem decies excudit.

Gilbertus de Cantobrio. Statuta edidit 1340. & 1347. Teſtamentum condidit apud Calidas-aquas *Caudes aigues* diœceſis S. Flori, ex quo teſtamento conſtat eum fuiſſe Monachum S. Benedicti, & nepotem Bernardi de Turre Protoepiſcopi S. Papuli.

Raymundus de Agrifolio, ex Monacho S. Martialis Lemouicenſis, & Abbate Angeriacenſi circa ann. 1361.

Fayditus de Agrifolio, Cardinalis 1364. apud Onuphrium, qui & recenſet alios duos Cardinales, ex hac gente Agrifolia.

Bertrandus de Cardalhaco circa 1365. ex qua gente duo Epiſcopi Cadurcenſes.

Ioannes de Cardalhaco, Patriarcha Alexandrinus 1373.

Bertrandus Raſini. Nominatur 1383.

Henricus de Seuery, natione Sabaudus 1389. & 1395.

Guilelmus de Ortolano, vulgò *Dholhergues* 1396. & 1416.

Vitalis de Malo-leone 1418. poſteà ſancti Pontij Tomeriarum Epiſcopus, & Patriarchà Alexandrinus 1419.

Guilelmus de Turre 1419. & 1457.

Bertrandus de Chalanconio 1457.

Bertrandus de Polinacho, ex renunciatione Bertrandi auunculi. Obiit 2. Nouembris 1501.

B. Franciſcus de Stamno Iurium Doctor 1505. ſolemniter vrbem ingreditur 11. Nouembris, conſtructor pinaculi, ſiue campanilis Eccleſię cathedralis, in cuius Choro iacet nō ſine peruugata ſanctitatis fama. Et Locumtenēti Auenione pro Georgio Amboëſio 1507. 12. Cal. Aug. Symphorianus Campegius dicat librum de Pontificibus ſummis in Gallia oriundis.

dis. Fratrem habuit Antonium Epiſcopum Engoliſmenſem. Vide Galtheri Tabul. Chronolog. ſæculo 15. & Elogia Patris Hilarionis *de Coſte* Minimi.

Georgius de Armagnaco 1529. adminiſtrator Vabrenſis 1536. Cardinalis 1544. & Archiepiſcopus Toloſanus 1562.

Iacobus de Corneliano, ex Vabrenſi per ceſſionem Georgij 1560. Obiit 30. Auguſti 1582. ſepultus in cathedrali. Quo ſedente. Collegium Societatis Ieſu in vrbe inſtituitur 1561. & Capitulum Generale Minoritarum ibidem habetur, ac curante Helione Gofredo Canonico in eadem vrbe Sorores Annunciationis ſtabiliuntur. (Collegium S.I.) (Sorores Annunciatæ.)

Franciſcus de Corneliano, ex Cancellario Academiæ Toloſanæ, & Parlamenti Conſiliario, erga pauperes beneficus, illud ſæpè vſurpans: *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Interfuit Comitiis Bleſenſibus 1588. Impoſuit lapidem primarium Eccleſiæ Capucinorum Francopoli. Obiit pluſquam ſexagenarius piè, vt decet Præſulem 13. Septembris 1614. ſepultus in cathedrali iuxta patruum. (Pſalm. 40.) (Francheuillam Rouergue.)

Bernardinus de Corneliano, ex coadiutore Franciſci patrui 1614. admiſit Capucinos 1616. 25. Octob.

Sagienſes Epiſcopi.

(Seez en Normandie.) (Flor. 300.)

SAIVS, vel Sagium, ciuitas Saïorum, in Notitia Prouinciarum, pro diuerſitate exemplarium, vnde Saienſis, & Sagienſis Epiſcopus, ciuitas, & diœceſis, ac Archidiaconus memorantur c. 35. de Reſcriptis, & c. ex Inſinuatione de Procuratoribus, vrbs Se-ſuuiorum, vel Seſuuorum ad fluuium Olenam, *D'Olne*, gradu longitud. 21. 0. latitud 48. 30. altit. ſolis 41. 30. vbi dies maxima horar. 15. 55. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 67. 26. ad 60. in quam vrbem tralata fuit ſedes Epiſcopalis deleto Oximo vulgò *Huimes*, in vita S. Oportunæ, apud Surium, Ortelium, & Cænalem, ſub Archiepiſcopatu, & Parlamento Rotomagenſi, cuius Eccleſia cathedralis patronos habet SS. Geruaſium, & Protaſium. In diœceſi verò numerantur Parrochiæ 233. præter ſequentes Abbatias:

S. Petri ſuper Diuam O.B. *Sainct Pierre ſur Diue.* (Flor. 800.)

S. Mariæ de S. Andrea de Goferno O.C. *Goferne, ou Goufre.* (Flor. 110.)

S. Martini in vrbe Congregationis Caſalis Benedicti, *S. Martin.* (Flor. 350.)

S. Ioannis prope Faleſiam O.P. *Faleſe.* (Flor. 700.)

S. Mariæ de Silleyo, vel Siliaco O.P. *Siley, ou Saily.* (Flor. 700.)

Huius autem ſedis Præſules hi fuêre, quorum etiam ſeriem contexuit Ægidius Bry in hiſtoria, quam diligentiſſimè ſcripſit de Comitibus Pertici, & Ducibus Alenconij.

1. *Sigiboldus.*
2. *S. Latuinus* 20. Iunij, ſeu 12. Cal. Iunij.
3. *S. Landricus*, vel Landricius in Cod. Thuano.
4. *Hyllus*, vel Hilarius.
5. *Hubertus.*
6. *Paſſiuus*, vel Paſſius, Concilio 2. 3. & 5. Aurelianenſi, 536. 540 & 552.
7. *S. Mileardus.* Cuius tempore claruit S. Serancius, vel Serenicus, vel Celerinus, qui in Monaſterio à ſe condito poſuit 140. Monachos, apud Ordericum Vitalem.
8. *Hildebrandus.*
9. *Rodobertus.* Memoratur in vita S. Ebrulphi circa 590.
10. *S. Rauerenus*, aliàs Raynerus, ex Monacho Fontanelenſi.
11. *Amicalarius*, ſeu Amlarius, in Concilio Cabilonenſi circa ann. 650.
12. *Gaufridus.*
13. *Robertus.*
14. *S. Alnobertus*, ſeu Anubertus, in Synodo Rotomagenſi, ſub S. Anſberto Archiepiſcopo 22. Baron. 682. vbi confirmantur priuilegia S. Vandregiſilli. Feſtum colitur 17. Calend. Iunij Galeſino, & Molano.
15. *Rodulphus.*
16. *Hugo.*
17. *Benedictus.*
18. *S. Lotharius* Eremita, quem nonnulli Principem Moſellanorum faciunt, alij Germanum. Vulgò *S. Lohier.* Obiiſſe notatur 15. Iunij 756.
19. *S. Godegrandus*, Diuæ Oportunæ frater circa ann. 765. Notatur feſtum 3. Septemb.
20. *S. Adelinus*, ex Monacho S. Cariléſi, ſcriptor vitæ ſanctæ Oportunæ, *Vion* lib. 2. cap. 53. Dicitur & Adelinus.
21. *Ragenfridus.*
22. *Reginaldus.*
23. *Saxoboldus.* Concilio Pariſienſi

846. Memoratur Lupo Ferrarienſi in Exhortatione ad Epiſcopos Galliæ, & in Chartulario eiuſdem Monaſterij Ferrarienſis, cum Aldrico 48. Archiepiſcopo Senonenſi.

24. *Aſcio.*

25. *Hildebrannus*, vel *Hildebrandus.* Concilio Sueſſionenſi 853. & Vermeriæ eodem anno, Tullenſi 859. alteri Sueſſionenſi 866. Pontigonenſi 876. apud Flodoardum lib. 3. c. 11. Ioannem 8. Epiſt. 121. & in Comitiis Pariſienſibus 877. Memoratur in libro Miraculorum ſancti Mauri c. 17. apud Iacobum Brulium, vbi S. Pontifex dicitur generali expeditione vniuerſo populo contra Normannos indicta occupatus.

26. *Richardus*, in dedicatione Eccleſiæ S. Leonardi Belleſmenſis cum Radulpho Archiepiſcopo Rotomagenſi, & Roberto Rege. Vide Ægid. *Bry* l. 2. c. 9.

27. *Ratbodus*, vel Radbodus, quem credo dici Raynoldo Præſulem Seiæ in vita Burchardi Comitis Corbolij.

28. *Sigefridus.* Teſtis in fundatione Abbatiæ *de Lonlé* facta per Guilelmum *de Beleſme*, Comitem Pertici, & Alenconij 1026. Lonleyum.

29. *Iuo Beliſmenſis*, apud Gemeticenſem, & Ordericum lib. 3. Eccleſiæ Cathedralis, vt nunc ſpectatur inſtaurator 1045. decorus, affabilis, veræ pacis cupidus, & ſagax. Intereſt Concilio Remenſi 1049. & dedicationi ſancti Martini Pariſienſis 1067. Indict. 5. anno Philippi Regis 7. Obiit 1074. iacetque ante maius altare ſuæ Eccleſiæ.

30. *Robertus.* In Concilio Rotomagenſi ſub Ioanne Archiepiſcopo, cum Odone Baiocenſi, Hugone Lexouienſi, Gilberto Ebroicenſi, & Michaële Abrincenſi 1074.

31. *Giraldus*, ex Decano Ebroicenſi. In exequiis Guilelmi Conqueſtoris 1087. vir apud Deum, & homines laudabilis. Obiit Calend. Februar. 1091. cùm anno ſuperiore ordinaſſet Radulphum in Abbatem S. Martini, poſteà Archiepiſcopum Cantuarienſem.

32. *Gerlo*, vel Serlo, vel Herlo, ex Abbate S. Ebrulphi conſecratus in Metropoli à Guilelmo Archiepiſcopo 1091. Dedicat Eccleſiam S. Geruaſij, Turgiſio Abrincenſi Synchronus.

33. *Robertus.* In coronatione Henrici Regis Angliæ 1100.

34. *Rabotius* 1106. Obiit 1120. apud Ordericum lib. 12.

35. *Ioannes.* Nepos Ioannis Epiſcopi Lexouienſis 1120. Intereſt dedicationi Sauigneij 1224. Intereſt etiam conſecrationi Guilelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis 1130. 5. Idus Ianuar. Obiit 1143. vir prouidus, & litteratus. Canonicos ex ſecularibus effecit Regulares, Ordericus l. 12. In huius gratiam ſcripſit S. Bernardus epiſt. 247. ad Eugenium 3. Papam. Sauigneiũ.

36. *Girardus.* Obiit 1158. Calend. Februariis, in Supplemento Sigeberti, ſepultus in cathedrali, in qua anteà fuerat Canonicus.

37. *Rogerius*, aliàs Frogerius, Eleëmoſynarius Henrici 2. Regis Angliæ, cuius Coronationi interfuit 1170. anno Epiſcopatus 10. & dedicationi Carthuſienſium Vallis-Dei 1184. Vide Robertum de Monte in Supplement. Sigeberti, & Guilelm. Neubrigenſem lib. 2. cap. 25. Electus fuerat 1160.

38. *Liſiardus* contemporaneus Guilelmi de Oſtileyo Epiſcopi Abrincenſis. Nominatur 1190. & 1197. Obiit 1201.

39. *Siluester* 1207. huius, vel ſucceſſoris tempore 1226. Conuentus S. Franciſci in vrbe fundatur teſte Vaddingo poſt Gonzagam.

40. *Hugo.* Dedicauit Eccleſiam de Tironeto 1231. cum Mauritio Cenomanenſi. Eius memoria fit pridie Idus Septembris in Obituario S. Victoris Pariſienſis.

41. *Mauricius*, poſteà Rotomagenſis, Demochares tamen vult Mauritiũ Rotomagenſem fuiſſe priùs Cenomanēſem. At hic fortè poni debet alter Liſiardus, cuius extant diplomata pro Monachis S. Dionyſij Nogenti Rotrodi.

42. *Gaufredus de Mues.* Obiit 1257. ſepultus in Eccleſia S. Andreæ de Goferno, quam dedicauerat inſtauratam à Reginaldo Abbate 1252. Alij ſepultum volunt in cathedrali Choro.

43. *Thomas d'Aulnou.* Obiit 1278. iacet in Cœnobio S. Andreæ de Goferno vel Goferio 17. Calend. Iunij.

44. *Guilelmus.* Dedicauit Eccleſiam Prædicatorum Argenteriæ 10. Octobris 1286. Alij hanc dedicationem aſſignant anno 1296. & ſic Guilelmus hic, vel alius poſtponendus eſſet Ioanni ſequenti.

45. *Ioannes de Bernieres.* Iacet in Choro cathedrali 14. Calend. Maij 1293.

46. *Philippus le Boulenger.* Obiit 1315.

47. *Richardus de Sentilly*, ex Priore Canonicorum Regularium Eccleſiæ cathedralis. Obiit 10. Cal. Nouembris 1319. in eâdem Eccleſiâ ſepultus.

48. *Guilelmus Mauger*, ſedit ann. 37. ſepultus in Eccleſiâ Beliſmenſi.

49. *Geruaſius de Belleau*, dedicauit Eccleſiam Parrochialem S. Petri in vrbe.

50. *Guilelmus de Rance* Dominicanus, Confeſſor Ioannis Franciæ Regis, & teſtamenti eiuſdem executor cum Epiſcopo Bellouacenſi, & Comite Tancaruillæ. Is Rex moritur Londini 6. Aprilis 1364.

51. *Guilelmus*, vel rectius Gregorius *Langlois*, ex Cantore Rotomagenſi, nominatur 1399. Collegiorum Sagienſium in Vniuerſitatibus Pariſienſi, & Andegauenſi fundator, dedicauit Eccleſiam S. Hippolyti in Vigiliâ S. Michaëlis. Iacet in Choro Cathedrali, ſub nigro marmore.

Collegium Sagienſe pariſiis fundatur 1427. Breülius in Antiquit. Pariſin.

52. *Robertus Cornegius*, aliàs *de Cornegruë*, ex Pœnitentiario 1469. Obiit 10. Ianuarij 1480. ſitus in ſuâ Eccleſiâ.

53. *Ægidius de Laual* promotus 1478. Nominatur 1482. & 1486. Obiit 1501. filius Guidonis, & Carlotæ de ſanctâ Maurâ.

54. *Iacobus de Silly*, Caſtri Epiſcopalis *de Fleure* conſtructor, & Eccleſiæ Franciſcanorum Moritaniæ dedicator. Obiit 1539. 24. Aprilis, fratrem habuit Franciſcum Cadomi Præſidem. Cæterùm poſt Iacobum à nonnullis collocatur Epiſcopus huius ſedis Nicolaus *d'Angul*.

55. *Petrus du Val*, Theologus 1556. interfuit Concilio Tridentino. Cuius tempore Canonici Regulares reſumpſerunt togam ſæcularem. Edidit Critonem Platonis Gallicè, & Poëma de Maieſtate Dei eâdem linguâ, vulgò *de la Grandeur de Dieu*. Iacet Vicennis 1564. ipſe Pariſinus.

56. *Ludouicus du Molinet*, ſuperioris nepos, conſecratus Romæ ſedit ann. 37. m. 8. Interfuit Concilio Rotomagenſi 1581. Conuerſionem, ſeu potius reuerſionem Henrici Magni ad fidem Catholicam valdè promouit. Obiit 1601. 3. Martij ſepultus in Odeo Cathedrali. Sed hîc meliore capillo notandum eſt toto, tamque longo ſedis tempore cum vix omnino ſex menſes, nec eos quidem continuos, ſed nec pluribus, quàm quinis vicibus interciſos abfuiſſe ab ouili, idque iuſtis de cauſis, vt erat obſeruantiſſimus ſacrorum Canonum, eorum præſertim, qui in Concilio Tridentino (cui vt Doctor interfuerat) ſanciti habentur ſeſſione 5. de Reſidentiâ, de quâ multi multa. Et huc flectendus Seneca de Tranquillitate vitæ, quoſdam exilia vno loco tenere, quoſdam Sacerdotia. Nam vt ait Plautus:

Vbi ſummus Imperator non adeſt ad exercitum,
Citiùs, quod non facto vſus eſt fit, quàm quod facto eſt opus.

Reſidentia.

Sic Flamini Diali, extra vrbem manere vnam noctem nefas, Lipſius 2. Annalium Taciti: ſic Palinurus 6. Æneid.

——— Clauo adfixus, & hærens.

Qualis deſcribitur Manilio l. 5.

Rector erit puppis, clauoque immobilis hærens.

Rectè itaque beneficiarius, qui moratoriâ negligentiâ ad Eccleſiam ſuam redire contemnit, priuatur fructibus, qui commodo pauperum cedant, conſtitutione Bleſenſi articulo 14. vbi in mentem recurrit, plures de beneficiorum fructibus diminutis, quàm de animabus ſuâ abſentiâ deperditis turbari, dolere, & lamentari. Porrò de reſidentia Epiſcoporum ſcripſerunt Thomas Cajetanus, Bartholomæus Caranza, Iacobus Naclantus, Dominicus Soto, Ambroſius Catarinus, & Guilelmus *Bernardon* Decanus Cabilonenſis. Et certum eſt Liuij Oraculum, Non ſatis feliciter procedere quæ oculis aguntur alienis. Cæterùm magna orta eſt difficultas, propter Sacerdotes qui Calicem non attigerant, dum ab eo initiarentur. Quâ de re ſcilicet de contactu materiæ in ſacrâ Ordinatione, ad validitatem, ſeu neceſſitatem Sacramenti, videndus Victorellius, alios referens in notis ad Summam Toleti, & ad Aphoriſm. 6. Sa.

Contactus materiæ in Sacramentis.

57. *Claudius de Morenne*, ex Rectore Eccleſiæ Parrochialis Sanctorum Geruaſij & Protaſij Lutetiæ. Obiit 2. Martij 1606. ſepultus in ſuâ Cathedrali. Emiſit in lucem Gallicè Poëmata, & Orationes, ex quibus vna eſt funebris laudatio prædeceſſoris.

58. *Ioannes Bertault*, egregius Poëta Latinus, & Gallicus, ex Abbate B. Mariæ de Alneto *d'Aunay*. Obiit 8. Iunij 1611. Eleëmoſynarius Reginæ. Iacet in Cathedrali.

59. *Iacobus* à S. Mariâ *Soarez* Luſitanus, vulgò & Antonomaſticè *le Portugais*, vehemens hæreticorum Flagellum. Iacet apud Franciſcanos Pariſienſes hoc Epitaphio:

Iacobo Suarez à S. Mariâ
Olyſiponenſi, Ord. S. Franciſci,
Theologo eximio, Epiſcopo Saienſi,
Cuius Conciones Chriſtianiſſimus
Populus adueneratione multâ, & concurſu
Frequentiſſimo comprobauit.
Iacobus Camus Epiſcopus Deceſſori ſuo B. M.

ſecundùm voluntatem teſtamenti.

F. C.

Vixit annos LXII. *menſes* VI.

Pontific. ann. III.

Depoſitus in pace III. *Cal. Iun.*

Anno M. DC. XIV.

At in laudē eius Concionum typis editarum extat hoc Carmen Gallicum V. C. Claudij Expilij in Senatu Delphinate Præſidis.

I'oy bruire ce me ſemble, en ce liure vn tonnerre,
Qui chaſſant l'hereſie, & l'infame peché,
Promet par vn ſecret à tout autre caché,
Vne eternelle paix d'vne petite guerre.
Iettez icy les yeux, ô vous dont le ſens erre,
Et d'humble repentance ayez l'eſprit faſché,
Croyans qu'vn cœur contrit des vices detaché,
S'eſleue autant au Ciel, comme il s'abaiſſe en terre.
Ce docte Portugais, de qui la viue voix
A ſouuent contenté les oreilles des Roys,
Icy du vray Chreſtiē peint l'image parfete.
Ce ſont des beaux diſcours pleins de rare ſçauoir:
Diſcours non empruntez, qui tous ſiens nous font voir,
Soubs vn habit de cendre vne ame de Prophete.

60. *Iacobus Camus de Pont-quarré*, in Comitiis Pariſienſibus 1614.

Quem qui laudat, amat, colitque verum,
Quem qui laudat, agit quod agendum eſt.

Saniciences Epiſcopi.

Senaz & Sanez, & Senez en Prouence.

Flor. 600.

SANICIVM, vel Saneſium, vel ciuitas, Seneſio, vel Senectenſis, vel Sentienſis vel Sanicienſium, vel Sapſenſium in Notitia Prouinciarum pro diuerſitate lectionum, in Alpibus maritimis Ammiano & Ptolemæo l. 3. c. 1. (qui tamen eos falsò tribuit Vediantiis Italiæ populis) ſub Ebredunenſi Archiepiſcopatu & Parlamento Aquenſi, gradu longitud. 27. 30. latitud. 43. 30. altitud. ſolis 46. 30. vbi dies maxima horarum 15. 14. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 30. ad 60. Cuius ciuitatis Epiſcopus memoratur ab Innocentio 3. c. 13. Poſtulaſti, de foro competenti. Eccleſia vero Cathedralis Patronum agnoſcit S. Auguſtinum. At in diœceſi reperiuntur Abbatiæ:

A Bona O. B. *Bonne.* Flor. 40.

S. Andreæ *de Boſco*, vel *Buſco*, O. B. *ſainct André.* Flor. 50.

Cæterùm, huius Eccleſiæ præſules hi tantùm fuère à nobis obſeruati.

Marcellus, in Concilio Agathenſi 506. vt indicat Sirmundus.

Vrgilius, Concilio 2. Matiſconenſi 588.

Verus, ei ſcribit B. Sulpitius Archiepiſcopus Bituricenſis, apud S. Deſiderium Cadurcenſem epiſt. 51.

Protaſius, in Concilio Cabilonenſi circa ann. 650.

B *Enardus*, vel Erardus, in dedicatione Eccleſiæ Lunenſis 1159.

Bertrandus, in Concilio Auenionenſi 1337.

Petrus Quinqueranus ſepultus apud Auguſtinianos Pariſienſes anno ætatis 24. Chriſti 1550. 15. Calend. Septembris, cuius libri tres de laudibus Prouinciæ editi Pariſiis anno ſequenti. Legendus Brulius in Theatro Antiquitatum Pariſinarum, & Noſtradamus pag. 29. *Porte vn trictrac d'or & d'azur de l'vn a l'autre.*

Ioannes Clauſſe, in Concilio Tridentino, & nominatur 1567.

Ludouicus du Chaine in cœtu Cleri Pariſiis 1625. circa huius Præſulis tempora

C conduntur Capucini 25. Aprilis 1621.

Santonenſes, vel Xantonenſes Epiſcopi.

Saintes en Saintonge.

SANTONVM, vel Xantonum ciuitas, Mediolanum ad Carantonium fluuium, inter Engoliſmam, & Rupellam, media inter Pictauim, & Burdegalam, à quâ poſtremâ ſuâ metropoli in Aquitaniâ 2. (ſub D cuius etiam Parlamentari iuriſdictione degit) 20. m. p. Gallicorum in Aquilonem diſtat, locis patentibus, maximéq; frumentariis, Cæſari l. 1. c. 2. extremo, gradu longitud. 20. 10. latitud. 45. 30. altitud. ſolis 44. 30. dies maxima horarum 15. 30. vmbra æquinoctialis meridiana 62. ad 60. remota ab Alexandriæ Meridiano in Occidentem hor. 2. 30. apud Ptolemæum l. 2. c. 7. & in Tabulâ Galliæ, & Eliam Vinetum Santonenſem, quamuis ille neget vlla nunc extare Mediolani veſtigia, de quo Strabo l. 4. & Stephanus de Vrbibus. Icon verò huius vrbis extat tomo 5. ciuitatum orbis Georgij Bruni. Eccleſia autem primaria Patronum veneratur S. Petrum, cuius Flor. 2000.

cuius Epiſcopus, Decanus, & Capitu- A
lum memorantur c. 23. de Verbor. ſignificatione, & c. 21. de Electione, & c. 22. de Præbendis. Plura de Santonum regione proprio libello ſcripſit Ioannes Alanus 1597. & de Vrbis Santonum Antiquitate Vinetus 1571. In hac porrò diœceſi hæ numerantur Abbatiæ:

Flor. 1333. Angeriacenſis, ſiue S. Ioannis Angeliacenſis O.B. *S. Iean d'Angely.*

Flor. 150. S. Stephani de Vallibus O.B. *des Vallees.*

Flor. 400. Baſſiacum O. B. *Baſſac.*

Flor. 100. S. Mariæ de Caſtris O. B. *Chatres lez Cognac.* B

Flor. 100. Fontis-dulcis O.B. *Font-doulce.*

Flor 500. S. Stephani de Beania, *Baigne* O. B.

Flor. 150. S. Leodegarij O.B. *Sainct Leger*, vel *S. Ligaire.*

Flor. 1000. De Sabloncellis O.A. *Sablonceaux.*

Flor. 300. Gratia-Dei O.C. *La Grace-Dieu.*

Flor. 200. Frenada O.C. *Frenade.*

Mortaignier fœminarum in vrbe O.A.

Flor. 100. S. Mariæ Inſulæ Reæ O. C. *Noſtre Dame de l'Iſle de Ré.*

S. Mariæ in vrbe, *Noſtre Dame.*

Cæterùm Præſules huius Sedis hoc ordine ſequuntur: C

1. *S. Eutropius.*

Vrbis Santonicæ primus fuit iſte Sacerdos.

Fortunato lib. 1. cap. 13. à B. Clemente miſſus, in Martyrol. 3. Aprilis, & Breuiario Pariſienſi, Lingonenſi, & Rotomagenſi, Baron. anno 175. Eutropio autem è terris in cælum ſublato, aut longum Interpontificium fuit, aut nomina Epiſcoporum ſempiterna obliuione ſunt ſepulta. Quod iam in aliis aliquot Eccleſiis contigiſſe monuimus.

2. *S. Troianus*; circa annum 380. Martyrolog. 30. Nouembris, cuius corpus Toloſam tralatum, apud Gregorium Turon. de Glor. Confeſſ. D

3. *S. Ambroſius.* Hunc nonnulli ſuſpicantur eſſe eum, qui interfuerit in ſpiritu, exequiis S. Martini Turonenſis 402. cùm vrbs Santonum olim Mediolanum diceretur. Videndus Sauaro ad Sidonium l. 9. ep. 6.

4. *Petrus.* Concilio 1. Aurelianenſi, 507.

5. *S. Bibianus*, vel Vibianus, Martyrologium 23. Auguſti, Baron. ex Gregorio Turonenſi, & Fortunato.

6. *Euſebius*, ex eodem Baronio, in Concilio 5. Aurelianenſi 552. Fortunato l. 1. c. 12.

7. *Emerius*, depoſitus in Synodo Santonenſi, ſed poſteà, vt videtur, reſtitutus. Qua de re Baronius anno 566. num. 16. ex Gregorio Turonenſi lib. 4. c. 26. vbi & Emericus dicitur, vt à Fortunato l. 1. c. 12.

8. *Concordius.*

9. *Didymus.*

10. *S. Palladius.* In Concilio Matiſconenſi 588. Meminit Gregorius Turonenſis de Glor. Confeſſ. cap. 60. & l. 8. hiſt. c. 1. Eidem ſcribit Gregorius Magnus lib. 5. epiſt. 50. Indict. 14. 596. vnde multitudo altarium in eodem Templo colligitur. Qua de re Bellarminus, & alij, qui de Miſſis priuatis in Controuerſiis tractant. Conſecrauit Fauſtinianum Epiſcopum Aquenſem.

11. *S. Leontius.* Flodoard. lib. 2. cap. 5. Sigebert. in vita S. Maclouij, apud Surium 17. Nouembris cap. 21. 634. Alius ab vtroque Leontio Burdegalenſi. Hic verò Papa, vt ait Fortunatus lib. 1. c. 12. poſuit Templum S. Bibiano ſuo quondam anteceſſori.

12. *Adelbertus.*

13. *Amanus.*

14. *Leodegarius.*

15. *Vlricus.*

16. *Dizantius.*

17. *Seuerinus.*

18. *Maynardus.*

19. *Alo.* Eccleſiam depopulatus eſt.

20. *Grimoardus.*

21. *Iuſtus.* Quo tempore Gofridus Comes cum Agnete vxore fundauit Monaſterium B. Mariæ fœminarum in vrbe.

22. *Ilo.* Clericos, ſeu Canonicos in Clauſtro congregauit.

23. *Alo* 2. Sedit an. 1. menſem 1.

24. *Gaufridus*, ann. 4. circiter.

25. *Eunerlicus*, ann. 3. menſes 3.

26. *Elias.* In dedicatione Eccleſiæ Lemouicenſis, Baron. 1028. Cruceus in Epiſcopis Cadurcenſibus n. 50.

27. *Arnulphus.* In ſacro Philippi 1059. apud Tillium. Circa hæc tempora 1047. fundatur in vrbe Abbatia *Noſtræ Dominæ* à Gofrido Comite Andegauenſi.

28. *Godranius*, vel Goderanus, diſcipulus S. Hugonis Cluniacenſis, ex Abbate Cluniacenſi 1069. Obiit 1075. *Vion* l. 2. c. 53.

29. *Boſo* 1075.

30. *Arnulphus 2. de Barbeſillo* ann. 5. dies 10. 1088.

31. *Petrus*, ex Priore Subizienſi. Præfuit ann. 8. Obiit 1095. l. 2. c. 53.

32. *Reginaldus Carſalius* 1095. Raynul-

phum vocat Gofridus Vindocinenſis l.3.epiſt.31. & 32.

33. *Petrus de Confolento.* Eccleſiam, & domum Epiſcopalem inſtaurauit. Ei ſcribit Gofridus Vindocinenſis l.3.epiſt. 38.circa annum 1102.

34. *Guilelmus Gadradi*, filius Baronis de Iouſaco 1119. in Concilio Remenſi præſente Calixto 2. apud Ordericum l.12. vbi dicitur Vir eloquentiſſimus.

35. *Pontius de Ponte* 1127.

36. *Bernardus*, ex Priore de Sabloncellis 1167. *Vion.*

37. *Ademarus Carbonelli.*

38. *Hugo* 1180.

39. *Henricus* 1191.

40. *Boamundus* 1237.

41. *Pontius 2. de Ponte* 1260.

42. *Elias de Fors* 1265.

43. *Petrus Laudis* 1267.

44. *Pontius 3. de Ponte* 1275.

45. *Gofredus de S. Briante* 1281.& 1284. Quo anno ſcribit Simoni de Bello-loco Archiepiſcopo Bituricenſi 74. in Chartulario Bituricenſi.

46. *Gaufredus de Archiaco* 1293.

47. *Ranulphus Carelli* 1317.

48. *Hugo de Noua-villa*, ex Podienſi 1320. Obiit 7. Idus Aprilis in Calendario S. Germani à Pratis, vbi dicitur Guido, & obiiſſe 1321.

49. *Guilelmus de Rocha* 1328.

50. *Theobaldus*, nepos Guilelmi 1330.

51. *Stephanus de Gardo* 1342.

52. *Gaillardus de Podio*, Gregorij 11. affinis. Conſtruxit aulam Epiſcopalem Rupellæ 1360. Fratrem habuit Ebbonem Epiſcopũ Carnotenſem 88. creatur Cardinalis 1375. apud Ciaconum pag. 752. modò idem, qui Gerardus *de Loy*.

53. *Raymundus de Engoliſma.* Auenione deceſſit, ante adeptam poſſeſſionem 1380.

54. *Elias de Berangijs.*

55. *Bernardus de Saltu* 1407.

56. *Bernardus de Cheuenon* 1414.

57. *Gofridus de Peruſia* 1420.

58. *Ioannes le Bourſier* 1425.

Rochecholiard porte d'argēt aux ondes de gueule auec la deuiſe, Terra, Marique.

59. *Guido* de Rupe-cauardi, *de Rochechoüard*, filius Guilelmi, ex Ioanna *d'Archiac.* Nominatur 1441. 26. Aprilis.

60. *Ludouicus de Rupe-cauardi* 1460. ex Archidiacono, confirmata ipſius electione à Primate Bituricenſi in Litteris Caroli 1461. datis Magduni, ſuper Euram, coram quo Primate ius electionis ad Epiſcopatum Xantonenſem ventilauerat contra Alanum *de Coetiui* Cardinalem ſanctæ Praxedis, qui Alanus ſe dicebat Adminiſtratorem perpetuum Santonenſis Epiſcopatus, in Litteris Petri Cadoeti Officialis, & Vicarii Ioannis Archiepiſcopi Bituricenſis. Ei ſcribit Robertus Gaguinus epiſt. 23. 26. 39. & eius Ludouici extat Epigramma in verſificatoriam artem ipſius Guaguini.

61. *Petrus de Rupe-cauardi.* Fratres habuit Ludouicum, & Ioannem Archidiaconos.

62. *Raymundus Perault*, ex Nouarienſi, & Viterbienſi, poſteà Cardinalis 1493. creatus ab Alexandro 6. apud Ciaconum, qui tamen nullam facit mentionem Epiſcopatus Santonenſis.

63. *Franciſcus* Soderinus Florentinus creatur Cardinalis S. Suſannæ ab Alexandro 6. Romæ pridie Calend. Iunias, vulgò Cardinalis Volaterranus, quòd illius ciuitatis in Thuſcia eſſet Epiſcopus. Obiit Romæ Epiſcopus Oſtienſis Collegij Sacri Cardinalium Decanus, & in æde S. Mariæ de populo ſepultus. Onuphr. Ciacon. Nomenclator.

Volaterr. in Ita. in V. Florent. 2.

64. *Iulianus de Soderinis* 1516. Obiit 1544. 30. Iulij, ſepultus in cathedrali.

65. *Carolus Borbonius*, ex Niuernenſi 99. Sedit ann. 6. inde tranſlatus ad Archiepiſcopatum Rotomagenſem 1548. quo anno creatur Cardinalis Vindocinenſis, ac anno 1568. Adminiſtrator Bellouacenſis.

66. *Triſtandus de Bizet* 1557. Interfuit Concilio Tridentino. Iacet apud Bernardinos Pariſiis hoc Epitaphio:

Triſtando de Bizet Trecenſi, Claræ-vallis Religioſo, Xantonenſi Epiſcopo, S. Bernardo, cuius Reliquias argenteâ capſâ includi curauit, deuotiſſimo, ac de Bernardinis, quorum ſtudia fundatione iuuit, meritiſſimo frater Nicolaus Boucherat, Ciſtercij Cænobiarcha, poſtrema voluntatis executor poſuit.

Porte d'azur au ſautoir engreſlé d'or, accompagné de 4. bizets de meſme.

Vixit ann. 80. *Obijt* 6. *Idus Nouembris* 1579.

Fuit etiam Abbas S. Nicolai in Boſco diœceſis Laudunenſis.

67. *Nicolaus Cornu de la Courbe.* In Concilio Prouinciali 1583. & in Comitiis Pariſienſib. Obiit 1617. menſe Iulio, poſt ſedem ann. 41.

68. *Michael Raoul*, ex Decano 1618.

Sarlatenſes

Sarlatenſes Epiſcopi.

Sarlat.

Flor. 700.

SARLATVM, gradu longitudinis 21. 50. latitud. 44. 50. altitud. ſolis 45. 10. vbi dies maxima horarum 15. 26. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 59. ad 60. in medio climatis 6. Capellæ ſidus verticale, ſub Archiepiſcopatu, & Parlamento Burdegalenſi donatur ſede Epiſcopali à Ioanne 22. 1317. auulſa à Petrocoricenſi, & ſeparata fluuio *Vezela*, cuius Eccleſia cathedralis ex Abbatiali Ordinis Benedictini S. Sacerdoti *S. Sadroc* Lemouicenſi Epiſcopo 30. dicata eſt, ſuntque in ipſius diœceſi Abbatiæ:

Flor. 300. Terraſſonenſis O.B. *Taraſſon.*
Flor. 300. S. Amandi O.A. *S. Amand.*
Flor. 500. Cadunij O.C. *Cadouin.*

Præſules autem ſic ſequuntur ex Ioanne *Chenu*, & aliunde:

1. *Raymundus de Rocha.*
2. *Bertrandus Berengarius.*
3. *Arnaldus Ramiard.*
4. *Guilelmus de Sendrens.*
5. *Petrus Berengarius.*
6. *Petrus de Mirolac.*
7. *Petrus Iterius.*
8. *Elias de Salniaco, Salignac.* (*Salignac.*)
9. *Auſtenſius* de ſancta Columba.
10. *Ioannes de Rauillon.*
11. *Girardus de Paleyraco.*
12. *Raymundus de Gretenons.*
13. *Ioannes Amici.*
14. *Ioannes Arnaldi.*
15. *Bertrandus de Lacropta.*
16. *Petrus Bonaldi.*
17. *Bertrandus de Roſignaco.*
18. *Pontius de Salignaco, Salignac.*
19. *Armandus de Gontauld de Biron.* (*De Biron porte eſcartelé d'or & de gueule en banniere.*)
20. *Carolus de Bona-Valle.*
21. *Guido Deydie.*
22. *Franciſcus de Bourgueil.*
23. *Ioannes de Rilhal.*
24. *Iacobus de Larmandie.*
25. *Nicolaus de Gadis*, vel Guaddius Florentinus, Cardinalis à Clemente 7. creatus apud Onuphrium & Ciaconum, qui & de Thadæo eiuſdem familiæ altero Cardinale.
26. *Franciſcus de Sancto-nectario.* (*Senetaire porte d'azur à 5 fuzees d'argent.*)
27. *Franciſcus de Salignaco.* (*Salignac porte d'or à la bande de 3 pieces de ſynople.*)
28. *Ludouicus de Salignaco*, 1596.
29. *Ioannes Ludouicus de Salignaco*, ſuperioris nepos 1616.
30. *Lancelotus de Mulet* 1625.

A Inuenitur etiam Raymundus de Torcularibus Epiſcopus Sarlatenſis actu regens in Vniuerſitate Toloſana 1459.

Sedunenſes Epiſcopi.

Sion, en Sitten en Valais.

Flor. 2000.

SEDVNVM Valenſium, ſeu Valeſiorum ciuitas inter montes Alpinos ad Rodanum, gradu longit. 29. 0. latitud. 45. 30. altitud. ſolis 44. 30. vbi B dies maxima horarum 15. 30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 62. ad 60. in quam vrbem tranſlata fuit ſedes Epiſcopalis Octoduro Veragrorum, ſeu Valeſiæ inferioris ciuitate, quæ & Valentia in Notitia Prouinciarum, vnde Octodurenſes Plinio, ab Octodoro Cæſaris lib. 3. cap. 1. nunc *Marthenach*, ſub Archiepiſcopo Tarantaſienſi. Seduni verò Icon, ſeu delineatio extat tomo 1. Ciuitatum Georgij Bruni fol. 37. cuius Epiſcopus dicitur Comes, & Præfectus Valeſiæ, vt eſt apud Boterum in Relationibus, & Guilimannum lib. 4. Heluetiæ cap. 3. in qua diœceſi eminet nobilis C Abbatia S. Mauricij Agaunenſis O. A. quæ infrà deſcribetur. *Flor. 166.*

Epiſcopi autem hi fuère à nobis obſeruati. Notabis intereà quòd Guilimannus vult ab initio naſcentis hîc Religionis Chriſtianæ Valenſium fuiſſe duos Epiſcopatus diuerſos Seduni, & Octoduri.

Theodorus Octodurenſis. In Concilio Aquileienſi 381.

S. Florentinus, paſſus ſub Wandalis, Sigeberto, quem Florentium nominat Ado 5. Cal. Octob. in caſtro Seduno.

Ruſticus. Tempore Godeſilli Burgun-D dionum Principis.

Conſtantius Octodurenſis, hoc eſt Valenſium Epiſcopus. In Concilio Eponenſi 509.

Theodorus 2. vel Theodulus. Subſcribit fundationi Cœnobij Agaunenſis per Sigiſmundum factæ, vt infrà dicetur. Cuius & Eccleſiam dedicauit, iſque eſt, aut ſuperior, qui notatur in Calendario Cenomanenſi, Auguſti 16.

Rufus Octodurenſis, hoc eſt Valenſis Epiſcopus in Conc. 5. Aurelian. 552.

Heliodorus. In Concilio Matiſconenſi 2. vbi Sedunenſis dicitur 588.

Leudemundus, circa ann. 620. Aymoin.

Vilimarus, ſub Childeberto 2. Sedunenſis Epiſcopus apud Abbatē Vrſperg.

Theodoſius, donatur Principatu vrbis à Carolo Magno.

Aymo. Nominatur 8. Calend. Aprilis 1044. in Inſtrumento pro Paulianis Veſuntionenſibus.

Ermenfredus. In ſacro Philippi Regis 1059. die Pentecoſtes, & in diplomate Alexandri 2. Papæ ann. 4. 1064.

Giraldus. Ei ſcribit Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 67. Indict. 12. 1074.

Guarinus. In vita S. Bernardi lib. 2. cap. 8. & *Henriquez* in Faſciculo Sanct. Ciſtercij lib. 2. diſtinct. 10. cap. 8. Sanctus Bernardus epiſt. 253. anteà Abbas in Alpibus O.C.

Cono. In Concilio Lateranenſi 1179. menſe Martio.

Eduardus Amedei Sabaudi filius, ex Bona Borbonia 1375. poſt Guiſcardum Grandecium ab Antonio Turriano de arce præcipitatum.

Mathæus Schiner, cui longo fuit cognomen, Seduni natus, genere quidem humilis, ſed animi virtute ſublimis, pace, bellóq; clarus, Cardinalis creatur à Iulio 2. menſe Martio 1511. Obiit Romæ 2. Octobris 1522. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Anima, quæ eſt Germanorum, de quo Paulus Iouius, Franciſcus Guicciardinus, & alij eius æui Scriptores, preter Ciaconum pag 1050. & Onuphrium pag. 346. & 363.

Hildebrandus à Rietovv. Conceſſit tralationem Reliquiarum S. Mauricij Duci Sabaudiæ, Carolo 1590.

Senlis en Vallois.

Siluanectenſes Epiſcopi.

Flor. 1250.

SILVANECTVM, Greg. Turon. lib. 9. c. 20. Notit. Prouinc. & Imperij, ſic dictum, quòd vndique Siluâ Reziâ, *de Rex*, annecteretur, Valeſiæ Ducatus caput, 10. leucis diſtans à Lutetia Pariſiorum, ſub cuius Parlamento, & Remenſi Archiepiſcopatu, decoratur Præfectura nobili Iuridica, ſeu Bailliuiatu Regio. Nonnullis Auguſtomagus Ptolæmei & Siluiacum, Lupi Ferrarienſis, gradu longitud 23. 40. latitud. 49. 0. altitud. ſolis 41. 0. vbi dies maxima horarum 16. 0. 8. ratio vmbræ æquinoctialis 69. 10. ad 60. parrochias 7. mœnibus ſuis complectens, præter cathedralem B. Virgini Dei Genitrici conſecratam. In tota verò diœceſi Parrochiæ circiter 60. & Abbatiæ ſequentes recenſentur:

Sancti Vincentij O. A. in vrbe, *Sainct Vincent.* Flor. 80.

Victoriæ O. A. *La Victoire.* Flor. 266.

Caroli-loci, *Charlis* O.C.

S. Remigij fœminarum in vrbe O.B. *S. Remy*, quæ eſt nunc tralata in diœceſim Sueſſionenſem à Gregorio 15. & Ludouico XIII.

Præſules autem hi fuêre ex Demochare, & aliis.

1. *S. Regulus*, B. Dionyſij comes, & S. Trophimi in ſede Arelatenſi ſucceſſor, Eccleſiam Siluanecti inſtituens, ſanctiſſimè in Domino quieuit 30. Martij, in Martyrologio Romano, vbi Baronius legendus. Habet Eccleſiam in vrbe à Roberto Rege conſtructam.
2. *Nicenus*, vel *Niconius*.
3. *Manſuetus*.
4. *Venuſtus*.
5. *Tanitus*.
6. *Iocundus*.
7. *Protritus*.
8. *Modeſtus*.
9. *Leuardianus*. Concilio 1. Aurelianenſi 507. qui & Leuardianus, & Henangius, qui tamen fortè diſtinguendi.
10. *Paſius*.
11. *Nonnulus*.
12. *Hodiernus*, ſeu Frodigernus, vel rectiùs Frodigerius Concilio Aurelianenſi 5. 552.
13. *Sanctinus*.
14. *S. Manulphus*, ſeu Malulphus. Sepeliuit Chilpericum Regem à Landrico Calæ interfectum, vt notat Gregor. Turon. l. 6. c. vlt. extremo. Aymoin. l. 3. cap. 57. 587.
15. *Agomarus*. In Concilio Remenſi circa A.C. 634. Flodoard. l. 2. c. 5. & nominatur anno 3. Clodouei 2. Regis, in fundatione Monaſterij Foſſatenſis.
16. *Autbertus*.
17. *Erambertus*.
18. *Vulfredus*.
18. *Antalfridus*.
20. *Bertolinus*.
21. *Odonius*.
22. *Adelbertus*.
23. *Reginaldus*.
24. *Herminius*.
25. *Godefridus*.
26. *Herpuinus*, vel Erpoinus. In Concilio Turonenſi 849. Sueſſionenſi 853. & Vermeriæ eodem anno. Tullenſi 859. Sueſſionenſi altero 866. Baronio. Item altero Vermeriæ 870. De eo mortuo 8. Idus Iunij ſcribit Hincmarus A. Remenſis Carolo Caluo Regi.

27. *Autbertus*

27. *Autbertus*, vel Hadebertus 2. Ad eum extat Epiſtola Hincmari A. Remenſis, pro eligendo Bellouacenſi Epiſcopo poſt mortem Odonis. Intereſt Synodo Pontigonenſi 876. & Trecenſi 878.

28. *Otfredus.*

29. *Aldemius*, vel Adelelmus. Obiit 936. Flodoardo.

30. *Berninus*, vel Herminius electus 937. Flodoard.

31. *Gontbertus.*

32. *Iuo.* Memoratur 948. Flodoard. Chronico.

33. *Conſtantius.*

34. *Odo.* Intereſt Pſeudoſynodo Remenſi in Baſilica S. Baſoli 991. 15. Cal. Iulij contra Arnulphum metropolitem.

35. *Robertus.* In Synodo Calæ Roberto Rege S. Reguli conditore.

36. *Rodulphus.*

37. *Guido* Bonus, de quo Gaguinus in vita Ludouici. Nominatur in Charta Roberti Regis pro S. Germano Pariſienſi.

38. *Frolendus.* In Concilio Remenſi 1049. & in ſacro Philippi Regis 1059.

39. *Rolandus.* Nominatur in diplomate Henrici Regis pro Martinianis Pariſienſibus 1060. Eumdem puto cum ſuperiore, ſed nolo immutare aliorum ſeriem. Ei ſcribit Fulbertus epiſt. 49. Hoc tempore fundatur Cœnobium S. Vincentij.

40. *Iuo.* In dedicatione S. Quintini Beluacenſis 1074. & Concilio Sueſſionenſi 1078. & 1079. in Commentariis Loiſellij.

41. *Vrſio.* 1085.

42. *Hugo.*

43. *Lecoldus.*

44. *Hubertus.* In ſacro Ludouici Craſſi 1109. 3. Auguſti Aureliis, Sugerio, & 1113. in diplomate eiuſdem Ludouici pro fundatione S. Victoris Pariſienſis, apud Brulium.

45. *Clarabaldus.* In exequiis S. Godefridi Epiſcopi Ambianenſis 36.

46. *Petrus.* Apud Sigebertum Supplemento 1142. & 1146. in Charta Sanſonis Archiepiſcopi 50. Remenſis pro Abbatia Hederacenſi. Dedicat apud Sandionyſianũ Capellam S. Hippolyti tempore Sugerij Abbatis.

47. *Theobaldus.*

48. *Almaricus.*

49. *Henricus* 1184. Obiit 9. Cal. Mart.

50. *Gofridus.* Sentiens tàm ætate, quàm corpulentiâ põderoſâ inſufficientem ſe oneri, quodiam per 30. annos portauerat, impetratâ à ſummo Pontifice, ſicut in iure cautum eſt, licentia, renuntiauit Epiſcopatui, & tranſtulit ſe ad Monachos Caroli-loci anno 1213. Obiit Nonis Nouẽb. Rigordus in vita Philippi Aug.

51. *Guarinus*, Conſiliarius ſpecialis Philippi Auguſti, propter prudentiam, & alias animi dotes multiformes, apud Rigord. 1213. Intereſt Melduni iudicio Parium Franciæ de Comitatu Campaniæ menſe Iulio 1216. Cancellarius, & executor teſtamenti eiuſdem Philippi 1224. cum Bartholomæo de Roya Magno Franciæ Camerario, quo anno ſubſcripſit Chartæ Regali priuilegiorum Bituricenſium. Dedicauit 1225. 5. Cal. Nouemb. Eccleſiam Abbatialem de Victoria, cuius fundamenta iecerat nomine Philippi Auguſti 1222. in capite ieiunij, & Eccleſiam Caroli-loci 1229. Obiit 13. Cal. Mart. in Calendario Caroli-loci. De eo Tilius præfat. Inuentar. Budæus de Offic. Præfecti Prætor. vir magni nominis illo ſæculo, quem *Magnum Franciæ Chronicon*, in prælio Bouinenſi, armatum dicit, non pugnãdi, ſed exhortandi cauſâ milites ad honorem Dei tuendũ. Quomodo autem Epiſcopus vel Clericus in ſacris & beneficiis conſtitutus in bello verſari poſſit, legendus Azor part. 3. l. 2. c. 16. Nauarr. c. 27. n. 217. & conſil. 5. de Homicidio. Huius porrò tẽpore Frãciſcanorum Conuentus in vrbe ædificatur 1228. vt notat Vaddingus poſt Gonzag.

Epiſcopus in bello

52. *Adam.* Nominatur 1240. in Inſtrumento pro Franciſcanis Pariſienſib. Obiit 5. Cal. Maij. Circa hæc tempora 1264. fundatur Siluanecti Prioratus S. Mauricij, à S. Ludouico Rege, ſub inſtitutione & Regula S. Mauricij Agaunẽſis diœceſis Sedunenſis, qui nunc eſt ſub Congregatione S. Victoris Pariſienſis.

Prioratus S. Mauricij.

53. *Robertus de Heſſaya* 1276. Obiit Calend. Maij.

54. *Robertus de Creſſonſart*, poſteà Bellouacenſis 60.

55. *Galtherus de Chambly.*

56. *Petrus Callen.*

57. *Guido de Playaco.* Nominatur 1306. 17. Maij in quadam indulgentiarum conceſſione pro S. Capella Pariſienſi.

58. *Guilelmus de Beronne.*

59. *Petrus Baron* Nominatur 1328. penultimâ menſis Februarij.

60. *Vedaſtus de Villaribus* Coſtæ-rectæ *Villiers Coſte-rez.*

61. *Stephanus de Villaribus.*

62. *Stephanus de Playaco.*

63. *Robertus de Creuſo.*

64. *Petrus Plauſterus*, Theologus.

65. *Nicolaus le Grand.*
66. *Petrus de Triniaco*, Ordinis Prædicatorum Conuentus Autiſſiodorenſis, Confeſſor Regis.
67. *Adam*, Ordinis Minorum.
68. *Simon Bonnet.* Iacet in Eccleſia Franciſcanorum, cuius nauim conſtruxerat, apud Gonzagam.
69. *Carolus de Blanchefort.*
70. *Ioannes Calluault.*
71. *Arturus Fillon.*
72. *Odardus Hannequin*, poſteà Trecenſis 70.
73. *Guilelmus Parui*, ex Trecenſi 79. Ordinis Prædicatorum, Regis Franciſci 1. Confeſſor. Obiit 1536.
74. *Ludouicus Guillard*, Pariſinus, anteà Tornacenſis 74. poſteà Carnotenſis 98. & Cabilonenſis 74. tandem Epiſcopus huius ſedis. Pariſiis obijt, ibique ad Albimantellos ſepelitur.
75. *Renatus Rollerius, Le Roullier*. Sedebat 1553. & 1560.
76. *Cryſpinus de Brichanteau* Monachus Dionyſianus, Theologus, Confeſſarius Franciſci 2. Regis. Iacet in Eccleſ. Nangij. Huius tẽpore obiit Siluanecti 1590. 13. Calend. Octob. ibiq; ſepelitur, Iacobus Fayus Speſſius ex Aduocato Regio Præſes in Senatu Pariſienſi.
77. *Guilelmus Roze*, natus Caluomonte in Baſſigneyo diœceſis Lingonenſis, ex Regio egregioque Concionatore, & maiore Magiſtro Collegij Nauarræi Lutetiæ, ad hanc ſedem promotus. Laudabitur ſemper (libertinis licet obſtrepentibus) in eo

Leue iugum, doctrina placens, correctio dulcis.

Huius tempore 1589. pugna pugnata eſt Ducibus Longæ-villæo, & Aumalio, in agro Siluanectenſi.
78. *Antonius Roze*, Guilelmi nepos, inde Claromontanus 85. Obiit Aurelijs 1614. vltimâ Ianuarij. At hoc tempore 1610. 20. Maij Capucini Siluanecti fundantur.
79. *Franciſcus Rupiſucaldius*, Cardinalis, ex Claromontenſi 84. Magnus Franciæ Eleëmoſynarius. Pariſiis intereſt 1615. menſe Iulio Cleri generali Conuentui, vbi pro Concilij Tridentini receptione inter cæteros ita egit, vt communi omnium conſenſu vniuerſi ſtatuerint ſe illud quantùm in eis eſſet, in ſuis functionibus obſeruaturos. At talis tantúſque vir, natalibus, pietate, doctrina, virtutum omnium cumulo, & aggregatione ſupra Cardinalitiam dignitatem clarus, regimine Eccleſiæ Siluanectenſis ſe abdicat, vt toti Gallicanę, imò Catholicæ paſſim liberiùs inſeruiret, cui vtinam diu viuat Cato verè Chriſtianus.
80. *Nicolaus Sanguin*, ex Canonico, & Senatore Pariſienſi, conſecratus in æde S. Ludouici Pariſiis Dominicâ Septuageſimæ 12. Februarij 1623. à Franciſco Cardinale *de Sourdis* Archiepiſcopo Burdegalenſi. Vir in quo nihil ſanctitatis, nihil ſcientiæ, nihil elegantiæ facilè poſſis deſiderare. *Porte d'azur à la bande d'or accompagné de 3. glands en chef, & deux pattes de griffon de meſme en pointe.*

Siſtaricenſes, ſuprà, Ciſtaricenſes, Siſteron.

Spirenſes Epiſcopi.

Spire Gal. Speier. Germ.

SPIRA, vrbs Nemetum, & Nemetis in Notit. prouinciar. Galliæ, & in Notit. Imper. Occid. ad Renum in Alſatia, Camera, ſeu Senatu Imperiali nobilis, in Germania ſuperiore Galliæ Belgicæ parte, multis Imperatorum ſepulchris clara, vulgò deuota cognominatur, vt Moguntia ipſius metropolis honorata, vtraque verò à ſe inuicem diſtans itinere 22. horarum, gradu long. 30. 10. latit. 49. 6. altit. ſolis 40. 54. dies maxima hor. 16. 2. Huius autem vrbis Icon ſpectatur in Theatro ciuitatum orbis fol. 34. in cuius diœceſi ſunt Abbatiæ: *Flor. 600.*

Limpurgenſis O.B.
S. Petri Veiſſemburgenſis O.B. vna ex 4. Abbatiis S.R.I. Ducali dignitate conſpicuis, apud Miræum c. 18. Chronici Benedictini. *Flor. 750.*
Hirſaugienſis O.B. *Flor. 100.*

In huius verò Eccleſiæ Cathedra ſederunt Præſules, ex Demochare. Sed nota A.C. 1530. hic ſtabilitam Imperialem Cameram 41. Iudicum. At de laudibus, & cærimoniis Eccleſiæ Nemetum carmen ſcripſit Iacobus Vimphelengius ad Ludouic. *de Helmſtad* Epiſcopũ Spirenſ.
1. *Teſſis*, vel Ieſſius. In Concilio Agrippinenſi circa ann. 349. Quo mortuo longum fuit Interpontificium, aut nomina Epiſcoporum obliuioni tradita.
2. *Athanaſius*. Quo ſedente Dagobertus conſtruxit magnificum S. Germano Cœnobium extra muros Nemetenſes. Obiit 650. poſt ſedem ann. 40.
3. *Principius* 678. ex Abbate primo Veiſſemburgi, ſeu Albi caſtri.
4. *Tragobodo* 685. ex Abbate item Veiſſemburgenſi.

5. *Baſinus*, vel Baſilius, tempore Caroli Martelli. A

6. *Lato*. Obiit 767.

7. *Dauid*. Obiit 775. ex Abbate 12. Veiſſenburgi.

8. *Sigenuinus*. Obiit 802.

9. *Ato*, ſiue Oto. Obiit 810.

10. *Freydo*. Obiit 814.

11. *Benedictus*. In Synodo Aquiſgrani 820. Obiit 822.

12. *Bertinus*. Obiit 841.

13. *Gebardus*, ſiue Eberardus 848.

14. *Godelancus*. Obiit 884.

15. *Aynardus*. Obiit 890.

16. *Amelricus*, ex Monacho Veiſſemburgenſi. Obiit 893. In Concilio Triburienſi 895. notatur Lotechaneus Epiſcopus Spirenſis. B

17. *Euerardus*, vel Bernardus, ex Monacho eiuſdem Cœnobij occiditur 913. ab Erenardo, & Conrado Comitibus, Reginoni.

18. *Amelricus* 2. Obiit 945.

19. *Reginobaldus*, ex Monacho Hirſangienſi. Nominatur apud Flodoardum 948. Obiit 958. vbi, & Raynaldus apellatur.

20. *Godefridus*, ex Monacho Veiſſemburgenſi. Obiit 960.

21. *Odogarius*, ſiue Orgerius, ſiue Ottocarus, in conſecratione Otonis Magni Imperatoris 962. à quo & omnem iuriſdictionem Nemetum accepit. C

22. *Baldericus* 987.

23. *Rupertus*, ex Monacho Veiſſemburgenſi. Obiit 1000.

24. *Valtherus*. Obiit 1031.

25. *Sigefridus* 1032.

26. *Regingerus*.

27. *Regenobaldus* 2. Obiit 1039.

28. *Sigeboto*. Lege Vibertum in vitâ Leonis 9. l. 2. c. 5. vbi Sibicho dicitur, vt & Scafnaburg, cui obiit 1054.

29. *Arnoldus*, ſeu Arnolphus. Obiit 1055. vt, & Scafnaburg. Itaque non ſedit annum integrum, ex Abbate Veiſſemburgenſi. D

30. *Conradus*. Obiit 1057.

31. *Etnardus Katzenelembogen*, ex Abbate Limpurgenſi. Obiit 1067. Scafnaburg, 7. Calend. Maij ſedis 9. Spiræ ſepultus. Scripſit inſigne volumen de Cęrimoniis Eccleſiæ, libris 4. teſte Schultingio in Bibliothecâ Eccleſiaſticâ.

32. *Henricus*. Obiit 1075. Scafnaburg.

33. *Rugkerus*. Ampliauit vrbem Nemetum, quæ tunc dici cœpit Spira à Fluuiolo 1084. Obiit 1090. ſepultus in æde S. Guidonis.

34. *Ioannes Creichgouia* Comes, ampliſſimum ſuum patrimonium Eccleſiæ reliquit. Obiit 1104. ſedis 14. ſepultus in Monaſterio Sinſtein.

35. *Gebardus* Comes Auracenſis, ex Abbate Hirſaugienſi. Conſecratur à Ruthardo ſuo metropolite, præſentibus Ebbone Vormatienſi, Gebardo Conſtantienſi, & aliis Epiſcopis, ac Henrico 5. Imperatore. Obiit 1110. ſepultus in choro Hirſaugienſi.

36. *Bruno*, recenſetur 1111. Obiit 19. Octobris 1113. Iacet in Cœnobio Limburgenſi.

37. *Stephanus*, ex Abbate Corbeienſi in Saxoniâ. Obiit 1117. ſepultus apud S. Guidonem.

38. *Sigefridus* Comes *de Leyningen*. Quo ſedente Baſilica B. Mariæ comburitur, & ab eo inſtauratur. Obiit 1141. 23. Septembris, ſedis 15.

39. *Guntherus* Comes *de Leyningen*, patruo ſucceſſit. Obiit 17. Septembris 1156. ſepultus in Cœnobio Malbrunenſi, quod fundauerat.

40. *Vdalricus à Durmuntz*. Obiit 1168. ſepultus iuxta Guntherum, hoc Epitaphio: *Vlricus poſitus Spirenſis Epiſcopus hic eſt.*

41. *Godefridus*. Obiit 1178.

42. *Conradus*. Obiit 1184.

43. *Rapoto*, vel Rabodo. Obiit 1188.

44. *Vdalricus à Rechberg*. Obiit 1192. ſedis 14. frater Sigefridi Epiſc. Auguſt.

45. *Otho*, Comes Hennebergenſis, nominatur 1193. ceſſit 1199. Obiit 1202.

46. *Conradus à Scharpfenegk* 1199. fuit & Metenſis 59. & Imperatoris Cancellarius. Nominatur 1207. Obiit 1224. die 10. Decembris, ſepultus in Regum choro. Ei ſcribit Innocentius 3. cap. 33. ex parte, de Reſcriptis.

47. *Berengarius*, vel Beringerus Baro de Evryngen, Sueuus, cuius tempore fundatur Abbatia Pontis ſalutis Ordinis Ciſtercienſis à Salomone Canonico Herbipolenſi.

48. *Conradus à Thain*. Obiit 1237. ſedis ann. 4. ex gente Dapiferorum de *Valdburg*, vir religioſus & œconomus fidelis.

49. *Conradus* ab *Erbeſtin*. Obiit 1245. ſedis 18. vulgò Pacificus dictus.

50. *Henricus Comes à Leyningen*. Obiit 1272. 18. Decemb. ſepultus in Cathedrali, ante Aram diuæ Annæ ſub albo marmore.

51. *Fridericus à Bolanden*. Obiit 18. Ianuarij 1302. ſepultus in Enſerſtadio Monaſterio, ſeu Vallis-vtrinæ hoc Epitaphio:

Continet hæc foſſa Friderici Præſulis oſſa,

Quondam Spirenſis, Deus illum paſcere menſis A
Cæli digneris, epulis quoque iungere veris:
Anno milleno, trecentenoque ſecundo,
Atque Calen. quinto Februi datur is pius antro.

52. *Sibotho à Liechtemberg.* Alſata Ob. 1314. ſedis ann. 12. ſepultus in Regum Choro, iuſtitiæ promotor acerrimus.

53. *Emico Comes à Leyningen.* Obiit 1318. 19. Aprilis, ſepultus ante aram S. Annæ in Baſilica maiore. Secutus fuerat partes Bauari contra Auſtrium Fridericum, qui & Arnoldum Ochſenſteinenſem ad hanc Eccleſiam promouerat.

54. *Bartoldus Comes à Buchigh*, poſteà Argentinenſis 62. 1319. vel *Buchek*, Latinè Boica.

55. *Valdranus Comes à Feldenz*, vel Veldencius. Electus 1329. Obiit 1336. 5. Septembris, ſepultus ante aram maximam Prædicatorum.

56. *Balduinus* Treuirenſis Archiepiſcopus 94. Hunc Spirenſem Epiſcopatum adminiſtrauit ann. 2.

57. *Gerardus ab Etemberg.* Obiit 28. Decembris 1363. inſtaurator Cœnobij Auguſtinianorum.

58. *Lambertus*, ex Epiſcopo Brixienſi Spirenſis nominatur 1366. ac deinde Argentinenſis 65.

59. *Adolphus* Comes Naxouianus, vel à *Naſſau*, poſteà Moguntinus 84. 1373.

60. *Nicolaus*, ex Auditore Rotæ Vrbani 6. Templa collapſa reſtituit, auxit, locupletauit. Obiit 1396. 7. Iunij, ſepultus in cathedrali.

61. *Rauanus ab Helmſtad*, Venceſlai Imperatoris Cancellarius. Eligitur 1396. Fit etiam Treuirenſis 99.

62. *Reynardus ab Helmſtad.* Obiit 19. Martij 1456. ſepultus in cathedrali, quam igne deuoratam reſtituit.

63. *Sigefridus à Senningen.* Obiit 1459.

64. *Ioannes ab Enzemberg*, electus 1459. 17. Septembris. Reſignauit Mathiæ conſenſu totius Senatus Canonicorum die 8. Auguſti 1461.

65. *Mathias Raninghen.* Eccleſiam cathedralem quatuor egregiis ſacellis illuſtrauit. Obiit 1478. Cal. Auguſti.

66. *Ludouicus ab Helmſtad.* Obiit 18. Auguſti 1505. Ei ſcribebat Trithemius 1491. Maij 5. & Iacobus Vimphelengius carmen de laudibus Eccleſiæ Nemetum, vti iam monuimus.

67. *Philippus à Roſemberg*, ex Cantore Eccleſiæ. Obiit 3. Februarij 1513. ſepultus in cathedrali prope auunculum Ludouicum.

68. *Georgius*, Philippi Palatini ad Rhenum Electoris filius, natus 1486. ex Præpoſito Moguntinenſi, poſtulatus 13. Febr. 1513. ætat. 27. Obiit 27. Septembris 1530. ſedis 17. frater Henrici Vormatienſis 65. & Ioannis Ratiſponenſis.

69. *Philippus à Flersheym.* Conſecratur ab Alberto Cardinale Moguntino 95. Archiepiſcopo, Martij 25. 1529. Præpoſituram Veiſſemburgenſem Epiſcopatui incorporauit 1546. Paulo 3. Papa, B & Carolo 5. Imperatore conſentientibus.

70. *Eberardus à Dienheim*, ex Iudice Cameræ Imperialis. Ei offert Epiſtolas Hincmari, ex Bibliotheca Spirenſis Eccleſiæ depromptas Chriſtophorus Broverus S.I.

71. *Philippus Chriſtophorus*, ex Præpoſito Treuirenſi. Huic idem Broverus dicat Fortunati opera 1617.

C *Sueſſionenſes Epiſcopi.* Soiſſons.

SVESSIONVM Auguſta Flor. 1400. in ripa citeriore, ſeu ſiniſtra Axonæ fluuij *Aine*, gradu longitud. 23. 30. latitud. 48. 52. Ptolemæo lib. 2. cap. 9. aliis gradu longitud. 24. 30. latitud. 49. 0. altitud. ſolis 41. vbi dies maxima horarum 16. 0. 8. ratio vmbræ æquinoctialis 69. 10. ad 60. aliquando ſedes Regum Franciæ, in Partitione Regni Tetrarchica, nunc Comitatus titulo, & Balliuiatus, ac Fi- D nantiarum generalitate inſignis, ſub Parlamento Pariſienſi, & Remenſi metropoli, à qua abeſt in Occidentem æſtiuum circiter leucas 12. vt à Lutetia in Cæciam 22. Sueſſionum præterea meminit Plin. lib. 4. cap. 17. Strabo lib. 4. Cæſar lib. 2. Gulielmus Britto Philippidis lib. 10. vbi,

Valle Sueſſonicâ quàm fortia corpora ſurgunt,

& Pontus Heuterus c. 13. Belgij, Mela, lib. 3. cap. 2. & Auctor Notitiæ Imperij Occidentalis, ac Antoninus in Itinerario, qui hîc conſtituunt Legionem viceſimam quintam, & fabricam armorum ſagittariam, baliſtariam, & clibanariam. In ipſa verò diœceſi parrochiæ numerantur

numerantur circiter 380. & Abbatiæ ſequentes:

Flor. 1100. S. Medardi ad vrbem O. B. *S. Medard, vulgò S. Mard.*

Flor. 200. S. Criſpini maioris O.B. *Sainct Creſpin le Grand.*

Flor. 166. S. Leodegarij, *S. Leger* O. A.

Flor. 200. S. Criſpini in Cauea, *S. Creſpin en Cage* O. A.

Flor. 1100. S. Ioannis vinearum, *S. Iean des vignes* O. A.

Flor. 1000. SS. Cornelij, & Cypriani de Compendio, *S. Corneille de Compiegne* O. B.

Flor. 500. S. Euodij de Brena O. P. *S. Eues, ou Yues, de Brene.*

Flor. 500. Vallis-ſerena, ſeu ſecreta O. P. *Vanſery.*

Flor. 500. Caziacum, *Chezy* O. B.

Flor. 550. S. Petri de Orbato, vel Orbaco O. B. *Orbaiz.*

Flor. 550. Longi-pontis O. C. *Long-pont.*

S. Mariæ O. B. fœminarum in vrbe, *Noſtre Dame de Soiſſons.*

S. Petronillæ O. C. fœminarum, *Sainćte Perrine.*

Du Charme aux Nonains.

Vallis Secreta O. P. *Vaux Secret.*

Vallis Chriſtiana O. P. *Vaux Chreſtien.*

Barræ fœminarum, *La Barre aux Nonains* O. B.

Locus Reſtauratus O. P. *Lieu-Reſtauré.*

Argenſeles fœminarum O. C.

De Nogento Artaudi, *De Nogent Lartauld.*

Morguiennal, Nonains O. B. *prés Creſſy en Valloys.*

S. Remigij fœminarum O. B. *S. Remy aux Nonains.*

Cartanorum, *Chartoüe, vel Charleüe* O. P.

S. Ioannis prope Compendium in boſco, fœminarum, *Les Nonains de S. Iean aux bois, prés Compiegne.*

Cæterùm huius Eccleſiæ SS. Geruaſio, & Protaſio dicatæ, fuerunt Epiſcopi ſequentes qui ſunt Decani Epiſcoporum Prouincialium, vt indicat vel hic verſiculus:

Vrbs debet verè hæc poſt Remos prima ſedere.

1. *S. Sixtus* Martyr, Martyrolog. Cal. Septembris, Flodoard. lib. 1. cap. 3. Vernerus in Faſciculo temporum. Fuit etiam Remenſis.

2. *S. Sinicius* Martyr, apud auctores citatos. Fuit item Remenſis.

3. *S. Diuitianus* 5. Octobris, Flodoard. lib. 1. c. 3. vel Diuiticus.

4. *Rufinus.*

5. *Filianus.*

6. *Mercurius*, ſiue Mercurius, ſiue Mercorinus. In Concilio Agripinenſi 349.

7. *S. Oneſimus*, Molanus Natal. Sanct. Belgic. 13. Maij, & Miræus in Faſtis Belgicis.

8. *Vincenculus.*

9. *Lubeanus.*

10. *Oneſimus* 2.

11. *S. Edibius*, vel Herlibius 4. Idus Decembris.

12. *S. Principius*, vulgò *S. Prince*, frater natu maior S. Remigij Remenſis, Martyrologium 25. Septembris, Baron. 463. Sigebert. 486. Sidonius lib. 8. epiſt. 14. Flodoard. lib. 1. cap. 10. patruus, non pater S. Lupi ſucceſſoris ſui, vt aduertit Coluenerius. Sepelitur in Capella ſanctæ Theclæ. An verò is, qui 1. Synodo Arauſicanæ interfuit 463. dubium videri poteſt.

13. *S. Lupus.* In Concilio Aurelianenſi 1. 507. Flodoardus lib. 1. cap. 10. Subſcribit Teſtamento S. Remigij patrui ſui, apud eumdem Flodoardum lib. 1. cap. 18.

14. *Baudardus*, vel Banderidus. Sepeliuit ſanctum Medardum cum thimiamateriis, & crucibus, & ceroferalibus, vt eſt apud Fortunatum in vita ipſius Medardi cap. 18. Inhumauit etiam Clotarium Regem, in Baſilica eiuſdem Medardi, ad vrbem Sueſſionem. Ipſe ad S. Criſpinum maiorem conditur.

15. *Dratgiſilus.*

16. *Autcarus*, ſeu Vrſmarus, ex Abbate Lobienſi, ſedit ann. 48. Obiit 13. Cal. Maij 673. Meyerus, Vion. l. 3. c. 53. Legitur & Anectarus.

17. *Theobaldus.*

18. *Taudulphus.*

19. *Landulphus.*

20. *S. Anſericus* 634. Intereſt Synodo Remenſi Sonnatio Archiepiſcopo.

21. *S. Aladbertus.* Vir Religioſus, qui ſe Epiſcopatu abdicauit Monachum poſteà profeſſus, in Breuiario Sueſſionenſi. Huic à nonnullis ſubiungitur Valibertus.

22. *S. Drauſius*, vel Drauſius, Galeſin. 5. Martij, & Ferrarius. Fundauit Monaſterium Rotundæ ad Auxonam, diſtans ab Auguſta Sueſſionum 146. ſtadiis, ſepultus in Cœnobio fœminarum S. Mariæ à Leutrude Ebroini vxore in vrbe conſtructo, vulgò *Noſtre Dame*, vt eſt in Breuiario Sueſſionenſi. *Axona Ayne riuiere.*

23. *Autbertus.*

24. *Vltalambertus*, fortè Valambertus, legitur & Vliarambertus.

25. *Adalbertus.*

26. *S. Gaudinus.* Fertur à nonnullis impiè in puteum deiectus à lanionibus, cuius commemoratio agitur tamquam Martyris 8. Februarij.

27. *Macarius.*

28. *Gualconus.*

29. *Ceraboldus*, vel Gobaldus.

30. *Gerabertus.*

31. *Madalbertus.*

32. *Deodatus.*

33. *Hildegodus.* Legitur & Gegaudus.

34. *Rothardus.* Intereſt Synodo Nouiomenſi 814. Vulfario Archiepiſcopo, & in Capitularibus Ludouici Pij lib. 2. cap. 25. recenſetur inter miſſos Dominicos cum Ebbone Archiepiſcopo, & Rhurfrido Comite ſuper ſex Comitatus Remenſi, Cathalaunenſi, Sueſſionenſi, Siluanectenſi, Beluacenſi, & Laudunenſi, quod Baronius refert ad annum Chriſti 819.

35. *Bercarius*, vel Bertarius.

36. *Auſalon*, fortè Abſalon.

37. *Rothardus* 2. Intereſt Synodo Pariſienſi 846. Cariſiacæ 848. At in Sueſſionenſi 853. præſente Carolo Rege damnatur Calend. Maij, & Vermeriæ eodem anno 6. Calend. Septembris, ſed hunc Nicolaus Papa reſtituit, itaque interfuit Concilio Tullenſi 859. Sueſſionenſi 866. Ind. 14. regni Caroli Calui 26. 15. Cal. Septembris, & Trecenſi 867. Videndus Anaſtaſius Bibliothecarius, Baron. in Nicolao primo, & memoratur cap. 15. diſt. 50. Quo ſedente Reliquiæ S. Sebaſtiani Sueſſiones allatæ ſunt ab Hilduino Abbate Sandionyſiano.

S. Sebaſtiani Reliquiæ Sueſſione.

38. *Rothardus* 3. Idem fortaſsè cum ſuperiore reſtituto à Nicolao Papâ.

39. *Agelmundus*, vel Angelmodus, cuius Carmina in laudem Ratberti Paſchaſij edidit Iacobus Sirmundus.

40. *Hildeboldus.* In Synodo Pontigonenſi 876. & Tricaſſina 878. Flodoardus l. 3. c. 23.

41. *Riculfus*, Chronicon Cameracenſe lib. 1. cap 63. Eius Epiſtola didactica edita eſt poſt Hincmari Opuſcula A.C. 889. Indict. 7. Interfuit conſecrationi Heriuei Archiepiſcopi 33. Remenſis 900. 6. Iulij.

42. *Rodonius.*

43. *Abbo*, vel Allo, Flodoardo lib. 4. cap. 20. Conſecrauit Regem Rodulphum 923. nominatur 924. Ind. 12. Legitur & Albo.

44. *Guido* hic, vel ſequens nominatur in Flodoardi Chronico 948. & hiſt. Remenſi lib. 4. cap. 36.

A

45. *Guido* 2. filius Galtherij Comitis Ambianenſis. Interfuit Pſeudoſynodo Remenſi in baſilica ſancti Baſoli 15. Cal. Iulij 991. contra Arnulphum metropolitem.

46. *Fulco.* Interfuit Synodo Calæ Roberto Rege 996. & in Chartulario Flauiniacenſi nominatur anno Roberti Regis 15. id eſt A.C. circiter 1002. cum Beraldo nepote, & Notchero Comite altero nepote, & Adeliſſa Comitiſſa. Obiit 8. Idus Auguſti 1008. patruus Beraldi, ſeu Bertoldi 48. ſequentis.

B

47. *Deodatus* 2. vel Deo-donatus. Hoc loco reponendus videtur Hilgodus, qui poſteà Monachum profeſſus in maiori Monaſterio, ibidem fit Abbas 61.

48. *Beraldus*, ſiue Bertoldus, 1037. in Chartulario Flauiniacenſi, & in Cõcilio Remenſi 1049. cũ Raynaldo Abbate S. Medardi, Chronicon Cameracenſe l. 3. cap. 23. 29. & 31. fortè qui & Geraldus in Chronico Benigniano 1015. & Berardus apud Iuonem epiſt. 91. & Fulbertum epiſt. 106. & Beraldus Fulconis nepos, & frater Notcheri Comitis, anno Roberti Regis 30. à coronatione, id eſt Chriſti 1017. in eodem Flauiniacenſi Chartulario.

C

49. *Heddo.* Nominatur 1060. in dedicatione Eccleſiæ *de Bethiſy.*

50. *Theobaldus* de Petra-fonte, *Pierrefont*, Capellanum habuit Odonem Caſtillionenſem, poſteà Vrbanum 2. Memoratur in fundatione S. Ioannis vinearum anno 4. Epiſcopatus 1076. cum Gofrido Pariſienſi Epiſcopo Regis Philippi Cancellario. Nominatur etiam in Concilio Sueſſionenſi 1078. Obiit 26. Ianuarij 1080. Dicitur & Tetboldus 1079. apud Antonium *Loiſel*, in Commentar. Bellouacenſi.

D

51. *S. Arnulphus*, Pamelius, ex Abbate S. Medardi, ab Hugone Archiepiſcopo 68. Lugdunenſi, & Sedis Apoſtolicæ Legato iuſſu Gregorij 7. conſecratur 1080. Obiit regiminis ſui anno 8. 18. Calend. Septembris 1087. ſepultus in Monaſterio S. Petri quod fundauit, de quo Meyerus l. 3. Trithem. l. 3. c. 326. de Viris illuſtribus Ordinis Benedictini, *Vion* l. 2. c. 53. & in Martyrolog. Monaſt. 15. Auguſti, poſt Martyrologium Romanum, vbi Baronius, & in Annalibus cum Sigeberto 1080. & 1087. Miræus in Faſtis, & in Annalib. Belgicis. Hoc loco reponi debet Hilgotus, vel Hilgodus, de quo Iuo Carnotenſis epiſt. 88. ad

Paſchalem

Paſchalem 2. vbi roganti cauſam cur relicto Epiſcopatu ſtatum vitæ monaſticæ arripuiſſet, Malo inquit, humili loco ſaluari, quam in alto periclitari: & memoratur in diplomate Philippi primi 1085. in Synodo Compendienſi.

52. *Hugo*, frater Niuelonis de Petrafonte *Pierre-font*, fundatoris Prioratus S. Sulpitij in ſuo caſtro, memoratur Epiſcopus Sueſſionenſis 1090. Obiit Aquilæ in Italia dum Ieruſalem proficiſceretur 1103. Nonnullis Henricus dicitur ex litera ſingulari H. Vide Iuonis epiſtolam 113. Niuelonis verò meminit Supplementum Aymoini lib. 5. c. 55. At de castro Petræfontis, Legendus Andreas *du Cheſne* in deſcriptione vrbium & caſtrorum Franciæ. Legitur verò apud Genebrardum ex Paulo Æmilio lib. 3. quòd Henricus Sueſſionum Epiſcopus Pontificatum quem à Philippo Rege acceperat Papæ tradiderit, & ideò fortè hîc omiſſus.

53. *Manaſſes*, frater Ioannis Sueſſionum Comitis electus circa 1103. aliis filius Comitis Augienſis *d'Eu*, ex Reginaldi Sueſſionum Comitis filiâ.

54. *Liſiardus* de Creſpeyo, vel Criſpiaco, ex præpoſito, apud Iuonem epiſt. 42. 73. 231. 248. 282. & 283. nominatur 1113. apud Brulium in diplomate Ludouici Craſſi pro fundatione S. Victoris, & 1123. Obiit 1127. Epiſcopatus 19. Scripſit vitam S. Arnulphi, ad Radulphum Remenſem. At ei dicauit hiſtoriam Geſtorum Dei per Francos Guibertus Monaſterij Nouigenti Abbas: eius meminit Robertus in Supplemento Sigeberti, & auctor vitæ S. Godofredi Ambianenſis Epiſcopi c. 26. Hoc verò Præſule & Radulfo Comite conſtruitur Abbatia Longi-Pontis.

55. *Ioſlenus*, vel Goſlenus 1113. Intereſt Concilio Trecenſi 1127. Eodemque anno præſens fuit benedictioni Fulconis Sparnaci Abbatis primi à Raynaldo Remenſi Archiepiſcopo die Pentecoſtes peractæ Theobaldo magno adſiſtente. Intereſt quoque Synodo Senonenſi, in cauſa Petri Abaillardi 1140. apud Othonem Friſing. lib. 7. c. 48. & Remenſi 1148. Baron. n. 21. & ſubſcribit fundationi Igniaci cum S. Bernardo, & Vrſione Virdunenſi electo. Memoratur in vita eiuſdem S. Bernardi lib. 1. c. 13. & l. 2. c. 6. & in vita S. Godofredi Epiſcopi Ambianenſis c. 25. apud Surium, vbi dicitur fuiſſe Archidiaconus Bituricenſis, & Magiſter celeberrimus Pariſienſis, Pater iuſtitiæ, & multorum Cœnobiorum, hoſtis vitiorum, & caſtitatis cultor præcipuus. Videndus idem Baronius 1136. n. 33. 1142. n. 2. 1147. n. 11. 1150. n. 65. Ei verò dicat vitam Ludouici Groſſi Sugerius Abbas Dionyſianus, eidemque ſcribit Eugenius Papa epiſtolâ quæ eſt 50. apud Sugerium. Obiit autem Ioſlenus 1151. Cæterùm eo ſedente fundatur 1129. Abbatia S. Leodegarij O. A. à Reginaldo Sueſſionum Comite.

56. *Arnulphus*, vel Anculfus de Petrafonte, patruum habuit Hugonem 52. Cuius tempore 1155. Abbatia S. Ioannis in Boſco ædificatur in domo Ludouici 7. & ex Archidiacono præpoſitus nominatur 1137. conſecratus verò 1153. Obiit 1158.

57. *Hugo* de Anglia in diplomate Ludouici Regis Franciæ pro Grandimontenſibus ſaltus Vicennarum ſubſcripſit, vt Cancellarius 1160. vnde tamen nonnulli Sigonem exſcripſerunt, & in altero pro Briuatenſibus 1169. apud Nonedam, & 1170. huius verò tempore Capitulum Sueſſionenſe libertatem acquiſiuit, vt notat Demochares. Quænam verò fuerit libertas illa non explicat, ſed M. S. Catalogus, de Iuſtitiis interpretatur.

58. *Iuſtitiarius*. Hunc expungunt alij, vt ſupernumerarium, neque in tabulis Eccleſiæ inuentum.

59. *Niuelo de Cheriſy*, vel de Petrafonte, conſecratur 1176. & ſubſcribit Concilio Lateranenſi 1179. & 1196. in Chartâ S. Martini Pariſienſis, & alibi 1201. Ei ſcribit Stephanus Tornacenſis epiſt. 147. & 171. Intereſt electioni Balduini Flandrenſis in Orientis Imperatorem, Conſtãtinopoli expugnatâ 1204. & anno ſequente electus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis: vnde rediens Barij in Appuliâ 1207. 14. Septemb. deceſſit, quo die fit eius obitus in Abbatia Monialium S. Ioannis in Boſco, Bzouius, vbi Milo legitur. Eius etiam meminit Villehardoinus l. 1. Quo tempore Radulphus erat Comes Sueſſionenſis, qui dat Abbatiæ Longipontis 1185. ſexaginta modios cuiuſlibet annonæ, vel leguminis, præter quadraginta quos Yuo auunculus dederat, vt refert Andreas Quercetanus in hiſtoria Mommorentiaca. *Comtes de Soiſſons portoient d'or au lion de gueule.*

60. *Aynardus*, vel Aymarus de Prouino, nominatur 1210. in Chartulario S. Martini Pariſienſis, is aut ſucceſſor eius Conſiliarius in Parlamento 1216. vt eſt apud Budæum in l. vltima de Sena-

83. *Carolus de Hacqueuille* Andreæ domini *d'Ocſimbray* Libellorum ſupplicum Magiſtri, & in magno Conſilio Præſidis filius, ex Archidiacono Rotomagenſi conſecratur 1619. Obiit 27. Februarij 1623. Pariſijs.

Le Gras porte d'azur à 3. roſeaux d'argẽt chargé chacun d'un bezant de meſme au chef vairé.

84. *Simon le Gras*, Calend. Iunij 1589. fauentibus Gratiis Lutetiæ Pariſiorum natus, & educatus, morum ſuauitate ſingularis, doctrinâ, & pietate non vulgari commendandus, ideóque omnibus probis gratus, ſed maximè Regi Chriſtianiſſimo, cui ab Eleëmoſynis maxima Religione plures annos inſeruiuit, fidus Coadiutor patrui in Abbatia Compendij adminiſtranda, ac inter huius operis noſtri promotores non vltimo loco accenſendus, cuius etiam beneficio non pauca hîc inſeruimus, ex *Obſeruationibus* doctiſſimi viri Triſtani *Alart* Compendij Aſſeſſoris Regij, & Libellorum ſupplicum Reginæ Franciæ Magiſtri. Conſecratur die Dominicâ 17. Nouembris à Franciſco Archiepiſcopo Rotomagenſi Lutetiæ in Eccleſia S. Ludouici 1624. aſſiſtentibus Conuenenſi, & Baionenſi Epiſcopis. Intereſt cœtui Cleri Pariſiis 1625. De eo illud vnum nunc dicam, cum claritudine virtutum ad ſummum faſtigium electum, & erectum non eſſe minorem tot anteceſſoribus egregiis, de quibus plura expectamus à domino Pepino Simonis noſtri contubernali, familiarique digniſſimo, inter virtutis, doctrinæque alumnos & cultores, ſeu mauis parentes iure annumerandus.

Tarbenſes Epiſcopi.

Tarbe capitale du Comté de Bigorre ſur l'Adour. Flor. 500.

TARBA, (ſeu corruptè Turba, & Turſa) Bigerronum, vel Caſtrum Begorra ad Atyrum fluuiũ, gradu longitud. 20. 30. latitud. 43. 0. altitudine ſolis 47. 0. vbi dies maxima horarum 15. 11. 20. apud quos Bigerrones ſunt Vicani Aquenſes, quorum aquæ ſalubres, Tarbellicæ appellantur, vulgò *Banieres*, diuerſæ ab Aquis Auguſtis, quæ etiam Tarbellæ, ſeu Tarbellicæ dicuntur, nec ineptè, ob vicinitatem vtriuſque populi. Vide Sauaronem in Sidonium lib. 8. epiſt. 12. Eccleſia verò cathedralis Tarbenſis Deiparæ dicata eſt, olim ſub Regula S. Auguſtini militans, in Nouempopulania, ſeu Aquitania 3. & metropoli Auſciorum, ſub Toloſano Parlamento, Seneſchalliæ titulo vrbe decoratâ, in cuius diœceſi Abbatiæ numerantur:

S. Seueri de Roſtagno O. B. *S. Seuer de Roſtang.* Flor. 133.
Scalæ Dei, *L'Eſcal* O.C. Flor. 550.
S. Petri de Generoſio O. B. *S. Pery de Generes.* Flor. 300.
S. Petri de Caſta O.B. Flor. 50.
S. Orientij de Regula, *La Reaule* O.B. Flor. 50.

Epiſcopi autem hi recenſentur:

Syagrius. In Concilio Eliberitano circa 305.

Aurelius. Concilio Matiſconenſi 2. 588.

Eraclius. Concilio Toloſano 1056. Baron. & in dedicatione Moiziacenſi 1063. vbi Epiſcopus Bigerronenſis, & Beorræ dicitur.

Arnoldus, Bigerronum Epiſcopus, ex Prouincia Auxitana, in Concilio Lateranenſi 1179.

Guilelmus de Rozerijs.

Arnaldus de Mille ſanctis *Mioſſans.*

Raymundus Arnaldi de Cauda-raſa.

Gerardus de Dulceto.

Guilelmus Hunaldi de Lantano.

Petrus Ramundus de Monte-bruno, vel Monte-borno.

Bernardus.

Gaillardus de Cauda-raſa.

Bernardus 2.

Bonus homo de Armaniaco.

Ioannes.

Rogerius de Caſtro-bono *Caſtel-bon.*

Petrus de Fuxo.

Arnaldus Ramundus de Palatio.

Manaldus de Aura.

Thomas de Fuxo.

Manaldus Marturius.

Gabriel de Grandimonte, *de Grammont*, poſteà Cardinalis titulo S. Cęciliæ 1529. creatus à Clemente 7. inde Archiepiſcopus Toloſanus.

Antonius de Caſtro nouo, *Caſtel-nau.*

Ludouicus de Caſtro-nouo, *Caſtel-nau.*

Gentianus Belinus de Ambaſia. Natus Ludouico 12. regnante circa annum 1512. Nominatur vt Epiſcopus 5. Septembris 1572.

Saluatus de Hiarce.

Saluatus de Hiarce, nepos ſuperioris, in Comitiis Pariſienſibus 1614. & cum eo Gratianus *d'Hiarce* Archidiaconus.

Taruanenſes, ſuprà, Bononienſes.

Tolon en Prouence.

Tolonenſes Epiſcopi.

Flor. 400.

TOLONIVM, vel Telonium, vel Telo Martius, non Taurētum, vel Tauroentũ, à quo diſtat apud Antoninũ 12. m.p. gradu longit. 27. 5. latitud. 42. 30. Ptolæmeo l. 2. c. 10. vbi altitudo ſolis 47. 30. dies maxima horarum 15. 7. portu ſatis commodo ad mare Mediterraneum, ſub Archiepiſcopatu Arelatenſi, à quâ vrbe Arelato diſtat 30. leucas verſus occaſum, & ſub Parlamento Aquenſi à quâ vrbe etiam diſtat leucas 16. Telonium verò habebat Procuratorem Baphij, in Notitiâ Imperij Occidentalis. In hac autem diœceſi, cuius Primaria ædes S. Stephano dicata eſt, vnam tantùm Abbatiam, eamque fœminarum notaui, *Digerce*. At Præſules, qui ſequuntur, huc vſque à nobis tantùm reperti fuêre. Cæterùm ad eius Eccleſiæ laudem facit, quòd Taurinus eius Diaconus venerabilis Synodi per Galliarum Prouincias conſtitutæ Legatus ſubſcribit epiſtolæ Synodali cum Agathone Papâ in Actione 4. Concilij 6. in Trulo A. C. 686.

Grattianus, S. Cleti Papæ diſcipulus Ferrario.

Montholieu porte faſcé d'or & d'azur de ſix pieces.

Cyprianus. In Concilio Aurelianenſi 4. 545. vitam S. Cæſarij Arelatenſis conſcripſit. Is eſt, vt puto, qui Sanctus dicitur, & à Saracenis (ſeu potiùs infidelibus) occiſus ad altare, ex gente poſteà Montholia (*Montholieu*) nũcupata, apud Cæſarem Noſtradamũ, in hiſtoria Prouinciæ. Magnus, & clarus in Concilio Valentino enituit, vt eſt in vita ipſius Cæſarij.

Palladius. Concilio Aurelianenſi 5. 552.

Deſiderius. Concilio Matiſconenſi 2. 588.

Leo 804.

Aymo 1015.

Deodatus 1048.

Guilelmus 1053.

Iacobus. In Concilio Auenionenſi 1337. die 3. Decembris.

Vitalis. Concilio Conſtantienſi 1414. & 1415.

Nicolaus Fliſcus Genuenſis, ex Forojulienſi, Cardinalis 1503. apud Ciaconum in Alexandro 6.

Dionyſius Briſſonnetus, Archidiaconus Remenſis, & Auenionenſis in Pſeudo-ſynodo Piſanâ 1511. fit Abbas ſancti Martini Eſparnaci 1512. In Concilio Lateranenſi ſub Leone 10. 1514. poſteà Lodeuenſis, & Maclouienſis.

Auguſtinus Triuultius, Mediolanenſis, Cardinalis, ac etiam Epiſcopus Baiocenſis. Obiit Romæ 1548. ſepultus in æde ſanctæ Mariæ de Populo ad portam Flaminiam: hiſtoriam Pontificum ſcripſerat, quam morte præuentus typis mandare non potuit, quâ plurimùm vſus eſt Onuphrius.

Triuulce porte pallé d'or, & de ſynople.

Antonius Triuultius, Hieronymi filius, ac ſuperioris conſanguineus, Cardinalis 1557. vtriuſque ſignaturæ Referendarius, in Galliam ad Henricum 2. miſſus à Pontifice ad pacem cum Philippo 2. Hiſpaniæ Rege ineundam 1559. vnde rediens obiit 7. Calend. Iulij, vt refert Ciaconus in Paulo 4. ex quâ nobili gente duo alij Cardinales, & duo Franciæ Mareſchali.

Hieronymus de Rouerê, duas habuit Orationes in funere Henrici 2. Pariſiis, & Sandionyſij 1559. poſteà Archiepiſcopus Taurinenſis, & Cardinalis. Eum verò ſic alloquitur Ioachimus Bellayus:

Glandiferas quercus coluit veneranda vetuſtas,
Cùm Cereris nondum munera nota forent:
Fatidicas etiam quercus reſponſa dediſſe,
Teſtatur magno ſilua dicata Ioui:
Laurigeros nondum ſpectarat Roma triumphos,
Cingebatque Ducum querna corona caput.
Hæc quoque Pontificum geminos bona quercus honores
Seruat, adhuc multis conſpicienda locis.
Illa tibi nomen, tibi quòd ſit ad ardua quæque,
Magnum animi robur, Roboriane dedit.

Capucini.

Guilelmus Blancus 1579. Quo ſedente Capucini in vrbe conſtruuntur Maij vltimâ 1588.

Porte d'or au lion rampât de gueule à la bande de ſable chargée de 3. coquilles d'argent.

Ægidius de Sceptris, vel de *Seitres*, Auenionenſis. Imponit lapidem primarium Eccleſiæ Capucinorum 5. Iulij 1616.

Tomeriarum, ſuprà, S. Pontij.

Tournay.

Tornacenſes Epiſcopi.

Iacobus Marcātius l. 1. Flandriæ deſcriptæ. Flor 5000

TORNACVM Neruiorum vrbs, ad Scaldim fluuium, gradu longit. 24. 45. latit. 50. 45. altitud. ſolis 39. 15. vbi dies maxima horarum 16. 16. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 73. ad 60. Memoratur Antonini Itinerario, & S. Hieronymo epiſt. 11. ad Ageruchiam:

Scaurus, vel Scandus, vel Scaldis flu. l'Eſcauld.

Vrbs erat, & rebus, & ciue ſuperba potenti,
Nomine Tornacum Scauri cum termina ripæ,

Philippidos l. 10. olim ſub Remenſi metropoli, nunc ab anno 1559. ſub Cameracenſi. Quo etiam tempore ab eadem Tornacenſi diœceſi auelluntur Brugenſis, & Gandauenſis Eccleſiæ in cathedrales erectæ, cùm iam anteà Comitatus Flandriæ, & Arteſiæ deſiiſſent ſubeſſe ditioni Francorum. Tornaci verò vrbis Icon habetur tomo 4. Ciuitatum Georgij Bruni, cuius Eccleſia cathedralis Deiparæ Virgini dicata, 40. habens Canonicos, longa eſt pedes 420. alta 113. à pauimento ad fornicem, & 34. cāpanas in quatuor ſacris turribus, in eaque ſediſſe hi Præſules inueniuntur, de quibus plura Guilelmus *Gazes*, in hiſtoria Eccleſiaſtica Belgij, Ioannes Buzelinus in Annal. Galloſland. & Ioannes Cognatus *Couſin*, in hiſtoria propria Tornaci, viri certè doctiſſimi, & piiſſimi, in quorum ſcriptis nomina Sanctorum viuent in æternum. Sed hîc non omittendæ ſunt Abbatiæ, quæ hanc eamdem diœceſim illuſtrant, incolarum pietatem teſtantes:

De fundatione Eccleſiæ cathedralis Miræus in Faſtis Belgicis 20. Febr.

Flor. 300. Sancti Amandi in Papulo O. B. *Sainct Amand.*
Flor. 100. S. Nicolai de Pratis O. A. prope Tornacum, *S. Nicolas des Prez.*
Falempini O. A. *Falempin.*
Flor. 4000 S. Martini in vrbe O. B. *S. Martin.*
Marquettæ O. C. fœminarum, fundatur 1244. *Marquette.*
Sartæ O. B. fœminarum 1233. *Sarte.*
Groeninghæ fœminarum O. C. prope Courtracum, *Groeninghe.*
De Pratis O. A. fœminarum.
Fuêre etiam in hac diœceſi Abbatiæ:
Flor. 4000 S. Bauonis Gandaui, nunc cathedralis, *S. Bauon.*
Flor. 100. S. Calixti de Ciſonio O. A. *Chiſoin.*
Flor. 400. S. Andreæ O. B. nunc Brugenſis.
Flor. 140. Dulcis-vallis O. A.

De Laude O. C.
S. Mariæ de Tronchinio O. P. prope Gandauum. Flor. 250.
Blandinium, nunc Gandaui O. B.

S. Piato, vel Piatus Martyr, paſſus Calend. Octobris 303. Martyrologium Roman. Eum autem Proto-Epiſcopum Neruiorum putamus ſequuti R. Pleſſæum in Aſſertione, & ſaluatione Epiſcopatus S. Piati, edita Tornaci 1619. & 1620. cuius libelli (quia in manibus) rationes iterùm ſubducere, vel examinare noluimus.

Superior. In Concilio Sardicenſi 347. & Agripinenſi 349. Sunt verò qui credant Superiorem, & alios fortè priores tempore, Bagaci Neruiorum ſediſſe, vt monet Aubertus Miræus in Annalibus Belgicis.

Theodericus, circa ann. 480. Itaque aut fuit Interpontificium, aut nomina Præſulum obliterata, qui & Theodorus dicitur.

S. Eleutherius 20. Februarij, Surio, Ferrario, Vincentio Bellouacenſi, Molano, Miræo, & Fortunato in vita ſancti Medardi cap. 2. & 18. Ad eum Sidonius epiſt. 11. lib. 6. ſcribere cenſetur Sauaroni, ſed non Sirmundo. Eius aliquot ſermones cum vitâ editi ſunt ab Andreâ Scoto in Bibliotheca Patrum, editionis Coloniæ tomo 15. Legendus Andr. Valerius in Biblioth. Belgica, cui obiiſſe videtur 529. Buzelinus l. 1. Annal. Gallo-flandriæ, qui & cæteros declarat Epiſcopos, vt iam monuimus. Lege Antonium Sanderum de Scriptoribus Flandriæ. S. Leſire.

S. Medardus Epiſcopus Nouiomenſis 14. hanc quoque Eccleſiam Tornacenſem rexit, & ab eo tempore vtraque Eccleſia, Nouiomenſis ſcilicet, & Tornacenſis vnum, eumdemque Paſtorem habuit, vſque ad Anſelmum, in ordine 45. 1146. qui eo ordine hîc à nobis ſtatuetur, & cum ſequentibus deſcribetur, cæteris iam ſuperiùs in ſerie Nouiomenſium recenſitis.

45. *Anſelmus*, ex Monacho Sueſſionenſi, & Abbate S. Vincentij Laudunenſis anno regiminis Abbatialis 17. 1146. proprius huic cathedræ conceditur Epiſcopus ab Eugenio 3. prece, & conſilio ſancti Bernardi Claræ-vallenſis, Theodorico Elſatio Flandiæ Comite, Ludouico iuniore Franciæ Rege: qua de re poſt alios Buzelinus lib. 5. Annal. Galloflandriæ pag. 236.

46. *Giraraus* 1149. Fortè idem qui Godeſcalcus dicitur Baronio 1148. Ab-

bas de Monte S. Eligii, poſtmodum futurus Tornacenſis Epiſcopus. Fundator Leproſarum vallis Orcæ, *a'Orques*.

47. *Galtherus*, ex Decano 1166. Obiit 19. Aug. 1171.

48. *Euerardus*, ex Archidiacono Cameracenſi 1172. Meyero. Fortaſſe autem huius Euerardi competitor fuit P. electus ex Cantore Pariſienſi, de quo Stephanus (is eſt qui ſequitur) epiſt. 173.

49. *Stephanus*, ex Abbate 3. S. Genouefæ Pariſienſis eligitur 1191. Obiit 3. Idus Septembris 1203. cuius epiſtolæ Pariſiis editæ, & ſermones M M. S S. in Bibliothecâ Collegij Nauarræi ſeruantur. Meminit Buzelinus l. 6. Annal. Gallo-Flandriæ.

50. *Goſcelinus*, vel Goſuinus 1203. huic reſcribit Innocentius 3. c. 2. de Conſecratione Eccleſiæ, diebus profeſtis Eccleſias poſſe conſecrari. Obiit 29. Octobris 1218.

Maruis. 51. *Valtherus de Maruis* 1219. de quo vide Colvenerij Notas ad Cantipratenſem l. 1. c. 15. n. 2. Condidit Abbatiam de Pratis Monialium O. C. Quo ſedente Prædicatores Dominicani fundantur Inſulis 1224. & Marqueta Abbatia 1230. quo anno die Sabbati *Sitientes* ordinat Sacerdotem Ioannem electum 66. Leodienſem. Obiit 1251. Februar 16. ſepultus in Cathedrali, hoc Epitaphio:

Vvaltheri meritum commēdat ſobria vita,
Mens humilis, ſimplex oculus, deuotio pura,
Larga manus, doctrina frequens, afflictio tugis,
Vota crucis, Paſtoris opus, legatio plena,
Ipſe Bonos pueros, Moniales, ac ſeniores
Fundat Presbyteros, Beghinas, atque Minores,
Et Cominenſes ad ſe vocat, ac Ænenſes.

Legationem verò plenā intelligit eam, quam ſuſcepit ad Albigenſes iuſſu Pontificis 1230. de quâ vir clariſſimus idemque eruditiſſimus Guilelmus *Catel* Toloſanus Senator, in hiſtoriâ Comitum ſuæ Toloſæ poſt Guilelmum de Podiolaurentij c. 41. vbi Vvaltherus dicitur vir magnæ probitatis, & prudentiæ. (M. Catel.)

52. *Valtherus* à Mandrâ 1252. & 1256. in tralatione S. Furſeij Peronæ. Obiit 1262. Buzelino, cui Crucius cognominatur.

53. *Ioannes de Buchel*, vel *Buchiau*, ex Decano 1262. Intereſt dedicationi Cœnobij Dunenſis. *Excommunicauit Patrem præpoſitum* Tornacenſem, quòd nullis precibus flecti poſſet, vt deſiſteret à turbatione, & violatione Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Obiit 1266. 25. Febr. Vide Buzelinum l. 6. Annal. Gallo-Flandriæ. (Filius Patrē excommunicat.)

54. *Ioannes* Angianus, *d'Enghien*, 1270. poſteà Leodienſis 70. Buzelino lib. 6. Annal.

55. *Philippus* Meuzius, *Menze*, vel *Mus*, electus 1274. Intereſt 1279. 5. Calend. Iunij dedicationi Eccleſiæ Flinenſis à Petro Archiepiſcopo Remenſi factæ præſente Margareta Flandriæ Comite fundatrice. Quo tempore floret Henricus Gandauenſis Archidiaconus Tornacenſis, qui 1275. fundat Capellaniam B. Magdalenes in Parrochia ſancti Piati. De eo plura Miræus in Elogiis Belgicis. Trithem. de Scriptor. Eccleſ. Ioannes Columna in Mari hiſtor. Bellarmin. Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica. Moritur 1293. & ſepelitur Philippus in Cathedrali. (Henricus de Gandauo.)

56. *Michael de Varenghen*, ex Scholaſtico 1286. Obiit 1291. ſepultus ante maius altare Eccleſiæ Cathedralis.

57. *Ioannes* de Vaſſonia, ex Archidiacono Brugenſi. Intereſt Conſilio Regis 1296. 2. Ianuar. nonnullis etiam Franciæ Cancellarius, fundauit Capellam S. Ludouici in Baſilicâ S. Mariæ. Quo ſedente obiit 1293. 29. Iunij, Henricus de Gandauo Archidiaconus Tornacenſis, vulgò Doctor ſolemnis, ſepultus in Cathedrali, de quo Poſſeuinus, & Biblioth. Belgica, & Gramayus c. 34. Antiq. Gand. (Vaſſon.)

58. *Guido* de Boloniâ. Intereſt Synodo Siluanectenſi 1317. poſteà fit Cameracenſis 57. & Lugdunenſis 94.

59. *Guilelmus de Ventadour* 1331. patruus Epiſcopi 59. Cameracenſis. Baptizauit Ludouicum Malanum Flandriæ Comitem. Huic verò Guilelmo à nonnullis præponitur Elias eius frater tantùm electus. (Elias Ventadurius.)

60. *Andreas Ghini* Florentinus, poſteà Cardinalis 1342. factus à Clemente 6. fundator Collegij Longobardorum Pariſiis, & vnius ex Capellis Eccleſiæ Carthuſianorum ad eamdem vrbem 1327. apud Iacobum Brullium, magnus Francorum Regis amicus, vir prudens, & in rebus gerendis exercitatiſſimus. Obiit 1343. in patriâ, ibique in Monaſterio S. Benedicti, quod fundauerat, locum habet quietis, Ciaconus.

61. *Ioannes* Pratanus, vel de Pratis, ex Lingonenſi 75. huc transfertur 1342. Obiit Cameraci 13. Iunij 1349. cuius corpus relatum fuit Tornacum, & in Cathedrali ſepultum hoc Epitaphio:

Ecce

Ecce Iacob totus accenſus amore Rachelis,
Paſtor deuotus, ſeruus vigil, atque fidelis,
Præſens, deuotis Paſtoribus aſſimilare
Se ſatagens, quos ſic Lucas typicè vigilare
Teſtatur, Paſtor bonus hic, magnúſque Sacerdos
Extitit ac Agnus: animæ detur rogo, ter dos
In bino iure magnus, magnæque ſtaturæ,
Regalis curæ Conſul, cui gratia purè
Nomen commiſit, ſic quis per dicta pateſcit,
Iſte Ioannes, ſic de Pratis, cui requies ſit.

Alludit autem ad amores Iacob, & Rachel, Geneſ. c. 29 quò faciunt verba Richardi de S. Victore in libro de 12. Patriarchis, dum ait: Quid aliud Scripturam ſacram, niſi Rachelis cubiculum dicimus, in quo Sapientiam diuinam ſub decenti allegoriarum velamine latitare non dubitamus.? In tali cubiculo Rachel toties quæritur, quoties in lectione ſacra ſpiritualis indagatur intelligenda. Quid miraris ſecundùm magnitudinem pulchritudinis, magnitudinem dilectionis? Sic ſeptem anni pauci dies Iacob videbâtur appretiatiuè, qui C multi affectiuè. Et certè Iacob, & Rachel ſapientis, & ſapientiæ ſunt ſymbola, quod pulchrè per 19. paralella illuſtrat Pineda lib. 3. de Rebus Salomonis cap. 4. Præterea tropologicè Rachelem vitæ contemplatiuæ, vt Liam vitæ actiuæ figuram interpretantur Diuus Auguſtinus in Fauſtum lib. 22. cap. 52. D. Gregorius lib. 6 c. 28. in Iob, Rupertus cap. 31. in Geneſim. Hic etiam reſpicitur ad illud Lucæ 2. 8. *Paſtores erant in regione eadem, vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.* Vbi S. Ambroſius legendus. De Ioanne quoque ſic legitur D in Charta Capituli generalis Carthuſianorum 1347. Orabitur pro Domino Ioanne Epiſcopo Tornacenſi, Ordinis noſtri benefactore, qui conſuetam eleëmoſynam 30. florenorum miſit Capitulo. Ter dos verò intelligitur triplex aureola, vel laureola. At præſens ſignificat, vel viuens, vt apud Virgil. Egloga. 1.

Nec tam præſentes alibi cognoſcere Diuos,

& apud Horatium:

Præſenti tibi maturos largimur honores,

& Ouidium:

Per mare, per terras, per tertia numina iuro:
Per te præſentem, conſpicuumque Deum.

Quibus locis intelligitur Auguſtus adhuc viuens pro Deo cultus, vel præſens hic pro reſidente ſumitur, vel pro benigno, & propitio, & fauente. Porrò notat Philippus Locrius Ioannem ſcripſiſſe vitas Ludouici 10. Philippi 5. Caroli 4. & Philippi 6. Regum Franciæ.

62. *Petrus de Foreſta*, ex Cancellario Franciæ, poſteà Pariſienſis 87. & Rotomagenſis 66.

63. *Philippus d'Arbois*, ex Nouiomenſi 74. ad hâc ſedem transfertur 1351. Sumptibus propriis ædificauit Eccleſiam Carthuſianorum, & Auguſtinorum Tornaci, ac plurima Eccleſiis, Tornacenſi, Brugenſi, & *d'Arbois* legauit. Coniunxit matrimonio Philippum Audacem Burgundiæ Ducem, & Mariam Flandriæ Comitiſſam in Eccleſia S. Bauonis Gandaui 1369. 19. Iunij. Obiit 1378. ſepultus in choro cathedrali, cuius monumento hi verſus, ante cladem Nouatorum adſcripti legebantur:

Hoc iacet in tumulo magnâ virtute Philippus
Arboſius, primùm Nouionas, Neruius inde
Antiſtes magnus, meritis, & nomine, tēplis
Qui tribus eſſe dedit, multis donaria ſcripſit,
Largus, & adſacram fuit hic quoque Virginis aram,
Poſt varias laudes exempla lucida vitæ,
Queis ſibi ſuſceptam permouit ad æthera plebem.
Hic cinis, & puluis mortis requieſcit in vrna.

Cæterùm *Arbois* oppidum eſt diœceſis Veſuntionenſis in Comitatu Burgundiæ, nobilis, generoſique vini ferax, Ammiano Marcellino l. 16. Arboroſæ nomine cognito, quod vinum Sequanum Plinio dici credo, l 14. c. 1. Itaque perperàm apud Democharem datur cognomen *de Verbois* huic Præſuli. *Arbois.*

64. *Petrus de Auxio, d'Auxy*, vel *d'Auſſay*, vel *d'Auxois*, Doctor Theologus, & Canonicus 1378. contra quem ſedit Gandaui Ioannes *Van veſt* tempore ſchiſmatis Clementis 7. & Vrbani 6. Dedicauit Eccleſiam Carthuſianorum 5. Idus Auguſti 1384. vt ait Locrius. Obiit 1387. ſepultus ad Franciſcanos Pariſienſes. *D'Auxy porte eſchiqueté d'or, & de gueules.*

65. *Ludouicus de Trimollia, de la Trimoüille*, Philippi Audacis Conſiliarius. Sepelitur apud Dominicanos Pariſienſes 15. Octob. 1410. Quo ſedēte obiit Tornaci 1393. 3. Cal. Iul. Henricus de Gandauo Archidiaconus, doctor ſolēnis. De quo Valerius Andr. in Bibliotheca Belgica.

66. *Ioannes de Thoiſy*, vel *Torſy*, vel *Toiſy*, ex

Epiſcopo Autiſſiodorenſi 85. ingreditur vrbem ſolemniter 6. Nouembris 1413. Vide Monſtreletum volumine 1. cap. 103. 106. 133. & 140. Obiit 1433. Inſulæ 2. Iunij, ſepultus in cathedrali.

67. *Ioannes de Harcuria*, ex Epiſcopo Ambianenſi 58. Ingreditur vrbem 1433. 27. Septembris, poſteà Narbonenſis 1438.

68 *Ioannes Cheurot*, natus Poliniaci in Comitatu Burgundiæ, vulgò *Poligny en Arbois*, ex Archidiacono Rotomagenſi. Obiit Inſulæ 1460. 22. Septembris, ſepultus in Choro cathedralis Eccleſiæ, cui multa largitus eſt, Miſſâ quotidianâ ibi fundatâ.

69. *Guilelmus Fillatre*, ex Monacho ſancti Petri Cabilonenſis, & Abbate ſancti Theoderici Remenſis, indeque Epiſcopo Virdunenſi, & Tullenſi, nec non Abbate ſancti Bertini Attrebatenſis, promotus ad hanc Eccleſiam Tornacenſem curante Philippo Burgundiæ Duce 1461. Cancellarius Velleris aurei, de quo & librum Gallicè ſcripſit, *La Toiſon d'or*. Plurimis legationibus functus eſt, ac plurima contulit Eccleſiis, quibus præfuit. Obiit verò Gandaui, vnde corpus relatum in Abbatiam S. Bertini honorificè ibi ſepelitur hoc Epitaphio 22. Augusti 1473.

Is liber editus Tornacis fol. 1530

Abbas quiſquis erat clara Vuilelmus in Alba
Hic iacet in Templo, qui bona multa tulit.
Virduni fuit hic Præſul, Tullique deinceps,
Indeque Tornaci, per pietatis opus.
Hic Ducis inuicti Burgundi in ſede Philippi,
Conſilij primus, qui bene noſcet, erat.
Sic omnes morimur, ſed virtus ſola beatos
Efficit, illa comes, téque Guilelme beat.

At verò inter Legationes ipſius Guilelmi, ea in primis celeberrima eſt, quam obiit 1463. ad ſummum Pontificem Pium 2. pro diſpenſatione voti à Philippo Duce, de expeditione contra Turcas ſuſcipienda in illo ſolemni *Faſiani* conuiuio Inſulis emiſſi. Legendus Æneas Siluius (qui Pius 2.) epiſt. 388. & 389. & Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica pag. 354. ac Antonius Sanderus de Scriptoribus Flandriæ.

70. *Federicus*, vel Ferricus Cluniacus, *de Clugny*, adipiſcitur poſſeſſionem ſolemniter 22. Martij 1474. Baptizauit Bruxellis in æde S. Gudulæ 1480. Margaritam Auſtriacam Maximiliani, ex Maria Burgunda filiam. Obiit Romæ 1483. 7. Octobris, ſepultus ad S. Mariam de Populo, Cardinalis ſancti Vitalis, quem nonnulli faciunt auctorem Collegij Tornacenſis in vrbe Patauio. Interérat Conſilio Philippo Ducis Burgundiæ, quando Conſuetudines illius Ducatus conſcriptæ, approbatæque fuerunt. Fratrem habuit Guilelmum Epiſcopum Sarreptanum, & Suffraganeum Henrici Lotharingi Epiſcopi Morinorum, poſteà Pictauienſis 88.

71. *Ioannes Moniſſart*, ex Decano Teroanenſi. Obiit Romæ 1484.

72. *Antonius*, vel Antoniotus Palauicinus, Genuenſis, ex Epiſcopo Pampelonenſi, Cardinalis, hanc ſedem adipiſcitur beneficio Innocentij 8. 1484. ſed numquam iniuit hanc cathedram. Quo tempore Ludouicus *Io* Abbas S. Launomari Bleſis 1495. inuenitur deſignatus Epiſcopus Tornacenſis.

73. *Petrus Kuick* Gandauus, ex Abbate S. Amandi Conſecratur ab Henrico de Bergis Cameracenſi 1497. in Eccleſia S. Saluatoris Brugenſis, præſente Philippo Archiduce Auſtriæ. Competitorem habuit Ludouicum *Pot*, qui obiit 150?. Ipſe vero Petrus moritur 1506. 21. Ianuarij ſepultus ad S. Amandum vbi fuerat Abbas.

74. *Carolus de Hautbois* ſeu de Alto-boſco, ſepultus ad Franciſcanos Caſtri-Eraldi diœceſis Pictauienſis, vnde erat oriundus, cùm ceſſiſſet Epiſcopatum conſentiente Papâ Leone 10. Ludouico ſequenti 1513. Dicitur Petrus, ſi rectè exſcriptum in Actis Curiæ vectigalium, ſeu Iuuaminum, in qua præfuit 1510.

75. *Ludouicus Guillard* 1513. Ei dicat librum de Nobilitate Iodocus Clicthouæus 1520. poſteà fit Siluanectenſis 74. & Carnotenſis 98.

76. *Carolus de Croy*, ex Abbate Afflígemenſi, Altimontenſi, & S. Ghiſleni, in qua poſtrema Abbatia, vt plurimùm reſidebat, in eaque obiit, & ſepultus eſt 11. Decembris 1564. Quo ſedente diminutum eſt territorium huius diœceſis, Gandauo, & Brugis ſede Epiſcopali donatis 1559.

77. *Guilbertus Dognies*. Obiit Curtraci 25. Auguſti, cùm fuiſſet conſecratus 21. Octobris 1565. quem ſi dixero vigilantiſſimum Paſtorem, omnia dixero.

78. *Petrus*

78. *Petrus Pintaflour*, Caſellenſis in Flandria humili loco natus. Conſecratur Curtraci à Martino Iprenſi, Remigio Brugenſi Epiſcopis. Obiit Dominicâ *Quaſi modo* 10. Aprilis 1580. ſepultus in cathedrali iuxta Philippum *d'Arbois*.

79. *Maximilianus Morillon*, natus Lovanij, anno ætatis 64. conſecratur in cathedrali à Ludouico Cameracenſi. Obiit 27. Martij 1586.

80. *Ioannes* Vendeuillius, *de Vendeville* 1588. ex Profeſſore litterarum in Academia Duacenſi, conſecratus 29. Maij in Monaſterio ſancti Martini, à Ludouico Cameracenſi, primo Pontificatus anno ſexaginta millia hominum confirmauit, ipſe viſitationis tempore curru vehebatur, ne quid temporis lectioni, aut orationi deperiret, tribus equis contentus, nullos canes nutriens, domeſticos omnes Eccleſiaſticos, aut Eccleſiaſticorum more viuentes habens, Palatio nullis auleis, ſed tantùm tabulis quibuſdam pijs, aut Geographicis exornato. Capucinos in vrbem Tornacum, & Patres Societatis Ieſu Inſulam induxit. (Capucini. Patres S. I. Inſulæ.) Obiit 15. Octobris horâ 6. pomeridianâ 1592. cogitans ſeriò de peccatis, & de magnitudine oneris Epiſcopalis, ſed in miſericordia Dei ſpem omnem collocans defectus ſuos ſolabatur, quòd nec per ſe, nec per alium optaſſet,

(Statius l. 5. Silvarum & Terentianus pr.fat.)

Molem immenſam humeris, & vix tractabile pondus.

Vide Sanderum de Scriptor. Flandr. pag. 206.

81. *Ludouicus de Barlaymont*, Archiepiſcopus 73. Cameracenſis, dum à ſua metropoli vi expulſus eſſet ſuſcepit auctoritate Pontificis adminiſtrationem Eccleſiæ Tornacenſis Paſtore viduatæ, donec propriæ reſtitueretur, quod accidit 1595. extremo.

82. *Michaël d'Eſne*, filius Adami, domini *de Betancour*, ex Bona *de Lalain*, poſſeſſionem adiit 19. Nouembris 1597. conſecratus ab Octauio Nuncio Apoſtolico, aſſiſtentibus Petro *Damant* Gandauenſi, & Petro *Simoens* Iprenſi Epiſcopis. Appoſuit primarium lapidem fundamentis Eccleſiæ Patrum S. Ieſu in vrbe Aprilis 2. 1601. Conſecrauit 1603. 31. Aprilis in Eccleſia ſancti Martini Tornacenſis Dauidem *Keornay* Zelandum in Archiepiſcopum Caſellenſem in Hibernia. Obiit Cal. Octobris 1614. relictis bonis patrimonij hæredibus: Eccleſiaſticis, Eccleſiæ, & pauperibus, cùm viuens ſemper capacibus contuliſſet beneficia. At paulò poſt eius obitum inſtitutus Carmelitarum Conuentus in vrbe.

83. *Maximilianus de Gand*. In funere Archiducis Alberti 1621.

Traiectenſes, vide, Leodienſes,

Trecenſes Epiſcopi.

(Troyes en Champagne)

AVGVSTA, vel Auguſtobona, vel Auguſtomana Trecarum, ſeu Tricaſſinorum, ſeu Tricaſſium, Trecæ, Gregor. Turonenſi lib. 8. c. 13. Trecaſſes Plinio lib. 4. c. 18. & Trecaſſis ciuitas in diplomate Pipini regni, an. 2. Chriſti 752. vrbs Campaniæ Gallicanæ ad Sequanam, nobilis, Errico lib. 4. vitæ S. Germani, ampliſſimi Comitatus, & Pariatus caput, gradu longitud. 23. 15. latitud. 47. 45. Ptolæmeo lib. 2. cap. 8. aliis 25. 25. 48. 10. altitud. ſolis 41. 50. vbi dies maxima horarum 15. 53. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 66. 40. ad 60. ſub Parlamento Pariſienſi, & Archiepiſcopatu Senonenſi, à qua metropoli abeſt in Orientem ſupra 13. m. p. Gallicorũ, à Lutetia 36. Quæ quidem vrbs decoratur amplâ iuriſdictionis Regiæ præfecturâ, ſeu Balliuiatu, & fabricâ monetæ littera S. ſignatæ, cuiuſque Eccleſia cathedralis S. Petro dicata quadraginta Canonicos habet præter alios plures Eccleſiaſticos. In diœceſi vero numerantur Parrochiæ circiter 500. & hæ Abbatiæ: Flor. 1500.

Cella ad vrbem O. B. *Monſtur la Celle*. Flor. 1000.
S. Lupi O. A. in vrbe, *S. Loup*. Flor. 600.
Aremarenſis O. B. *Monſtier Ramey*. Flor. 1000.
S. Mariæ de Nigella, *Nelle*. Flor. 100.
Ramerudenſis O. C. *Ramerud*, aliàs de Pietate noſtræ Dominæ.
S. Martini de Areis, vel de Arris, *des Arres, ou des Atres* O. A. Flor. 16c.
S. Petri de Nigella abſcondita O. B. *Nelle la repoſte*. Flor. 100.
Bullincuria O. C. *Boullencour*.
Balli-fontis O. P. *Baſſi-fontaine*.
Belli-loci *Beau-lieu* O. P.
Capella ad Plancas O. P. *La Chapelle aux Planches*.

Ripatorium O.C. *L'Arinoir.*
S.Mariæ Pratenſis, fœminarum O.C. *Noſtre Dame des Prez.*
Paraclytus fœminarum O.B. *Le Paraclit.*
Recluſum O.C. *Reclus.*
Celleriarum O. C. *Cellerieres, ou Sellieres.*
De Horto, fœminarum. *Du Iardin.*
De Gracia, fœminarum. *Grace.*
Bellæ-aquæ, *Bell. eau* fœminarum.
De Cantu-merulæ O. A. *Chante-merle.*

Cæterùm Præſules huius Eccleſiæ memoratæ c.7. de Voto, & c.6. de Confirmatione, fuerunt hac ſerie, ex V. C. Nicolai Camuzati, eiuſdem Eccleſiæ Canonici Promptuario Antiquitatum Tricaſſinarum, ita locuplete, vt inde multa quotidie promi, nulla ibi ampliùs condi poſſint. *M. Camuzat.*

1. *S. Amator.* In Breuiario Trecenſi Calend. Maij, anno circiter 340. Hunc verò primum ponimus, quia D. Potentianus S. Petri Diſcipulus etſi Apoſtolus Tricaſſinorum cenſeri debeat, tamen Infulis Senonenſibus, & Martyrio ibi inſignis, ex Albo Epiſcoporum Trecenſium vulgò expunctus eſt. Qui autem ante Amatorem ſederint nondum planè liquet.

2. *Optatianus.* In Concilio Sardicenſi 347. & Agripinenſi 349.

3. *Leo.*

4. *Heraclius.*

Hîc fortè inſerendus Iulianus Epiſcopus Trecenſis in electione S. Euurtij Epiſcopi 6. Aurelianenſis apud Sauſſeyum circa A.C. 374.

5. *S. Melanius.* Eius Reliquiæ in Monaſterio Cellenſi aſſeruantur, & coluntur 22. Aprilis.

6. *Aurelianus.*

7. *S. Vrſus* 26. Iulij circa ann. 426.

8. *S. Lupus,* electus 427. Memoratur in vita S. Genouefæ cum S. Germano Antiſſiodorenſi, & in vita ipſius Germani lib.1. cap. 19. & à Beda lib.1. c. 17. Henrico Huntindon. lib. 2. Alcuino epiſt. 50. apud Caniſium, & in Concilio Meldenſi c. 73. & ab Herico in vita Germani eiuſdem lib.3. his verbis:

> *Nobilis Auguſtæ quondam, qui fortè Trecarum*
> *Præſul erat, ſignis, & claro nomine ſummus.*

Et apud Sidonium lib. 6. epiſt. 1. vbi conclamatiſſimus Primipilaris dicitur, & lib.7. epiſt. 13. facilè Princeps Gallicanorum Pontificum, & *Qui nobis illum ex Tribu Benjamin Lupum retulit*, Eucherius in laude eremi, Sigon. l. 13. Imperij

A Occidental. Quo loco refert Hunnos dicere ſolitos Attilam fuiſſe tantùm à duabus feris victum, Lupo, & Leone, & apud Gregor. Turonenſem de Glor. Confeſſ. cap. 67. referentem, nulli haberi incognitum, apud Tricaſſinorum Campaniæ vrbem eum ſepultum fuiſſe. In illo autem ſepulturæ loco conſtructum fuit, poſteà Cœnobium de ipſius nomine, Ordinis Auguſtiniani, de quo infrà. Recenſentur verò illius Diſcipuli in Breuiario Pariſienſi Polychronius Verdunenſis, Seuerus Treuirenſis, & Albinus, ſeu Alpinus Cathalaunenſis.

B Tranſiit autem Lupus 29. Iulij 479. anno Epiſcopatus 52.

9. *S. Camelianus.* Interfuit Concilio Aurelianenſi 507. Tranſiit circa A.C. 525. eiuſque nomini conſecrata eſt ſolemnitas 28. Iulij in Eccleſia maiore, vbi eius Reliquiæ obſeruantur. Eius verò depoſitionem notat Molanus 22. Mart. in Addit. ad Vſuardum.

10. *S. Vincentius* 526. Delubrum extra vrbem S. Auentino ædificauit.

11. *Ambroſius.* Concilio Aurelianenſi 5. 552.

12. *Gallomagnus.* Concilio Matiſconenſi 1. 582. Iſque fortè eſt, cuius Palatinam filiam duxit vxorem Godegiſilus Dux apud Fortunatum lib.7. c.6. C

13. *Agræcius.* Concilio 2. Matiſconenſi 588. Gregor. Turon. l.8. c.31.

14. *Lupus* 2. ſeu Leuſus, in Concilio Cabilonenſi circa 650.

15. *Euodius.*

16. *Modegiſilus.*

17. *Ragnegiſilus* Aquitanus. Iacet in Eccleſia ſanctæ Sabinæ, quam in agro ſuburbano extruxerat.

18. *Leuconius.*

19. *Bertoaldus.*

20. *Vammirus.*

D 21. *Abbo Felix,* cuius mentio in vita S. Frodoberti, & apud Flodoardum lib.2. cap.6.

22. *Vulfredus.*

23. *Ragembertus.*

24. *Aldebertus,* ex Monacho Cellenſi, in Frodobertina hiſtoria.

25. *Freaebertus.*

26. *Gauſerius.*

27. *Arduinus.*

28. *Cenſardus.*

29. *S. Bobinus,* ex Monacho Cellenſi, vbi & Reliquiæ corporis aſſeruantur, & coluntur 22. Aprilis.

30. *Amingus.*

31. *Adelgarius.*

32. *Oſulfus.*

33. *Bertulfus*

33. *Bertulfus.*
34. *S. Paulus*, in Martyrologio Calend. Februarij: videtur tamen ibi agi de S. Paulo Tricaſtino.
35. *Helias.* In Reſtitutione Ludouici Pij 835 & anno ſequente fato functus, nonnullis Eliſæus in vitâ Ludouici eiuſdem, apud Pithœum, & in Chartulario Ferrarienſi cum Aldrico 48. Senonenſi, Aymoinus tom. 5. cap. 16.
36. *Adalbertus* 837. Quo tempore fundatur Adremarenſe Cœnobium. Nominatur in eodem Chartulario Ferrarienſi.
37. *S. Prudentius* Hiſpaniâ oriundus, in Concilio Pariſienſi 846. Sueſſionenſi 853. ad quem extat epiſtolâ 63. Lupi Ferrarienſis, eique ſcribit Leo 4. vt Monaſterium Adremarenſe conſecret, eaque epiſtola extat tomo 2. epiſtolarum decretalium, & tomo 3. Concil. circa ann. 847. apud Baronium. Eidem etiam ſcribit Hincmarus, conquerens ſe præſentiâ eius fraudari, apud Flodoardum l. 3. c. 21. Obiit 864. eiuſque feſtum agitur 6. Aprilis. Scripſit correctiones in librum Ioannis Scotti ad Guenilonem Archiepiſcopum Senonenſem.
38. *Fulchricus.* In Concilio Meldenſi 845. Sueſſionenſi 866. & Trecenſi 867. 4. Nonas Nouembris, Indict. 1. apud Baronium n. 10. Ei ſcribit Lupus Ferrarienſis epiſt. 125. & Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. c. 23. Intereſt etiam Synodo Vermeriæ 870. apud Miræum in Annalibus Belgicis, vbi legendũ Aug. Tricorum pro Antricorum, nec addendum, gloſſema, ideſt Autiſſiod.
39. *Otulfus.* In Concilio Pontigonenſi 876. & Tricaſſino 878. menſe Auguſto, præſente Ioanne 8. Papa, & Ludouico 2. Balbo Rege, vbi dicitur Auguſtæ Tricarum Epiſcopus.
40. *Bodo* 878. Quo anno Ioannes 8. Synodum Trecis habuit.
41. *Ritnenus*, vel Rithveus.
42. *Otbertus.*
43. *Anſegiſus*, dedit reliquias S. Patrocli Brunoni Archiepiſcopo 26. Colonienſi, apud Surium 11. Octobris. Obiit 925. Videndus Flodoardus in Chronico 938. Aymoini Continuator l. 5. c. 44.
44. *Guallo*, ſeu Vallo 972.
45. *Hadricus*, vel Ayricus.
46. *Milo.* Intereſt conſecrationi Eccleſiæ S. Stephani Senonenſis factæ à Seguino Archipræſule 982. cum Rocleno Niuernenſi, & Heriberto Autiſſiodorenſi; apud Odorannum. Quo tempore D. Maſtidiæ corpus inuentum eſt in Eccleſiâ Trecenſi, quam vetuſtate collapſam reſtituit.
47. *Manaſſes*, Comitis Helpuini Arceienſis frater, è vitâ migrauit 993. Glaber l. 2. c. 7. vbi dicitur ſanctitate plenus.
48. *Raynaldus.*
49. *Fromondus.* Obiit circa 1034.
50. *Maynardus.* Interfuit Concilio Senonenſi 1048. vbi poſteà Archiepiſcopus 64.
51. *Fromondus* 2. Ordinatus Lingonis à Leone 9. Papâ 1049. vt eſt in Chron. M. S. S. Petri Senonenſis.
52. *Hugo.*
53. *Hugo* 2. Hic, aut ſuperior interfuit ſacro Philippi Regis 1059. cuius etiam diplomati ſubſcripſit 1067. pro confirmatione Prioratus S. Martini Pariſienſis, & 1071.
54. *Philippus.* Intereſt Synodo Senonenſi 1080. & nominatur 1082. & 1114. ad quem extant Iuonis epſtiolæ 113. & 259. eoque ſedente habita Trecis duo Concilia 1104. & 1107. Inſtituit Prioratum Inſulenſem in gratiam S. Roberti Moliſmenſis litteris datis 1104. Indict. 12. quod confirmat Daymbertus Senonenſis 66. Archiepiſcopus eodem anno.
55. *Raynaldus.* De eo Supplementum Aymoini l. 5. c. 47. & Andreas *du Cheſne* l. 12. hiſt. Mommor. vbi dicitur filius Milonis Domini Montiſlerici & Braij, ac Vicecomitis Trecenſis cognomento magni.
56. *Hato*, ex Monacho Cluniacenſi 1122. Obiit 1146. ſepultus in Monaſterio Ripatorij, quod fundauerat: ad quē, vt amantiſſimum extant S. Bernardi, & Petri Venerabilis plures epiſtolæ. Quo ſedente Synodus Trecis celebrata eſt, in quâ Templariorum ordo comprobatur 1127. Eius Anniuerſarium notatur in Calendario Ripatorij 3. Iulij, in Aremarenſi autem 4. Calend. Septembris.
57. *Henricus.* Eligitur 1146. conſanguineus Henrici Campaniæ Comitis, quique vir venerabilis nuncupatur à Radeuico Friſingenſi lib. 1. c. 11. agens Legatum Regis Franciæ apud Imperatorem: dedicauit Monaſteriũ in Nouocaſtro cum Burchardo Argentinenſi 49. vt refert Guilimannus 1158. 4. Nonas Maij fundatum à Reynoldo Comite. Prætereà in Schedis Morimundi Otho Friſinghenſis dicitur ibi profeſſus Ordinem Ciſtercienſem cum 15. ſociis, inter quos fuit Henricus Comes Carinthiorum, poſteà Epiſcopus Trecenſis,

& Regis Francorum ad Imperatorem Fridericum Orator, fato functus circa annum 1169. ſepultus Bullencuriæ. Iſque eſt fortè Henricus Rapatorius Comitis Carinthiorum filius, apud Lazium de Migrationibus gentium pag. 309. Eleemoſynarium habuit Petrum Comeſtorem hiſtoriæ Scholaſticæ auctorem, poſteà Decanum, ac tandem familiæ Victorinæ apud Pariſienſes adſcriptum, ibique mortuum 1179. & in Capella ſancti Dionyſij ſepultum hoc Epitaphio:

Petrus eram, quem petra tegit, dictuſque Comeſtor,
Nunc comedor, viuus docui, nec ceſſo docere
Mortuus, vt diſcat, qui me videt incineratum:
Quod ſumus, iſte fuit, erimus quandoque, quod hic eſt.

58. *Matheus*. Obiit 1180.

59. *Manaſſes* de Pougeyo 1181. quod oppidum 5. leucis ab vrbe diſtat: eligitur 1181. inſignis Eccleſiæ benefactor. Decreuit, vt Decanus à Canonicis eligeretur 1185.

60. *Bartholomæus*, qui & Saicius de Planceyo, eligitur 1190. ex Decano Eccleſiæ, & Henrici Comitis Cancellario. Obiit 20. Februarij ſepultus in Ripatorio.

61. *Garnerius*. Eligitur 1193. aut anno ſequente, ex Clara Trianellorum gente oriundus, crucem ſacræ militiæ teſſeram ſumpſit, & electioni Balduini Comitis Flandriæ in Orientis Imperatorem capta Conſtantinopoli interfuit, vt eſt apud Gofridum de Villa Harduini Campaniæ Seneſchallum, & in hiſtoria tralationis S. Mammetis, de qua in Epiſcopis Lingonenſibus num. 61. Ad hunc, vel ſuperiorem ſcribit Alexander 3. c. Ex transmiſſa de foro competenti, vbi memoratur nobilis vir de Campis, ſed in M.S. exaratum eſt nobilis V. de Capis, quod eſt caſtrum prope Trecas *de Chapes*, vt me monuit V.C. Edmundus Merillius non vltimum Trecarum decus. Item ad eum ſcribit Innocentius 3. lib. 1. epiſt. 69. ex qua ſumptum eſt c. Magnæ, de Voto Idibus Martij 1198. Nam paulò poſt mortem Henrici Comitis ſcriptum eſt in veteri Collectione.

M. Merille.

62. *Herueus*. Confirmatur ab Innocentio 3. 10. Cal. Martij 1206. eidemque ſcripſit idem Pontifex c. Dilectis 55. de Appellationibus, per legitimè interpoſitam Appellationem, principale

A cum acceſſorio ad iudicem appellatum deferri, & ſententiam excommunicationis poſt appellationem non valere. In illius verò Capituli Epigraphe in veteri Codice nominatur Cantor, & Archidiaconus maior, ſed & c. Dilecto 25. de Præbendis huic Præſuli ab eodem Papa dirigitur, in quo memoratur ipſius Epiſcopi prædeceſſor in partibus Conſtantinopolitanis olim agens. Eſt verò notabilis illa Decretalis deciſio, duorum ad vnum eumdemque Canonicatum receptionem eſſe irritam, illudque Herueus cenſuerat, vtpote in vtroque iure peritus & longæuus, apud Vincen-

B tium lib. 31. cap. 24. Cæterum Herueus iacet in Sacello Deiparæ tumulo æneo, cui inciſi ſunt hi verſus:

Præſul Trecenſis, prius autem Pariſienſis,
Verbi diuini doctor de Curte Morini,
Paupere gente ſatus, iacet Herueus hic tumulatus,
Cui cum corde, ieiunia, lamina ferri
Cum rectis corde, faciunt me ad ſydera ferri.
Anno milleno, bis centenoque viceno
Terno, reddo Polo ſpiritum, & oſſa ſolo.
Anno ſeptenno, deno quoque Pontificatus.
Et ſexto Nonas Iulij tranſmigro beatus.

C 63. *Robertus*, ex Decanatu meritorum ſuorum gradibus cathedram Epiſcopalem aſcendit 1223. de quo Vincentius lib. 31. c. 124. Quo tempore Mauricius Archidiaconus Trecenſis eligitur in Epiſcopum Cenomanenſem 39. de quo Thomas Cantipratenſis l. 1. cap. 1. num. 4.

64. *Nicolaus*, eligitur ex Chartis Regiis 1233. Obiit 1269. ſepultus in Odeo Eccleſiæ hoc Epitaphio:

Anno milleno bis, centenoque noueno
Cum ſexageno, ſub Aprilis tempore pleno,
Pridie Marci Feſto, tu qui legis hæc memor
D *eſto*
Quod linquens mundum, miſerum nimis, & moribundum
Præſul Trecenſis Nicolaus ſede Brienſis,
Fons Decretorum, patriæ lux, forma bonorum
Annis ter denis, numero iunctis ſibi ſenis,
Nobilis Antiſtes patriâ præſedit in iſtâ.
Vos qui tranſitis, totienſque venitis, & itis,
In prece vos ſitis, quod Chriſtus ſit ſibi mitis.

Hoc verò ſedente 1248. Franciſcani conduntur, Vaddingus poſt Gonzagam. Franciſcani

65. *Ioannes de Nantolio* 1269. Fideli- Nantolio.

tatem

ratem fecit Regi Ludouico die lunæ, A
poſt feſtum B. Martini. Obiit 1297. Iul. 27. frater Theobaldi 63. Bellouacenſis.

66. *Guichardus*. Obiit 22. Ianuarij.

67. *Ioannes* de Auxeyo, electus 1314. ſepultus in Cathedrali, ex cuius tumuli fragmentis patet eum iuris Anteceſſorem fuiſſe. At in Necrologio Æduenſi dicitur Canonicus Æduenſis, & Epiſcopus Trecenſis mortuus 4. Decembris 1315. tempore Eliæ 63. Epiſcopi Æduenſis.

68. *Guilelmus Mechin*. Nominatur 1319. & 1324.

69. *Ioannes* de Albiniaco, vel de Aubigneyo. B Dedicauit Eccleſiam Chartuſianorum Pariſienſium 6. Calend. Iulij 1325. Nominatur etiam 1341. Fuerat anteà Abbas S. Martini Ambianenſis.

De gueule à trois chaſteaux d'or creneiez.

70. *Ioannes* de Auxeyo, vulgo *d'Auxou*, Ioannis 67. ſuperioris nepos, vel de Auſſonâ 1342. factus poſteà Autiſſiodorenſis 77. 1358.

71. *Henricus* de Pictauiâ, Aymari Valentinenſium Comitis, & Sibillæ Balſiæ *des Baux*, filius electus circiter 1351. Interfuit Baptiſmo filij Caroli 5. Regis 1368. 11. Decembris Lutetiæ, à Ioanne *des Dormans* peracto. Obiit 25. C
Augusti 1370. legendus Froardus tomo 1. c. 197. & ſequentibus.

72. *Ioannes Braque*. Obiit 1375. Auguſti 10.

73. *Petrus* de Villaribus, *de Villiers lez Herices*, Dominicanus Profeſſus in Trecarum Conuentu, Caroli 5. Confeſſarius, ex Niuernenſibus 84. Obiit 11. Iunij 1377. ſepultus ad ſuos Dominicanos. In eius verò gratiam Carolus 5. Nicolaum ipſius fratrem nobilitatis inſignibus decorauit 1372.

74. *Petrus* ab Arceis, electus 1377. caſtè, integréque in omnibus verſatus, frater Nicolai Autiſſiodorẽſis 81. quon- D
dam Trecenſis Canonici, & Theſaurarij.

75. *Stephanus* de Giuriaco Remenſis Diœceſis, poſtquam in Epiſcopali Cathedrâ annos 31. laudabiliter gregem ſuum rexit, anno ætatis 92. ſpiritum reddidit Domino 1426. Aprilis 26. vt eſt in ipſius Epitaphio in Cathedrali. Nominatur 1411. quo anno ſuppreſſit vnam de 40. Præbendis Eccleſiæ maioris.

76. *Ioannes* Acutus, *l'Eſguiſé*, electus 1426. Obiit 3. Auguſti 1450. Quis ergo Petrus Trecenſis in Concilio Florentino 1439. apud Democharem l. 4. vbi etiam Archidiaconus Trecenſis Ambaſſiator illuſtriſſimi Ducis Burgundiæ in ipſius Concilij ſubſcriptionibus. Obiit verò Ioannes 1450. 3. Auguſti ſepultus in Cathedrali.

77. *Ludouicus Raguier*. Præſes in Curiâ Iuuaminum 1464. 3. Iunij, vſque ad 1483. Obiit 19. Auguſti 1488. ſepultus in Cathedrali. Ipſius parentes iacent Pariſiis apud Albos-mantellos. Eiuſdem gentis Antonius Epiſcopus Lexouienſis 34.

Raguier porte d'argent au ſautoir de ſable, accompagné de 4 perdrix, au bec, & pieds de gueule.

78. *Iacobus Raguier*, ex Reſignatione Patrui. Obiit 14. Nouembris 1518. ſepultus in Cathedrali. Conſecrauerat Eccleſiam Franciſcanorum *de Tauvay*. ex licentiâ Ioannis Amboëſij Epiſcopi Lingonenſis 22. Septembris 14 6. Eidem Abbati Aremarenſi Ægidius Perrinus Aremarenſis dicat vitam Iuſtiniani Imperatoris.

79. *Gulielmus* Parui. *Petit*, Normanus, Dominicanus, Theologus Pariſienſis, Confeſſarius Regum Ludouici 12. & Franciſci primi. Habuit Orationem nondum Epiſcopus, in funere Annæ Francorum Reginæ 1513. Epiſcopus intereſt Synodo Senonenſi à Guilelmo metropolite habitæ 1528. fit poſteà Siluanectenſis 73. edidit Chronicon Sigeberti.

80. *Odardus Hennequin*, ex Siluanectenſi 72. Obiit 13. Nouembris 1544. ætatis 60. ſepultus in Cathedrali. Fuit etiam Abbas S. Lupi, & S. Martini.

81. *Ludouicus* à Lotharingiâ 1545. poſteà 1550. Albienſis, & Cardinalis Guiſius.

Caracioli portent d'or au lion d'azur.

82. *Antonius* Caraciolus à Melfiâ, filius Ioannis apud Subalpinos Proregis, defecit à Catholicis ad partes hæreticorum. De gente verò Caraciolâ (ex quâ 5. Cardinales) Franciſcus Sanſouinus in familiis illuſtribus Italiæ. Dum autem eſſet Victorinus Abbas 34. A. C. 1544. ſcripſit Gallicè *de la vraye Religion*, de quo, quia non vidi, nihil hîc iudico.

Porte vairé d'or & de gueule.

83. *Claudius de Bauffremont*, Claudij, & Annæ Viennenſis filius, in poſſeſſionem miſſus eſt 13 Maij 1563. Baptizauit Henricum Principem de *Tingry*; Franciſci Luxẽburgenſis Ducis *d'Epiny*, ex Dianâ Lotharingâ Aumaliâ filium, in Eccleſia *de Pougy* 27. Ianuarij 1585. Henrico à Lotharingiâ Chalignij Comite, & Catharinâ Cliuiâ Guiſiæ Ducisſâ nomine Henrici 3. Regis, & Catharinæ Mediceæ, eum penè trimum è ſacro fonte ſuſcipientibus. Is verò Henricus obiit 1616. vltimus ſtirpis maſculæ Luxem-

Luxembourg porte d'argent au lion de gueule, à [illegible]paſſé, couronné d'or, la queue paſſee en ſautoir à la verdure d'azur.

burgenſis, quæ gens illuſtriſſima 700. fere annos floruit, ex qua Imperatores 4. Reginæ aliquot, Conneſtabiles Franciæ 3. Cardinales 3. Archiepiſcopi, & Epiſcopi 9. At Claudius è viuis exceſſit 1593. Decembris 14. ætatis 64. ſepultus Seij, quod eſt oppidum Bauffremontiæ gentis ad Ararim, in Sequanis, ſeu Burgundiæ Comitatu, cùm corpus eius propter ciuilium bellorum æſtus referri Trecas non potuiſſet. Eius nepos Claudius Balernenſis Abbas, & Præcentor in Eccleſia Biſuntinenſi 1618. Fuit quoque noſter Nicolaus Abbas Aceij, & Theſaurarius Turonenſis.

84. *Renatus Breleus, de Breſlay*, ex Archidiacono Andegauenſi. Poſſeſſionem adiit 20. Septembris 1605. poſt longam ſedis vacationem, Renato Benedicto Pariſienſi Theologo, S. Euſtachij Curione, à Rege quidem ad Eccleſiam Trecenſem nominato, ſed abſque inſtitutione Pontificia defuncto. Hoc verò tempore 1610. Calend. Auguſti Capucini in ſuburbiis inſtar fortiſſimi antemuralis collocantur. At Brelæo ſponte cedenti, cuiuſdam permutationis cauſa Iacobus *Vigner*, Iacobi in ſanctiore Conſiſtorio Conſiliarij filius, Argentolij, & S. Martini Pariſienſis Prior, in Epiſcopali munere à Rege nominatus præmoritur die Paſchæ 27. Maij 1622. Romæ in omnium bonorum animis relicto ingenti mœrore ætatis 22. ineunte, cùm paulò antè laurea doctorali à ſchola Pariſienſi omnium Reginâ, primâ lege, non aliàs ſcitâ benè meritus, licet abſens donatus eſſet: nam tanta ei ſanctitas, grauitas, & auctoritas fuit, vt, quod Plinius de Macrino dixit lib. 2. epiſt. 7. poſſet ſenes prouocare virtute, quos honore adæquabat. Imò non mortua, ſed in terram viuentium, tralata eſt hæc nobilis, & felix arbor, quæ (mirum dictu) ſimul cum pulcherrimorum, amœniſſimorumque florum multiplici varietate, gratiſſimorum, delicatiſſimorumque nouorum, & veterum doctrinæ, ſapientiæ, virtutiſque fructuum duodecim genera Eccleſiæ Chriſti ſponſæ manibus plenis, lancibus pandis, cornibuſque olei filiis in odorem ſuauitatis, ipſo verè, non expectatâ ſerâ autumni tempeſtate, afferre, & offerre non ceſſaſſet. Vtinam ô Auguſtobona, tot, tantiſque bonis, ac donis cæleſtibus tibi in plures, longioreſque annos vti frui licuiſſet. Certè hoc tam fideli, & diligente operario vineæ Domini torcularia, meraciſſimo vuarum ſanguine Virgines germinante, Deum, hominesque lætificante perpetuo redundaſſent, & promptuaria plena, ex hoc in illud eructaſſent. Neque verò tam vigili Speculatore apri, & vulpeculæ vineam optimi, ſummique Patrisfamilias vnquam deuaſtaſſent, nec vllæ quadrupedes pauperiem feciſſent, nec tranſeuntes demolitâ ſepe damnum ei dediſſent, nec grandines, aut tempeſtates piis depulſæ, coniurataeque carminibus nocuiſſent. Solitudines autem deſerti, ne dum agri primitiarum, triceſimum, ſexageſimum, centeſimumque fructum retuliſſent, ſegete numquam ſpem meſſis mentiente. Hoc aratore curuo, minimè præuaricante, minimè delirante in agris, quos naturâ bonos, culturâ meliores, ſilice penitus auerruncata reddidiſſet. Nec vero Petri nauis vnquam ab optato portu ſalutis tam perſpicace magiſtro aberraſſet, nec oues fœtoſæ in egreſſibus ſuis abundantes, rapacium luporum truculentam rabiem, tam ſolerti Paſtore timuiſſent, qui futurus erat optimi Antiſt. emendatiſſimum exemplar.

Trecenſes Decani ex Camuzato.

PETRVS *Comeſtor*, poſteà Canonicus Regularis S. Victoris 1173. mortuus 1179. de quo Brulius pag. 433. Antiq. Pariſienſ. ſup. pag. 488.

Haicius de Planceyo, de Plancy. Tempore Manaſſis Epiſcopi, qui Capitulo conceſſit poteſtatem Decani eligendi 1185. iſque Haicius poſteà fuit Epiſcopus 1192.

Ioannes. Memoratur 1194.

Milo 1208.

Nicolaus. Tempore Heruæi Epiſcopi 1217. & 1218.

Robertus, poſteà Epiſcopus 1223. apud Vincentium l. 31. c. 124.

Milo de S. Albino 1224.

Guido 1256.

Simon 1265.

Dionyſius de Campo-guidonis. Obiit 1299.

Andreas de S. Fidolo. Obiit 1302.

Petrus de Cella 1302.

Henricus de Noa. Obiit circa 1327.

Petrus de Molayo. Obiit 15. Octob. 1333.

Ioannes

Ioannes de Firmitate, Legum Profeſſor in Academia Aurelianenſi, Canonicus etiam Biſuntinus, & Virdunenſis. Obiit 13. Maij 1354.

Guido de S. Sepulchro 1360.

Adam Cochard de Brilicuria. Obiit 1373.

Martinus Heliot 1402.

Guilelmus de Nouo castro 1416. à domino Stephano *de Giury* confirmatus, facto eidem iuramento nomine Decanatus debito.

Ioannes de Feiſsiaco. Obiit 1420.

Ioannes Craſsi 1422.

Ioannes Pongeoiſe. Obiit 1448. 3. Maij.

B *Stephanus de Plaiſance* Profeſſor Iuris in Academia Aurelianenſi.

Nicolaus de Platea Cellæ Abbas. Obiit 1488.

Nicolaus Coiffard. Obiit 1494. 7. Maij.

Nicolaus Bacle. Eligitur 1494. 27. Iunij. Obiit 30. Ianuarij 1509.

Ioannes Mailly. Mortuus ante poſſeſſionem adeptam.

Nicolaus de Bacle, Nicolai filius legitimus. Obiit 3. Octobris 1538.

Nicolaus Guillemet, nepos ſuperioris. Obiit 1556.

Iacobus Guillemet, Nicolai germanus, electus 1556. inuitus, orthodoxæ Religionis amantiſſimus impiis conatibus Antonij à Melfia Epiſcopi Trecenſis Religionis veræ deſertoris reſtitit, & obiit 1569. C

Ioannes Guillemet, nepos duorum præcedentium. Obiit 1572.

Guilelmus de Taix, electus 1572. Obiit 6. Septembris 1599. Interfuerat Comitiis Bleſenſibus 1576. de quibus Commentarium ſcripſit editum poſteà in lucem ab ipſo Camuzato.

Claudius Veſtier, ciuis Trecenſis, & Bacchalaureus Pariſienſis.

Trecorenſes Epiſcopi.

Treguier, ou Triguet, ou Láutriguier.

Flor. 460.

TRECORA oppidum Armoricæ, ſeu minoris Britanniæ ad Oceanum, gradu longitud. 17. 10. latitud. 48. 40. altitud. ſolis 41. 20. vbi dies maxima horarum 16. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 69. ad 60. ſub Turonenſi metropoli, & Parlamento Redonenſi, à qua vrbe abeſt in Boream, & Circium 30. m. p. In hanc verò vrbem Trecorenſem tralatam fuiſſe volunt ſedem Epiſcopalem A deletâ vetere Lexouiorum ciuitate. In cuius diœceſi 70. Parrochiæ cum duabus Abbatiis:

De Begardo O.C. *De Begard.* Flor. 700.

Sanctæ Crucis, *Sainte Croix de Guincamp* O.A. Flor. 100.

Epiſcopi autem, ex Auguſtino *du Paz* huic ſedi hoc ordine præfuerunt, quem tamen in multis mancum, & in pluribus ſuperfluum, aliunde huc euocatis Præſulibus ante S. Tudgualli tempora mihi facilè perſuadeo.

1. *Drenualus.*
2. *Congualus.*
3. *Hoſtoberus.* B
4. *Entcanetus.*
5. *Nicarus.*
6. *Feſtletus.*
7. *Iſarnarus.*
8. *Grallonus.*
9. *Haſtriuelinus.*
10. *Semperius.*
11. *Ermenus.*
12. *Guennanus.*
13. *Drobualcus.*
14. *Mananus.*
15. *Hugarius.*
16. *Nicarius* 2.
17. *Guenualus.*
18. *Francoricus.* C
19. *Boetmalus.*
20. *Tuciorus.*
21. *Guenmaelus*
22. *Congualus* 2.
23. *Doxclomenus.*
24. *Guinganton.*
25. *Guoharus.*
26. *Horarnocus.*
27. *Vidohaelus.*
28. *Diſtrius.*
29. *Francianus.*
30. *Recitarius.*
31. *Niciorus.*
32. *Guivenninus.* D
33. *Brunaelus.*
34. *Guenmaelus* 2.
35. *Goguelinus.*
36. *Hozarmanus.*
37. *Neiturus.*
38. *Guentatus.*
39. *Gloruenus.*
40. *Glenvalus.*
41. *Voyennus.*
42. *Cretus.*
43. *Tudgualus.*
44. *Mananus.*
45. *Guornarus.*
46. *Guyonualus.*
47. *Criſinalius.*
48. *Guonanus.*

49. *Guennalus* 2.
50. *Eudinaclus.*
51. *Goëdratus.*
52. *Cathocus.*
53. *Rinoketus.*
54. *Botmaëlus* 2.
55. *Idgenus.*
56. *Mensanus.*
57. *Daboſnalus.*
58. *Gozemrinus.*
59. *Yſarnatus.*
60. *Tanguidus.*
61. *Gnouhaëlus.*
62. *Dogmaëlus.*
63. *Conanus.*
64. *Riocus.*
65. *Rivalonius.*
66. *Ioannes.*
67. *Guennalus* 3.
68. *Teridianus.*
69. *S. Tudgualus.* Vion lib. 2. cap. 54. & in Martyrologio Benedictino 25. Iunij circa ann. 600. Robertus Cænalis de Re Gallica lib. 2. cap 6. Eius verò caput religioſè ſeruatur Carnuti, & linguâ Britannicâ dicitur *S. Pabut* ſuæ Eccleſiæ cathedralis patronus.
70. *Reuclinus.*
71. *Perbogatus.*
72. *Leotherius.*
73. *Felix.*
74. *Martinus.*
75. *Dionyſius.*
76. *Conſennanus*, quem Haſtingus Normanorum Dux 841. occidit cum cæteris ciuibus vrbis Lexouiæ ferro, flammâque penitus deletæ.
77. *Gratianus.* Eligitur curante Nœmenio Britanniæ Principe, poſt ſedem ann. 7. 848. qui ſedere cœpit Trecore, ſiue Lantriguerij in Eccleſia Abbatiali à S. Tudgallo olim fundata, indeque in cathedralem conuerſa.
78. *Paulus.*
79. *Sofrus.*
80. *Guilelmus.* Subſcripſit fundationi Abbatiæ S. Georgij Redonenſis factæ ab Alano 3. qui Dux Britanniæ vixit à 1008. ad 1039. Cæterorum Præſulum à Sofro ad ipſum Guilelmum nominibus obliuioni traditis, nec etiam ſucceſſorum nomina reperiuntur, vſque ad Guilelmum alterum ſequentem.
81. *Guilelmus.* Obiit 1175. In Supplemento Sigeberti.
82. *Yuo Ovinon*, ex Preſbytero Turonenſi, electus 1175. Romam proficiſcens obiit 1178. vt eſt in Sigeberti Supplemento.
83. *Gofridus* Guingampenſis, eligitur 1179. in eodem Supplemento.
84. *Stephanus.*
85. *Hamo* 1248.
86. *Alanus de l'Eſſardieu* 1262.
87. *Alanus le Brun* 1279. Quo ſedente Franciſcani ſtabiliti 1283. Guincampi.
88. *Gofridus Tournemine.* Quo ſedente obiit S. Yuo 19. Maij 1303. inter Sanctos à Clemente 6. relatus. *S. Yue.*
89. *Ioannes Rigaud.*
90. *Petrus de Bella-Inſula.*
91. *Iuo du Bois-Roeſſel*, poſteà Coriſopitenſis, ac tandem Maclouienſis.
92. *Alanus Haelori.*
93. *Richardus du Perier.* Fundamenta iecit nouæ Eccleſiæ Trecorenſis 1339.
94. *Radulphus* circa 1348.
95. *Alanus* 1362.
96. *Hugo de Monſtrelaix*, poſteà Briocenſis, & Cardinalis creatus à Gregorio 11. 1375. apud Onuphrium pag. 221. & 236. & Ciaconum pag 752. vbi dicitur Britannus de Monte-longo, & obiiſſe Auenione 1400.
97. *Robertus Paynel*, poſteà Nannetenſis.
98. *Evenus Begaignon, de Pleſtin*, Ordinis Prædicatorum, Papæ Pœnitentiarius.
99. *Ioannes Brun*, ex Aduocato in Curia Romana.
100. *Theobaldus de Maleſtroit*, poſteà Coriſopitenſis. *De gueule à 9. bezans d'or.*
101. *Hugo de Keroulay*, Doctor vtriuſque iuris, 1384.
102. *Petrus Morel.* Obiit 3. Maij 1401. quo ſedente fundatur Pariſiis Collegium Trecorenſe à Guilelmo de Coermaen Cantore huius Eccleſiæ. Qua de re Iacobus Brulius in Theatro Antiq. Pariſienſ. pag. 731.
103. *Yuo Hirgouet*, ex Medico Ducis Britanniæ.
104. *Hugo Stoquer*, vel *l'Eſtreguer*, poſteà Venetenſis 1404.
105. *Bertrandus du Parron* Vaſco, poſteà Nannetenſis.
106. *Chriſtianus* de Alta-ripa Ordinis S. Auguſtini.
107. *Mathæus Roderc* Theologus.
108. *Ioannes de Bruc.* Præſtat homagium Duci Bedfordiæ regenti, vt dicebatur, Franciæ 1427. poſteà Dolenſis 1430.
109. *Petrus Piedru*, poſteà Maclouienſis 1434.
110. *Radulphus Roland*, ex Auditore Rotæ. Obiit in Paraſceue 1442.
111. *Ioannes de Plouec*, Iurium Doctor,

ſtor. Obiit 7. Aprilis 1454.

112. *Ioannes de Coerquiſis*, ex Redonenſi. Obiit 23. Septembris 1464.

113. *Chriſtophorus du Chaſtel* 1464.

114. *Raphaël* Cardinalis Diaconus S. Georgij ad velum aureum.

115. *Robertus Guybé*, poſteà Redonenſis, & Nannetenſis, ac tandem Cardinalis.

116. *Ioannes Calloet*, Doctor vtriuſque Iuris. Obiit 4. Septembris 1504 in monte S. Michaëlis, ſepultus in ſuâ Cathedrali.

117. *Antonius de Grignaux*. Obiit 16. Nouembris 1537. poſt ſedem ann. fermè 33.

118. *Ludouicus* Borbonius, poſteà Senonenſis Archiepiſcopus.

119. *Hippolytus* Eſtenſis 1543. poſteà Archiepiſcopus Auxitanus.

120. *Ioannes* Iuuenalis de Vrſinis. Nominatur 1558. Prior S. Dionyſij Nogenti-Rotrodi in Pertico. Obiit 27. Octobris 1566. cuius nomine Procuratorio Iacobus Hugonis Minorita, Theologus Pariſienſis interfuit Concilio Tridentino.

121. *Baptiſta le Gras*, Dominicanus. Obiit 1583. poſt ſedem 2. ann.

122. *N*. . . .

123. *Adrianus d'Amboiſe*, Theologus, Canonicus Ambianenſis. Obiit 29. Iulij 1616. legatis quibuſdam pecuniis communitati Theologorum Collegij Nauarræi Lutetiæ, cui ſummus Magiſter præfuerat.

124. *Petrus Cornuiller*, ex Conſiliario Redonenſi (quo etiam tranſlatus Epiſcopus.) Interfuit Conuentui notabilium Rotomagi 4. Decembris 1617. Fuit etiam Abbas S. Menenij, & Albæ-coronæ.

125. *Guido Champion*, ex Canonico Pariſienſi 1620.

Tricaſtini Epiſcopi.

S. Paul en Tricaſtin.

Flor. 400. S. PAVLI vrbs ſub Arelatenſi Archiepiſcopo, olim ciuitas Tricaſtinorum ſub Parlamēto Gratianopolitano, duabus leucis maioribus à ponte S. Spiritus, decem verò à Druentiæ oſtio in Rodanum labentis, gradu longitud. 25. 25. latit. 43. 56. altitud. ſolis 46. 4. vbi dies maxima horarum 15. 16. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 40. ad 60.

A vbi quondam Auguſta Tricaſtinorum, quæ perperàm ponitur ab Ortelio in Rodani latere Occidentali in veteris Galliæ tabula. Nam Triçaſtini clarè ponuntur à Ptolem. l. 2. c. 10. in parte Rodani Orientali cum eorū ciuitate Neomago, eadem fortaſsè cum Auguſta Plinij in Gallia Narbonenſi l. 4. c. 18. Qua dere Alphōſus Delbeneus l. 3. Burgundiæ Tranſiuranæ, & Ammianus lib. 15. Hinc fines Tricaſtini Silio Italico l. 3. In hac verò diœceſi eſt Abbatia

Aquæ bellæ O.C. Flor. 150.

Epiſcopi autem hi fuerūt à nobis notati.

B *S. Paulus*. Cal. Febr. licet Tricaſſini putent ibi agi de ſuo Paulo.

S. Reſtitutus, cuius Reliquias in Eccleſia S. Evurtij Aureliis obſeruari ait Carolus Sauſſeyus.

Florentius. In Concilio Epaunenſi 509. Sic enim legendum, non Tricaſſinus, vt Pithœus, Camuzatus, & Gazęus notant.

Leucadius. Concilio Aurelianenſi 3. 540.

Heraclius. Concilio Aurelianenſi 4. 545.

Victor. In Concilio Lugdunenſi 570. per Euſebium Preſbyterum, & Matiſconenſ. 1. 582. apud Greg. Turon. l. 5. c. 20.

C *Euſebius*. Concilio Matiſconenſi 2. 588. & Valentinenſi 2. 589. Interfuerat Preſbyter Lugdunenſi 570. pro domino ſuo Victore Epiſcopo Tricaſtinorum.

Odalricus 1020.

Vuilelmus, ex Prouincia Arelatenſi, in Concil. Lateranenſi Alexandri 3. 1179.

Gaufridus 1214. & 1224.

Laurentius, vir pius, & doctus, ac beneficus in Eccleſiam Anicienſem circa 1245.

Raymundus de Moſcuerolis, Rutenenſis diœceſis, fit Epiſcopus S. Pauli Tricaſtinenſis, inde Cardinalis à Ioanne 22.

D 1323. apud Onuphrium, & Ciaconum, vbi aliàs legitur S. Papuli. Obiit verò 1336. pridiè Idus Octobris, ſepultus in Monaſterio S. Guilelmi de deſerto Lodeuenſis diœceſis.

Hugo. Concilio Auenionenſi 1337.

Raymundus Mayroſius, Rutenenſis diœceſis, Decretorum Doctor, ex Tricaſtinenſi ad Caſtrenſem ſedem tralatus, fit Cardinalis 1426. ſanctæ Praxedis, vbi ſepultus 1427. 22. Octobris, Onuphrius.

Franciſcus Guilelmus de Claro-monte, poſteà Narbonenſis, & Auxitanus, nec non Cardinalis 1503. apud Onuphium pag. 344. & Ciaconum.

Thomas de Pobel, in ſacro Franciſci *de*

Sales Epiſcopi Geneuenſis 1602. 8. Decembris. A

Antonius de Croſo, *du Cros.*

Toul en Lorraine.

Tullenſes Epiſcopi.

Flor. 2500. NVLLVM ciuitas Leucorum, in notitiâ Prouinciarum, & Antonini Itinerario, ad Obrincum, ſeu Moſellam fluuium, gradu longitud. 27. 25. latitud. 48. 35. altitudine ſolis 41. 25. vbi dies maxima hor. ferè 16. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 68 ad 60. olim in circulo 5. Imperij, ſed ab anno 1552. in ditionem Francorum rediit, cuius Eccleſia Cathedralis S. Stephano dicata memoratur cum Epiſcopo ſuo, & Decano c. 4. In noſtrâ, de Procuratoribus, & Archidiaconus c. 8. de Conſtitutionibus, diſtans à ſua metropoli Auguſtâ Treuirorum verſus meridiem 30. leucas. In eius autem diœceſi, quæ vulgò magna, & ampla dicitur in Lotharingiâ, Abbatiæ ſequentes numerantur. B

Flor. 120. S. Apri O. B. in ſuburbiis, *S. Eure.*

Flor. 100. S. Manſueti O. B. in ſuburbiis, *ſainct Manſu*, de quâ vulgare Prouerbium, *Pauure Moine, Riche Abbé.*

Flor. 100. Miræ vallis O. P.

Flor. 150 Orneſij O. C.

Flor 140. Mediani O. B.

Flor. 118. S. Remigij de Lunæ-villâ, vel Lunariuulâ O. A.

Flor. 117. Calmoſtraçenſis O. A. *Chaumozey.*

Flor. 66. Stiuagij O. P.

Flor. 60. Flabonis-montis O. P. *Flabe-mont.*

Flor. 100. S. Petri Senonenſis O. B. *la Senone.*

S. Romerici feminarum, *Remiremont.*

Cæterùm Epiſcopi huius ſedis hinc inde à nobis collecti fuerunt, præſertim ex Franciſci Roſerij ſtemmate Lotharingio, & Richardi Vaſburgij hiſtoriâ Belgicâ. Prætereà Tullum dedit aliis vrbibus Epiſcopos, S. Vedaſtum Attrebatenſibus, S. Lupum Tricaſſinis, S. Fulcronium Virdunenſibus. C D

1. *S. Manſuetus*, *S. Manſu*, miſſus à S. Petro, in Chronico Autiſſiodorenſi. Eius feſtum agitur 3. Septembris in Martyrologio: de eo Franciſcus Roſerius in ſtemmate Lotharingio hiſt. Capitali 21. Eiſengrenius Cent. 1. pag. 1. d. 5. Abbatiam habet extra vrbem, vt dictum eſt.

2. *Amon.*

3. *Alchas*, vel Altha.

4. *Celſinus.*

5. *Aſpicius*, vel Auſpicius. Ei ſcribit Sidonius l. 4. epiſt. 17. & l. 7. epiſt. 10. At ipſe ſcribit Arbogaſti Comiti Treuirorum inter epiſtolas Francicas, quæ habentur in corpore hiſtoriæ Francicæ.

6. *Vrſus.*

7. *S. Aper* 15. Septembris, habet Eccleſiam Abbatialem in ſuâ diœceſi O. B. & alteram Monialium O. C. Coloniæ, vt dictum eſt. Ei ſcribit Paulinus epiſtolâ 29. 30. 31. hîc verò longum notatur interpontificium.

8. *Albaudus*, vel Albuinus, vel Albinus. Quieſcit in S. Apro.

9. *Triforicus.*

10. *Dulcitius.*

11. *Premon.*

12. *S. Auſmundus.* Quo defuncto, aut diu vacauit ſedes, aut Præſules oblitterati.

13. *Eculanus.*

14. *Edulus*, vel Eudolus, fortè idem cum ſuperiore.

15. *Teuſredus*, vel Teupectus, circà ann. 640. Roſerio

16. *Leudinus*, vel Leubinus.

17. *Eborinus*, vel Eborachius, vel Eburnus.

18. *Adeodatus* A. C. 680. Leucorum Epiſcopus, Synodi per Gallias conſtitutæ legatus. Subſcribit cum Agathone Papâ epiſtolæ Synodali, in Actione 4. Concilij Trullani.

19. *Ermentheus*, vel Ermethus.

20. *Magnaldus*, vel Magoldus.

21. *Dodo.*

22. *Godo*, tempore Pipini.

23. *S. Boao.* Vide Molanum 11. Septembris in Natal. Sanct. Belgic. Conſtruxit Monaſterium in ſaltu Deruenſi, ſeu Vogeſo monte.

24. *Gribaldus*, vel Garibaldus, dotator S. Michaëlis, vulgò *S. Miel*, qui & fortè S. Hilduardus, apud Molanum & S. Hilduardus. Miræum 29. Decembris, in Natalibus & Faſtis Belgicis, & Dauidem Lindanum l. 2. c. 2. Teneræ-mundæ. Cuius tempore conditur Cœnobium Vallis Galileæ ad montem Vogeſum, nunc ſancti Theodati, *ſainct Dié*, circa A. C. 671.

25. *Iacobus*, fit Monachus Benignianus Diuione, vbi quieſcit fundato priùs in ſuâ diœceſi Prioratu in honorem ipſius ſancti Benigni. Eiuſdem Iacobi meminit Petrus Damianus libro primo, epiſt. 9. Vion libro ſecundo, capite 38. Roſerius libro 3. Stemmatis, cap. 53.

cap. 53. Chronic. Benignianum M. S. Huius tempore S. Hidulfus Treuirenſis Archiepiſcopus ſecedit in Eremum Vallis Gallileæ. Nonnullis hic additur Borno, vel Bono, vel Bouo.

26. *Vnanimus*.

27. *Frotarius*, ex Abbate S. Apri, apud Roſerium, & Vionem l.2. c. 54.

28. *Arnulphus*. In Concilio ad Saponarias 859. 18. Cal. Iul. & in conſecratione Bertulphi Archiepiſcopi Treuirenſis A.C. 867. Chronic. Cameracenſe cum notis Coluenerij lib.1. cap. 5. Sunt autem Saponariæ locus vicinus vrbi Tullenſi, ſeu ſuburbanus, ita fortè dictus à nitroſis factitiis è ſapone globis, quibus velaminum ſordes expurgantur, quod Gallorum eſt iuuentū apud Plin. lib.28 cap.12. vnde Gallicus Sapo apud Alexandr. Trallian. l.11. & Aretæum, cauſtica ſpuma Martiali l.14. Epigr.26. — *Saponariæ.*

29. *Arnaldus*, ſuperioris nepos, in coronatione Caroli Calui Metis in Regem Auſtraſiæ 5. Idus Septembris 869. & in Synodo Pontigonenſi 876. & Tricaſſina 878. Obiit 894. Nonis Decembris, tumulatus ad S. Aprum, cum Arnulpho auunculo. Circa hæc tempora nominatur Berengarius Epiſcopus Tullenſis apud nonnullos, ex gente Cliuienſi.

30. *Lugdelinus*, vel Ludolinus, ex Monacho S. Martini Treuirenſis, apud Reginonem 905. & Vionem, Trithem. Chron. Hirſaugienſ.

31. *Drogo*, Lugdelini ſucceſſor, apud Reginonem 905. ſedit ann. 7. Obiit 922. Flodoardo, Caroli Simplicis conſanguineus. Tranſtulit reliquias S. Romarici Maij 17. apud Surium.

32. *B. Gauſelinus*, vel Goſlinus. Eligitur 922. Flodoardo, cui & nominatur 948. & Baron.

33. *S. Gerardus* Coloniâ Agrippinâ oriundus, Martyrol. 23. Aprilis cum Breuiario Tullenſi, & Lingonenſi, ac Sigeberto 1052. Miræo Faſt. Belgic. Nominatur præſens in diplomate Gerbergæ 968. 3. Idus Febr. in diplomate Gerbergæ Francorum Reginæ, quo alodium Marſanenſe ad Moſam donatur Eccleſiæ Remenſi, apud Miræum Cod. Donationum piarum cap. 38.

34. *Stephanus*

35. *Robertus*, ex Monacho Metelochienſi, vix anno præfuit, Roſerius hiſt. Capitali 58. *Vion* l.2. c.54.

36. *Bertoldus* 1007. ſedebat, vt patet ex vita Leonis 9. cap. 2. vbi genuinæ honeſtatis ſectator mirabilis præ prædeceſſoribus ſuis Leucam vrbem filiis nobilium nobilitauit, & litteralis exercitij perſonis adimpleuit.

37. *Herimannus*. Abſtractus eſt carnis hoſpitio 1026. Quadrageſimali tempore, vt eſt in vita Leonis 9. c. 8. ſepultus Coloniæ, vbi & natus.

38. *S. Bruno*. Electus 1026 die Aſcenſionis 13. Calend. Iunij præſentibus cunctis Galliæ Belgicæ primoribus à ſuo conſobrino Mediomatricorum Præſule pōtificaliter inthronizatur, vt eſt in eius vita lib. 1. cap. 1. à Viberto Archidiacono autore Coætaneo ſcriptâ, non ita pridem in lucem emiſſa, vbi à Popone Treuirorum Archiepiſcopo dicitur conſecratus, ex Præpoſito S. Theoderici. Dedicauit Monaſterium Hohemburgenſe 1045. poſteà Papa factus Leonis 9. nomine, retulit Gerardum ſuperiorem inter ſanctos, Sigebertus ad ann. 1052. *Vion*. Ipſe verò Bruno, diem feſtum habet in Eccleſiæ faſtis 19. Aprilis Vide Andream Quercetanum in hiſtoria Pontificum Romanorum, & Baronium 1049. Quo loco aſſerit eum Pontificem Romanum creatum non reliquiſſe titulum priorem Tullenſem dum vixit, eumque obiiſſe 1054. — *Miræus in Faſt. Belg.*

39. *Vdo*, vel Odo. Eum ſibi ſucceſſorem ſanctæ ſedis Leucorum elegit Leo 9. ob morum honeſtatem, ſanctæque Religionis feruorem in diuinis, humaniſque affluentem, apud Vibertum l.2. c.8. Obiit 1070.

40. *Bibo*, vel Pibo, fit poſteà Monachus Diuionenſis, eiuſque depoſitio ibi notatur 9. Calend. Decembris, ſed tamen inde reuocatus auctoritate Papæ, Clero petente, quem Poponem vocat Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 81. *Vion* lib. 2. cap. 54. Intereſt Concilio Claromontano 1095. & obiit 1107. de eo Chronicon Benignianum M.S. Quo tempore Raynardus Comes Tullenſis fuit in expeditione Ieroſolymitana.

41. *Riguinus*, ex Primicerio. Hic verò Primiceriatus poſteà extinctus dicitur in c.7. cùm acceſſiſſent, de Reſcriptis. Vide titulum de Primicerij officio. Sic Primiceria Virginum B. Maria, Fulberto, Primicerius Martyrum, & Diaconorum Sanctus Stephanus, Auguſtino, Petrus Primicerius Apoſtolorum, Baldrico, Primicerius proditorum Iudas, Hincmaro. Vide Baronium in Martyrol. 19. Maij. Obiit 1124. Ad eum extat epiſt. 61. S. Bernardi. — *Primicerius.*

42. *Henricus*, filius Theoderici Lotharingiæ Ducis, ex Bertha Simonis Moſellaniæ Comitis filiâ, ſeu Hilde-

gotâ Flandriæ Comitiſsâ. Sequutus eſt Ludouicum 7. Regem Franciæ in Expeditione Ieruſalem A. C. 1147. apud Othonem Friſingenſem. Obiit 1165. cuius tempore fundantur Regia-vallis, & Regens-vallis, Ordinis Præmonſtratenſis. De vtroque Cœnobio infrà agetur. Hic verò à nonnullis additur Hugo Epiſcopus Tullenſis, Gerardi Alſatici, ex Hauide filius.

43. *Petrus* de Brixeio fundator Caſtri, & Capituli Liberduni. Obiit 1191. in peregrinatione Ieruſalem.

44. *Odo*, vel Oto de Sorceio, *Sorcey*, ex Archidiacono, Baſilicarum S. Gengulfi, & ſancti Amandi in vrbe erector. Obiit 1197.

45. *Mathæus*, ex præpoſito S. Theodati, filius Mathæi Ducis Lotharingiæ, ex Catharina Luxemburgenſi, vt quibuſdam videtur, electus quidẽ, ſed non confirmatus à Pontifice, qui Odoni ſubſtituerat Reginaldum à Siluanecto, *de Senlis*, à Philippo Auguſto commẽdatũ.

46. *Gerardus de Pulligny*. Moritur 1216. dum Româ rediret à Pontifice confirmatus.

47. *Odo de Vaudemont*, ex Archidiac.

48. *Garinus*, ex Abbate S. Apri.

49. *Rogerius de Marey*, Theoderici Treuirenſis, Ioannis Metenſis, & Rodulphi Virdunenſis Synchronus. Obiit Liberduni.

50. *Ægidius*, vel Gilo 1261.

51. *Conradus* à Tubingâ Minorita 1276.

52. *Probus*, ex Prouinciali Alemaniæ Ordinis Franciſcanorum 1287. Nicolaus *Coeffeteau* contra Myſterium iniquitatis pag. 992.

53. *Ioannes* à *Ziereick*, vel *Sierck*, ex 40. Vltraiectenſi 1296. dedicat Eccleſiam Clariſſarũ Noui-caſtri 1300. apud Gonzagam in hiſt. Seraph. Obiit 1305.

54. *Guido*. Obiit ante adeptam poſſeſſionem Româ rediens.

55. *Odo de Grandſon*, poſteà Baſilienſis.

56. *Otto* de Columnâ Romanus, poſteà Papa Martinus 5. ſuorum temporum felicitas, vt eſt in eius Epitaphio. Vide Andream *du Cheſne*.

57. *Ioannes* ab Arzileyo *d'Arziliers*.

58. *Amedeus* Comitis Gebennenſis filius, ſepultus in Cathedrali.

59. *Thomas Bolaimont*.

60. *Bertrandus* à *Turre*, fit Podienſis 64.

61. *Petrus* à Barreriâ, Aquitanus, beneficio Innocentij 6. Cardinalis.

62. *Ioanne* à Hoyo, *de Heu*, ex Archidiacono Tullenſi, & Decano Metenſi. Obiit 9. Auguſti 1372. ſepultus Metis in Cathedrali.

63. *Ioannes* à Nouo-caſtro nobilis Burgundus, Cardinalis, Auenione mortuus, apud Chartuſianos Villæ-nouæ tumulatus 1398. Octob. 4. Ciacon. Roſcerius, Onuphr. Sampayo, & Andreas *du Cheſne* in Clemente 7. Nonnullis dicitur Hiſpanus, & Ordinis Prædicatorũ, aliis certius ipſius Clementis 7. in ſuâ obedientiâ Papæ conſanguineus, & Canonicus Æduenſis. Vide Epiſcopos Æduenſes n. 71. & Niuernenſes n. 83. porrò Ioanne ad Cardinalatum promoto dicitur Garinus aliquot annos ſediſſe in hac Cathedra eoque ad Maurianenſem, tralato iterùm Ioannes adminiſtraſſe.

Neuchaſtel porte de gueule à la bande d'argent.

64. *Philippus de Ville-ſur-Tron*. Obiit Parpiniani, ibique ſepultus in Eccleſiâ S. Antonij 1409.

65. *Henricus de Ville ſur-Tron*, Philippi ſuperioris frater, intereſt Concilio Conſtantienſi 1414. tumulatur ad aram ſummæ Baſilicæ 1436.

66. *Ludouicus* Haracurius *de Haraucour*, ex Virdunenſi 77. ad hanc ſedem tralatus, ſed iterùm repetiit Virdunenſem.

67. *Guilelmus Filatre*, ex Virdunenſi 78. In Conſilio Philippi Boni, approbantis Burgundiæ Ducatus conſuetudines Bruxellis 1459. poſteà fit Tornacẽſis 68. Ei ſcripſit Æneas Siluius epiſt. 154.

68. *Antonius* à Nouo-caſtro. Obiit 1490. vltimâ Februarij, ſepultus in Prioratu S. Crucis de Bretoneriâ Pariſiis, vbi in Epitaphio vir religioſiſſimus dicitur, filius Theobaldi Burgundiæ Mareſchali, ex Annâ Caſtro-villanâ, *de Chaſteau-vilain*.

69. *Obricus de Blammont*. Obiit 1509.

70. *Hugo des Hazards*. Obiit 1517. ſepelitur in Eccleſiâ parrochiali Blenodij, quam conſtruxerat in ſolo natali illius oppiduli iuxta Tullum, inſignis vir pietate & eruditione.

71. *Ioannes* à Lotharingiâ, de quo plura alibi.

72. *Hector d'Ailly* Aruernus, ex Baionenſi, ex ceſſione Ioannis Lotharingi fit Tullenſis, & obiit 1532. ſepultus in Capellâ Vndecim millium Virginum, quam conſtruxerat.

73. *Antonius* Peregrinus.

74. *Tuſſanus d'Hocedy*. Huius tempore 1552. vrbs venit in poteſtatem Regis Franciæ. Obiit 1565.

75. *Petrus* de Caſtelleto, *du Chaſtelet*, ex Abbate S. Clementis, & S. Martini Metenſis. Obiit 1580. 8. Calend. Febr.

76. *Carolus* à Lotharingia, Cardinalis *de Vaudemont* electus Tullenſis, & poſtulatus

Portent de Lorraine au lambeau d'azur.

poſtulatus Virdunenſis, litteris, pietate, & ætate florens, frater Loyſiæ Reginæ, Ordini S. Spiritus adſcriptus 1583. Obiit 1588. 3. Calend. Nouembris, Nanceij in æde Franciſcanorum ſepultus. Videndus Petramellarius, & Ciaconus. Natus erat 2. Aprilis 1562. Nicolai Vaudemontani Comitis, & Ioannæ Sabaudæ filius. Ei Genebrardus Commentarios in Pſalmos dicabat 1587. Ipſe verò Theſes Theologicas 19. ætatis anno 1580. Gregorio 13. offerebat.

77. *Christophorus* à Valle, *de la Vallee*. Reformauit Breuiarium 1595. quo ſedente Minimi ſtabiliuntur Nanceij 1590. beneficio domini *de Baſſompierre*, cùm eiuſdem vrbis pomerium à Carolo Duce Lotharingiæ augeretur, à quo Duce ibidem fundatur domus Profeſſa cum Collegio S. I. Obiit 1607. Liuerduni, ſepultus in cathedrali.

Minimi.

78. *Ioannes Porcelet* Andreæ domini *de Maillanes* Barri Mareſchalli & Estheris Aſpromontiæ filius. Probat Reformationem Auguſtinenſium Barri Ducalis ſecundùm communitatem Bituricenſem 1619. 26. Octob. Fundator Capucinorum ad vrbem. Ei panegyricum cecinit Nicolaus *Guinet* nobis amicitiæ nomine Patauij, & Pariſiis cultus, ob ſingularem doctrinæ, & pietatis cognationem omnibus æternùm colendus. Hoc etiam ſedente, Nanceij Vrſulanæ ſtabiliuntur 1606, beneficio Antonij *de Lenoncour* Primatis. Obiit

Porcelet porte d'or à un porceau paſſant de ſable.

79. *Carolus* à Lotharingia.

Tungrenſes, vide, Leodienſes.

Tulle en Limoſin.

Tutelenſes Epiſcopi.

Flor. 1400.

TVTELA, (quæ & aliquando Tullum) in valle duobus fluuiolis cincta, Curreſia, & Solana, gradu longitud. 23. 10. latitud. 45. 10. altitud. ſolis 44. 50. vbi dies maxima horarum 15. 27. 34. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 61. ad 60. ſub Parlamento Burdegalenſi, & metropoli Bituricenſi, quæ ſedes Tutelenſis auulſa fuit à Lemouicenſi per Ioannem 22. cùm anteà eſſet Abbatia Ordinis Benedictini, ſub patrocinio S. Martini, vbi Hubertus Monachus, deinde Cardinalis Siluæ-candidæ, de

A quo Trithemius, Onuphrius, Ciaconus, & Baronius. In cuius diœceſi notatur Abbatia:

Valetæ O. C. *La Valette*. *Flor. 160.*

Huic verò cathedræ præſederunt Epiſcopi hac ſerie, cui præmittendi viſi ſunt Abbates ipſius Eccleſiæ S. Martini.

Abbates.

Odalricus.
Aymo.
S. Odo, poſteà Cluniacenſis.
Adarius.
B *Bernardus.*
Petrus.
Bernardus.
Tudinus.
Gambertus.
Rotbertus.
Vvilelmus.
Ebolus.
Geraldus.
Bernardus.
Bertrandus.
Bernardus.
Petrus.
Petrus. Abbas etiam S. Martini Lemouicenſis.
C

Epiſcopi.

1. *Arnaldus*, ex vltimo Abbate primus Epiſcopus factus eſt à Ioanne 22. 1318.
2. *Laurentius de Bears* 1350.
3. *Ioannes Fabri.* Creatur Cardinalis 6. Idus Iunij 1171. à Gregorio 11. Obiit Auenione pridie Nonas Martij, apud Ciaconum, & Onuphr. 1372.
4. *Bertrandus de Chanaco* Cardinalis. Obiit 1380. alius à Bertrando 82. Archiepiſcopo Bituricenſi Cardinale mortuo 1404.
D
5. *Petrus de Chanaco* 1380. vel vt alij ſcribũt, de Coſnaco, ſuperioris, vt videtur, nepos, ab anno 1380. ad ann. 1396.
6. *Bertrandus Botinandus.* Teſtamentum fecit 3. Iunij 1412. Natus fuerat in vico S. Germani prope *Buſiere* in diœceſi Lemouicenſi.
7. *Bertrandus de Malo-monte* 1423.
8. *Ioannes de Cloſes*, ſeu *de Cluys* 1428.
9. *Hugo de Albuconio*, *d'Aubuſſon*, nobili gente in Marchia Lemouicẽſi 1451.
10. *Ludouicus de Albuconio*, ex eadem gente 1469.
11. *Dionyſius de Barro* Bituricenſis, ex dominis *de Baugy*, receptus 25. Martij 1472. Fuit etiam Epiſcopus S. Papuli.

Franciſcani.

Quo tempore Franciſcani in vrbe fundantur 1491. à Barone S. Amandi.

12. *Clemens* de Brilhaco, ex Epiſcopo S. Papuli 1500.

13. *Franciſcus de Leui*, ex Dominis *de Vantadour* (ex quâ gente Bernardus Abbas huius Eccleſiæ Tutelenſis 1231. cui multa contulit) confirmatur Bituricis 1517. 29. Maij contra Ægidium de Turre. Quo tempore ſæculari togâ donati ſunt Monachi huius Capituli, & facti Canonici. Quâ de re Boërius deciſione Burdegalenſi 6.

14. *Iacobus Amelin* 1525.

15. *Petrus* Caſtellanus. Ei dicat Quintilianum Petrus Galandius, & Commentarium de Iuriſdictione omnium Iudicum Goueanus. Eidem gratulatur de hac dignitate adeptâ Dionyſius Faucherius Lirinenſis 1539. 7. Idus Augusti, poſteà fit Matiſconenſis, & Aurelianenſis.

16. *Franciſcus* Falconius, vel de *Falcone, de Faulcon*, Falconis de Falcone, & Carlotæ Bucelli filius, ex Canonico S. Capellæ Pariſienſis, & Abbate S. Ioannis Senonenſis, & S. Petri Artiuilarenſis 1545. poſteà Aurelianenſis 1550. & Matiſconenſis, ac tandem Carcaſſonenſis. Obiit octogenarius 1565. ſepultus Carcaſſone in Choro Cathedrali.

17. *Ioannes de Fonſeques*, ex Dominis *de Surgeres*.

18. *Ludouicus de Geneilhac*, in Concilio Tridentino 1560. & obiit Burdegalæ 1583. fuit etiam Abbas S. Romani de Blauiâ diœceſis Burdegalenſis.

19. *Flotardus de Geneilhac*, ſuperioris nepos ſedit tantùm ann. 2.

20. *Antonius de Turre*, ex decano. Iacet in æde Rupis-amatoris, *Roque-madour*, quæ Eccleſia diœceſis Cadurcenſis, vnita eſt menſæ Epiſcopi Tutelenſis.

21. *Ioannes de Geneilhac*, & *Vaillac* 1591. Quo ſedente, & Henrico *de la Tour* Decano 1613. ſorores S. Claræ in ſuburbiis inſtitutæ ſunt, item Fullienſes Religioſi 1615. Vrſulanæ 1618. & Patres Societatis Ieſu 1620.

Clariſſæ
Fullienſes
Vrſulanæ
Patres S. I.

Tungrenſes, ſuprà, Leodienſes.

Vabrenſes Epiſcopi.

Vabren.

VABRIVM, Bernardo Guidonis, Vabrenſe Caſtrum Gregorio Turonenſi, Vabrincum aliis, vrbs non longè à fonte Tarnis, gradu longitud. 23. 30. latitud. 44. 0. altitud. ſolis 46. 0. vbi dies maxima horarum 15. 18. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 57. 6. ad 60. ſub metropoli Bituricenſi, & Toloſano Parlamento in cuius Eccleſiâ Abbatiali Ord. Benedictini B. Mariæ dicata, & à Comitibus Toloſanis olim fundatâ Ioannes 22. ſedem Epiſcopalem inſtituit, eam à Rutenenſi diſtrahens. In pago autem Vabrenſi, vt dicitur à Gregorio Turonenſi l. 9. c. 12. reperiuntur Abbatiæ.

Flor. 1000.

Vabrũ fundatur à Raymundo Comite Toloſæ, & Beatride eius vxore anno 23. Caroli Calui, Elizabethe Epiſcopo Rutenenſi.

Siluaneſij O. C. *Siluaneau*. Flor. 300.

Nantenenſis O. B. *Nant*. Flor. 200.

Epiſcopi verò hoc ordine temporum ſederunt:

1. *Petrus* de Olargio, ex vltimo Abbate primus Epiſcopus à Ioanne 22. conſtitutus 1320. Obiit 1329.

2. *Raymundus* de Olargio. Obiit 1347.

3. *Guido* de Ventadoro 1351.

4. *Petrus* de Agrifolio, qui & Claromontenſis 72. frater Raymundi Rutenenſis Epiſcopi.

5. *Bertrandus* de Peberaco, ex Priore S. Martini Pariſienſis 30. circa A. C. 1354.

6. *Guilelmus Bragoſe*. Creatur Cardinalis S. Georgij in Velabro, poſteà tit. S. Laurentij in Lucinâ, & maior Pœnitentiarius Romæ obiit, ibique in ſuo titulo ſepultus, apud Ciaconum pag. 732. in Innocentio 6. 1367. 3. Idus Nouembris, Onuphrius pag. 28.

7. *Stephanus* de Vaſignaco. Obiit 1412.

8. *Guilelmus* de Baſtidos. Obiit 1421.

9. *Ioannes* Petri.

10. *Bernardus Blanchy*, vel *Planchy*. Obiit 12. Decembris 1485.

11. *Antonius* Petrus de Narbonâ, eligitur 1486. 2. Februarij. Obiit 22. Iulij 1509. ſepultus in Monaſterio Fontis-frigidi, vbi ante Epiſcopatum fuerat Abbas.

12. *Ludouicus* de Narbonâ, Antonij frater, Abbas Grandis-ſiluæ, & Fontis-frigidi. Obiit 7. Februarij 1518. erga ſuas

ſuas Eccleſias munificus.

13. *Reginaldus de Martiniaco*, Petri Epiſcopi Caſtrenſis frater. Obiit Monſpeſſuli Maij 27. 1536.

14. *Georgius de Armagnaco*, Epiſcopus Rutenenſis, fit Adminiſtrator Vabrenſis 1536. poſteà Archiepiſcopus Toloſanus 1572. ac tandem Auenionenſis, & Cardinalis.

15. *Iacobus de Corneilhan*, poſteà Rutenenſis.

16. *Franciſcus de la Valette Cornuſſon*, in Concilio Tridentino 1563. Nominatur 1577. in executione Bullarum ſeculariżationis ſuæ Eccleſiæ.

17. *Thomas de Lauro.*

18. *Franciſcus de la Valette Cornuſſon*, Abbas Moyſiacenſis, *Moiſſac.* Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1614.

19. *Franciſcus de la Valette Cornuſſon*, ſuperioris nepos, & Coadiutor titulo Epiſcopi Philadelphiæ 1618.

Valentinenſes Epiſcopi.

Valence en Dauphiné.

Flor. 4500.

VALENTIA Segalaunorum, non Cauarum vrbs, & Romanorum Colonia Plinio (ſi benè capiatur) lib. 3. cap. 4. Ptolem. lib. 2. cap. 8. Sirmund. in Sidonij lib. 6. epiſt. 12. in qua datæ leges in Cod. Theod. 22. de Annon. & Tribut. 49. de Curſu publico, 113. de Decurionib. gradu longitudinis 25. 20. latitud. 44. 15. altitud. ſolis 45. 45. vbi dies maxima horarum 15. 20. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 58. ad 60. ad ripam Rodani ſiniſtram; in Parlamento Gratianopolitano, ſub metropoli Viennenſi, à qua abeſt in meridiem 13. leucas, nobiliſſima ciuitas Proſpero Tironi in Chron. & apud Goltzium, & Ortelium; vbi refertur inſcriptio Numi *Col. Iul. Val.* id eſt, Colonia Iulia Valentia, in qua habitum Concilium 374. apud Baron. & quinque Capitula generalia Patrum Minimorum, cuius Eccleſia S. Stephano, nunc S. Apollinari dicata, quæque à ſegregibus euerſa, Præſulis, & ciuium curâ, & impenſis inſtauratur. Canonici autem memorantur c. 21. de Reſcriptis, & Academia fundata 1452. à Ludouico Delphino, ab eodem poſteà Rege confirmatur 1475. Prætereà Abbatiæ in hac diœceſi, & Dienſi reperiuntur cum Parochiis circiter 325.

A S. Bernardi O.B. *S. Bernard.* Flor 212.

Tirocij, vel Tiercij Saone O.A. *Saone.* Flor. 70.

S. Ruſi O.A. *S. Ruf*, olim elegantiſſima extra muros ab hæreticis flammâ, ferróque ſolo æquata, in vrbe denuò excitata eſt labore, & pietate Abbatis, & Conuentus. De qua inferiùs plura. Flor. 300.

Soyon fœminarum.

Vallis-ſancta, *Vau-ſaincte.*

Montis floris, *Mont-fleur.*

Velona, *Velone.*

Vaucreſcuil O.C.

S. Iuſti, *S. Iuſt.*

Cæterùm Epiſcopi huic Eccleſiæ præfuerunt.

B

1. *S. Apollinaris*, frater S. Auiti Archiepiſcopi Viennenſis 19. Iſicij Senatoris, item Præſulis Viennenſis filius circa ann. 494. apud Baronium, & in Chronologia Lirinenſi, ex Adone, & Breuiario Valentinenſi 5. Octobris. Intereſt Concilio Eponenſi 509. & citatur in Concilio Meldenſi c. 73. & ab Agobardo Lugdunenſi pag. 67. vbi S. Apollinaris, ait, Eccleſiæ Valentinæ, quantus fuerit, & ſit, non ſolùm geſta de eò, ſed & crebra eius miracula vſque hodie ſublimiter teſtantur. Ei verò Auitus opera ſua ſic dedicat in veteri Codice C Victorino: *Domino ſancto in Chriſto piiſſimo, ac beatiſſimo Apollinari Epiſcopo Alcimus Ecditius Epiſcopus frater.* Hic autem non ponimus in Albo Epiſcoporum ſanctos Felicem, Fortunatum, & Achilleum, licet inter primarios Verbi diuini præcones à B. Irenæo Lugdunenſium 2. Antiſtite miſſi coronam Martyrij fuerint aſſecuti, quia in Martyrologiis tantùm Diaconi dicuntur. Meminit tamen Clericorum Valentinæ ciuitatis Bonifacius 1. Papa epiſt. ad Epiſcopos Galliæ A. C. 419. Baron. & Binio.

2. *Gallus.* Concilio 5. Aurelianenſi D 552.

3. *Maximus.* In Concilio Lugdunenſi 570. per Procuratorem Aſtemium.

4. *Raynaldus*, vel Renoaldus, in Concilio 2. Matiſconenſi 582. & Lugdunenſi 587. & Valentinenſi, ab hac vrbe ſic dicto 589.

5. *Elephas.*

6. *Aygulphus.* Nominatur cum Landerico Pariſienſi.

7. *Lambertus*, vel Dambertus 6. ab Apollinari, cuius corpus tranſtulit in Eccleſiam ſancti Stephani, vnde poſteà transfertur in maiorem Eccleſiam de ipſius nomine vocatam, Surius.

8. *Ioſaldus.* In Concilio Cabilonenſi circa 650.

9. *Æmilianus.*

10. *Salutus.*

11. *Antonius.*

12. *Salutus.*

13. *Vadaldus.* Tempore Caroli Mag.

14. *Saluius.*

15. *Bonitus.* Fortè is, propter quem Concilium Valentinenſe factum 855. de quo Gabriel *Vaſquez* in primam Partem S. Thomæ, Poſſeuinus in Apparatu ſacro, & habetur tomo 3. Concil.

16. *Ratbertus*, vel Robertus. In Concilio Tullenſi ad Saponarias 859. & Pontigonenſi 876. menſe Iunio Indict. 9. in qua obtinet confirmationem fundationis à ſe, & fratre ſuo Germano Eudrado factæ de Monaſterio Cari-loci diœceſis Matiſconenſis, quod tunc Abbatiæ titulo decorabatur, nunc Prioratus Ordinis Cluniacenſis.

17. *Ductranus* 910.

18. *Erlardus.*

19. *Iſaac.*

20. *Aymericus*, vel Americus.

21. *Ado.*

22. *Brochardus.*

23. *Archimbaldus*, vel Archimbertus.

24. *Aginus*, vel Ainus.

25. *Robertus.*

26. *Iſaac* 2.

27. *Remigarius.* Corpora ſanctorum Martyrum, Felicis, Fortunati, & Achillei in Eccleſiam cathedralem iuxta B. Apollinarem tranſtulit.

28. *Vaalbertus.*

29. *Anno*, vel Aimo.

30. *Vigo*, vel Guigo, vel Guido. In Concilio Anſano, apud Seuertium in Epiſcopis Matiſconenſibus num. 34. & memoratur in diplomate Benedicti 8. tempore Regis Roberti circa A. C. 1015.

31. *Lambertus.*

32. *Valbertus*, nonnullis Vmbertus 1025.

33. *Pontius.* Nominatur 1037. & 1044. 8. Calend. Aprilis in ſubſcriptione teſtamenti Hugonis Archiepiſcopi Veſuntionenſis.

34. *Gontardus.* Excepit Vrbanum 2. Papam proficiſcentem Claromontium Concilij celebrandi gratiâ 1095.

35. *Euſtatius*, ex Canonico Podienſi.

36. *Ioannes*, ex Abbate Bonæ-vallis 1126. Vincentius lib. 27. cap. 42. cuius Anniuerſarium honorificè celebratur 5. Octobris, Ferrarius. Legendus *Henriquez* in Faſciculo Sanct. Ciſtercienſ. l. 2. diſtinct. 10.

37. *Bernardus.*

A 38. *Odo.* Comitatu Valentinenſi donatur à Friderico Imperatore 1157. Veſuntione. Intereſt Concilio Lateranenſi, ſub Alexandro 3. 1179. menſe Martio cum Roberto Epiſcopo Dienſi, iſque, vt puto, qui eligitur ex Priore Caſæ-Dei, apud ſanctum Bernardum epiſt. 248.

39. *Falco.*

40. *Vmbertus de Mirabello*, ex Priore Carthuſiæ Siluæ-benedictæ tempore Philippi Regis Romanorum, vir miræ probitatis.

41. *Gerundus*, vel Geraldus Abbas Moliſmenſis, inde Cluniacenſis 19. eligitur 1220. fitque poſtremò Patriarcha Ieroſolymitanus. Obiit 7. Idus Septembris, *Vion* lib. 2. cap. 55. Huic Epiſcopo Valentinenſi Honorius 3. 1222. mandat inquiſitionem pro Canonizatione Sancti Roberti Moliſmenſis, cum Hugone 63. Lingonenſi. B

42. *Vuilelmus* Thomæ Comitis Sabaudiæ, & Beatricis Geneuenſis filius, qui etiam Leodienſis electus dicitur 38. Cratepolio. Obiit 1239. Paradino.

43. *Philippus de Sabaudia* electus, & Lugdunenſis deſignatus, ſed non conſecratus, fuitque frater Guilelmi ſuperioris, & Bonifacij Archiepiſcopi Cantuarienſis. C

44. *Guilelmus de Monte-lauro*, ſanctitate potens, cuius tempore vnitæ fuerunt diœceſes Valentiæ, & Diæ per Gregorium 10. 1275. Hunc verò facilè crediderim, qui memoratur electus Valentinenſis in Epiſtola 421. Clementis 4. quæ ſic habet: Dilecto filio Ludouico viro Ademaro de Pictauia Comiti Valentinenſi: *Ecce iam niſi fallimur, tuo laudabili deſiderio ſatisfecimus, dum Eccleſiæ Valentinenſi prouidimus de perſona prouida, & diſcreta, & tibi ſanguinis propinquitate* D *coniuncta. Tuam igitur ſinceritatem monendam duximus, & hortandam per Apoſtolica ſcripta; tibi mandantes quatinus & Epiſcopum, & Eccleſiam fide pura, & deuota proſequaris reuerentia, ſic ipſorum beneplacitis te coaptes, quod & vitæ præmium merearis æternæ, & nos qui te dudum dileximus, ad ea quæ tui erunt honoris, & commodi arctius obligemur. Datum Viterbij Nonis Iul. An. 3.* Is eſt annus ſalutis 1267.

Valentiæ & Diæ vnio ſub vno Epiſcopo.

45. *Amedeus de Roſſilione* 1280. Memoratur in fundatione domus Carthuſienſium ſanctæ Crucis, diœceſis Lugdunenſis, & diplomate Gregorij 10. Lauſannæ 12. Calend. Nouembris 1275.

46. *Ioannes de Gebenna.*

47 *Guilelmus*

47. *Guilelmus de Roſſilione.* Cuius tempore maior campana conflatur hac inſcriptione: *Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat.*

Chriſtus ab omni malo nos defendat.

Fulgur, tempeſtas, & omnis ſæua poteſtas,
Hoc cùm pulſatur ſignum, procul hinc abigatur.

Anno Domini 1300. 11. menſis Iunij, præſulante Guilelmo de Roſſilione Epiſcopo, & Comite Valentinenſi, & Dienſi, magiſter Brochardus manu fecit, ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & B. Mariæ. Item memoratur 1318. Sed & de campanarum effectibus vide Stephan. Duranti l. 1. de Ritibus Eccl. c. 42. Angelũ Roccam de Cãpan.

48. *Aymarus de Vota.*

49. *Henricus de Villars*, ex Vaurenſi, deinde Lugdunenſis 95. 1342.

50 *Petrus Caſtelluctius*, vel de Caſtrolucij Abbas Cluniacenſis 31. Obiit poſt ſedem ann. 2. 4. Nonas Martij 1344. ſepultus Cluniaci, *Vien* l. 2. c. 45.

51. *Ioannes Ioſencus*, vel Iofrenius, poſteà Podienſis 63.

52. *Ludouicus de Villars.*

53. *Guilelmus de Vota.*

Saluces porte d'argent au chef de gueules.

54. *Amedeus de Salutijs*, creatus Cardinalis 1383. 10. Calend. Ianuarij Auenione à Clemente 7. apud Ciaconũ pag. 797. vbi dicitur electus Archiepiſcopus Valenſis, pro Valentinenſi Epiſcopo, & mortuus Florentiæ 4. Calend. Iulij 1419. ibique ſepultus, eadémque habet Onuphrius pag. 227.

55. *Ioannes de Pictauia*, ex Præpoſito S. Audomari, fra[tre] Caroli Lingonenſis Epiſcopi 81. quæ nomina confunduntur à Petro Mathæo in Ludouico 11.

Poitiers porte d'azur a ſix bezans d'argent 3. 2. 1.

56. *Ludouicus de Pictauia.*

57. *Gibaldus*, vel Geraldus de Cruſſolio Patriarcha Antiochenus, & Adminiſtrator Abbatiæ S. Ruffi. Eſt verò Cruſſolium caſtrum, nunc dirutum in ſaxo è regione Valentiæ Rodano impoſitum ad Vticæ, ſeu Vſiæ Ducem pertinens.

58. *Iacobus de Baſternayo, Baſternay.*

59. *Antonius de Balſaco*, fundator Sacriſtiæ maioris Eccleſiæ.

60. *Ioannes d'Eſpinay*, Richardi ex Beatrice de Montalbano, ex Senatore Pariſienſi, & Abbate Aquæ-viuæ factus Præſul Valentinus, & Pręſes primus in Parlamento Rotomagi tunc recèns inſtituto 1499. frater Andreæ Cardinalis Archiepiſcopi Lugdunenſis 103. & alterius Ioannis Epiſcopi Nannetenſis, ac Guilelmi Epiſcopi Laudunenſis, item Roberti etiam Nannetenſis, & Franciſcæ S. Georgij Redonenſis Abbatiſſę, nepos Iacobi Redonenſis 58. Præſulis, patruus Roberti Cantoris Redonenſis, Protonotarij Apoſtolici, Abbatis S. Criſpini Sueſſionenſis, &c. Eiuſdem gentis Carolus Epiſcopus Dolenſis, in Concilio Tridentino.

61. *Vrbanus de Miolano.*

62. *Carolus de Turnone.*

63. *Gaſpardus de Turnone.*

64. *Ioannes* à Lotharingia, Cardinalis S. Onuphrij, poſteà Albienſis.

65. *Franciſcus de Claromonte*, Cardinalis creatus à Iulio 2. titulo S. Stephani in Cælio monte, ac tandem Epiſcopus Portuenſis, & Decanus ſacri Collegij. Obiit Auenione Legatus, ibique apud Sorgiæ fontem ſepultus 1540. cùm etiam fuiſſet Archiepiſcopus Narbonenſis, & Auxitanus.

66. *Antonius de Vaſco*, vel Veſco, Franciſci ex ſorore nepos, poſteà Caſtrenſis.

67. *Iacobus de Turnone*, ex Caſtrenſi Epiſcopo. Obiit die 15. Auguſti 1553. Franciſci Cardinalis nepos.

68. *Ioannes de Monte-lucenti*, vel de Monlucio. Edidit reformationem Cleri Valentinenſis, & Dienſis, Pariſiis, apud Vaſcoſanum 1558. ad Carolum Cardinalem Lotharingum. Ei dicat Commentarium de Pactis Iacobus Cuiacius 1559. Interfuit Colloquio Piſciaci 1561. de quo Colloquio agens Illuſtriſſimus Cardinalis Perronius lib. 3. de Euchariſtia contra Pleſſæum pag. 1021. ait ipſum Ioannem fuiſſe quidem nominatum, ſed numquam conſecratum Præſulem. Fuit autem Legatus Caroli 9. ad Senatum Poloniæ pro electione Henrici Andium Ducis in Regem 1573. Obiit 1579. ſepultus in Eccleſia Cadomenſi in Vaſconia, cum Blaſio fratre Mareſchallo Franciæ. Eum verò ſic Petrus Ronſardus alloquitur:

Monlucij diœceſis Cadomenſis in Vaſconia.

Monluc porte d'or au tourteau de gueule.

Docte Prelat, qui porte ſur la face
Phœbus pourtraict, & Pallas au cerneau.

Ad eum quoque extat præfatio Mureti in libros Oratorios Ciceronis, cùm eſſet Orator Regius apud Venetos. Legendus Franciſcus Belcarius l. 28. n. 63.

69. *Carolus de Leberon* Ioannis, ex ſorore nepos.

70. *Petrus Andreas de Leberon*, Caroli nepos. Obiit 1621. Huius tempore Capucini in vrbe fundantur 3. Ianuarij 1611.

71. *Carolus Iacobus de Gelaz, Leberon.*

Conſecratur Toloſæ 1624. à Caſtrenſi, A
Lombarienſi,& Pamienſi Epiſcopis.

Gap en Dauphiné.

Vapincenſes Epiſcopi.

Flor. 1400. VAPINCVM, ſeu Vapingum, & Vapetenſium, ſeu Gabicenſium ciuitas, & corruptè Apenenſium ciuitas, inter vrbes Delphinatus in Allobrogibus, ſeu Narbonenſi 2. quæ & Aquenſis, à qua diſtat in meridiem 30. circiter B
leucas à Gratianopoli (in cuius eſt Parlamento 15. leucas remota in Auſtrum, gradu longitud. 27. 0. latitud 44. 20. altit. ſolis 45. 40. vbi dies maxima hor. 15. 20. ratio vmbræ æquinoct. meridianæ 57. 10. ad 60. cuius Eccleſiæ primariæ patrona habetur Deipara Virgo, in eaque diœceſi ſunt Abbatiæ:

D'Vrbon fœminarum.

De Cloiſoni fœminarum.

Surris fœminarum.

At ex huius ſedis Epiſcopis tantùm hi à nobis obſeruati.

S. Conſtantinus, vel Conſtantius 12. C
Aprilis in Martyrol. Romano. Intereſt Concilio Eponenſi 509.

S. Tigrides 3. Februarij, Martyrol.

S. Remedius 3. Februarij, Martyrol. Sic S. Remigius Præſul Remenſis dicitur Remedius in Martyrologio Rabani, & Nokeri.

Valeſius. Concilio Aurelianenſi 5. 552.

Aridius. Concilio Matiſconenſi 2. 588. & Valentinenſi 2. 589. & 602. apud S. Gregorium l. 9. epiſt. vbi Aregius legitur.

Sagittarius. Depoſitus in Concilio Lugdunenſi 570. & iterùm in Cabilo- D
nenſi 582. Baron. & Greg. Tur. l. 5. c. 20.

Potentiſsimus. In Concilio Cabilonenſi circa 650.

Birico. In Synodo Pontigonenſi 876.

Geraldus, vel Feraldus 1024.

Guilelmus. Ei ſcribit Petrus Cluniacenſis contra Petrobuſianos.

B. Arnulphus, ab Alexandro 2. conſtitutus circa 1065. ex Monacho Sanctæ Trinitatis Vindocinenſis. Obiit feliciter 19. Septembris. Eius vitam habet Renatus Benedictus.

Dragonetus 1337. Concilio Auenionenſi.

Petrus Paparinus Epiſcopus, & Comes Vapincenſis. Edidit Paraphraſim in 80. Pſalmos Gallicè 1581. in Concilio Aquenſi 1585.

Carolus Salomon de Serres, cuius inſignia ceruus cum tribus roſis purpureis, recepit Capucinos 1613. 20. Febr.

Vaſatenſes Epiſcopi. Baſas en Gaſcogne.

COSSIO, vel Coſſium Vaſatum, vrbs municipalis, Auſonio Parental. 24. pulueri Syrtico, non ceſpiti impoſita, Sidonio lib. 8. epiſt. 12. Vaſatica, in Codice Puteano de Prouinciis Galliarum, Vaſatæ in Itinerario Ieruſalem, Vaſatenſis vrbs Gregorio Turonenſi lib. 6. cap. 16. Vaſata, Paulino, in Parlamento Burdigalæ, à qua diſtat in meridiem leucis 12. ſeu vnius diei itinere, vt à ſua metropoli Auſcenſi 20. verſus Septentrionem. Gradu longitud. 20. 20. latitud. 44. 30. altitud. ſolis 45. 30. vbi dies maxima horar. 15. 25. cuius Eccleſiæ cathedralis S. Ioannem Baptiſtam patronum veneratur, habétque in ſua diœceſi Abbatias: Flor. 600.

Blaui-montis O.B. *Blaſimont.* Flor. 396.

S. Fremerij, O. B. *S. Ferme.* Flor. 400.

De Riueto O.B. *De Riuet.*

Fontis Guilelmi *Font Guillem*, O. C.

Epiſcopi verò hi præfuerunt, vt à nobis notari potuerunt, quos tamen damus, ſi prius dixerimus habita Concilia Vaſenſia, quæ Vaſatenſia, potius quàm Vaſionenſia eſſe dicenda Baronius, & Binius inter cæteros monuerunt.

Sextilius, vel Etilius. In Concilio Agathenſi 506. per Polemium Procuratorem, & Aurelianenſi 1. 507.

Rufus. Concilio Aurelianenſi 4. 545. & 5. 552.

Oreſtes. Concilio Matiſconenſi 2. 588. & apud Gregor. Turon. lib. 7. c. 31. & l. 8. c. 20.

Gombaldus 977. Inſtaurauit Monaſterium S. Petri de Regula, quod tunc Squius vocabatur, nunc *la Reole.*

Raymundus. In Concilio Toloſano 1056. Baron n. 16.

Hugo de Rupe-forti 1277.

Theobaldus de Caſtellione.

Pictauinus.

Gaillardus de Mota, de la Motte preſſage. Creatur Cardinalis S. Luciæ in ſilice à Ioanne 22. 1316. 16. Cal. Ianuarij.

Guilelmus.

Raymundus.

Petrus

Petrus.

Geraldus de Podio, Cardinalis titulo S. Clementis, creatus à Gregorio 11. Auenione 1375. ex Abbate maioris Monaſterij, mortuus Auenione 16. Calend. Martij 1389. apud Ciaconum, & Onuphium.

Guilelmus.

Ioannes.

Arnaldus de Puch.

Petrus Salpini, Minorita è Toloſano Conuentu.

Henricus de Cauier.

Bertrandus de Tueſto.

Raymundus Cardinalis, fortè cognomento Maruſius, qui & Caſtrenſis, & Tricaſtinenſis Epiſcopus.

Bernardus de Roſſergio, poſteà Toloſanus.

Petrus Bonaldi, actu regens in Vniuerſitate Toloſana 1459.

Raymundus du Treuil 1481.

Ioannes Goual.

Almaneus de Albreto.

Symphorianus.

Fucaldus de Bona-valle.

Ioannes de Planis.

Aymetus de Planis.

Baptiſta Alemanni.

Amaneus de Foix.

Frãciſcus Gallagnerius, vel Ballagneri*.

Arnaldus Pontacus. In maioris Templi reparatione ſupremis Teſtamenti tabulis duodecies mille aureos in numerato reliquit. Obiit in caſtro *des Iouberetes* 4. Februarij 1605. Is nondum Epiſcopus Commentaria in Abdiam 1566. dicabat Ioanni Patri Actuario in Senatu Burdegalenſi. Ei verò Gilbertus Genebrardus Chronologiam ſuam dedicat. Videndus Poſſeuinus in Apparatu ſacros vbi de eius notis in Chronica Euſebij. Certè vir magne, & clare non poſſum, quin hîc te alloquar iiſdem verbis quæ ad Virgilium vſurpabat Grammaticus ille Phocas:

Tu nihil magnum ſinis interire,
Nil mori clarum pateris, reſeruas
Poſteris priſci monimenta ſæcli
Condita libris.

Ioannes Iaubertus de Barrault, in Comitiis Pariſienſibus 1614. Is anno 1620. luculenta Oratione ad valuas Eccleſiæ ſuæ Ludouicum 13. è Bearnia glorioſè redeuntem excepit. Librum edidit perdoctum contra Miniſtrum hæreſeos Molineum. Ædificauit Conuentum Capucinorum in vrbe, & quotidie aliquid molitur Epiſcopo dignum, quo Eccleſiæ auctoritas augeri, & lupus rapax omnino ab ouili Chriſtiano fugari, profligarique poſſit. (Capucini.)

Vaſionenſes Epiſcopi. (Vaiſon.)

VASIO Vocontiorum vrbs, ſeu forum, Melæ lib. 2. cap. 5. Plin. lib. 3. cap. 4. vet. inſcript. Vaſionenſe oppidum Sidon. lib. 5. epiſt. 7. & lib. 7. epiſt. 4. Ptolemæo lib. 2. cap. 10. vbi ponitur in gradu longitud. 26. 0. latitud. 43. 45. altitud. ſolis 46. 15. ibique dies maxima horarum 15. 16. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 50. ad 60. ad Sellam fluuiolum in colle ſita, olim in Viennenſi prouincia, nunc ſub metropoli Auenionenſi, à qua diſtat in Aquilonem 14. leucas in Comitatu Venuxino ditionis Pontificiæ. Huic verò Eccleſiæ S. Ioanni Baptiſtæ dicatæ præfuerunt ſequentes Epiſcopi cum aliis, quorum nomina tempus edax rerum conſumpſit. Neque verò doctioribus placet Concilia Vaſenſia fuiſſe hîc habita, ſed potiùs Vaſate, vt iam ſuprà monuimus. (Flor. 500.)

Damnas. Concilio Arelatenſi 1. 314.

Fonteius. Cui ſcribit Sidonius lib. 1. epiſt. 7. & lib. 7. epiſt. 4. & memoratur in profeſſione Lucidi, & in Epiſtolis Leonis, & Hilarij Pontificum Romanorum.

Gemellus. In Concilio Epaunenſi 509.

Alithius. In Concilio Aurelianenſi 4. 545.

Arthemius. Concilo Matiſconenſi 1. 582. & Valentinenſi 2. 589.

S. Quinidius 15. Februarij, in Martyrologio, cuius geſta extare in Eccleſia Vaſionenſi monet Galeſinus, iſque eſt vrbis Diuus Tutelaris, cuius Officium nuper editum, in quo dicitur Monachus Lirinenſis tempore Suffredi Carpentoratenſis, & Eutropij Arauſicenſis.

Petronius. In Concilio Cabilonenſi circa 650.

Berengarius, cognomento *de Mernaſſe* 1152.

Hieronymus de Landuno.

Bertrandus de Lambeſc.

Berengarius de Raſlana.

Guilelmus.

Raibaldus.

Rupertus.

Faraldus.

Geraldus de Libia 1290.

Raymundus de Gua.

Raymundus de Bello-monte.

Ratterius. In Concilio Auenionenſi 1337.

Petrus de Caſa, Lemouicenſis, ex Generale 14. Carmelitarum 1342. poſteà Ieroſolymitanus Patriarcha, apud Trithemium de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Ioannes Marelli.

Eblo.

Raymundus.

Rodulphus.

Guilelmus de Poſſeruto.

Hugo de Theſiaco, Comes Caprearum.

Pontius de Ladone.

Ioannes de Monte-mirabili.

Amalricus.

Benedictus de Paganotis.

Hieronymus Seledus, Comes Caprearum. Vixit ann. 52. dies 2. obiit 4. Nonas Ianuarias 1533. Romæ, cuius Cœnotaphium extat Vicentiæ in æde cathedrali, vbi dicitur domus Clementis 7. Magiſter, & Legatus ad Carolum 5. in Hiſpaniam rebus ſupra omnium ſpem eius prudentiâ celeriter, & ex voto confectis.

Thomas de Prato, poſteà Claromontanus 80.

Iacobus Corteſius à Prato, Romanus, in Concilio Tridentino 1545.

Guilelmus Chriſolneus, genere nobilis, Dumblanenſis in Scotiâ Epiſcopus, ſub Scotiæ ipſius defectionem à Religione Catholica Romam ſe conferens à Papa datus eſt Epiſcopus huic Eccleſiæ, poſteà dignitate Epiſcopali conſenſu Pontificis ſe abdicans, ad maiorem Carthuſiam contendit, in qua Monachus profeſſus annos aliquot humillimè vixit, Ordines ſuis conferens fratribus, ac poſtmodum Lugdunenſi, ac Romanæ Carthuſiæ ſucceſſiuè Præfectus à ſummo Pontifice, ad Iacobum Regem (quem è ſacro fonte ſuſceperat) Legatus, indeque reuerſus. Obiit Romæ, vbi in Carthuſia ſepelitur anno 1593. 26. Septembris.

Michaël Epiſcopus Philadelphiæ, Coadiutor, in cœtu Cleri Pariſiis 1625.

A

Vaurenſes Epiſcopi.

La Vaur en Lauraguais.

VAVRVM Caſtrum nobiliſſimum, & ampliſſimũ, Flor. 1520. ſitum ſuper Acutim, vel *Aigo.* Agotum fluuium, apud Petrum de Vallibus hiſt. Albigenſis cap. 49. & 52. & Innocentium 3. in agro Lauracenſi glaſti, & croci feraciſſimo, quod caſtrum Iſamus, vel Iſarnius, Toloſæ Epi-

B ſcopus loci Dominus dedit 1098. Flodoardo Abbati S. Pontij Tomeriarum, eâ lege, vt ibi Prioratus Ordinis Auguſtiniani inſtitueretur, qui poſteà 1317. à Ioanne 22 in Epiſcopatum à Toloſa auulſum erectus eſt, cuius patronus habetur S. Alanus, ſub Archiepiſcopatu, & Parlamento eiuſdem Toloſæ, à qua 5. leucis diſtat, gradu longitud. 22. 20. latitud. 43. 45. altitud. ſolis 46. 15. vbi dies maxima horarum 15. 16. 40. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 50. ad 60. in fine climatis 5. in diœceſi verò Parrochiæ numerantur circiter 69. &

C Abbatiæ:

De Soricino *Soriſe* O. B. & Siluaneſiæ Flor. 1500. *Silvaine* O. C. niſi ſit hæc Vabrenſis diœceſis.

Præſules autem hi fuerunt.

1. *Rogerius*, Mathæi Comitis Armaniaci filius.

2. *Robertus*, Gaſtonis primi Fuxij Comitis, & Ioannæ Artheſiæ filius, Paradinus, & Sammarthani.

3. *Archambaldus de Lautrec*, poſteà Catalaunenſis 77.

4. *Robertus de Via*, vel de Veza nepos Ioannis 22.

D 5. *Ægidius Iſſalni de Bellamera*, qui & Morinenſis 43. ac tandem Cardinalis, & Legatus in Ducatu Spoletano, de quo Onuphrius, & Ciaconus, & Nomenclatura Cardinalium in Innocentio 6.

6. *Guido de Rupe.*

7. *Bernardus de Caſa-noua*, aliàs *de Caſe-nove.*

8. *Petrus de Veiſaco*, idemque S. Flori adminiſtrator.

9. *Bertrandus de Malo-monte.*

10. *Petrus* nepotis.

11. *Petrus*, anteà Podienſis 69. eumque puto, qui Vaurenſis Epiſcopus interfuit Concilio Conſtantienſi ſeſſione 18. & 20. poſteà Cameracenſis 65. & Cardinalis vulgò de Alliaco.

12. *Ioannes Belli*, Lemouix.

13. *Ioannes*

13. *Ioannes Bocheri*, aliàs *Bolen*, Lemouix.

14. *Ioannes* Gentianus, Pariſinus.

15. *Ioannes* Vigerius, aliàs Viguerius Lemouix.

16. *Hector* Borbonius, patriâ fortaſsè, non gente, aut ſi gente, deſignatus tantùm, qui Eccleſiaſticam deſerens militiam, ſecutus eſt mundanam. Eodem verò nomine cenſetur in numero Præſulum Toloſanorum.

17. *Petrus* de Roſergio Toloſanus.

18. *Simon* de Bello-ſole, Lemouicenſis.

19. *Petrus* de Buxi Toloſanus.

Mareuil. 20. *Petrus* de Marolio 1542. *de Mareuil*, Abbas Brantolmæ apud Petragoricenſes, quam Congregationi Caſalinæ iunxit, in quâ ſepultus 20. Martij 1556. fuit etiam Abbas S. Petri Cellenſis apud Trecas.

21. *Georgius* de Seluâ (filius Ioannis apud Pariſienſes Præſidis, qui ſcripſit de Beneficiis:) tranſtulit in Gallicam linguam octo vitas ex Plutarcho, & alia Opuſcula ſuo marte compoſuit, apud Antonium *du Verdier* in Bibliotheca. Functus fuit Legatione pro Franciſco primo ad Carolum quintum 1529. de quo Raymundus Ruffus in Reſponſione ad Molinæum pro ſacro Concilio Tridentino.

Danes porte d'azur au cheuron d'or, accompagné de trois croix ... de meſme, deux en chef, & vne en pointe.

22. *Petrus* Daneſius, ex primo linguæ Grecæ Regio Profeſſore in Academiâ Pariſienſi, Delphini Franciæ Præceptore, interfuit Concilio Tridentino, Legatus Regis, cui Gilbertus Genebrardus librum de Trinitate contra Scechium 1575. dedicat, qui Genebrardus eiuſdem meminit in Chronologia, eumdemq; Oratione funebri laudauit mortuum, ad S. Germanum Pariſiis, ibique ſepultum 1577. 23. Aprilis, ætatis 82. his verbis tumulo inſcriptis: *Non quæ ſuper terram*. Eâ verò acceperat à Cardinale Turnonio Mecœnate ſuo, qui eadem pro ſymbolo vſurpabat cum mannâ è cælo cadente. Eidem inſcribit Turnebus explicationem Iocorum Ciceronis.

23. *Petrus Faber* Toloſanus.

Biragne portoit d'argent à 3. faſces de guenle, ... à demi ... de 5. pieces chacune chargées d'vn treſfle d'or.

24. *Horatius* Biragus. In Concilio Toloſano 1590. eiuſdem gentis cum Renato Birago Franciæ Cancellario, & Cardinale, & Carolo Birago Abbate Flauiniaci in Burgundiâ.

25. *Claudius du Verger*, ex Toloſano Senatore, à quo hunc Catalogum accepi 1618. Auarici Biturigum, quod eſt ipſi ſolum natale, ſedet nunc fæliciter maximo Catholicorum bono, quorum aduerſus hæreticos acerrimus ſemper, & vbique fuit propugnator. Hoc ſedente Capucini conſtruuntur Vauri 1617. menſe Ianuario.

Vceticenſes Epiſcopi.

Vſets ou Vzets.

VCETICA, ſeu Vtica, ſeu caſtrum Vceticenſe, vel Vcetinſe in Notitiâ Prouinciarum Galliæ, ſub Archiepiſcopatu Narbonenſi, in Toloſano Parlamento, gradu longitud. 25. 10. latitud. 43. 35. altitud. ſolis 46. 25. vbi dies maxima horarum 15. 17. circiter, ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 40. Ducatus titulo inſignis ab anno 1566. quo nunc potitur Emanuel *de Cruſſol*. Eccleſiâ verò Cathedralis Patronum veneratur S. Theodoritum Preſbyterum, & Martyrem Antiochenum. Vticenſis autem Epiſcopus memoratur in inſcriptione c. 5. ad noſtram de Confirmatione vtili, vel non vtili, in cuius diœceſi Abbatiæ reperiuntur.

S. Andreæ Villæ-nouæ.

Camporum-bonorum, *Chambons*.

Epiſcopi autem hi tantùm à nobis reperti:

Conſtantius. In epiſtolâ 8. Hilarij Papę ad Epiſcopos Prouinciæ Viennenſis, vbi eum Primatem vocat, id eſt Epiſcoporum Prouinciæ antiquiſſimum, idque more Africano, de quo Sirmundus in Propemptico pag. 272.

Probatius, Concilio Agathenſi 506.

Frontinus. Concilio 5. Aurelianenſi 552. vbi tamen alij aliter legunt.

Ferreolus, Gregorio Turonenſi lib. 6. c. 7. filius Anſberti ex Blitilde.

Marcellus, Gregorio Turon. l. 6. c. 7.

Potentinus. Concil. 13. Toletano 683. per procuratorē Leopardum Abbatem.

Valefredus. In epiſtolâ Ioannis 8.

Aribaldus 1024.

Bernardus de Cadoenâ, *Vion* lib. 2. cap. 55.

Raynardus. In hiſtoriâ Albigenſi c. 43. circa 1209.

Petrus d'Arfeuille, circa A. C. 1350.

Helias de S. Aredio (*S. Irier*) ex Abbate S. Florentij 42. Cardinalis 1356. Ordinis Benedictini.

Petrus Beau-blé, Præſes Curiæ Iuuaminum Pariſiis 1405.

Ioannes de S. Gelaſio, *S. Gelais*, frater Octauiani Epiſcopi Engoliſmenſis.

Ludouicus à Vineâ, *de Vigne.*

Paulus Antonius Perault Epiſcopus Selenopolis Coadiutor 1614.

Vellauenſes, ſuprà, Podienſes.

Venienſes Epiſcopi.

Vence en Prouence.

Flor. 400.

VENCIVM, vel Vintium Neruſiorum, in Alpibus maritimis, ſub Archiepiſcopatu Ebredunenſi, & Parlamento Aquenſi, & Vedantiorum, Plin. l.3.c.5. & Vincientium, vel Ventienſium ciuitas, in Notitia Prouinciarum, vt variè legunt Codices Thuani & Puteani, gradu longitud. 28. 20. latitud. 43. 15. altitud. ſolis 46. 45. vbi dies maxima horarum 15. 14. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 15. ad 60. cuius Eccleſia primaria patronum habet S. Lambertum, de qua Chopinus l.2. Monaſtici pag. 273. Epiſcopi autem hi ſolùm à nobis obſeruati:

S. Veranus 10. Septembris, Vion, Sauaro in Sidonium epiſt. 14. lib. 7. Chronologia Lirinenſis pag. 366.

Deutherius, apud Gregorium Turon. lib. 9. cap. 24. Interfuit Concilio Matiſconenſi 2. 588.

Frontinus, Bituricæ vrbis incola, primùm Agathenſis, poſteà inde eiectus: hîc ſedit Deutherij ſucceſſor, apud Gregorium Turon. l.9.c.24.

Aurelianus In Concilio Cabilonenſi circa 650.

Vvalefridus. In Synodo Trecenſi 878.

Elias. In coronatione Boſonis 879.

Durantus 1005. In Chron. Lirinenſi.

Petrus 1024.

Petrus 1094.

S. Lambertus Eccleſiæ ſuæ cathedralis patronus. Obiit 1154. in Chronolog. Lirinenſi pag. 180. *Vion* in Martyrolog. Monaſtico 26. Maij, Sauaro in Sidonium epiſt. 14. l.7.

R. Vicenſi Epiſcopo ſcribit Innocentius 3. 1112.

Bernardus 1283.

Arnaldus 1337. Concilio Auenionenſi.

Raphael, Hiſpanus 1487. & 1495.

Robertus Cenalis, Theſaurarius ſanctę Capellæ Pariſienſis 1529. poſteà Epiſcopus Abrincenſis.

Ludouicus du Bueil. In Concilio Tridentino.

A *Guilelmus Blancus* 1597. apud Poſſeuinum in Apparatu ſacro.

Petrus du Vair (Guilelmi Epiſcopi Lexouienſis, & Franciæ Procancellarij, ex Primo-præſide Aquenſi frater) quem verè & ſolidè amicum ſemper animo poſſedi, & religioſè in Larario pectoris colui, qui ſolus tenet cuncta, quæ ſingula plures efficerent beatos. Et certè hoc eſt ſummum Dei Sacerdotem eſſe, commiſſos ſibi homines, & ſecundùm ſpiritum imbuere, & ſecundùm literam perdocêre, quod Agrætius in libro De Ortographia ad B Eucherium Epiſcopum docebat, quodque ſemper hic noſter prętitit, vnicâ ſponſâ contentus, quam nec voluit vmquam dimittere, ſpe locupletioris ducendæ non ſemel factâ. Nec mirum, cùm omnia dicta, factaque ad regulam fallere neſciam Pauli ſemper direxerit, & exæquarit.

Venetenſes Epiſcopi.

Vennes en Bretagne.

ENETORVM ciuitas, *Flor. 350.* ſeu Venetum, & Ciantum, in Notit. Imper. C Occid. & in Notit. Prouinciar. Galliæ Dariorigum Ptolem. l.2.c.8. gradu longit. 17. 30. latitud. 47. 20. altit. ſolis 42. 40. vbi dies maxima horarum 15. 45. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 65. ad 60. ſub Turonenſi metropoli, in Parlamento Redonenſi, vnde abeſt in Occidentem hibernum 24. m. p. Gallicorum, in qua habitum Concilium inde Veneticum, ſeu Venetenſe dictum, cui præfuit ſanctus Perpetuus metropolites 453. apud Burchardum, D & Iuonem. At Eccleſia cathedralis patronum venerans S. Petrum Senatus Apoſtolici Principem, compectitur in ſua diœceſi parrochias 160. In huius verò ciuitatis laudem cedit, quòd ſit parens S. Albini Andegauenſis Epiſcopi, & S. Melanij Redonum Præſulis, & genitrix Venetiarum in Italia florentiſſimarum, vt teſtantur inter alios Strabo lib. 4. Plinius lib. 4. cap. 18. & Gobelinus lib. 3. Commentariorum de Rebus Pij 2. vbi hanc vrbem donatam fuiſſe ſcribit ſcholâ publicâ ab eodem Pio Pontifice maximo, quo tamen in loco Strabonis legendum eſt *Celtas*, pro *Belgas*, vt Principi Geographorum conueniat, cum cæteris Venetos in Celtica

Celtica, non in Belgica reponentibus, in quorum laudem non abs re fuerit adferre Cæſaris verba lib. 3. c. 2. *Huius*, inquit, *ciuitatis eſt longè ampliſſima auctoritas, omnis oræ maritimæ regionum earum, quòd & naues habeant Veneti plurimas, quibus in Britanniam nauigare conſueuerunt, & ſcientiâ, atque vſu nauticarum rerum cæteros antecedunt, & in magno impetu maris, atque aperto, paucis portubus interiectis, quos tenent ipſi, omnes ferè qui eodem mari vti conſueuerunt, habent vectigales.* Vbi paulò pòſt Venetiam memorat, quam ſignificare illic regionem, non vrbem exiſtimo Prætereà recenſetur huius ciuitatis Epiſcopus c. 2. de In integrum reſtitut. At Epiſcoporum ſeries hîc dabitur, poſtquam recenſitæ fuerint Abbatiæ:

Flor. 500. S Saluatoris de Retono, vulgò *de Redon*, O.B.

Flor. 90. S. Gildaſij, vel Gildæ O.B. in Inſula, ſiue Riuenſis ſiue Ripenſis, *S. Gildas de Ruys.*

Flor. 1500. S. Mariæ de Precibus O. C. *Des Prieres.*

De Gaudio B. Mariæ fœminarum, iuxta *Hennebault* O.C.

1. *S. Paternus.* In Concilio Venetico 453. poſteà Abrincenſis 3. vbi diximus.
2. *Doninius*, vel Eonius, apud Gregorium Turonenſem lib. 2. cap. 29. & 40.
3. *Clemens.*
4. *Amans*, vel Amantius.
5. *Saturninus.*
6. *S. Guinninus.*
7. *S. Ignorocus.*
8. *Raynaldus.*
9. *Suſannus.*
10. *Iunkehel*, vel Iudocus.
11. *S. Hinguethenus.*
12. *S. Meriadocus.*
13. *S. Meldeocus.*
14. *Hamon.*
15. *Mabon.*
16. *Sanctus Chomeanus.* An Sanctus

S. Gobrian. Gobrianus? de quo in Breuiario Abbatiæ Sancti Melanij, vbi dicitur bonus omnibus, Venetenſibus melior, optimus ſibi.

17. *Diles.*
18. *Remmonocus.*
19. *S. Iuſtocus.*
20. *Iagu.* Iacutus fortè, idem ac Iacobus.
21. *Calgon*, vel Calgonus.
22. *Luethvart*, vel Luetvartius.
23. *Bilius.*
24. *Cunadam*, vel Cunadanus.
25. *Blinliuetus.*
26. *Auriſcandus.*
27. *Moruannus.* Circa annum 689.
28. *Ago*, tempore Caroli Magni.
29. *Iſaac* 814.
30. *Vvieloch* 819.
31. *Ragenarius* 838.
32. *Suſannus*, depoſitus Neomenio Principe curante.
33. *Courantgenus.* Quo ſedente vrbs à Normanis capta circa A.C. 840.
34. *Ierennas*, vel Herennas 869. tempore Salomonis Regis 3. & Adriani 2. Papæ, quem inuiſit.
35. *Kennonus* 878.
36. *Bilius.* Fortè idem cum ſuperiore eiuſdem nominis. Nam pleraq; hîc confuſa. At ſequentia erunt clariora.
37. *Iudicael*, filius Conani Ducis, ex Emengarde Andegauenſi. Obiit 7. Iulij 1037.
38. *Budicus.* Obiit 1065.
39. *Maengius*, filius Ioſſelini Comitis Poroëti.
40. *Moruannus.* Obiit 1088.
41. *Iacobus.* Obiit 1132.
42. *Euentus, Even.* Obiit 1143.
43. *B. Rodaldus*, vel Ruaudus, ex Monacho Ordinis Ciſtercienſis. Obiit 1177. 22. Octobris. Belleforeſtus, *Vion*, Miræus, Robertus in Supplemento Sigeberti, Faſciculus Sanct. Ciſtercij l. 2. diſtinct. 10. c. 26.
44. *Guehenoch*, vel Guethnoc, vel Guidenocus, Philippidis lib. 5. ex Archidiacono Redonenſi 1197.
45. *Guilelmus.* Obiit 1223.
46. *Robertus.* Intereſt dedicationi Eccleſiæ Monaſterij Villæ-nouæ 1225. & obiit 1236.
47. *Cadiocus.* Obiit 1254.
48. *Guido.* Eccleſiam S. Franciſci in vrbe dedicauit 1265.
49. *Guilelmus.* Interfuit dedicationi Eccleſiæ *Buſay* 1288. & anno ſequente obiit.
50. *Iuo.* Obiit 1291.
51. *Henricus.* Nominatur 1292. & 1305.
52. *Guilelmus* 1357.
53. *Gefridus* 1362.
54. *Ioannes de Monſtrelais*, poſteà Nannetenſis 1383.
55. *Henricus Barbatus*, Theologus, ex Abbate de Precibus, Ioannis Ducis Cancellarius, poſteà Nannetenſis. Obiit 1404.

minicanorum, ex Epiſcopo Trecorenſi. A
Obiit 10. Octobris 1408.

57. *Amalricus de Motta*, præſtat homagium Duci Bedfordiæ, Regenti, vt dicebatur, Franciæ 1427. poſt ſedem annorum 24. transfertur ad Maclouienſem 1432. Quo ſedente 1418. Aprilis 5. obiit in hac vrbe S. Vincentius de Ferrariis Dominicanus, de quo videndus, præter Martyrologium, Guido Papa quæſt. 84. & Bzouius cum aliis, qui de Viris illuſtribus eiuſdem Ordinis ſcripſerunt.

58. *Iuo de Ponſal.* Theologus Ordinis Prædicatorum. Obiit 1463.

59. *Ludouicus de Salarin.* Obiit 1474. B

60. *Petrus de Fuxo*, vel Fuxius *de Foix*, Gaſtonis, & Eleonoræ Aragoniæ, poſteà Nauarrorum Reginæ filius, natus Pali 1449. Febr. 7. Felini Sandæi Auditor Papiæ. Creatur Cardinalis à Sixto 4. 1476. 15. Calend. Ianuarij. Fuit etiam Epiſcopus Adurenſis vbi vide. Eum fuiſſe Ordinis Minorum vult Onuphrius, ſed vereor ne duo Cardinales Fuxij eodem nomine Petri, ab eo & pleriſque aliis confundantur.

61. *Laurentius Cybo* Genuenſis 1490.

62. *Iacobus de Beaune*, Iacobi domini de Samblanſayo, & Ioannæ Ruzeæ filius, frater Martini Archiepiſcopi Turonenſis. C

63. *Andreas Hamon*, frater Franciſci Nannetenſis Epiſcopi, & Elizabethæ S. Georgij Abbatiſſæ.

64. *Laurentius Puccius*, Florentinus, Cardinalis creatus à Leone 10. apud Ciaconum, & Onuphrium.

65. *Antonius Puccius*, Cardinalis creatus à Clemente 7. 1531. Maior Pœnitentiarius, Epiſcopus Sabinenſis, protector Ordinis Minimorum 1532. vt me monuit ſæpè & meritò citatus *Hilarion de Coſte*. Vide Nomenclator. Cardinalium D pag. 124. Eiuſdem verò gentis Pucciæ Robertus Cardinalis Roberti Bellarmini Cardinalis patrinus.

66. *Carolus de Marillac*, poſteà Archiepiſcopus Viennenſis 101.

67. *Philippus du Bec*, in Concilio Tridentino, poſteà Nannetenſis, ac tandem Remenſis 86.

68. *Ioannes Faber, le Febure.*

69. *Ioannes de la Haye*, Theologus, Monachus Benedictinus.

70. *Ludouicus de la Haye*, Ioannis frater, quo vt natu, ſic moribus minor. Obiit 1588.

71. *Georgius d'Aradon.* Obiit Calend. Iunij 1596.

72. *Iacobus Martin.* Obiit 1624. Eo ſedente conſtruuntur Capucini 25. Iulij 1615.

73. *Sebaſtianus de Roſmadec*, conſecratus Pariſiis 1624.

Virdunenſes Epiſcopi.

Verdun en Lorraine.

VERODVNVM, vel Virdunum, & Vireduna in Lotharingiæ finibus 12. m p. à Meti in Occidentem hybernum, à Tullo 7. in Corum diſtat, ad Moſam fluuium, qui inde nauigabilis eſſe incipit, gradu longitudinis 27. latitudinis 49. altitudinis ſolis 41. vbi dies maxima horarum 16. 0. 8. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 69. 10. ad 60. Ciuitas olim in circulo 5. Imperij, vnde Epiſcopus dicitur Comes, & S. I. R. Princeps. At ab anno 1552. Henrico 2. Rege in ditionem Francorum redacta eſt, cuius Eccleſia cathedralis B. Mariæ Virgini conſecrata eſt, ſub Treuirenſi metropoli. In eius verò diœceſi ſunt Abbatiæ: Flor. 4400.

S. Pauli O. P. *S. Paul.* Flor. 200.

S. Vitoni in vrbe O. B. *S. Venne*, caput Reformationis Benedictinæ in Francia. Flor. 66.

S. Michaëlis O. B. vulgò *S. Miel.* Sammielum. Flor. 666.

S. Henrici O. B. Flor. 900.

Belli-loci O. B. *Beau-lieu*, Congregationis Cluniacenſis in Argonia.

Præſules autem hoc ordine huic cathedræ inſederunt, ex Demochare, Roſerio, & Richardo Waſburgio Archidiacono, in cuius hominis doctiſſimi gratiam notabis eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconum memorari c. 52. de Iudiciis, & Petro Cellenſi lib. 6. epiſt. 7. & Epiſcopos Verodunenſes corruptè aliquando dici Veronenſes, de quibus etiam poſt Berthorium ſcripſit Ioannes Leodienſis.

1. *S. Sanctinus*, B. Dionyſij Diſcipulus, item Meldenſis Epiſcopus, circa A. C. 118. in Martyrologio 22. Septembris, & in Additionib. Molani ad Vſuardum 11. Octobris.

2. *Sanctus Maurus.* Obiit 8. Nouembris 150.

3. *S. Saluinus.*

4. *S. Arator.* Hic verò notatur Interpontificium 200. ferè annorum.

5. *S. Pulchronius*, vel Polychronius, B.

Lupi Trecenſis diſcipulus, apud Surium 29. Iulij in vita ipſius Lupi. Tranſtulit ſedem Epiſcopalem ab æde ſuburbana ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli in Eccleſiam B. Mariæ, quam in vrbe conſtruxerat appoſita ipſius Deiparæ Imagine ſerpentem pedibus conculcante, qua re ſignificaretur ipſius Virginis aduerſarios hæreticos fuiſſe damnatos in Concilio Chalcedonẽſi 630. Epiſcoporum, A.C. 451. cui Concilio Polychronium hunc cum multis eiuſdem nominis interfuiſſe nonnulli volunt. Obiit circa A. C. 470.

6. *S. Poſſeſſor*, eligitur 470.

7. *S. Firminus* 480.

8. *S. Vitonus*, vel Vitonus, vulgò *S. Venne*, in Concilio 1. Aurelianenſi 507. Habet Monaſterium in ſua vrbe, in quo cœpit reformatio Ordinis Benedictini, cuius feſtum notatur Nouembris die 9. in Additionibus Molani ad Vſuardum.

9. *S. Deſideratus*. Eligitur 529. Intereſt Concilio Aruernenſi 541. apud Baronium num. 30. primus in ſanctæ Mariæ templo ſepultus, de quo Gregorius Turonenſis lib. 3. cap. 34. Aymoinus l. 1. cap. 25.

10. *S. Agericus, S. Agroy* 549. claret, apud Sigebertum, de quo Gregorius Turonenſis lib. 3. cap. 35. lib. 9. cap. 8. 10. 12. 23. Flodoardus lib. 3. cap. 41. Mathæus Weſtmonaſterienſis, Fortunatus lib. 3. cap. 29. & 30. vbi hæc inter cætera.

In Templis habitando pijs, ſic purus haberis,
Vt tua corda, Pater, ſint pia templa Dei.
Eligit in tali Chriſtus ſe vaſe recondi,
Quam ſibi purgauit, diligit ipſe domum.

Quibus non diſſimilia habet Sidonius lib 7. epiſt. 17. Voluſianum alloquens:

D *Ædificas hîc ipſe Deo venerabile templum,*
Ipſe Dei templum corpore factꝰ prius.

Quò alludit ad illud Tertulliani, hominem eſſe Dei templum, cuius ædita ſit pudicitia, vnde Manilius lib. 4. de Erigone, ſeu Virgine:

Rectoremque dabit legum, iuriſque ſacrati,
Sancta pudicitiâ Diuorum templa colentem.

Sed & homo templum, cuius cor ara, anima lampas, oculi feneſtræ, os oſtium maius, aures oſtia minora. At profectò templum Dei ſumus, ſed cùm benè facimus, S. Valerianus Homil. 11. Eucherius de laudibus eremi:

A *Non igitur terrarum orbis, non æquora Ponti,*
Inuia circuitu ſunt adeunda vago,
Vt poſſis rerum dominator, & auctor haberi,
Quem templo in cordis mens pia ſemper habet.

Sic Deus in noſtra dedicandus eſt mente, in noſtro conſecrandus eſt pectore, D. Cyprianus de Idololatria, & Lactantius lib. 6. c. 25. Chryſologus ſermone 14.

Exemplúmque Dei quiſquis eſt in imagine parua.

B Manilius l. 4. extremo. Ipſe enim Deus hominem ſibi templi vice Dædalâ penſione formauit, Ennodius in ſecunda Benedictione cerei, reſpiciens ad illud 2. Machab. 14. 35. *Tu Domine, qui nullius indiges, voluiſti templum habitationis tuæ fieri in nobis.* Vide Apologiam extremam S. Iuſtini Martyris ad Antonium, & Damianum l. 2. epiſt. 2. S. Auguſt. ſermone 252. de Tempore.

11. *Carimer.*, Franciæ Cancellarius 595. Gregor. Turon. l. 9. c. 23. vbi Charimerem vocat. Obiit 609.

12. *Ermenfredus*, *Viton* lib. 2. c. 55. ex
C Monacho Luxouienſi. Obiit 621. 8. Decembris, apud Ferrarium.

13. *S. Paulus*, frater S. Germani Pariſienſis, ex Abbate 2. Theologi, diœceſis Treuirenſis. Obiit 648. 8. Februarij, ſedis 27. Habet Eccleſiam Abbatialem olim extra vrbem Ordinis Benedicti, nunc Ordinis Præmonſtratenſis à tempore S. Norberti, *Viton* lib. 2. cap. 55. Hoc tempore florebat S. Godo, qui à Flodoardo l. 2. c. 5. recenſetur tamquam Virdunenſis Epiſcopus in Synodo Remenſi habita circa A. C. 634. fortaſsè quia vices Epiſcopi ſui obiret. De eo plura S. Antoninus tit. 23. poſt Vincen-
D tium. Eiuſque meminit Hilarius Papa epiſt. 11.

Tholeyi.

14. *Gisbaldus*, ex Monacho Theologienſi, *Viton* l. 2. c. 55. Obiit 665.

15. *Gerebertus* 665. *Viton* loco citato.

16. *Armonius*, Pipini Brabantiæ Ducis conſanguineus, Abbas Theologienſis. Obiit 701. *Viton* l. 2. c. 55.

17. *Agrebertus*, eligitur 701. Obiit 708.

18. *Bertolamius* 708. Obiit 716.

19. *Abbo*. Obiit 716.

20. *Pepo* 716. Obiit 722.

21. *Volchiſius* 722.

22. *Agronius* 729.

23. *S. Magdalucus*, vel Magdalueus, apud Sur. 4. Octob. 735. Pipino regnãte.

24. *Amalbertus* 762.
25. *Petrus* Italicus 774.
26. *Auſtrannus* 799.
27. *Herilandus* 805. Obiit 829.

Porte de gueule au lion naiſſant d'argent couronné d'or.

28. *Hilduinus*, vel Alduinus 835. in reſtitutione Ludouici Pij, Fráciæ Cancellarius, de quo Hincmarus epiſt. 3. cap. 15. Nominatur in Chartulario Ferrarienſi cum Aldrico 48. Senonenſi. Obiit 850. in Octauis Epiphaniæ. Vide Abbates Dionyſianos n.18.

29. *Hatto*, vel Atto. De eo actum in Synodo Tullenſi 859. Interfuit coronationi Caroli Calui in Regem Auſtraſiæ, Metis 869 5. Idus Septembris, ex Monacho Autiſſiodorenſi. Monachos verò non poſſe eligi in Epiſcopos, niſi de licentia ſui Abbatis, Epiſcopi, & Archiepiſcopi multorum exempla fidem facere poſſunt. Vide c. 26. Si Religioſus, de Electione, in ſexto. Qui olim Monachi ſub cura Epiſcoporum. Qua de re *Filleſac* c. 5. de ſacra Epiſcoporum auctoritate. Obiit Atto 870.

30. *Dado*. In Concilio Metenſi, tomo 3. Conciliorum, & Triburienſi 895. Ipſe verò ſcribit Ratbodo Archiepiſcopo Treuirenſi 906. Indict. 9. Idibus Maij in exemplo formatæ, apud Iuonem p.6. Decreti c.435. & in diplomate Caroli Simplicis 8. Calend. Septembris 915 Indict.3 Regni 23. Dadonis autem rogatu, Bercharius Preſbyter collegit res geſtas Pontificum Virdunenſium, vt eſt apud Molanum Additionibus ad Vſuardum 8. Februarij, ex Surio. Obiit 923.

Bercharius Presbyter ſcripſit Geſta Epiſc. Virdunenſ.

31. *Barnonius*, vel Bernuinus 926. Ordinatur Epiſcopus expulſo Hugone, qui Radulpho curante conſecratus fuerat Remis à Seulpho Archiepiſc. 923. Flodoardus in Chronico. Obiit 939.

32. *Berengarius*. Conſecratur ab Artaldo Remenſi Archiepiſcopo 940. Flodoardo. Obiit 960.

33. *Vulgifridus* 961.

34. *Hugo* 985.

35. *Albero*, poſteà Metenſis, vbi iacet in S. Symphoriani Baſilica.

36. *Adelbero*. Vide Gerberti Epiſtolam 53. & 54. Obiit 992. ſepultus ante aram maximam Virduni, patruus Stephani 9. Papæ, Gothofridi Barbati Lotharingiæ Ducis filius ex Mathilde Saxona.

37. *Gaufridus*. Memoratur à Gerberto Epiſt. 62. Is fortè moritur ante conſecrationem.

38. *Aymo* 992. Huic donatur Comitatus Virdunenſis à Comite Friderico, apud Vaſburgium, vnde Virdunenſis Eccleſia vulgò dicitur nobilis, & Epiſcopus dicitur Comes Virduni, & Imperij Princeps: alij tamen donationem hanc Comitatus factam volunt Richardo paulò pòſt recenſendo. Memoratur verò Aymo in Chronico Cameracenſi lib.3. c.9. & 35. & in diplomate Henrici Imperatoris 1004. Obiit 11. Cal. Maij 1027. ſepultus in Eccleſia ſancti Mauri quam inſtaurauerat. Eo autem ſedente Collegium Canonicorum S. Crucis in vrbe fundatur à Dodone Canonico. Porrò Aymo S. Magdalenæ conſtruxit Monaſterium, vt notat Anſelmus in hiſtoria Leodienſi Præſulum c.56.

39. *Raymbertus* 1027. Intereſt Synodo Triburienſi 1030. Obiit Belgradi in Hungaria dum Ieruſalem proficiſceretur, vnde corpus relatum 1041. in æde S. Agerici quam conſtruxerat.

40. *Richardus* 1041. Obiit 1047. ſepultus in æde S. Vitoni, iuxta patrẽ Hildradum Comitẽ. Huic autẽ Richardo fuiſſe factam donationem Comitatus Virdunenſis iam ſuprà in Aymone monuimus.

41. *Theodoricus*. In Concilio Remenſi 1049. & apud Sigebert. 1067. & Gregorium 7. l. 1. epiſt. 81. ad Odonem Archiepiſcopum Treuirenſem A. C. 1073. & in vita Leonis 9. l. 2. c. 2. vbi Hermannus Metenſis, & Popo Tullenſis contemporanei memorantur, & Theodor. dicitur Gothelonis Lotharingiæ Ducis filius, ex Ionca Longobarda, Roſerius hiſt. c.64. & 96. Obiit 1090. Epiſcopatus 43. Quo ſedente 1050. Leo 9. rediens è Concilio Remenſi dedicauit Virdunij Eccleſiam S. Magdalenæ 7. Idus Octobris ad Ermẽfredi Archidiaconi ſupplicationem, ibid. poſteà ſepulti 9. Cal. Octob. 1071.

42. *Richerius* 1090. ex Decano Metenſi. Obiit 1107. ſepultus in S. Vitono.

43. *Richardus*, Comitis Grandipratenſis, *Grand pré*, filius, fit Epiſcopus 107. Obiit in Monte Caſſino 1114.

44. *Henricus*. Ei ſcribit S. Bernardus epiſt. 62. Videnda etiam epiſt. 48. Depoſitus fuit à Mathæo Cardinale Albanenſi in Gallia Legato 1129. Baron.

45. *Vrſio* ex Abbate S. Dionyſij Remenſis 1129. quò iterùm abdicato Epiſcopatu ſe recepit poſt annum 1130. eoque anno ſubſignat fundationi Abbatiæ Igniaci diœceſis Remenſis. Obiit 26. Calend. Febr. 1149.

46. *B. Albero de Chiny* 1131. pro quo Miſſam celebrans S. Bernardus, Collectam defunctorum mutaſſe dicitur in Collectam Confeſſorum, cùm is obdormiſſet

miſſet in Domino 1150. in Monaſterio Virdunenſi S. Pauli, quod ex Ordine Benedictino conuerterat in Præmonſtratenſem, vbi eumdem Ordinem profeſſus, Miræus in Chronico Pręmonſtratenſi. Huius verò tempore Eugenius 3. dedicauit cathedralem Eccleſiam Tulli 11. Nouembris 1147.

47. *Albertus de Marcy*. Inuiſit S. Hildegardem in monte S. Roberti iuſſu Pontificis 1150. apud Trithemiũ, Chronicon Hirſaugienſe, abdicato Epiſcopatu fit Monachus apud S. Vitonum, vbi iacet, mortuus 1162.

48. *Richardus* à Criſsâ ex Archidiacono Laudunenſi. Obiit in Expeditione Ieroſolymitanâ 1171.

49. *Arnulphus*, vel Arnoldus *de Chiny* 1172. ex Theſaurario Eccleſiæ. Obiit 1181. Auguſti 14.

50. *Henricus de Caſtres* 1181. ex Archidiacono Leodienſi.

51. *Albertus*, vel Adelbertus de Hirgis 1186. cuius & ſanctæ Hildegardis extant epiſtolæ mutuæ. Occiſus 1208.

Luce nimis nona te Phœbe tenente honorem.

52. *Robertus* de Grandi-prato 1208. Obiit 1217.

53. *Ioannes d'Aſpremont* 1217. fit Metenſis 1224.

54. *Radulphus* de Toretâ, ex Præcentore Laudunenſi, frater Roberti Epiſcopi Lingonenſis, & Leodienſis. Obiit 1245.

55. *Guido de Traignel* 1243.

56. *Guido* de Meloto 1245. poſteà Autiſſiodorenſis 63. vbi Decanus fuerat. Nonnullis de Bellojoco, ſed corruptè.

57. *Ioannes d'Aix* 1247. Obiit 1252.

58. *Iacobus Pantaleon*, Trecis natus, Pariſienſis Doctor, ex Archidiacono Laudunenſi, & Leodicenſi ad hanc ſedem euectus, & ad Patriarchatum Ieroſolymitanum, tandem fit ſummus Pontifex Vrbani 4. nomine. Videndus Andreas *du Cheſne* poſt Onuphrium, & Ciaconum de Pontificibus Romanis.

59. *Robertus* Mediolanenſis 1257. Obiit 1271.

60. *Vlricus* de Saruayo 1271.

61. *Gerardus* de Grandi-ſono, *Grandſon*, 1277.

62. *Henricus* de Grandi ſono, ſuperioris frater, qui ambo Caſtellione ſepeliuntur.

63. *Iacobus de Reugny*, vel *Reingny*, 1290.

Richecour ou d'Aſpremont. 64. *Ioannes Ribercour*, *ou Richecour*, 1296. Obiit 1302. vltimâ Martij.

65. *Thomas de Blancmont* 1302. Obiit 1305.

66. *Nicolaus* de Nouâ-villâ 1305.

67. *Henricus d'Aſpremont* 1312. Obiit 1345.

68. *Henricus de Germiney* ex Archidiacono electus, non confirmatus.

69. *Otho* de Pictauiâ, vel Pictauienſis, *de Poictiers*.

70. *Hugo de Bar*, Petri Domini Petræfortis filius, ex Ioanna Arturi Britanniæ Ducis filiâ 1352. & nominatur in diplomate Caroli 4. Imperatoris Metis 1357. 7. Calend. Ianuarij, Indict. 10. vir animi dotibus clariſſimus. Obiit in peregrinatione Ieruſalem ad montem Sinai.

71. *Ioannes* Borbonius 1362. Obiit circa 1370.

72. *Ioannes* de ſancto Deſiderio, *S. Diſier*, quod eſt oppidum ad Matronam fluuium diœceſis Catalaunenſis.

73. *Guido* de Royâ, poſteà Remenſis 70. 1376.

74. *Lobaldus* de Cuſanciâ Burgundio Sequanus. Obiit 1403.

75. *Ioannes* de Saraponte, *de Sarebruche*, 1403. poſteà Cathalaunenſis 82.

76. *Ludouicus de Bar* 1419. ex Catalaunenſi 81. præſtat homagium pro multis terris Duci *de Besfort*, Regenti tempore Henrici Angliæ, & vt falsò dicebatur Franciæ Regis 5. Maij 1425. Obiit autem circa A. C. 1430. & ſepelitur in ſummo templo, vbi legitur hoc Epitaphium:

Hic ſitus eſt fulgens Ludouicus laude perenni,
Quem Barri genuit gens generoſa Ducum.
Filia Regis erat genitrix de culmine ſummo
Francorum, & cunctæ nobilitatis apex.
Hunc decus, & mores quondam celebrare ſolebant,
Dum Portuenſi Gardine dignus erat.
Egregius pariter præſentis Paſtor ouilis,
Et Virdunenſis Pontificalis honos.
Ambiguis certa præponens, tuta timendis,
Spreuit opes orbis, religione fruens.
At quia non moritur virtus, quid Parca tuliſti?
Clara per æternos ſtat ſibi fama dies.
Mille, quater centum, ter denos iunxerat annos
Delius, & Iulij tempora meſſis erant,
Nunc matris precibus æterna dona quietis,
Illi pro meritis det Deus omnipotens.

Vides hîc Cardinem nominari, ideſt Epiſcopum Cardinalem Portuenſem.

Oſtia & Portus ciuitates 2. Epiſcopales Cardinalitiæ nō confundendæ.

Eſt verò Portus ciuitas Etruriæ ad oſtiū Tyberis dextrum, & Occidentale, qui Portus oſtiēſis veteribus dicebatur coniunctim, apud Suetonium in Claudio cap.20. Plinium lib.35. cap.25. Dionem lib. 60. Xiphilinum in Seuero, Caſſiodorum lib. 7. Anton. Itinerar. licet iam à multis tēporib. Oſtia ciuitas in Latio ad ſiniſtram Tyberis ripam poſita ſeparatim habeat Epiſcopum Cardinalem ſacri Collegij, ſeu Senatus Decanum, quos tamen Epiſcopatus in vnum confundit Blaſius Vigenerius Annot. ad Liuium. At Portum Auguſtum, vel Auguſtæ vrbis dicendum, non Portum Auguſti, peritè, vt omnia, notauit V. C. Franciſcus Iuretus, cuius Portus meminêre Procopius, Iornandes, Caſſiodorus, & Auctor vitæ ſancti Alexij, & Gobelinus lib. 11. Rerum geſtarum Pij 2. Baronius A.C.270. præter Ferrarium, Miræum, Orteliū. Animaduertes quoque ſanctæ Agathæ Diaconiam veterem in Suburrâ conſtitutam eſſe in 2. vrbis regione, apud Feſtum & Varronem l.4. de linguâ Latinâ, quod obſeruarunt Theodorus Marcilius in Perſium Satyrâ 3. Onuphrius de Cardinalibus, Octauius Pancirolus in Theſauro vrbis Romæ; & Baronius Martyrol. 5. Februarij, & meminit Liuius lib. 3. Martialis lib. 6. Epigramm. 66. l. 9. Epigramm. 38. l. 11. Epigramm. 79. Denique ex hac gente fuerunt Hugo 70. Epiſcopus Virdunenſis mortuus in monte Sinâ, & Reginaldus Metenſis 69. de quâ gente Franciſcus Roſerius copioſè in ſtemmate Lotharingiæ tomo 7. Sed Ludouici meminêre Onuphrius, Ciaconus, Guilelmus Vrſinus, Monſtreletus l. 1. c. 59. & Richardus Vaſburgius. Fuit quoque Adminiſtrator Pictauienſis 79.

77. *Ludouicus de Haraucour* 1430. poſteà 66. Tullenſis 1456.

78. *Guilelmus Philatre* 1437. poſteà Tullenſis 67. & Tornacenſis 68. fuit etiam Abbas S. Theoderici diœceſis Remenſis, & S. Bertini.

79. *Ludouicus de Haraucour*, iterùm 1445. ex Tullenſi 66. Obiit . . .

80. *Guilelmus de Haraucour*, Ludouici nepos 1456. Obiit 1500.

81. *Varicus de Domp-martin* 1500. Obiit Nonis Iulij 1508. ſepultus Gorſij.

82. *Ludouicus* à Lotharingiâ filius Renati Ducis & Philippæ Gueldriæ, natus 1500. 5. Calend. Maij. Fuit etiam Metenſis Epiſcopus, ſed vtroque Præſulatu abdicato factus Comes Vaudemontij paulò pòſt occiditur in Neapolitanâ expeditione 1528. (vt ait Claudius Paradinus) 10. Calend. Septembris, ibique in S. Clarâ ſepultus. Moriens valdè doluit ſe ſtatum Eccleſiaſticum deſeruiſſe. Et certè, vt alibi diximus, vix quicquam boni, aut proſperi huiuſmodi accidiſſe legimus.

83. *Ioannes* à Lotharingiâ Barri 5. Idus Aprilis 1498. natus, per reſignationem Ludouici fratris, natu tamen minoris, fit Epiſcopus Virdunenſis, & Metenſis, vt colligitur ex Paradino, Sammarthanis, & aliis. Creatur verò poſteà Cardinalis S. Onuphrij, & Narbonenſis, atque aliis Sacerdotiis donatur, vt alibi dictum eſt.

84. *Nicolaus* à Lotharingiâ, filius Antonij Ducis, ex Renata Borboniâ, per reſignationem ſuperioris 1544. poſteà dimiſſo Epiſcopatu factus Comes Vaudemontij, necdum ordinatus, vxores habuit tres ſucceſſiuè, primam Margaritam *d'Egmont*, ex quâ ſuſcepit Loiſiam Henrici 3. Franciæ Regis vxorem, ſecundam Ioannam de Sabaudiâ filiam Philippi Ducis *de Nemours*, quæ ei inter cæteros peperit Carolum Cardinalem *de Vaudemont* hîc infrà nominandum, tertiam denique Ioannam filiam Claudij Aumaliæ Ducis, vnde natus Ericus Epiſcopus hîc infrà recenſendus, & Henricus Comes *de Chaligny* pater Caroli Epiſcopi paulò pòſt hîc ponendi. Quo tempore florebat Richardus Vaſburgius Archidiaconus, Scriptor Antiquitatum Belgicarum, Carolus à Lotharingia Cardinalis Archiepiſcopus Remenſis.

85. *Nicolaus* Pſalmæus, *Pſalme*, Iuris Canonici Doctor, ſtudioſorúmq; amator, ex Abbate S. Pauli, in hanc Cathedram aſcendit, & Concilio Tridentino interfuit, ac Treuirenſi. Extruxit Collegium Patribus S. I. 1565. vt eſt apud Ribadeneiram in vitâ Franciſci Borgiæ l. 1. c. 9. Eo autem ſedente Monaſterium S. Pauli ſuburbanum, intra mœnia transfertur Carolo Lotharingio Abbate 1552. Scripſit verò Nicolaus Gallicè veram imaginem Eccleſiæ, *le vray Pourtraict de l'Egliſe*. Hoc etiā tempore 1574. Minimorum Conuentus in vrbe inſtituitur. Obiit 1575. Aug. 10. ſepultus in Capellâ S. Sacramenti ad maiorem Baſilicam.

Minimi.

86. *Nicolaus Bouſmard*. Obiit 1584. 10. Aprilis, ſepultus apud Minimos, quos hæredes in Triente reliquerat.

87. *Carolus* à Lotharingiâ, Cardinalis Vaudemōtanus, filius Nicolai quondam

dam electi Virdunenſis, natus 2. Aprilis 1562. denatus 11. Octobris 1587. cui Genebrardus tertiam editionem Commentariorum in Pſalmos eodem anno menſe Iunio dicauerat. De eo plura Petramellarius, & Ciaconus.

88. *Nicolaus Boucher.* Vir pietate, & doctrinâ commendandus. Obiit 1593. Aprilis 19. ſepultus in cathedrali.

89. *Ericus* à Lotharingia, Nicolai Vaudemontij Comitis, & Catharinæ Aumaliæ filius, natus 1576. 14. Maij. Ceſſit Carolo nepoti 1610. Vide Iacobum Fuligati in vita Roberti Cardinal. Bellarmini c. 7.

90. *Carolus* à Lotharingia, filius Henrici Comitis de Chaligny, & Claudiæ *de Moy*, pietatem & doctrinam non vulgarem ſummæ nobilitati coniungens, licèt maxima cum laude præeſſet, & prodeſſet, pacatioris tamen, tranquilliorisque vitæ amans, Religioſis Patribus S. I. ſeſe addixit, Gregorio 15. Pontifice maximo conſentiente, vt patet ex ſequente breui, quod à R. P. eruditiſſimo homine, nobis amiciſſimo, & omnibus probis probato Michaële Rabardæo S. I. Sacerdote, vt alia pleraque accepimus:

Venerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum! quàm dulcia Chriſtianis faucibus eloquia Dei noſtri, planè deſiderabilia ſuper mel & fauum: neque deſunt hac ætate Principes viri, qui id intelligentes, paternas domos & aulas pro arctis Religioſorum Cœnobijs contemnant, ſapientiæque diuitiarum neglectu, beatiorem Indicis opibus paupertatem emant. Id autem diuinæ beneuolentiæ adeò certum argumentum eſt, vt nos planè earum animarum ſtatum Regibus inuidendum arbitremur, quas à mortalium rerum contagione ſecretas, in ſecretiora domus ſuæ penetralia, miſerentis Dei bonitas deducit, ſalutarium præceptorum lacte, & cæleſtium conſolationum manna nutriendas. Agnoſco Venerabilis frater, in his verbis fœlicitatem tuam, nos quidem in his litteris tuis, cæleſtem ſancti Spiritus lucem contemplati ſumus: Gratias autem Deo egimus, qui te diuitiarum, honorumque contemptorem Lotharingiæ domus augere vult ſanctarum artium Chriſtianorumque triumphorum exemplar. Triumphat planè de humanis cupiditatibus & diabolicis inſidiis fraternitas tua, cum opulentiam atque Epiſcopatus dignitatem, quæ mortales tanto ſtudio & contentione petere ſolent, ab Apoſtolica auctoritate demiſſè flagitas vt tibi relinquere liceat ſub vexillo A *Nominis* IESV, *in ſancti Ignatij caſtris militaturo. Benediximus tibi intimo cordis affectu (Venerabilis Frater, veram ſalutis ſcientiam edocte) & ne quod te impedimentum remoretur, Apoſtolica auctoritate concedimus, quod tibi in ſolitudinem ſecedenti diuinitatis voce præceptum eſſe credis. Quod igitur Chriſtianæ Reipub. bono fiat, abiectis humanarum curarum opúmque impedimentis, proficiſcere ad eam ſacræ militiæ Societatem, Catholici nominis defenſione & hæreticorum excidijs clariſſimam: quam quidem quanti nos facimus, duo illi Chriſtiani Imperij propugnatores, Ignatius & Xauerius ſanctorum cognomento nuper à nobis aucti, cunctis terrarum prouincijs, ſæculorúmque ætatibus declarabunt.* B *Scuto diuinæ veritatis circumdatus, & fidei lorica munitus, diſtringe ardentem charitatis gladium, non minores Catholicæ Religioni in clauſtris victorias comparaturus, quàm Lotharingi Principes maiores tui in caſtris pepererunt. Vt Virdunenſem Eccleſiam optimus Epiſcopus hactenus ſalutaribus conſilijs inſtruxiſti, & moribus lectiſſimis ornaſti, eam deinceps accuratiſſimis precibus iuua. Nobis verò quibus tutelam generis humani Deus concredidit, eas à bonorum omnium authore virtutes continentes poſtula, quæ declarare poſſint Pontificatum* C *maximum Chriſtianæ Reipub. præſidium, atque orbis terrarum patrocinium eſſe. Id enim, ſi Deo fauente conſequemur, nobis certiſſimam æternæ beatitudinis ſpem datam eſſe gaudebimus, qua fœliciſſimè perfruatur fraternitas tua, à Deo obnixè petimus, téque iterùm Apoſtolica benedictione communimus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 22. Aprilis 1622. Pontificatus noſtri 2. Ioannes Ciampolus.* Cæterùm Carolo ſedente, & probante, Nicolaus Bayonenſis Muſſipontanus, Virdunenſis Præcentor, & Canonicus 1621. edidit Virduni librum de Præceptis Decalogi, & Eccleſiæ valdè compendioſum. D

91. *Franciſcus* à Lotharingia, ex Decano Colonienſi, & Abbate Medijmonaſterij ad hanc ſedem promouetur per ceſſionem Caroli fratris 1623.

Viuarienſes Epiſcopi.

Viuiers en Viuarez.

Flor.4400. VIVARIVM vrbs ſub Archiepiſcopatu Viennenſi, & Toloſano Parlamento, gradu longitudinis 25. 10. latitud. 43. 55. altitud. ſolis 46. 5. vbi dies maxima horarum 15. 15. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 56. 40. ad 60. cuius Eccleſia primaria ſanctum Vincentium veneratur Patronum, quo tranſlata fuit ſedes Epiſcoporum Albenſium, vel Eluenſium, vel Heluiorum, vel Elicocorum, vel Elicocurum, deleta à Wandalis Alba Auguſta Ptolemæo memorata l. 2. c. 10. in deſcriptione Narbonenſis Galliæ, gradu longitudinis 26. 30. latitud. 43. 40. vulgò *Aubenats*, quaſi *Albenates*. Albenſis verò vrbis meminit Sidonius lib. 6. epiſt. 12. ad Patientem Lugduni Præſulem, vbi Sauaro, & Sirmundus conſulendi. Heluij autem Cæſari lib. 7. & Straboni lib. 4. noti ſunt, & Alba Helviorum, Plin. lib. 3. cap. 4. in eadem Narbonenſi. At Gregorius Turonenſis lib. 10. cap. 23. meminit vrbis Viuarienſis, in cuius diœceſi (iuxta ripam Rodani dextram circiter 20. leucas extenſâ) hæ reperiuntur Abbatiæ:

Flor. 150. Manſiadæ O.C.
Flor. 400. Crudaci O.B.
Flor. 80. Camporum-Bonorum, *Champs-bons* O.C.

Cæterùm hi tantùm Præſules à nobis notari potuerunt, quos damus, ſi prius (ne quis deinceps erret) Elvios parum exactè interpretari Albigenſem *Alby*, in Aquitania, ab Orontio, Belforeſto, Poldo, Cenali, Marliano monuerimus.

Venantius de Viuario Epiſcopus, in Concilio Aruernenſi 541. vt eſt in M. S. C. Tillij, nam vulgò eſt Veronenſis, pro Viuarienſis.

Sabinus, vel Savinus, in Concilio Matiſconenſi 2. 588.

Thomas Albenſium Epiſcopus, in litteris Ludouici Pij, datis Aquiſgrani 17. Calend. Iulij Indict. 8. Imperij anno 2. id eſt Chriſti 815.

Ætherius, vel Etherius. Concilio Pontigonenſi 876.

Petrus. Nominatur in fundatione Monaſterij ſancti Petri de Podio 993. Aprilis 18. cum Guidone Epiſcopo eiuſdem vrbis, in qua tunc temporis ipſe Petrus erat Canonicus.

Hermannus. In diplomate Benedicti 8. circa ann. 1015.

Girardus 1057.

Petrus, inde Archiepiſcopus Lugdunenſis circa ann. 1131.

Gulelmus. Nominatur in Conſilio Regis 1296. apud Andream *Du Cheſne*, in hiſt. Mommorenciaca.

Gonſaluus Falignerius Minorita, ex Lectore ſacri Palatij circa A.C. 1300.

Petrus de Mortuo-mari Cardinalis, etiam 69. Autiſſiodorenſis. Obiit 1345.

Petrus de Bernia, Gallus, Legum Doctor, Cardinalis S. Laurentij in Lucina, creatur à Gregorio 11. Auenione 1375. menſe Decembri, Onuphr. Obiit 1384. in Clementis 7. obedientia, Ciaconus.

Bernardus de Agrifolio 1376. Petro Cardinale creato. Fuit verò Bernardus Prior S. Martini Pariſienſis 34. 1373. *D'arcſeuila*

Ioannes de Broniaco, diœceſis Geneuenſis, Camerarius Clementis 7. 1385. & Cardinalis Oſtienſis, Vicecancellarius, in Concilio Piſano 1409. & Præſes Concilij Conſtantienſis 1415. Obiit Romæ 1426. Onuphrius, & Ciaconus pag. 799.

Bertrandus de Chalamont.

Ioannes Baptiſta. In Concilio Lateranenſi 1517.

Iacobus Maria Sala, Bononienſis, in Concilio Tridentino, Prolegatus Auenionenſis ſub Alexãdro Farneſio 1560. apud Franciſcum Belcarium lib. 28. num. 60.

Claudius Turnonius.

Ioannes de Hoſpitio, de l'Hoſtel, Epiſcopus, & Comes Viuarienſis, ac Princeps Duzenæ, & Caſtri noui ad Rodanum, ætatis annum 95. agebat 1616.

Vormatienſes Epiſcopi.

Vormes.

VORMATIA vrbs Alſatiæ ad Rhenum, gradu longitudinis 30. 10. latitud. 49. 40. altitud. ſolis 40. 20. vbi dies maxima horarum 16. 4. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 71. 14. ad 60. Borbetomagus Vangionum Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Bormitomagus Antonino, à Moguntia ſua metropoli diſtans in Auſtrum ſupra ſex millia paſſuum Germanicorum, cuius ciuitatis S. Petrum tutelarem

telarem colentis, Epiſcopus memoratur cap. 2. de Treugâ. Vrbs verò ita deſcribitur in Ligurini lib. 1. vbi agitur de Friderico 1. Imperatore:

Vormatiam perijt medio quæ gurgite Rhenus,
Gallica Germanis opponit rura colonis,
Vtraque vinetis exuberat, vtraque pomis,
Piſcibus, atque feris, & cunctis rebus edendis.

Quæ ſic effert Otho Friſinghenſis, Imperator proximum natale Domini Vormatiæ celebrauit. Ea namque Regio, quàm Rhenus nobiliſſimus fluuius interſecat, ex vnâ ripâ Galliæ, ex alterâ, Germaniæ limes frumento, & vino optima eſt, venationibus, & piſcationibus copioſa. Habet autem ex parte Galliæ vicinum Voſagum, & Ardennam, ex parte Germaniæ ſiluas non mediocres. At ſeries Epiſcoporum ex Demochare hæc eſt, ſed imperfecta:

1. *Victor.* In Concilio Agrippinenſi 349.
2. *Amandus*, de quo hi verſus:

Præſul amauit oues proprias, & pauit Amandus,
Idcirco Superis ſemper amandus erit.
Ille Deum docuit ardenter Amandus amandum,
Et nobis igitur ſemper amandus erit.

3. *Carolus.* Huius tantùm nomen extat, ſed, & ſucceſſorum 4. & 5. nomen ignoratur.
4. . . . .
5. . . . .
6. *S. Grotalaus*, circa annum 503.
7. . . . .
8. *S. Rupertus*, poſteà primus Iuuauienſis, ſeu Salſburgenſis Epiſcopus, Martyrolog. 27. Martij. Eius vita habetur tom. 6. Henr. Caniſij Antiquit. Lection.
9. . . . .
10. *S. Amandus.*
11. . . . .
12. *Geroldus.* In bello contra Saxones dimicans occiditur.
13. *Geruilio.*
14. *Vernarius.* Sedit ann. 23.
15. *Folcunicus*, ſub Carolo Magno, ſepelitur ad S. Andream.
16. *Ebrembechius* 758.
17. *Fulcro.* In reſtitutione Ludouici Pij 835. & apud Rabanum epigrammate 48.
18. *Samuel* 838. Obiit 10. Februarij 856. ſepultus in Monaſterio Lauriſſenſi, cuius fuerat Abbas, & fundator. Fundatur ſub eo Monaſterium ſanctæ Mariæ in vrbe 840. Ludouico Pio Imperatore.
19. *Guneſo* 872. cuius tempore duæ habitæ ſunt Synodi Vormatiæ, paſſim à Gratiano citatæ.
20. *Adelmus.* Obiit 873. die 7. Ianuarij poſt regimen 11. menſium.
21. *Dietlacus*, vel Theodelaus in Concilio Triburienſi 895.
22. *Riguuno.* In Synodo Confluentiæ 912. nominatur Ricaudo Epiſcopus ciuitatis, quæ nunc Vormatia eſt in Capitularibus 926. Obiit 10. Octobris 950. poſt ſedem ann. 30.
23. *Anno.* Obiit 974. fuitque Abbas S. Maximini Treuirenſis.
24. *Hildeboldus*, ſuperioris frater, Othonis 2. Cancellarius. Obiit 993.
25. *Franco Heſſus.* Obiit 996. ſanctitate inſignis, Baronio, & Molano.
26. *Herpho.*
27. *Razo*, tantùm ſedit 14. dies.
28. *Burchardus.* Conſecratur à Viligiſo metropolite 8. Martij 997. Meminit ſui ipſius A. C. 1012. lib. 2. cap. 227. quod habetur cap. 1. diſt. 73. Intereſt Concilio Salegunſtadienſi 1022. & Moguntino 1023. Aribone Archiepiſcopo. In Chron. Hirſaug. Obiit poſt ſedem ann. 29. A. C. 1025. Auguſti 20. ſepultus in æde primariâ, Collector libri Canonum, qui paſſim extat, habetque hoc Epitaphium:

Robora Burchardus, ex nomine denotat artis,
Et quod nomen habet, maxima facta probant.
Vangio, nam per eum foſſas, & mœnia, turres,
Ædificat rurſus depopulata prius.

Legendus Sigebertus de viris illuſtribus cap. 142. Trithem. Bellarmin. Poſſeuinus, *Vion* l. 5. Ligni vitæ c. 81.

29. *Haſego*, Comes Anaxouianus. Conſecratur 5. Decembris 1025. Obiit 7. Ianuarij 1044. Princeps religioſiſſimus, Conrado Imperatori, & Giſelæ Imperatrici chariſſimus.
30. *Adelbertus*, præfuit tantùm 5. menſibus.
31. *Arnoldus.* Obiit 1. Iunij 1065. poſt ſedem 20. annorum, Scafnaburg. Quo ſedente Vormatiam venit Leo 9. ibique natalem Domini celebrauit.
32. *Adeluertus*, vel Adelberus, Co-

mes ab *Habſpurg*, ex Monacho Sangalenſi. Obiit 1070. 6. Auguſti, *Scafnaburg* filius fuit Cunonis Rhinfeldiæ Comitis, ex Itha.

33. *Adelbertus*, vel Adelbrandus. Obiit 1108. 6. Iulij, poſt ſedem 38. annorum.

34. *Dictmarus*. Obiit 1109.

35. *Ebbo*. Obiit 1115. qui vt eſt in Epitaphio:

Præſulis, & partes, ſanctáſque exercuit artes.

36. *Buggo*, vel Bucco. Conſecratus ab Adelberto metropolite, nominatur 1139. Ædificauit Schonouienſe Ciſtercienſis inſtituti Cœnobium, in quo ſepeliri voluit 1151.

37. *Conradus*. Obiit 1163. ſedis ann. 12.

38. *Conradus* 2. Obiit 18. Ianuarij 1187. poſt ſedem annorum 24.

39. *Henricus*. Nominatur 1193. Obiit 23. Decembris 1196.

40. Leopoldus. Obiit 17. Februarij 1217. poſt ſedem ann. 20. Vide c. Bonæ memoriæ de Electione, & Nicolaum *Coeffeteau* contra Myſterium iniquitatis pag. 861.

41. *Henricus*. Fundauit Monaſterium Monialium Ordinis Ciſtercienſis, non procul ab vrbe, nominatur 1223. Obiit 1234. 12. Septembris, ex Comitibus à *Sarbruch*.

42. *Landulphus*. Confirmatur à Sigifrido metropolite. Obiit 1247. 8. Iunij. Sub eo formatur Monaſterium S. Mariæ in vrbe, ſub Ordine Ciſtercienſi fœminarum 1240.

43. *Conradus* 3. ex Decano Moguntino eodem anno mortuus, quo electus 1247.

44. *Richardus*. Obiit 1257.

45. *Elerardus Hirſutus*. Obiit 1277. ſepultus in Monaſterio Ottemburgo Ordinis Ciſtercienſis.

46. *Fridericus*, ſuperioris frater. Obiit 1283. die 20. Maij.

47. *Simon Schoneck*, vulgò Religioſorum omnium Speculum appellatus. Obiit 21. Nouembris 1291. ſepultus in Monaſterio *Franchenſtal*.

48. *Eberardus* à *Strademberg*. Obiit 1291. ſepultus in Monaſterio Schonouienſi.

49. *Emicho*. Confirmatur à Gerardo metropolite 1293. ſepelitur veſte Monaſticâ in cathedrali choro 1299.

50. *Ebernuinus*. Obiit die 20. Maij 1303.

51. *Emericus* à *Schoneck*. Obiit 10. Februarij 1318.

A 52. *Henricus*. Obiit 8. Iunij 1319.

53. *Cuyno* à *Schonegk*. Obiit 25. Iunij 1329.

54. *Gerlacus*. Obiit 18. Ianuarij 1331.

55. *Salemannus*. Obiit 1349.

56. *Theodericus*. Eligitur 1349. ſedit ann. 16.

57. *Ioannes Schadlandus*, Ordinis Prædicatorum. Nominatur 1366. Obiit 1373. Conſtantiæ, vbi iacet apud Prædicatores.

58. *Echardus* à *Derſch*. Obiit 14. Maij 1408.

59. *Mathæus Cracouianus*, Academiæ B Pariſienſis olim Rector. Orator Principis Roberti, Cardinalis creatus à Gregorio 12. 1408. 13. Calend. Octobris. Obiit 1410. Onuphr.

60. *Ioannes*. In Concilio Conſtantienſi 1414. Obiit 18. Maij 1426.

61. *Fridericus*. Obiit Calend. Auguſti 1445.

62. *Ludouicus* ab *Aſt*, electus modeſtè recuſauit.

63. *Raynoldus* à *Sickingen*. Obiit 21. Iulij 1483.

64. *Ioannes* à *Dalburg*, diſcipulus Rodolphi Agricolæ, & Reuchlini. Obiit C 27. Iunij 1503. Ei dicat librum de Scriptorib. Eccleſiaſticis Trithemius 1492. eiuſque *Dalburg* extat Oratio in promotione Innocentij 8. nomine Ducis Bauariæ. Ioanni quoque ſcribit Sadoletus librum de Conſolatione Philoſophica 1502.

65. *Reynardus* à *Ricpurg*. Obiit 1533.

66. *Henricus*, Philippi Palatini Reni, & Electoris filius, ex Margareta Ludouici Bauariæ Ducis filia, natus 1487. Februarij 15. ex Canonico, fit Epiſcopus Spirenſis 1523. & anno ſequente Vltraiectinus, & tandem Friſingenſis. Obiit 1552. 3. Iunij.

D 67. *Philippus*, ex Friſingenſi.

68. *Georgius Schembergicus*, Ioannis Archiepiſcopi 109. Treuirenſis frater. Obiit Spiræ, ſed Vormatiæ in ſacello S. Ioannis ſepelitur.

69. *Philippus* à *Rottenſtein*, multarum rerum, & linguarum cognitione commendabilis.

Vticenſes, ſuprà, Vceticenſes, Vſez.

Xantonenſes, ſuprà, Santonenſes.

Yprenſes, ſuprà, Iprenſes.

ABBATIARVM,
ET ALIORVM
QVORVMDAM BENEFICIORVM
GALLIÆ
NOMENCLATVRA,
SERIE LITERARVM
ALPHABETICA.

ABBATIARVM, ET ALIORVM QVORVMDAM BENEFICIORVM GALLIÆ NOMENCLATVRA, SERIE LITERARVM ALPHABETICA.

A.

ABVNDANTIA Diœceſis Geneuenſis Ordinis Ciſtercienſis, in Beugeſio, nunc Congregationis Fullienſis, ſuaſu, & labore Franciſci *de Sales* Epiſcopi, de omnibus benè meriti.

ACEYVM, *Acey*, Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Veſuntionenſis, inter Dolam, & Pemam, in Comitatu Burgundiæ.

S. ACHEOLI, *S. Acheul*, D. Ambianenſis O.B.

S. ÆGIDII, *S. Gilles*, olim Ordinis Benedictini, nunc ſæcularis, Diœceſis Nemauſenſis penè ad Rodani oſtium Occidētale, ſeu Hiſpanicum, quod Cœnobium vrbi nomen dedit. Meminit Petrus Cellenſis l. 9. epiſt. 7. quo in oppido exceptus Gelaſius 2. Papa 1118. Confirmauit Bernardo Archiepiſcopo Primatum Toletanum, *Baron.* ibique crematus igne Petrus *Bruys* hæreticus, *Maſſonus* in Philippo Auguſto, olim Vallis-flauiana, vel Gothicum Palatium, gradu longitud. 25. 18. latit. 42. 48. At de S. Ægidio Baronius Martyrol. Cal. Septemb. & *Vion.* Hinc verò ea pars Galliæ Narbonenſis Volcas Tectoſages, & Volcas

A Arecomicos continens, quæ & Septimania, & Gothia Gallica, ſeu Gallia Gothica, Gothis ipſis expulſis dicta fuit prouincia S. Ægidij, nunc Linguadoca, vt notauit V.C. Guilelmus Catellus. Sed & Clemens 4. ait ſe traxiſſe originem è villa S. Ægidij pertinente ad Abbatem loci, cui dat quædam priuilegia anno 3. Pontificatus epiſtolâ 254. M.S.

AFFLIGEMIVM, *Afflighem* O.B. diœceſis olim Cameracenſis, nunc Machlinienſis in Brabantia, inter cuius prouinciæ Abbates duodecim locum habet primarium ſeno milliario à Bruxella diſtans, vbi primus Abbas Fulbertus
B diœceſis Cameracenſis, Gerardi Epiſcopi ann. 10. & Franco Abbas 2. de quo Trithem. de Script. Eccleſiaſt. Legendus Miræus c. 65. in Codice Donationum piarum, & in Originibus Benedictinis cap. 70. Vitriacus cap. 20. hiſtor. Occidentalis, Cantipratenſis lib. 1. Apum cap. 4. quod à Gueuſiis in cineres redactum, ſancto Petro dicatum, & olim ab Henrico 3. Louanij Comite fundatum 1086. *Sigebert.*

AGAVNVM 8. millibus paſſuum ab Octodoro ſeparatum, in cuius olim diœceſi, nunc in Sedunenſi, quâ Rodanus in lacum Lemanum influit, gradu

longitud. 28. 40. latitud. 45. 50. cele- A
bre habens Monaſterium ſancti Mauricij fundatum à ſancto Sigiſmundo Burgundiæ Rege ad radices Alpium Peninarum, ſeu maioris montis ſancti Bernardi, in ditione Valeſianorum, de quo apud Baronium 526. Fredegarium in Appendice cap. 3. Aymoinum lib. 3. cap. 80 Gregorium Turonenſem lib. 3. cap. 5. Antonium *de Tipes*, Guilelmum Baldeſinum in hiſtoria Thebea Italicè ſcripta, cuius fundationi ſubſcripſerunt Epiſcopi, Theodorus Sedunenſis, Maximus Geneuenſis, Victor Gratianopolitanus, Viuentiolus Lugdu- B
nenſis. Agaunum autem ſermonis Gallici interpretatióne ſaxum ſignificat in vita M.S. S. Mauricij, cuius auctor ſanctus Eucherius Lugdunenſis, quo in loco fuiſſe Taruedam nonnullis placet, ſed perperàm Miræus inter Monaſteria Benedictina recenſet. Eius verò Abbas inter Principes Imperij enumeratur.

AGEDUNUM, *Ahun*, Ordinis Benedictini, diœceſis Lemouicenſis. Legitur & Acedunum, vbi colitur ſanctus Siluanus anno ætatis 25. in perſecutione Wandalica paſſus 16 Octobr. C

ALBA-CORONA O.B. D. Nannetenſis, *Blanche-corone*.

ALBA-CURIA, Ordinis Præmonſtratenſis D. Carnotenſis iuxta Piſciacum, *Abe-cour*.

ALBA-MALA, *Aumale*, diœceſis Rotomagenſis O.B cuius Abbas Guilelmus *de Broch* Auditor Rotæ Romanæ, Vicelegatus Aueniorienſis.

ALBA-PETRA, *Aube-pierre* O.C. D. Bituricenſis fundatur 1149. 3. Idus Iunij: alij volunt eſſe diœceſis Lemouicenſis.

ALBA-RIPA, *Aube-rive* filia Claræuallis. Fundatur 1136. 4. Februarij à D
Villenco Epiſcopo Lingonenſi 55. duobus ferè millibus paſſuum à fonte Albæ fluuij in radicibus montis nemoroſi, vulgo *Le Charmou*, apud Papirium Maſſonum de Fluminibus Galliæ, vbi & Alba miſcetur Sequanæ ad Pontem oppidum infra Trecas.

S. ALBINI, *Sainct Aubin* O.B. diœceſis Andegauenſis à Childeberto fundata 533. apud Chopinum lib. 2. Politiæ ſacræ tit 6. num. 6. olim ſancto Germano Autiſſiodorenſi dicata, ſuadente ſancto Germano Pariſienſi, Eutropio Andegauenſi Epiſcopo, in eo loco vbi olim S. Hilarius Epiſcopus Pictauienſis Eccleſiam S. Mariæ dicauerat.

S. ALBINI de Boſco O.C. diœceſis Brioceñſis. *S. Aubin ès Boys*.

ALBIGNIACUM, *Aubigny* O.C. diœceſis Bituricenſis, in Archipreſbyteratu Argentonij ad Carum fluuium. Memoratur in reſcripto Eugenij 3. 1145. & Adriani 4. 1158. Aliud eſt Albiniacum oppidum eiuſdem diœceſis, in quo Prioratus Ordinis Auguſtiniani dependens à ſancto Ambroſio Bituricenſi.

ALCIACUM, *Auchy*, Ordinis Benedictini, diœceſis Morinenſis olim, at nunc Audemarenſis. Fundatur in honorem ſancti Siluini circa annum 1072. & memoratur ab Innocentio c. Abbati, 25. de Verborum ſignificatione. Legendus Miræus Origin. Benedict. cap. 66 & Locrius pag. 259. vbi ſequentes recenſentur Abbates.

1. Odo, Monachus Cluniacenſis an. circiter 20.
2. Simon, ann. 9. inde Bertiniacus 1130.
3. Godeſcalcus, annos 40. Obiit 1170.
4. Vvarinus, hic non toto anno peracto, ſede ſuà exactus.
5. Vvilermus, hoſpitalarius Bertinicus.
6. Simon 2. deinde Marchianenſis.
7. Ioannes de Bethunia, quo paulò pòſt cedente Simon regreſſus eſt.
8. Ioannes Alardi 1210. rexitque ann. 44.
9. Vilelmus *de Nieles*.

ALDEBURGUM, Ordinis Benedictini, diœceſis Brugenſis, de quo Cœnobio Miræus Origin. Benedict. c. 71. & Gazæus.

ALDEVICENSE Monaſterium Ordinis Bened. diœceſis Vltraiectenſis Monialium, Miræus.

DE ALLODIIS, *des Alleudz*, D: Pictauienſis O. B.

ALMONACHARUM, *Almenesche* fœminarum diœceſis Sagienſis.

ALNA, Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Leodienſis ad Sabim fluuium, fundata ab Henrico Leodienſi Epiſcopo 60. 1148. in Auctario Gemblacenſi. Videndus Miræus Chronic. Ciſtercienſi pag. 136.

ALNETUM O. Ciſtercienſis, diœceſis Bellouacenſis Colonia Belli-becci. Vide infrà verbo *Brieſtely*.

ALNETUM, Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Baiocenſis fundatur 1131. menſe Iulio, *Aunay*.

ALPENSIS

Alpensis, ſiue de Alpibus in monte Iura ab Alpibus dependente Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Geneuenſis, conditur ab Humberto Comite Sabaudiæ ad lacum Lemanum 1136. 28. Iunij, filia Claræuallis, auctor vitæ ſancti Bernardi lib. 1. cap. 13. & meminit ipſe Bernardus Epiſt. 28. 142. & 246.

Alta-comba, *Haulte-combe* O. C. diœceſis Geneuenſis, ad lacum Burgeti, fundatur 1135. 18. Calend. Februarias ab Humberto Sabaudiæ Comite, ſepulchris Ducum poſteà nobilitata. Meminit ſanctus Bernardus Epiſt. 38. extrem. Legendus Alphonſus Delbeneus Albienſis Epiſcopus, & Abbas Altocombanus in Tractatu de familiæ Ciſtercienſis origine, vbi docet hanc eſſe filiam Claræuallis, & lacum longum octo millia paſſuum, latum duo millia paſſ. ad radices montis-Catti.

Alta-crista O. C. diœceſis Lauſanenſis in Ducatu Sabaudiæ conſtruitur 1142. 14. Martij.

Alta ripa. In Ducatu Sabaudiæ O. C. diœceſis Lauſanenſis, filia Claræuallis. Memoratur c. 6. de conceſſione Præbendæ in 3. Compilat.

Alta-ripa O. C. Monialium in Sabaudia.

Altvs-fons O. C. diœceſis Cathalaunenſis, *Haulte-fontaine*, filia Claræuallis, fundatur 1136.

Altvs-mons, *Au-mont*, diœceſis Ipreſis, Ordinis Benedictini in Arteſia. Fundatur à Theoderico Rege in expiationem necis ſancti Leodegarij, ſancto Ioanni dicata circa annum Chriſti 686. Eſt & aliud Cœnobium eiuſdem nominis, & Ordinis in Hannonia, de quo Miræus Origin. Benedict. cap. 27. diœceſis Cameracenſis, ſancto Petro ſacrum, de quo Baldricus lib. 2. Chron. Camerac. c. 25.

Altvm-villare, *Hault-villier* diœceſis Remenſis, Ordinis Benedict. conditur à ſancto Niuardo Abbatem ſanctum Bercharium cõſtituente, apud Flodoardum lib. 2. cap. 7. & 10. & Surium 16. Octobris, Sigebertum 661. cuius loci Abbati ſcribit Stephanus Tornacenſis epiſt. 182. & memoratur in Concilio Sueſſionenſi 853.

S. Amabilis, Ricomagi infrà, v. Ricomagus.

S. Amandi O. B. fœminarum in vrbe Rotomagenſi. Fundatur à Iodoco Vicecomite, ibi ſepulto cum Ammelina vxore.

S. Amandi O. A. diœceſis Sarlatenſis.

S. Amandi, diœceſis Engoliſmenſis, Ordinis Benedictini. Conditur tempore Hugonis Epiſcopi 26. cuius dedicationi, interfuit Guido Rupifucaldius 1170. Legendus Ioannes Picardus in Notis ad ſanctum Bernardum epiſt. 199. ſed rectiùs dicitur S. Amantius.

S. Amandi O. B. diœceſis Tornacenſis ad fluuium Elnonem, vbi ipſe Amandus obiit Epiſcopus Traiectenſis, & Argentinenſis, vnde Elnonenſe Monaſterium, apud Molanum, & Vionem 8. Idus Februarias, & Pabulanum, apud Miræum Origin. Benedict. c. 20. fundatum circa 660.

S. Amantii, ſuprà, v. Sancti Amandi.

Ambeya, infrà Hambeya.

Amor-Dei Ord. Ciſtercienſis fœminarum, iuxta Caſtellionem ſuper Matronam.

Ambroniacvm, *Ambornay*, O. B. diœceſis Lugdunenſis fundatum à ſancto Bernardo Archiepiſcopo Vienneſi, diſtans à Lugduno 8. leucis, vt legitur in Breuiario Valentinenſi.

S. Ambrosii, Monaſterium Ordinis Auguſtiniani, in vrbe Bituricenſi, inſtauratur à Gofrido Vicecomite, Dagoberto 56. Archiepiſcopo, anno Roberti Regis 10. Chriſti 1006. cuius Abbati ſcribit Stephanus Tornacenſis epiſt. 144. Videndus Guilelmus Crucius in Epiſcopis Cadurcenſibus, inter quos claruit hic Ambroſius, vulgò *S. Ambrois*, & memoratur in Bulla Eugenij 3. 1145. Gofridus verò Vicecomes obiit 7. Idus Martias in loco Briſſiaco.

Andaginvm, vel Audainum ſancto Humberto ſacrum in ſilua Arduenna, *Sainct Humbert*, Ordinis Benedictini, diœceſis, & ditionis Leodienſis, apud Miræum Origin. Benedict. cap. 29. & in Faſtis Belgicis, vbi fundatur à Volcando Epiſcopo 35. Leodienſi, Beregiſo Abbate primo conſtituto circa ann. 825. incenſum à Gueuſiis 1572. inſtauratur piâ curâ Abbatum. Vide copioſius librum, cui titulus Hiſtoria ſancti Huberti Principis Aquitani, vltimi Tungrenſis, & primi Leodienſis Epiſcopi, eiuſdemque vrbis conditoris Arduennæ Apoſtoli, magni

Thaumaturgi, conſcripta à Ioanne Roberti Arduennate Andaino S. I. Sacerdote, cui tamen deeſt Catalogus Abbatum, quorum hiſtoriam ſe ſcripturum polliceri videtur ipſe Robertus. Vide etiam Anſelmum in hiſtoria Leodienſi Epiſc. cap. 34. cum ibi notatis à Chapeavillio.

S. ANDOCHII Monialium in vrbe Auguſtoduno Ordinis Benedictini, *S. Andoche*, Monaſterium conditum à Siagrio, 26. Epiſcopo, dotatum à Brunechilde Reginâ, poſteà illic ſepultâ circa A. C. 600. Videndus S. Gregorius epiſt. 10. lib. 11.

S. ANDREÆ de Boſco, diœceſis Saniclenſis.

S. ANDREÆ Monaſterium O. B. Monialium in vrbe Viennâ condiderunt A. C. 992. Conradus Rex Burgundiæ, & Mathildis eius vxor, inſtauratum poſteà ab Andreâ Burgundo illic ſepulto. Eſt etiam in eadem vrbe eiuſdem nominis, & Ordinis Abbatia Monachorum.

S. ANDREÆ, diœceſis Auenionenſis.

S. ANDREÆ in Nemore, Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Ambianenſis, fundatur 1156. inter Heſdinum, & Montrolium à Guilelmo de S. Audomaro, Locrius pag. 314.

S. ANDREÆ Eccleſiam memorat Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 31. in ſuburbio Claromontenſi, in quam Religioſos Ordinis Præmonſtratenſis induxit Guilelmus 33. Comes 1149. vt notat Sauaro.

S. ANDREÆ, diœceſis Brugenſis, Ordinis Benedictini, meminit Miræus cap. 79. olim Tornacenſis.

ANGELIACVM, vel rectiùs Angeriacum S. Ioanni Baptiſtæ ſacrum Cœnobium, vulgò *S. Iean d'Angely*, O. B. diœceſis Santonenſis, gradu longitud. 20. 0. latitud. 45. 50. ad fluuium *Boutonne* in Ageſinatibus, conditur à Pipino 761. apud Sigebert. & meminit Sirmundus notis ad epiſtolam 3. lib. 4. Gofridi Vindocinenſis. Vide hiſtoriam Reuelationis Capitis ſancti Ioannis Baptiſtæ inter opera D. Cypriani, & vitam S. Genulphi lib. 2 cap. 5. & meminit Iuo epiſt. 233. Huic Monaſterio dedit Robertus Rex concham auri 30. librarum.

DE ANGELIS, vel Anglis, O. A diœceſis Lucionenſis, *Noſtre Dame d'Angles*.

ANGLA, vel Anglia, vel Anglinia, *Angle*, Ordinis Auguſtiniani ſanctæ Cruci dicatur ad Anglinum fluuium, in diœceſi Pictauienſi, cuius Abbas fuit Ioannes *d'Auton*, ſcriptor hiſtoriæ Ludouici 12.

S. ANIANI O. B. diœceſis Magalonenſis.

S. ANIANI O. B. diœceſis S. Pontij Tomeriarum, *S. Aignan*, vbi Petrus Boherius Gallus interpres Regulæ S. Benedicti fuit Abbas, indeque Vrbeuetanus, *Orvieto*, in Italia Epiſcopus.

ANISOLA, vel Aniſula S. Carileſo, *S. Cales*, ſacra diœceſis Cenomanenſis, O. B. fundatur à Childeberto Rege circa annum 555. non longè à Vindocino ad Ledam fluuium. Legendus Surius Calendis Iulijs in S. Carileſo, & in vita S. Siuiardi Cal. Mart. Maſſonus de Fluminibus, pag. 107. Nicolaus 1. epiſt. 60. 61. & 62. Baron. 863. n. 94. Aymoin. lib. 3. cap. 16.

ANTIMONASTERIVM, *Emontiers*, diœceſis Lemouicenſis.

S. ANTONII, *S. Antoine*, Viennenſis, ad Furaniam fluuium in Mota S. Deſiderij, Ordinis Auguſtiniani caput ſuæ Congregationis à Guaſtino Franco nobili inſtitutæ 1095. Baron. Miræo cap. 9. Origin. Monaſtic. S. Antonin. Summæ Theologiæ, pag. 3. titulo de Statu Religioſo. §. 5. Quâ de re plura Aymarus Falco Barroducæus, vnde ſequens ſuperiorum Catalogus deſumitur, & Miræus lib. 1. cap. 5. Orig. Monaſtic. Clemens Papa 4. epiſt. 427. vbi hoſpitale S. Antonij dicitur domus magni nominis. Rectores Antoniani ex Aymaro Falcone.

1. Gaſto Prior, ſeu Magiſter domus Antonianæ. Priores.
2. Stephanus.
3. Nantolmus Sofredus.
4. Guilelmus Ruffus.
5. Petrus Soffredus.
6. Bruno.
7. Falco.
8. Stephanus. Nominatur 1237. in Chartulario Lingonenſi, vbi Robertus Epiſcopus ei dat hoſpitale de Norgiis, & nominatur diſpenſator domus pauperum ſancti Antonij. Quo tempore Ioſſerandus Dominus *de Bracon* ſuper Salinas dat Feudum quoddam eidem hoſpitali, qui poſteà moritur in Ægypto poſtquam interfuit 36. prælijs, *batailles*, vt ait Ionuilæus, eum appellans auunculum.
9. Falco Mathionis.
10. Guilelmus Soffredus.
11. Pontius Ruffus.

12. Iocelinus

12. Iocelinus de Turre.
13. Guilelmus de Parnanco.
14. Guilelmus de Bonis.
15. Guilelmus Daniel, ſeu Ruffus.
16. Stephanus.

Abbates.

1. Aymo, vltimus Prior, & primus Abbas 1316.
2. Pontius Alcracus.
3. Guilelmus *Mitte*, ſic Iacobus *Mitte* Abbas 27. Claromariſci Ordinis Ciſtercienſis.

Mitte porte d'argent au ſautoir de gueules à la bordure de ſable chargée de 5. fleurs de lys d'or.

4. Petrus Lobetus.
5. Pontius.
6. Bernardus.
7. Gerento de Caſtronouo.
8. Hugo de Caſtronouo. Ædificauit Eccleſiam S. Antonij parui Pariſiis 1375.
9. Falco. Ex Montecanutorum familia in Delphinatu nobili.
10. Arbaudus Grandivallenſis.
11. Ioannes de Polleyo.
12. Humbertus ex Brione.
13. Benedictus, ex Monteferrando.
14. Ioannes Iognetus.
15. Antonius ex Brione.
16. Antonius Rupemoranus.
17. Petrus de Area, vel Areanus.
18. Theodorus de S. Chamundo. Iacet Pontemuſſij in Eccleſia, quæ nunc eſt Collegij Societatis IESV, mortuus 1527. Edidit 7. Epiſtolas S. Antonij, in Bibliotheca Patrum.

S. Chaumõt porte d'argét à la face de gueule.

19. Antonius de Langiaco.
20. Ludouicus de Langiaco.
21. Ludouicus de Langiaco, cui tale inſcriptum eſt Epitaphium in Eccleſia S. Antonij parui Pariſiis, apud Brulium:

Ludouico Langiaco D. Antonij non procul à Vienna Allobrogum Abbate huius nominis tertio, maioribus apud Aruernos claro, pietate, atque in egenos beneficentia, duobus, quibus in ordine ſucceſſit, patruis nihil concedenti, ſeptuagenario Petrus D'Amours *ſacri Conſiſtorij Conſiliarius paternæ in Langiacorum familiam beneuolentiæ memor, & ſupremæ voluntatis Elogium exequi rogatus, Amico benemerenti hoc Monumentum de ſuo M. P. Obijt nono Calend. Octob. A. D.* 1597. *ætat.* 76.

Fuit etiam ex hac gente Ioannes 78. Epiſcopus Lemouicenſis.

22. Antonius Tholoſanus. Obiit menſe Iulio 1615. oculis cæcus, moribus, & litteris clarus, Galtherus Tabulâ Chronologicâ.
23. Antonius *Brunel de Grandmont*, electus 1615.

ANTRVM, vel Antrus inſula in oſtio Ligeris nunc non apparens, Ortelius in Gallia Strabonis, in qua olim celebre Monaſterium Ordinis Benedictini, cuius mentio in vita ſancti Auſberti Archiepiſcopi Rotomagenſis 9. Februarij, & in vita S. Hermelandi 25. Martij.

Oſtium Ligeris gradu longit. 18. 0. latitud. 46. 50.

S. APHRODISII diœceſis Biterrenſis, cuius loci Abbas Berengarius Stendelli Vaſco, poſteà Cardinalis, in Nomenclatura Cardinalium.

S. APRI, diœceſis Tullenſis O. B. *S. Evre.* Memoratur in vita ſancti Bercharij apud Camuzatum, & in c. Dilectus de Officio Legati, quod Cœnobium rexit Guilelmus 43. Abbas Benignianus. De hoc Cœnobio vulgò dicitur, *Riches Moynes, pauure Abbé.*

AQVA, *L'Eau*, diœceſis Carnotenſis, Ordinis Ciſtercienſis Monialium fundatur 1226.

AQVA-BELLA, O. C. diœceſis Tricaſtinenſis.

AQVA-BELLA, diœceſis Claromontenſis O. C. vnita Bocheto.

AQVÆCVRTENSIS, *Eaucourt* Ordinis Auguſtiniani, diœceſis Attrebatenſis, fundatur ab Odone Sacerdote in honorem Deiparæ 1110. Lamberto Epiſcopo ſedente, gradu longitud. 20. 0. latitud. 49. 56. Gazæus, & Miræus cap. 50. Origin. Auguſtin. Daucurtum aliis vocatur, cuius Abbates ex Locrio ita ſe habent.

1. B. Odo, à B. Lamberto Epiſcopo conſecratus. Obiit circiter 1142.
2. Simon. Ordinatus ab Aluiſio Lamberti ſucceſſore. Cuius Simonis obitus notatur 1162.
3. Fulco, ann. 25. Obiit 1187.
4. Guilbertus 1187.
5. Gerardus.
6. Odo 2.
7. Martinus.
8. Balduinus, maioris Eccleſiæ Aquæcurtenſis conſtructor.
9. Richardus.
10. N. . . . . .
11 Guido.
12. Hugo.
13. Fulco.
14. Petrus Canellius.
15. Odo 3. Hangeſtius.
16. Ioannes 1.
17. Simon.
18. Pariſius *de Villers.*
19. Ioannes, Nouiomenſis 2.
20. Bertramus *de Tilleloy.*
21. Ægidius.
22. Theobaldus.

23. Droco Turnetus, aliàs Guilbertus.
24. Petrus Turnetus 2.
25. Ioannes 3.
26. Ægidius 2.
27. Petrus 3.
28. Droco 2.
29. Petrus 4.
30. Radulphus Martinus.
31. Alexander de Porta.
32. Petrus 5. *l'Eſpinger.*
33. Ioannes 4. *Le Vaſſeur.*
34. Petrus 6. *Courcol.*
35. Petrus 7. Bonifacius, Monachus Aroaſienſis, per ſuperioris ceſſionem.
36. Arturus *de Tabary.*
37. Hadrianus *de Habarq.*
38. Iuo Dalurius, Canonicus montis Eligiani.
39. Antonius *de la Hamaide*, item montis Eligiani Canonicus.
40. Ioannes de Cruce.
41. Ioannes Boulanus, ſuperioris anteà coadiutor.
42. Michael Dailletius, Eccleſiæ ſui Monaſterij inſtaurator ea ipſâ formâ, quâ hodie viſitur. Obiit 1607.
43. Hubertus Moronuallius.

AQVA-FAMOSA O.C. diœceſis Caſtrenſis.

AQVA-VIVA, diœceſis Turonenſis, Ordinis Auguſtiniani Deiparæ dicata, *Aigue-viue.* Memoratur à Gregorio 9. c.4. de Dilationibus.

AQVISCINCTVM, *Anchin*, ad Scarpam fluuium in Inſula ſecundo miliari ab vrbe Duaco, diœceſis Attrebatenſis, Ordin. Benedictin. conditur 1079. à Galthero, & Sigero, vel Sichero viris nobilibus, apud Miræum cap. 68. Origin. Benedictin. Monaſterium maximum, & ditiſſimum Thomæ Cantipratenſi lib. 1. Apum cap. 6. num. 3. Sigeberto 1079. cuius Supplementum. Hinc Aquicinctinum dicitur in editione Miræi. Abbates verò 37. recenſentur à Locrio pag. 213.

1. Alardus.
2. B. Alelmus.
3. Aymericus.
4. Gelduinus.
5. Rotbertus.
6. Aluiſus, poſteà Epiſcopus Attrebatenſis.
7. S. Goſuinus, obiit 1196. Octob. 9. Miræo in Faſtis. Andreæ Valerio in Bibliotheca Belgica.
8. Alexander.
9. Simon.
10. Adam.
11. Vilelmus, poſteà S. Amandi.
12. Simon 2.
13. Vilermus *Le Parent.*
14. Iacobus.
15. Vilermus *Brunel.*
16. Anſelmus.
17. Euerardus.
18. Ioannes.
19. Hugo.
20. Petrus.
21. Euſtachius S.T. Doctor.
22. Ioannes *Le Bœuf.*
23. Ioannes *d'Eſtrechin.*
24. Amedeus de Lamecho.
25. Rodolphus de Longa-villa.
26. Petrus de Noua-villa.
27. Ioannes *Le Boſtot.*
28. Henricus *de Conſlant.*
29. Ioannes de Hatheria.
30. Petrus *Leuüet.*
31. Hugo.
32. Guilelmus *Doſtrel.*
33. Carolus.
34. Ioannes *Aſſet.*
35. Ioannes *Lentailleur.*
36. Warnecus *de Daure.*
37. Ioannes *Faueau.*

AQVIRIENSIS Virginum Abbatia O.C. in Brabantia ſecundo miliario ab vrbe Leodij. Fundatur 1202.

DE ARCISSIS O.B. diœceſis Carnotenſis, *Des Arceſſis.*

ARDENNA, Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Baiocenſis duabus leucis à Cadomo.

DE ARBIS. Vide infrà, v. ſancti Martini.

ARDORELLVM O.C. diœceſis Caſtrenſis, olim Albienſis, cuius fundationem confirmauit Innocentius 2. PP. 1038. Pontificatus anno nono, cuius primus Abbas Fulco. Fundatur verò à Cæcilia Comitiſſa Biturícenſi, ante oſtium Eccleſiæ ſepulta hoc Epitaphio:

Omnis qui neſcit, diſcat quoniam requieſcit
In hoc Sarcophago vera Cæcilia virgo,
Iſta Monaſterium fecit, reliquiaſque domorum,
Culta, vel inculta dans fratribus hæc bona multa.
Ergo præſentes orent, pariterque ſequentes
Hic pro defuncta, quibus hæc ſunt præſtita cuncta.

Ex veteri Chronico M. S. communicato nobis à domino *Lanier* in Maiore Conſilio erudito & pio Conſiliario.

Petrus

Petrus quoque Abbas reperitur in Synodo Albienſi 1276.

S. Aredii, infrà, Attanum.

Aremarense Monaſterium diœceſis Trecenſis, O. B. *Montier-ramey*, de quo Sirmundus ad epiſtolam 2. lib. 2. Petri Cellenſis: hinc fratres Aremarenſes Alexandro 3. cap. 3. de Reſtitutione ſpoliatorum in 1. Collectione, & meminit Leo 4. epiſt. 1. tomo 2. epiſt. decretal. ad Prudentium Epiſcopum Tricaſſinum, vt hoc Cœnobium ab Adremaro conſtructum conſecret. Vidend. Baron. 847. Miræus Origin. Benedictin. c. 68. Honorius 3. cap. dilecto de Officio Archidiaconi, S. Bernardus epiſt. 313. ad Guidonem huius loci Abbatem, Camuzatus: Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo dicatum, vnde verſus templo inſcripti,

A Ramis cœptum, dein ſeptum, floribus album,
A claui titulum laudis, & enſe fero.

Volaterran porte d'azur à la bande d'argent de 3. pieces

Cuius loci nunc Abbas Ludouicus *de Vau-de-Tar*, ſeu de Volaterrâ.

Arinstenia diœceſis Treuirenſis O. P. fundatur 1185. à B. Ludouico Comite, Miræus lib. 1. cap. 4. Originum Monaſtic.

Argensolense, *Argenſoles*, Ordinis Ciſtercienſis Monialium, diœceſis Sueſſionenſis à Blanchâ Comitiſsâ Campaniæ fundatur: de quâ Thomas Cantipratenſis libro ſecundo Apum, cap. 46.

Argenteria, fœminarum, O. B. diœceſis Lugdunenſis.

Argentonium, O. C. Monialium in Brabantiâ.

S. Arnulphi Metenſis, Ord. Benedictini è ſuburbio in vrbem transfertur Abbatia 1552. Videndus Baron. A. C. 630. & Andreas Valaderius huius loci Abbas, in libro cui titulus, Auguſta Baſilica ſancti Arnulphi, *ſainct Arnoul*.

Aroasia diœceſis Attrebatenſis, Ordinis Auguſtiniani, non longè à Bapalmâ, fundatur 1097. à Conone, & Hildemaro ſacerdotibus, parens olim 28. Monaſteriorum, Miræus Origin. Auguſtin. c. 10. & 46. Gazæus in hiſt. Belgicâ, cuius præpoſitos, & Abbates 38 enumerat Locrius pag. 215. quorum vni ſcribit Ioannes Sariſberienſis epiſtola 14.

Aroaſia S. Nicolao dicata.

1. Heldemarus à Conone præpoſitus conſtitutus.
2. Richerus. Obiit 1121.
3. Geruaſius primus Abbas, rexit ann. 25 ceſſit 1147. Obiit 1171.
4. Gerardus. Obiit 1150.
5. Fulbertus. Obiit 1166.
6. Lambertus. Ceſſit 1172.
7. Euerardus. Ceſſit 1177.
8. Iacobus. Obiit 1179.
9. Galtherus. Obiit 1192.
10. Simon. Obiit 1193.
11. Ioannes *Belinnes* Ceſſit 1196.
12. Robertus Ceſſit anno 1200.
13. Radulphus, ann. 1.
14. Ioannes 2. ann. 8.
15. Bartholomæus, ann. 3.
16. Petrus, ann. 8.
17. Laurentius, ann. 19.
18. Robertus 2 menſes 8.
19. Balduinus, ann 24.
20. Andreas, ann. 8.
21. Ægidius, ann. 17.
22. Ioannes *de Seruin*, ann. 4.
23. Ioannes *de Manicourt*, ann. 16.
24. Ægidius *de Gruyeres*, ann. 27.
25. Petrus 2. ann. 4.
26. Philippus, ann. 37.
27. Theodericus, ann. 34.
28. Ægidius 3. ann. 24.
29. Paſchalis, ann. 18.
30. Ioannes *Fabri*, ann. 28.
31. Ioannes *François*, ann. 2.
32. Ioannes *Parent*, ann. 6.
33. Auguſtinus *Seneſchal*, ann. 1.
34. Auguſtinus *Gabel*. Præfuit ann. 22.
35. Ioannes *de Betencourt*, ann. 23.
36. Nicolaus *Imbert*, ann 10.
37. Iacobus *Canæl*. Obiit 1592.
38. Michaël *Thery*.

Artigia Prioratus celebris Ordinis Auguſtiniani, diœceſis Lemouicenſis ſub ſe complectens 35. alios Prioratus. Vide Epiſcopos Lemouicenſes, num. 56.

Artona O. P. D. Aquenſis.

Asneriæ-bellaii O. B. D. Andegauenſis.

Athanatum, vel Athenеum, *Ainay*, O. B in vrbe Lugduno ad confluentes Araris, & Rodani, conditum in honorem ſancti Martini à Brunechilde A. C. 612. vbi olim ara Mineruæ, de quâ Suetonius in Claudio, & in Caligulâ cap. 20. & nos in Archiepiſcopis Lugdunenſibus, Miræus Origin. Benedictin. cap. 16. quam Abbatiam Innocentius 4. ſuæ protectioni reſeruauit in Concilio Lugdunenſi 15. Cal. Decembris 1250. vt notat Chopinus lib. 1. Monaſticon tit. 1. num. 10. Huius verò loci Abbates hic dantur ab inſtauratione Monaſterij per Amblardum

S. Aurelianus ex Abbate Athenatenſi fit Archiepiſcopus 55. Lugdunenſis.

Archiepiſcopum 61. ex Campegio c.6. lib.3. Monarchiæ Gallorum.
1. Gilbertus.
2. Vtubaldus.
3. Aſterius.
4. Arnulphus.
5. Raynaldus.
6. Dayuannus.
7. Giraudus.
8. Germanus.
9. Guichardus.
10. Garnerius.
11. Humbertus.
12. Artaldus.
13. Gaucerannus, poſteà Archiepiſcopus 69. quo Abbate Paſchalis 2. Eccleſiam Athanati dedicauit.
14. Bernardus de Chambernaco, ſeu Talario.
15. Pontius.
16. Otgerius.
17. Berardus.
18. Hugo.
19. Stephanus.
20. Humbertus, conſtructor Sacelli Abbatialis.
21. Ioannes Rufus *de Hyſerone*, conſtructor caſtri *de Vernayſone*.
22. Guilelmus de Sarcinis.
23. Girinus, Claromontenſis, poſteà Neapolitanus Archiepiſcopus.
24. Ayglerius.
25. Ioſſerandus.
26. Anchelinus Rigaudi ann. 7.
27. Humbertus *de Varey* ann. 5.
28. Ioannes *de Pallude* ann. 11. Cameræ Abbatialis conſtructor.
29. Guilelmus de Aura ann. 7. poſteà Cardinalis.
30. Bartholomæus de Cuino ann. 29. Decretorum doctor.
31. Guilelmus *Doucten*, multorum debitorum perſolutor.
32. Antonius *Terralli*, diœceſis Gratianopolitanæ. Obiit 1457.
33. Theodorus *Terralli*, nepos Antonij, iuris Canonici doctor, cultor Iuſtitiæ, & Religionis amator. Obiit anno ætatis 73. Chriſti 1505. pridie Nonas Maij, ſepultus iuxta altare ſancti Sebaſtiani. Rexit annos 48. menſes 4. d. 18. Vide hiſtoriam Petri Terrallij Equitis Bayardi cap. 6. & 7. à Theodoro Godefrido editam.
34. Philibertus *Naturelli*, Burgundus 1506. Commendatarius. Ei dicat Symphorianus Champerius Sixti Pythagorici Enchiridion 1507.
35. Ludouicus de Borbonio, Cardinalis.
36. . . . . . *De Talaru*, Archidiaconus Lugdunenſis.

Veſpaſianus Gribaldus Archiepiſc. Viennenſis 103.

Petrus *d'Eſpinac*, Archiepiſcopus 110.

Guilelmus *Fouquet*, poſteà Epiſcopus 74. Andegauenſis.

Camillus *de Neufville*, Caroli domini *d'Alincour* Lugdunenſ. Gubernatoris filius.

ATTANVM Cœnobium ſancti Aredij O. B. diœceſis Lemouicenſis. De quo Gregorius Turonenſis lib. 10. cap. 29. & Martyrologium Lemouicenſe Auguſt. 21. Sic, apud pagum Lemouicenſe Cœnobio Attano depoſitio ſanctiſſimi Aredij Abbatis, qui in Palatio Theodeberti Regis conſanguineique ſui nutritus, & à Nicætio Treuirorum Epiſcopo diuinis litteris eruditus ſacris Ordinibus receptis, Deo fauente in præfato Palatio prius effectus eſt, audita deinde patris morte, vt in geſtis eius legitur, pro matris conſolatione Lemouiticum eſt regreſſus, ibique multis creſcens virtutibus, in pace quieuit diuinâ gratiâ roboratus. *S. Trier.*

S. AVBERTI, D. Cameracenſis, Ordinis Auguſtiniani, apud Miræum cap. 37.

S. AVDOENI, *S. Ouen* O.B. in vrbe Rotomago conditur à Clothario Rege, cuius vxores duæ, Bertrudis, & Gertrudis illic iacent, & inſtauratur à Richardo Rolonis filio, & memoratur cap. 8. de Officio ordinarij, & ab Orderico lib. 3. & lib. 7. cap. 22.

AVENA, vel Auenacum, *Auenay*, O.B. diœceſis Cathalaunenſis fundatur à S. Bertha, cuius Abbatiſſa Franciſca *de Braumlliers* 1620. & memoratur Flodoardo lib. 3. cap. 27. Eſt & aliud eiuſdem nominis, & Ordinis Cœnobium Monialium in diœceſi Attrebatenſi fundatum à Theoderico 15. Flandriæ Comite 1128. apud Gazæum.

AVERBODIA Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Leodienſis, fundatur ab Arnoldo Loſſenſi Comite 1132.

AVGENSE Deiparæ dicatum O.A.

AVGIA Ordinis Benedictini, ſæcularis nunc, & vnita menſæ Epiſcopi Conſtantienſis. De ea videndus Miræus c. 75. Origin. Benedictin. Auctor vitæ S. Volfgangi cap. 3. apud Surium. Eſt altera Augia minor, ſeu Alba Ordinis Præmonſtratenſis eiuſdem diœceſis prope Rauenſburgum fundata 1145. in qua

qua fuère cùm Præpoſiti, tùm Abbates 25. vſque ad 1603. Augiæ verò diuitis *Reiche-novv.* Abbates ſequuntur: A

1. S. Pirminius 624.
2. Etho, poſteà Epiſcopus Argentinenſis.
3. Kebo 734.
4. Ernfridus 736.
5. Sidonius, poſteà Epiſcopus Conſtantienſis circa 760.
6. Ioannes, poſteà Conſtantienſis Epiſcopus, etiam Abbas Sangalenſis.
7. Petrus 782.
8. Valdo 787. item Abbas Sangalenſis, poſteà Ticinenſis in Italia Epiſcopus. B
9. Hetto.
10. Erleboldus. Obiit 838.
11. Rutelinus. Abdicauit 842.
12. Valafridus Strabo 842. Obiit 849. ſcriptor egregius quem alibi attigimus.
13. Chalcionius. Obiit 858.
14. Valtharius. Obiit 864.
15. Hatto. Obiit 871.
16. Rutho. Obiit 888.
17. Hatto, poſteà Moguntinus Archiepiſcopus 892. Abbas etiam Elvangenſis. C
18. Hugo.
19. Thiettingus. Obiit 918.
20. Heribrechtus.
21. Lindardus Eligitur 928.
22. Alavvicus Electus 933.
23. Eccenhardus. Electus 958.
24. Rodemannus. Nominatur 972.
25. Vitegouius 985.
26. Alavvicus 997. poſteà Epiſcopus Argentinenſis A. C. 1000.
27. Vernardus, an. 1000.
28. Immò, etiam Prumienſis 1006.
29. Berno. Scripſit inter alia tractatum de Aduentu Domini ad Aribonem Moguntinū Archiepiſc. & tres libros de Muſica ad Pilegrinum Colonienſem Archiepiſcopum. Obiit 7. Iunij 1048. D
30. Vlricus 1048. Obiit 1069.
31. Menrardus, ex Abbate Hildeſiano, poſt annum, & aliquot menſes abdicauit.
32. Rupertus 1071.
33. Eckardus 1072. Obiit 1089.
34. Vlricus 1089. Obiit 1123.
35. Rudolphus. Obiit 1132. poſt regimen ann. 9.
36. Ludouicus ann. 4.
37. Vlricus, tantùm annum.
38. Otho. Ann. 3.
39. Fridello 1141. ann. 21.
40. Vlricus 1162. ann. 10.
41. Diethelmus, ann. 37. Obiit 1209.
42. Hermannus 1209. menſes 8.
43. Henricus Comes à *Kalben* electus 1210. Obiit 12[illegible]7.
44. Conradus, ann. 18. m. 2.
45. Burchardus, ann. 6. Abdicauit 1261.
46. Albertus 1262.
47. Henricus à *Klingemberg*, præfuit ann. 10. Epiſcopus Conſtantienſis.
48. Diethelmus, ex Abbate domus S. Petri Conſtantienſis. Obiit 1342.
49. Eberardus, Baro de Brandis. Obiit 1384. in feſto S. Michaëlis.
50. Mangoldus, poſteà Epiſcopus Conſtantienſis.
51. Vernerus, Baro à *Roſeneck.* Obiit 1402.
52. Fridericus Comes *de Zollern.* Obiit 1427. Cal. Auguſti.
53. Henricus Liber Baro *de Horuberg.* Obiit 1427. 14. Nouembris.
54. Fridericus Liber Baro *de Vatemberg.* Interfuit Concilio Baſilienſi.
55. Ioannes ab *Hunaulle.*
56. Ioannes Pfauſerus.
57. Martinus Comes *de Veiſembourg.*
58. Georgius Piſcatoris.
59. Marcus à *Knoeringen.* Quo ſedente Abbatia vnita eſt Epiſcopatui Conſtantienſi.

S. AVGVSTINI Abbatia diœceſis Lemouicenſis Ordinis Benedictini, *S. Auguſtin*, vbi olim primùm Cœmiterium à B. Martiale ad Vigennam fluuium conſtitutum, in quo 28. Epiſcopi ſepeliuntur, & vbi S. Ruricius 24. Epiſcopus S. Iuniani Synchronus Canonicos inſtituerat, qui poſteà loco à Turpione Epiſcopo 41. inſtaurato Regulæ Benedictinæ militarunt. Meminit Petrus Venerab. l. 5. ep. 1.

1. Martinus. Iacet Pictauis in ſancto Cypriano.
2. Richardus.
3. Adarſius. Iacet Tutelæ.
4. Rotgerius Epiſcopus.
5. Goſbertus.
6. Adalbaldus, poſteà S. Martialis, S. Carofi, Solemniaci, & Tutelæ.
7. Stephanus, optimus Rector.
8. Aſterius.
9. Guido.
10. Geraldus.
11. Albertus.
12. Geraldus, ex Monacho S. Martialis.
13. Guido 1104. 7. Idus Iulij.
14. Stephanus, de parentela Ade-

mari Vicecomitis. Obiit 5. Nonas Septembris feriâ 6. circa horam nonam 1138.
15. Philippus, ex Monacho Dolenſi.
16. Petrus de Barti, poſteà Abbas S.Martialis, vbi quieſcit.
17. Raymundus.
18. Hugo.
19. Vilelmus.
20. Hugo Brucij.
21. Aymericus.
22. Geraldus. Fabri obiit 14.Calend. Maij 1264.
23. Amelius de Monte-cuculli. Rexit annos 26.
24. Petrus Bartonis de domo montium.
25. Franciſcus Bartonis.
26. Gofredus de Bonâ-valle.
27. Franciſcus de la Verniâ.
28. Martialis, Benedicti.
29. Ioannes de Monſtrio.
30. Ioannes Æuoiſia.

S. Avgvstini Ord. Præmonſtratenſis iuxta Teroanam conditur 1121.

Avrea-vallis, *Or-val* Ordinis Ciſtercienſis, D. Treuirenſis in Ducatu Luxemburgenſi, 3 lapide ab Yuodio, *Y-vy*, fundatur ab Alberone Virdunenſi Epiſcopo, ex gente Comitum Chinenſium 1131. apud Miræum in Chronico Ciſtercienſi, & Anſelmum Gemblacenſem, & Ioannem Bertelium in hiſt. Luxemburgenſi, pag. 94. vbi Abbatum catalogus ſic texitur.

1. Conſtantinus, à D. Bernardo conſtitutus.
2. Theodoricus *de Vitry*. Obiit 1152. Bibliothecæ conſtructor.
3. Theodericus Verdunenſis. Obiit 1167. 10. Februarij.
4. Adamus de Longuiono. Obiit 1177.
5. Stephanus Luxemburgenſis. Obiit 1188.
6. Remigius de Longuiono. Obiit 7. Calend. Octobris 1193.
7. Gerardus à Rupe forti. Obiit 1204.
8. Ioannes *d'Eſtalles*. Obiit 1206.
9. Valerius de Vertano. Obiit pridie Cal. April. 1219.
10. Petrus Leodienſis. Obiit 1214.
11. Henricus de Sathanaco. Obiit 1228.
12. Ioannes de Nouo-caſtro. Obiit 1237. 10. Martij.
13. Ioannes de Feritate. Obiit 1245. Idibus Martiis.
14. Henricus Bullionenſis. Obiit Calend. Februarii 1259.
15. Ioannes Namurcenſis. Obiit 1263.
16. Guido Chiniacenſis. Obiit 1267. 3. Octobris.
17. Nicolaus de Lupi-fonte. Obiit 5. Octob. 1299.
18. Nicolaus Treuirenſis. Obiit 1311.
19. Ioannes Huyenſis. Obiit 1317.
20. Iacobus de Moſono. Obiit 1325.
21. Robertus *de Preney*. Obiit 1342.
22. Theodericus *d'Vuſſart*. Obiit 1376.
23. Ioannes Metenſis. Obiit 1387.
24. Iacobus de Barenſio. Obiit 1397.
25. Nicolaus Arlunenſis. Obiit 1422.
26. Ioannes de Prouio. Obiit 1429.
27. Ioannes de Philomenâ. Obiit 1442.
28. Nicolaus de Bajons-villâ. Obiit 1476.
29. Godefridus de Aremberg. Obiit 1488.
30. Nicolaus de Villari. Obiit 1504.
31. Balduinus *de Preſſeux*. Obiit 1530.
32. Godefridus *de Proſſeux*. Obiit Calend. Nouemb. 1540.
33. Mathæus à Malmundario. Obiit 1555.
34. Lambertus *de Veigne*. Obiit 1562.
35. Dominicus à Sathanaco. Obiit 1570. ſui temporis alter Bernardus.
36. Lambertus à Villario. Obiit 1589.
37. Lambertus ab Hanſymbourg. Obiit 1596.
38. Remaclus *Seruaii* à S. Huberto.

Idem Catalogus extat apud Chryſoſtomum *Henryquez* in Faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium l. 2. diſtinct. 40.

Avrea-vallis Ord. Auguſt. S. Petro ſacra, in D. Malcacenſi.

Avreliacvm, *Aurillac*, olim Claromontenſis, nunc S. Flori diœceſis à S. Geraldo conſtructum ſub regulâ Benedictinâ, nunc ſæculare Monaſterium, cuius meminit Gregor. 7. l. 7. epiſt. 18. & 19. auctor vitæ S. Genulphi c. 17. in Bibliothecâ Floriacenſi. Plura de S. Geraldo in Bibliothecâ Cluniacenſi.

S. AvstrebertHæ O. B. D. Ambianenſis.

Azilivm-mansvm, *Mas-d'azil*, O. C. quatuor leucis à Toloſâ.

Balbona

B.

BALBONA, infrà, Bolbona.

BALERNA O. C. diœceſis Veſontionenſis conditur pridiè Calend. Iulij 1136. & meminit ſanctus Bernardus epiſt. 146. familiæ Claræuallenſis, *Balerne*.

BALGENTIACVM, *Baugency*, ad Ligerim, Ordinis Auguſtiniani, diœceſis Aurelianenſis ad Ligerim beatæ Mariæ dicatur. In hoc quoque oppido ſtabiliti ſunt Capucini 1615. 27. Septemb.

BALMA virile Cœnobium O B. diœceſis Veſontionenſis conditur à S. Euticio, Vincent. lib. 35. cap. 59. Glaber lib. 3 cap 5. Miræus Faſtis Belgicis 13. Ianuar. *Baume*. vbi debent eſſe 40. Monachi, ex Statutis Cluniaci. Item eiuſdem nominis, diœceſis, & Ordinis Monialium inter Veſuntionem, & Mombeliardum, vulgò *Baume les Nonnains*.

BARBEELVS, *Barbeau*, ſacer, vel ſanctus Portus, Ordinis Ciſtercienſis ad Sequanam, tribus paſſuum millibus ſupra Mellodunum, diœceſis Senonenſis fundatur à Ludouico 7. fortè poſt impetratum à Deo filium Philippum Auguſtum precibus Cleri, ſed præcipuè Ciſtercienſium, natum 11. Calend. Septembris 1165. qui Ludouicus dicitur homo intrepidæ deuotionis in Deum, & eximiæ lenitatis in ſubditos, ſacrorum quoque Ordinum præcipuus venerator, & in hoc Monaſterio ſepultus, cuius loci Abbas Tercelinus memoratur in Chartâ Henrici Franciæ Comitis 1164. Papirius Maſſonus pag. 194. de Fluminibus, Rigordus in Philippo Auguſto.

BARBEREYVM O. C. diœceſis Baiocenſis, fundatur 1140. *Barbery*.

BARDVM O. C. diœceſis Auſcenſis.

BARRA O. C. fœminarum, diœceſis Meldenſis, in ſuburbio Caſtri-Theoderici, fundatur à Ioanna Nauarræ Regina Campaniæ Comitiſſa, Nauarræ Collegij Pariſienſis fundatrice.

S. BARTHOLOMÆI O. A. diœceſis Nouiomenſis conditur à Balduino Epiſcopo 50. 1064. in ſummitate montis extra muros, vbi ſepelitur, cuius loci Abbati Hugoni ſcribit ſæpè Stephanus Tornacenſis.

BARZILLA O. C. diœceſis Bituricenſis, fundatur 1147. 17. Calend. Aprilis, cuius Abbas eſt Ioannes *d'Eſtampes de Valençay* Canonicus, & Conſiliarius Pariſienſis, frater Eleonori Carnotenſis Epiſcopi.

S. BASOLI, *S. Bâle*, O. B. diœceſis Remenſis, aliàs Virziacum, *Verzy*, Flodoard. lib. 2. cap. 7. & 10. Baronius, & *Vion*. In Martyrol. 26. Nouemb. conditur à Niuardo Archiepiſcopo.

BASSVS-FONS O. P. diœceſis Trecenſis fundatur 1143. Calendis Februariis à Valtherio Brennenſi Comite, apud Camuzatum Promptuar. Antiquit. Tricaſſin. Hattone Epiſcopo confirmante 1145. & Eugenio Papâ 1148. cui Cœnobio multa elargitur, & elargita ab anteceſſoribus ſuis confirmat Ioannes Brenæ, & Matiſconis Comes 1210.

DE BATANIS, *Batans*, diœceſis Veſontionenſis O. C. fœminarum, de quo Monaſterio Chiffletius in ſuâ Veſentione.

BATIACVM, nunc Baſſacum O. B. diœceſis Santonenſis conditur à Gildardo de Lorichis, Hilduino primo Abbate, ex Milite, in honorem ſancti Stephani 1009. tempore Grimoardi Epiſcopi Engoliſmenſis, vt notat Sirmundus ad Gofridum lib. 1. epiſt. 24.

S. BAVONIS, olim diœceſis Tornacenſis O. B. nunc ſæcularis Eccleſia, & Cathedralis Gandauenſis, Miræus Origin. Benedictin. c. 20. & in Codice Donationum piarum cap. 14. Sanderus in Hagiologio. Alia quoque Eccleſia S. Bauonis in *Harlem* Holandiæ vrbe. Erigitur in Cathedralem 1559.

BEANIA, vel Bienia, diœceſis Santonenſis O. B. cuius Abbas Fulco memoratur Gofrido Vindocinenſi lib. 1. epiſt. 20.

BECCVM *le Bec*, Ordinis Benedictini, diœceſis Rotomagenſis, memoratur cap. 23. de Offic. & Poteſt iudic. deleg. Iuoni epiſt. 285. Gemeticenſi l. 6. c. 9. Ioanni Picardo Notis ad epiſt. 1. lib. 2. S. Anſelmi: dotatur à Guilelmo Duce Normaniæ 1034. & conſecratur Eccleſia 1077. 10. Calend. Aprilis à Rotrodo Archiepiſcopo, in Supplem. Sigeberti, quo anno Herluinum obiiſſe notat Edinerus in vitâ S. Anſelmi apud Surium 21. Aprilis.

B. Herluinus, de quo Andreas Quercetanus in Notis Bibliothecæ Cluniacenſis.

S. Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſub quo Lanfrancus Prior, poſteà quoque Cantuarienſis Archiepiſc.

Guilelmus.

Boſo.

Theobaldus Archiepiſcopus Cantuarienſis.

Letardus.

Rogerius.

Petrus Vikius, coadiutor Auſcenſis.

BEGARDVM O.C. diœceſis Trecorenſis, aliis Begarium in Britanniæ Ducatu.

BELLA-AQVA O.C. diœceſis Claromontenſis, *Bellaigue*.

BELLA-AQVA fœminarum diœceſis Trecenſis.

BELLA-BRANCA O.C. diœceſis Cenomanenſis. Confirmatur ab Alexandro 1165. menſe Auguſto, vnitur poſteà ab Henrico 4. Collegio Flexiano S.I.

BELLA-CVMBA O.C. fœminarum, diœceſis Podienſis.

BELLA-CVRIA, vel Bella curtis.

BELLA-LOGIA Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Baſilienſis.

BELLA-PERTICA O.C. diœceſis Montiſalbani, fundatur 1143. 2. Auguſti, cuius mentio c. 30. de Electione, & c. 30. de Reſcriptis. *Belle-perche*.

BELLA-RIPA, in Sabaudia O.C. fœminarum.

BELLA-STELLA Ordinis Pręmonſtratenſis, diœceſis Baiocenſis, vbi, inquit Seruatius, vidi Priorem centum, & quatuor annorum.

BELLA-VALLIS O.C. fœminarum in Sabaudia.

BELLA-VALLIS O.P. diœceſis Niuernenſis.

BELLA-VALLIS O.C. diœceſis Veſontionenſis, fundatur 1119. in Comitatu Burgundiæ, in qua à terrenis ad cæleſtia tranſiit Petrus Archiepiſcopus Tarentaſienſis, apud Surium 8. Maij, c. 41. *Belle-vaux*

BELLA-VALLIS O.P. diœceſis Remenſis, in Argona, Miræus pag. 80.

BELLA-VILLA Ordinis Auguſtiniani, diœceſis Lugdunenſis *Belle-ville*, fundatur ab Humberto Dinaſta Belli-Ioci circa 1160. cuius Eccleſiam dedicauit Guichardus Archiepiſcopus 78. 1179. Humbertus verò dicitur nobilis vir à Petro Venerabili lib. 6. epiſt. 26. & lib. 1. Miracul. cap. 28. Meminit Innocentius 3. lib. 1. epiſt. Quanto, & refertur c. 16. de Cenſibus, in eaque Eccleſia plures ex dominis Belli-Ioci iacent, quorum ibidem ſpectantur inſignia leo niger vnguibus, & linguâ rubeis in ſcuto aureo. Videndus Claudius Paradinus in Genealogiis, & Seuertius in Archiepiſcopis Lugdunenſibus num. 77. & 78. & in Matiſconenſibus num. 40.

BELLOSANA, *Bellozane*, Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Rotomagenſis, vbi Iacobus Amiotus Abbas quando dicauit Interpretationem Vitarum Plutarchi Henrico ſecundo 1558.

BELLVM-FAGETVM, vel Faytum O.C. fœminarum diœceſis Lingonenſis in Decanatu Baſſigneij, *Beaufay*.

BELLVM-PRATVM O.C. diœceſis Tullenſis fundatur 1134. 3. Cal. Maij à Simone Lotharingiæ Duce, poſteà ibi ſepulto 1141.

BELLVM-PRATVM O. C. conditur à Folmaro Metarum Comite 1136. iuxta Lunæ-villam.

BELLVM-PRATVM O. C. fœminarum Duaci, diœceſis Attrebatenſis ad Scarpam fluuium.

BELLVM-PRATVM ad Teneram fluuium, apud Gerardi montem Flandriæ oppidum, diœceſis Machlinienſis O.C.

BELLVM-PRATVM ad Liſam fluuium O.C. diœceſis Audomarenſis inter Alriam, & Armentarium Flandriæ oppida.

BELLVM-PRATVM, *Beau-pré* Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Bellouacenſis, fundatur 15. Ianuarij 1135. à Manaſſe *de Milly*, domino *de Bulles*, filia Vrſicampi, cui præfuerunt Abbates, ex Loueto.

Odo 1139.

Petrus 1153.

Theodericus 1159.

Odo 2. 1164.

Radulphus 1183.

Odo 3. 1199. vel Heddo.

Guilelmus 1207.

Guido 1208.

Ioſſelinus 1220.

Arnulphus 1267.

Petrus 2. 1272.

Thomas.

Petrus 3. 1324.

Bernardus.

Mathæus 1363.

Nicaſius.

Ludouicus.

Ioannes primus, cuius ſucceſſorum aliquot nomina non inueniuntur.

Ioannes 2.

Ioannes 3.

Iſidorus 1500.

Ludouicus

Ludouicus 1513.

Antonius Balbus.

Ioannes Balbus, vltimus titularium, ſeu regularium.

Bellvs-beccvs O. C. diœceſis Rotomagenſis, fundatur 1127. Calend. Nouembris, *Beau.bec*, filia Sauiniaci in Normania.

Bellvs-fons O. B. diœceſis Maleacenſis, *Belle-fontaine*, cuius Abbas in Concilio Conſtantienſi.

Bellvs-locvs O.C. diœceſis Lingonenſis, in Decanatu Petræ-fictæ fundatur 1170. *Beau-lieu*, filia Claræ-vallis.

Bellvs-locvs O. C. diœceſis Rotomagenſis, filia Claræ-vallis.

Bellvs-locvs O. A. diœceſis Teroanenſis.

Bellvs-locvs O. B. diœceſis Cenomanenſis, fundatur 1219. à Guilelmo de Rupibus Franciæ Mareſchalo ad Carim fluuium.

Bellvs-locvs, Ordinis Auguſtiniani, diœceſis Cenomanenſis. Vide Epiſcopos Cenomanenſes num. 33.

Bellvs-locvs, Ordinis Auguſtiniani, diœceſis Maclouienſis.

Bellvs-locvs Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Trecenſis 1140. Camuzat. pag. 367. memoratur S. Bernardo epiſt. 252.

Bellvs-locvs O. C. diœceſis Ruthenenſis, fundatur 1141. 20. Auguſti.

Bellvs-locvs O. B. diœceſis Turonenſis, vbi Fulco Nerra eius conditor, Andium Comes iacet, vt notat Sirmundus ad Gofridum Vindocinenſem lib. 3. epiſt. 1. & Glaber lib. 2. Gregor. 7. libro 2. epiſt. 21. Qui Nerra obiit 1040.

Bellvs-locvs O. B. Congregationis Cluniacenſis 20. Monachorum, diœceſis Virdunenſis, in Argonâ fundatur 642. in honorem S. Mauricij à S. Rodingo Scoto.

Bellvs-locvs Lemouicenſis diœceſis O. B. debet homagium Domino Archiepiſcopo Bituricenſi, fortè quòd fundatum fuit à Rodolpho Archipræſule, regnante Carolo Minore, ſubſignante Gothofredo Rodulphi fratre, & Stodilo Lemouicenſi.

Bellvs-mons fœminarum O. C. in Comitatu Burgundiæ.

Bellvs-mons O. B. in ſuburbiis Turonenſibus, cuius Abbatiſſa Anna Babou *de la Bourdaiſiere*, benedicta fuit A ab Andreâ *Fremyot* Archiepiſcopo Bituricenſi, Dominica die Calend. Aprilis 1618. à quâ Abbatia dependet Prioratus Monialium *de Meneſtou* in Bituriâ.

Bellvs-mons O. C. diœceſis Lingonenſis fœminarum.

Bellvs-mons fœminarum, diœceſis Claromontenſis.

Bellvs-portvs Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Briocenſis ad Oceanum Britannicum.

Bellvs-reditvs O. P. Leodij, fundatur 1124.

B Bellvs-visvs fœminarum, Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Bituricenſis, *Beau-voir*, fundatur Philippo Berruerio Archiepiſcopo 1237. à Domino Magduni, ex gente Cortenæâ, 4. leucis ab Auarico.

Benedicta-vallis fœminarum O. C. in Lotharingiâ.

Benedictio-dei, *Beniſſon-Dieu*, diœceſis Lugdunenſis, Ordinis Ciſtercienſis.

Benedictio-dei, diœceſis Conuenenſis, O. C.

Bene-ventvm, diœceſis Lemouicenſis, Ordinis Auguſtiniani S. Bartholomæo ſacrum fundatur Præſulante C Gregorio 7. Philippo regnante.

S. Benigni. Vide infrà V. Diuio. in Appendice.

Berna, Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Boſleducenſis ad Moſam fundatur per Folcaldum Comitem Teſterbandiæ 1134.

S. Bernardi diœceſis Valentinenſis O. B.

Bernatvm, *Bernay*, O. B. diœceſis Lexouienſis conditum à Iuditha vxore Richardi Ducis Normaniæ, Gemeticenſis lib. 6. cap. 22. Monachis Ber- D nacenſibus ſcribit Arnolfus Lexouienſis Epiſcopus epiſt. 70.

Bertavcovrt fœminarum O. B. diœceſis Ambianenſis.

S. Bertini, diœceſis Nouiomenſis, in Decanatu Calniaci.

S. Bertini Ordinis Benedictini diœceſis Audomaropolitanæ, olim Morinenſis, quod Monaſterium etiam *Sithiu* nuncupatur, in quod nullæ feminæ ingrediũtur, ſed nec ſepeliuntur, Meyerus l. 2. vbi plures Epiſcopi Taruanenſes iacent, fuitque primitus in honorem S. Petri conſecratum Cœnobiũ, Adroaldo nobili Franco dotatore, circa A. C. 626. Miræus Orig. Benedictin. c. 20. & Codice Donationum piarum cap. 3.

& Annal. Belgicis, & Origin. Monaſt. lib. 2 cap 27. Vide Molanum in Natal. Belgicis 9. Septembris, Ioann. Picard. ad Epiſt. S. Bernardi 149. & memoratur ab Innocentio 3. cap. 25. de Verb. ſignificatione, ſed clariùs in 3. Compilat.

1. Bertinus, circa A. C. 656. Obiit 698. Non. Septemb. ætatis 112. Ferreolus Locrius Chronic. Belgic. vnde hæc ſeries Abbatum deſumpta eſt, & ex ſchedis nobis ab eruditiſſimo viro Petro Bertio Geograph. Regio communicatis.

M. Bertius.

2. S. Mommobenus, ſocius S. Bertini poſteà Epiſcopus Nouiomenſis.

3. Erlefridus.

4. S. Erkembodo. Obiit Morinorum Epiſcopus 7. 742.

5. Wimarus. Obiit 744.

6. Nantharius. Eligitur 794.

7. Dalbertus 754.

8. Hardradus 766.

9. Odlandus 795.

10. Nantharius 2. 804.

11. Fridogiſus 821.

12. Hugo 834. Caroli Magni ex Regina filius. Interficitur Pipini iunioris dolo 844.

13. Adalardus 855.

14. Hugo 2. 859. Regis Caroli Calui auunculus, Conradi filius.

15. S. Hunfridus ex Monacho Pruniæ Epiſcopus Morinenſis 17. Obiit 869.

16. Carolus Caluus Rex.

17. Hilduinus 866. Obiit 867. 7. Idus Iunij.

18. S. Fulco 877. Molanus 17. Iunij, poſteà Remenſis Archiepiſcopus 32. 885. Cinxit mœnibus, Monaſterium, & oppidum Sithiu, ſeu S. Audomari-villam & inſulam.

19. Rudolphus 882. Obiit 892. ſepultus in Eccleſia S. Vedaſti Attrebati.

20. S. Fulco iterùm.

21. Balduinus Caluus, Comes 901.

22. Adolphus, Comes Bononienſis.

23. Arnulphus Comes.

24. S. Gerardus 946. à B. Vinfrido Morinorum Epiſcopo benedictus. Reformauit 18. Abbatias Germaniæ inferioris.

25. Wido 947. poſteà S. Bauonis.

26. Hildebrandus 950. poſteà Vedaſtinus 27.

27. Regenaldus 954. leprâ percuſſus remouetur 961.

28. Adolphus 2.

29. Hildebrandus 2.

30. Balduinus 2.

31. Arnulphus 2.

32. Walterus.

33. Trugandus.

34. Odbertus.

35. Hemfridus 1014.

36. Rodericus 1021.

37. Bouo. Eleuat corpus S. Bertini 1052. Molanus 7. Septembris. Obiit 1067.

38. Heribertus 1067. Regit etiam Autiſſiodorenſem precatu Regis 1070. vir per omnia caſtitatis amantiſſimus. Obiit Cal. Octob. 1081. Alius ab Epiſcopo 50. Autiſſiodorenſi.

39. Ioannes 1081. à Gerardo Cameracenſi benedictus.

40. B. Lambertus. Obiit 1125. 10. Calend. Iulias, eius tempore 1106. Cal. Maij dedicatur Abbatia à Ioanne Morinenſi, & Odone Cameracenſi, præſente Roberto Friſio, & eius vxore Clementia Burgunda, Calixti 2. ſorore, Balduinum Securicolam Flandriæ Comitem in Monachum totondit.

41. Ioannes 2. 1125. Petri Leonis Antipapæ fautor.

42. B. Simon, ceſſit 1136. obiit 1148. 4. Febr. vir literatus, & religioſus.

43. B. Leonius 1138. Obiit 1163. 6. Febr. vir religioſiſſimus, gentilium literarum, & diuinarum peritiſſimus, vetus Codex Eccleſiæ Laudunenſis.

44. Godeſcalcus. Intereſt Concilio Turonenſi Alexandri 3. Obiit 4. Idus Decembr. 1176.

45. Simon 2. 1187. Sepeliuit ſanctum Bernardum pœnitentem 1183. Ipſe verò obiit 1187. 4. Calend. Febr.

46. Ioannes 3. à Deſiderio Morinenſi Epiſcopo benedictus. Obiit 1230. 5. Cal. Martij, regiminis 44.

47. Iacobus 1230. à Iacobo de Collemedio Morinenſium Epiſcopo benedictus, tranſijt poſteà 1238. ad Claromaricenſes Ordinis Ciſtercienſis.

48. Simon 3. 1234. Intereſt Concilio Lugdunenſi Innocentij 4. Obiit 1250.

49. Gillebertus. Alexandro 4. Papæ charus, ſed tranſiit ad Claromaricenſes.

50. Iacobus 2. Seceſſit etiam ad Ciſtercienſes.

51. Wilelmus 2. primus vtitur Pontificalibus ornamentis. Obiit 6. Calend. Octobr. 1271.

52. Ioannes 4. De Boſco. In Concilio Lugdunenſi, Gregorij 10.

53. Galtherus

53. Galtherus Gandauenſis. Obiit 1294.
54. Euſtachius benedicitur à Ioanne Epiſcopo Morinenſi, eruditione clarus. Obiit Nonis Mart. 1297.
55. Ægidius. Obiit 1325.
56. Henricus Condeſcarius. Obiit 5. Cal. Februar. 1334.
57. Anſelmus, vel Alelmus *Briſtel*, benedicitur ab Hugone Cabilonenſi Epiſcopo: condit cum Michaële ſancti Eligij in monte Abbate 1357. Statuta Collegij Becodiani Pariſiis in monte ſanctæ Genoueſes, anteà 1353. à Petro Milito Morinenſi fundati. Obiit 1369.

College de Boncour.

58. Ioannes 5. Longus, *le Long*, ſeu Iperius tempore Caroli 5. Regis, autor Chronicæ vniuerſalis. Obiit 3. Ianuar. 1383. 4. Nonas Ianuarij. Videndus Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, & Antonius Sanderus de Scriptor. Flandr.
59. Iacobus de Condeto, *Condé*, Comitatus Bononienſis-villa ex Abbate Alciacenſi. Obiit 1407. 10. Calendas Martij.
60. Ioannes 6. Obiit 1420. menſe Septembri.
61. Alardus, vel Adelardus, ex Alciacenſi Abbate. Obiit 8. Calend. Septemb. 1425.
62. Ioannes 7. cognomento *le Greibenal*. Obiit 16. Octob. 1447.
63. Ioannes 8. *de Medon* Iprenſis 1448. ſed cedere cogitur à Philippo Duce Burgundiæ, fauente tamen Carolo 7. Franc. Reg.
64. Vvilelmus 3. *Philatre*, Epiſcopus Virdunenſis, Tullenſis & Tornacenſis. Legatur pro Burgundione ad Pium 2. 1453. & 1463. Obiit Gandaui 1473. apud Bertinianos tamen ſepelitur 12. Calend. Septemb. vir ingenio clariſſimus, Ordinis Aurei Velleris Cancellarius, S. Petri Cathalaunenſis è puero Monachus, Prior S. Theodorici in Lotharingia, Abbas Remenſis, Iuris Canonici Doctor, Renati Siciliæ Regis Secretarius.
65. Ioannes 9. *de Launoy*, ex Alciacenſi Abbate Aurei Velleris Cancellarius. Obiit 27. Nouembris 1492.
66. Iacobus *du Val*, ab Antonio *de Croy*, Morinenſi Epiſcopo benedictus, ſed non probatus ab Alexandro ſexto.
67. Antonius *de Berghes*, ad Zoomam S. Trudonis Haſbanienſis Abbas. Obiit 1531. ætatis 76.

A 68. Inglebertus *d'Eſpaigne*, ſuperioris ex ſorore nepos. Obiit 1544.
69. Gerardus *de Hamericourt*, nepos ex ſorore Ingelberti ex S. Vinoci Abbate factus Bertinienſis, & poſteà primus Epiſcopus Audomarenſ. Collegij S. I. dotator, vbi tumulatur 1577.
70. Vedaſtus *de Grenel*, Attrebas. Obiit 1603. menſe Decembri.
71. Nicolaus *Mainfroy*. Ei dicat Aubertus Miræus Origines Cœnobiorum Benedictinorum in Belgio 1606. Obiit 9. Cal. Nouemb. 1611.
72. Guilelmus *Lœumel*, ex Subpriore Cal. Ianuar. 1612.

B BESSINIVM Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Ambianenſis.

BETHANIA, *Bitaine*, Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Veſontionenſis, de quo autor vitæ ſancti Petri Tarentaſienſis, cap. 25. Fundatur 3. Calend. Maij 1133.

BETHLEEM. Plura ſunt huius nominis in Galliâ Cœnobia, aliis etiam cognominibus affecta, de quibus ſuis locis, vt Ferrariæ, Reſbacum: ſed illud maximè eminet, quod eſt Epiſcopali dignitate decoratum ad Clameceyum oppidum in diœceſi Autiſſiodorenſi, de C quo poſt Chopinum Miræus in Geographiâ Eccleſiaſticâ.

BEZVA, *Beze*, nomen eſt Fontis, cuius aqua optimas tructas, alioſque nobiles piſces nutriens in Ararim influit, habens oppidum ſui nominis, olim Atornenſe, caſtrum vulgò *Beze*, in Ducatu Burgundiæ, 4. leucis à Diuione diſtans, vbi Monaſterium Ordinis Benedictini diœceſis Lingonenſis, apud Glabrum lib. 4. cap. 6. ab Amalgario Palatij Regalis Magiſtro conditum, eodem ferè tempore quo ſanctus Columbanus Luxouium illuſtrabat, cuius D Amalgarij meminit Aymoinus lib. 4. cap. 40. Huius vero laci Abbtes,

Valdalenus. Vide *Chifflet* in S. Donato Veſontinenſi Archiepiſcopo 25. Papir. Maſſon. de fluminibus Galliæ, pag. 377.
Belchardus.
Ferreolus.
Siranius.
Seraphin, tempore Heleberti Abbatis Benigniani 15.
Valchardius, vel Valcandius.
Varinus.
Theubertus.
Galcaudus, vel Valcaudus, vel Falcandus.
Lotbertus.

Milo.
Valterius.
Vlgerius.
Odo.
Guido.
Gaubertus, vel Gauſbertus.
Pobertus.
Stephanus 1101.
Girardus 1116.
Vidricus.
Vido.
Guido.
Odilo.
Ioannes.
Gaufridus.
Petrus.
Guido.
Petrus 2.
Ogerius.
Yuo.
Guido.
Simon.

Albertus, cui ſcribit Innocentius 3. lib. 1. Epiſtolarum.

Pontius. Obiiſſe notatur in Calendario Stephanienſi Idibus Iulij, & nominatur in Chartulario Lingonenſi 1239.

Gaufridus.
Girardus.
Hugo.

Guilelmus de Chanaco, poſteà Abbas Salmurienſis, Epiſcopus Carnotenſis, & Cardinalis.

Simon *de Courtenay* 1429. Conſiliarius Ducis Burgundiæ.

Claudius *de Rie* 1445.

Carolus *d'Eſcars* Epiſcopus Lingonenſis 92.

Bigardia, Ordinis B. fœminarum, de qua Miræus Origin. Benedict. cap. 61. in Belgio, diœceſis Machlinienſis, à Godefrido Brabantiæ Duce fundatur 1136. Eſt & Prioratus eiuſdem nominis, & diœceſis, vulgò Bigardia minor, *Bigarden*.

Bilio O.C. diœceſis Veſuntionenſis.

Bisani fœminarum, diœceſis Magalonenſis.

Bitvmen O.C. diœceſis Maurianenſis, de quo Gofridus in vita S. Petri Tarentaſienſis c. 18. vulgò *Biton* fœminarum, non longè ab Aqua bella.

Blaia, vel Blauia, *Blaye*, Promontorium Santonum, ad oſtium Garumnæ gradu longitud. 19. 50. latitud. 45. 0. caſtrum, Gregor. Turone. & Aymoino Monacho, vbi Garumna capit nomen Girondæ, diœceſis Burdegalenſis duas

Militaris dicitur Blauia, Auſonio epiſt. 12. vnde milites Garumnenſes in Notitia Imperij.

A habet Abbatias, vnam O.A.S. Romano, alteram O.B. S. Saluatori dicatam. In hoc quoque oppido conditus eſt Minimorum Conuentus 1606. à domino *de Luſſan*.

Blancha-landa O.P. diœceſis Conſtantienſis in Normania. Conſtruitur 1155. in honorem D. Nicolai.

Blandech O.C. diœceſis Audomarenſis fœminarum. Fundatur 1156. à Deſiderio 32. Epiſcopo Morinenſi, in honorem S. Columbæ.

Blandinivm O.B. diœceſis, olim Tornacenſis, nunc Gandauenſis ad ſi-
B niſtram Scaldis ripam S. Amando procurante, à Sigeberto Rege extructum in honorem S. Petri anno regni 14. *Sigebertus*, qui videndus 960. & 975. & Surius in vita S. Bertulphi, Ludouicus Guicciardinus, Molanus in Natal. Sanct. Belgic. agens de ſancto Floriberto, Miræus Origin. Benedictin. cap. 20. & in Codice Donationum cap. 31. & 35. & lib. 2. cap. 27. Origin. Monaſtic. cuius Monachis ſcribit Gerbertus epiſt. 96.

Porrò Blandivii Abbati Hagiologium Flandriæ dicat Antonius Sanderus 1625.

C Blangiacvm, *Blangy*, O.B. diœceſis Bononienſis, olim Morinenſis, vbi Bertha Caroli Magni filia fuit Abbatiſſa, de quâ Molanus in Natal. Sanct. Belgic. 4. Tullij, & Petauius de Nitardo. At nunc eſt virile Cœnobium, de quo Miræus Origin. Benedict. cap. 31. eiuſque mentio fit in cap. 22. de Clericis non reſident. At vſus Pontificalium conceſſus fuit Abbati à Gregorio 14. 1591. cùm fundatum fuerit 721. ad fluuium *Ternoys*, gradu longitud. 22. 44. latitud. 49. 51.

D Bla-montis O.B. diœceſis Vaſatenſis.

Blavia, ſuprà, Blaïa.

Blesæ, *Bloys*, oppidum amœniſſimum ad Ligeris ripam dextram, diœceſis Carnotenſis, in cuius Eccleſia dignitatem Archidiaconatus obtinet, gradu longitud. 22. 0. latitud. 47. 45. Videndus Petrus, qui hinc Bleſenſis dicitur epiſt. 78. præter Dominicanorum Conuentum à Comite 1273. fundatum Conuentum Minimorum 1614. Domini Achillis *Herbelein* liberalitate extructum, & habet duas Abbatias, vnam Burgimedij nomine *Bourg-moyen* Deiparæ ſacram, Ordinis ſancti Auguſtini, memoratam apud Iacobum Victriacum cap. 21. hiſt. Occident. alteram ſancto Launomaro

Auctor vitæ S. Aygulphi in Chronol. Lirinenſi.

nomaro, *S. Lomer* Ordinis Benedictini dicatam circa annum 927. à Radulpho Rege extructam, cuius Abbati ſcribit Petrus iam citatus epiſt. 132. Ambæ autem hæ Abbatiæ à ſegregibus dirutæ inſtaurari cœperunt, vt patet ex inſcriptionibus quæ ſequuntur, quorum hæc in Burgo-medio:

Hic eſt ſepulchrum Magiſtri Ioannis Fourdrin, *viri à Conſilijs Regum Caroli noni, Henrici tertij, & quarti, & Ludouici decimitertij, & eorumdem piæ ſtirpis erogatoris, harum Antiſtitis ædium, & ætheriarchæ circiter quadraginta annos. Vixit ſupra tertium, octogeſimum ætatis annum, fato tandem ceſsit humano hoc in Lazario octauo Calend. Octobris* 1615. *benè merenti, benè precare.*

Hic iacet exacta defunctus honore ſenecta,
Qui poſt bis denas vixit Olympiadas.
Cœnobiarcharum primaeuus, tutor egenum,
Qui quatuor meruit Regibus eſſe ſuis.
Ædem hanc proſtratam bello inſtaurauit in ipſa:
Dum moritur viuit, dum iacet erigitur.

Altera verò inſcriptio ad ſanctum Launomarum:

Hocce Templum quod ſtructurâ cum ſumptuoſiſſimis totius Regni certabat anno 1568. *cæcis hæreticorum furentia ad odia mutua, armis, & animis incenſum, aris, & imaginibus confractis, ſupellectile omni ſacrâ conflatâ, cùm poſteà tot intercurrentibus, ſibique inuicem ſuccedentibus publicarum cladium momentis per quadraginta tres annos in parietinis deformatum, non ſine acerbiſſimo bonorum omnium doloris ſenſu iacuiſſet, tandem Guilelmus* Fouquet de la Varenne *Abbas cinerum miſerandorum deflagrati Cœnobij pertæſus, ad Dei omnipotentis gloriam in hanc formam renouari curauit anno ſalutis* 1612.

Porrò ſancti Launomari feſtum agitur 19. Ianuarij, vixitque ſub Clothario Francorum Rege Clodouei filio, apud Carnotenſes natus.

Bobacvm, *Ben-vous*, diœceſis Ciſtaricenſis, vbi S. Maurus 23. Ianuarij colitur.

Bochetvm O. C. diœceſis Claromontenſis, fundatur à Roberto Comite Aruerniæ, & dedicatur à Roberto eius filio Epiſcopo 61. 1197. vbi iacet Guido Cardinalis Bononienſis.

Bodeloensis O. C. Claræuallis filia Monialium diœceſis olim Tornacenſis, nunc in vrbe Gandenſi conditur 1225. vulgò *Bauloo*, à cognomine Balduini fundatoris, de qua Faſciculus Sanctorum Ciſtercij lib. 1. diſtinct. 15.

Boisseria O. C. diœceſis Andegauenſis.

Boissy fœminarum, diœceſis Claromontenſis.

Bolbonia O.C. diœceſis Mirapicenſis. In Comitatu Fuxenſi, apud Petrum de Vallibus hiſtoriæ Albigenſis cap. 58. vbi ſepultus Rogerius Comes Fuxij 1273. 6. Calend. Martias in Eccleſia S.S. Philippi, & Iacobi, quam conſtruxerat.

Bona diœceſis Sanicienſis O.B.

Bona-Aqva O.C. diœceſis Lemouicenſis, *Bonne-aigue*.

Bona-Aqva O.C. fœminarum.

Bona-cvmba O.C. diœceſis Ruthenenſis, fundatur 1166. à Raymundo Comite Toloſano, & Hugone Epiſcopo Ruthenenſi pridie Idus Ianuarias, Manfredo 1. Abbate, *Catel.*

Bona-Spes, Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Cameracenſis in Hannonia, fundatur 1130. vel circiter, vbi fuit Abbas Philippus ab Eleemoſyna, cuius opera nuper fuère Duaci edita, de quo Miræus in Chronic. Præmonſt. pag. 73. & 113.

Bona-vallis O. C. diœceſis Viennenſis.

Bonne-vavx, fundatur 1119. 5. Idus Iunij à Guidone Archiepiſcopo 65. Qua de re Vincentius lib. 27. cap 42. & in vita S. Bernardi lib. 5. cap. 2. Baron. 1120. vbi Bernardus Abbas vitæ ſancti Bernardi Claræuallenſis ſcriptor, & noſtris temporibus Ioannes Antonius *de Flotte*.

Bona-vallis O.C. diœceſis Pictauienſis fundatur 1124.

Bona-vallis O.C. diœceſis Ruthenenſis.

Bona-vallis O.B. diœceſis Carnotenſis, in agro Caſtrodunenſi, ad cuius Abbatem aliquot extant Epiſtolæ Gofridi Vindocinenſis, Arnulphi Lexouienſis, Iuon. epiſt. 220. & 229. S. Bernard. epiſt. 309. & Petrus Venerab. l. 3. epiſt. 2.

Bona-via, in Lotharingia O.C. fœminarum.

Bona-villa.

Bonbrev *aux Nouains* O. B. diœceſis Cenomanenſis.

Bononi-cella. Memoratur Fulberto epiſt. 107.

Bononiensis, S. Mariæ O.A.

Congregationis Aroaſienſis, nunc ſæcularis & cathedralis.

BONVM-FAGETVM Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Tullenſis, non longè à Miracuria in Lotharingia.

BONVS-CAMPVS O.B. diœceſis Pictauienſis.

BONVS-FONS O.C. diœceſis Remenſis filia Claræuallis.

BONVS-FONS O.C. diœceſis Conuenenſis. Fundatur 1241. in feſto ſancti Andreæ.

BONVS-LOCVS O.C. diœceſis Lemouicenſis fundatur 1221. 3. Calend. Septembris.

BONVS-LOCVS, diœceſis Burdegalenſis. Fundatur 1141. O.C.

BONVS-LOCVS, fœminarum O.C. diœceſis Lugdunenſis, in Foreſio.

BONVS-MONS O.C. diœceſis Geneuenſis. Erigitur 1131. 7. Iunij.

BONVS-PORTVS O.B. diœceſis Ebroicenſis, *Bon port.*

BONVS-RADIVS, vulgò *Bonrax*, O.C. diœceſis Autiſſiodorenſis. Fundatur 1119. 6. Idus Septembris, in Chronico S. Mariani, filia Pontiniaci.

BORBVRGVM O.B. fœminarum diœceſis Audomarenſis. Fundatur 1101. à Clementia Flandriæ Comitiſſa.

BORNETVM O.B. diœceſis Engoliſmenſis.

De BOSCO S. Nicolai in Decanatu Nigellæ diœceſis Nouiomenſis.

BOSCODVNVM diœceſis Ebredunenſis, O.C. cuius priuilegia confirmat Innocentius 3. 1198. lib. 1. epiſt. pag. 346.

De BOTRIIS, diœceſis Laudunenſis O.C.

BRAGARD fœminarum, Claromontenſis diœceſis.

BRANTOLMEVM O.B. diœceſis Petragoricenſis, condidit Carolus Magnus 769. ad Dronam fluuium, nunc Congregationis Caſalinæ, *Brantolme.*

BRENA, in Ducatu Retelij oppidum, in quo Abbatia eiuſdem nominis, Ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Remenſis.

BROSSA, *Breſle* fœminarum, diœceſis Florienſis, ſeu Sanflorienſis.

BRETOLIVM, *Breteuil* Ordinis Benedictini, diœceſis Bellouacenſis dicatum B. Mariæ, in cuius Martyrologio legitur 15. Calend. Ianuarias. *Obijt Dominus Geduinus huius loci ædificator* 1035. quod intelligo de inſtauratione. Quando allatum fuit corpus S. Conſtantiani, ex Oratorio Gebronio diœceſis Con- A ſtantienſis, cuius feſtum notatur Cal. Decembris, quo die olim deceſſerat 569. Fuit verò Geduinus, vel Gelduinus Comes Bretolij, Vicecomes Carnoti, & dominus *du Puyſet*.

1. Euardus, vel Ebrardus tempore Drogonis Epiſcopi 43.
2. Hubertus.
3. Olricus. Obiit 9. Calend. Februarias.
4. Robertus. Obiit 5. Septembris, frater Comitis Bretholij, quod nonnullis Bratuſpantium creditur.
5. Radulphus 1105.
6. B 6. B. Guilelmus 1109. Hoc tempore Valeranus Comes caſtri Bretolij fundauit Prioratum Bonolij *le Pleſsier* 1118.
7. Guarinus 1132.
8. Valeranus 1159.
9. Radulphus 2. 1164. Curauit Eccleſiam Abbatialem dedicari 1165. à Bartholomæo Epiſcopo 56. Bellouacenſi.
10. Laurentius 1171.
11. Aluredus 1216. Anglicus.
12. Toreſtanus 1219.
13. Reginaldus *de Fariuiller* 9. Cal. Februarias 1224.
14. C Martinus 1235. ex Monacho Virgiliacenſi, & Priore de Bubulis.
15. Mathæus 1240. Obiit die ſanctæ Magdalenæ, conſtructor Eccleſiæ parochialis Bretolij.
16. Reginaldus 2. *d'Argies* 1243. nepos domini de Nigella.
17. Ioannes Carpentarius.
18. . . . . . .
19. . . . . .
20. Ioannes *de Vaucelles* 8. Idus Nouembris 1291.
21. Varinus 1308.
22. Stephanus. Obiit Cal. Maij 1322.
23. Petrus *Queſnel* 1324.
24. D Petrus *de Dijon* 1331.
25. Ioannes *de Maneriew* 15. Calend. Octobris 1343.
26. Ludouicus de Soriaco. Obiit 4. Nonas Iulias 1358.
27. Iacobus Flamingus, Idibus Auguſti 1383.
28. Petrus *de Chauemont* 1393.
29. Nicolaus *Corbel* 4. Idus Maij 1418.
30. Guilelmus *le Moine* 1445. 6. Idus Decembris. Obiit 1454. 15 Calend. Aprilis.

Michaël *le Maire*. Obiit 6. Decembris 1454.

31. Ioannes *Papin* 1496. Marolio oriundus.

32. Thomas

32. Thomas *Auiſſe.*
33. Ioannes *le Mareſchal.* Obiit 6. Cal. Ianuar. 1501.
34. Ioannes *Blanc-pain.* Obiit 13. Cal. Aprilis 1527. Sequi deberent Commendatarij, inter quos,
35. Andreas *Fremyot* Archiepiſcopus Bituricenſis.

BREVAL diœceſis Ebroicenſis O.C.

BRIMAL fœminarum O.C. diœceſis Rotomagenſis.

BRIOSTELII, ſeu Alneti, diœceſis Bellouacenſis Ordinis Ciſtercienſis. Abbates ex Louueto ſequuntur. Sed nota hanc eſſe Coloniam Bello-becco deductam 1137. vulgò *Launoy en Brioſtel.*

Hugo 1137.
Oſmundus. Obiit 1162.
Guilelmus eodem anno obiit 1162.
Radulfus. Obiit 1169.
Raynardus 1199.
Ioannes 1204.
Guilelmus 1211.
Simon 1225.
Petrus 1230.
Oſmundus 2. 1238.
Gillebertus 1261.
Guilelmus 1280.
Ioannes 1305.
Richardus 1318.
Martinus 1342.
Guilelmus 1365. poſt quem plures deſiderantur.
Chriſtophorus 1521.

BRODOLIVM, Monaſterium S. Fiacri in diœceſi Meldenſi, duabus leucis ab vrbe, *Breuil*, quò in loco obiit 30. Auguſti ætatis 33. circa A.C. 630. Vide vitam ipſius S. Fiacrij per Michaëlem *Pirou*, Gallicè editam Pariſijs 1625. & Epiſcopos Meldenſes n. 20.

BROILAS in Vaſconia.

BROLIVM-EBRARDI, diœceſis Lucionenſis O.B.

BROLIVM-BENEDICTI, *Breuil Benoiſt* O.C. diœceſis Ebroicenſis ad Auduram fluuium. Fundatur 1137.

BROLIVM-GROLANDI O.C. diœceſis Lucionenſis.

BRONIVM. Fundatur tempore Stephani 39. Epiſcopi Leodienſis à S. Gerardo Abbate 913. Sigeberto, O.B. Miræus cap. 51. Girardus verò fuerat Monachus S. Dionyſij iuxta Pariſios, eiuſque feſtum agitur 3. Octob. *Vion.*

BVCILIVM O.P. diœceſis Laudunenſis.

BVLENCVRIA, vel Bulen-curtis *Boulencour*, O.C. diœceſis Trecenſis fundatur 1149. 7. Aprilis. Meminit Petrus Cellenſis lib. 2. epiſt. 4. & Camuſat. Prompt. pag 349. Hic verò ſepeliuntur Henricus, & Matthæus 57. & 58. Epiſcopi Trecenſes.

BVLIO pauper O.C. diœceſis Veſuntionenſis. Memoratur in vita S. Petri Tarentaſienſis cap. 39. in Comitatu Burgundiæ.

BVRGIDOLENSE, vide infrà Dolenſe.

BVRGI S. Vincentij O.A. diœceſis Burdegalenſis, *Bourg.*

BVRGI-MEDII, ſuprà in v. Bleſæ. *Bourg-moyen.*

BVRGOLIVM *Bourgueil* O.B. diœceſis Andegauenſis conditum ab Emma filia Theobaldi Campani, Comitis Bleſarum, & Turonum, vxore Guilelmi Aquitaniæ Ducis, cui præfectus fuit primus Abbas Theodelinus: quam fundationem confirmauit Siluеſter 2. Meminit huius Monaſterij S. Petro dicati Iuo epiſt. 66. cuius loci nunc Abbas Leonor *d'Eſtampes* Epiſcopus Carnotenſis 104. Vide Innocentium 3 lib. 1. epiſt. *Ea quæ à Fratribus*, & Ademarum Lemouicenſem, & Ioannem *Beſly* in Aquitaniæ Ducum Genealogia. Cuius loci Eccleſia dicitur ab Vlgerio Andegauenſi Epiſcopo epiſtola ad Sugerium nobilis in prædio, & iure Ducis Aquitanorum ſedens fundata, & ſubnixa ſolis largitionibus Ducum Aquitanorum.

BVSSAYVM, vel Buzeyum O.C. diœceſis Nannetenſis. Conditur ab Ermingardi Britanniæ Duciſſa A.C. 1136. 16. Calendas Iulias adductis è Claraualle Monachis, cui Ermingardi ſcribit S. Bernardus epiſt. 116. & 117. eaque iacet in Monaſterio Redonenſi. Huius verò loci Abbati Ioanni ſcribit idem Bernardus epiſt. 230. Lege vitam eiuſdem ſancti l. 2. c. 26.

BVXERIA, *La Buſſiere*, Cœnobium Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Æduenſis, olim Trium montium appellatum iuxta tria ſtagna ad Oſcaram fluuium 1130. 13. Martij, fundatum ab illuſtriſſimis Burgundiæ Ducibus, vt nonnulli putant, ſed alij probabilius nobiles dominos de Sombernone auctores illius exiſtimant, & inter eos Vernerum in Bulla Lucij Papæ ad Conſtantinum illius loci Abbatem memoratum. Buxeriæ verò Eccleſia dedicatur 19. Septembris 1172. à Domno Petro ſanctiſſimo Tarentaſiæ Archiepiſcopo, cuius Ec-

Sombernо, vel Subreno antiqua Burgundiæ Baronia, cuius hodie dominus Natalis *Brulard* Libellorum ſupplicum in Regia Magiſter.

cleſiæ priuilegia confirmantur Romæ à Nicolao 4. apud S. Mariam Majorem 4. Idus Aprilis Indict. 3. 1290. Pontific. 3. Bullâ datâ per manum Magiſtri Ioannis Decani Baiocenſis, S. R. E. Vicecancellarij. Fuit autem primus Abbas Valo, vel Gualo, quem ſecuti ſunt, ſed incertis mihi adhuc temporibus.

Conſtantius. Cui confirmat Lucius 3. quidquid Vernerus dominus de Sombernone dedit Buxeriæ. Eius gentilis Stephanus *de Montagu*, dominus *de Sombernon* mortuus 1315. iacet in hac Eccleſia, in cuius inſignibus ſpectatur Aquila, iuxta quem Maria eius vxor ſepelitur 1324.

Nicolaus.

Guilelmus.

Odo.

Simon.

Hugo.

Richerius.

Ægidius de Plumberijs.

Anſericus.

Renatus *de Breſche* Abbas item ſancti Benigni, & S. Stephani Diuione, ac Flauignei j.

Claudius Abbas etiam Firmitatis.

Ambroſius *de Breſche*, dictus *de la Trimouille*.

Stephanus *le Prince*, Decanus Sanctæ Capellæ Diuionenſis.

Carolus Cardinalis à Lotharingia.

Girardus *Sarve*, Cantor Sanctæ Capellæ Diuionenſis.

Andreas *Bonnote*, Cantor S. Capellæ Diuionenſis, mortuus 1615. verè vir bonus.

Nicolaus *Ieanin*, Abbas item S. Benigni Diuionenſis, & Vezalienſis, & Decanus Eduenſis, & Prior S. Vincentij.

Buxeria O.C. diœceſis Andegauenſis fundata 1131. Iul. 15.

Buxeria O.C. diœceſis Bituricenſis Monialium, conſtruitur 1159. Cal. Aug. prope Culantum.

C.

Cadomus, *Caen*, ad fluuium Olenam Archidiaconatus titulo in Eccleſia Baiocenſi inſignis, & Academia 1433. inſtituta, gradu longitud. 20. 25. latitud. 48. 56.

Villa potens, opulenta, ſitu ſpatioſa, decora
Fluminibus, pratis, & agrorum fertilitate,
Merciferaſq; rates portu capiente marino,
Seque tot Eccleſiis, domibus, & ciuibus ornans,
Vt ſe Pariſio vix annuat eſſe minorem.

lib. 8. Philippidis. Inter cæteras verò Eccleſias vna eſt Ordinis Benedictini, ſacra D. Stephano; fundata à Guilelmo Conqueſtore, in qua ipſe iacet, mortuus 1093. ætatis 74. cuius nonnulli Abbates recenſentur in Chronico (quod hinc Cadomenſe dicitur) edito ab Andrea Quercetano.

1. Lanfrancus, apud Baronium, & Gemeticenſem lib. 7. cap. 22. & 26. quo Cœnobiarcha primus fuit Prior ſanctus Anſelmus, vterque religioſus Beccenſis, vterque Archipræſul Cantuarienſis.

2. Guilelmus, inde Rotomagenſis Archiepiſcopus 48.

3. Giſlebertus. Celebrauit exequias Guilelmi fundatoris 1088. Obiit 1101. Conſtantiis oriundus.

4. Robertus. Obiit 1107.

5. Eudo. Obiit 1120. vel Odo.

6. Adamus. Obiit 1151.

7. Petrus. Obiit 1156.

8. Guilelmus. Obiit 1179.

9. Petrus 2. Obiit 1193.

10. Robertus. Obiit 1196.

11. Sanſon. Obiit 1214.

12. Adamus. Obiit 1260. aliàs Alanus.

13. Nicolaus. Obiit 1265.

14. Guilelmus 3.

15. Gaufridus.

16. Richardus.

17. Simon *de Trenieres*.

18. Thomas.

19. Vilelmus 4.

20. Robertus.

21. Ioannes Seneſchalli.

22. Nicolaus *Millon*.

23. Vilelmus 5. *Cané*.

24. Hugo *de Iuuigny* 1439.

25. Vilelmus 6. *Touſtain*.

26. Petrus *de Vieruille*.

27. Carolus *de Martigny*, Epiſcopus Caſtrenſis, Legatus à Carolo 8. & Ludouico 12. ad diuerſos miſſus.

28. Petrus *de Martigny*, Epiſcopus Baiocenſis. Moritur 13. Septembris 1531.

29. Franciſcus Cardinalis *de Tournon*.

30. Cardinalis *de Medicis*.

31 Alexander Cardinalis Farneſius.

32. Georgius *Pericart*. Obiit 1580.

33. Carolus *Do*.

34. Antonius *de Bourbon*, Comes Moreti 1624. Huius nobiliſſima indoles, & Regio ſanguine, atque educatione in omni

omni virtutum, & literarum genere il-lustriſſima certò Eccleſiæ pleraque om-nia magna pollicentur.

Cadvnii diœceſis Sarlatenſis O.C. filia Pontiniaci.

Cæsarivm O.C. diœceſis Remen-ſis, *Chary en Champaigne.*

S.Cæsarii fœminarum, diœceſis A-relatenſis.

Cæsaris Bvrgi, De Voto O.A. *Cherbourg, ou Du Vœu,* infrâ. v. Votum.

Cagia, vel Cauea S.Mariæ *Cage, ou Chage* O.A. diœceſis Meldenſis 1135. Manaſſe Epiſcopo fundatur, Elia primo Abbate inſtituto, Petrus Griſius de Cle-ricis & Regularibus, ſectione 13. num. 21.

Cagia, vel Cauea S. Criſpini O.B. diœceſis Tornacenſis.

Cagia, vel Cauea S.Criſpini O.A. diœceſis Sueſſionenſis ad ripam Axonæ. Vide infrà, Cauea.

Cagnota O. B. diœceſis Aquen-ſis.

Cala, *Chele*, diœceſis Pariſienſis O.B. Deiparæ ſacra fundatur à Sancta Bathilde A.C. 662. Sigeberto. Diſtat Lutetiâ, quaſi centum ſtadiis, Gregor. Turonenſi lib 6. cap.45. id eſt leucis 4. cuius loci Eccleſia Parrochialis S. An-dreæ decoratur Decanatu Rurali 48. Curas ſub ſe habente. At de S.Bathilde videndum Martyrologium 26. Ianuarij, & Chronicon Cameracenſ. lib.1.cap.2. Iacobus Brulius in Antiquitatibus Pari-ſinis lib.4. Eius quoque Bathildis vitam Gallicè ſcripſit copioſè & eleganter Stephanus Binet Soc. Ieſu.

Sainte Bautheur.

Chelle porte pour armoiries vne eſchelle auec 2. fleurs de lys.

Huius verò loci Abbatiſſæ reperiuntur tantùm ſequentes:

Bertilla. Obiit 670. cuius pedum ad-huc obſeruatur, vt primæ Abbatiſſæ, ex Moniali Iotrenſi.

Ermengardis.

Clementia.

Aſſelina.

Sibylla.

Marſilia.

Egidia, vel Gillia.

Hegiluidis mater Iudith Imperatri-cis A.C. 835.

Amelina 1127.

Heloiſſa 1156.

Maria 1185.

Florentia 1200.

Amelina 1202.

Maria *de Nery* 1208. *Portoit de gueule à ſix fleurs de lys d'or.*

Mathildis *de Bercheres* 1211. *Portoit eſ-chiqueté d'or, & de ſable.*

A Mathildis de Corbolio 1220. *Portoit d'argent au Griffon de gueule, à la queuë paſſee en ſaultoir, ou fourchee.*

Margareta *de Nery* 1232. *Portoit de gueule à ſix fleurs de lys d'or, à la bordure de meſme.*

Petronilla, vel Perrina de Marolio 1240. *Portoit de gueule au chef d'argent char-gé le tout d'vn lion d'azur, armé, lampaſſé, & couronné d'or.*

Margareta de Variaco, *de Varigny*, 1245. *Portoit d'azur à l'Eſcu d'argent, & pour cry de nobleſſe,* Moins que le pas.

B Agnes de Cauda, *de la Queue* 1248. *Portoit d'argent au lion de ſable eſcartelé de gueule, à l'aigle d'argent, le tout chargé d'or à la bande d'azur, à deux hures de ſanglier de meſme.*

Mathildis de Nantolio 1255. *Portoit de gueule ſemé de fleurs de lys d'or.*

Adelina de Nantolio 1270. *Portoit de gueule ſemé de fleurs de lys d'or à la bordure chargée de 8. roſes d'argent.*

Aleis, vel Alix 1314. *Portoit d'or à deux faſces de ſable.*

Margareta *de Pacy* 1318. *De gueule à 3. pals de vair au chef d'or, chargé de 3. coquil-les de ſable.*

C Petronilla *du Parroy* 1330. *De gueule à 3. lions d'or.*

Adelina *de Pacy* 1354. *De gueule à 3. pals de vair au chef d'or, chargé d'vn leo-pard de gueule.*

Ioanna *de Soiſy*, vel *Choiſy* 1363. *Portoit d'argent à la face d'azur, au chef d'or chargé de 3. pals de gueule.*

Agnes de Cauda, *de la Queuë. Portoit d'argent au lion de ſable, eſcartelé de gueule à l'aigle d'argent, le tout chargé d'or à la ban-de d'azur cottoyee de 2. hures de ſangliers de meſme à la bordure engreſlee d'azur* 1363.

D Margareta *de Luilly, ou Lailly* 1369. *Por-toit de gueule à la croix engreſlee d'or, accom-pagnee de 4. barils de meſmes, reliez de ſa-ble.*

Ioanna de Foreſta 1372. *De gueule à l'orle de huict merlettes d'argent.*

Ioanna de Roya, *de Roye* 1386. *Portoit de gueule à la bande d'argent.*

Agnes *de Neufuille* 1402. *D'argent au lion de gueule, armé de meſme à la bordure en-greſlee de ſable.*

Maria *de Clery* 1429. *D'argent à la faſce d'azur.*

Elizabetha, vel Iſabella de Pallude, *de la Pallu* 1452. *D'or à la croix d'hermi-nes.*

Catharina *de Ligneres* 1479. Obiit 1504. 10. Nouembris. *De gueule fretté d'argent au premier canton d'or, chargé d'vn*

lion de ſable armé, & lampaſſé de gueule au lambel d'azur.

Ioanna *de la Riuiere* 1499. *Portoit de ſable à la bande d'argent*, Quæ triennalis fuit, vt ſequentes aliquando confirmatæ per plures electiones ſucceſſiuas, & prima fecit votum clauſuræ.

Maria *de Keillac, ou Daillac* 1507. *D'argent au lion de ſable, eſcartelé de gueule à l'aigle d'argent, le tout chargé d'vne faſce d'azur briſee d'vne eſtoille d'or au premier canton.*

Maria Cornu 1510. *Portoit d'argent à la bande de gueule.*

Margareta *de Champron* 1517. Obiit 6. Auguſti 1518. *Portoit de ſable au lion d'or armé, & lampaſſé de gueule à l'orle de ſix eſtoilles.*

Barbara *de Balſac* 1518. *Portoit d'or à trois ſaultoirs d'azur, couppé d'azur à trois ſaultoirs d'or, eſcartelé de Graville, qui eſt de gueule à trois fermaulx d'or, le tout chargé de Milan, qui eſt d'argent à la viure d'azur poſée en pal.*

Magdalena 1528. 9. Auguſti. *De gueule à trois faſces d'argent.*

Iacoba, vel Iaquelina *Amignon* 1542. 14. Nouembris, & in hac finem cœpit triennalis electio. *Portoit de gueule au lion d'or billeté de meſme.*

Renata *de Bourbon*, profeſſa in Fonte-Ebraldi adepta poſſeſſionem ex nominatione Franciſci primi Regis 1543. 5. Februarij. Vixit annos 56. præfuit ann. 39. m. 9. d. 8. Obiit 1583. Non. Februar. *Portoit de France au baſton de gueule, qui eſt de Bourbon.*

Maria Lotharinga, Claudij Aumalæ Ducis, & Loyſiæ *de Brezé* filia.

CALADIA O. C. diœceſis Virdunenſis.

CALERCIVM O. C. diœceſis Riuenſis.

DE CALAMIS S. Petri, diœceſis Senonenſis O. B. Memoratur à Lucio 3. 1181. & Philippo Auguſto 1188. regni 10. & Guilelmo Archiepiſcopo Senonenſi 1189.

CALIVOYVM, *Chaliuoy*, O.C. diœceſis Bituricenſis, memoratur in Reſcripto Alexandri 3. 1158. & c. litteras 14. de Præſumptionibus, ſic enim legendum, pro Colonenſi.

CALMEYVM infrà, ſancti Theofredi.

CALMOSTRATVM O. A. diœceſis Tullenſis.

CALOCERIVM, diœceſis Cathalaunenſis, O. B.

CALOCEYVM, *Caloche*, O.C. diœ- A ceſis Andegauenſis.

CALVVS-MONS O. P. diœceſis Remenſis.

CAMBERO, vel Cambro, vulgò *Cambron*, diœceſis Cameracenſis, O. C. conditur 1148. Auctar. Gemblacenſe 9. Calendas Auguſti, à Nicolao 39. Epiſcopo.

CAMERA-FONTIS O. P. filia Vallis ſecretæ, diœceſis Meldenſis.

CAMPANIA O. C. diœceſis Cenomanenſis, fundatur 1151. 16. Maij à domino Fulcone *Ribaullié*, qui illic iacet ante maius Altare, cuius Eccleſia dedi-

B catur 1260. 9. Calend. Nouemb. à Guilelmo *Freſlon* Epiſcopo Cenomanenſi.

CAMPORVM-BONORVM, diœceſis Vceticenſis.

CAMPORVM-BONORVM, diœceſis Viuarienſis, O. C.

CAMPVS-BASSVS, diœceſis Baionenſis, O. B.

CANCELLATA O. A. diœceſis Petragoricenſis, *Chancelade*.

DE CANNIS O. B. diœceſis Narbonenſis.

CANTIPRATVM, diœceſis Cameracenſis O. A. *Noſtre-Dame de Cantinpré*, Miræus cap. 81. & Locrius A. C.

C 1197.

CANTOENVM, *Chantoen*, O. A. Claramonte in Aruerniâ, olim Puellarum Sauaro lib. 1. de Eccleſiis Claromontenſibus, pag. 43.

DE CANTV-MERVLÆ, diœceſis Trecenſis, O. A.

CAPELLA O. P. diœceſis Toloſanæ.

CAPELLA O. P. diœceſis Trecenſis.

CAPELLA-TOSAN O. C. diœceſis Tornacenſis.

CAPELLA-DEI, diœceſis Teroa-

D nenſis O. B.

S. CARAVNI Ordinis Benedictini, diœceſis Carnotenſis, fundatur à Papulo Epiſcopo 22. & inſtauratur à Gauſleno Epiſcopo 64. cuius Abbates ita ſequuntur apud Sebaſtianum Roüillardum. Videndus etiam Petrus Griſius de Canonicis Regularibus, ſect. 13. num. 5. *S. Cheron*.

Theobaldus.
Aucherius.
Petrus 1200.
Robertus 1206.
Goſſelinus 1212.
Petrus 1219.
Dionyſius 1241.
Matthæus 1246.

Mathæus

Mathæus 1315.
Mathæus 1347.
Petrus 1384.
Robertus *Charette* 1395.
Robertus *Audouin* 1496.
Guilelmus *Riordeau* 1423.
Ioannes Cauelli 1430.
Petrus *Hennier* 1431.
Guilelmus 1437.
Theobaldus 1440.
Ioannes *Machauli* 1459.
Petrus *Texier* 1486.
Nicolaus *Brebier* 1497.
Iacobus *Raoul* 1514.
Mathurinus *Bocheron* 1515.
Guilelmus *Mirebier* 1523.
Bartholomæus *Simon*, Epiſcopus Sebaſtenſis 1534.

Hugo Salel Poëta Gallicus, Commendatarius primus 1540.

CARDALIVM O.C. diœceſis Albienſis.

CARENTONIVM O.B. diœceſis Bituricenſis, fœminarum Congregationis Caſalinæ. Memoratur in Reſcripto Eugenij 3. 1145. & ab Adriano 4. 1158.

S. CARILEFI, ſuprà, Aniſola.

CARI-LOCVS, vel Caroli-locus, *Challis*, vel *Charlis* O.C. diœceſis Siluanectenſis. Filia Pontiniaci ab vrbe Siluanecto duabus leucis diſtans. Fundatur 1136. 5. Idus Ianuarias à Ludouico 6. Craſſo, eaque fundatio confirmatur à Ludouico 7. Rege Francorum, & Duce Aquitanorum regni primo 1138. Algrino Cancellario, Guilelmo Buticulario, Mathæo Camerario, Hugone Conſtabulario. Eccleſia verò dedicatur 1219. à Guarino Epiſcopo, & memoratur ab Alexandro 3. c. Cùm dilecti 3. de Emptione, & Venditione, Innocentio 3. c. Cùm ex parte, de Temporibus Ordinationum, Gregorio 9. c. Ex parte 33. de Reſcriptis, cuius loci Abbas 7. fuit S. Guilelmus poſteà Archiepiſcopus Bituricenſis 68.

CARI-LOCVS, Prioratus diœceſis Matiſconenſis O.B. ſub Cluniaco, fundatus à Roberto Epiſcopo Valentinenſi, & Erdrado eius fratre, quæ fundatio confirmata fuit in Synodo Pontigonenſi petente ipſo Roberto menſe Iunio 876. Quo in Monaſterio olim fuêre 30. Monachi.

CARI-LOCVS O.C. diœceſis Veſontionenſis. Fundatur 1131. 17. Ianuarij, vita S. Bernardi l.4. c.4. Memoratur cum Gobaudo Abbate in diplomate Henrici Imperatoris 1196. cui ſubſcripſit Otho Comes Palatinus Burgundiæ:

A Quem locum, inquit Henricus, felicis memoriæ Reginaldus Comes Burgundiæ auus meus dilexit plurimùm, & neceſſariis poſſeſſionibus ampliauit.

CARI-LOCVS Prioratus Vallis-caulium, diœceſis Trecenſis.

CARITAS O.C. diœceſis Veſontionenſis. Fundatur 1196. tempore Henrici 6. Imp. & Reginaldi Comitis: ibique iacent Otho, & Stephanus Burgundiæ Comites.

CARITAS O.C. diœceſis Lingonenſ. in Decanatu Tornodorenſi, prope *Leſignes*.

B CARITAS Prioratus primi Ordinis in Cõgregatione Cluniacenſi O.B. diœceſis Autiſſiodorenſis ad Ligerim, nobilis, & famoſus, in Chron. Lemouicenſi, gradu longit. 24.10. latit. 47.0. Memoratur ab Innocentio 3. c. Cum litteris, de Præſcriptionib. & à Gregor. 9. c. Sacroſancta, de Electione. De eo plura Petrus Venerab. l.5. epiſt. 5. & 27. cum Notis Andr. Quercetani, Gofridus Vindocinenſis l.4. epiſt. 23. cum Notis Iac. Sirmundi. Fundatur in Comitatu (qui nunc eſt Ducatus) Niuernenſi in honorem Deiparæ per Gerardum Priorem Gaufrido 51. Autiſſiodorenſi Epiſcopo, & C Guilelmo Comite Niuernenſi, ac Bernardo *de Chaillans*, & aliis, ad quos ille locus in ſpiritualibus, & temporalibus pertinebat fauẽtibus, anno 13. Henrici Imp. Chriſti 1000. in quo Monachi 80. eſſe debent, ex ſtatutis Ordinis Cluniacenſis A.C. 1343. & decima pars panis, qui ibi coquitur debet dari pauperibus. Habet autem ſub ſe Prioratus minores circa 50. in Bibliotheca Cluniacenſi enumeratos.

CARNOETVM S. Mauricij in Ducatu Britanniæ, fundatur 1185.

CAROFVM, vel Caroſium S. Saluatoris O.B. diœceſis Pictauienſis. Memora-
D tur à Fulberto epiſt. 117. & ab Auctore vitæ S. Genulphi l.2. c.5. & Innocent. 3. c.8. Cùm acceſſiſſent, de Conſuetudine, fundatum à Rotgerio Comite Lemouicenſi, tempore Caroli Magni, inſtauratum à Ludouico Pio, vt eſt in eius vita apud Pithœum, & apud Sirmundum ad Epiſtolam 20. l.1. Gofridi Vindocinenſis, eiuſque Abbas Hugo memoratur in Charta Vindocinenſi 1040. & dedicatur iterùm 1148. 6. Calend. Iulias, vulgò *Charroux*.

CARTANORVM, *Chartouë* O.B. diœceſis Sueſſionenſis.

CARVS-CAMPVS, vel Ceruicampus, *Cher-camp*, ou Cercamp Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Ambianenſis.

Fundatur circa annum 1140. ab Hugone *de Champ-d'Auenne* Comite Sampauliate ad fluuium *Canche*, haud procul Heſdino, cuius inſignia ceruus aureus in campo viridi, vbi plures è Comitibus Sampaulianis iacent, Miræus Chron. Ciſtercienſi pag. 103. Gazæus, & Locrius, qui poſtremus 41. Abbates enumerat pag. 295.

1. Iordanus. Obiit Pontiniaci in natali ſolo 1141.
2. Hugo. Obiit 1154. 13. Maij.
3. Vrbanus. Obiit pridie Calendas Septembris 1166. ſepultus in Capitulo.
4. Helſelinus. Obiit Pontiniaci in natali ſolo.
5. Albanus. Obiit 1181.
6. Petrus. Obiit 4. Maij 1188.
7. Artandus . . . . . .
8. Hugo.
9. Vrbanus 2.
10. Robertus. Ann. 20.
11. Araldus, fortè Alardus, ann. 14.
12. Adamus.
13. Robertus 2.
14. Vedaſtus.
15. Ioannes. Ann. 22.
16. Wilardus.
17. Gerardus.
18. Martinus. Ann. 3.
19. Ioannes 2. Ann. 15.
20. Nicolaus. Obiit 18. Februarij, ſepultus in Capitulo.
21. Ioannes 3. Ann. 10.
22. Ioannes 4.
23. Guilelmus.
24. Ingeramnus. Ann. 16.
25. Ioannes 5.
26. Robertus 2. Obiit 27. Aprilis.
27. Thomas. Obiit 10. Ianuarij.
28. Ioannes 6. Obiit 7. Aprilis.
29. Ioannes 7.
30. Ioannes 8. Obiit 31. Maij.
31. Petrus. Obiit Romæ 20. Aprilis.
32. Ioannes 9. Ann. 9.
33. Ingeramnus 2. Crecquius ann. 28. Obiit 1484. 14. Decembris.
34. Ioannes 10. cognomento Laurentius. Obiit 1503.
35. Ludouicus *Vignon*. Obiit 12. Ianuarij 1512.
36. Petrus, cognomine Bonus, aliàs Ambianenſis. Obiit 1550. 21. Auguſti.
37. Ioannes Rougetius. Obiit Attrebati 1569. pridie Calend. Maias.
38. Philippus *de Santy* ann. 5. Obiit 16. Auguſti 1575.
39. Germanus *Pecqueur*, ann. 3. Obiit 15. Auguſti 1578.
40. Euſtachius *de Bayard*, aliàs *Gantau*.
41. Philippus *de la Haye*.

Casa-dei, *Caſe-Dieu* O.P. diœceſis Auſcenſis.

Casa-dei, *Chaize-Dieu* O.B. diœceſis Claromontenſis. Fundatur à ſancto Roberto, cuius feſtum agitur 24. Aprilis, in Martyrol. Rancone 51. Epiſcopo Claromontano, Henrico primo Rege, Leone Papâ, vbi Clemens 6. fuit Monachus. Videndus Baron. 1051. extremo, & memoratur ab Innocentio 3. c. 38. Veniens, de Appellationibus. At Caſa-Dei pro Eccleſia vſurpatur in legibus Longobardorum l. 2. tit. 18. nu. 5. & in Concilio Meldenſi c. 53. cuius Abbates recenſentur in vita ſancti Roberti.

1. S. Robertus.
2. Durandus, pòſt Epiſcopus Claromontanus 53.
3. Seguinus, diœceſis Lugdunenſis, ann. 15. ſepultus Auenione.
4. Pontius, pòſt Epiſcopus Podienſis 39.
5. Aymericus Epiſcopus Claromont. 77.
6. Stephanus, cui M. Monachus dicat vitam S. Roberti.

Casa-dei O.P. diœceſis Conſeranenſis.

Casa-nova, in Prouincia O.C. fundata 1195.

Casale-Benedictvm, olim Malanum S. Petro dicatum 7. Idus Martias 1093. Indict. 1. tempore Aldeberti Biturigum Archiepiſcopi 61. in cuius diœceſi poſitum eſt O.B. tempore perſecutionis Henrici Tyranni (vt habet vetus Chartularium) cuius loci primus Auctor & Abbas fuit Andreas de Vmbroſa-valle in Etruria, litterarum cognitione pleniter inſtructus, & lucrandis animabus idoneus, apud Ordericum lib. 8. Hinc verò Caſalina Congregatio dicitur, quæ confirmata fuit à Leone 10. Calendis Decembribus 1516. apud Chopinum l. 2. de Domanio cap. 3. & à Franciſco primo 1517. Edicto in Senatu promulgato. Reformationem verò ceperat Caſale 1497. Guilelmo *Alabat* Abbate, vnde Symphorianus Champerius vocat Monaſterium benè reformatum, in quo etiam tunc viuebat Guido Iuuenalis, Ioannes, & Carolus Fernandi doctrinâ clari, & litterarum celebres, quondam Pariſiis Doctores, licèt Carolus à teneris eſſet oculis captus, vt refert Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, & Antonius Sanderus de Scriptorib. Flandriæ.

CASSANIA, *Chaſſaigne*, O.B. diœceſis Lugdunenſis in Breſſia.

CASIACVM, vel Caziacum O.C. diœceſis Sueſſionenſis, Petrus Cellenſis l.2.epiſt. 14. vbi Sirmundus.

De CASTA O.B.diœceſis Tarbenſis.

De CASTELLARIIS O.C. diœceſis Pictauienſis.

CASTELLIO, vel Caſtilio, *Chaſtillon*, ad Sequanam, diœceſis Lingonenſis Abbatiam habet O.A. ſuburbanam, de qua in vita S.Bernardi lib.1. c.1.& memoratur ab Innocentio 3. c.26. *Etſi Chriſtus* de Iureiurando: quæ parentauit S. Brunoni, adhuc ſæcularis, de quo oppido ſic Philippidis lib.1.

Rigordus in Philippo Auguſto.

Inſuper, & caſtrum Caſtellio nomine, vicus
Nobilis, Allobrogum decus, & munitio regni,
Quem fluuius medium renitenti perluit vndâ
Sequana.

gradu longitud. 25. 51. latitud. 47. 30. Eiuſque Abbas recenſetur à S. Bernardo epiſt. 269. ad Henricum Comitem, licet alij aliò trahant, nempe ad Caſtellionem ſuper Diuam in Normania, de qua Ordericus Vitalis, & Robertus in Supplemento Sigeberti 1148. Caſtellio verò ad Sequanam donatur iure ciuitatis ab Hugone Burgundiæ Duce 1231. Hîc autem natus Philander, cuius tale extat Epitaphium in æde S. Stephani Toloſæ:

Les Seigneurs de Chaſtillon portoient d'azur au lion d'or.

Guliel. Philand. Caſtilio. Ciui Romano, eximiâ eruditione, doctrinâ ſingulari, virtute nobili, ac ſcientiâ claro, pietate inſigni, Religione non alienâ, morum ſuauitate facili, animi candore conſpicuo, ſenſu erga omnes probo, antiquitatis, & architecturæ peritiſſimo, famæque celebritate etiam exteris noto, qui in ſtudijs litterarum multis annis conſumptis, dum antiquorum monumenta euolueret, ac ſe Anagnoſtem illuſtriſſimi Cardinalis Armagniaci præberet, tandem attritis viribus corporis lent ſuſpirio vitam efflauit.

Georgius Cardinalis Armeniacus fideliſſimo Anagnoſtæ ſuo ſpe futuræ reſurrectionis hoc Monumentum mœſtiſſ. P.C.

Vixit ann. 60. fato verò ſuo functus A.D.1565. 10. Calend. Martias.

Scripſit autem doctiſſimas in Vitruuium & Quintilianum Annotationes. At de Georgio, ex Petramellario, & Ciacono diximus in Præſulibus Toloſanis.

CASTELLIO O.C. diœceſis Virdunenſis. Fundatur 1131. ab Alberone Epiſcopo teſte Vaſburgio l.5. Antiquit. Belgicarum.

De CASTRIS O. B. diœceſis Santonenſis.

CASTRODVNVM, habet Abbatiam ſanctæ Magdalenæ O.A. à Carolo Magno conſtructam, Chopin. l.2.Monaſt. diœceſis Carnotenſis.

S.CATHARINÆ Monialium diœceſis Geneuenſis O.A.

CATVLIACVS. Vide,infrà,S.Dionyſij.

CAVEA, vel Cagia ſuprà, O.C.diœceſis Sueſſionenſis, ſancto Criſpino dicata, vulgò *S. Creſpin en Cage*, ad ripam Axonæ. Sic Petronius ſuper limen cauea pendebat aurea, in qua pica varia intrantes ſalutabat, Ouid.

Cùm benè ſint clauſæ caueâ Pandione natæ.

Camiam dixit Varro 3.de re Ruſtica, ſic etiam Leo caueâ emiſſus 4. ad Herennium. Sed è cauea pro quocumque loco ab acceſſu vndique munito accipitur, ſicque circum appellauit Statius lib. 1. Thebaidis:

Non aliter quàm Piſæo ſua luſtra tonanti,
Cùm redeunt, crudiſque virûm ſudoribus ardet
Puluis, at hinc teneros Caueæ diſſenſus Ephœbos
Concitat, excluſæque expectant præmia matres.

Quæ Athletis Monaſticis quadrare poſſunt.

CAVI-FONTIS fœminarum.

CAZIACVM, ſuprà, Caſiacum.

CELLA S. Petri Inſulæ Germanicæ in ſuburbano vrbis Tricaſſinæ, ſeu Monaſterium Cellenſe, vulgò *Monſtier la Celle* Ordinis Benedictini fundatur à. S. Frodoberto iuuante Clodouæo 2. Rege circa annum 650. Qua de re copioſè Nicolaus Camuzatus, numquam à nobis ſine honoris præfatione nominandus, & Miræus Originum Benedictin. cap. 26. vbi ſequentes tantùm recenſentur Abbates.

S.Frodobertus. Obiit 700. Calend. Ianuarij.

Valdinus Abbas 2.

Bodo 850.

Haldegingus 860.

Guarinus 1050.

Bernardus 1071. Vide Epiſtolam Fulberti 107.

Radulphus 1107. & 1117.

Gualtherius 1134. & 1139.

Petrus 1154. & 1159. Eius Epiſtolas debemus diligentiæ incomparabili R. P. Iacobi Sirmundi S. I. cæteris operi-

bus eiuſdem Petri adhuc in Bibliotheca Claræ-vallenſi latentibus. Poſteà fit Epiſcopus Carnotenſis 68.

Drogo 1164.

Girardus 1173.

Hugo 1184.

Guilelmus 1210.

Lethericus 1221.

Rolitius 1279.

Guichardus 1290. poſteà Epiſcopus Trecenſis 66.

Henricus 1311.

Stephanus 1339. poſteà Toloſanus Archiepiſcopus, cognomento de Cambaruti.

Aymericus 1360.

Petrus *de Marſault*. Obiit 1401.

Ogerus de Senonis, electus 1401.

Nicolaus de Logia Decretorum doctor 1428.

Petrus *Raulin*. Obiit 1457.

Petrus Michaëlis, electus 1457.

Ludouicus *Ragnier* Epiſcopus Trecenſis 77. Abbas Commendatarius. Nominatur 1470. 23. Aprilis.

Nicolaus *De la Place* Decanus Eccleſiæ Trecenſis, Ludouici ſuperioris nepos. Obiit 1488.

Claudius *De Refuge*, Clauſtrum Cœnobij ædificauit. Obiit 1517.

Antonius *Girard*, electus 1517.

Carolus à Lotharingia, Cardinalis.

Franciſcus à Dintauilla 1540.

Benjamin *Du Pleſsis*. Præfuit ann. 52. & vltrà. Obiit 1608.

Inueniuntur etiam ſequentes, ſed incertis temporibus.

Vallo.

Arembertus.

Robertus.

Ioannes.

Rigaudus.

Raynardus.

Gauſmarus.

Ioannes Richardus.

Cella frvini O.A. diœceſis Engoliſinenſis.

Cella-S. Giſſelini. Vide infrà, Sancti Giſleni.

Cella S. Mariæ O.A. diœceſis Pictauienſis.

Cella, ſiue Sella, diœceſis Bituricenſis, Ordinis olim Auguſtiniani, nunc Fulienſium, Eccleſia quondam conſtructa à S. Euſicio, fauente Childeberto Rege ad confluentes Saudræ, & Cari, leucis 18. ab Auarico. Memoratur Greg. Turon. de Glor. Confeſſ. c. 62. & Eugenio 3. 1145. vulgò *Selle en Berry*.

Celleriæ O.C. diœceſis Trecenſis, infrà, Sigilleriæ.

Cellæ medvlphi. *Cere* O.B. diœceſis Auſcenſis.

Centvla S. Richario ſacra, *S. Riquier*, 26. April. gradu long. 23. latit. 50.

Turribus a centum Centula dicta fuit,

vnde fluuiolus recta in ſummam decurrit, in regione Pontiuenſium, O.B. diœceſis Ambianenſ. cuius Monaſterij Hariulphus pius, & doctus Monachus hiſt. 4. libris deſcripſit 1088. & meminit Aymoin. l. 4. c. 90. Miræus Orig. Benedict. c. 7. Petrus Cellēſis epiſt. 7. l. 1. Petauius in Nitardo, vbi ait inſtauratam fuiſſe ab Engilberto 797. vetus Calend. M.S. *In pago Pontiuo depoſitio almifici Confeſſoris Chriſti Richarij*, cuius tralatio ibidem notatur 7. Idus Octob. eiuſq; loci Abbas fuit dominus Villæ, quæ inde Abævilla dicitur Prioratu inſignis, duabus leucis à Centula, cuius loci Abbates hîc damus pro vt miſſi fuêre R.P. Sirmundo S.I.

S. Richarius, Clotharij 2. temporibus.

Ocialdus.

Clotinus diſcipulus S. Philiberti.

S. Ildeuertus, cuius reliquiæ apud Gornacum.

Aldericus.

Symphorianus, cuius tempore tranſlatus S. Richarius Centulā poſt ann. 160.

Angilbertus.

Henricus 816.

Elizachar pro ſancto habitus.

Riboldus.

Ludouicus 844.

Nithardus pro ſancto habitus.

Radulphus Iudith conſanguineus.

Helgaudus Comes Pontiui.

Guelfo 864.

Carlomannus.

Gebertus.

Hebertus.

Hedeuoldus.

Fulgericus 940.

Ingelardus Monach. Corbeienſ. 981.

Ingerānus 1035. ſcripſit vitā S. Richar.

S. Geruinus. Obiit mēſ. Martio 1071.

Geruinus 2. Epiſc. Ambian. poſt Fulc.

Ancherus 1087.

Ioannes Monach. Corbeienſis 1138.

Gelduinus 1143. prius Ab. S. Valerici.

Petrus 1150.

Guefridus 1166.

Richarius 1172.

Laurentius Monachus Clarimarenſis 1181. Obiit 1224.

Mathæus Monach. S. Cornelij 1216.

Hugo *de Cheuincourt* 1229.

Ægidius *de Machemont* 1257. Capellanus Papæ. Obiit 1291.

Odo

Odo 1293.
Ioannes *Faucaucourt* 1303.
Balduinus *de Gaiſſard*. Obiit 1357.
Petrus *Dalouenges*. Iacet in Collegio Cardinalis. Obiit 1360.
Philippus 1369. pòſt Abbas Fiſcanni.
Hugo *de Rogni* 1374. Obiit 1393.
Guiſſardus *des Salles*. Obiit 1410.
Ioannes *de Bonquetot* 1411.
Hugo *Cuillret* 1412.
Petrus *le Preſtre* 1457.

CERVICAMPVS, vide Caruſcampus ſuprà.

CESSARO, vel Geſſaro S. Tiberij, *Tubery*, apud Septimanos O.B. diœceſis Agathenſis.

CHAMBONIVM S. Valeriæ in Cumbralia O.B. diœceſis Lemouicenſis nobilis Præfectura.

CHARMES, diœceſis Sueſſionenſis.

CHASTOIS O.A. diœceſis Cathalaunenſis.

CHEMINON O.C. diœceſis Cathalaunenſis, filia Trium-fontium ſub Clara-valle. Meminit Ionvilæus c. 18.

CHERBOVRG, infrà, Votum.

CHERIACVM, *Chery* O.C. diœceſis Laudunenſis.

CHERIACVM O.B. diœceſis Æduenſis, *Cheney*.

CHERIACVM, vel Chiriacum, diœceſis Mimatenſis, vbi profeſſus Vrbanus 5.

CHESERIACVM, *Chiſſery* diœceſis Geneuenſis, in Beugeſio, non longè à Nantuaco.

CHOCQVENSE Collegium Canonicorum ſæcularium effecit regulare Ioannes Morinorum Epiſcopus 1120. cuius dotem auxerunt poſteà Guilelmus, Balduinus, Daniel, & Robertus Bethuniæ domini, apud Locrium, ex quo ſequuntur Abbates, nunc Audomarenſis diœceſis, gradu longit. 23. 42. latit. 50. 34.

1. Gualbertus.
2. Godſo.
3. Ioannes.
4. Manaſſes.
5. Vuilelmus.
8. Guifridus.
7. Richardus.
8. Petrus.
9. Ioannes, Attrebatenſis.
10. Mathæus, Bononienſis.
11. Ioannes Clauelius.
12. Simon Canæus.
13. Andreas Belrerelius.
14. Robertus Philippi.
15. Thomas Bononienſis.
16. Iacobus Baccotius.
17. Euerardus Bandelius.
18. Thomas Groulinſius.
19. Ioannes Paruus.
20. Petrus illiæus.
21. Petrus Causfortius.
22. Antonius Hericurtius.
23. Antonius Teſſonius.
24. Antonius Teſſonius.
25. Ioannes *de Looz*.

CHRISSEYVM fœminarum, diœceſis Autiſſiodorenſis.

CIRIACVM O.P. diœceſis Ambianenſis, & Syriacum in pratis.

S CIRICI diœceſis Carnotenſis.

CISONIVM O.A. diœceſis Tornacenſis, *Chiſoin*, Miræus c. 21. Origin. Auguſtinenſ. & in Codice Donationum c. 21. à S. Euerardo conditum, de quo Flodoardus l. 4. c. 1. Cognatus l. 2. c. 62. hiſt. Tornacenſis, & Ioannes Buzelinus l. 1. c. 14. Gallo-flandriæ, vbi ſequentes leguntur Abbates.

1. Anſelmus.
2. Samuel.
3. Marcellus.
4. Rogerus.
5. Hugo.
6. Sigardus.
7. Simon.
8. Ilbertus.
9. Thomas.
10. Radulphus.
11. Bartholomæus.
12. Ioannes.
13. Gregorius.
14. Nicolaus.
15. Ioannes.
16. Robertus.
17. Henricus.
18. Ioannes.
19. Ioannes.
20. Nicolaus.
21. Iacobus.
22. Paulus.
23. Iacobus.
24. Petrus.
25. Iacobus.
26. Iacobus.
27. Ægidius.
28. Natalis.
29. Ægidius.
30. Natalis.
31. Ioannes. Obiit 1450. 18. Octob.
32. Dionyſius. Obiit 1461. 25. Decembris.
33. Simon *de Proiſy*.
34. Ioannes.
35. Mathæus à Barda. Obiit 1564. 26. Ianuar. ætat. 68.

36. Arnaldus.
37. Petrus *Chauuin.*
38. Nicolaus *de Bonmarchant.*
39. Ioannes *de Rumaux.*
40. Eraſmus *d'Autel* Valentinenſis ex Priore.

CISTERCIVM Monaſterium celebre, caput ſui Ordinis ſub Regula Benedictina, diœceſis Cabilonenſis, loco, & ſyluis horrido, & paludibus obſito, aut ſaltem vliginoſo 5. circiter leucas ab vrbe Diuione diſtans, in Ducatu Burgundiæ, gradu longitud. 26. 0. latitud. 46. 30. altitud. ſolis 43. 30. vbi dies maxima horar. 15. 38. 29. vmbra æquinoct. 63. ad 60. Conditur à S. Roberto ex Abbate Moliſmenſi, dotante Odone Burgundionum Duce, iuuantibus, & probantibus Galthero Cabilonenſi 37. & Hugone Lugdunenſi 68. Præſulibus,

Vrbanus 2. Philippus 1. *Pontifice Vrbano, Francorum Rege Philippo* 1098.

At Odo fundator Ciſtercij obiit 1142. 23. Martij, ſepultus in Porticu pro foribus Templi Ciſtercij, non in Choro, vt vult Heuterus, Tarſo Ciliciæ vrbe huc relatus: qua de re inter cæteros Ordericus Vitalis lib. 8. Cæſarius lib. 1. cap. 1. Aubertus Miræus in Chronico huius Ordinis, cuius hiſtoriam ampliſſimè deſcriptam editurus erat Balduinus *Moreau* Roſeriarum Abbas, niſi mors immatura nobis eum eripuiſſet Romæ 1622. maximo Eccleſiaſticæ antiquitatis damno. Eccleſia verò primaria longa eſt 136. paſſus, (præter porticum ad maiorem portam longam 10. paſſibus) lata 83. Chorus longus 83. paſſus, in quo ſedilia ſuperiora triginta, inferiora viginti in qualibet parte dextra, & ſiniſtra, Refectorium longum paſſus 62. latum 28. Capitulum longum, & latum 30. Clauſtrum maius longum paſſus 70. latum 8. vetus Infirmaria longa 92. paſſus, lata 30. Dormitorium longum 90. latum 25. Bibliotheca longa paſſus 40. lata 25. Paſſus autem hîc intelliguntur communes hominis greſſus. Prætereà irrigatur hoc Cœnobium fluuiolo, qui ortus è fonte paſſim dicto *Sensfond*, quod eius fundus nondum penetrari potuerit, in villa *de Chenigny-fenay* leucâ vnâ ab vrbe Diuione diſtante, currit ab Oriente in Occidentem vſque ad vicum *Salon la Chapelle*, vbi flectitur à Septentrione in meridiem arte, & induſtria hominum, ponte ei ſubſtrato iuxta vicum *Noiron*, ſupra quem pontem fluit, altero fluuiolo eumdem pontem ab Oriente in Occidentem ſubterlabente: itaque angulis in formam crucis rectis, tranſuerſim interſectis hinc inde itineribus omnino diuerſis meant. Noſter verò tria ordine ingentia creat ſtagna, omni piſcium genere, præſertim luciorum magnitudine, & bonitate commendatorum referta, nullis aliunde aquis adauctus, ſuis contentus bonis, in hortis Monaſterij amœniſſimis pulcherrimam efficit piſcinam, ac prætereà rotis pluribus verſandis ad molendas fruges, & ligna ſecanda, alioſque in vſus aquam copioſè ſubminiſtrat. Sed quod mirêre magis, creſcit, intumeſcitque, ſerenâ, & ſiccâ anni tempeſtate.

(Mirabilis fluuiolus. — Salo, Saulon.)

Omnis cum pluuio ſupplicat herba Ioui,

aëris vitio ſitiens: decreſcit autem, & minuitur pluuiis cæleſtibus, queis cæteri fluuij gaudent locupletari. Sic in magna Carthuſia fons eiuſdem naturæ non ſine admiratione viſitur. Cæterùm hanc domum ſacram (ſic appellatur Petrarchæ) & multorum ſeruorum Dei ſancta conuerſatione ſublimem (Theodorico in vita ſancti Dominici apud Surium) multis vt decet Priuilegiis, & Elogiis Pontifices ſummi cohoneſtarunt, vt Eugenius 3. 1152. cùm ait eam florere opinione Religionis ſacræ tamquam odore agri pleni, cui benedixit Dominus, & Innocentius 3. lib. 1. epiſt. commendat honeſtatem Ciſtercienſis Ordinis, quæ per Dei gratiam longè, latéque diffunditur, & Gregorio 9. Ciſtercienſis Ordinis titulus dicitur adeò inſignis, vt vix credatur, hinc etiam Innocent 4. 6. Calend. Maij. Pontificatus anno 2. Ciſtercienſes alloquens, ait, Theſauro virtutum ſic præclara veſtra Religio ſuum ſemper adſtrinxit officium, quòd habetur, & in conſpectu Regis æterni placita, & in oculis hominum gratioſa. Ipſa quidem, vt columba mitis, & humilis, & electa, pulchra per totum aſpicitur, omnem à ſe rugam enormitatis abiiciens, & maculam deformitatis excludens, vigilantibus illis, qui primæ ſolicitudinis in ea gerunt officium, quòd ibidem nullæ poſſunt vitiorum ſpinæ ſuccreſcere, ſed ipſa florum honoris, & honeſtatis immarceſcibili polleat vbertate. Propter hunc etenim ſanctæ operationis effectum numquam ordo veſter officio alienæ viſitationis, vel correctionis indiguit. Cùm itaque nos, qui ex huiuſmodi virtuoſis actibus ſpiritu in Domino exultamus, claris agnoſcamus indiciis dictum ordinem eſſe aliis rectæ vitæ ſpeculum, & ſalutiferæ conuerſationis

(Richeome in pictura ſpirituali pag. 553.)

tionis exemplum, quòd & ipſe ſicut olim, ſic & in poſterum ab eiuſdem dumtaxat Abbatibus, ac Monachis idoneis, quos vos filij Abbates ad hoc prouideritis deputandos, & à nullo alio viſitari poſſit, aut corrigi. Eadem quoque ratione Paſchalis anteà cenſuerat, vt locus Ciſtercij ab omnium mortalium moleſtiâ tutus, & liber maneret. Nec immeritò *gratus, & timentibus Deum acceptus ordo* appellatur à Lucio 3. ſacer, & famoſus, ac virtutum meritis rutilans, ſanctitatiſq; odore fragrans, atque in Eccleſiæ corpore membrum nobiliſſimum à plantatione ſui per ſemitam mandatorum Dei ambulans, flores honeſtatis copioſiùs proferens, & vitæ fructus vberrimos producens *in Alexandri 4. Bulla*, nobiliſſimum Monaſterium, & antiquiſſimus Ordo apud Clementem 8. Quem, inquit, meritò complectimur, tùm quòd plurimorum Sanctorum veneratione eſt illuſtris, tum quòd perpetuò præſtantiſſimos viros de Catholicâ Religione, & Apoſtolicâ ſede benemeritos progenuit, in Bullâ anni 1592. quâ exhortabatur omnia Monaſteria Ordinis Matri expilatæ, & direptæ ſubuenire. Nec omittendum quod notat Durandus Epiſcopus Mimatenſis, in Speculo Iuris, tit. *de Teſtibus*. Ius quod vetat fidem adhiberi in re propria dicenti teſtimonium, fallere in Monachis Ciſtercienſibus, & Carthuſianis, propter eorum ſanctimoniam. Vide Petrum Bleſenſem epiſt. 97. Azor. l. 12. c. 21. vbi dicit tres ex hoc ordine fuiſſe Pontifices maximos, Eugenium 3. Benedictum 12. Clementem 6. & olim Cœnobiorum virilium 1800. muliebrium 1400. Legendus etiam Arnaldus *Vion* Lign. vit. l. 1. c. 42. Petrarcha l. 10. epiſt. 1. ad Sagramorum. Chopinus l. 2. Polit. & l. 2. Monaſticon. Chaſſanæus in Catalogo Gloriæ mundi, *Le Cabinet de Ciſteaux*. Faſciculus ſanctorum Ordinis Ciſtercienſis, auctore Chryſoſtomo *Henriquez* Hortenſi editus Bruxellæ 1623. Abbates verò hi præfuêre:

1. S. Robertus, de quo infrà in Moliſmo, & copioſè Faſciculus ſanctorum Ciſtercienſium l. 1. diſtinct. 1. Martyrolog. 29. Martij, licet obiiſſe notetur in veteribus Calendariis 21. eiuſdem menſis.

2. Albericus 2. ann. Memoratur in Officio proprio S. Roberti, vbi dicitur vir Deo dignus, & vnus de primis Monachis Eccleſiæ Moliſmenſis. Vincent. l. 26. c. 95. & noui Monaſterij, quod in Parochia Cabilonenſi ſitum eſt, Abbas, Paſchali 2. 4. Calend. Maij 1100. ac in Martyrologio Ciſtercienſi dicitur obiiſſe 7. Calend. Febr. primus Abbas, non numerato, ſcilicet S. Roberto Moliſmum regreſſo.

3. S. Stephanus, de quo Vincentius l. 27. c. 2. Faſciculus Temporum, Faſciculus Sanctorum Ciſtercij l. 2. diſt. 27. c. 1. Breuiarium Ciſtercienſe: natione Anglicus, conſpicuæ Sanctitatis, omniumque virtutum gratiâ decoratus, eremi amator, & feruentiſſimus ſanctæ paupertatis æmulator, vt eſt in Exordio Ciſtercij c. 15. ſub cuius Magiſterio S. Bernardus Ciſtercium ingreditur, qui ambo interfuerunt Concilio Trecenſi 1127. Obiit 1133. in Chron. M. S. Senonenſi, quo anno ſol eclipſim patitur, qui annus eſt more Romano 1134. 28. Martij, cuius tamen feſtum notatur 17. Aprilis, apud Vionem poſt Baronium in Martyrologio.

4. Raynardus, filius Milonis Comitis Barri ſuper Sequanam, Ordericus l. 8. vbi & de tribus præcedentibus. Ei ſcribit Petrus Venerabilis l. 5. epiſt. 25. veteris editionis, quæ incipit *Grex Domini*, quem ex Clarâ-valle aſſumptum S. Bernardus amplectebatur, vt filium, & reuerebatur vt patrem, cuiuſque mortem abſens reſciuit, vt eſt in ipſius Bernardi vitâ l. 4. c. 3. & in Supplemento Sigeberti 1151. quo obiit, & apud ipſum Bernardum epiſt. 270. vbi Dominus, inquit, Ciſtercienſis deſeruit nos magnâ plagâ in ordine, & in Martyrologio Ciſtercienſi depoſitio notatur 17. Calend. Ianuarij. Exord. Ciſterc. lib. 1. cap. 28. Vincent. l. 27. c. 127.

5. Goſuinus, ex Bonæ-vallis Abbate, in epiſtolâ S. Bernardi 270. Ei priuilegia Ciſtercij, Eugenius 3. 1152. & Anaſtaſius 4. 1153. confirmant.

6. Lambertus. Ei ſcribit Adrianus 4. 1156. Indict. 5. 4. Calend. Mart. Morimundum reuertitur 1161.

7. Faſtradus, ex Abbate 3. Claræuallenſi, Molanus Natal. Sanct. Belg. Ei morienti 11. Cal. Maij Pariſiis 1163. extremam Vnctionem præſente Ludouico 7. Rege miniſtrauit Alexander Papa 3. Tanta erat, inquit, Miræus viri integerrimi apud omnes, etiam orbis terrarum Principes, gratia, atque authoritas. Sepelitur Ciſtercij cum quatuor ex prædeceſſoribus ſuis, communi tumulo prope ingreſſum in Eccleſiam, in ea clauſtri parte, quæ Capitulum attingit. Faſciculus ſanctorum Ciſtercij l. 1.

diſtinct.8. Exordium Ciſterciense lib. 2. cap. 24.

8. Gilbertus, cognomento magnus, ex Abbate Vrſicampi. Ei ſcribit Alexander 3. Montepeſſulo 1165. Indict. 13. pridie Nonas Augusti. Obiit 15. Calend. Nouembris.

9. Alexander. Accepit in cenſum à Benignianis domum Diuionenſem vulgò *le petit Ciſteaux*, datam ei à Mathilde Duciſſâ 1171. Eidem anteà ſcripſerat Alexander 3. Beneuento 1169. Indict. 2. De eo exordium Ciſterciense, & Ioannes Baſilius Santorius lib. 5. cap. 4. Hagiographiæ.

10. Guilelmus. Obiit 3. Idus Ianuarij.

11. Petrus. Conſecratur Epiſcopus 40. Attrebatenſis Veronæ à Guilelmo Cardinale Bleſenſi 1184. Auctarium Aquicinctinum ad Sigebertum.

12. Bernardus.

13. Guilelmus. Obiit 4. Calendas Decembris.

14. Petrus. Obiit 6. Cal. Aprilis.

15. Guido, cuius tempore 1195. ſtatutum fuit in Capitulo Generali, ne vllus Ciſtercienſiũ ad Carthuſianos tranſiret ſine conſenſu Abbatis Ciſtercij, & contrà, vt eſt in antiquis Carthuſianorum Conſtitutionibus Ianſelino Priore generali, fit poſteà Archiepiſcopus 53. Remenſis, & ſepelitur in choro Ciſtercij, cùm obiiſſet Gandaui 3. Calend. Auguſti 1206. Cardinalis Epiſcopus Legatus.

16. Arnaldus, ex Abbate Grandis-ſiluæ, Legatus Pontificius contra Albigenſes, cuius tempore promulgata Ordinis Statuta 1202. Videndus Paranus lib. 1. de Origine Inquiſitionis. Eligitur Narbonenſis Archiepiſcopus 1112. in epiſt. Innoc. 3. quas edidit V. C. Philippus *du May* Senator Diuionenſis.

17. Arnaldus 2. ſponte ceſſit, & obiit 8. Cal. Octobris.

18. Conradus, ex Clare-vallenſi 11. poſteà Cardinalis Portuenſis Epiſcopus, de quo Cantipratenſis lib. 1. Apum cap. 19. Cæſarius lib. 5. cap. 21. *Vion* l. 1. c. 44. Ciaconus in Honorio 3. Faſciculus Sanctorum Ciſtercij lib. 1. diſt. 26. Rigordus in Philippo Auguſto, vbi eum tamquam Legatum Sedis Apoſtolicæ ait procuraſſe exequias ipſius Philippi pridie Idus Aug. 1223. demortui. Eum tamen Britto lib. 12. extr. Philippidos vocat Bertrandum Epiſcopum Prænestinum, malè.

Ampliat exequias, multoque inſignit honore
A *Bertrandus, ſummi qui Pontificis vice fungens,*
Sc [illegible] decorabat præſule plebem,
Baſilicâ regione ſatus, vir nobilis ortu,
Religione acer, habitu Ciſtercius, &c.

Iacet Conradus Clara-valle ad dextrum cornu Altaris præcipui. Vide Iacobum Brulium in Supplemento Antiquit. Pariſienſ. pag. 38.

19. Valtherus. Obiit 14. Calendas Februarij.

20. Iacobus. Obiit 14. Calendas Maij.

B 21. Guilelmus. Abdicauit curam Paſtoralem, & Claram-vallem reuerſus eſt. Nominatur tamen in litteris fundationis Monaſterij Pratenſis Monialium in territorio Trecenſi 1236 menſe Ianuario, & 1228 in titulo Monaſterij *de Baians* Veſontionenſis diœceſis.

22. Bonifacius. Nominatur 1246. & 1254. depoſitâ curâ Abbatiali apponitur ad primos Patres 11 Calendas Octobris.

23. Guido Cardinalis. Obiit 13. Calend. Iunij 1272. cuius meminit Cæſarius lib. 2. cap. 32.

C 24. Iacobus. Ob diſſenſiones reſignat.

25. Ioannes, muro è lapide coctili, ſeu latere Ciſtercium clauſit. Obiit 7. Idus Octobris 1284. ſepultus in Capitulo Ciſtercij. Ciſtercij clauſura.

26. Theobaldus. Obiit 6. Idus Ianuarij 1293. ſepultus in Capitulo.

27. Robertus, poſteà Cardinalis. Obiit Parmæ in Italiâ 1305. vnde Ciſtercium relatus ſepelitur in Choro, de quo Onuphrius, *Vion*, Miræus, Ciaconus. Quo tempore claruit Alanus, cognomento Vniuerſalis, cuius ſepulchrum viſitur Ciſtercij in Clauſtri parte læuâ D Eccleſiam ingredientibus, hoc Epitaphio inſcriptum: Alanus.

Alanum breuis hora, breui tumulo tumulauit,
Qui duo, qui ſeptem, qui totum ſcibile ſciuit,
Labentis ſæcli contemptis rebus egens fit,
Intus conuerſus, gregibus commiſſus alendis,
Mille ducenteno, nonageno quoque quarto
Chriſto deuotus mortales exuit artus.

Vide Præfationem in librum *Parabolarum* Alani, qui aliàs *Doctrinale* inſcribitur, & Hermanuum *Schedel* in Chronico Nurembergenſi fol. 221. & Philippum Bergomenſem in Supplemento Chronicorum, Albertum Crantzium Metropol.

pol. lib.8.cap.55. Trithemium vbi, Mi- A
ra, inquit, de eo narrantur quibus ego
nec fidem adimo, nec temerè adiungo,
Poſſeuinum in Apparatu ſacro, vbi ait
Alanum Inſulenſem ſcripſiſſe de Pœ-
nitentia ad Bituricenſes circa 1300.
Alani quoque liber contra Valdenſes,
non ita pridem ex Bibliotheca Papirij
Maſſoni editus eſt ad Guilelmum
Monſpelienſem, qui quidem Guilel-
mus poſteà factus Grandis-ſyluæ Con-
uerſus nihil præter duo vocabula Latinę
nouerat, ſcilicet *Aue Maria*, quæ litteris
aureis ſcripta apparuere in lilio, ex eius
mortui ore nato, vt eſt apud Miræum.
Alius tamen à Guilelmo itidem Monſ- B
peſſulano, cui Innocentius 3. dirigit
Decretalem per Venerabilem, qui filij
ſint legitimi. Porrò huic Epitaphio pe-
nè eſt ſimile ſequens, ſed antiquius:

*Eſt ſatis in tumulo Petrus hîc iacet Aba-
liardus,*
Cui ſoli patuit ſcibile quidquid erat.

Et illud de Toſtato:

*Hic ſtupor eſt mundi, qui ſcibile diſcutit
omne.*

Attamen multa eſſe ſcibilia, ſeu quæ
ſciri poſſunt, quorum non detur adhuc
ſcientia tradit Ariſtoteles in Catego-
riis de Relatis, item illud de Baldo, ſed C
modeſtius:

*Nemo, quod hunc latuit, ſciuit ſi iura Mo-
narcham*
*Ferre queunt, tanto hic nomine dignus
erat.*

28. Rufinus. Obiit pridie Calendas
Octobris 1299. ſepultus in Capitulo.

29. Ioannes de Pontiſara. Obiit pri-
die Idus Octobris 1304. Nominatur in
Inſtrumento vrbis Diuionenſis 1300.

30. Henricus ex Abbate Ioiaci.
Obiit 5. Calend. Auguſti, ſepultus in
Capitulo 1316.

31. Guilelmus de Vaſcellis. Obiit D
pridie Idus Februarij 1337. Iacet in Ca-
pitulo.

32. Ioannes 3. Obiit 6. Calend. Iunij.

33. Ioannes 4. de Rubeomonte.
Obiit 8. Calend. Aprilis, ſepultus in
Capitulo.

34. Ioannes 5. de Audenayo. Obiit
Calendis Iunij 1359. ſepultus in Ca-
pitulo.

35. Ioannes 6. de Aruernia, ex Ab-
bate 32. Claræ-vallis, vbi cognomina-
tur de Buxeliis, poſteà Cardinalis 1375.
creatus à Gregorio 11. apud Andream
Du Cheſne.

36. Gerardus. Obiit 7. Idus Iulias
1389. ſepultus in Eccleſia Collegij Pa-
riſienſis. Confirmauit Ioannem de Bau-
bigneyo, & Ioannem Collerium Deca-
nos S. Capellæ Diuionenſis, hunc 7.
Februarij 1385. illum 21. Septembris
1379.

37. Iacobus de Flogniaco. Obiit 14.
Calend. Maij 1405. ſepultus in Capi-
tulo.

38. Ioannes 7. de Martiniaco ſpe-
cialis Procurator pro toto Ordine. In-
tereſt Concilio Conſtantienſi 1416.
Obiit 11. Calend. Decembris 1428.
Anteà fuerat Abbas 35. Clarę-vallis.

39. Ioannes 8. de Alneto. Obiit 3.
Calend. Aprilis 1440. ſepultus in Ca-
pitulo.

40. Ioannes 9. *Vion*. Obiit 7. Cal.
Decembris 1458. ſepultus in Capitulo
poſtquam præfuiſſet ann. 19. quo tem-
pore Philippus de Vienna Ordinis Ci-
ſtercienſis fit Epiſcopus 83. Lingo-
nenſis.

41. Guido de Ædua, ex Abbate
Caroli-loci. Rexit tres annos, menſes
7. & obiit 6. Cal. Iulias 1462.

42. Imbertus de Lona. Obiit Ro-
mæ 7. Calend. April. 1470. apud ſan-
ctum Sebaſtianum, cùm habuiſſet Ca-
pitulum Generale anno præcedente
1469.

43. Ioannes 10. *de Cirey*. Obiit 6.
Calend. Ianuarias 1503. ſepultus in Ca-
pitulo. Sic Paris *de Cirey* Prior S. Ste-
phani iuris vtriuſque Doctor, qui 6.
Nonas Iulias 1549. Diuione Regem
Henricum 2. excepit, & Benignus eiuſ-
dem S. Stephani Infirmarius mortuus
16. Iunij 1589. & Benignus alter duo-
decies Maior vrbis Diuionenſis, quod
nulli alij contigit. Noſter verò Ioannes
priuilegia Ordinis Ciſtercienſis in vnum
corpus redacta 1491. Diuione per Pe-
trum *Metlinger* Alemannum Typis pu-
blicanda curauit. Eumdem Bonifacius
Simoneta lib.2. epiſt. 19. vocat maſſam
omnibus virtutibus conditam, & elima-
tam, ſine arrogantia ciuilem.

44. Iacobus de Ponte-ſciſſo. Con-
firmauit Andream *de Leuel*, Decanum
ſanctæ Capellæ Diuionenſis menſe
Martio 1515. more Gallico, & ipſius au-
ctoritate Renatus de Breſchia Abbas
Buxeriæ confirmauerat Stephanum *le
Prince* eiuſdem Andreæ prędeceſſorem.
Obiit 4. Nonas Nouembris 1516. ſe-
pultus in Capitulo cum interfuiſſet
Conciliabulo Piſano. Vide in Alexan-
dro Abbate 22. Stephanienſi.

45. Blaſius de Aſereyo. Obiit 6. Idus
Septembris 1517. in Collegio.

46. Guilelmus. Obiit 10. Calend. Maij 1521.

47. Guilelmus Falco. Obiit 6. Calend. Aprilis 1540. in Capitulo ſepultus.

48. Ioannes II. *Loiſer.* Obiit 6. Calend. Ianuar. 1559. in Eccleſiâ ſepultus ad analogium Epiſtolæ.

Porte d'azur à 3. quintefeuilles d'argent. 2. 1.

49. Ludouicus *de Beſſey*, in Concilio Tridentino. Obiit 13. Calend. Iulias 1564. Eiuſdem gentis Carolus Abbas 85. Benignianus, & Claudius Abbas primùm Maceriarum, deinde Iardi, ac tandem Prateæ diœceſis Bituricenſis, vbi iacet 27. Martij 1547. vltimus in eâ Abbatiâ titularis, cuius tamen regimini ceſſerat aliquot annos ante mortem, vt ſoli Deo vacaret.

50. Hieronymus Socherius, ex Abbate Claræ vallenſi, poſteà Cardinalis, apud Ciaconum & Petramellarium, & in Elogiis Virorum illuſtrium Hilarionis *de Coſte* Minimi.

51. Nicolaus *Boucherat* Trecenſis. Interfuit Concilio Tridentino, Prior Monaſterij de Recluſo, & Procurator generalis Ordinis Ciſtercienſis electus Burgundiæ, Orationem habuit Rotomagi coram Rege 1578. poſteà editam. Quo tempore obtinuit litteras Regias, quibus Conſiliarius in Parlamentũ aſcitus fuit. Obiit ætatis 71. Martij 12. 1586. ſepultus in Presbyterio ad monumentum Roberti Cardinalis Abbatis 27. tumulo æneo inſtaurato ab Emundo ſucceſſore, cum bellis ciuilibus ab impiis aſportatus fuiſſet.

52. Emundus à Cruce, Trecis ortus, Pariſienſis Theologus. Obiit 12. Cal. Septembris 1604. Barcinone in Hiſpaniâ, ſepultus in Monaſterio Populeti, de quo Monaſterio infrà in Abbatiis.

53. Nicolaus *Boucherat* Trecenſis, Nicolai nepos, Theologus, ex Abbate Valcellenſi, Abbatiam penè oppreſſam, ingenti ære alieno tumultibus Gallicis contracto ſummâ parſimoniâ, & induſtriâ liberauit. Confirmauit Ioannem *Miliere* electum in Decanum ſanctæ Capellæ. Intereſt Comitiis Franciæ 1615. cuius Nicolai auſpiciis Balduinus *Moreau*, ex Monacho Camberonenſi Abbas Roſeriarum, & Ordinis Procurator, res Ciſtercienſium non ſatis pro dignitate hactenus ab omnibus cognitas, in lucem è tenebris eruebat, niſi mors nimiùm precox eum Romæ degentem immortalitate beauiſſet. Obiit autem Nicolaus die Sabbati 3. Maij 1625. Eiuſdem verò gentis Abbates

A vide in Pontiniacenſibus. Cæterùm Nicolai mors eò cunctis fuit acerbior, quòd ſicut olim Romanorum penes Scipionum gentem floruit in Africa Imperium, ita iam à multis retrò confectis annorum curriculis, ea laus ſit eximia, & penè ſingularis gloria domus Boucheratiæ apud Trecaſſes in Campania celebris, vt in ipsâ Monaſteriorum rectè, ritéque gubernandorum ſolers *induſtria* communi totius Chriſtianitatis bono, annuente ſupremo numine, *ſortes in ſinum miſſas temperante*, propriam ſedem, perpetuumque domicilium meritò fixiſſe videatur.

B

Clair-vaux

CLARA-VALLIS, tertia Ciſtercij filia diœceſis Lingonenſis in Campaniæ Comitatu ad Albam fluuium, gradu longit. 26. 0. latit. 47. 50. fundatur anno 1115. 7. Calend. Iul. S. Bernardo Abbate primo inſtante, & Theobaldo Campaniæ Comite iuuante, nobile Galliarum Cœnobium, Saxoni Grammatico lib. 14. hiſtoriæ Danicæ, cæleſtis Ieruſalem ipſi Bernardo epiſtolâ 64. cuius Cœnobij commẽdatio habetur apud Petrum Cellenſem lib. 3. epiſt. 12. & Nicolaum Clare-vallenſem S. Bernardi Amanuenſem epiſt. 37. & 45. Cæſarium

Eccleſia 30. habet Altaria ſibi correſpondentia præter A. am maiorem, & in Choro ſedes ſuperiores 40. in quolibet latere.

C lib. 1. cap. 1. Neque ad minimam eius laudem ſpectat, quod præeſt aut ſaltem præfuit octingentis circiter Monaſteriis, & quòd in ſolâ Clarâ-valle S. Bernardus reliquerit 700. Monachos. Vbi notandum ſi non maiorem, ſaltem non minorem fuiſſe tunc temporis, & anteà multitudinẽ Monachorum, quàm nunc ſub pluribus, & diuerſis Ordinibus, quâ de re malè feriati homines iniuſtè conqueruntur. Et ne vltrà Galliæ terminos huius rei probatio quæratur, Certum eſt Lerini quingentos Monachos à Saracenis fuiſſe occiſos cum S. Porcario Ab-

Multitudo Monachorum.

D bate A. C. 730. Auguſti 12. apud Baronium, & Viennæ S. Claro Abbate fuiſſe 1400. cùm Monachorum, tùm Monialium, apud Surium Calend. Ianuariis. Sic in Monaſterio Gemeticenſi 900. Religioſi, Surius in vitâ S. Achardi 15. Septembris, in Luxouienſi 600. ſub Euſtadio, Cluniaci 260. ſic in maiore Monaſterio centum viginti à Normanis occiſi ſuperſtite Leberto Abbate cum 20. Monachis, apud S. Odonem de Tralatione S. Martini, & in Monaſterio ſancti Eligij Pariſiis ſub ſanctâ Aureâ Abbatiſſâ trecentæ Sanctimoniales ſimul vixêre, & in Cœnobio S. Germani Pariſienſis 120. Fratres, apud Aymoinum lib. 5. cap. 10. Vide ſi lubet Platum l. 2. c. 24.

cap. 24. de Bono ſtatu Religionis, Azor A lib. 10. cap. 21. Huc etiam referri poteſt, magnam partem Eccleſiarum cathedralium fuiſſe Monachorum, apud Chopinum in Monaſtico, & quòd diximus Monaſteria fuiſſe Epiſcoporum ſeminaria, & aſyla, vnde à Monachis, non à Clericis Eccleſiam fuiſſe ſtabilitam dicit B. Petrus Damianus Cardinalis l. 5. epiſt. 18. Cæterùm Claræ-valli hac ſerie Abbates præfuerunt:

S. Bernardus, patre Tercelino, matre Aletha, hâc Monſbarrenſi, illo Caſtilionæo, nobili genere vtrimque, Fontanis prope Diuionem in Burgundia na B tus, Ciſtercium ætatis 22. anno ingreſſus, cum ſociis amplius 30. S. Stephano Abbate 3. A. C. 1113. biennio poſt fit Abbas huius loci fundati, vt iam diximus 1115. vnde in cæleſtem patriam euolauit 20. Auguſti feriâ 5. 1153. ætatis 63. cuius aliquot Elogia non abs re fuerit hîc apponere, ſi prius monuerimus, quòd S. Bernardi ad Petrum Venerabilem, & Petri Venerabilis ad ſanctum Bernardum extant mutuæ plures Epiſtolæ in vtriuſque operibus legendæ, & Epiſtolæ ad ſanctum Bernardum Philippi ab Eleëmoſyna Abbatis Bonæ C Spei Ordinis Præmonſtratenſis. Eum itaque ſic alloquitur Nicolaus Rievallis in Anglia Abbas:

Religionis apex, & noſtri gloria ſæcli,
Et decus Eccleſiæ, totius purpura mundi,
Sol ſine nube micans per te Ciſtercius Ordo
Fulget, vt aurora, totoque relucet in orbe.

Sic eum totius Religionis probatiſſimam margaritam, lucernam Ordinis, & ſtellam in Eccleſiæ Dei firmamento radiantem vocat Iacobus Vitriacus cap. 14. hiſtoriæ Occidentalis, qui in tantùm vita virtutibus, & doctrina clarus fulſit, D vt nullus ei in orbe ſecundus exiſteret, ingenio, ore, ſtylo, & ſanctitate, Theobaldus Epiſcopus in vita S. Guilelmi Comitis Pictauienſis apud Surium 10. Februarij. B. Bernardus poſt claros actus, & multa animarum lucra, poſt multa fundata Monaſteria, & plura miraculorum ſigna exhibita beato fine quieuit, Vincent. lib. 29. cap. 1.

Bernardus in illa formidoloſi ſchiſmatis flammâ, quâ Chriſtianus orbis flagrare cœperat, luſtrauit prouincias, infectum reddidit quidquid factum non oportuit, & gladio verbi diuini ſuccinctus fregit terrorem armorum; vir tantæ auctoritatis, vt per vnius os Bernardi purpurati Patres, Reges, Principéſque terrarum, quaſi per commune mundi Oraculum loquerentur, Cæſarius l. 14. cap. 17. Seruus Dei vir opinatiſſimâ ſanctitate præclarus, per quem ſui temporis Eccleſia in antiquum Religionis decus refloruit ex illa ſua Clara-valle aſcendit in montem claritatis æternæ, Roberto Autiſſiodorenſi. Vita eius, fama eius, opera, ſcripta, miracula, fides, ſpes, charitas, caſtitas, abſtinentia, mortificatio demum in membris eius, ſermo, vultus, habitus, geſtus, & his ſimilia, ipſa ſunt, quæ teſtimonium perhibent de eo, qui alumnus fuit familiariſſimus Dominæ noſtræ, Petrus Cellenſis lib. 6. epiſt. 23. & lib. 9. epiſt. 9. Dicitur ſanctitate venerabilis, opinione ſingularis, eloquentiâ ſuauis: vnde Vernerus in Faſciculo Temporum, Doctorem magnum, Apoſtolicum virum, & Moyſem alterum vocat, & totius Ordinis ſui decus, Volaterranus lib. 2. Venerabilem virum ſapientiæ, & doctrinæ titulis clarum, Guilelmus Neubrigenſis. Familiari Sanctorum conſilio ad regimen domus Claræ-vallis ordinatur, qui in tantùm vitâ, virtutibus, & doctrinâ clarus effulſit, vt nullus ei in orbe ſecundus exiſterét, quemque non plus delectabat mitra, & baculus quàm raſtrum, & ſarculus, vt eſt apud Theobaldum Epiſcopum in vita S. Guilelmi Pictauiæ Comitis. Talis, ac tantus in religioſa conuerſatione, & in doctrina fuit, vt minus ad eius laudem ſit, quidquid ab homine dici poteſt: Libros multâ facundiâ ſcripſit, diſputator ſubtilis, & Orator vehemens, apud Conradum Abbatem Vrſpergenſem, & Henricum Gandauenſem, ſapienter, & venuſtiſſimè eloquens, Gaguinus in Ludouico 7. Vitâ, & moribus venerabilis, Religionis ordine conſpicuus, ſapientiâ, litterarúmque ſcientiâ præditus, ſignis, & miraculis clarus, Ottoni Friſingenſi: Vir deuotiſſimus, exemplo præfulgido illuſtrans Eccleſiam ſanctitate vitæ, ſuauitate doctrinæ, miraculorum gloriâ, S. Antonin. tit. 15. cap. 5. Quæ verba repetit Nauclerus, Vir immortalis memoriæ, & honeſtæ conuerſationis ſpeculum Domnus Bernardus Abbas Claræ-vallenſis, piæ in Domino, & per omnia amplificandæ recordationis, Guilelmus Tyrius lib. 16. cap. 19. qui præter laudabilem vitam, & ſanctitatem maximam, ingenij ſui dedit monumenta ſaluberrima, Hermannus *Schedel* Chronico Murembergenſi: Vir nobilis, & ſanctus, qui

Eadem in Chron. Lemouicenſi, & apud Bernardum Guidonem

multis, & in vitâ, & poſt obitum claruit miraculis, in diuinis ſcripturis eruditus, & ſæcularium litterarum non ignarus, ingenio ſubtilis, & ornatus eloquio, Trithem. de Scriptor. Eccleſiaſt. Monachorum parens, non minùs doctrinæ fulgore, quàm vitæ ſanctimoniâ illuſtris Pius 2. in Bullâ Retractationis, Vir planè Apoſtolicus, & non minùs gloriâ miraculorum, quàm ſapientiæ ſplendore illuſtris, Robertus Cardinalis Bellarmin. de Script. Eccleſ. Præ quo nullus fuit Neſtor, Bonifacius lib. 2. hiſt. Virginalis, cap 12. Ornator Belgij, doctrinâ, miraculis, Monaſterus; Molan. Doctor inſignis; Crantz. ſanctimoniâ, & doctrinâ reddens tempora ſua feliciſſima, Iacobus Bergomas in Supplemento Chronicorum, Qui ſuum Ciſtercium velut alter parens illuſtrauit, Paulus Æmilius, vitæ, & doctrinæ ſanctimoniâ clarus, Chromerus hiſtor. Polonicâ: Nullas enim fuiſſe gentes Chriſtianas, quæ non euocauerint ad ſe pios Bernardi commilitones, teſtatur *Vion* lib. 5. cap. 79 & in Martyrol. Monaſt. 20. Auguſti, quo die Martyrologium Romanum ſic habet: In territorio Lingonēſi depoſitio S. Bernardi primi Claræ-vallenſis Abbatis vitâ, doctrinâ, & miraculis glorioſi. Legendus Alexander 3. in Bullâ Canonizationis, Gerſo tomo 2. in ſermone de hoc Sancto, de quo plura Polydorus lib. 13. hiſtoriæ Anglicæ, Hector Boëtius lib. 12. hiſtoriæ Scoticæ, Fulgoſius lib. 2. cap. 5. Sigonius de regno Italiæ, Rubeus in hiſtoriâ Rauennate, Platina in Paſchale 2. Paradinus de antiquo ſtatu Burgundiæ, Baron. tom. 12. Bonfinius in hiſt. Vngaricâ, Sixtus Senenſis in Bibliothecâ ſacra, Poſſeuin. in Apparatu ſacro, Alphonſus Delbeneus de Origine Ciſtercianæ familiæ, Petrarcha lib. 2. de vitâ ſolitariâ, cap 14. Faſciculus Sanctorum Ciſtercij. His verò tot, tantiſque laudatoribus licet vltimus tempore, primus tamen dignitate præit Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus 13. in diplomate pro fundatione Monaſterij Fontani 1618. quo ipſe Bernardus vocatur, *Grand, & fameux Confeſſeur, Pere, & Docteur de l'Egliſe, Reformateur des peuples, Pacificateur des ſchiſmes, & diſſenſions, Patriarche des Religieux, Operateur de merueilles, & deuot ſeruiteur de la Vierge*, cuius vitam libris 5. Guilelmus Abbas S. Theoderici, Bernardus Abbas Bonæ-vallis, & Godefridus Monachus Claræuallenſis digeſſerunt. Neque tamen Bernardus noſter

Si qua diſcordia regnis Bernardus pacator erat, Mantuanus in Faſtis. Alter orbis Moyſes ſui ſæculi Faſcicul. temporũ. Vitâ, & literaturâ conſpi-

A is eſt qui dedit nomen magni, & parui S. Bernardi Alpibus Graiis, & Pœninis, ſed alter S. Bernardus in illis locis Eremita, cuius feſtum agitur 16. Maij, qui alius à S. Bernardo de Mentone, cuius Officium duplex notatur in Rituali Geneuenſi, de quo Alphonſus Delbeneus lib. 3. Burgundiæ Tranſiuranæ. Fuit quoque alius S. Bernardus Oliuetani Ordinis in Etruria auctor 13 0. & alij plures viri hoc nomine, pietate, & doctrinâ celebres, quos ſigillatim recenſere noſtri non eſt inſtituti. Sed & recenſenda ſunt verba Martyrologij Ciſtercienſis 15. Calend Septemb. Obiit Dominus Bernardus de Fontanis, qui dedit Eccleſię partem ſuam, quam habuit in dominio B Caſtri de Fontanis, quam vendidimus, & pro eâ habuimus 400. libras Turonenſes. Quæ tamen non videntur intelligi de noſtro Claræuallenſi, ſed de alio eius gentili, qualis fuit Petrus Burgundus Gallus Fontanis ortus conciuis (rectiùs municeps) S. Bernardi, Presbyter Cardinalis titulo S. Marcelli, Legatus in Galliis ſub Honorio 2. teſte Onuphrio in Epitomâ pag. 92. in folio.

cuus, zelo fidei ſucceſſus. Guilel. de Podio Laurent.

2. Robertus, Brugenſis, electus à Gothofredo Epiſcopo 56. Lingonenſi. C Obiit 1158. Ei adhuc Abbati Dunenſi ſcribit S. Bernardus epiſt. 336. & 337. Videndus Meyerus lib. 5. Annalium Flandriæ. Exordium Ciſterc. lib. 2. c. 21. Miræus Chronic. Ciſterc.

3. Faſtradus, vel Vaſtradus, ex Camberonenſi, poſteà Ciſtercienſis, de quo Bonifacius hiſtoriæ Virginalis lib. 4. cap. 16.

4. Gofridus, ex Abbate Igniaci 1181. in Auctario Affligemenſi. Hunc verò Sariſberienſis epiſt. 234. vocat Dominum Gofridum Autiſſiodorenſem, qui Claræ-vallenſis fuerat Abbas. Sed an D ad Epiſcopatum Autiſſiodorenſem prouectus fuerit, & poſſeſſionē reipſa adeptus haud facilè dictu. Neque enim eſt in Catalogo Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, cùm tamen Trithemius eum vocet Epiſcopum Autiſſiodorenſem, & Baronius A. C 1168. Quidquid ſit, alius eſt à Gofrido Priore Claræuallenſi, qui ſe futurum fuiſſe de numero damnatorum, teſtatus eſt mortuus, ſi Epiſcopatum Tornacenſem acceptaſſet, vt refert Petrus Bleſenſis epiſt. 102. quem ſignificari puto à Cæſario lib. 2. cap. 19 & Thomâ Cantipratenſi lib. 1. Apum, cap. 20 num. 4. Cui ſimile eſt quod narratur ab auctore Regulæ Monialium ad Euſtochium tomo 9. Operum ſancti Hieronymi,

Faſciculus Sanctorum Ciſtercij l. 2. diſtinct. 27. c. 33. vbi ſermonem habet in natali ſancti Bernardi, & alius ſtatuitur à beato Galtherio Autiſſiodorenſi Epiſcopo, de quo ibidē diſtinct. 39. cap. 4.

Hieronymi, & ex eo apud Marullum lib.1. cap.6. Nec minor eſt dubitatio, an ad hunc, vel alium eiuſdē nominis Priorem Claræuallenſem, & poſteà Epiſcopum 56. Lingonenſem ſcribat ipſe Bernardus epiſt.320. Quâ de re ampliùs deliberandum cenſeo, donec Catalogus Priorum Claræuallenſium conſulatur. Interim ex hac reuelatione notabis iudicium iis, qui præſunt duriſſimum fieri, Sapientiæ 6. & difficultatem maximam muneris paſtoralis, de quâ S. Gregorius Nazianzenus Apolog. 1. S. Auguſtinus epiſt. 148. S. Bernardus ſermone 12. Cantic. vbi, Inter alia fratres, ait, reuereamur Epiſcopos, ſed vereamur eorum labores, agnoſcamus impares vires noſtras, nec delectet molles, & fœmineos humeros virorum ſupponere ſarcinis, nec obſeruemus eos, ſed honoremus. In honore enim eorum redarguis opera, quorum onera refugis. Et præclarè Origenes in epiſt. ad Romanos: Omnis, inquit, adeundi honoris Eccleſiaſtici abſcindetur ambitio, ſi qui præeſſe volunt populis, cogitent ſe potius iudicandos, quàm iudicaturos. Vnde S. Auguſtinus ſermone de vitâ Clericorum: Vſque adeò timebam Epiſcopatum, vt cùm cœperat eſſe alicuius nominis inter homines fama mea, in quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum, non illò accederem: hoc & agebam quantùm poteram, vt in loco humili ſaluarer, non in alto periclitarer. Et S. Chryſoſtomus homil. 1. ad Titum: Magna me tenet admiratio eorum, qui huiuſmodi onera appetunt, & in mentem redit fabula Iudicum 9. de rhamno, quæ ſuſcepit regnum ſuper ligna, quod oliua, ficus, & vitis recuſaſſent. Nec aliud eſt Auguſtino hæc ſublimitas, quàm naufragoſa tempeſtas, in quâ, vt de aſcenſu fortè gaudendum, ita certò de lapſu timendum, & quamuis locus ſuperior ſine quo regi populus non poteſt, ita teneatur & adminiſtretur, vt decet, tamen indecenter appetitur. Quod ſapienter Seneca pronuntiauit, Nec abijciendum ſi det Imperiū Deus, nec appetendum. Hinc Clemens 4. epiſt. ad Petrum Groſſum gentilem ſuum. Multis, ait, de noſtrâ promotione gaudentibus, ſoli ſumus, qui certiùs immenſitatem oneris experimur, & ideò quod aliis gaudium, nobis metum ſubminiſtrat, & fletum. At quod nos humiliat, non debet noſtros extollere. Vide Iuonem epiſtola 7. & S. Hieron. epiſt ad Heliodorum. Vtrùm autem liceat Epiſcopatum appetere, vel iniunctum recuſare, diſputat S. Thomas 2. 2. q.185. & in 4. Sententiarum, diſtinct. 20. Nauarrus Conſil. 17. n.7. de Sentent. excommun.

5. Pontius, ex Abbate Grandis-ſiluæ 1168. poſteà 58. Epiſcopus Claromontanus. Vide Theſaurum Ciſtercienſem, pag. 634.

6. B. Gerardus, ex Abbate Foſſænouæ, de quo plura liber Exordij Ciſtercienſis, diſtinct. 2. cap 27. Iſque eſt cui Alexander 3. reſcribit de Canonizatione S. Bernardi à ſe facta. Videndus Cæſarius l. 8. c.78. Vincent. l. 21. c. 31. Petrus in Catal. l. 3. c. 200. Eſt autem Foſſa-noua Monaſterium diœceſis Terracinenſis in Italiâ, fundatum 1135. vbi nonnulli volunt fuiſſe forū Appij, apud Lorinum in Actus Apoſtol. c. 28. v. 15. quo in loco obiit S. Thomas 1274. memoratur ab Honorio 3. de Officio Iudicis, cap. 1. Foſſa-noua.

7. Henricus, ex Abbate Altæcumbæ in Concilio Lateranenſi, Alexand. 3. *Vion* lib. 1. cap. 44. Auctarium Aquicinctinum, Vincent. lib. 30. c. 31. Sirmundus in Notis ad Petrum Cellenſem lib. 8. epiſt. 8. & 21. Vir eximius inter inſignes columnas Romanæ Eccleſiæ loco cerebri conſtitutus, in vitâ ſancti Petri Tarentaſienſis cap. 34. Baron. tom. 12. Ciacon. & Nomenclat. Cardinalium: fuit enim Epiſcopus Albanenſis, Cardinalis, & Legatus in Franciâ. Faſciculus Sanctorum Ciſtercij lib. 1. diſtinct. 25. Cæſarius lib. 4. cap. 79. Crantzius, libro 7. capite 5. Saxoniæ. Autor Exordij Ciſtercienſis, libro 2. cap. 10.

8. B. Petrus 1181. ex Abbate Igniaci, qui in Chronico Autiſſiodorenſi dicitur obiiſſe 1186. Hic autem oculorum altero per ingentem morbum amiſſo, gaudere ſe dixit, quòd ex duobus inimicis, vnius moleſtiâ liberatus eſſet, Marullus lib. 5. cap. 4. Sabellicus lib. 5. cap. 7. *Vion* Martyrol. 14. Martij, Cæſarius lib. 6. cap. 11. Vincent. lib. 30. cap. 28. & Faſciculus Temporum, item Faſciculus Sanctorum Ciſtercij lib. 2. diſtinct. 22.

9. Garnerius, poſteà Epiſcopus 59. Lingonenſis, de quo Faſciculus Sanctorum Ciſtercienſium lib. 2. diſtinct. 10. cap. 16.

10. Guido, ex Abbate Vrſicampi 1195.

11. Conradus, ex Abbate Villarij 1214. poſteà Ciſtercij 18.

AAa

12. Guilelmus 1217. Cæſarius lib. 3. c. 55. Miræus, Chron. Ciſtercienſ. pag. 125. ex Abbate 11. Villarienſi, Faſciculus Sanctorum Ciſtercij l. 1. diſtinct. 29. Cantipratenſis l. 2. Apum c. 10. n. 8.

13. Robertus 1221.

14. Laurentius, Hiſpanus 1224.

15. Rodolphus de Pynnis, anteà Igniacenſis Abbas, poſteà Epiſcopus Aginenſis, tamdemque 82. Archiepiſcopus Lugdunenſis, ſepultus ad altare S. Saluatoris Claraualle iuxta B. Aleydem, ſeu Aletham, S. Bernardi matrem illuc tralatam 19. Aprilis, ex æde Benigniana Diuionenſi, vbi primùm ſepulta fuerat 4. Aprilis. Hoc tempore Adam Epiſcopus 35. Nouiomenſis ex Archidiacono Pariſienſi fit Monachus Claræ-vallenſis 1229. apud Meierum Annal. Flandr. B. Aletha.

16. Drogo 1235. ex Abbate Vrſicápi.

17. Euerardus 1237. ex Abbate Ripatorij.

18. Guilelmus 1239. ex Abbate Villarij, qui captus ab Imperatore Friderico, obiit in carcere, ſed eius corpus Claræuallem relatum in Clauſtro ſepelitur.

19. Stephanus, natione Anglicus, ſed moribus Angelicus, S. Emundi (poſteà 49 Archiepiſci Cantuarienſis) auditor Pariſiis, ex Abbate Sauiniaci, *Nobilis ipſe domus Patrator Pariſienſis*, Bernardinorum ſcilicet in Carducto, quæ fuerat domus Comitum Campaniæ, quamque poſteà in Collegium Ordinis Ciſtercienſis conuertit Benedictus Papa 12. Tholoſanus, Ciſtercienſis Monachus. Sepelitur verò Stephanus Vrſicápi. Hoc tempore tranſlatum fuit corpus B. Alethæ matris S. Bernardi, ex S. Benigni Diuionenſis Eccleſia Claramvallem 1250. 14. Calend. Aprilis.

20. Ioannes 1257. anteà Igniacenſis.

21. Philippus 1264. anteà Fulcardi montis, qui noluit conſentire poſtulationi de ſe factæ in Epiſcopum Cenomanenſem, vbi aliquando fuerat Canonicus.

22. Bono, ex Abbate Trium Fontium 1273.

23. Theobaldus de Sanſiáco 1281. ex Abbate Domus-Dei, poſteà Ciſtercij 26. vbi ſepultus in Capitulo, 5. Idus Ianuarij 1293.

24. Gerardus 1286. priùs Igniacenſis, mortuus in ipſa Claravalle, quod nulli à S. Bernardo, ante hunc contigerat.

25. Ioannes 1288. anteà Abbas Domus-Dei.

A 26. Ioannes de Sanſiaco, frater Theobaldi ſuperioris, ex Abbate Barbelli 1293.

27. Guilelmus, ex Abbate Balernæ, & Cari-loci in Comitatu Burgundiæ.

28. Conradus 1316. ex Abbate Altæ-combæ ann. 2. menſes 6 in Eccleſia Collegij Pariſienſis, ſepultus 7. Idus Iulias 1319.

29. Mathæus 1319.

30. Ioannes de Azinuilla 1331. nobili genere penè per 15. annos.

31. Bernardus de Lauduno 1345. anteà Igniaci, ann. 14. menſ. 2.

B 32. Ioannes de Buxeriis 1359. poſteà Ciſtercij Generalis 35. creatus Cardinalis à Gregorio 11. mortuus Auenione 1386. ſepultus ad muros Claræuallenſes.

33. Ioannes de Dullomonte, ab A.C. 1364. ad 1380.

34. Stephanus de Foiſſiaco, ſacræ Theologiæ Profeſſor, ex Abbate Pruliaci, primus in Claraualle mitrâ vſus: ſic Ioannes de Foiſſiaco Major vrbis Diuionenſis 1362.

35. Ioannes de Martiniaco, ex Abbate 31. Morimundi 1402. qui fortè idem cum 38. Ciſtercij Generali illic ſepulto in capitulo 11. Calendas Decembris

C 1428.

36. Mathæus ex Abbate Belli-prati, & Mortui-maris, in Theologia Magiſter, Eccleſiæ Gallicanæ Ambaſciator 1416. ſeſſ. 20. Concil. Conſtantienſis.

37. Guilelmus de Edua A.C. 1418. ex Abbate Mortui-maris.

38. Philippus 1480. ex Abbate Maceriarum.

39. Petrus de Vireyo, ex Monacho Macerienſi, & Abbate Caroli-loci 1471.

40. Ioannes de Cabilone 1497. per 13. annos, extructor Bibliothecæ Claræ-

D vallenſis, Doctor Theologus, ex Monacho Firmitatis, & Abbate Rigniaci, & Fonteneti. De Cabilone verò, vel de gente illuſtri intelligitur, vel de vrbe, nam pleriſque vitam Monaſticam profeſſis nomina induntur à loco natali.

41. Emundus de Sedeloco, *Saulieu*, A.C. 1509. poſt 43. annos.

Mundior argento, mundo ſublatus ab iſto.

42. Hieronymus Sochierius, Theologus, in Concilio Tridentino clarus 1552. poſteà Ciſtercij 50. Generalis 1564. tamdemque Cardinalis, ſepultus Romæ ad ſanctam Crucem in Ieruſalem 5. Idus Nouembris 1571. de quo Petramellarius, Ciaconus, & *Vion* lib. 1. cap. 44.

43. Lupinus

43. Lupinus *le Mire* 1571. A

44. Dionyſius *l'Argentier*, Theologus, ex Ordinis Procuratore 1597. die Purificationis B. Mariæ 2. Februarij ab Emundo Crucio Generali 52. benedictus. Quo Abbate 1579. ſepultum fuit Clara-valle ante altare Omnium ſanctorum cor Triſtandi *Bizet*, ex Monacho huius Monaſterij Epiſcopi 62. Santonenſis. At Dionyſius, cui argentum ſeptuplo probatum nomen fecit, vir moribus planè aureis toto vitæ curſu Bernardum ſuum preſſis veſtigiis imitatus, è Clara-valle in montem lucis æternæ migrauit 1624. die 25. Octobris in B Aurea-valle Flandriæ Monaſterio Ciſtercienſi.

Claudius *l'Argentier*, nepos Dionyſij coadiutor 1621.

Priorum Clarçuallenſium Catalogus habetur in Faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium auctore Chryſoſtomo *Henriquez*, vbi recenſentur Præſules in hoc Cœnobio ſepulti, Ioannes, & Rodulphus Lugdunenſes, Hugo, Manaſſes, Robertus, Garnerius, & Gaufridus Lingonenſes, Alanus Autiſſiodorenſ. Guilelmus Remenſis ex Lingonenſi. C

Claravallis Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Mediolanenſis, fundatur ab Anſelmo Archiepiſcopo tempore S. Bernardi.

Claravallis Ordinis Ciſtercienſis Monialium, diœceſis Metenſis.

De Claritate-Dei O.C. diœceſis Turonenſis.

Clarvs-campvs O.P. diœceſis Vltrajectenſis.

Clarvs-fons in Comitatu Burgundiæ diœceſis Veſontionenſis O.C. fundatur Nonis Iunij 1133.

Clarvs-fons O.C. fœminarum in Lotharingia. D

Clarvs-fons Beatæ Mariæ O.C. diœceſis Carnotenſis fundatur à Roberto 63. Epiſcopo.

Clarvs-fons O. P. diœceſis Laudunenſis.

Clarvs-locvs, *Clair lieu*, fundatur iuxta Nanceyum 1159. à Mathæo Duce Lotharingiæ O.C.

Clarvs mariscvs, *Clair-marez*, Ordinis Ciſtercienſis, olim diœceſis Teroanenſis, nunc Audomaropolitanæ in Arteſia, conditur 1140. 24. Aprilis à Theodoro Flandriæ Comite, filia Claræuallis, cuius Abbates recenſentur 43. apud Locrium pag. 300.

1. Gunfridus. Ann. 8.
2. Guilelmus. Ann. 16.
3. Dauid. Ann. 5.
4. Euerardus. Ann. 11.
5. Fernandus. Ann. 4.
6. Gerardus de Spineto. Ann. 5.
7. Adam. Menſes 4.
8. Gerardus de Campania. Ann. 3.
9. Nicolaus. Ann. 4.
10. Lambertus. Ann. 14.
11. Michaël. An. 1.
12. Menerius. Menſes 9.
13. Simon de Marketta. Ann. 32.
14. Robertus de Bethunia. Ann. 8.
15. Arnulphus. Ann. 16.
16. Nicolaus *de Stenfort*. Ann. 8.
17. Anſelmus *Roſiu*. Ann. 3.
18. Renerus de Marketta S. T. Doctor, præfuit ann. 2.
19. Petrus de Diuione. Ann. 6.
20. Henricus de Ipra. Ann. 15.
21. Sagallo. Ann. 8.
22. Henricus de Iprâ, iterùm an. 1.
23. Ioannes *Bieure*, S. T. Doctor. An. 1.
24. Franciſcus *Sandre*. An. 1.
25. Lambertus *de Arkes*. Ann. 13.
26. Paulus. Ann. 10.
27. Iacobus *Mithe*. Ann. 20.
28. Ioannes *Godderons*, ex Dunenſi Cœnobio accitus. Ann. 21.
29. Petrus *Ruthe*. Ann. 14.
30. Georgius de Campania. Ann. 11.
31. Ioannes *Gheers*. Ann. 26.
32. Rolandus Monachi, præfuit an. 11.
33. Ioannes Serlanus. Ann. 17.
34. Ferannus *Crebeen*. Ann. 19.
35. Iacobus *le Cyeure*. Ann. 11.
36. Ægidius *Villers*. Ann. 22.
37. Ægidius *du Pont*. Ann. 7.
38. Ludouicus *Hertauld*. Ann. 19.
39. Robertus *Pepin*. Ann. 3.
40. Antonius *de Croix*. Ann. 29.
41. Antonius *de Canteleu*. Ann. 11.
42. Hubertus *Raoul*. Ann. 5.
43. Morandus *de Blomme*.

Clarvs-mons O. C. diœceſis Cenomanenſis. Supplem. Sigeberti 1179.

S. Claudij. Vide Iurenſe, infrà.

S. Clementis in vrbe Metenſi O.B.

De Cleret, diœceſis Carnotenſis, fœminarum O.C.

Cleriacvm O. B. diœceſis Agennenſis ad Oldum fluuium.

De Cloissone, fœminarum diœceſis Vapincenſis.

Clvniacvs ad Gronam fluuium D. Matiſconenſis, SS. Apoſtolis Petro, & Paulo Monaſterium dicatum, in Burgundia, gradu longit. 25. 50. latit. 45. 52. conditum A.C. 910. à Bernone Abbate

Clugny porte de gueule à 2. clefs d'argent en ſautoir, trauerſées d'vne eſpée la poincte en haut.

Guilelmo Aquitaniæ Duce, & Aruerniæ Comite dotatore ſub Regula ſancti Benedicti caput ſuæ Congregationis Monachorum nigrorum, de cuius Cœnobij, & Ordinis dignitate Glaber lib. 3. cap. 5. Petrus Venerabilis (de quo infrà num. 9.) lib. 5. epiſt. 3. lib. 3. epiſt. 29. lib. 1. Miraculorum cap. 9. lib. 9. cap. 7. Petrus Cellenſis lib. 5. epiſt. 34. & lib. 2. epiſt. 1. Goffridus lib. 4. epiſt. 1. Chaſſanæus Catalog. glor. mundi parte 4. Conſider. 31. & 55. Sacrum, & re verâ celeberrimum, in Inſtrumento electionis Valtheri Epiſcopi Cabilonenſis 37. Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 4. vocans Paradiſum quatuor fluentis Euangeliorum irriguum, & ſpiritualem campum, in quo cælum, & terra congreditur, Petrus Bleſenſis epiſt. 97. Vbi ſanctus eſt, inquit, Cluniacenſis, ſanctúſque Ciſtercienſis Ordo, & in vtroque poſuit Deus myſterium reconciliationis, & negotium ſalutis, Ioannes Sariſberienſis lib. 2. cap. 7. Polycratici. Cluniacenſes multis prouinciis formam Religionis dederunt, quorum Ordo, teſte Roberto in Chronico Autiſſiodorenſi, ita floruit ſub Odone ſancto Abbate, vt meritò fonti aquæ viuæ poſſit comparari, qui veræ Religionis pietate ad ſe venientes, & inibi Deo deſeruientes pleniſſimè abluebat. Vnde hunc Ordinem Gregorius 12. Præfatione Benedictinæ conſtitutionis, aſſerit in Eccleſiæ Paradiſo plantatum à mari, ad mare vberes fructus honeſtatis producere, ex quo promanarunt Eccleſiæ ſummi quatuor Pontifices, & penè innumeri Præſules. Qua de re *Vion* in Ligno vitæ lib. 3. die 13. Ianuarij, & lib. 5. cap. 4. vbi texitur Catalogus Abbatum, quem damus locupletiorem, licet penè nobis anſam eum edendi eripuerint viri clariſſimi Bibliothecæ Cluniacenſis editores, Martinus *Marrier*, & Andreas Quercetanus, queis addi poteſt Aubertus Miræus Protonotarius Apoſtolicus lib. 2. cap. 3. & 4. Originum Monaſticarum, & cap. 50. Originum Benedictinarum, vbi plura de hoc Monaſterio, quod Speculum Religionis Monaſticæ nominatur Paſchali 2. Nobilius membrum Regni Francici, Ludouico 7. iuniori, Curia, in qua Deo ſacra reſultant præconia, Ricuino Epiſcopo Tullenſi, Hortus Dei, Petro Cellenſi lib. 2. epiſt. 1. Lauacrum animarum, Hildeberto in vita ſancti Hugonis, Vrbs fortitudinis, de qua egrediuntur millia per Epiſcopatus, per Abbatias, per Regna, & Principum coronas, eidem Petro Cellenſi lib. 8. epiſt. 23. Locus famoſus, Vrbano 2. apud Vionem 5. Septembris, Commune pietatis aſylum, in vita ſancti Morandi. Amplitudo autem Eccleſiæ, vt nunc eſt, declaratur infrà num. 6. 12. Monaſterij num. 24. cuius loci Abbates ſequuntur.

1. Berno, ex Comitibus Burgundiæ originem ducens, ſancti Euticij fundatoris Monaſterij Balmenſis Diſcipulus, Cluniaco præfuit ſanctiſſimè ann. 16. & miraculis clarus quieuit in Domino 626. Idibus Ianuarij, atque in vetere Cluniacenſi Eccleſia ſancti Petri ſepultus eſt retro altare ſanctæ Catharinæ. Videndus Poſſeuinus in Apparatu ſacro v. Euticius, Baron. Tom. 10 Annal. Miræus Faſt. Belgic. 13. Ianuarij, & in Origin. Monaſt. lib. 1. cap. 3. vbi & de Abbatibus aliis ſequentibus.

2. S Odo, ex nobilibus Francorum, Remigij Monachi apud ſanctum Germanum Autiſſiodorenſem auditor, ex Abbate 15. ſancti Petri Viui Senonenſis, & Tutelæ, à Berengario Veſontinenſi Archiepiſcopo ordinatus, præfuit ann. circiter 17. ac bonis operibus plenus migrauit è ſæculo Turone an. 943. die 18. Nouembris, & Cluniaci ſepultus, Poſſeuinus in Apparatu ſacro, vita ſancti Bercharij apud Camuzatum, Trithem. Baron. 943. Flodoardus, Ademarus Engoliſmenſis, cui dicitur litteris liberalibus apprimè eruditus, & Dei amore flagrantiſſimus, ac Monachorum ſtrenuus reformator.

3. Aymardus, Comitis Engoliſmenſis filius, ſimplicitatis, & innocentiæ cultor eximius. Creatur 943. præfuit ann. 11. & tandem luminibus orbatus abdicauit anno 954. Obiit 963. Cluniaci 5. Octobris, ibique in veteri Eccleſia retro maius altare ſepultus. Legendus Vincentius lib. 25. cap. 68. At de eo vſurpare illud poſſumus,

Mente Deum adyt, & quæ natura negabat,
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Cæterùm de cæcitate patienter toleratâ poſt Ciceronem 5. Tuſculanâ vide Iacobi Gutherij Tireſiam, & Ioannis Paſſeratij Orationem de Cæcitate, Buſæum in Panario, Ericium Puteanum, S. Hieronymum epiſt. 31. & 33. Senecam lib. 3. Controuerſiâ 1. & lib. 4. Controuerſiâ 2. & de Remedio fortuitorum,

torum, vbi cæcitatem vocat partem innocentiæ, & hominis libertatem oculos perdidiſſe, Quintilian. At licet quibus ſolis iſtæ portæ clauduntur, ſint irregulares, apud Soarem diſput. 51. ſect. 3. & Leſſium lib. 2. de Iuſtitia, & Iure c. 34. dubit. 25. vbi non priuantur beneficio prius obtento: tamen inueniuntur Indulgentiâ Apoſtolicâ cæci Sacerdotes, & Præſules, vt Nicolaus Voerda anno 3. ætatis oculis captus ſit Doctor Iuris Canonici, & Preſbyter, Trithemius, & Robertus Marcrob cæcigenus Doctor Pariſienſis, & Archiepiſcopus Armachanus, ac Legatus à latere in Hibernia, vt referunt Genebrardus, & Sanderus. Sic in iure ciuili cæcus officio iudicandi fungitur l. 6. de Iudicus, & Senator eſſe poteſt l. 18. de Poſtulando, nec amittit quæſitum honorem l. 8. C. de Decurionibus lib. 10. ac poteſt tutelam gerere l. 16. de Auctoritat. Tutor. nec ipſi inuito Curator dari poteſt, Paulus lib. 4. Sententiarum, tit. 12. quamuis Perſæ coclitem ad principatum, aut aliam dignitatem non admitterent teſte Procopio. Econtrà Seſoſtris, & Pelion Reges Ægypti cæci, apud Herodotum lib. 2. & Diodorum lib. 2. & Fineus Paphlagoniæ, apud Apollonium in Argonauticis. Cæterùm de oculorum præſtantia ſuprà cæteros ſenſus conſulendus Philo lib. de Abraham, Plato in Timæo, Alcinous c. 18. Lactantius cap. 8. & 10. de Opificio Dei, Suarez Metaph. diſput. 1. ſection. 6. Conimbricenſes in 2. de Anima cap. 7. quæſt. 6. art. 1. Lorinus in Pſalmum 37. verſ. 10. Pererius in illud Danielis cap. 3. *Benedicite lux, & tenebræ Domino*, Hieronymus Dandinus lib. 4. cap. 38. De corpore animato. S. Ambroſius Exaemeron lib. 6. cap. 9. Cicero 2. de Natura Deorum. Sic viſus appellatur forma hominis Theophraſto, ſpeculum naturæ, & animæ feneſtræ, via aperta ad cor, membrum diuinum, & pars ſolaris, propter quam factum eſt cerebrum, Galeno, ſol microcoſmi, Orpheo, & oculi cuſtodes domus, Eccleſiaſtæ 12. & Iuſtitiæ ſeruatores, apud Diodorum lib. 3. cap. 1. vnde Serenus Sammonicus:

Summa boni eſt hominis pulchros contingere viſus,
Quos quaſi cuſtodes, defenſoréſque pericli
Proſpiciens ſummâ natura locauit in arce.

Legendus Seneca libro quarto Con-

A trouerſia 2. cui titulus Metellus cæcatus.

4. S. Maiolus, nobiliſſimis parentibus in Prouincia natus, poſt abdicationem Aymardi, ſeu Ademari, electus 954. præfuit in omni bonitate annos 40. & tandem ſanctitate clarus obdormiuit feliciter 994. 5. Idus Maij, in Monaſterio Siluiniaco, vbi ſepelitur, cuius anno 27. dedicata eſt Eccleſia Cluniacenſis ab Henrico Bituricenſi 55. Archiepiſcopo 17. Calend. Martij. Prætereà de Maiolo plura habentur in Martyrologio Romano Baronij, & B Monaſtico Vionis, & apud Petrum Damianum lib. 2. epiſt. 14. Gerbertum epiſt. 70. 81. & 88. & in Epiſcopis Lingonenſibus nu. 47. vbi conceſſit Brunoni Guilelmum Abbatem 43. Benignianum. Vide Sebaſtianum *Marcail* lib. 3. cap. 4. Antiquit. Siluiniacenſium, Baron. Tom. 11.

5. S. Odilo. Electus 994. præfuit ann. 55. ordinatus à Leutaldo 45. Biſontinenſi Archiepiſcopo die Pentecoſtes: Vir vitæ, & famæ Venerabilis. Oſculatur pedes omnium Fratrum Caſſinenſium, Leo Oſtienſis lib. 2. cap. C 64. Is primus in ſuis Monaſteriis obſeruari præcepit ſolemnitatem anniuerſariam, quâ memoriam Omnium fidelium defunctorum ſacrificiis, & precibus viuentium Chriſtianorum poſtridie feſti Omnium Sanctorum religioſè procuratur ab vniuerſa Eccleſia. Qua de re Auctores varij, qui de Ritibus Eccleſiaſticis ſcripſerunt, Baron. 1048. & Chronologia Lirinenſis, Glaber lib. 5. cap. 4. Sebaſtianus *Marcail* lib. 5. Antiquitatum Siluiniacenſium, Iacobus Galtherus ſæculo 11. Fulbertus epiſt. 31. & 66. in qua Monachorum Archangelus appellatur. Obiit auD tem ſanctus Odilo pridie Calend. Ianuarias 1048. ætatis 87. Siluiniaci, vbi & ſepultus, cuius vitam ſcripſit Beatus Petrus Damianus, vt teſtatur Sigebertus cap. 163. de Viris illuſtribus, & Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Porrò ſub hoc Archimandrita profeſſus eſt Monachum Caſimirus Rex Poloniæ, Genebrardus poſt Cromerum lib. 4.

Caſimirus Rex Poloniæ Monachus.

6. S. Hugo, apud Eduos genere nobili Semuriorum, patre Gofrido, matre Adelaïde filia Balduini Guinæ Comitis ortus præficitur annis 60. menſibus 3. diebus 29. à Calendis Ianuariis 1049. ad 3. Calend. Maij 1101. quo die 13. Cal. Maij ætatis 89. miraculis clarus obiit Cluniaci, vbi colitur in Eccleſia maiori

Portoit coticé d'argent, & de gueule de ſix pieces.

S. Petri, & Pauli Apoſtolorum, quam ipſe conſtruxerat, ad cuius altare maius poſteà collocatur 13. Maij quæ quidem Eccleſia (opus 25. annorum) longa eſt paſſibus 250. lata 58. ſedilia in choro habens 220. Hugoni præterea ſcribit Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 14. 62. & Iuo epiſt. 191. eiuſque meminit Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 16. & lib. 2. epiſt. 4. vbi Archangelus Monachorum appellatur, Vincentius lib. 27. cap. 3. Sirmundus Notis ad Gofridum Vindocinenſem epiſt. 1. lib. 4. præter Martyrologia. Ad eius quoque laudem facit, quod Hildebertum Turonenſem Archiepiſcopum, & Vrbanum 2. Papam diſcipulos habuerit, & Hugonem 2. Burgundiæ Ducem filium in baptiſmo ſpiritualem, ac poſteà ſuum Monachum. Habuit etiam Priores ſucceſſiuè Hildebrandum, & Odonem, poſteà ſummos Pontifices, illum nomine Gregorij 7. hunc Vrbani 2. appellatione illuſtres. Item Albericus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, Monachus Cluniacenſis ſub eo floruit.

Communiter Monachi non fiunt ſuſceptores c. 103. Non licet, de Conſecrat. diſt. 4.

7. Pontius Comitis Marguleinſis filius, electus 1109. benedicitur à Guidone Viennenſi Archiepiſcopo, 7. Idus Maij. Rexit ann. 13. & anno regiminis 10. factus eſt Cardinalis à Calixto 2. & obiit 1123. 4. Calend. Ianuarias Cluniaci, vbi ſepultus eſt iuxta altare ſancti Martini Eccleſiæ maioris, de quo Platina in Honorio 2. Iuo epiſt. 233. & 264. Baron. 1126. Sabellicus lib. 4. Ennead. 9. Leo Caſſinenſis lib. 4. cap. 62. Trithemius Chron. Hirſaugienſi 1124. Gaufridus Vindocinenſi lib. 4. epiſt. 2. Eius verò tempore Gelaſius 2. obiit, & tumulatur Cluniaci 1119.

Hic pater orbis Apoſtolicus, ſummúſque Sacerdos,

Dormijt in proprio Romani iuris aſylo.

vt eſt in Epitaphio, in cuius locum ibidem eligitur Guido Viennenſis Archiepiſcopus, Calixti 2. nomine appellatus.

8. Hugo 2. Ex Priore Marciniaci præfuit menſibus 3. & moritur 7. Idus Iulij 1125. ſepultus Cluniaci iuxta altare SS. Nazarij, & Celſi, & vacauit Abbatia menſem vnum, dies 12.

9. Petrus Mauricius, vel Mauriacenus, cognomento Venerabilis, Aruernus nobilis, ſuis & aliorum ſcriptis notiſſimus, creatur die Octauarum Aſſumptionis 1123. Rexit in omni doctrina, & pietate ann. 35. menſes 4. dies 4. Obiit Cluniaci plenus dierum 1157. 8. Calend. Ianuarias, ibique ſepultus eſt iuxta altare SS. Iacobi, & Philippi, vir ſcientiæ ſingularis, & ſermone dulcis ſcripſit ad poſteriorum vtilitatem multa, Trithemius, & Poſſeuinus, de quo etiam Robertus Supplemento Sigeberti, Petrus Cellenſis lib. 2. epiſt. 1. Priorem ſui Monaſterij habuit Mathæum, poſteà Cardinalem Epiſcopum Albanenſem Legatum, & S. Martini Priorem 3.

10. Hugo 3. *de Fraſan*, electus 1158. præfuit ann. 5. menſes 3. Obiit Idibus Martiis, & iacet apud Vallem ſub Poligniaco. Ad eum extat Epiſtola 29. Petri Cellenſis. Sic verò in Roberti Supplemento ad Sigebertum notatur circa annum 1158. depoſito Roberto Cluniacenſi, & mortuo in reditu à Roma Hugo Prior Clauſtralis effectus eſt Abbas Cluniacenſis, iſque eſt Robertus, qui cognomento Groſſus fuerat electione tumultuariâ intruſus iure Parentelæ, erat enim Comitis Flandriæ cognatus, reclamantibus perſonis honeſtioribus. Eſt autem *Fraſan*, pagus in Burgundiæ Comitatu, vnde emanauit apud Diuionenſes clara familia, in qua enituit Ioannes mortuus in maioratu vrbis Diuionenſis 1609. conditus gentilitio ſepulchro in æde S. Ioannis, cuius filius hoc anno 1625. eſt Major.

11. Stephanus, creatus 1163. abdicauit poſt decimum annum regiminis 1173. & anno ſequenti pridie Idus Auguſti ſepultus Cluniaci ante maius altare S. Stephani. Hic verò apud Camuzatum 1164. vocat Henricum Trecarum Comitem virum nobilem, & Eccleſiæ ſpecialiter deuotum, pium, & glorioſum Principem.

12. Rodulphus de Soliaco, Comitis Theobaldi conſobrinus, nepos Henrici Vintonienſis Epiſcopi, ordinatus à Petro 42. Cabilonenſi Epiſcopo 1173. poſt tertium regiminis annum ſponte abdicauit, obiitque eodem 1176. pridie Calendas Octobris, ſepultus ad S. Mariam de Charitate, cuius Priorem egerat, in Supplemento Sigeberti.

13. Galtherus, filius Hugonis domini *de Baſoche* Vicedomini Cathalaunenſis. Eligitur 1176. Obiit 8. Idus Septembris anno primo regiminis vix completo, ſepultus Cluniaci ante Capellam S. Martialis. Aliis tamen iacere dicitur Pariſiis in Sacriſtia Sancti Martini, vbi Prior fuerat 12. Robertus in Supplemento Sigeberti.

14. Guilelmus, ex Priore 14. S. Martini Pariſienſis, & Abbate Rameſienſi, electus 1176. Præfuit ann. 2. menſes 4.

Obiit

Obiit anno 1179. inchoante, 3. Idus Ianuarij, in Monaſterio Charitatis, vbi iacet, Robertus Supplem. Sigeberti. Eſt autem Rameſia Angliæ Abbatia, cuius loci Abbati ſcribit Alexander 3. c.2. de Dolo. Quomodo autem Helſinus celebrauerit primus in hoc Monaſterio Conceptionem B. Mariæ docent *Vion* lib.5.cap.113. Azor. parte 2. lib. 1. cap. 21. Baron. in Martyrolog. 8. Decembris.

Rameſia.

Conceptio B Mariæ.

15. Theobaldus, ex Monacho Criſpeienſi, & Abbate S. Baſoli 1179. præfuit annum vnum, neque integrum. Ei electo ſcribit Petrus Cellenſis lib. 9. epiſt. 3. inde aſſumitur in Cardinalem ab Alexandro 3. ac tandem in Epiſcopum Oſtienſem à Lucio 3. 1184. Itaque in Vrbani 3. & Clementis 3. priuilegiis pro Hugone Abbate Cluniaci ſequente ſubſcribit ipſe Theobaldus Epiſcopus Oſtienſis, & Velitrenſis. Obiit 1188. pridie Nonas Nouembris Cluniaci ſepultus. Vide Vionem l. 2. pag. 197. & l. 5. pag. 575. Ciaconum pag. 491.

16. Hugo 4. filius Comitis Claromontani, primùm Abbas Flayacenſis 30. indeque S. Luciani 10. tandemque Cluniaci 1180. Rexit ann. 18. & menſes aliquot. Obiit 1199. 6. Idus Aprilis, ſepultus Cluniaci inter altaria S. Andreæ, & S. Vincentij. Ad eum extat Petri Cellenſis Epiſtola 11. l. 9. & memoratur Roberto in Sigeberti Supplemento.

17. Hugo 5. ex Abbate Radingenſi, eligitur 1199. rexit annos 8. & menſes aliquot. Obiit 1207. 4. Calend. Septembris. Iacet Cluniaci. Eius meminit Auctor vitæ S. Hugonis Lincolnienſis l. 2. cap. 1. in Cod. M. S. Conditur verò Radinga ab Henrico primo Rege, vt teſtatur Guilelmus Gemeticenſis, & alter Neubrigenſis lib. 1. cap. 3. cuius loci ex Priore Cluniaci primus fuit Abbas Hugo, inde Rotomagenſis 49. Antiſtes 1130. alius ab hoc Hugone Abbate.

Radingæ ad Tameſim flu. 1120

18. Guilelmus 2. electus 1207. qui poſt regimen annorum 7. totidémque menſium abdicauit feriâ 4. ante Paſcha 1215. & obiit 1222. 11. Calend. Octobris ſepultus ante maius altare S. Martini Pariſienſis vbi fuerat Prior 13.

19. Geroldus, vel Gerundus, vel Gerardus ex Moliſmenſi electus 1215. ipſo die, quo abdicauit Guilelmus. Præfuit ann. circiter 5. fitque Epiſcopus 40. Valentinenſis 1220. indeque Patriarcha Ieroſolymitanus 1230. in eaque dignitate obiit Ieroſolymis 7. Idus Decembris, & apud ſacroſanctum Domini Sepulchum inhumatus.

20. Rolandus, creatus 1220. poſt regimen annorum plus, minus octo reſignatione factâ 1228. in Capitulo Fratrum. Obiit pridie Idus Nouembris, in eodem Capitulo ſepultus.

21. Bartholomæus 1228. Præfuit ann. 2. & obiit Cluniaci 1230. Calend. Maij, ibique retrò chorum ſepultus.

22. Stephanus 2. de Berſiaco, & rectiùs de Verſiaco, vel Vergiaco *de Vergy*, eligitur 1230. & à Ioanne Viennenſi Archiepiſcopo benedicitur, peractiſque aliquot annis in Præfectura reſignatione factâ, obiit pridie Calend. Nouembris, & ſepultus Siluiniaci, vnde fuerat ex Priore aſſumptus.

23. Hugo 6. ex Abbate Maioris-Monaſterij 76. electus 1236. cùm rexiſſet annos plus, minus octo, fit Epiſcopus Lingonenſis 65. 1244.

24. Guilelmus 3. *de Pon*, ſiue *de Pontoiſe*, ex Priore Charitatis, creatus 1244. Præfuit ann. plus, minus 14. poſteà anno 1257. in Agennenſem Epiſcopum electus, reſignauit, & anno Epiſcopatus ſui 7. Domini 1263. die 15. Calendas Ianuarij obiit, & apud S. Martinum de Campis Pariſiis, ſepultus eſt. Narrat verò Auctor Chronici Cameracẽſis M. S. rem miram, quæ contigit anno primo huius Abbatis, videlicet, quòd Innocentius P P. hoſpitatus ſit in hoc Monaſterio, habens ſecum Cardinales 12. Patriarchas 2. Conſtantinopolitanum, & Antiochenum, Archiepiſcopos 3. & Epiſcopos 15. cùm adeſſent ſimul Conſtantinopolitanus Imperator, Rex Franciæ cum matre, ſorore & fratre Comite Arteſiæ, filius Regis Caſtellæ, & filius Regis Aragoniæ, Dux Burgundiæ, Comites 6. & multi alij Principes, & Barones cum infinita militum multitudine, nec tamen vnquam Monachi amiſerunt Dormitorium, Refectorium, Monaſterium, Capitulum, Infirmarium, Cellerarium, Coquinam, neque aliquam de Officinis Conuentui deputatis, omnibus hoſpitantibus infra Eccleſiam Monaſterij, clauſura Monachorum intactâ.

Amplitudo Monaſterij Cluniaci.

25. Yuo *de Poiſeu*, ex Priore S. Marcelli Cabilonenſis, creatus A.D. 1257. Præfuit vtiliſſimè ann. 18. Obiit anno 1275. die 8. Septembris Cluniaci, ſepultus inter altaria S. Iacobi, & S. Clementis. Incœpit ſtructuram Collegij Cluniacenſis Pariſiis, quam abſoluit Yuo ipſius nepos, de quo numero ſe-

quente. Huic Yuoni dicauit Chronicon ſuum Girardus de Aruerniâ.

26. Yuo *de Chaſans.* ex Priore 24. S. Martini Pariſienſis. Eligitur die ſepulturæ ſui prædeceſſoris 1276. Præfuit ann. 14. minus 4. diebus. Obiit 3. Septembris 1289. ſepultus inter Altaria S. Andreæ, & S. Clementis Cluniaci. Huius verò, vel ſuperioris hiſtoriam figuralem M. S. extare in Bibliothecâ S. Galli apud Heluetios ait Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Alterutrius quoque Iuonis opus eſt caſtrum Gyuræi Montani duabus leucis à Diuione in diœceſi Lingonenſi, cuius loci Iuſtitiam, vt vocant, altam à Domino Duce Burgundiæ acquiſierat.

Geurey pres Dijon.

27. Guilelmus 4. de Igiaco creatus anno 1289. præfuit ann. 6. Obiit 1295. 3. Calend. Octobris, & Cluniaci ſepultus eſt iuxta Rolandum Abbatem 20.

28. Bertrandus de Columberiis, ex Priore Charitatis, creatus ann. 1295. rexit ann. 13. Obiit anno ſalutis 1308. 4. Calend. Nouembris, & Cluniaci ſepultus eſt inter Altaria SS. Vincentij, Nazarij, & Celſi martyrum.

29. Henricus de Falteriis Procurator Ordinis in Curiâ Romanâ, creatus 1308. Rexit ann. 11. deinde anno 1319. renuntiatus Epiſcopus 2. S. Flori in Aruerniâ. Obiit 1330. inchoante, 4. Calend. Febr. in Epiſcopali ſuâ æde ſepultus.

30. Raymundus, creatus anno 1319. in abdicatione ſui prædeceſſoris, præfuit Ordini ann. 3. obiitque anno Domini 1322. Calend. Nouembribus Auenione, ibique ſepultus eſt in Eccleſiâ B. Mariæ de Donis, quæ nunc eſt Metropolitana.

31. Petrus 2. de Caſtro-lucij, Decretorum Doctor, à ſummo Pontifice Abbas factus 1322. rexit annos 20. præeſt Parlamento 1336. Abdicauit anno 1342. quando factus eſt Epiſcopus Valentinenſis 49. quem Epiſcopatum cùm adminiſtraſſet ann. 2. obiit ann. 1344. 4. Nonas Martij, & Cluniacum deportatus, ibique ſepultus eſt in Capellâ S. Martialis. Interfuit Compilationi conſtitutionis Benedictinæ, & in Exordio eiuſdem nominatur 1337. 20. Iunij.

32. Iterius de Miremandâ, *de Memande*, Decretorum Doctor, creatus 1342. Rexit ann. 4. menſes aliquot. Obiit 1347. 4. Idus Februarias Auenione, vbi ſepultus eſt in Eccleſiâ ſanctæ Mariæ de Donis.

33. Hugo 7. Fabri. Creatus 1347. A Præfuit ann. 4. deinde maiori deuotione intrinſecus tactus reſignauit in manus Domini Papæ, & Ordinem Carthuſienſium ingreſſus anno 1351. in eodem vixit ann 18. in quo eſt mortuus 1368. pridie Calend. Auguſti, in Prioratu Vallis S. Mariæ eiuſdem Ordinis ſepultus. Porrò cæterorum Ordinum Religioſos poſſe tranſire ad Carthuſienſes patet ex Conſtitutione Martini 4. quæ incipit, Viam: inter extrauagantes communes de Regularibus.

34. Androinus de Rupe, ſiue Roccâ, Theologiæ Doctor, ex Abbate S. Sequani electus 1351. Rexit Cluniacum B annos plus minus 10. deinde A.D. 1361. die 15. Calend. Octobris Auenione, ab Innocentio PP. 6. in numerum Purpuratorum cooptatus, reſignauit huius Abbatiæ curam, & in ſuo titulo S. Marcelli conſtituit Præfecturam Ordinis Seruorum ſanctę Mariæ, cuius Ordinis erat protector. Obiit verò Viterbij, ibique in Eccleſiâ, & habitu Seruorum ſepultus, vt eſt apud Archangelum Glabium in Chronico Seruorum lib. 3 cap. 2. vnde tamen poſteà Cluniacum corpus reportatum iuxta Capellam S. Dionyſij repoſitum eſt. De quo, Platina, & Ciaconus C cum Nomenclatore Cardinalium in Innocentio 6. *Vien* lib. 2. cap. 8. Froiſſardus 1360. Iſque fortè eſt gentilis Ioannis 68. Epiſcopi Lingonenſis: fuit etiam fundator Collegij S. Martialis Auenione.

35. Simon de Broſſâ, Decretorum Doctor creatus 1361. præfuit ann. 7. & menſes aliquot. Obiit 1369. die feſto Corporis Chriſti Pariſiis, ſepultus apud Scholares ad gradum Altaris maioris.

36. Ioannes de Pinu, vel Pinaceus, ex Priore 31. S. Martini, Doctor Theologiæ, creatus Abbas 1369. Obiit 1374. D 6. Idus Ianuarij Pariſiis in æde eiuſdem S. Martini ſepultus.

37. Iacobus, ex Abbate S. Theofredi, creatus 1374. præfuit ann. octo, & menſes ſex. Obiit 1382. pridie Nonas Iulij Auenione, ſepultus ad Eccleſiam S. Martialis, in Capellâ S. Martini.

38. Ioannes de Coſanco, ex Abbate Aremarenſi creatus 1382. Præfuit ann. 18. menſe 1. diebus 5. Obiit 4. Idus Septembris 1400. & Cluniaci iuxta Introitum Chori ſepultus.

39. Raymundus 2. de Cadoënâ, ex Monacho Tornacenſi, & magno Priore Cluniacenſi 1400. die 4. Idus Septembris. Mox vt ſepultus eſt eius prædeceſſor, à toto Conuentu, antiquo more

in

in Capitulo electus, & ab Epiſcopo A
Cabilonenſi benedictus. Præfuit laudabiliter ann. 16. ac diebus 3. Obiit 1416. die 12. Septembris, & Cluniaci iuxta Capellam ſancti Dionyſij à parte maioris altaris ſepultus eſt. Sic Bertrandus de Cadoena Epiſcopus S. Flori.

40. Robertus de Chandeſpla, Decretorum doctor, ex Priore Celſiniarum, & Procuratore Ordinis in Concilio Conſtantienſi, vnus ex Electoribus Martini 5. ſeſſione 41. 1417. Obiit 1423 & iuxta prædeceſſorem ſuum ſepultus.

41. Odo 2. de Perreria, ex Monacho Cluniacenſi, & Priore Siluigniaci B
creatus 1423. præfuit ann. 33 & menſes 10. vir ſanctiſſimus, ſilentij maximè nocturni cuſtos præcipuus, obſeruantiæ Regularis amator, Prophetiæ etiam ſpiritu clarus, & reparationum ſtudioſus. Obiit 1456. ſepultus Cluniaci.

42. Ioannes filius Ioannis Ducis Borbonij, ex Ioannâ Bituricenſi, Epiſcopus Anicienſis 71. conſtructor hoſpitij, ſeu domus Cluniacenſis Pariſiis ad Thermas, vulgò *l'Hoſtel de Clugny*, eodem die, quo Odo obiit poſtulatus fuit vnicorditer in Abbatem, cui poſtulationi pium conſenſum præbuit Ca- C
lixtus 3. Obiit 2. Decembris 1485. in Prioratu S. Renoberti, iacetque Cluniaci, quod cum cæteris Eccleſiis ſibi commiſſis tantâ pietate rexit, vt triginta Miſſas ſingulis diebus celebrandas fundauerit. Vide Lugdunenſ. n. 102.

43. Iacobus de Ambaſia, ex Monacho, & Abbate Gemeticenſi, & Priore S. Martini 46. per ceſſionem Ioannis Borbonij 1481. 8. Decembris Præfuit ann. 34. Fuit etiam abbas ſancti Illidij, & Epiſcopus Claromontenſis 79. Obiit Paredi 27. Decembris horâ 7. ſerotinâ 1517. ſed iacet in Capella S. Martialis D
Cluniaci. Ei Iodocus Clichtouæus dicat librũ Guilelmi Pariſienſis de Clauſtro animæ, & librum de Vera Nobilitate 1520. & Ioannes *Raulin* Monachus eiuſdem Ordinis Sermones Quadrageſimales, qui *Raulin* ſepelitur in Collegio Cluniaci Pariſiis 1514.

44. Gofridus, nepos Iacobi, ex Priore Siluiniaci. Obiit 15. Aprilis Cluniaci, ſepultus in Capella S Martialis.

45. Aymardus *de Boisy* 1518. præfuit annos 10. Abbas item Dionyſianus 61. & Epiſcopus Albienſis. Obiit apud ſanctum Iouinium in Pictauia, vbi etiam fuerat Abbas 1528 9. Octobris.

46. Ioannes, Renati Ducis Lotharingiæ filius, Archiepiſcopus 81. Remenſis, & Cardinalis. Eius tempore Ioannes de Magdalena magnus Prior, qui anteà ceſſerat ius electionis ſuæ Aymardo, nolens Eccleſiam in litigio ponere, quem imitatus Iacobus *le Roi*, renunciauit electioni de ſe factæ Regis precibus vrgentibus, quæ hunc Ioannem promouerunt.

47. Carolus à Lotharingia, Archiepiſcopus 82. Remenſis.

48. Claudius à Lotharingia, præficitur 1575. Obiit 1612. 23. Martij.

49. Ludouicus à Lotharingia, Cardinalis Guiſius, Archiepiſcopus 87. Remenſis. Obiit 1621.

50. Iacobus *de Veſny*, *d'Arbouze*, ex magno Priore 1622. electus, cui adhuc Priori Martinus *Marrier* dicat 1617. Moralia S. Odonis. Benedicitur 4. Aprilis 1623. ab Epiſcopo Damaſceno.

Compendium. Memoratur à Gregorio Turonenſi lib. 6. cap. 35. & ab Aymoino lib. 4. cap. 115. Gerbert. epiſtolâ 50. & 111. Stephano Tornacenſi epiſt. 116. gradu longitud. 23. 50. latit. 49. 10. inſtauratum, & ornatum 876. à Carolo Caluo fundatore Abbatiæ S. S. Cornelij, & Cypriani, vnde & Carolopolis dicitur, vt notat Andreas Quercetanus in Bibliotheca Cluniacenſi, ex Flodoardo, Rigordo, Glabro, & Nangio, ad confluentes Axonæ, & Oeſiæ, ſeu Iſaræ in Silua Cotia, ſeu Cauſia. Dicitur Conuicinium c. Conſtitutiones diſtinct 10. & meminit Petrus Cellenſis lib. 6. epiſt. 7. Carolus Caluus in Capitular. tit. 43. num. 2. vbi ſic ait : Vt Monaſterium à nobis Compendio in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ conſtructum à filio noſtro, & fidelibus noſtris eo tenore, quo cœpimus, honoretur, & num. 12. vult vt libri ſui diſpertiantur inter Dionyſianum, & hoc Monaſterium, in quo poſteà Ludouicus 2. Balbus ab Hincmaro Idibus Decembris 877. coronatur, & ſepelitur 4. Idus Aprilis 879. ibidemque Franciſcani, & Dominicani à ſancto Ludouico conſtructi 1243. Domus Dei ædificata, & habitum Capitulum Benedictinorum prouinciæ Remenſis, & Sueſſionenſis 1379. Capucinorum Conuentus extruitur 1611. Cæterùm ad huius maximè celebris Eccleſię cõmendationen faciunt epiſtolæ ſequentes, ex V. C. M. S. Thuano depromptæ, quas habuimus beneficio D. D. Puteanorum fratrum magno *Meſſieurs*
patre non inferiorum, quas damus plura *du Puy.*
exſpectantes à Triſando *Alard* Rege

Aſſeſſore, à quo viro doctiſſimo pleraque accepimus, beneficio Simonis *le Gras* Sueſſionum Epiſcopi meritiſſimi, & in Compendienſis huiuſce Monaſterij regimine fideliſſimi Coadiutoris.

1147. *Sanctiſſimo Patri, & Domino Eugenio Dei gratiâ ſummo Pontifici, Balduinus Nouiomenſis Eccleſiæ Miniſter indignus, quicquid boni poteſt oratio, vel affectus.* Onerastis vt Dominus, & Magiſter, humeros imbecilles, adeò vt in exequendi operis iniuncti ſollicitudine perurgente penè virtus exhauſta deficeret. Nec enim leue, vel modicum Eccleſiam Compendienſem, tàm celebrem, tàm famoſam, tantâ denique auctoritate ſubnixam in alium ſtatum, quamuis præcipuum, derepentè conuertere, cum in huiuſmodi Clericis (ſi tamen Clericis) conſuetudo principetur antiqua, pluſque deterius molitum, quàm melius inſolitum placeat, & delectet. Sed ecce probaſtis nos ad aquas contradictionis, vbi vexatus eſt ille venerabilis ſancti Dionyſij Abbas veſtræ Sanctitatis ſeruus fidelis, & prudens. Mirabiles elationes maris experti ſumus, ſed mirabilior, & longè potentior in altis Dominus, & ſummus Pontifex eius qui miſerunt nos. Denique perurgente ſanctâ obedientiâ veſtrâ, cùm ſciremus ſcriptum eſſe, Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens digna, plagis vapulabit multis, voluntati veſtræ propenſius inhærentes ſuſcepimus opprobria Clericorum exprobrantium Deo, & vobis, & initiauimus locum verè ſanctum Religioni, & Ordini, Monachos deputauimus, Abbatem virum religioſum, & ſtrenuum Canonicè electum conſtituimus, & in feſtiuitate beatorum Martyrum Cornelij, & Cypriani, quæ celebritas ibi maxima eſt, Abbatem ipſum ſolemniter benediximus, & erit benedictus Deo volente, & gratiâ veſtrâ confirmante, ſicque impleta veridica illa Domini ſententia, Omnis plantatio quam non plātauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur: ſucciſa eſt arbor, quæ etiam terram occupabat, & plantata eſt oliua fructifera in domo Dei, quæ de miſericordiâ veſtrâ ſperat plurimùm, & ad præſens indiget quamplurimùm. Manus Domini Regis filij veſtri glorioſi Principis fuit nobiſcum, quem verè in hoc opere probauimus ſeruum Dei viuentis, qui dicere poſſit, Domine, dilexi decorem domus tuæ, & illud, Zelus domus tuæ comedit me. Quomodo ſatagebat, quomodo ardebat igne Dei, vt fieret iſta mutatio dexteræ Excelſi! Sed & ipſe nobiſcum bibit de torrente, confuſionem accepit, diſſimulauit iniuriam, diſtulit maieſtatem. Primâ die vocauit nobiſcum Clericos in Capitulum, non venerunt: ſequenti die ipſemet profectus eſt, & vix eo compellente venerunt. Lectæ ſunt litteræ, quas præfato Abbati pro hoc ipſo opere per me direxiſtis, vt ſcitis: ſed nec veſtræ

A auctoritati delatum eſt. Vidimus ibi ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valdè. Taceo quæ poſteà manus flagitioſa peregit, & quomodo fraude, & præter horam intrauit Eccleſiam, reliquias ſanctas aſportare molita, quod & ex parte fecit, funes pendentes præcîdit, ne fortè ad ſonitum ſignorum populus conueniret, quæ omnia præſentium lator ſanctitati veſtræ melius declarabit. Quid plura: Supereſt Domine, vt quod nutu Dei, & veſtro bonum accepit initium, auctoritas veſtra ſtabilire, munire, confirmare ſtudeat in perpetuum, vnde viuant Monachi non habent: Clerici tàm foranei, quam intranei, qui beneficia poſſident, nihil eis communicare volunt, ſed magis habere videntur

B fiduciam, quòd Iordanis influat in os eorum. Rigatio plantationis nouellæ in manu veſtra eſt, Domine, ne areſcat, ne deficiat, quod omnino inimicus molitur, pluuiam voluntariam ſegregate hereditati Dei, & veſtræ.

Kariſſimo Patri, & Domino vniuerſali, Dei gratiâ, & ſummo Pontifici Eugenio, Sugerius beati Dionyſij Abbas, obedientiæ, & ſeruitij plenitudinem. Inter omnia, & ex omnibus, ſanctiſſime Pater, quæ vel auctoritate Apoſtolicâ, vel maieſtatis Regiæ præceptione paruitati noſtræ conceſſa ſunt negotia, hæc duo potiſſimùm amplexatus ſum, videlicet de ſtatuendâ Religione in beatæ Genouefæ Pariſien-

C ſis, & nobili Compendienſi Eccleſiâ, quæ de iure beati Petri veſtrâ innititur auctoritate, vna de nobilioribus Galliarum, ſi infamis enormitas Canonicorum inhabitantium non obſtitiſſet, exiſtens. Quod memorabile factum, quare, vel quomodo effectui mancipari potuerit ſtupendo ammiramur, niſi quia manum Domini non inualidam, & Petri fortitudinem in his, & his ſimilibus, & per omnia cognouimus. Subuerſa ſunt, Pater chariſſime, ad exſecutionem ſanctæ præceptionis veſtræ caſtra iniquitatis, erecta ſunt ibidem caſtra pietatis, & ſanctæ Religionis, vt in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oriatur viror

D calami, & iunci: Tenorem ſanè actionis huius, ex ordine, ſanctæ Paternitati veſtræ ſcribere dignum duxeramus, niſi quia Abbas eiuſdem Eccleſiæ ibidem nuper electus, nuper benedictus, vir venerabilis, & approbata perſona, ad vos, tamquam ad Dominum, & Patrem, cuius totus eſt, feſtinat, qui & actionis plenitudinem, & propriam conſcientiam quantùm ad ſe ſpectat, exponet, & voluntatis veſtræ, & plenæ obedientiæ executorem ſe exhibebit. Summatim tamen ſanctæ diſcretioni veſtræ celare nolumus moleſtias, & opprobria, quæ peſſimi Canonici etiam in præſentiâ Domini Regis, intulerunt Domino Nouiomenſi Epiſcopo, & nobis miſerrimus ille Decanus ſpecialiter tantò audacior, quantò ex ipſâ ſui infamiâ vilior, & quidam alius Giroldus de

Portu,

Porta, aut illo miſerior fœtore infamiæ, ſiue A *miſerrimus, aliique plures domeſtica mala, & rei familiaris ſpurcitiam deplorantes, primâ quidem die vocati ad auditionem mandati veſtri, ipſi Canonici venire contempſerunt. Cùm autem ſe eos abſentare, & præceptum veſtrum nolle audire manifeſtè videremus, Clericis aliis, & populo multis millibus congregato, mandatum veſtrum de ſtatuenda Religione in eadem Eccleſia coràm exponi fecimus: Monachos ibidem deinceps ſub Religione deſeruituros ſignificauimus, Præbendas Canonicorum eos in pace poſſidere, in beneplacito veſtro, donec vobis quid inde fieret, ordinare placeret, aſſiſtente Domino Rege* B *promiſimus. Ipſi verò Canonici auſu ſacrilego irruentes in eamdem Eccleſiam ſanctiſſimas Reliquias ſpineæ Coronæ Domini, & ſanctæ Syndonis, & Theſauros eiuſdem Eccleſiæ, inſuper & libros, ac ſacerdotalia indumenta ne haberent Monachi, vnde Deo ſeruirent, arripuerunt, nobis ex parte veſtra reclamantibus propter eorum inobedientiam, altius ſolito cantarunt, donec & Dominus Rex, & omnes qui aderant tàm Clerici, quàm laici eorum ammirati inſaniam repreſſerunt. Cùm autem ſequenti die mandati veſtri plenitudinem audiſſent, in iniquitate ſua, & inobedientia audacia permanſerunt.* C

Coermaleon O. C. diœceſis Coriſopitenſis, in Armorica.

Cogneres O. B. diœceſis Ruthenenſis.

De Colongiis O. C. diœceſis Lingonenſis, in Decanatu Bezuenſi.

Colvmba, vel *de Colombs*, O. B. diœceſis Carnotenſis fundatur, aut ſaltem inſtauratur 1028. Fulberto Epiſcopo, Gilduino Vicecomite: qua de re legendum diploma Roberti Regis apud Andream *Du Cheſne* in hiſtoria Mommorenciaca.

S. Colvmba prope Senonas O. B. memoratur in Concilio Tullenſi ad Saponarias, & cap. ex parte 25. de Decimis, apud Gregorium, Iuon. epiſt. 107. & in Chron. Autiſſiod. p. 273. ac Martyrolog. vltima Decembris, Lup. Ferrar. epiſt. 10. vbi quatuor annos manſit S. Thomas Cantuarienſis dum cogeretur abeſſe à diœceſi, ibique iacet Rodulfus Rex mortuus 18. Calend. Februarias 936. iuxta Patrem Richardum Burgundiæ Ducem in Oratorio S. Symphoriani: & Raynaldus Comes Senonenſis, qui ædificauit caſtrum de ſuo nomine, *Chaſteau-regnard*, in territorio ſancti Petri Ferrariarum. D

S. Colvmbæ, fœminarum, O. C. diœceſis Audomarenſis, fundatur 1180.

Colvmba, fundatur 1137. 5. Nonas Maij, quæ fortè eadem eſt cum Columnâ Lemouicenſis, vel Bituricenſis diœceſis O. C.

Comba-longa O. P. diœceſis Conſeranenſis.

Conchæ O. B. diœceſis Ruthenenſis, nunc ſæcularis Eccleſia, in quam tranſlatum corpus ſanctæ Fidei.

Conchæ O. B. diœceſis Albienſis.

Conchæ, in Normania, apud Ordericum lib. 3. diœceſis Ebroicenſis O. B.

Condatvm, *Condé*, O. B. in Hanoniâ, diœceſis Cameracenſis olim Monialium Cœnobium, poſteà Collegium Canonicorum ſæcularium. Ab hoc verò oppido ad Confluentem Hainæ & Scaldis, illuſtriſſimus Princeps Condæus denominatur. Miræus in Faſtis Belgicis Cal. Octob qui & videndus cap. 13. & 16. de Colleg. Canon.

Condolabrvm apud Aruernos, diœceſis Claromontenſis, ad Elauerim, O. B. nunc Prioratus Cluniacenſis Congregationis.

Corbeya ad ripam dextram Somonæ, *Somme*, leucis quatuor ab Ambiano, in cuius eſt diœceſi O. B. gradu longit. 24. latit. 49. fundatur à S. Bathilde Clodouei ſecundi Franciæ Regis viduâ, in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli A. C. 662. apud Sigebertum. Huius verò Cœnobij priuilegia confirmauit Nicolaus 1. Indictione 11. Legendi Ioannes Boſæus ad epiſtolam tertiam Hincmari, Iacobus Sirmundus Præfatione in Opera Ratberti, Aymoinus lib. 4. cap. 68. & 97. Flodoardus lib. 4. cap. 7. Cognatus Chronic. Tornac. lib. 2. cap. 57. Miræus Faſtis Belgic. 2. Ianuarij, & in Cod. Donat. piar. cap. 56. At hæc vetus Corbeya dicitur ad alterius differentiam prope Viſurgim fluuium diœceſis Paderbornenſis in Saxonia, quæ eſt huius Francicæ colonia, vt notat Chriſtophorus Brouerus in Syderibus Germaniæ, cuius meminit Innocent. 3. cap. 7. *Cùm venerabilis, de Conſuetudine*, Sanderus in Hagiologio Flandriæ, V. Adelardus, & *Vſon* in Martyrolog. Benedictino 2. Ianuar. Gallicanos autem Abbates, qui & Comites, ab eodem Sirmundo acceptos hîc damus, ſi priùs dixerimus natam fuiſſe in hoc oppido B. Coletam Clariſſarum reformatricem, de qua nos alibi.

Corbie porte eſcartelé au 1. & 4. d'or, à vne croſſe de ſable poſée en pal, coſtoyé de 2. clefs de gueules poſées de meſme, au 2. & 3. d'argent, à vne teſte de lion de ſynople.

1. Theofridus ex Monacho Luxouienſi Valberto Abbate, poſteà Epiſcopus Cameracenſis.

2. Chrodegarius 667. electus iuxta priuilegium Bertefridi Epiſcopi Ambianenſis, cui ſubſcripſerunt ſeptemdecim Præſules qui ad dedicationem conuenerant, Geneſius Lugdunenſis, Audoënus Rotomagenſis, Audomarus Morinenſis, Pharo Meldenſis, Chrodobertus Pariſienſis, Eligius Nouiodunenſis, Autbertus Cameracẽſis, Drauſcio Sueſſionenſis, Cadoaldus, & alij ſeptem.
3. Erembertus.
4. Sebaſtianus 687.
5. Grimo.
6. Leodegarius 726.
7. Addo. Obijt 11. Nouemb. 770.
8. Nordrannus, ſuſcipit Adalardum 773.
9. S. Adalardus filius Bernardi fratris Pipini, frater Theodradæ S. Mariæ Sueſſionenſis Abbatiſſæ obijt. 2. Ianuar. ſepultus à B. Hildemanno Epiſcopo Bellouacenſi 30. quem Monachum ipſe nutrierat Adalardus. Conſulendi Miræus, & Sanderus, & *Vuion* locis citatis hic ſuprà.
10. Valo S. Adalardi frater 817. Eius vitam ſcripſit Ratbertus.
11. Heddo 835. Intereſt tralationi corporis ſanctæ Bathildis per Ercamradum Epiſc. Pariſienſ. Obiit in natiuitate S. Ioannis.
12 Iſaac. Obijt 9. Septemb 844.
13. Ratbertus Paſchaſius. Obiit 25. Aprilis 851. de quo plura idem Sirmundus in Præfatione operum eiuſdem Ratberti. Bellarminus, Perronius, Harlæus.
14. Odo 853. Concil. Sueſſion. 853. Flodoard. l. 3. c. 11. poſteà Epiſcopus Bellouacenſis 32. cui propter egregias virtutes principes aſſurgere conſueuerant.
15. Engilbertus. Obiit 5. Februar.
16. Tranſulfus 863. Obiit 20. Nouemb. 875.
17. Hildebertus 882. Obiit 20. Februar. 884.
18. Gontharius 889.
19. Heilo. Obiit 17. Auguſti 891. Fortè hic eſt de quo Flodoard. l. 4. c. 4.
20. Franco. Obiit 24. Mart. 911. Hermenfredi Comitis Ambianenſis frater.
21. Eurardus. Obiit 21. Mart. 914.
22. Bodo. Obiit 21. Mart. 929.
23. Valbertus poſteà Nouiomenſis 41. Epiſcopus. Obiit 937. Flodoard.
24. Berengarius. Obiit 942. 13. Nouemb.
25. Heriboldus 945.
26. Ratoldus. Obiit 15. Mart. 986. Quo tempore Galtherus Comes Ambianen- A ſis, & Adela eius vxor huic Monaſterio multa contulerunt.
27. Maingardus. Obiit 987. cuius tempore Galtherus Comes Ambianenſis, & Adela eius vxor Monaſterio quãdam villam dederunt, Fulcone Epiſcopo 30. Ambianenſi, Comitis Galtheri Ambianenſis filio, regnantibus Hugone, & Roberto.
28 Herbertus 1015.
29. Richardus 1040. 10. Octobr. quo tempore Drogo Morinenſis Epiſcopus eleuat corpus S. Adalardi.
30. Fulco 1048. quo tempore Vido 31.
B Epiſcopus Ambianenſis frater Balduini Comitis Ambianenſis, authoritate ſedis Apoſtolicæ corpus B. Ratberti miraculis clari eleuat 4. Idus Iulij, Fulco verò obiit 5. Nouemb. 1097. & in Capella S. Andreæ ſepelitur.
31. Nicolaus 1098. Obiit 6. Mart 1127. Cuius tempore 1109. nominantur Lambertus Attrebatenſis, & Odo Cameracenſis Epiſcopi.
32. Robertus. Obiit 22. Ianuar. 1142.
33. Nicolaus 2. Extat eius epiſtola ad Sugerium, & nominatur 1155. cũ Theoderico Ambianenſi, & Nicolao Cameracenſi.
C 34. Ioannes *de Bouzencourt* 1158. & 1160. tempore Henrici Remenſis Archiepiſcopi.
35. Hugo 1174. quo tempore nominantur Deſiderius Epiſcopus Morinenſis, & Martinus Abbas Vedaſtinus.
36. Goſſo, obiit 1187. 12. Febr. quo tempore recenſetur Ioannes Pontiui Comes.
37. Nicolaus 3. 1187.
38. Gerardus ex Abbate S. Cornelij de Compendio 1194. Obiit 1196. 24. Maij.
39. Ioannes 2. 1197. ius mitræ à Cælestino 3. obtinuit.
D 40. Fulco 2. 1198. Ei ſcribit Innocentius 3. lib. 1. epiſt. *Ad petitionem*, anno 1. Pontific. Obiit 1203. 8. Iunij. Quo tempore obiit 1202. Theodericus Epiſcopus Ambianenſis, cui ſucceſſit Robertus ex Decano.
41. Galtherus 1210. nominatur ab Innocent. 3 cap 23. de Accuſationibus.
42. Ioannes 3. ex Priore Argentolij 1219.
43. Hugo 1223. & 1226. quo anno recenſetur cum Hugone S. Pauli Comite, & Valtero Heliaci Domino.
44. Radulfus 1240. & 1252.
45. Ioannes 4. de Fontibus 1253.
46. Petrus *Mouret* 1261. & 1263. quo anno

anno die Dominica poſt feſtum Exaltationis S. Crucis transfertur corpus S. Adalardi per Guilelmum Laudunenſem, & Nicolaum Cameracenſem Epiſcopos, præſentibus S. Ludouico Rege, Balduino Imperatore, & Guidone de Caſtellione S. Pauli Comite.

47. Henricus 3. de Vera 1269.

48. Garnerius *de Bouraine* 1288.

49. Henricus *du Viller*. Obiit 1324. pridie Calend. Nouemb.

50. Hugo de Vera 1340. Obiit 1350. 29. Aug.

51. Ioannes *d'Arſis* ex Monacho Virgiliacenſi, poſteà Abbas Ferrarienſis, & Virgiliacenſis, ac tandem Corbienſis 1352. & obiit 1362.

52. Ioannes 6. *de Gour* 1363.

53. Radulfus de Roia, ex Abbate S. Luciani Bellouacenſis 1391. Obiit 1418. 31. Aug. Fratrem habuit Guidonem Archiepiſcopum 70. Remenſem.

54. Ioannes 7. *de Lion*, vel *d'Elion*, 1419. & nominatur 1433. cum Guilelmo *Optot* Siluanectenſi Epiſcopo, qui deeſt in Catalogo.

55. Ioannes 8. *de Berſee* 1439. Maij 12.

56. Michaël Delphinis. Obiit 1461. 10. Ianuarij.

57. Iacobus *de Ranſon*, ex Abbate S. Quintini de Monte 1462.

58. Ioannes 9. *d'Augnennes* benedictus 1478. Cal. Aug.

59. Franciſcus *de Maillers* Commendatarius primus 1480.

60. Petrus 2. *d'Ottrel* 1485.

61. Guilelmus *du Caurel*.

62. Ludouicus Cardin. de Borbonio.

CORBINIACVM, S. Leonardi O.B. diœceſis Eduenſis, *Corbigny*, de cuius loci fundatione tale extat diploma in Chartulario Flauiniacenſi.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, ac Patricius Romanorum, Abbati Manaſſi Flauiginacenſis Cœnobij ſalutem. Benedictum nomen Domini in ſæculum, quòd per te, & per Monachorum tuorum laudabilem conuerſationem plurimum glorificatur in gentibus, eò quòd laus eius in ore veſtro ſemper verſatur. Petitionem itaque de conſtructione Cœnobij apud Corbiniacum, quam per Theodulphum Epiſcopum Aurelianenſem, atque Abbatem Cœnobij Floriacenſis libenter ſuſcepimus, & clementer concedimus, & præcipimus, vt Monachi, quos ibi mittetis ne aliquando mandatorum Dei iam obliti ſint, ſæpius in Flauigniacum reuertantur Monaſterium, ibique officia ſua compleant, & meliorati iuſſu tuo, & Monachorum tuorum reuertantur. Cenſum verò quemcumque conſtitueris eis, omni tempore ſoluant. Ab alio verò cenſu, tuo amore liberos reddo, vti reddidi Flauigniacum. Mitto autem vobis capſam argenteam, ſepulchri Saluatoris, & ſancti Iacobi Apoſtoli fratris Domini reliquias continentem: orans, ac ſupplicans vt mei memores pro me & filiis noſtris aſſiduè apud Dominum interueniatis. Saluto te, & omnem congregationem. Actum anno octauo, &c.

CORBIO fundatur à S. Launomaro, O.B. diœceſis Carnotenſis A.C. 565. in Chronico Benedictino, cuius Abbas Ericus in Concilio Sueſſionenſi 853. in Pago Dorcaſſino, apud Molanũ Additionibus ad Vſuardum 19. Ianuarij, & Sigebertum 495.

CORBOLIVM, *Corbeil*, ad Sequanam, diœceſis Pariſienſis 7. leucis à Lutetiâ, Capitulum ſancti Exuperij habet, gradu longitud. 23. 50. latitud. 48. 30. cuius loci præpoſitus ſeu ſuperior Abbatis nomine claret.

CORCELLÆ O. C. fœminarum, in Comitatu Burgundiæ.

S. CORENTINI fœminarum, diœceſis Carnotenſis.

CORMELVS, *Cormel*, O. B. diœceſis Lexouienſis.

CORMERIACVM, *Cormery*. diœceſis Turonenſis O. B. ad Augerim, vel Auduram, vel Indrum fluuium, fundatur 782. de quo Chopinus tit. 6. l. 2. Politiæ ſacræ, Miræus cap. 16. Malmeſburienſis l. 1. c. 3. de Geſtis Regum Angliæ.

CORNELIA, ædificatur à Guilelmo Oſberni filio, propinquo Ducis Normaniæ, vbi iacet cum vxore Adelinâ in pago Liræ, Gemeticenſis l. 7. c. 22.

S. CORNELII ſuprà Compendium, *ſainct Corneil*.

CORNELIVM O. C. diœceſis Leodienſis, fundatur 1257.

CORNEOLVM O. P. diœceſis Veſontionẽſis, vnius horæ itinere à Grayo, *Grey*, diſtans.

CORONÆ, diœceſis Engoliſmenſis O. A. fundatur à Lamberto Epiſcopo ibi ſepulto 1148.

CORTEMBERGVM fœminarum O. B. inter Bruxellam, & Louanium, Miræus cap. 56. diœceſis Machlinienſis, apud Gazæum.

COSTA S. Ioannis, diœceſis Toloſanæ O. C. fœminarum.

COVRDILION fœmin. D. Baiocenſis.

CRASSENSIS O. B. D. Carcaſſonenſis.

S. CRISPINI D. Sueſſionenſis O. B.

CRISPINIVM, D. Camerac. in Hannoniâ, S. Landelini O. B. inter Valẽtianas, & Giſlenopolim, à S. Lãdelino fundatũ.

Vion in Martyrologio Monaſtico 15. Iunij, Gazæus, & Miræus cap. 27. Orig. Benedict. & Baldricus Chronic. Camerac. l. 2. c. 41.

Crista O. C. D. Lingonenſis, cuius Abbati ſcribit Innocentius 3. contra incumbentes Bibliorum tralationi in linguam vulgarem in vrbe Metenſi, vt habet Bullarium Seraphini, fundatur pridie Calend. Iulij 1121. filia Morimundi in Decanatu Caluimontis, & memoratur S. Bernardo epiſt. 346. vbi non videtur præponenda vox Alba.

Crvadativm, *Cruaz*, O. B. D. Viuarienſis.

S. Crvx Ordinis Præmonſtratenſis, D. Metenſis, apud Seruatium *Lairuelz*.

S. Crvx de Anglia O. A. diœceſis Pictauienſis.

S. Crvx O. A. diœceſis Trecorenſis.

S. Crvx in vrbe Pictauienſi O. B. fœminarum memoratur Gregorio Turonenſi l. 9. c. 42.

Crvx S. Leufredi O. B. D. Ebroicenſis, quod & Madriacenſe dicitur.

Cvltvra dotatur à Conſtantiâ Conani Comitis Britanniæ filiâ 1201. in ſuburbiis Cœnomanenſibus, in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli. Memoratur ab Honorio 3. c. 24. Venerabilis, de Cenſibus: & ab Arnulpho Lexouienſi Epiſt. ad Alexandrum 3. Eccleſia verò iam olim condita fuerat à Bertgranno Epiſcopo 11.

Cvria Dei Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Aurelianenſis, memoratur c. Accedens, vt Lite non conteſtata, conditur 1118. pridie Calendas Maij Ioanne Epiſcopo Aurelianenſi 63. apud Carolum Sauſſeyum, vbi eius Abbates recenſet. Prætereà vni ex his Abbatibus ſcribit Arnulphus Epiſt. 62. Vnus etiam interfuit cum aliis vndecim eiuſdem Ordinis expeditioni Albigenſi apud Petrum de Vallibus, c. 52.

Almaricus.
Robertus.
Petrus.
Leodegarius.
Hugo.
Henricus.
Hugo.
Robertus.
Martinus.
Guarinus.
Henricus.
Simon.
Gaufridus.
Ioannes.
Guilelmus.
Ioannes.
Stephanus.
Henricus.
Ioannes.
Bartholomæus.
Stephanus.
Ioannes.
Giſlebertus.
Guilelmus.
Ioannes Burinius, vltimus Titularium 1537.

Reginaldus *de Beaulne*, Archiepiſcopus Bituricenſis.

De Cvrte O. B. D. Toloſanenſis.

Cvsseyvm fœmin. D. Claromōtenſ.

Cvssiacvm O. P. D. Laudunenſis, Miræus pag. 11.

S. Cypriani O. B. in agro ſuburbano Pictauienſi conſtruitur circa A. C. 928. cuius meminit Gregorius 7. 1174. concedens ei facultatem eligendi Abbatem. Fuit verò hic Cyprianus S. Sauini frater, quo in Monaſterio effectus monachus iacet Guilelmus Capitis ſtupei, Pictauiæ Comes, & Aquitaniæ Dux. At huius loci Abbates hi reperti fuêre.

Martinus 936.
Aymo.
Frotherius 965.
Gerau 989.
Gaubertus 1003.
Maynardus.
Waldalbertus.
Giſlebertus.
Henricus.
Adalgiſus.
Anſeregiſus.
Fulcaudus.
Conſtantinus.
Fulcherius.
Raynaldus.
Bernardus.
Petrus 1110.
Petrus.
Marcellinus 1150.
Maynardus 1157.
Ayraudus.
Hugo.
Tetbaudus.
Vvilelmus.
Petrus de Vonolio 1211.
Vvilelmus 1214.
Ioannes 1229.
Hugo.
Petrus.
Vvilelmus.
Raynaldus 1239.
Nicolaus 1275.
Simon 1288.
Hugo de Montayo. Obiit 1315.

Guido

Guido de Clauſtris 1320.
Aymericus de Billeio 1361.
Guillelmus de Riuallo.
Theobaldus de Clauſtris.
Alexander Doctor 1375.
Ioannes *de Chaunay*. Obiit 1400.
Ioannes *Bertrand* 1419.
Yuo *Maillard* 1447.
Gulielmus *Maillard* Iuonis nepos.
Petrus *de Chaumont* Doctor Regius Pictauij 1476.
Antonius *de Villars*. Obiit 1479.
Ioannes *de Cham-ropin*. Obiit 1508.
Antonius *de Cham-ropin*, Ioannis nepos. Obiit 1539.
Gulielmus *Bonnery* Epiſcopus Andegauenſis.
Nicolaus *Bonnery* eius frater.
Antonius *Yſoré*.
Bartholomæus *Aubert* Pictauienſis.
Henricus Ludouicus *Chaſtaigner de la Rochepozay* Pictauienſis Epiſcopus.

D.

DALONA O. C. diœceſis Lemouicenſis fundatur 1119. 8. Calendas Maii, filia Pontiniaci.

DEI-LOCVS O. P. diœceſis Senonenſis, filia Vallis-ſecretæ fundatur 1135. Dilo.

DENONIVM *Denain*, ad Scaldim, Diœceſis Attrebatenſis, primùm Canoniſſarum, deinde Monialium O. B. Miræus Origin. Auguſtinianarum c. 19. & Benedictinarum c. 17. Gazæus, Colueneriius Notis ad Chronicon Cameracenſe l. 2. c. 28.

DERBENTVM O. C. diœceſis Lucionenſis.

Monſtier en Der. DERVVM, ſeu Deruenſe Monaſterium Ordinis Benedictini, diœceſis Catalaunenſis, in territorio Partenſi, *Partois*, in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli à S. Berchario conditum A. C. 664. Iacobus Sirmundus in Epiſtolam 1. Petri Cellenſis, Andreas Quercetanus in Notis Bibliothecæ Cluniacenſis, Nicolaus Camuzatus in Promptuar. Antiquit. Tricaſſin. cuius loci Abbates aliquot ſequuntur.

S. Bercharius. Obiit 685, Vide Martyrologium Romanum, & Vionem 17. Calend. Nouembris, ſeu die 16. Octobris.
Synaulius 685.
Hauto 815.
Algarius.

A Allimarus.
Humfredus.
Wlphardus, vel Fulfraudus, anno 859.
Alardus.
Benſo vi perturbatus.
Albricus, Annos 20. nobiliſſimis natalibus ortus, indigena Remenſis, Monachuſque ſancti Apri Tullenſis.
Azo, vel Aſſo, pius, & doctus, ſcriptor vitæ S. Bercharij, S. Frodoberti, S. Bazoli, & S. Manſueti. Ei ſcribit Gerbertus Epiſt. 8. In peregrinatione Ieruſalem 992. moritur.
B Berengarius, intereſt dedicationi Eccleſiæ S. Benigni Diuionenſis à deuotiſſimo Abbate 43. Guilelmo, per auxilium Brunonis Epiſcopi innouatæ.
Hino.
Dudo.
Milo.
Bruno. Interfuit Synodo Remenſi 1049.
Gendelgerus, in ſacro Philippi Regis 1059. apud Tillium.
Dudo.
Nocherus.
Rogerus.
C Guilelmus.
Theobaldus.
Gualterus.
Ioranus.
Ebalus.
Raynaudus.
Viterus.
Eurardus.
Nicolaus.
Raynardus.
Anſelmus.
Petrus.
Hainricus.
Raynardus.
D Guilelmus.
Ferricus.
Iacobus, Ann. 12.
Pontius *de Mineray*, Ann. 28.
Simon de Ambon-villa, Ann. 28.
Petrus de Changeyo, Ann. 16.
Odo de Ficocuriâ, Ann. 2. menſes 6.
Simon *Goix*, Ann. 1. menſ. 1.
Ioannes de Betigneyo, Ann. 15.
Simon *Dyeure*.
Ludouicus Cardinalis à Lotharingiâ Archiepiſcopus Remenſis.

S. DESIDERII O. C. in Campaniâ, fœminarum.

DESERTI, *du Deſert*, fæminarum diœceſis Cadurcenſis.

De Desertis O. B. Diœceſis Lodeuenſis, de quo Guilelmus *Catel* in Comitibus Toloſanis, pag. 46.

Didriacvm, *Didrac*, Diœceſis Auſcenſis.

S. Dionyſij Areopagitæ, Francorum Apoſtoli ditiſſima Abbatia, Cæſario, l. 6. cap. 14. ſecundo lapide ab vrbe Lutetia, in vico Catuliaco, Ordinis Benedictini, Diœceſis Pariſienſis, in gradu longitud. 23. 20. latitud. 48. 44. Fundatur à Dagoberto Francis regnante ab anno 631. ad annum 648. quo moritur 19. Ianuarij, vt eſt in Appendice Gregorij, & apud Aymonium l. 4. cap. 35. & in Calendario Dionyſiano. Lege infrà in Sugerio Abbate 35. & Brulium in Theatro Pariſienſium Antiquitatum l. 4. & Andream *du Cheſne* in Vrbibus Franciæ, Epiſcopos Pariſienſ. num. 1. & 28. Vincentium l. 23. cap. 30. & l. 24. cap. 22. S. Antoninum Tit. 13. cap. 6. §. 8. de mirabili huius regalis Baſilicæ conſecratione, & Papirium Maſſonum. l. 1. Annal. Franc. Catalogum autem Abbatum hîc damus ex ſchedis, quas habuimus beneficio Clariſſimorum, Religioſiſſimorumque Virorum Firmini *de Pingré* Ambianenſis Magni Prioris, & Ludouici *le Gras* Chartophilacis: ſed præfigenda ſunt hîc verba Alcuini homiliâ de S. Villibrordo: Omnia, inquit, Pariſiacæ ciuitatis ſuburbana S. Dionyſij, vel S. Germani magnificis iucundantur auxiliis, & feſtiuos illorum dies maiori populorum celebrant frequentiâ. Sed & *ſolemniſſimum* Monaſterium S. Dionyſij appellatur, in Chronico, M. S. Bertinienſi.

1. Aygulfus, vel Aquilfus Dagoberto Rege.

2. Chanaldus, vel Chuualdus, in diplomate Dagoberti anno 10. quod Dado Regiæ dignitatis Cancellarius recognouit: is eſt S. Audoenus Rotomagenſis Archiepiſcopus 21.

3. Dodo, Clodouæo 2. Rege.

4. Leobarius, vel Leobeſarius, vel Theobeſarius.

5. Aygulfus 2. apud Aymonium l. 4. c. 41. Anno 14. Clodouæi 2. id eſt A. C. 660. circiter.

6. Aygulfus 3. ſub Childerico 2. qui etiam fortè idem cum ſuperiore.

7. Godobaldus, Theoderico.

8. Cáyno ſub Theoderico, & Clodouæo 3.

9. Chilardus Childeberto 2. Rege.

10. Cardericus eodem Rege Childeberto.

11. Cailedulphus Dagoberto 2. vel Chagledulphus.

12. Turnaldus, vel Gurualdus, vel Grimoaldus, inde Epiſcopus Pariſienſis 34. Chilperico, & Theoderico R.R. & Carolo Martello Principe.

13. Delphinus, Theoderico Rege.

14. Sigebertus Childerico 3. R. Orator Regis ad Gregorium 3. Papam.

15. Fulradus, vel Furaldus, vel Volradus Pipino R. ſuſcepit Stephanum Papam 754. Baron. Memoratur in Capitularibus Caroli Calui Tit. 11. Monaſteriorum diuerſorum Venerabilis fundator, vt eſt in priuilegio ipſius Stephani Papæ 4. Calend. Marc Indict. 10. Conſtantij Copronymi Imperatoris anno 17. Fuit & Archicapellanus. Videndus Andreas *du Cheſne* in Stephano 3. Baron. A. C. 751. & 755. Hoc tempore datur S. Dionyſio Clipiacum, *Clichy* à Carolo Martello.

16. Conſtranus Pipino Rege, vel Conſtraninus.

17. Magnarius Carolo Magno R. vel Maginarius.

18. Fredulphus, vel Fardulfus, Carolo Magno R.

19. Hilduinus Ludouico Pio Rege, & Imperatore, Archicapellanus, vel Antiſtes Sacri Palatij, Agobardo. Intereſt dedicationi Monaſterij Hirſaugienſis cum Rabano Abbate Fuldenſi 838. fuit etiam Abbas 18. S. Germani Pariſienſis, & S. Medardi Sueſſionenſis, vbi iacet. Ei dicat Commentarios in Regum Libros idem Rabanus. Ipſe verò Areopagitica Ludouico Pio offert. De eo plura Sigebertus, Trithem. Bellarmin. Poſſeuin. Aymoin. l. 4. c. 14. Flodoard. l. 3. c. 1. & 21. Lupus Ferrarienſis Epiſt. 110. vocans eum nobilitatis, dignitatis, & moderationis apicem, & communem Eccleſiarum Magiſtrum. Quâ de re nos ſuprà in Iſaac Epiſcopo Lingonenſi 37. Hincmarus Epiſt. 3. c. 15. Videtur autem fuiſſe Epiſcopus Virdunenſis 28. quem, & ipſe Hincmarus Apocryſarium, & Preſbyterum vocat. Extant pariter quædam Carmina Valafridi ad eum ſcripta Tomo 6. Antiquarum Lectionum Caniſij, vbi dicitur magnus Aaron, cuius nitor morum cum ſenſus probitate commendatur.

20. Ludouicus Carolo Caluo Rege, cuius erat affinis, & Cancellarius. Intereſt Concilio in Verno Palatio,

vt notat Sirmundus ad Capitularia eiuſdem Calui Tit. 10. Meminit quoque Flodoardus l. 3. c. 24. & memoratur in Chartâ S. Germani Pratenſis, in quâ hæc habentur: Signum Ludouici glorioſiſſimi Imperatoris, datum. Calend. Martij, anno Chriſto propitio 6. Ludouici piiſſimi Auguſti indict. 8. actum Aquiſgrani Palatio in Dei nomine, Amen, Æneas Notarius ad vicem Ludouici recognouit, & ſubſcripſit. Eum autem Ludouicum Imperatorem accipio, non Pium *Calui* patrem, ſed iuniorem *Calui* fratrem. Porrò ad noſtrum Ludouicum extant Carmina Strabonis Tom. 6. Caniſij.

22. Hermannus eodem Carolo Rege.

23. Valtherius Ludouico *Balbo*, & Carolo *Craſſo* Regibus. Dicitur & Valto & Gualtherus.

24. Goſlinus, Carolo *Craſſo* R. & Abbas S. Germani, inde Epiſcopus Pariſienſis 48.

25. Robertus, Roberti *Fortis* filius, Pictauienſis, & Pariſienſis Comes, Franciæ Dux, Odonis Regis frater, Patrinus Rolonis Normanorum Ducis, Rodulphi poſteà Regis ſocer, vi Abbatiam occupauit, ipſe laicus, & poſteà iure, an iniuriâ Rex 922. 4. Iulij, conſecratus ab Herueo Remenſi, & anno ſequenti in prælio apud Sueſſiones occiſus, in hac Eccleſiâ Dionyſianâ ſepelitur.

26. Hugo Magnus, Roberti ſuperiores filius, Pariſiorum Comes, ac Franciæ Dux, Carolo Simplice, & Rodulpho Burgundo Regibus, non iuſtiore titulo vſurpauit Abbatiam. Obiit Dordani 956. 16. Iunij. Iacet in Templo Dionyſiano. Vide Sammarthanos.

27. Hugo Capetus, Hugonis *Magni* filius, pari modo Abbatis titulum geſſit Lothario, & Ludouico Regibus, ipſe poſteà Rex factus 987. & in hac Eccleſiâ ſepultus 998. Huius tempore obiit S. Gerardus, ex Monacho Dionyſiano Abbas Bronij, de quo alibi. Nec credo hîc locum eſſe Roberto 2. & Goſlino 2. niſi fuerint Decani Monaſterij, & Rectores ſub Capeto Abbate.

28. Odilo, vel Odolio, Hugone Capeto Rege, poſt plures ſæculares, ſeu Commendatarios more ſæculi corrupti, electus ritè, & ſolemniter à confratribus Religioſis 988. vt ſequentes vſque ad Ludouicum Cardinalem Borbonium.

29. Viuianus Roberto Rege. 996.

30. Robertus, qui & Albertus Henrico Rege 1030.

31. Hugo 3. Mediolanenſis. Quo Regente recognoſcuntur reliquiæ corporis Hieromartyris Dionyſij 9. Iunij 1050. Cui recognitioni præſente Rege Henrico, interfuêre Guido Remenſis, Robertus Cantuarienſis, Imbertus Pariſienſis, Balduinus Nouiomenſis, Galtherus Meldenſis, Rolandus Siluanectenſis, Arnaldus Laudunenſis Epiſcopi, Aubertus Maioris Monaſterij, Ioannes Fiſcanenſis, Landericus S. Petri Carnotenſis, Robertus Foſſatenſis, Radulphus Latiniaci, Gofridus de Columbis, Guilelmus Corbolij, Galtherus Pontiuij, Iuo Bellimontis, & Galeranus Melodunenſis Abbates. Interfuit Sacro Philippi Regis 1059.

32. Raynericus, vel Raynerius, vel Armericus Philippo Rege. Eius obitus 14. Februarij agitur.

33. Iuo Philippo Rege, Gregorio 7. Pontifice, qui ei ſcribit l. 2. Epiſt. 64.

34. Adam Ludouico *Craſſo* Rege, inter quem Adam, & Burchardum Mommorentium lis mota fuit de finibus regundis. Quâ de re Andreas *du Cheſne* in Genealogiâ nobiliſſimæ gentis Mommorenciæ. Hic verò Abbas excepit in ſuo Cœnobio Paſchalem 2. vt notat Sugerius in vitâ Craſſi. Obiit 1123. 19. Februarij.

35. Sugerius electus abſens, inſtaurauit Eccleſiam eo ſchemate, quo nunc non ſine admiratione conſpicitur in formâ crucis, longa pedes 390. larga 100. alta à pauimento ad fornicem 80. columnis, ſeu pilis 60. ſuffulta, plumbo tecta, portâ maiore altâ pedes 15. latâ XI. cum dimidio, vitreis feneſtris incomparabilibus, choro, vario marmore ſtrato, & 60. ſedibus ſuperioribus ornato, cuppa verò porphireâ longâ 4. pedibus, & ſemiſſe, profunda ſeſquipede, pluribus Regum; Procerumque aliorum ſepulchris decorata, in quâ ipſe tumulatus Idibus Ianuarij. 1152. ætatis 70. à ſuſceptione habitus 60. prælationis 29. cuius exequiis interfuit Ludouicus Iunior 7. cum 6. Epiſcopis. Scripſit vitam Ludouici Craſſi ad Goſlenum Sueſſionenſem Epiſcopum, Regens Franciæ Ludouico iuniore abſente. Cæterùm ad eum extant S. Bernardi Epiſtolæ 78. 122. & 268. & plures aliæ manuſcriptæ in Codice

Thuano quo ipſius Sugerij, & aliorum ad eum Epiſtolæ continentur, vnde ſequentes duas huc traduximus.

Is Robertus fuit Epiſcopus 33. Hereford. apud Matthæum Veſtmonaſterienſ. & Florentiũ Vigornienſem.

Robertus Dei gratiâ Hereſordienſis Eccleſiæ Miniſter humilis, & votis obſequiis Sugerio venerando Abbati B. Dionyſij, ſalutem, & ſi quas habet receptibiles, orationum ſuffragia. Officia liberalis gratiæ veſtræ tam dudum exhibita, quàm ſæpiùs oblata debitorem me tenent, ſi non vt vicem rependere poſſit, ſaltem vt gratias referat quas poſſit voluntas obnoxia. Et licet propria nos incommoda ſæpè dilanient, abundantiùs tamen rapiunt in amorem veſtrum, & lætificant animam meam tantarum chariſmata virtutum, quæ de vobis B *ad commoda multorum latiùs prædicantur. Quid enim ſi ſapientia, ſi prouidentia quæritur in Sugerio, tanta reperitur, vt quæcumque negotia veſtro nituntur conſilio, cautiùs procedant, & ſuccedant feliciùs. Si ad Religionem recurritur, de ſpeculo vitæ veſtræ relucet, & quod foris luceat, & quod intus expediat, additur liberalitatis præconium, quæ Beneficiũ præuenire gaudet, nec dum rogata rogaturum. Hoc ego fretus liberalitatis præconio, tutior accedo cum precibus, quàm deuotis poſſum, & humillimis, quatinus ad honorem Dei, & Dei Genitricis Mariæ ad munimen, & reuerentiam Eccleſiæ ſanctæ, cui licet peccator præ-* C *ſideo, de pretioſo, & copioſo Theſauro veſtro ſuſcipiam reliquias aliquas, ſpecialiter autem pretioſi Martyris Chriſti Dionyſij. Cùm igitur mittenda paraueritis tam optata, quàm pretioſa donatiua, quæ tamen mendicanti pietati caritas abundans negare non poterit, nouit cautela veſtra, quàm certis titulis deſignari debeant, quàm tuto ſignaculo communiri, quàm fideli portitori committi. Quæ autem petitæ charitatis vobis futura ſit merces, procurabit vberius Charitas ipſa, quæ Deus eſt, qui non digitum vnum, vel articulum, dedit nobis ad pretium, ſed totum ſe dedit in redemptionem.*

Dilecto, & meritò diligendo Patri, & D *Domino Sugerio Dei gratiâ Abbati S. Dionyſij, Regni Francorum Rectori, Ioſcelius eâdem gratiâ Sarabenſis Epiſcopus ſub pennis Cherubim manus hominis. Opinionis veſtræ odor, qui circumquàque diffunditur, nos de tranſmarinis partibus in amorem veſtri currere fecit. Venimus ergo de finibus terræ, veſtram ſcilicet noſtri temporis Salomonis audire ſapientiam: ſapientiam audiuimus, Templum, quod ædificatis aſpeximus, ornamenta, quæ à vobis oblata ſunt, & offeruntur, vidimus, ordinem Miniſtrorum, & miniſteriorum attendimus, & meritò in illius Auſtralis Reginæ voces erupimus, quia media pars non fuerit nobis nuntiata, & quoniam maior eſt ſapientia, & opera, quàm* A *rumor fuerit in terrâ noſtrâ. Quis enim non miretur hominem vnum tot, & tanta ſuſtinere negotia, vt & Eccleſiarum pacem conſeruet, ſtatum reformet, & Regnum Francorum armis tueatur, moribus ornet, legibus emendet? Meritò itaque mare intrare debuimus, & vitam noſtram vento, & velis committere, & longi itineris innumeras experiri difficultates, vt ad veſtram poſſemus peruenire notitiam. Sed parcat nobis veſtra ſerenitas, quòd in diſceſſu noſtro à Galliâ, faciem veſtram, ſicut voluimus, videre non valuimus. Traxit nos ineuitabilis neceſſitas, iniunctâ obedientia. Cùm enim in Normanniam tranſiſſemus pro negotiis Eccleſiæ noſtræ, quæ vobis ex parte aperueramus, vocauit nos Dominus Cantuarienſis Metropolitanus noſter, ad Matris noſtræ Cantuarienſis Eccleſiæ negotia, & nec indulto nobis reſpirandi ſpatio, in Angliam direxit. Excuſet nos ergo apud ſe veſtra benignitas, quos tam manifeſta excuſat neceſſitas. De cætero mittimus vobis Archidiaconum noſtrum, qui nos pleniùs excuſet, & nobis amoris, quem erga vos habemus, fructum ex parte reportet, Reliquias ſcilicet egregij Martyris Dionyſij, per quas non ſolùm in nobis, ſed, & in Eccleſiâ Sarabenſi perpetua nominis veſtri memoria viuat. Cætera quæ à vobis poſtulamus, viuæ voci præſentium latoris commiſimus. Valeat Excellentia veſtra, chariſſime Pater.*

Habetur quoque Epiſtola Sugerij ad Petrum Venerabilem Cluniaci Abbatem, & plures Petri ad Sugerium.

Cæterùm Sugerius in libro miraculorum S. Mauri dicitur Vir venerabilis, ſuo in ordine prudentia, & ſagacitate nulli ſecundus, Eccleſiam S. Dionyſij ſtrenuè regens. Videndus Baronius A. C. 1136.

36. Odo Ludouico 7. Rege. Ei ſcribit S. Bernardus Epiſt. 285. cognominaturque de Dyogillo *de Dueil* is eſt Diogylus vicus Agri Pariſienſis vbi olim paſſus S. Eugenius D. Dionyſij diſcipulus, primus Toleti Archiepiſcopus.

37. Iuo eodem Rege.

38. Guilelmus, cognomento Vapincenſ. Philippo Auguſto R. iacet in Capellâ S. Mariæ albæ, *Noſtre Dame la blanche*.

39. Hugo Fucaldi eodem Rege. Ei confirmat priuilegia Innocentius 3. epiſt. incipiente, Effectum, anno Pontific. 1. id eſt Chriſti 1198. quo anno moritur, ex Rigordo.

40. Odo de Taberniaco, *de Tauerni*, eodem Rege. Ei congratulatur de vnanimi electione Innocentius 3. l. 1. epiſt.

Landa-

Laudabilis 1198. Calend. Iunij, vbi commendatur vita Monachorum in hoc Cœnobio degentium.

41. Henricus *Troon* 1207. Recepit corpus S. Dionyſij Corinthiorum Epiſcopi miſſum ab Innocentio 3. 1215. per Aymericum Priorem. Obiit 21. Octobris.

42. Petrus de Autolio, *d'Auteuil*, Ludouico 8. Rege, cuius obitus celebratur Calendis Aprilis 1228.

43. Odo Clementis, *de Clement*, electus 1228. 10. Februarij, Archiepiſcopus Rotomagenſis 56. Patrinus Ludouici filij S. Ludouici, *Vion* L. 2. c. 29. pro cuius ſalute recuperandâ, cum Pontiſaræ ægrotaret, corpora beatorum Martyrum extracta fuerunt præſentibus Carolo Nouiomenſi, & Petro Meldenſi Epiſcopis, vt eſt apud Nangium.

44. Guilelmus *de Macourie*. Obiit 4. Februar. 1253.

45. Henricus de Malleto, S. Ludouico Rege.

46. Mathæus Vindocinenſis, S. Ludouico Rege. Conſtruxit Hoſpitale S. Dionyſij Pariſiis 1263. Regens Franciæ abſente Ludouico 1270. Eius obitus 26. Septembris 1286. Is diſpoſuit ſepulchra eo quo nunc viſuntur ordine. *Archiepiſcopij renuit Turonenſis honorem*, vt eſt in epitaphio. Hunc tantùm vocat Mathæum Vindocinenſem, ſuppreſſâ qualitate Abbatis Ioannes Serranus auctor damnatus, vt ducatum præſtet politicis hodiernis arcendi à Conſilio Regis Eccleſiaſticos.

47. Reginaldus Gifardi, Philippo 4. Rege. Obiit 1294.

48. Guido de Caſtris. Obiit 1305. 22. Februarij, Philippo 6. Rege. Quo tempore vixit Guilelmus Nangius hiſtoriarum ſcriptor fidelis. Guido verò edidit volumina ſatis magna de Vitis Sanctorum.

49. Ægidius de Ponteſiâ, vel de Pontiſara, *Pontoiſe*, R. R. Philippo Bello, & Ludouico Hutino. Obiit 1324.

50. Galtherus de Ponteſiâ, Philippo 6. Valeſio Rege.

51. Ægidius Rigaudus de Ruſſiaco, ex Priore Eſſonæ fit Abbas eodem Philippo R. Creatur Cardinalis Cal. Aprilis Dominica in Ramis Palmarum: is videtur annus Chriſti 1341. Obiit 1350. 30. Decembris, ſepultus in æde Dionyſianâ laminâ æreâ, Infirmariæ conſtructor, & Monaſterij benefactor. Qui tamen inter Cardinales Onuphrij, & Ciaconi deeſt.

52. Petrus de Foreſtâ Epiſcopus Pariſienſis 87. Cardinalis Ioanne Rege, & Cancellarius Franciæ, ac Archiepiſcopus Rotomagenſis.

53. Robertus de Fonteneto, vel Fontenayo, *de Fontenay*, Carolo 5. Rege iacet in Capellâ S. Clementis 1363.

54. Ioannes de Grangiâ Epiſcopus 53. Ambianenſis, & Cardinalis hic à nonnullis reponitur, Abbas etiam Fiſcanenſis.

55. Guido de Moncellis, *Monceaux*, Carolo 6. Rege.

56. Philippus de Villetâ, Carolo 6. Rege. Scripſit de auctoritate Conciliorum. Extat M. S. in Bibliothecâ Collegij Nauarræi Pariſiis. Benedicitur à Petro de Ordeomonte Epiſcopo Pariſienſi 91. ſine præiudicio exemptionis. Ad eum extant epiſtolæ Ioannis Gerſonis.

57. Ioannes Borbonius, Carolo 6. Rege.

58. Guilelmus *Farrechal*, Carolo 7. Rege, Abbas etiam S. Vandregiſili in Normaniâ.

59. Philippus *de Gamaches*. Obiit 26. Iunij 1465. cuius tempore Ioannes Quadrigarius, *Chartier*, Monachus, & Cantor Cœnobij, frater Guilelmi Pariſienſis 68. Epiſcopi, & Alani Secretarij Caroli 7. Chronica ſcripſit Franciæ 3. voluminibus, quæ vulgò dicuntur Dionyſiana magna.

60. Ioannes Ioffredi, Cluniacenſis Benedictinus, Decretorum, & Theologiæ Doctor, & Referendarius Apoſtolicus, Cardinalis titulo Equitij ſancti Martini in Montibus, Epiſcopus Albienſis, & Attrebatenſis 66. Ludouico 11. Rege, iacet Romæ 1471. 24. Nouembris, Abbas etiam Luxouienſis.

Porte faſcé de 6. pieces, la ſeconde chargée de 2. croix.

61. Ioannes *la Graulas*, vel *de Villiers*, Ludouico 12. Rege, electus Maij 10. 1474. poſteà Epiſcopus Lombarienſis, & Abbas S. Quintini Bellouacenſis, & præſes in Scacario Normaniæ 1490. Orator Regius Romam 1493. quo anno 12. Calend. Octobr. creatur Cardinalis titulo S. Sabinæ in Auentino. Obiit Romæ die Martis 8. Idus Auguſti horâ 18. 1499. & in Vaticano ſepelitur in Capellâ Regis Franciæ. Inſtaurauit Clauſtra Dionyſiana, & Collegium Pariſiis. Vir cui amori Religio, cui honori ſapientia, cui bono odori Iuſtitia eſt, Vas electionis in honorem, plenum gratiæ, & veritatis, in litteris, quibus Conuentus gratias agebat Pontifici ob Ioannis aſſumptionem ad Cardinalatum.

Timbroit ſes armoiries de trois mitres, & s'appelloit Antoine Monſieur.

62. Antonius *de la Haye* electus 1499. menſe Octobri. Conſtruxit Capellam S. Ludouici, Abbas etiam Fiſcanenſis, & Compendij, quem conſanguineum, & Conſiliarium vocabat Ludouicus 12. Obiit 20. Ianuarij 1504.

63. Petrus *Gouffier*, electus 1505. 26. Decembris, Franciſco primo Rege, frater Arturi magni Franciæ Magiſtri, Adriani Cardinalis, Guilelmi Admiralij, & Aymardi ſucceſſoris. Obiit 8. Ianuarij 1516.

64. Aymardus *Gouffier*, Epiſcopus Albienſis, Abbas Cluniacenſis 45. & S. Iouini apud Pictones, vltimus Abbatum Regularium. Strauit lapide quadrato alueum, & ripas fluuij Abbatiam illabentis, & irrigantis, & multis auxit bonis Monaſterium. Obiit 1528. 9. Octobris S. Dionyſio conſecratâ.

65. Ludouicus, propatruus Henrici Magni, Cardinalis Borbonius, primùm titulo S.Sabinæ, inde Præneſtinus Epiſcopus, Archipræſul Senonēſis 99. Franciſco primo, & Henrico 2. Regibus, cuius cor iacet in hac æde S. Dionyſij ſub columnâ porphyreâ, corpus verò in Cathedrali Choro Laudunenſi, vbi etiam fuerat Epiſcopus 69. & Abbas Compendij, mortuus 11. Martis 1556. Pariſiis in Palatio, ſeu hoſpitio Borboniorum. Fecit capſam argenteam ſancti Ludouici.

66. Carolus à Lotharingiâ Archiepiſcopus Remenſis 82. Carolo 9. Rege. Rexit ab anno 1556. ad 1574. fuit etiam Fiſcani Abbas, & Cluniaci, quem Carolum inter alios ſecutus eſt ad Concilium Tridentinum Ioannes *de Verdun*, Dionyſianæ domus alumnus, Prædicator Regis egregius, & Nicolai Senatus Principis patruus, Carolus verò inſtaurauit ædes Abbatiales, & multa Abbatiæ elargitur; inter cætera vas, (vulgò Laterna dicitur) quo S. Euchariſtia cuſtoditur, & armaria, quibus theſaurus includitur. At 1567. vrbe ab hæreticis occupatâ, multa in Eccleſiâ vaſtantur.

67. Ludouicus à Lotharingiâ Cardinalis Guiſius, Remenſis Archiepiſcopus 83. ex coadiutore patrui Henrico 3. Rege rexit ab anno 1574. ad annum 1588.

68. Carolus 2. Henrici Magni Patruelis ab anno 1588. ad 1594. Henrico 4. Rege, Archiepiſcopus Rotomagenſis, Cardinalis primò Vindocinenſis, inde Borbonius nuncupatus, quem ab infantiâ, vſque ad mortem immaturam

A zelus domus Dei ſemper comedit. Obiit Pariſiis ad S. Germanum vltimâ Iulij 1594. ſepultus ad Carthuſianos Gallionenſes.

69. Ludouicus à Lotharingiâ Cardinalis Guiſius ab anno 1594. ad 1621. quo obiit Archiepiſcopus Remenſis, vbi iacet, Abbas etiam Cluniaci, Vrſicampi, Dervi, Corbiæ, S. Vrbani, Henrico 4. & Ludouico 13. R. R.

70. Henricus à Lotharingiâ, Caroli Guiſiæ Ducis, & Henrietæ Catharinæ Iouienſis filius, Ludouici ſuperioris nepos, Abbas etiam Fiſcani, Iuliaci, S. B Michaëlis in periculo maris, Deruenſis, S. Martini Pontiſarenſis Corbiæ, & Remenſis, Ludouico 13. Rege.

Plura de his Abbatibus, & de hoc Archimonaſterio, imò & de pluribus Galliæ antiquitatibus, eruditus, & Religioſus vir Fr. Iacobus *Doublet* tertius Prior & Cœnarius, & Carthularius quondam eiuſdem Cœnobij, nobis multis nominibus colendus.

S. Dionysii in vrbe Remenſi O. B. Flodoardo lib. 4. cap. 13. & C. cum I. & A. de re iudicatâ, in Gregorij Decretalibus, Petrus Griſius ſect. 13. n. 11. de Canon. Regular.

C S. Dionysii Prioratus nobilis Cluniacenſis Congregationis, diœceſis Carnotenſis, Nogenti Rotrodi, fundatus 1032. à Gofrido Vicecomite Caſtrodunenſi, memoratur à Petro Venerabili l. 4. epiſt. 40. vbi olim Prior Ioannes Raulinus, ſepultus in Collegio Cluniaci Pariſiis 1514. 16. Februarij, quem Prioratum, ſeu Decanatum poſſidet nunc Andreas *Fremyot* 1622. ex Archiepiſcopo Bituricenſi Regis in ſanctiore Conſiſtorio Conſiliarius. Memoratur à Miræo Originum Benedictinarum c. 26. & ab Ægidio *Bry* in hiſtoriâ Perti-D cenſi. Hîc natus Remigius Bellaquæus (*Belleau*) vnus è Pleiade Poëtarum Gallicarum, ſepultus apud Auguſt. Pariſ. 1577. Martij 7. ætatis 49. Vide Carnotenſes n. 57. *Belleau.*

Diva. Riuulus eſt Normaniæ habens Monaſterium ſui nominis Diuenſe, conſtructum in honorem S. Petri, à Vilelmo Comite Augenſi, dedicatum 1067. Calēdis Maij, Aynardo Abbate 1. Ordericus lib. 3. & 4. O. B. diœceſis Sagienſis. Memoratur c. 3. Ad noſtram de Appellat. vbi Monachis à correctione Abbatis ſecundùm Regulā corrigētis non licet appellare, quia non permittitur appellare à pœnâ legitimâ, alioqui eſſet appellare ab ipſa lege, L. 44. ſi qua

S. Pierre ſur Diue.

A correctione non datur appellatio.

ſi qua pœna, de Verborum ſignificat.

Divio, *Dijon*, vrbs Burgundiæ primaria debebat hîc deſcribi cum ſuis Eccleſiis, ſed quia huiuſmodi deſcriptio viſa eſt prolixior, eam in calcem libri reiecimus.

Doa, *Doüe*, O. P. D. Podienſis duabus Leucis ab ipſâ vrbe.

Is Ebbo à Normanis occiſus Anteriànis ſepelitur.

Dolense, ſeu Burgidolenſe Monaſterium nobile, in Chron. Lemouic. *Bourgdeols*, vel *Bourgdieux*, diœceſis Bituricenſ. O. B. ad fluuium Angerim, vel Indrum, *Indre*, conditur ab Ebbone Toparchâ, regnante Carolo Simplice, in honorem B. Mariæ, cuius Eccleſia inſtaurata dedicatur ab Vrbano 2. 1095. vt notat Amalricus Biterrenſis. Miraculorum verò in eâ patratorum agitur memoria feſtiua in Breuiario Bituricenſ. pridie Calendas Iunij. At Gregorius Turonenſ. c. 92. de Glor. Confeſſorum recenſet Dolenſem Biturici termini vicum agens de S. Luſore, quæ verba Gregorij leguntur in veteri Breuiario 4. Nouembris ipſi Luſori ſacrâ, qui iacet in Eccleſiâ parrochiali S. Stephani in eodem Dolenſi oppido cum Leucadio Patre. Ebbo autem Dolenſis Monaſterij fundator, filius fuit Lamberti, qui in Ronceualle ſub Carolo Magno pugnauit, apud Turpinum. Ea autem fundatio fuit data in Bituricâ Ciuitate 4. Nonas Septembris anno 20. regni Caroli, per manus Gerlani Diaconi ad vicem Cancellarij (is annus 913) cui ſubſcripſerunt Ebbo, Hildegardis vxor Ebbonis, Vilelmus Comes Bituricenſ. Ebbonis frater natu maior, & Cluniaci fundator, Gerontius S. E. Bituric. Peccator Archiepiſcopus, Turpius Epiſcopus Lemouicenſis, Arnoldus Epiſcopus Pictauienſis, à quo celebri Cœnobio dependent 43. Prioratus in hac Diœceſi, & alij 4. extra Diœceſim, præter plurium Eccleſiarum Parrochialium nominationes. Lege auctorem vitæ S. Genulphi c. 17. l. 2. in Bibliothecâ Floriacenſi, Ademarum in Chronico Lemouicenſi, Chopinum ſacræ Politiæ lib. 1. Tit. 4. num. 13. Iuonem Epiſt. 78. Gregorium 7. l. 6. Epiſt. 27. & 28. Sed hodiè ſæculari togâ fuit donata hæc celebris Abbatia à Gregorio 15. cum vicinâ S. Gildaſio ſacrâ, & ex vtraque Collegium Canonicorum in Eccleſiâ S. Martini apud Caſtrum Rodulphi inſtitutum eſt 1623. inſtâte Illuſtriſſimo Henrico Borbonio, Condæo, Franciæ Pari, ac principe Primatio, eiuſdem Caſtri-Rodulphi Duce, biturigum, & Boio-

S. Ludre.

Gerontius Archiepiſc. Bitur. 52.

A rum Gubernatore, ac ipſius Collegij Patrono, & Præbendarum Collatore, Ludouico 13. volente, & probante.

Dommartini Monaſterium S. Iodoco in nemore ſacrum, Ordinis Præmonſtratenſis, Diœceſis Ambianenſis 1121. fundatur, cuius Abbates enumerat Locrius, pag. 274.

1. B. Milo.
2. Adamus venerabilis.
3. Andreas, inde Nouiomenſis Epiſcopus.
4. Ioannes Dourrerius.
5. Richardus.
6. Girardus à Monſtrolio. B
7. Girardus 2.
8. Ioannes 2.
9. Ioannes 3. Daufaiſnenſis.
10. Balduinus.
11. Iacobus Ambianenſis, aliàs *de Bachimont*, inde Abbas Generalis totius Ordinis Præmonſtrati.
12. Adamus à Plateâ.
13. Wilelmus Villerienſis.
14. Nicolaus, inde Abbas Generalis totius Ordinis Præmonſtratenſis.
15. Waltherus.
16. Milo.
17. Carolus Recurtius, aliàs *de Licques*.
18. Carolus 2. Morellius. C

Domvs Dei de Nigro Lacu Nerlac O. C. D. Bituricenſis fundatur 1136. 28. Octobris, filia Claræuallis ad Carum fluuium: memoratur in reſcripto Adriani 4. 1158.

S. Donatiani Eccleſia Brugenſis; nobilis olim Præfectura collegiali, D. Tornacenſis Nouiomenſi coniunctę, nunc in Epiſcopalem erigitur 1559.

Dovlas O. A. D. Coriſopitenſis.

Dvne O. C. D. Iprenſis; olim Morinenſ. in Comitatu Flandriæ, fundatæ 1138. Abbate 1. Roberto, poſteà D Claræuallenſ. 2. apud Gazæum, & Miræum, vbi olim 130. Religioſi, & 248. Conuerſi. Meminit etiam Ioannes Picardus Epiſt. 237. Gregorius 9. c. dilecto 40. de teſtibus.

Maij vltima, filia Claræuallis.

E.

Eboriacas. Vide, infrà, Pharæmonaſterium.

Ebrolivm Diœceſis Claromontenſis O. B. *Ebreuil*, quod olim Sidonij prædium Eborolacenſe.

Ebronivm O. B. diœceſis Cenomanenſis fundatur in honorem B. Mariæ ab Hadoindo Epiſcopo 12 iterumq;

dedicatur 1252. Dominicâ ante Natiuitatem eiuſdem Virginis, & memoratur ab Hildeberto epiſt. 37. *Evron.*

S. Ebrvlfi, Vticum in pago Oximenſi O. B. diœceſis Lexouienſis, in Chronico Benedictino A. C. 578. *ſainct Evroul*, cuius Abbati ſcribit Arnulphus Lexouienſis epiſt. 12. & 13. & meminit Guilelmus Gemeticenſis lib. 7. cap. 23. & Ordericus lib. 1. & 3. cuius Orderici hîc Monachi libros tredecim hiſtoriæ Eccleſiaſticæ edidit Andreas Quercetanus, vir ſingulis paginis à nobis laudandus. Diſtat verò Vtica, ſeu Vticum, 7. leucis Sagio. Dedicatum fuit 1099. à tribus Epiſcopis, apud eumdem Ordericum lib. 9. vbi de Giſleberto Lexouienſi Epiſcopo, & Serlone Abbate agitur. Videndus *Vion* Martyrol. Benedict. 4. Cal. Ianuarij.

Edera, infrà Hederacenſe.

Egmvnda O. B. in Hollandia opulentiſſimum Monaſterium, hæreticorum furore euertitur, diœceſis Vltraiectenſis olim, nunc Harlemenſis, à Theoderico primo Comite conditum Conrado Epiſcopo. *Vion* Martyrol. Monaſt. 25. Iunij. Miræus in Codice Donationum piarum, cap. 62. & in Orig. Monaſt. lib. 2.

Eleemosynvm, ſeu Eleëmoſium, ſeu Eleëmoſyna, O. C. diœceſis Carnotenſis, fundatur Calendis Iulijs 1121. vulgò *l'Aumoſne, & le petit Ciſteaux*. Memoratur c. Accedens, vt lite non conteſtata, cuius Abbas 1623. Martinus *de Racines*, Theſaurarius ſanctæ Capellæ Bituricenſis, & Canonicus Pariſienſis, Item Vernuciæ Abbas, vir verè nobilis, & de Eccleſia vbique benemeritus. Hoc etiam in loco fuit Monachus Chriſtianus, inde Abbas Toroneti, poſteà præſul Toloſanus.

S. Eligii in Fonte in Caluiaco, *Chauny*, O. A. Congregationis Aroaſienſis, diœceſis Nouiomenſis.

S. Eligii in vrbe Nouiomenſi, O. B. vbi fuit Abbas Philibertus *de l'Orme* Lugdunenſis, Architectus inſignis, & Henrici 2. & Caroli 9. Eleëmoſynarius. Fuit verò S. Eligius vrbis huius Nouiomi Epiſcopus 20. *Cuius*, vt eſt in Martyrologio Meldenſi, *vitam admirandam multiplex ſignorum numerus commendat.*

S. Eligii in monte, diœceſis Attrebatenſis, Canonici Regulares inſtituuntur ab Epiſcopo Lietberto, circa annum 1066. vt referunt Miræus c. 38. Orig. Auguſt. Gazæus, & Locrius, vbi Abbates 33. referuntur, & Coluenerius ad Chronicon Cameracenſe lib. 2. c. 18. Philippus Comminæus lib. 5. cap. 11. gradu longit. 23. 0. latit. 50. 10.

1. Ioannes.
2. Runardus.
3. Hugo.
4. Radulphus.
5. Vvicardus.
6. Vvirinfridus.
7. Euſtachius.
8. Ioannes 2.
9. Gregorius.
10. Reynardus.
11. Aſſo.
12. Deſiderius.
13. Richardus de Salliaco. Extruxit Eccleſiam eâ formâ, quâ nunc ſpectatur 1219.
14. Simon.
15. Ioannes de Baraſtra, cinxit Monaſterium muris, vt hodie cernuntur.
16. Stephanus de Phiromonte.
17. Seruatius.
18. Bernardus.
19. Nicolaus Duiſantius.
20. Michaël Coulonius.
21. Iacobus de Salliaco.
22. Nicolaus 2.
23. Michaël Dallenius.
24. Ioannes Bullotius.
25. Ioannes Pingrelem.
26. Ioannes *de Coupigny*.
27. Ioannes *de Feuchy*.
28. Dauid *Hay*.
29. Guilelmus *de la Ruelle*.
30. Ioannes Malpautius.
31. Georgius Bellotius.
32. Ludouicus *Ripet*.
33. Hadrianus *de Queſnoy*.

Elnonense, vide ſuprà ſancti Amandi.

Elvangense fundatum ab Hariolpho Lingonenſi Epiſc. 767. apud Chopinum lib. 2. Monaſt. & Miræum cap. 40. Origin. Benedictin. diœceſis Auguſtanæ in Germania.

S. Eparchii, *S. Cibar*, diœceſis Engoliſmenſis, O. B. fundatur ab Ariberto Rege, vbi ſepulchra viſuntur Comitũ Engoliſmæ, & memoratur à Gregorio Turonenſi lib. 6. c. 8. & in Chronico Benedictino Hiſpanicè ſcripto A. C. 579.

Epternacvm, nobile Monaſterium, olim ſub ſe 22. habens Arces ſeu Caſtella, O. B. diœceſis Treuirenſis, fundatur à Pipino Seniore 696. die S. Cæciliæ ſacra, ad Suram fluuium in Ducatu Luxemburgenſi tempore S Modoaldi

doaldi Archiepiſcopi 54. Miræus Origin. Benedictin. cap. 33. Molanus in Natal. ſanct. Belgic. vbi de S. Villibrordo loci Patrono agitur, & malè Eternacenſe legitur in L. M. S. Taxarum, cuius loci Abbas Ioannes Berthelius prædeceſſores ſuos recenſet in hiſtoriâ Luxemburgenſi, hique hoc ordine ſe habent.

1. S. Villibrordus, posteà 1. Archiepiſcopus Vltraiectenſis.
2. Arbertus.
3. Leonardus.
4. Ado.
5. Siginaldus.
6. Hetto, ex Mediolacenſi Abbate huic loco præficitur, vnde Archiepiſcopus Treuirenſis 64.
7. Theutgaudus, poſteà, Ab. Treuirenſis 65.
8. Hieronymus. Obiit 847.
9. Adelardus. O. 856.
10. Hatto. O. 864.
11. Regimbertus. O. 876.
12. Carlomannus Lotharij Imperatoris frater. Obiit. 877.
13. Adelardus. O. 889.
14. Ratbodus, poſteà Ab. Treuirenſis 67.
15. Raynerus. O. 916.
16. Berengaudus. O. 936.
17. Goſelbertus. O. 939.
18. Hermannus. O. 957.
19. Sigifridus.
20. Rauengerus Monaſterij inſtaurator, iuris cudendæ monetæ impetrator. Obiit 1007.
21. Vroldus.
22. Humbertus. O. 1051.
23. Regimbertus. O. 1081. 3. Idus Nouembris.
24. Theofridus auctor vitæ S. Villibrordi 36. capitibus diſtinctæ, & Epitaphij Sanctorum, quod Brunoni Archiepiſcopo Treuirenſi 82. dicauit. O. 1110. pridie Nonas Aprilis.
25. Gerardus.
26. Godefridus inuitus eligitur, & ob merita etiam Prumenſis efficitur. Obiit 1159.

Cùm geminos Phœbus conſcenderet octo diebus.

27. Gerardus 2. Obiit religioſiſſimè 1176. ſponte abdicans.
28. Ludouicus O. 1210.
29. Godefridus.
30. Bartholomæus. O. 1231.
31. Reynerus. O. 1242.
32. Arnoldus.
33. Henricus. Obiit 1270. 5. Idus Octobris poſt vnius anni regimen.
34. Richardus. Obiit 3. Nonas Ianuarij 1296.
35. Ludouicus. Obiit 1298. 17. Calend. Septembris.
36. Henricus. Obiit 1324.
37. Arnoldus à Balduino Archiepiſcopo 94. benedicitur 1324. Obiit 10. Calend. Iunij 1329. vitij oſor, & caſtitatis cultor eximius.
38. Theodericus *de Ars*, ſponte ceſſit 1340. 16. Calendas Martij.
39. Ioannes à *Vingen*. Obiit 1353.
40. Ioannes à Nouâ-villâ. Obiit 1362.
41. Vilelmus à *Kerpen*. Obiit 1372. fidelis diſpenſator.
42. Heruinus *de Valdech*. Obiit 1375.
43. Philippus ab Hamburgo. Obiit nondum confirmatus 1375.
44. Robertus. Obiit 1379.
45. Vlricus ab *Achtembach*.
46. Petrus à Gynnich. Obiit 1414.
47. Nicolaus à *Gynnich*. Obiit 1434.
48. Petrus ab *Vbingen*. Obiit 1437.
49. Vinandus *Gleuel*. Obiit 1465. Paſtor omnibus numeris abſolutus.
50. Colinus *Pluf.* Obiit 1476.
51. Franciſcus, Colini frater coactus aſſumitur.
52. Iacobus à *Fen*, Abbas item S. Vincentij Metenſis. Obiit 1496.
53. Burchardus. Obiit 1505.
54. Robertus à Monte Regali, *Mont-Real.*
55. Mathias à *Calzeradt*.
56. Godefridus ab Aſpero-monte.
57. Iacobus ab Alten.
58. Antonius Houæus. Obiit 1568. 6. Septembris: ſcripſit de Arte amandi Chriſtum.
59. Martinus Maſius. Obiit 1585. 20. Iunij, ætat. 65.
60. Ioannes *Gladt*. Obiit 1594. 8. Martij.
61. Ioannes Bertelius, ſcriptor hiſtoriæ Luxemburgenſis, vt iam diximus.

Eremvs. Infrà, S. Michaëlis in Eremo.

Eremvs in Territorio Toloſano O. C.

Eschaleyvm O. C. D. Senonenſis, *Eſchailly*.

S. Evgenii O. A. D. Senonenſis.

S. Evsebii O. B. D. Aptenſis.

S. Evodii O. P. D. Sueſſionenſis fundatur 1131. vulgò *S. Eues*, vel *Ines de Brenne*.

S. Evvrtii in Vrbe Aurelianenſi

O. A. Stephanus Tornacenſis Epiſt. 234. huius loci Abbas, & memoratur c. ex conqueſtione de Reſtitut. Spoliat. in primâ Collect. *S. Euuert.* Videndus Saulſeyus l. 10. Annal. num. 10.

Exaqvivm, vel Exaquenſe *l'Eſſay* D. Conſtantienſis in Normaniâ O. B. ſanctæ Trinitati dicatum.

Exiensis Abbatia O. Cluniacenſis in Prouinciâ Vaſconiæ, D. Aginenſis SS. Geruaſio & Protaſio ſacra fundatur à Carolo Magno, *Eyx*, vel *Eiſſels*, vbi fortè Exciſum in Antonini Itinerario, in quâ debent eſſe 22. Monachi.

Exsoldvnvm *Iſſoudun*, oppidum 8. leucis ab Auarico præter Collegium Canonicorum illuſtratur Abbatiâ B. Mariæ O. B. D. Bituricenſis, ad fluuium Theolium, *Teol*, nobile caſtrum dicitur Philippid. l. 2.

Idem fertur de vino Belnenſi.

Copia, quod Cereris ditat, quod Bacchus inundat
Qui comportari deſiderat inde remotas
In partes, quantóque magis deportatur, eò fit
Fortior, & temerè potatus inebriat omnes,
Qui dedignantur Thetydem ſociare Lyæo.

Huius verò Cœnobij Ætherius Abbas memoratur anno 30. regni Lotharij menſe Maio, id eſt Chriſti 984 in Chartâ Emenonis principatum Exſolduni tenentis, vbi Monachum vidimus 1621. natum annos 115. Iacobo *Touchet* Abbate. Ibidem habitum fuiſſe Concilium 1081. notatur in Chronico M. S. Senonenſi. Porrò Minimi in vrbem inducuntur 1615. & Capucini admittuntur 1621. 18. Octob. Andrea *Fremyot* Archipræſule probante.

F.

Faia, *La Faye*, O. C. diœceſis Burdegalenſis.

Faietvm, *Faiete*, D. Auſcenſis.

Falempinvm O. A. diœceſis Tornacenſis fundatur à Saſualone Caſtellano primo Inſulę 1134. Hugone Epiſcopo probante; cuius loci Abbates ſequuntur ex Ioanne Buſelino lib. 1. Galloflandiæ cap. 26.

1. Lambertus. Obiit 1108.
2. Iuo.
3. Hemfridus.
4. Herbertus.
5. Aliolphus.
6. Ioannes.
7. Ioannes.
8. Philippus.
9. Laurentius.
10. Theodoricus.
11. Nicolaus.
12. Nicolaus Huſtrinus.
13. Hugo.
14. Ioannes.
15. Guillelmus.
16. Petrus.
17. Ioannes.
18. Valterus.
19. Goſuinus.
20. Ioannes.
21. Iacobus.
22. Nicolaus Caretus.
23. Ioannes.
24. Andreas Mondetus.
25. Ioannes ab Atrio.
26. Matthæus à Caſtro.
27. Carolus *Du Tilleul.*
28. Adrianus Baunius.

Falesia O. P. diœceſis Sagienſis D. Ioanni ſacra fundatur 1160.

Sanctæ Faræ. Vide, infrà, Pharæ.

S. Faronis. Vide Pharonis.

Faras fœminarum diœceſis Conuenenſis.

Faverneyvm O. B. diœceſis Veſontionenſis, in Comitatu Burgundiæ, vbi factum miraculum ſanctæ Hoſtiæ die Pentecoſtes 1607. de quo Galtherius in Tabulâ Chronographicâ, & Opmerus in Chronico, *Fauernay*, ſepulcrum gentis de nouo Caſtro.

Ferrariæ Ordinis Benedictini diœceſis Senonenſis, qui locus etiam Bethleem dicitur, Chopin. l. 1. Polit. Sacræ, ad Lupam amnem in Sequanam influentem, quod Monaſterium in diplomate Ioannis Regis de primæua Franciæ coronæ fundatione ait ſubſiſtere: fuit enim fundatũ à Clodouæo I. In quo Cœnobio Anſegiſus Archiepiſcopus conſecrauit Ludouicum & Carlomannum Regis Ludouici filios. Qui volet plura de celebritate huius Monaſterij, legat Guilelmi Morini Prioris Commentarios in lucem editos, vnde ſequentes depromuntur Abbates.

Maurilius 560.
Vido 622.
Siuxhinus, vel Buchinus 660.
Geronicus, vel Gerontius 716.
Valdebertus 720.
Singulfus.
Adalbertus.
Geruaſius.
Garmundus.
Ogerius.
Conſtantius.

Alcuinus

Alcuinus 813. præceptor Caroli Magni.

S. Aldricus Archiepiſcopus Senonenſis 775.

Venilo, inde Archiepiſcopus Senonenſis 845.

Lupus Concilio Sueſſionenſi 853. cuius extant Epiſtolæ 127. à Papirio Maſſono editæ. Meminit Flodoard. l. 3. cap. 11.

Gauſbertus memoratur in miraculis S. Aldrici.

Monſtranus Abbas S. Petri Viui, Epiſcopus 41. Niuernenſis 860.

Aldabuſtus in Synodo Pontigonenſi 876.

Albericus 877. niſi ſit idem cum Aldabuſto.

Valtherus.

Zacharias.

Hildemannus.

Arcimboldus.

Rodulphus.

Odo.

Reynardus 989.

Argerius 1000.

Galtherus 1071.

Galtherus 1108.

Odo 1120.

Henricus 1127.

Amatricus Epiſcopus 1141.

Conſtantius 1145.

Ioannes 1147. Eius extant Epiſtolæ M. S S. ad Sugerium.

Raynardus 1156.

Dodo 1164.

Odo, niſi ſit idem cum Dodone.

Arnulphus 1184.

Theſſelmus, vel Techelinus 1197.

Godofredus 1210.

Guilelmus 1240.

Albinus 1260.

Robertus 1261.

Adam 1273.

Ioannes 1298.

Ioannes 1310.

Hatto 1330.

Ioannes, poſteà Vezalienſis, ac deinde Corbeienſis Abbas 51.

Petrus 1340.

Ioannes 1358. In Collegio Cluniacenſi Pariſiis hoc habet Epitaphium: *Hîc iacet Reuerendus pater Dominus Ioannes de Sarthanayo*, quondam Abbas humilis Monaſterij Ferrarienſis Ordinis S. Benedicti Senonenſis Diœceſis, Domini noſtri Regis Conſiliarius, qui obiit Pariſiis 26. die menſis Septembris anno Domini 1360. cuius anima requieſcat in pace.

A Rodulphus 1366.

Vilboldus. 1380.

Hugogelinus 1396.

Guilelmus 1405.

Petrus 1416.

Ioannes 1418.

Ægidius *de Vertre* 1430.

Ioannes *Chadret* 1469.

Ludouicus *de Blanchefort*.

Ioannes *Pot*.

Philippus *Pot*: eiuſdem gentis Ludouicus Abbas Bleſenſis 1505. & Maioris Monaſterij 91. *Porte d'or à la face d'azur.*

Ludouicus de Canoſsâ Italus, Nuntius in Franciâ Franciſco primo Rege, deſignatus Epiſcopus Bellouacenſis, ſed poſſeſſionem non adeptus, vt eſt in Epiſtolis Leonis 10. apud Bembũ l. 13. & 15. B

Franciſcus *de Tournon*, Cardinalis Abbas 1557.

Odo *de Colligny*, Epiſcopus Bellouacenſis, & Cardinalis *de Chaſtillon*.

Touſſanus *Barin*. Iacet in Abbatiâ *de Gerſy*, diœceſis Pariſienſis, vbi in Epitaphio obiiſſe dicitur 1581. ætatis 75. Canonicus ſanctæ Capellæ Pariſienſis, & Eleëmoſynarius Regis.

Claudius *Sublet* Regis Eleëmoſynarius.

C Claudius *Sublet* alter, Conſiliarius.

Michaël *Sublet*, poſteà Abbas Vindocinenſis.

Andreas *Fremyot*, Archiepiſcopus Bituricenſis 98. Coadiutorem habet Iacobum *de Neuchezes* Epiſcopum Cabilonenſem.

S. Ferrerii, vel Fremerij diœceſis Vaſatenſis O. B.

Fervaqve O.C. fœminarum diœceſis Nouiomenſis.

Fiacvm. Vide infrà, Figeacum.

Fidemivm, *Femey*, O. B. ad fontem Sambræ fluuij in ditione Guiſiæ, D & balliuiatu Veromandenſi S. Stephano dicatum.

Figeacvm, vel Figiacum, vel Fiacum O. B. Diœceſis Cadurcenſis, præſente Domino Stephano 3. Papâ mirabiliter à Deo conſecratur. Fundatum olim à Pipino Aquitaniæ Rege, eiuſque Abbati Ademaro ſcribit Petrus Venerabilis l. 6. Epiſt. 1. Lege Guilelmum Cruceyum in Serie Epiſcoporum Cadurcenſ. num 63. ſitumque eſt ad fluuium *Selé*, in *Oldum* poſteà incidentem, & in eo debent eſſe 40. Monachi. Sed ſeculariſatur à Paulo 3. At Capucini in oppidum inducuntur 1623. 5. Nouembris.

S. Firmini Thonelaro D. Metenſis.

La Ferté ſur Grône.

FIRMITAS Diœceſis Cabilonenſ. prima Ciſtercij filia ad Gronā fluuium, cuius Monaſterij in exordio Ciſtercienſi origo ſic exprimitur.

A Tantus erat numerus fratrum apud Ciſtercium, quòd nec ſubſtantia, quam habebant eis ſufficere, nec locus, in quo manebant, eos conuenienter poterat capere. Placuit itaque Abbati eiuſdem loci Stephano nomine, cæteriſque fratribus, vt locum alium quærerent, in quo pars ipſorum ab aliis corpore, non animo ſeparata, Deo deuotè, & regulariter deſeruiret. Quem locum dum præfatus Abbas ſollicitè, ac ſtudioſè perquireret, B ad notitiam Domini Gualterij Cabilonis Epiſcopi, & Canonicorum eiuſdem ciuitatis, nec non ad aures duorum Comitum, Saberici videlicet, & Gulielmi, aliorumque illuſtrium virorum iſta peruenit diſcuſſio. Qui vehementer inde gaudentes, & terram ſuam circumquaque perluſtrantes, Deo volente tandem locum idoneum prædictis Monachis ad Deo ſeruiendum, & regulariter viuendum inuenerunt, in quo eos honorificè ſuſceptos, ſicut Domino placuit, poſuerunt. Quibus inibi collocatis, duo ſupradicti Comites quamdam partem ſyluæ, C quā incolæ loci illius *Bragne*, (Gallicè *le Grand Bragny*) appellāt, læto animo præbuerunt, quam vtique partem, ne inde vlteriùs ab aliquo calumniam, vel contentionem fratres preſcripti paterentur, præſente Domino Gualterio 37. Cabilonenſi Epiſcopo, & Domino Stephano Ciſtercienſi Abbate, Widone de Virduno, & aliis quampluribus, ſicut opportunum fuit, deſignauerunt, fixis crucibus: in quâ poſteà deſignatione ſicut duo Epiſcopi diffinierunt, Dominus Gualterus Cabilonenſis, & Dominus Iocerannus Lingonenſ. in dedicatione ipſius loci vnanimi eorum cōſenſu, qui ad ipſam D venerant dedicationem, bannum ſtatuerunt, quòd ſi quis fratrum iam dictorum poſſeſſionem, quam eodem tempore in eodē loco à prędictis Comitibus Saberico, & Wilelmo ſuſceperunt, vllo modo infringeret, excōmunicationi perpetuū ſubiaceret, niſi Deo, & beatæ Mariæ, & fratribus ipſius Cœnobij de infractura ſatisfaceret. Sed & prædicti Comites reliquam partem ſyluæ *Bragne* videlicet, quæ extra terminum poſſeſſionis antedictorum fratrum erat ad omnia neceſſaria ſua explenda, ad vſus domorum, ad paſtus ſuorum animalium, ad fœnum colligendum gratanter conceſſerunt. Acta ſunt iſta anno ab Incarnatione Domini 1113. indictione ſexta.

Non tantùm prædicti Comites contulerunt de ſuo in Firmitatis dotationē, ſed etiam alij, inter quos Huo, ſeu Hugo filius Burgundiæ Ducis, Dux ipſe fundator ſanctæ Capellæ, pronepos Odonis Ciſtercij fundatoris. Viſuntur autem hîc ſepulchra Durandi, & Theobaldi Epiſcoporū Cabilonenſiū, ac Beatricis Comitiſſæ Cabilonenſ. 6. Idus Aprilis 1227. defunctæ. Subiiciuntur verò huic Abbatiæ circiter 30. filiæ, cuius inſignia Turrim oſtentant cum Baculo paſtorali manu ſuſtentato è feneſtrâ, fitque eius mentio c.52. De electione, &c. 14. Licet, de Accuſation. Prætereà hîc ſubiiciuntur quidam Abbates, hinc inde ab Emundo *Gulier* Ordinis Secretario collecti, & nobis amicitiæ nomine tranſmiſſi.

1. Bartholomæus. Obiit Cal. Iulij.
2. Gulielmus. Obiit Nonis Ianuarij 1171.
3. Bernardus. Obiit 14. Cal. Aprilis.
4. Petrus, poſteà Archiepiſcopus Tarentaſienſis.
5. Armerius primò Abbas 4. S. Stephani Diuionenſis, deinde Monachus Ciſtercienſis.
6. Hugo. Obiit 6. Idus Aprilis 1217. ſepultus in Capitulo, ad cuius latus iacet Ioannes Abbas, ſed quo tempore obierit non notatur.
7. Petrus. Obiit Idibus Aprilis.
8. Deeſt nomen.
9. Guido de Soto Romano 1284. Obiit 18. Calend. Octobris.

Petrus de Monte Caleyo. Obiit 1310. ſepultus in Capitulo.

Ioannes, Durandus } de Marciliaco, fratres ſepeliuntur in Sacello omnium Sanctorum, quorum tumulus dicitur fabricatus 1346.

Petrus, Stephanus } nepotes ſuperiorū: quorū Petr⁹ obiit 1384. & Stephanus 1419. 7. Cal. Auguſti.

Ioannes de Belnâ. Obiit 7. Idus Septembris 1439.

Ioannes de ſancto Petro Theologus. Obiit Nonis Auguſti 1470. cum interfuiſſet Burgundiæ Comitiis 1460. 27. Auguſti.

Claudius *d'Intenille*, nominatur 1475.

Antonius de Viennâ, Epiſcopus Cabilonenſis 73.

Renatus *d'Amoncour*, vtriuſque iuris Doctor, ſepultus Montigniaci ſuper Albam 1567. 3. Cal. Martij, qui, & Abbas S. Martini Trecenſis.

. . . . Epiſcopus Regienſis 2. ann. Ludo-

Ludouicus *de Bereſchard* Abbas quoque S. Stephani Diuionenſis. Obiit 1576. 5. Idus Octobris.

Franciſcus. Obiit 5. Calend. Octobris 1600. poſt regimen 25. annorum.

Iuo *Sauualos* Ciſtercienſis Monachus, Doctor Theologus.

FIRMITAS fœminarũ D. Nemauſenſis.

FIRMITAS ſuper Oeſiam fœminarum O. B. diœceſis Laudunenſis.

FISCANVM O. B. diœceſis Rotomagenſis, *Feſcam*, apud Caletes in Normaniâ, ornatũ, & dotatũ à Richardo Duce, de quo Glaber l. 5. c. 28 & l. 4. c. 5. vbi diſtare ait 40. ferè milliaria à Rotomago, Ordericus l. 3. & 4. Gemeticenſis c. 19. Paulus Diaconus l. 1. Rerum Longobardicarum c. 6. Gregor. 9. c. Cõſtitutus, de Electione, Molanus ad Vſuardum 9. Ianuarij, Sigebertus 602. Vion, Martyrol. Monaſt. 22. Iulij, Chronicon Collegij Nauarręi in Notis ad Fulbertũ Epiſt. 14. Nicolaus *Taillepied*, Antiquit. Rotomagenſ. c. 33. Baron. 665. Iuo Carnotenſis Epiſt. 19. Quo in Monaſterio obiit venerabilis Guilelmus Abbas Benignian⁹, apud Baroniũ 1033. & Galtherũ ſæculo 11. Huius verò loci nunc Abbas Hericus à Lotharingia, qui & Dionyſianus, &c.

FLABONIS-MONS O. P. diœceſis Tullenſis filia Bellæ-vallis proximus Comitatui Burgundiæ, *Flabemon*.

FLAVIACVM, *Flaix*, S. Geremari, *S. Germer*, Monaſterium diœceſis Bellouacenſis O. B. cuius fuit alumnus Radulphus Leuitici interpres circa annum 910. apud Bellarminũ de Script. Eccleſiaſt. quem tamen facit Fuldẽſem Chriſtophorus Brouerus, & alij Flauiniacenſem in Burgundiâ. Vtrùm autẽ ad Monachos huius, vel illius Monaſterij ſcribat S. Bernardus epiſt. 67. nondum ſatis mihi liquet. Certè Ferrarius malè Flauiniaco in Burgundiâ S. Geremarum attribuit. Meminit etiam Flauiaci Nicolaus in Epiſtolâ ad Odonem Bellouacorum Epiſcopum, & Alexander 3. Epiſt. 1. poſt Petrum Cellenſem.

1. S. Geremarus. Obiit 665. Trithemius de Viris Illuſtribus Ordinis Benedictini l. 3. c. 93. Molanus ad Vſuardũ 24. Maij. Baron. circa A. C. 670.

2. N. . . . . .

3. Gennaudus, tempore S. Auſberti Rotomagenſis Archiepiſcopi, iuxta quem ſepultus fuit.

13. Adrebaldus tẽpore Ludouici Pij Imperatoris in Appẽdice Aymoini l. 5. c. 17.

21. Guntherus, ex Monacho Foſſatenſi, tempore Drogonis Epiſcopi 43.

22. Guarinus 1050.

23. Hugo 1097.

24. Hildegarius 107.

25. Odo 1146. electus Epiſcopus Bellouacenſis primo anno ſui regiminis.

26. Leodegarius 1146.

27. Fulbertus. Obiit 1164.

28. Gerardus. Obiit 1167.

29. Hildegarius. Obiit 1182.

30. Hugo 1188. poſteà S. Luciani 10. ac tandem Cluniaci Abbas 16.

31. Lambertus. Obiit 1192. pridie Idus Iunij.

32. Hugo. Obiit 6. Calend. Octobris poſt regimen annorum 9. 1201.

33. Euſtachius. Obiit 6. Calendas Octobris 1231. Memoratur à Rogerio Houeden Annal. Parte poſteriore.

34. Gerardus *Freſnemouſtier*, per ſuperioris reſignationem. Obiit 1235.

35. Guilelmus. Obiit 1259.

36. Guilelmus *de Vvaſtemõt*. Obiit 1272.

37. Ioannes 1272.

38. Euſtachius. Obiit 1281.

39. Michaël. Obiit 1294.

40. Fulco. Obiit 7. Idus Ianuarij 1317.

41. Robertus. Obiit 10. Cal. Octob. 1333

42. Ioannes. Obiit menſe Iulio 1353.

43. Arnulphus. Obiit 11. Calend. Iunij 1373.

44. Ioannes. Obiit 7. Calend. Decemb. 1378.

45. Ioannes. Obiit Calend. Septembris 1390.

46. Euſtachius. Obiit 1415. 28. Auguſti.

47. Ioannes, rexit ann. 3. Obiit 1418.

48. Ioannes *le Veneur*. Obiit 4. Calendas Februarij 1456.

49. Petrus *Aubert*. Obiit 1503.

50. Guido *de Villiers de l'Iſle-Adam*. Obiit 23. Iunij 1537.

FLAVINIACVM, vel Flauigneyum, *Flauigny*, oppidũ eſt in Burgundiæ Ducatu, impoſitũ monti, habẽs Monaſteriũ Ordinis Benedictini, diœceſis Eduenſis, olim celebre, nunc ruinis, & ruderibus penè ſepultum, fundatũ à Vilrado Corbonis illuſtris viri filio anno primo Theoderici Regis, Chriſti circiter 606. vt eſt in Chartulario ipſius Monaſterij, quod memoratur à Ioanne 8. Epiſt. 97. apud Biniũ, & Innocẽtiũ 3. anno primo Pontificatus l. 1. Epiſt. *Cùm dilectus*, quod cùm Flayacenſi Bellouacenſis diœceſis Ferrarius in Topographiâ Martyrologij cõfundit in illo S. Geremari, in hoc ſanctæ Reginæ coluntur reliquiæ, quæ diua mirũ habet fontem Alexię varias quotidiè ſanãtẽ morbos. Alexia verò, quã nõnulli falsò Auxonã putãt, memoratur Cæſari l. 7. cap. 13. Plin. l. 34. c. 17. Poliæno l. 8. *Alexia, Alize.*

Stratagematum, Straboni l. 5. Diodoro A Siculo l. 5. c. 9. Velleyo, Floro l. 3. c. 10. Neque mirum ſi tantæ vrbis, & fluminũ, quæ pedem montis, cui erat impoſita, abluebant, veſtigia vix appareant: præclarè enim Ouidius 15. Metamorph. verſu 270. ex mente Pythagoræ,

Hic fontes natura nouos emiſit, at illic Clauſit Et Seneca ad Albiam: Quotidiè aliquid in hoc magno orbe mutatur, noua vrbiũ fundamenta iaciuntur, noua gentium nomina extinctis prioribus nominibus oriuntur. Et epiſt. 72. Imò omnes, quæ vſquam rerum potiuntur vrbes, vbi fuerint aliquando quæretur, & B vario exitij genere tollentur. Et lib. 6. Quæſt. natural. cap. 4. Ælianus l. 8. hiſt. var. c. 11.

Sed redeamus Flauigneyũ, non ſolùm Abbatibus, verùm etiam Epiſcopis hinc oriundis illuſtre, quales ſunt, Hugo Epiſcopus Chienſis mortuus 20. Februarij 1419. Nicolaus 63. & Quintinus 80. Archiepiſcopi Veſuntionenſes: Abbates autem hi reperiuntur.

Magoaldus.

Vvidradus.

Gayroinus Epiſcopus & Abbas.

Manaſſes anno 755. præfuit annis 33. C Corpus S. Prçiecti Flauigniacum intulit, tẽporib⁹ Caroli Magni. vide Corbiniacũ.

Adalbertus anno 787. præfuit ann. 5.

Zaccho.

Alcuinus.

Apollinaris, Abbas item Reomenſis.

Vigilius.

Marianus.

Vvlfadus.

Warinus Comes, & ſub eo Sarulfus Decanus.

Gotſerus.

Egil, poſteà Senonenſis Archiepiſcopus 50. Corpus ſanctæ Reginæ tranſtulit Flauigniacum anno 864. & 865. tempo- D re Caroli Calui.

Sigardus.

Vvolfardus, Ludouici Imperatoris ſororius, id eſt, cuius ſoror Adelais vxor fuit Ludouici Balbi. Cuius etiam tempore conſecratur Eccleſia à Ioanne 8. & Epiſcopis 18. ann. 878.

Vvalo Epiſcopus 42. Æduẽſis, & ſub eo Otbertus, Girfredus, Raingus præpoſiti.

Herueus Epiſcopus 43. Æduenſis, & ſub eo Gauſarius, cuius depoſitio Calend. Auguſti.

Rotmundus Epiſcopus 45. Æduẽſis, & ſub eo Raino Abbas Magabrenſis, Vvichardus, Fulcherius, Milo Magabrenſis Decani, ſeu præpoſiti.

Gerardus Epiſcopus 46. Æduenſis, ſub quo idem Milo Decanus.

Vvaltherius Epiſcopus 47. Æduenſis, ſub quo idem Milo, & Robertus Lãdrici Comitis Niuernenſis propinquus.

Adreualdus, vel Adoaldus anno 12. Lotharij Regis.

Heldricus Abbas an. 7. Roberti Regis.

Amadeus nominatur cũ Vilelmo Diuionenſi 1012. eiuſque depoſitio 14. Calend. Aprilis notatur.

Aymo.

Vido 1034.

Odo.

Raynaldus Ducis frater, quem ſibi iunctũ carne teſtatur Rex Philippus in præcepto anni 1085. regni 23.

Hugo, cui S. Bernardus ſcribit Epiſt. 67. & 68. & fortaſsè is qui factus fuit Abbas Cluniaci 16. 1180.

Guilelmus 1284.

Guido de Froleſio 1338.

Alexander de Monte-acuto, poſteà 97. Benignianus Diuionenſis.

Bernardus de Borbonio 1460.

Reginaldus Clutin Cõmendatarius, egregius Poëta Latinus, cuius *Pugna Naupactina*, ſeu Lepantina celebratur.

Carolus Biragus.

Emũdus *de Griſelle*, Reginę Angl. Eleẽmoſynarius, & S. Honorati Canonicus, cuius beneficio, & humanitate Chartulariũ huius Monaſterij legere nobis licuit.

Flinarvm vel Flinenſis Abbatia fœminarum O. C. Diœceſis Attrebatenſis prope Duacum, fundatur 1240. à Margaretâ Guilelmi Dampetræi filiâ, illic poſteà ſepultâ 1279. Cuius loci Abbatiſſæ fuerunt ex Ioanne Buzelino l. 10. vltimo Galloflandriæ ſequentes.

1. Maria Dampetrea Margaretæ fundatricis filia. Obiit die S. Thomæ Apoſtoli 1302. coadiuuante Oliua.
2. Oda *de Maigny*.
3. Alcidis *la Brune*.
4. Humana.
5. Ioanna de Vaurinia.
6. Ioanna de Aueſnis.
7. Margareta *de Chaſteau-villain* 1309.
8. Gertrudis *de la Thieuloye* 1324.
9. Ægidia *de Lalain* 1356.
10. Iſabella *d'Enghien* 1357.
11. Petronilla *de Soiſſons* 1361.
12. Catharina *de Cortraco*.
13. Ægidia *de Lalain* 1363.
14. Maria *d'Oyſi* 1387.
15. Maria *de Marquette* 1391.
16. Ioanna *de Lalain* 1418.
17. Margarita *de Baiſſe* 1419.
18. Catharina *de S. Genois* 1436.

19. Maria

19. Maria *du Iardin*.
20. Maria *de Vaye*.
21. Ioanna *de Boulaix* 1507.
22. Iaquelina *de Lalain*.
23. Philippa *de Torras*.
24. Gabriela *d'Eſne*.
25. Catharina *de Coupigny*.

Florefia O. P. diœceſis Namurcenſis fundatur ab Ermenſinde Comitiſſa 1121. ad Sabim fluuium, vt volunt Molanus, & Miræus.

S. Florentii veteris, aliàs Glannenſis vel Glomenſis, deinde de Caſtro Salmurij, ac tandem prope Salmurium Abbatia ad oſtium Theodæ in Ligerim diœceſis Andegauenſis, O. B. cuius Abbatum hiſtoria M. S. citatur à Renato Chopino, vnde excerpta R. P. Iacobus Sirmundus nobis, vt pleraque alia, ſuppeditauit.

1. Mauronтius Childeberti Regis tempore, cuius animam in cælum ferri ab Angelis vidit S. Hermelandus 6. Idus Ianuarij anno à Paſſione Domini 691. à tranſitu beati Florentij 279. Tranſiit igitur S. Florentius anno Incarnationis 445. 2. Maij apud Molanum in Additionibus ad Vſuardum.
2. Albaldus.
3. Arnulphus. Hic Eccleſiam S. Florentij veteris columnis marmoreis ornauit, multiſque prædiis dotauit Carolo Magno iuuante.
4. Hilboldus, Ludouici Pij tempore.
5. Frotbertus. Iſtum Ludouicus Pius reuerti fecit de Italiâ, eique dedit Glomenſe Monaſterium in territorio Pictauienſi ad ripam Ligeris.
6. Rodulphus.
7. Anſaldus tempore Caroli Calui.
8. Gauſbertus.
9. Dido accepit à Carolo Caluo Abbatiam S. Ioãnis, & S. Gondulphi, rectiùs Genulfi poſt deſtructionem Monaſterij S. Florentij à Menenoio Brittone factã.
10. Herfridus accepit etiam Abbatiam S. Gondulphi in pago Biturico anno 26. regni eiuſdem Caroli.
11. Helias primus Abbas in Cœnobio Salmurienſi, ad cuius conſtructionem Comes Theobaldus, cuius ditioni regionum Occiduarũ pars nõ modica parebat, neceſſaria prouidit, & omnem ſuam illius prouinciæ dominicaturã attribuit, eiuſque Eccleſias omnimoda conſuetudine abſoluit, S. Florentij corpore debito cum honore illic repoſito adductis Floriaco monachis.
12. Amalbertus, pòſt etiam Floriacenſis Abbas, cuius tẽpore Arduinus Turonẽſis Antiſtes cũ Epiſcopo Andegauẽſi 12. Calend. Iunij Eccleſiam dedicauit 973.
13. Robertus, eius tempore bellum eſt ortum inter Conanũ Comitẽ Brittonũ, & Fulconem Comitem Andegauorum. Obiit 1011. 6. Idus Auguſti
14. Adebertus Cainone Caſtro oriũdus.
15. Giraldus è Toarſenſis Caſtri primoribus ortus Chriſti ſepuchrũ inuiſens, inter verba orationis gladio vitã finiuit, cõmẽdatã priùs ſuâ Abbatiâ Eurardo Maioris Monaſterij Abbati, Odone Comite.
16. Fredericus 7. Calend. Septẽb. 1020. benedicitur ab Huberto Epiſcopo 42. eodẽ præſente Eurardo, quo tempore præerat Salmuriẽſi dominio Hilduinus vir fortiſſimus & nobiliſſimus, & Monaſteriũ S. Florentij in eo quo nũc eſt loco extruitur 1026. mẽſe Auguſto, quod Arnulphus Turonenſis, Hubertus Andegauẽſis, Iſembertus Pictauiẽſis, Galtherus Nannetenſis dedicarũt pręſente Gofrido Andegauẽſi Comite, cũ matre ſuâ Hildegarde, & Agnete coniuge 1041. Obiit verò Fridericus poſt regimen 34. annorũ, m. 1. d. 3. 4. Calendas Octobris 1055. regnante Henrico, Conſule Gaufrido, Euſebio Pontifice. Porrò Hubertus hic Epiſcopus Andegauẽſis ſedit an. 40. filius Huberti Vindocini Comitis, & Emmæ, vel Guilelmi & Hamolinæ, vt notat V. C. Claudius *Menard*, apud Andegauenſes Regis Conſiliarius.
17. Hugo ſucceſſit 4. Nouembris, vir valdè eruditus. Obiit pridie Idus Iunij poſt regimen anni vnius, menſis vnius, dierum ſeptem.
18. Guilelmus 1066. Huius tempore Vicecomes Toarſij eius ſanctitatis famâ permotus, S. Florentio obedientiam de Caſâ contulit, & I. Dolenſis dominus Guilelmi frater pręclaram apud Dolum obedientiam donauit. Obiit 3. Cal. Iunij poſt regimen ann. 48. 1114.
19. Stephanus 12. Cal. Iunij ſucceſſit, natione Burgundio, clarus genere, ſed clarior honeſtate & eruditione. Obiit 3. Idus Aprilis cùm 13. annis præfuiſſet.
20. Mathæus de Caſtro-Lauduno poſt regimen 20. annorum fit Epiſcopus Andegauẽſis 49. ibiq; obiit poſt ſedẽ an. 6.
21. Stephanus de Rupefulcaudi, ex Priore, vir eloquẽs, ante benedictionem fit Redonenſis Epiſcopus 27. ſeditque ann. 10. & ſepelitur apud ſanctum Melanium in Clauſtro Monachorũ ad ingreſſum oratorij Nonis Septembris.
22. Egerius, ex Priore poſt 24. dies à ſuſceptione benedictionis 14. Calendas Auguſti obiit.

23. Philippus, ex Priore, trãſtulit B. Florentij corpus in Capſam nouam præſentibus Ioſelino Archiepiſcopo Turonẽſi, Mathæo Andegauẽſi, Stephano Redonenſi, Wilelmo Cœnomanẽſi, Laurentio Pictauienſi, & Bernardo Nannetẽſi Epiſcopis 1159. 6. Nonas Maij Salmurenſem feriam impetrauit ab Henrico Duce Normaniæ, Gofridi Comitis filio. Rexit ann. 4.

24. Frogerius prior de Rochafulcaudi, pontem de Salmuro ab Henrico Rege Anglorum non modicâ pecuniæ quantitate recepit. Obiit poſt regimen 14. annorum, & ante Crucifixi altare ſepelitur.

25. Radulphus ex Priore Salmurienſis Caſtelli rexit 2. annos, & apud S. Florentium veterem nono Calendas Iulij ſepelitur.

26. Maynerius, ex Sacriſta rexit 26. annos, & ſex mẽſes. Obiit 16. Calend. Maij.

27. Michaël, ex Priore benedicitur à Ioanne Archiepiſcopo Turonenſi, & Guilelmo Epiſcopo Andegauẽſi. Obiit 3. Nonas Iulij 1220. ſepultus inter duas columnas in ſiniſtrâ parte Capituli. Hic eſt Abbas S. Florentij Salmurienſis, cui Innocentius 3. 3. Idus Iunij Pontificatus 16. committit cognitionem ſeu inquiſitionem Primatiæ, quam Burdegalenſis negabat Bituricenſi, in Epiſtolis quas V. C. Philippus *du May* è latebris in lucem publicam eduxit.

28. Ioannes de Lauduno, ex Priore, rexit tantùm 4. menſes iuxta Michaëlem Abbatem ſepultus.

29. Nicolaus ex Cellario S. Florentij veteris, vbi & poſt menſes 9. regiminis ſepelitur.

30. Itherius ex Priore de Rupefocaldi, vbi & moritur poſt ſecundum annum regiminis.

31. Gaufridus de Valleâ.

32. Gaufridus ex Cellario, patriâ Vindocinenſis à primâ iuuentute in hac Eccleſiâ nutritus. Poſt obitum reuerendiſſimi Guilelmi Andegauenſis Epiſcopi huius Monaſterij defenſoris, ſurrexit quidam Epiſcopus Michaël, vir magnæ auctoritatis, ſed iura huius Monaſterij opprimere conatus, contra quem Gofredus Lugdunum ad Innocentium profectus eſt.

33. Raginaldus, ex Priore de Diogilo. Obiit anno 2. regiminis.

34. Petrus de Noſilio Turonenſis. Rexit 2. annos.

35. Rogerius ex S. Florentij veteris Cellario, Normanus rexit ann. 15.

36. Gaufridus *Morotel* ex Supprio-re, hydropiſi extinguitur poſt annum & dimidium adminiſtrationis.

37. Guilelmus *Lorier*, Andegauenſis amator Clauſtri & ordinis zelator, ſepelitur ante Martyrum altare poſt annum & dimidium adminiſtrationis.

38. Guilelmus de Culturis Pictauienſis, tempore Nicolai Andegauenſis Epiſcopi. Obiit 5. Calend. Decẽbris poſt 10. circiter ann. adminiſtrationem.

39. Raginaldus de Bello-loco prope Caproſiam Pariſienſis diœceſis. Obiit 1311.

40. Ioannes Milleti Pictauienſis, decretorum Doctor Eccleſiam S. Florentij veteris, quam prædeceſſor inchoauerat rexit annos 14.

41. Michaël de Bogeyo Andegauenſis fundauit Prioratum Mayeto. Vixit tantùm annum vnum in regimine.

42. Bertrandus de Rilleyo, cuius adminiſtrationis tempore annorum 13. numerus Monachorum 80. in Conuentu non fuit diminutus.

43 Helias de ſancto Aredio Lemouicenſis, decretorũ Doctor poſt nonum regiminis annum ad Epiſcopatum Vticenſem aſſumptus, ac tandem Cardinalis creatus.

44. Petrus de Podio Lemouicenſis poſt 10. ann. regiminis ad Maius Monaſterium transfertur, ibique in pace quieuit. Ioannes quieſcit Tironij, quò poſt annum regiminis 2. fuerat tranſlatus.

45. Guilelmus de Chanaco Lemouicenſis, ex Monacho Sancti Martialis patruos habuit dominum patriarcham Alexandrinum & dominum Epiſcopum Pariſienſem, decretorum Doctor legit Pariſius, exinde promotus ad Abbatiam Bezuæ in Burgundiâ, deinde trãſlatus ad regimen huius Cœnobij, vbi 14. annos peregit, ac tandem Ducis Andium, Siciliæ Regis Cancellarius, & Cardinalis, & Epiſcopus Carnotenſis 86. & Mimatenſis, hoc Monaſterium ſancti Florentij Martyris omnino fortificari fecit.

46. Guilelmus de Luco, Limouicenſis præfuit ann. 32. m. 6.

. . . . Deſunt Commendatarij aliquot.

. . . .

Ægidius *de Souuré* Epiſcopus Conuenarum, inde Autiſſiodori.

Floriacum Ord. Benedict. Diœceſis Aurelianenſis ad Ligerim fundatum

tum à Leodebodo circa ann. 623. vbi A coluntur reliquiæ S. Benedicti, ex Monaſterio Caſſinenſi huc ab Aygulpho Monacho tranſlatæ circa 660. S. Mummolo Abbate, vt eſt in Chronico M. S. Senonẽſi, & Breuiariis, Cluniacenſi, Ciſtercienſi, Lingonenſi, Veſontionenſi, & pluribus aliis, & apud Baron. 664. ſed copioſiùs Carolus Sauſſeyus in Annalibus Eccleſiæ Aurelianenſis : quam tranſlationem negant Itali, aſſerunt Galli. Itaque maneat pietas, & aliquando reuelabitur veritas, vt monet Varnerus in Faſciculo temporum. Hinc Bibliotheca Floriacenſis, quam ſcripſit B Ioannes à Boſco ex Cæleſtino Abbas: quo in loco, vt inquit Guilelmus Malmeſburienſis, familiari conſuetudine Angli, qui bono afflati eſſent deſiderio, habitum Cœnobialem ſuſcipiebant.

Caſſinum Monaſticæ Normæ principale Gymnaſiũ.

S. Mummolus 651.
Medo 750.
Deothimus, pòſt Epiſcopus Aurelianenſis.
Radulphus tempore Caroli Magni.
Theodulphus pòſt Epiſcopus Aurelianenſis 810.
Adacalcus.
Adalgaudus 819.
Boſo 836. in reſtitutione Ludouici C Pij cum Ionâ Epiſcopo Aurelianenſi.
Rodulphus, pòſt Archiepiſcopus Bituricenſis, & memoratur 17. Abbas 841.
Bernardus, ſeu Bertaldus 853. in Concilio Sueſſionenſi.
Theodebertus.
Girbertus.
Milo.
Lambertus.
Anſelmus.
Bernardus.
S. Odo Cluniacenſis 943.
Arcembaldus.
Vlfadus pòſt Carnotenſis Epiſcopus.
Richardus 965.
Amalbertus 986.
Oiolbodus 987.
S. Abbo Martyr. 30. Abbas 1000. Ei ſcribit Fulbertus Epiſt. 1.
Gauſlinus 1005. poſteà Archiepiſcopus Bituricenſis 1013. ad quem ſcribit Aymoinus de miraculis S. Benedicti.
Benerius, aut Renerius 1035.
Theobaldus 1040.
Hugo 1044.
Raynerius, in coronatione Philippi R. F. 1. 1059. cum Iſambardo Epiſcopo Aurelianenſi.
Guilelmus 1062.
Ioſerandus 1095.
Simon 1103.
Boſo 2. 1107.
Ademarus 1137.
Macharius 1146.
Araldus, ad quem ſcribit Stephanus Tornacenſis Epiſt. 65. A. C. 1163.
Garnerius 1209.
Mauricius 1211.
Bartholomæus 1216.
Ioannes 1239.
Dionyſius 1249.
Theobaldus 1250.
Petrus *de Turre* 1253.
Theobaldus 1260.
Helias 1264.
Petrus.
Bartholomæus 1280.
Helias 1281.
Guilelmus 1288.
Petrus 1306.
Guilelmus 1314.
Petrus 1326.
Hugo 1346.
Ioannes 2. *de Turre* 1346.
Petrus 1347.
Bernardus *Ratier* 1354.
Ioannes 3. *de Turre* 1364.
Bernardus *de L'Eſtragne* 1371.
Gerardus *Pauté*.
Ioannes 4. *de la Chambre* 1385.
Bego de Murato 1404.
Radulphus 1434.
Ludouicus *de Paſſac* 1435.
Ioannes *de Haurelles* 1454.
Ioannes *d'Eſchines*, vltimus Abbas Titularis 1470.

Florinensis D. Leodienſis, O. B. Miræus c. 58.

S. Florini O. B. Diœceſis Treuirenſis.

Fons-calidvs O. P. Diœceſis Narbonenſis.

D Fons-calidvs O. P. Diœceſis S. Pontij Tomeriarum.

Fons iuxta Nemauſum O. C. fœminarum.

Fons-danielis O. C. Diœceſis Cœnomanenſis ſub Clarâ valle.

Fons-dvlcis, Diœceſis Santonenſis O. B. *Font-doulce*, fundatur ab Alienorâ Aquitaniæ Duciſsâ 1170. tempore Petri Epiſcopi 35.

Fons-dvlcis fœminarum diœceſis Engoliſmenſis.

Fons-everardi, vel Ebrardi, malè nonnullis Fons-vallis, nobile fœminarum Monaſterium, celeberrimæ religionis titulo inclytum, Neubrig. l. 3. c. 25. fundatur à Roberto de Arbricello

1106. in loco dato à Domino *de Montier-bellay*, à quo dependent 52. alia Monaſteria. Legendus Ioannes *Bouchet* in Annalibus Aquitaniæ, Ioannes Picardus in Notis ad S. Bernardum epiſt. 200. Guilelmus Tyrius lib. 14. cap. 1. Petrus Venerabilis lib. 2. epiſt. 16. Petrus Cellenſis lib. 2. epiſt. 10. Hildebertus epiſt. 79. Iacobus de Vitriaco hiſt. Occidental. cap. 20. Gaufrid. Vindocinenſis l. 4. epiſt. 47. Iuo epiſt. 36. Malmeſburienſis l. 4. Baronius 1117. Miræus Origin. Monaſtic. l. 2. c. 10. & Petrus Griſius ſectione 15. n. 6. de Monialium Ordinibus. Vnde patebit hunc Ordinem militare ſub Regulâ Benedictinâ, & principale Cœnobium in diœceſi Pictauienſi, in confinio tamen Turonenſis, & Andegauenſis eſſe conſtitutum. His verò addenda eſt ſequens epiſt. ex M. S. C. Bibliothecæ Thuanæ.

S. Martini Ruricurtenſis, vulgò in Boſco, dioeceſis Bellouacenſis, vnum eſt ex antiquioribus & nobilioribus Monaſteriis totius Regni Ordinis Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini ex Regia fundatione, licet ex quo Rege, ſiue Principe originem ſuam ſumpſerit hactenus ignotum fuerit. Ius autem habet ſiue præſentandi, ſiue conferendi ad Prioratus qui ſequuntur: B

Prioratus de Domno Martino in Goela.
Prioratus de S. Maximo.
Prioratus de Longa-pira.
Prioratus de Vinantes.
Prioratus *de Bez, & Antilly.*
Prioratus *de Nantoüiller.*
Prioratus *de Vees.*
Prioratus de Mouchiaco veteri.
Prioratus *de Rouure.*
Prima poſt Decanum Præbenda Eccleſiæ Collegiatæ B. Virginis Domni Martini.
} dioeceſis Meldenſis.

Prioratus de Pompona.
Prioratus de Montegayo.
Prioratus *de Brou.*
} dioeceſis Pariſienſis.

Prioratus de S. Hermano *de Verſigny*, dioeceſis Syluanectenſis.

Prioratus *de Meneuiller.*
Prioratus *de Vuaquemoulin.*
Prioratus *de Coiurel.*
Prioratus *de Tricol.*
Prioratus *de Noroy, & Cernoy.*
Prioratus *de Menelay.*
Prioratus *de Lendrencourt.*
Prioratus *de Croc.*
Prioratus *de Auſſouilly.*
Prioratus *de Morannillers.*
Prioratus *de Rouiller.*
Capella *de S. Leger.*
} dioeceſ. Bellouacenſis.

Prioratus de S. Medardo prope Royam.
Prioratus *de Hoiencourt.*
} dioeceſis Ambianenſ.

Abbates prædicti Monaſterij.

Hernandus *de Coiurel*, primus Abbas anno 1080.
Hylo 1102.
Galtherus 1125.
Aimarus, ad quem Eugenius 3. Bullam Pontificalem direxit anno 1140.
Guntherius 1160.
Walo filius Othonis, & Heſſendis præ maiori Altari ſepultus 1171.
Ioannes 1185.
Hernandus 1190.
Alelmus 1194.
Henricus filius Comitis Clarimontis, & Bleſæ 1204.
Arnulphus ex Priore de Domno Martino, in Abbatem aſſumptus 1210.
Ricardus 1222.
Hugo de Abbatis-villa 1241.
Walo 1253.
C Hugo de Rubouillari 1260.
Ingeranus *de Rauenel* 1287.
Anſoldus 1295.
Petrus de Montis-deſiderio anno 1305.
Ægidius 1326.
Thomas Bellus-filius, ad quem Gregorius 11. Auenione Bullam miſit 1370.
Ioannes *de Axiones* 1380.
Ioannes *Paridol* 1395.
Petrus Renardus priùs Prior de Domno Martino, deinde factus Abbas 1399.
D Ioannes *de Conſolans* 1415.
Ludouicus *le Vaſſeur* 1440.
Iacobus *de Louuain*, filius domini *de Herlies, de Tilloy* 1442.
Ioannes *de ſainct Vſois* 1456.
Ioannes *le Tonnellier* 1459.
Nicolaus *de Chancenay* 1463.
Guilelmus *de Baudreüil*, Niuernenſis, ætatis ſuæ anno vigeſimo-quarto factus Abbas ex Priore de Montegayo 1473.
Guido *de Baudreüil* Guilelmi nepos, primus Abbas Commendatarius per dimiſſionem ſibi ab illo factam authoritate Alexandri 6. 1492. Monaſterij iam

à multis annis ab Anglis deuaſtati inſtaurator 1492.

Franciſcus *de Cleues* dominus *de Trepoil* 1531.

Carolus *de Humieres* Epiſcopus Baiocenſis, & primus Henrici 2. Eleëmoſynarius in Abbatem aſſumptus, dum adhuc in ſcholis Pariſienſibus verſaretur.

Ludouicus Cardinalis Eſtenſis Eccleſiæ Gallicanæ prope Romanum Pontificem protector 1572.

Philippus *Boucher* Doctor Sorbonicus 1586.

Franciſcus *Fleſchart*, Epiſcopus & Princeps Gratianopolitanus anno Domini 1587.

Nicolaus *de Balſac* 1600.

Ioannes Plantauitius, *de la Pauſe*, Occitanicus primus, primæ Regis Chriſtianiſſimi Ludouici XIII. ſororis, Regis Catholici Philippi 4. vxoris Eleëmoſynarius, qui Catalogum hunc è variis illius Monaſterij ſepulchris & monumentis proprio labore confecit 1612.

Annas *de Leuy*, filius & frater Ducis *de Ventadour*, ex reſignatione præfati Ioannis Plantauitij *de la Pauſe* 1625.

S. MARTINI Æduenſis diœceſis, Ordinis Benedictini, à Brunechilde conditur, & à Bodilone fauente Carolo Caluo inſtauratur. Legendus Chaſſanęus Catalog. Glor. mundi p. 12. Aymoinus lib 4. cap. 1. Cuius loci fuêre Abbates:

1. Lupus conſtitutus à ſancto Gregorio Papa.
2. Arnulpus.
3. Baidilo.
4. Gregorius.
5. Dauid.
6. Aymo.
7. Hugo.
8. Humbertus.
9. Adidoardus.
10. Giſo.
11. Valtherius.
12. Andreas.
13. Eldegrinus.
14. Oſaldus.
15. Gaufredus.
16. Aymo 1137. in Bibliotheca Floriacenſi cum Odone, Gerardo Athanatenſi, Humberto Inſulæ Barbaræ, & Humberto Archiepiſcopo Lugdu- A nenſi, Aymone Bituricenſi.
17. Tchordus.
18. Hugo.
19. Bernardus.
20. Lambertus.
21. Nicolaus.
22. Philippus.
23. Seguinus.
24. Galtherus.
25. Bernardus.
26. Guilelmus.
27. Otardus.
28. Gaufridus.
29. Hugo.
30. B Guido.
31. Guilelmus.
32. Michaël.
33. Petrus.
34. Hugo *de Communes*.
35. Reginaldus.
36. Ioannes de Marigniaco.
37. Gaufridus de Caluo-monte, qui obiit anno Domini 1354. die 9. menſis Iunij.
38. Ioannes *Brule*.
39. Alexander.
40. Guido *Daglant*.
41. Ioannes *de Gomen*.
42. C Guilelmus *Dubo*.
43. Ioannes *Parni*.
44. Ioannes *Rolin*, Cardinalis Epiſcopus Æduenſis 76.
45. Ioannes *Rolin* Epiſcopus Æduenſis 78.
46. Triſtandus *de Sallazard*, Archiepiſcopus Senonenſis.
47. Ioannes *de Sallazard*.
48. Ioannes *Hurault*.
49. Robertus *Hurault*. Obiit 9. Martij 1567.
50. Nicolaus *Brulard*, Pariſienſis, Obiit die 13. menſis Nouembris anno 1597.
51. D Petrus *Brulard*, Nicolai nepos anno 1600. Item Abbas Gaudij-vallis *Ioye-en-val*, ſiue Iucundæ-vallis. Sic Iacobus *Brulard* Præſes Inquiſitionum 1422. Abbas Sancti Symphoriani Bellouacenſis triginta-tres, & Franciſcus Abbas Villaregius, cui, vt Collegij Remenſis Societatis Ieſu fundatori Nicolaus Abramus dicat Notas in Paraphraſim Nonni Panopolitani. Fuêre præterea eiuſdem gentis in Gallia Cancellarij, Præſides, & Procuratores Generales; Secretarij, & Legati Regum, libellorum ſupplicum in Regia Magiſtri.

Porte de gueule à une bande d'or, chargé d'une trainee de ſable, accompagnee de 5. barrillets de meſme.

Nicolaus

Nicolaus *de Caſtille*, Pariſinus, Abbas etiam S. Benigni Diuionenſis.

S. Martini Athanatenſis, O. B. Lugduni ad confluentes Araris, & Rodani, vbi olim celebris Ara Palladis. Vide ſuprà, littera A.

S. Martini ad Gemellos, ſuprà, Gemellorum.

S. Martini, Ordinis Benedictini, diœceſis Lemouicenſis, inſtauratur 1012. ab Heldomo fratre Ioſredi Abbatis S. Martialis, & Guidonis Vicecomitis Lemouicenſis in Manſo, quod olim fuerat parentum ſancti Eligij, qui Heldomus obiit 1014. in Vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ, cuius loci fuère Abbates:

1. Radulphus.
2. Berengarius.
3. Donadeus, 1074.
4. Iordanus.
5. Geraldus. Quæritabat victum Fratrum per diœceſim.
6. Rainaldus, Agedunenſis.
7. Vilelmus, electus 1134.
8. Petrus, ex Priore de Saucilangijs.
9. Ramnulſus.
10. Vilelmus.
11. Raymundus *de Vernac*.
12. Guilelmus de Monte Gondij.
13. Bernardus, ex Cellerario Solemniacenſi. Obiit 1214.
14. Bernardus Vrgerij. Obiit 1235.
15. Petrus *de Maſieres*.
16. Petrus *Coral*, eligitur 1247.
17. Guido de Malaguiſa, eligitur 1276.
18. Geraldus *de Lur*.
19. Aymericus *de Borna*.
20. P. . . . . . *de Lur*.
21. Geraldus, Abbas effectus. inde S. Martialis.
22. Stephanus *Maliani*.
23. Petrus de Vallibus.
24. Ioannes *Mathas*.
25. Ioannes *Iouiandi*, 1542.
26. . . . . . . *Iuliani*, 1580.
27. Petrus *Rainauld*, 1594.
28. Ludouicus Marchandus. Anno 1623. permiſit vniri iſtam Abbatiam Congregationi Fulienſium, ipſe Canonicus Lemouicenſis.

S. Martini de Campis, olim extra, nunc intra mœnia vrbis Pariſienſis, vnus ex maioribus Ordinis Cluniacenſis Prioratibus, ſeu Præfecturis, principium & progreſſus, copioſè deſcribuntur à Iacobo Brulio in Theatro Antiquitatum Pariſin. Sed & Dominus Martinus *Marier*, Prior Clauſtralis huiuſce Cœnobij, vir pius, & eruditus, egregios, & incredibili diligentiâ confectos habet Cõmentarios de Reb. ſuorum Martinenſium (quorum ſemini benedixit Dominus, Eſaiæ 61.) ex quibus reuerendorum Patrum Priorum notitiam deſcripſimus.

1. Vrſio, ſiue Vrſus 1079.
2. Theobaldus 1108. Memoratur Iuoni Carnotenſi epiſt. 190.
3. Mathæus 1119. S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Albanenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus Synodum habet Trecis 1127. in qua confirmatur Ordo Templariorum, & Regula: qua de re Miræus in Chronico Ciſtercienſi, de quo Petrus Venerab. lib. 2. Miracul. & l. 2. epiſt. 10. S. Bernardus epiſt. 21. Baron. tom. 12. *Vuon* l. 2. cap. 8. & in Martyrol. Benedictino 25. Decembris, Guilelmus Gemeticenſis l. 8.
4. Odo 1. 1128. Ei ſcribit Petrus Venerabilis l. 4. epiſt. 41.
5. Mathæus 2. 1129.
6. Hugo 1. huic murorum Martinianam domum ambientium ſtructura tribuitur, ſed abſque die & Conſule.
7. Theobaldus 2. 1142. pòſt Pariſienſis Epiſcopus 68. 1143.
8. Odo 2. 1144.
9. Simon de Merlo 1151.
10. Bartholomæus 1154.
11. Guilelmus 1. 1157.
12. Theobaldus 3. 1164.
13. Galcherus Cathalaunenſis 1168. poſt Abbas Cluniacenſis 13. an. 1176.
14. Robertus 1. 1193.
15. Guilelmus 2. 1202. pòſt Abbas Cluniaci 18. 1207.
16. Guido 1. 1205.
17. Petrus 1. 1208.
18. Fulco 1. 1209.
19. Ioannes 1. 1223.
20. Balduinus 1225.
21. Evrardus de Greſſu. Nominatur 1241. cum Iuliana ſorore carnali Abbatiſſa Pharæmonaſterij. Obiit 1252.
22. Milo 1261.
23. Hugo 2. de Vergiaco, ſeu de Vergeyo, 1262.
24. Yuo *de Chaſant* 1272. pòſt Abbas Cluniacenſis 26. anno 1275.
25. Petrus 2. 1276.
26. Robertus 2. 1289.
27. Petrus 3. *de Ruillée* 1294.
28. Iacobus 1. 1298.
29. Odo 3. Chapitelli de Troande 1307.
30. Hugo 3. 1314.

31. Bertrandus de Peberiaco, 1321. A
Epiſcopus Vabrincenſis.
32. Ioannes 2. de Pinu, 1354. Doctor Theologus, pòſt Cluniacenſis Abbas 36. anno 1369.
33. Bernardus Faber, 1370.
34. Bernardus de Agrifolio 2. 1373. Epiſcopus Viuarienſis 1376.
35. Guilelmus 3. *Bauli*, Doctor Theologus, 1377. pòſt Abbas B. Mariæ Burgi-dolenſis, in agro Bituricenſi, 1389.
36. Petrus 4. de Monte-acuto, 1388. S.R.E. Cardinalis, & Epiſcopus Laudunenſis 62.
37. Ioannes 3. *de Bournezeau*, 1388. B
38. Petrus 5. 1390.
39. Fulco 2. *de Blandes*, 1391. Doctor in iure ſacro Canonico.
40. Ioannes 4. *Aluernas*, 1405. Licentiatus in iure ſacro Canonico.
41. Guido 2. *de Norris*, 1417. Licentiatus in iure ſacro Canonico.
42. Guilelmus 4. de Boſco-vario, 1422.
43. Iacobus 2. *Seguin*, 1424. Foroiulienſis Epiſcopus, 1452.
44. Iacobus 3. Iuuenalis Vrſinus, 1452. Patriarcha Antiochen. & Epiſcopus Pictauienſis 85. Obiit 1456. 12. Martij, ſepultus Auguſtoriti Pictonum. C
45. Ioannes 5. *de Mont lambert*, 1457. Epiſcopus Pictauienſis, pòſt Montalbanenſis, anno 1470.
46. Guilelmus 5. de Toute-uilla, 1473. Epiſcopus Morinenſis, pòſt Andegauenſis; S. R. E. Cardinalis, & Rotomagenſis Archiepiſcopus 77.
47. Robertus 3. *d'Eſpinay*, 1483. Epiſcopus Laſcurienſis, pòſt Nannetenſis, 1491.
48. Iacobus de Ambaſia, 1493. Abbas Cluniacenſis 43. eodemque tempore Martinianus Prior.
49. Andreas *d'Eſpinay*, 1498. S.R.E. D
Cardinalis, Archiepiſcopus Lugdunenſis, & Burdegalenſis, Galliæ & Aquitaniæ Primas.
50. Philippus *Bourgoin*, 1500. Prior maior Cluniaci.
51. Stephanus *Gentils*, 1508.
52. Germanus *Nicolas*, 1536.
53. Antonius *Viailard*, 1563. Archiepiſcopus Bituricenſis, Aquitaniæ Primas, & Patriarcha.
54. Iacobus 5. *Amelot*, 1576. Doctor Theologus.
55. Franciſcus *Chappelier*, 1592. Licentiatus in iure ſacro Canonico; & Prior ſancti Nicolai prope Siluanectum.
56. Claudius *Dormy*, Epiſcopus Bolonienſis ab anno 1595. ad 1615.
57. Iacobus 6. *Vigner*, 1620. deſignatus Epiſcopus Trecenſis.
58. Ludouicus *Lodouiſio*, Cardinalis, 1622. Gregorij 15. Pontificis opt. max. nepos, quo regente, curâ ipſius Martini *Marrier* maius Altare longè auguſtius & ornatius erigitur.

S. Martini, diœceſis Trecenſis, Ordinis Auguſtini, vulgò in Areis, *és Aires*, cuius Abbates ex Camuzato fol. 314. exhibentur.

1. Guilelmus, primus Abbas. Iacet in choro 1140.
2. Iacobus.
3. Vitalis, 1173.
4. Odo.
5. Lambertus.
6. Petrus.
7. Ioannes de Roulagijs.
8. ... nomen octaui non reperitur.
9. Ioannes.
10. Ioannes de Cantumerula.
11. Ioannes *le Fleix*.
12. Radulphus.
13. Ioannes, 1228.

Nomina ſequentia ſunt ordine diſrupto collecta.

Ioannes de Molinis in Aruernia, 1411.
Lambertus *Haberti*, 1421.
Feliſius *Hardy*, electus 23. Iulij, 1421.
Nicolaus *le Gros*, 1463.
Iacobus de Borbona, 1483.
Edmundus Erardus, 1505.
Michaël *Martini*, Doctor Theologiæ, 1525. Benedictini Ordinis.
Odardus *Hennequin*, Epiſcopus Trecenſis. Obiit 1544.
Renatus *Damoncour*, Abbas Firmitatis ſuper Gronam. Obiit 1567. tertio Calendas Martias, ſepultus Montiniaci ſuper Albam.
Elyon *d'Amoncour*, 1580.
Ioannes *Thenignon*.

S. Martini, diœceſis Treuirenſis, O. B. Miræus capite octauo Origin. Benedict. fundatur 526. Congregationis Burſfeldenſis.

S. Martini in Valle, *en Val*, in ſuburbijs Carnotenſibus, olim Abbatia, nunc Prioratus à Maiore Monaſterio pendens.

S. Martini ad Scarpam, O. P. fundatur 1155.

S. Martini, Lauduni, O. P. fundatur 1125. memoratur c. 6. *Cùm liberum ſit. De Sepulturis*, quod eſt Innocentij 3. ad Archiepiſcopum Remenſem.

S. Martini, diœceſis Sagienſis, O. B. memoratur à S. Anſelmo lib. 3. epiſt. 23. Gemeticenſ. l.7.c.2. cuius primus Abbas Robertus moritur 1089. 13. Calend. Februarias. Vide Epiſcopos Sagienſes n. 31. conditur à Rogerio *de Mongomery*, vnitur Congregationi Caſalinæ 1511.

S. Martini, diœceſis Tornacenſis, O. B. Miræus c. 83.

S. Martini, diœceſis Niuernenſis, O. A.

S. Martini, O. B. diœceſis Lingonenſis, prope Tornodorum. Vide Melundenſe.

S. Mathæi, *S. Mahé*, O. B. diœceſis Leonenſis, gradu longit. 15 20. latit. 48.

S. Mathiæ, diœceſis Treuirenſis, O. B. Miræus c. 4. Orig. Benedict. extra muros, diues.

S. Mavri ad Ligerim, diœceſis Andegauenſis, O. B.

S. Mavri, vide ſuprà, Foſſatenſe.

S. Mavri Virduni, apud Roſerium.

S. Mavricii, O. B. diœceſis Agennenſis.

S. Mavricii O. B. diœceſis Floriensis.

Mavzacvm, *Mauzac*, O. B. Congregationis Cluniacenſis, diœceſis Claromontenſis, in quo debent eſſe 40. Monachi, cùm olim eſſent 50. in ſuburbano Ricomagenſi, vbi reſtat hæc inſcriptio: *Genio Aruernorum Sext. Orcinius Sacerdos Æduus.* Fundatur à Roberto Aruerniæ Comite, ſed longo pòſt tempore ſæculari toga donatur 1618. Hoc autem in loco Monachum profeſſus eſt Gilbertus Genebrardus, qui titulus ſatis indicat virtutis, & doctrinæ cultorem diligentiſſimum, bonis omnibus carum, & colendum, de quo in Aquenſibus Archiepiſcopis.

S. Maxentii, diœceſis Pictauienſis, O. B. *S. Maixent.* Memoratur Greg. Turon. l. 2. c. 37. inſtauratur à Ludouico Pio, Aymoin. l. 5. c. 8. Huius verò S. Maxentij (cuius feſtum 26. Iunij in Martyrologio) frater fuit S. Iouinus, cui itidem in hac diœceſi dicata eſt Abbatia. At Maxentius Abbas alius eſt à S. Maxentio Epiſcopo 15. Pictauienſi. Præterea in hoc oppido conditur Capucinorum Conuentus 1614.

S. Maximini, infrà, Miciacenſe.

S. Maximini O. B. diœceſis Treuirenſis, Miræus cap. 14. Memoratur à ſancto Bernardo epiſt. 179. & 180. inter cuius Abbates claret Berengoſus, cuius Opuſcula in Bibliothecâ Patrum. Anteà verò dicabatur S. Ioanni, in campo Martio, vbi palatium S. Helenæ Imperatricis.

S. Medardi ad vrbem Sueſſionem O. B. fundatur à Clothario Rege illic poſteà ſepulto, Miræus cap. 12. Gregor. Turon. lib. 4. cap. 19. & vltimo. Hîc conſecratus fuit Rodulphus Rex, & habita Concilia; de quibus Gratianus, & alij Canonum collectores. Videndus Baron. A. C. 564. & 593. n. 85. Bibliotheca Cluniacenſis p. 2. pag. 111. Epiſcopi Lingonenſes n. 40. Abbates Stephanienſes Diuione n. 20. in quâ Abbatiâ Sueſſionenſi, fuêre olim 400. Monachi, à quâ pendent feuda bis centum. Huius verò loci Abbas Franciſcus Hotomanus, Frãciſci, ſacri ærarij Quæſtorum ſummi, & Lucretiæ *Grangier* filius, Canonicus, & Conſiliarius Pariſ. hoc anno 1623. inſtaurare cœpit Eccleſiam calamitate bellorum ciuilium; & temporis vetuſtate collapſam, cuius viri ſingularis modeſtia, virtus, & doctrina ſine noſtrâ commendatione ſatis omnibus nota. Eam verò dedicauerat Innocentius 2. 1131. apud Sigebertum. Ex hoc autem Monaſterio prodiêre Rodulphus Archiepiſcopus Bituricenſis, & Arnulphus Sueſſionenſis, & in illud tamquam in aſylum ſe recepit Leydradus Lugdunenſis, cùm illic vigeret præclara Monachorum congregatio, quorum honeſta celebrabatur inſtitutio, digna Deo immolans laudum ſacrificia, prudens tùm diuinâ, tùm humanâ ſolertiâ, coram Deo, & hominibus bona prouidens. Neque enim eſſe poterant moribus inculti, qui totius Franciæ, & Romanæ, atque Remenſis Curiæ crebrâ viſitatione afficerentur. Liſiardus in vitâ ſancti Arnulphi; Gregor. 7. lib. 8. epiſt. 20.

S. Mard lez Soiſſons.

Hotman porte endenté de dix pieces de l'vne à l'autre, commẽçant d'argent, & finiſſant de gueule.

Medelecense conſtruxit Quintilianus Pater Quintiliani Epiſcopi 30. Autiſſiodorenſis, in Chronico S. Mariani, cuius Abbati ſcribit Gerbertus epiſt. 65. & 73. quod idem eſſe credo, ac Melidunenſe, ſiue Melodunenſe, quod ab imo releuaſſe dicitur Seuinus Archiepiſcopus Senonenſis 61. Sancto Petro dicatum, & quod variâ ſupellectile ornatum ſacrauit Hugo Autiſſiodorenſis Epiſcopus. Eſt verò Melodunum, *Meiun*, oppidum in inſulâ Sequanæ, de quo infrà.

Medivs-mons, fœminarum, O.C. in prouincia Lugdunenſi.

Medianvm, O. B. diœceſis Tullenſis.

Mediolacense, *Mithlach*, diœceſis Treuirenſis, O.B. à Ludouico Archiepiſcopo fundatum 4. milliaribus ab vrbe. Vion in Ligno vitæ, pag. 890.

Medvnta, *Mente*, oppidum diœceſis Carnotenſis, ad Sequanam Abbatiam habet.

S. Melanii, in ſuburbio Redonenſi, O. B. fundatur à Solomone, Britanniæ Rege.

Meldense Monaſterium. V. infrà, S. Pharonis.

Melinense, ſancti Ioannis Cœnobium, O.A.D. Andegauenſis vnitum eſt Collegio Societatis Ieſu Flexienſi, vulgò *S. Iean de Melinois*.

Melodvnvm, Cæſari l. 1. c. 11. oppidum in Inſula Sequanæ, titulo Comitatus, & Balliuiatus illuſtre, diœceſis Senonenſis, habet ſancti Petri Abbatiam, O.B. *S. Pere*, fundatam, aut potiùs inſtauratam à Seuino Archiepiſcopo 61 gradu longit. 24. 10. latit. 48. 30. Ab hoc autem oppido (cuius Patronus S. Aſpaſius, de quo in Auſciorum Præſulibus) nomen ſumpſit gens Melodunæa, iam ab Aureliano nuptiarum inter Clodouæum & Clotildem conciliatore, clara, cuius gentis alibi declarauimus inſignia. Qua de re Sebaſtianus *Rouillard* in Parlamento Patronus, vir pius, & doctus, in libro quem inſcripſit, De S. Aſpaſio, vbi inter alia notat idem oppidum Archidiaconi dignitate in Eccleſia Senonẽſi decorari. Huius autem loci 1625. eſt Abbas Franciſcus *Maler*, nobilis, & eruditus adoleſcens: ſed ſenex moribus, & qui de ſe expectationem iure concitatam ſuperaturus eſt, cuius beneficio nobis ſequens diploma datum, per manus viri docti, & religioſi Petri Fabri, Prioris boni, & antiqui moris.

Continuator Aymoini l. 5. c. 14.

In nomine Domini, & Creatoris noſtri Ieſu Chriſti. Multorum ſinceritati perſpicaciter patet idcirò Reges conſtitutos, quatinus regnorum iura ſagaciter examinantes, omnia nociua reſecandi, cunctaque proficua propagandi ſtudioſius operam impenderent, quòd tanti honoris culmen obtenti, decenter exequi praualerent, ſi omnibus prauæ cupidinis illecebris procul ſemotis, geminaque dilectione, Dei videlicet, & proximi, vndique circumſepti, per viam veritatis toto mentis conamine incedere ſtuduerint, tanto proculdubio à Principe Regum Chriſto Ieſu ſublimandi dignitate poſt labentis tempora vitæ, quanto nunc collatam A *ſibi imperandi poteſtatem, non in vſum libidinis, ſed in inſtaurationem, ac defenſionem ſanctarum Eccleſiarum, ſeu in releuationem oppreſſorum, atque in correptionem malè errantium, ſolerti induſtriâ expenderint. Quapropter ego Hugo, atque Robertus filius meus, propitiante Deo, imperij Francorum ſceptris potiti, innoteſcimus veræ fidei cultoribus vniuerſis, ea quæ tempore noſtro Sewinus Metropolitanus à noſtræ dominationis clementia fieri popoſcit. Iſdem namque Pontifex noſtrum adiens Palatium, ſuggeſſit noſtræ ſerenitatis auribus, de Eccleſiis duabus, quæ apud Milidunum caſtrum mirifico ſatis opere conſtructæ* B *olim fuerant: modò verò tegminibus nudatæ, cultuque diuino prorſus carentes, quæ, vel quales in primordio extiterint, ſolo maceriarum indicio mortalibus inſinuant. Pro reſtauratione igitur harum Eccleſiarum, præfatus Antiſtes noſtram diutiſſimè implorans clementiam, tandem cælitùs inſpirati, eiuſque victi affatus, moliti deſiderium illius æquum indicauimus compleri. Conceſſimus ergo ſibi quod optauerat beneficium, Eccleſias videlicet duas, quarum vna extra oppidum, in monte, in honore egregij Principis Apoſtolorum Petri, Doctoriſque Gentium beati Pauli: Altera verò intra mænia eiuſdem caſtri, & ipſa in honore Protomartyris Stephani dicata conſiſtit; eo ſcilicet* C *tenore, vt nec ipſe, nec ſucceſſores eius Præſules deinceps aliquam conſuetudinem, vel exactionem, aut donationem, ſeu redditionem. Poſtremò, quod omninò abſit, omnem iuſtitiam à prædictis, ipſiſque deſeruientibus expeterent, aut quaſi iure dominantium, per vim aliquid, ſeu per occaſionem cuiuſlibet ſubiectionis inde ſumerent. Quo peracto negotio, regiam denuò petijt celſitudinem, quòd ſibi de congreganda Monachica caterua in prædicto ſancti Petri Monaſterio aſſenſus daretur. Nec hoc, diuinâ fauente clementiâ, negare illi voluimus: vnde accerſitis qui tunc fortè aderant Epiſcopis, ſatrapiſque quamplurimis, authoritate regiâ, cum conſultu eorum, noſtrorumq; fidelium, ratum fore cenſuimus quod petierat.* D *Porrò, ne grex Monaſticus ibidem Chriſto famulaturus, abſque Paſtore fieret, ſuadente nobis memorato Pontifice, cuidam Monacho, Walterio nomine, moribus egregijs ornato, & eloquijs diuinis erudito, iam dictum locum commiſimus regendum. Igitur noſtram habeat licentiam conſtruendi illic normam, quâ Diuinitas placari poſſit ad indulgentiam, vt vbi hactenus temeritas humana Deo ſuperſtitioſa impendit officia, ibi deinceps religioſa ſeruitus atque deuotio famulorum Chriſti concreſcat in ſalutem populi Dei. Obſecramus itaque toto interioris hominis affectu ſucceſſorum noſtrorum Regum ſcilicet benignitatem, vti hoc Monaſterium, quod Dei diſponente gratiâ, reſtaurare*

rare

rare decreuimus, quibus modis valuerint, ſublimari ſtudeant: ab hoſtium impetu defendant, legibus iniquis ſubiacere non ſinant, Rectoribus æquiſsimis ac ſtrenuis gubernandam committant. Vt verò hoc Teſtamentum firmum atque inuiolabile perenniter maneat, manu propriâ ſubter firmauimus, & noſtri ſigilli impreſſione diligenter præcipimus ſigillari. Actum Compendio Palatio, anno Dominicæ Incarnationis D.CCCC. L.XXXX.I. Data vij. x. Kal. Octob. anno 5. imperij Hugonis Regis, & Roberti filij eius in regno, anno 4.

A

Melvndense, *Molome*, O.B. diœceſis Lingonenſis, in Decanatu ſancti Vinimerij, vel Vilmari, & Archidiaconatu Tornodorenſi, olim à Clodouæo in oppido, quod nunc Moloſmiæ in Foſſa, conditum, quod bello Anglico dirutum, poſteà inſtauratum fuit prope villam Inſulæ ſancti Martini, vnde & aliquando nomen retinet prope Armanſonem fluuium, quodque ab Epiſcopo electiuũ, & viſitabile dicitur in Poliario Lingonenſi, quodque correctum fuiſſe à venerabili Guilelmo Abbate 43. Benigniano, atque illic ſanctum Valerium Archidiaconum Lingonenſem requieſcere teſtatur Chronicon Diuionenſe M. S. quod intelligendum videtur de parte aliqua corporis. Confunditur verò à pleriſque hoc Melundenſe, vel Molundenſe, vel Molomienſe, cum Melodunenſi, vel Medeleceníi; & alterutrius meminit Petrus Venerabilis lib. 1. Epiſt. 25. Huius autem Cœnobij Abbas electus fuit Agano, 1232. de licentia Roberti Epiſcopi. Huius verò loci nunc eſt Abbas Commẽdatarius Carolus *de Clermont*, frater Antonij Abbatis *de Blaſimont*, filius Henrici Comitis Tornodorenſis.

B

C

Meinacvm, O.B. diœceſis Lemouicenſis.

S. Memmii, O.A. prope Cathalaunum, *S. Mége*. Ioannes Picardus in Epiſt. ſancti Bernardi 151. cuius loci primus Abbas Stephanus ſub Innocẽtio 2. 1131. 5. Cal. Martias.

Menatvm, diœceſis Claromontenſis, O.B. conditur à ſancto Meneleo, & dedicatur à ſancto Bonito Epiſcopo 30. in honorem ſancti Martini, cuius Abbas 2. poſt Meneleum fuit Sauinianus, tempore ſancti Theofredi, circa A. C. 570. Inſtauratur à Ludouico Pio, apud Continuatorem Aymoini, l. 5. c. 8.

Menennivs, infrà, Merennius.

S. Menvlphi, fœminarum, diœceſis Bituricenſis, in Archipreſbyteratu Borbonij, O.B. Congregationis Caſalinæ, memoratur in Reſcripto Adriani 4. 1158. Petro Archiepiſcopo Bituricenſi.

Merkensis, fæminarum, O.B. prope Ipras, Miræus c. 58.

Merk, Vicus eſt haud procul à Caleto, diœceſis olim Morinenſis, nunc Bononienſis, vbi Euſtatius Comes (cum vxore Ida) pater Godefridi Bullonij, Abbatiam Benedictinorum, quæ beatæ Mariæ de Capella dicitur, 1090. fundauit, Monachis ex vicino Monaſterio Hammenſi aduocatis. Miræus Cod. Donat. c. 70.

Messina, vel Monaſterium Meſſinenſe, *Meſsines*, & *Meeſſenen*, O. B. fœminarum, diœceſis olim Morinenſis, nunc verò Iprenſis, fundatur 1060. ſecundo lapide ab Ipris, ab Adela Comitiſſa, Drogone Epiſcopo probante. Miræus Origin. Cœnobiorum Benedictinorum Belgic. cap. 53. & in Cod. Donationum piarum, cap. 56. 57. 58.

S. Mevennii, *S. Mein*, O. B. diœceſis Maclouienſis, fundatur, ſeu inſtauratur à ſancto Iudicaële, Rege Armoricorum, SS. Iodoci & Vinoci fratre, & à Carolo Magno ſtabilitur, quò multi concurrunt, vt pſoris liberentur, & furfuribus. S. Iudicaël, vulgò *S. Giguel*.

S. Michaelis de Tiracia, O. B. D. Laudunenſis.

S. Michaelis in periculo maris, ſeu in monte Tumbæ, Ordinis Benedictini, D. Abrincenſis, grad. long. 18. 30. latit. 48. 50. loco peregrinationibus celebri, cuius Abbati Honorius 3. ſcribit, c. Dilecto, De Maioritate, & Obediẽtia: vbi Congregatio, ſeu Capitulum Ordinis Equeſtris in honorem S. Michaëlis inſtituti, fieri debebat, & quò S. Richardus 1. induxit Monachos Benedictinos, cùm olim fuiſſet fundata Eccleſia à ſancto Auſberto Abrincenſi Epiſcopo, circa A. C. 707. Qua de re lege Breuiarium Rotomagenſe 16. Octobris, Sigebert. Guaguinum, Maſſonum, Glabrum li. 3. cap. 3. Guilelm. Brittonem lib. 8. Philippidos. Eius loci Abbates.

D

Mainardus.

Mainardus 2.

Hildebertus, 1024. tempore Richardi Ducis Normaniæ.

Hildebertus 2.

Almodus.

Theodericus.

Suppo.

Rodolphus.

Raunulphus, 1060.

Rogerius. Intereſt exequijs Guilelmi Conquæſtoris, 1088.

Richardus.

Bernardus.

Gaufridus.

Robertus.

Martinus.

Iordanus, 1181.

Richardus *Toutain*, 1386.

S. MICHAELIS *de Dourlens*, fœminarum, O.B. diœceſis Ambianenſis.

S. MICHAELIS Tornodori, diœceſis Lingonenſis, in Monte voluto Eccleſia cōſtruitur A.C. 500. ſed Monaſteriū fundatur 980. menſe Iulio, à Milone Comite, vbi colitur religioſè corpus ſancti Theoderici, vulgò *S. Thierry*, cuius Diui Tutelaris olim 55. Aurelianenſis Epiſcopi, & Milonis conſanguinei capſam auro, argento, gemmis, cæteriſque ornamentis 1568. ſacrilega Hæreticorum rabies ſpoliauit, vt didici ex Commentarijs Dauidis *Andry*, Aduocati, & Procuratoris fiſci Comitatus, in quibus Genealogia Comitum delineatur, quam nobis pro ſua humanitate libenter communicauit. Eſt autem Tornodorus, vel Tornodorum, oppidum titulo Comitatus, & Archidiaconatus inſigne, non longè ab Armenſione fluuio, gradu longitud. 25. 10. latit. 47. 25. memoratum à Gregorio Turonenſi lib. 5. cap. 5. hiſt. Franc. & cap. 70. & 87. de Glor. Confeſſ. & in vita ſancti Ioannis Reomenſis, 28. Ianuarij, & à Ferrario in Topographia Martyrologij, & Maſſono de Fluminibus Galliæ, pag. 167. & 176. Vide Epiſcopos Lingonenſes nu. 91. Hoc autem Monaſterium, & ſancti Martini Melundenſ. inſtauratum fuit à Stephano *de Nicey*, cui cognomen Boni Abbatis, cuius nepos Stephanus Abbas S. Lupi Trecenſis, apud Camuſatum in locuplete Rerum Tricaſſinarum Promptuario. Nunc verò ſancti Michaëlis Abbatiam regit Franciſcus *de Choiſeul*, Caroli Mareſchali Franciæ, Domini *de Pralain*, & Claudiæ *de Cazillac* filius, adoleſcens verè ingenuus, ad maxima, & optima quæque natus. Eiuſdem Franciſci ſoror Claudia eſt Abbatiſſa beatæ Mariæ Trecenſis. Legitur quoque Magdalena *de Choiſeul*, Romerici montis (*Remiremont*) Abbatiſſa, 1532.

Nicey en Chāpagne, au dioceſe de Lengres, porte d'argent au cheuron de gueule, accompagné de 2. coquilles d'or.

S. MICHAELIS Cœnobium celebre, O. B. nomen dedit vrbi, diœceſis Virdunenſis, vulgò *S. Miel*, in qua Ducatus Lotharingiæ Parlamentum, ſeu ſuprema Iuſtitiæ ſedes, ſupra Moſam: fundatur à Vulfoldo, vel Volfando Maiore domus Childerici 3. apud Sigebertum A. C. 667. Vaſburgium lib. 2. Gregorium 7. lib. 1. Epiſt. 81. In hoc quoque oppido conſtructus fuit Minimorum Conuentus, 1596.

S. MICHAELIS in Eremo, O. B. D. Lucionenſis, dotatur à Guilelmo Duce Aquitaniæ, cognomento Caput ſtupeū, cuius loci Abbas fuit Iacobus Billius, mortuus 1581. interpres Gregorij Nazianzeni, & Iſidori Peluſiotæ, frater Godefridi Abbatis S. Vincentij Laudunenſis, apud Genebrardum.

S. MICHAELIS vlterioris portus Monaſterium condidit Robertus Comes Auci, diœceſis Rotomagenſis, O. B. Gemeticenſis lib. 7. cap. 22.

S. MICHAELIS de Excluſa, D. Lemouicenſis.

S. MICHAELIS, O. P. Antuerpiæ, fundatur 1124. Vide Franciſcum SWertium in monumentis Brabantiæ, paginâ 127. vbi plures huius Cœnobij Abbates referuntur, quorum primus Valthmannus obijſſe dicitur 1138. 17. Calendas Maij. Præterea in huius Cœnobij templo iacet Abrahamus Ortelius ipſe Antuerpianus, qui mundum ornauit manu, contempſit mente, vnde in cælum migrauit, ætatis anno 71. 29. Iunij 1598. Vide Valer. Andream in Bibliotheca Belgica.

Ortelius.

MICIACENSE ſancti Maximini, vel Maximij, *S. Meſmin de Mixi*, Ordinis Benedictini, diœceſis Aurelianenſis Monaſterium, quod nunc Fulienſes tenent ad Ligerulū, *Loyret*, fluuium, qui quantus in oſtio in Ligerim irrumpit, tantus è fonte oritur, nauicularum vbique patiens, nullo vmquam gelu aſtringitur, nec vllo ardore areſcit, duos pontes lapideos habens, vnum Oliueti, alterum Miciaci. Lege Sigebertum 495. vitam ſancti Læti cap. 5. & 7. in Bibliotheca Floriacenſi, Gregorium Turonenſem lib. 3. cap. 6. Surium 19. Decembris in vita ſancti Auiti, Aymoinum lib. 3. ca. 17. Carolum Sauſſeyum in Euſebio 15. Epiſcopo Aurelianenſi, Fulbertum Epiſt. 93. Rodulphum Bothereum in Aurelia:

Vicenos pluſquam indigetes, hæc clauſtra tulerunt.

S. Euſpicius, 510. 14. Iunij.

S. Maximinus ſenior, 15. Decembr.

S. Auitus, 536. 17. Iunij.

S. Theodemirus, 552.

S. Maximinus iunior.

Drucecindus, 836.

Petrus, 851.

Amalricus, 973.

Albertus

Albertus, 1003.
Conſtantinus, 1018.
Albertus, 1021.
Aſenarius, 1029.
Rodulphus, 1054.
Chriſtianus, 1101.
Garnerius, 1110.
Stephanus, 1116.
Albertus, 1121.
Guilelmus, 1149.
Gauterius, 1167.
Andreas, 1171.
Lancelinus, 1183.
Humbaldus, 1202.
Ioannes, 1218.
Franco, 1220.
Evrardus, 1240.
Berterius, 1242.
Adam, 1257.
Ioannes *de Mournay*, 1422.
Ludouicus *Ajaſſon*, 1492.

MILERAYVM, O. C. diœceſis Nannetenſis.

MIRABELLVM S. Georgij, D. Baionenſis, O. B.

MIRATORIVM, *le Miroir*, O. C. D. Lugdunenſis, in Burgundia, fundatur 1131. Nonis Septembris, à Dominis *de Colligny, & de l'Auvespine.*

MIRA-VALLIS, O. P. D. Tullenſis, non longè à Nouo Caſtro diſtans, filia Septem-fontium.

MISERAYVM, *Miſeray*. diœceſis Bituricenſis, O. B. in Archipreſbyteratu de Leproſo.

MISERICORDIA-DEI, O. C. D. Pictauienſis.

MODOALENSE Monaſterium condidit Childebertus, in quo S. Carileſus degit. Baron. A. C. 562.

MOLIS-BECCVS, diœceſis Bituricenſis, O. B, *Mol-bec*, fundatur à Dagoberto 600. apud Chopinum lib. 2. Monaſtichon, n. 19. tit. 2. Miræum c. 5.

MOLESIA, D. Cabilonenſis, O. C. fœminarum.

MOLISMVM, *Moleſme*, Ordinis Benedictini, diœceſis Lingonenſis in Campania, inter Monbarduin, & Muceyum, fundatur 1073. in territorio ſancti Petri Viui prope Riciacum *Ricey*, per ſanctum virum Robertum, in Parochia Pauliaci, quæ villa erat de donationibus ſancto Petro Viuo factis à ſororibus ſancti Ebbonis: quam villam poſteà emiſſe ferebatur Annas Moliſmenſis 1113. de Milone filio Bernardi de Monte-barro, & Amburgi de Riciaco, vt eſt in Chronico Senonenſi M. S. Meminit verò Moliſmi Cæſarius libro primo Miraculo-

A rum, cap. 1. Vincentius lib. 26. cap 94. Vion lib. 1. cap. 42. Baronius 1098. Iuo Carnotenſis Epiſt. 22. *Frater iſte*. S. Bernardus Epiſt. 80. ad Guidonem Abbatem, & Epiſt. 60. ad Guillencum Epiſcopum 55. Lingonenſem, Petrus Cellenſis Epiſt. 13. lib. 6. ad Theobaldum Abbatem, & lib. 7. Epiſt. 15. Ordericus libro octauo, vbi ſequens verſus habetur:

Eſt quaſi Baptiſmus, quibus eſt in amore Moliſmus.

Famâ celeberrimum, & religione conſpicuum vocat Sigebertus in veteri edi-
B tione.

Fuit autem ſanctus Robertus primò Cellæ in Inſula Germanica Monachus, Trecenſis diœceſis; deinde Prior ſancti Aygulfi, poſteà Abbas ſancti Michaëlis Tornodori, in diœceſi Lingonenſi, tum primus Moliſmenſis, & Inſtitutor Ordinis Ciſtercienſis 1198. quem vixiſſe poſt regreſſum ad Moliſmenſe Cœnobium è Ciſtercienſi, vſque ad annum 1111. eruditiſſimus Camuzatus obſeruauit, cui Roberto Abbati Moliſmenſi Raynardus Epiſcopus 52. Lingonenſis plures conceſſit Eccleſias Parochiales A. C. 1101. hâc clauſulâ, *Dilecte Abba Ro-*
C *berte, tuique ſucceſſores, de conſenſu Canonicorum noſtrorum; & Abbatum adſtantium, Gerardi, ſancti Benigni Diuionenſis, Stephani Bezuenſis, Lamberti Pultarienſis, Abbonis Melundenſis, &c.* Obiit 29. Aprilis, in Martyrologio Romano, & Monaſtico, nonagenarius, in Breuiario Ciſtercienſi, & Benedictino Pauli 5. vbi perperàm alius mortis annus aſſignatur. Eius vita habetur in flore Sanctorum, vbi Tornodorum malè Gallicè conuertitur *Tournon*, pro *Tonnerre*. Sed præſtat acta ipſius ſanctificationem ſpectantia, vt ea nobis miſit pro ſua humanitate Nicolaus Ca-
D muzatus, expromere:

Is eſt Iarento 47.

Sanctiſſimo Patri, & Domino vniuerſali Honorio, diuinâ prouidentiâ ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſummo Pontifici; ſancti Benigni, ſancti Stephani Diuionenſis, Reomenſis, ſancti Michaëlis Tornodorenſis, & ſancti Martini Melundenſis Abbates, Lingonenſis diœceſis, cum pedum oſculo ſalutem, & debitæ reuerentiæ famulatum. Cùm Moliſmenſis Eccleſia, & illæ Eccleſiæ, in quibus habemus adminiſtrare, proximæ ſint ſibi inuicem; & adeò vicinæ, vt vix, aut nullatenus in vna earum aliquid magni contingat, quod ad alteram fama velox citò non referat, de ſancti Patris noſtri Moliſmenſis Eccleſiæ primi Abbatis, & Ciſtercienſis Ordinis fundatoris vita, quæ innumeris veneranda virtutibus effulſit, & de

Gilbertus 60. Benignianus. Petrus 7. Stephanienſis.

miraculis quæ quotidiè ad ſepulchrum ipſius diuina operatur clementia, dignum duximus in præſenti articulo veritati teſtimonium perhibere: Nam inceſſanter totius populi regionis eiuſdem vox clamat in auribus noſtris, Quòd multitudo maxima contractorum, cæcorum, mutorum, & aliorum varijs languoribus detentorum quotidiè ad ſepulchrum dicti ſancti Roberti in Eccleſia Moliſmenſi confluentium factâ oratione, & ſancti nomine inuocato priſtinâ ſanitate receptâ, incolumis videtur remeare ad propria. Inde eſt quod ipſius ſancti inflammati miraculis, ſanctiſſimè paternitati veſtræ in quantum poſſumus, humiliter, & deuotè ſupplicamus, quatenus ſæpedictum ſanctum Robertum, quem mirabilis Deus in ſanctis ſuis coruſcantibus meritis, per miracula mirificè magnificauit in partibus noſtris, canonizari, & Sanctorum Catalogo annumerari decernatis.

Reſcriptio Domini Papæ ad Lingonenſem & Valentinienſem Epiſcopos, & Abbatem Cluniacenſem.

Honorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, venerabilibus fratribus Lingonenſi, & Valentinienſi Epiſcopis, & dilecto filio Abbati Cluniacenſi, Matiſconenſis diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Mirificans miſericordias ſuas Dominus, quæ ſuper omnia opera ſunt ipſius, vt fidem Eccleſiæ ſuæ roboret, ſpem erigat, & charitatem accendat, vt confutet hæreticam prauitatem, perfidos ad viam reuehat veritatis, & conuertat ad pœnitentiam peccatores, innouat ſigna, & immutat mirabilia, immutabilis in ſeipſo, magnificando mirificè, & mirificando magnificè, Sanctos ſuos, qui iuxta conſilium Saluatoris contemptis tranſitorijs & terrenis, iuxta promiſſionem eiuſdem ad æterna & cæleſtia præmia fœliciter peruenerunt, & animabus glorificatis fœlicius ſtolam primam adepti, confidentes in illum, intelligunt veritatem, & fideles in dilectione acquieſcunt eidem, certi de adipiſcendâ ſecundâ, quando ipſorum incinerata nunc corpora, denuum fœliciſſimè glorificanda reſurgent, fulgida, agilia, ſubtilia & impaſſibilia cum Domino perpetuò permanſura. In cuius rei euidentiſſimum & ineffabile argumentum glorioſus Deus in Sanctis ſuis, quorum animas iam glorificauit in cælis, nonnunquam corpora honorat in terris, faciens ea quaſi participantia ſupernæ gloriæ diuinis miraculis coruſcare, quibus tamque veridicis linguis ſancti notam faciant filijs hominum Dei potentiam, & gloriam magnificentiæ regni eius. Et nos ad venerationem eis debitam exhibendam, eorumque ſuffragia imploranda meritò imitemur. Vnde gaudemus in Domino, & in eius laudibus delectamur, quòd ſicut dilecti filij vniuerſi Abbates Ciſtercienſis Ordinis in generali Capitulo congregati, necnon Abbas, & Conuentus Moliſmenſis ſuis nobis litteris intimarunt, fœlicis recordationis Robertus, qui primus Moliſmenſis Monaſterij fuit Abbas, primuſque iecit Ciſtercienſis Ordinis fundamentum, quod diuinâ gratiâ faciente creuit in templum ſanctum in Domino religiosè viuens, tanta fuiſſe gratia meritorum, quòd Dominus tunc multa, & magna per eum miracula operatus, adhuc poſt eius fœlicem obitum ad ſepulchrum ipſius ad oſtenſionem ſanctitatis eiuſdem dignatur operari maiora, vt quem virtus morum honeſtauit in via, miraculorum virtus nobis inſinuet in patriâ honorari. Quare ijdem nobis ſupplicarunt inſtanter, vt cum luce clarius pateat ipſum in ordine Confeſſorum regnare in Eccleſiâ triumphanti, eum in militanti Eccleſiâ Sanctorum catalogo aſcribere deberemus. Verùm, quia in tam ſancto negotio non eſt niſi cum grauitate plurimâ procedendum, nos de fide ac diſcretione veſtrâ plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tàm de vitâ quàm de miraculis ſancti prædicti perquirentes ſolicitè veritatem, quam inueneritis per veſtras nobis litteras fideliter intimetis, vt ex veſtrâ relatione ſufficienter inſtructi, procedamus exinde prout ſecundum Deum viderimus procedendum. Quòd ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe duo veſtrûm, ea nihilominus exequantur. Datum Laterani octauo Calendas Februarij, Pontificatus noſtri anno quinto 1221.

Scholaſtici in 4. D 43. & in Supplem. q. 75.

Reſcriptio dictorum Epiſcoporum & Abbatis ad dictum Papam.

Sanctiſſimo Patri, ac Domino Honorio, Dei gratiâ ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſummo & vniuerſali Pontifici H. Dei gratia Lingonenſis, & G. Valentinienſis Epiſcopi, cum pedum oſculo ſalutem, & debitæ reuerentiæ famulatum. Mandatum Sanctitatis veſtræ recepimus ſub hac forma, Honorius Epiſcopus, &c. Huius igitur auctoritate mandati ad locum perſonaliter accedentes, Domino Abbate Cluniacenſi collegâ noſtro, nobis Epiſcopo Valentinienſi comitante vices ſuas, teſtes recepimus, quorum depoſitiones de verbo ad verbum ſcribi fecimus in hunc modum, Odo Moliſmenſis Abbas iuratus dixit, quòd cùm eſſet in habitu ſæculari in pueritiâ conſtitutus, vidit quãdam mulierem cæcam à natiuitate, habentem filiam ſicut ipſa mater firmiter aſſerebat, quam ipſa ad venerabilis Patris Roberti, de quo agitur, adduxit ſepulchrum. Et cùm ibi cum matre quadam nocte vigilaret, viſum recuperauit. Huic facto interfuit idẽ Abbas, & vidit. Vidit etiam idem Abbas tempore dedicationis Eccleſiæ Moliſmenſis, poſtquam habitum monachalem & ordinem Sacerdotalem ſuſcepit, cum ſepulchra propter reuerentiam

Is eſt Rolandus 20.

dedicationis

dedicationis ab Eccleſia tollerentur, & ventum eſſet ad ſepulchrum eiuſdem venerabilis Patris, ad motum ſepulchri proprios oculos de terra liniens, recepit ibi mulier quædam viſum. Altera de eadem terra comedens, recuperauit loquelam, quæ per triennium muta fuerat, ſicut maritus eius, & ipſa firmiter aſſerebant. Accidit poſteà nondum à præſenti teſtium examinatione duobus annis elapſis, quòd quædam vacca vulnerata fuit à lupo, quod perpendens mulier cuius erat, vulnus aquâ benedictâ reſperſit, ſtatimque ipſam capitis & brachij tremor continuus & enormis inuaſit: quæ ipſa die ad memoratum ſepulchrum rediens, ſtatim curata eſt penitùs, & ſanata. Hoc vidit idem Odo temporibus iſtis iam Abbas in eadem Eccleſia conſtitutus. Vidit prætereà quemdam Monachum, Reuerium nomine, qui factus fuerat furioſus, ad ſepulchrum eiuſdem venerabilis Patris ligari, & ibidem recuperauit, per diuinam gratiam, ſanitatem. Vuilelmus Presbyter iuratus, dixit de muliere quæ viſum receperat tempore dedicationis, idem quod Abbas, de muliere quæ loquelam recuperauit, audiuit, ſed non vidit. De muliere, quæ tremorem capitis & brachij patiebatur, idem quod Abbas. Vidit prætereà quandam mulierem, quæ tempore feſtiuo fuerat operata, propter hoc, ipſa die (ſicut creditur) in manu percuſſam, & uſque adeò curua fuit manus, quòd deſperabatur ipſam poſſe ſanari: ſed per diuinam clementiam ſtatim ſanata eſt, ad ſepulchrum accedens. Vidit etiam ibi quendam furioſum ſanari. Ancherius Monachus & Presbyter iuratus, dixit de miraculis factis in dedicatione, idem quod Abbas. De muliere quæ recuperauit ſanitatem manus, idem quod Guilelmus. Iacobus Monachus, & Presbyter iuratus, dixit quòd quidam frater eius carnalis in ætate puerili conſtitutus, ita enormiter læſus fuit in capite, quòd oculus de proprio erutus, in eius facie dependebat; qui ad eius inſtantiam ad ſæpedictum tumulum deportatus, ſtatim ibi per diuinam clementiam ſanatus eſt, & abſque omni læſione oculus ad locum debitum eſt reuerſus. Hæc omnia vidit idem Monachus Iacobus circa fratrem ſuum. De alijs duobus miraculis factis in dedicatione, idem quod alij. Vidit etiam ſæpedictus Iacobus quandam mulierem de longinquis partibus deportari, quæ longo tempore fuerat contracta, ſtatim viſo Monaſterio, in quo requieſcit vir venerabilis, cui ſe, in ſpe recuperandæ ſalutis, deuonerat, curata eſt, & omninò ſanata. Milo laicus iuratus, dixit de oculo eruto, & recuperato, idem quod Iacobus, de miraculis factis in dedicatione, & de muliere, quæ tremorem capitis & brachij patiebatur, idem quod Abbas, & alij. Bartholomæus Monachus & Presbyter iuratus, dixit de duobus miracu-

A lis factis in dedicatione, & muliere percuſſa in manu, idem quod alij. Hugo Presbyter, & Monachus iuratus dixit quòd vidit quendam ciuem Metenſem cæcum, venientem causâ deuotionis, & ſpe recuperandi viſus, ad ſæpedictũ ſepulchrum, qui veniens ad ſepulchrum, viſum recuperauit, & vidit flammas ab oculis eius viſibiliter defluentes: qui ciuis inde ad ſanctum Iacobum proficiſcens, hoſpitatus eſt in itinere in domo mulieris cuiuſdam, quæ contracta iacebat in lecto: ſed ad conſilium illius ciuis ad ſepulchrum viri venerabilis ſe deportari faciens eſt ſanata. Hæc eſt autem illa de qua ſuperiùs loquitur Iacobus Monachus, & Sacerdos, qui Iacobus conuenit cum prædicto B Hugone, ſed de auditu, Guilelmus Monachus & Presbyter iuratus dixit, quòd vidit quemdam Clericum, qui longo tempore contractus fuerat ad idem ſepulchrum ſanari, & de duabus mulieribus in dedicatione idem quod alij. Liecelinus Monachus & Presbyter iuratus dixit de duobus miraculis in dedicatione idem quod alij. Martinus iuratus dixit de miraculis factis in dedicatione idem quòd alij, & de muliere, quæ ſanata fuerat à læſione manus, idem quod alij. Haymo Monachus & Sacerdos iuratus, dixit quod vidit quemdam furioſum ibi ſanari. Magiſter Simon Presbyter iuratus, dixit de miraculis C factis in dedicatione, idem quod alij adijciens quod quidam laicus apud Moliſmum luderet conuitijs in venerabilem Patrem, & eius miracula blaſphemias proferebat, qui inde recedens ſequenti die infra fines eiuſdem villæ à duobus militibus eſt occiſus. Hoc etiam dicit Iacobus ſe vidiſſe. Vidit prætereà quemdam laicum, qui contractus fuerat per vndecim annos ad ſæpedictum ſepulchrum ſanari. Fulco, & Iacobus Monachi & Sacerdotes iurati dixerunt, quòd cùm quadam die eſſent iuxta tumulum ſæpedictum, & ipſi viro venerabili reuerentiam exhiberent capita inclinando, quidam Monachus aſtitit cum D eiſdem in hæc verba ipſis præſentibus & audientibus contumeliosè prorumpens, Vt quid ei capita inclinatis? Sciatis pro certo, quòd numquam ſanctus fuit, immò quidam ruſticus multùm deformis ſepulchrum pede proprio percutiens, hoc dicendo: ſtatim autem tumor arripuit pedem illum per totum corpus vniuerſaliter aſcendendo, ita quòd infra quindenam illa infirmitate grauatus ſpiritum exhalauit. De furioſis & febricitantibus ſanatis infinita multitudo clamabat coram nobis, & ſe eſſe ſanatos firmiter aſſerebant, ita quòd communis opinio totius regionis in tantum inualuit, circa iſta quòd plurimum ipſum tenorem atteſtationum extollit. Hæc noſtris temporibus accidiſſe dicuntur, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. A tempore autem obitus

pſius, cuius non conſtat memoria, infinita miracula referuntur, ita quòd tota vicinia iam reputet ipſum Sanctorum catalogo meritis coæquatum. Cæterùm vita ipſius ſanctitati veſtræ per nuntios Eccleſiæ Moliſmenſis porrigetur in ſcriptis quę ſatis oſtendunt ipſum multis meritis claruiſſe, at quæ audiuimus cum ſumma diligentiâ fideliter inquirentes beatitudini veſtræ per ſcripta præſentia declaramus, vt veſtra ſancta paternitas videat quid in talibus ſit agendum.

Confirmatio Honorij Papæ.

Extat in Notis Andreę Quercetani ad Bibliothecam Cluniacenſem.

Honorius Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Abbati & Conuentui Moliſmenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm olim nobis per litteras & nuntios veſtros ſupplicaſſetis inſtanter adiuti teſtimonijs & intercesſionibus plurimorum, vt ſanctæ memoriæ beatum Robertum, cuius corpus in veſtra requieſcens Eccleſia multis & magnis miraculis coruſcabat, Sanctorum catalogo aſcribere deberemus, nos ne in tanto negotio videremur vti aliquâ leuitate, tàm de vita ipſius, quàm de miraculis per venerabiles fratres noſtros Lingonenſem & Valentinenſem Epiſcopos mandauimus inquiri, cùm ad hæc vt aliquis habeatur ſanctus in Eccleſia militanti neceſſe ſit, vt & vera fides quæ per dilectionem operatur, ſana merita cum perſeuerantiâ finali precedant, & clara miracula ſubſequantur, nec alia ſine alijs plenè ſufficiant ad indicium ſanctitatis, eo quòd nonnulli faciunt opera ſua vt videantur ab hominibus, & nonnunquam angelus ſathanæ ſe in lucis Angelum transfigurans hominibus frequenter illudit, ſicut de magis legitur Pharaonis. Cùm itaque inquiſitores prædicti nobis ſuper his plenè reſcripſerint veritatem, quia licet nobis quædam miracula quæ poſt mortem fecerat intimarint, de his tamen quæ in vitâ feciſſe dicitur, fid⟨em⟩ plenariam non fecerunt: nos ne precibus veſtris videremur omnino deeſſe, concedimus vobis vt eum tamquam ſanctum in veſtrâ Eccleſiâ venerantes, eius apud Dominum ſuffragia fiducialiter imploretis. Datum Laterani ſexto Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſexto, id eſt anno Chriſti 1222. Cæterùm ſucceſſores S. Roberti in hac Abbatiâ tantùm ſequentes à nobis reperiuntur.

Annas 111.. in Chronico Senonenſi, vt iam dictum eſt.

Guido auctor vitæ S. Roberti, cui Villencus Epiſcopus Lingonenſis 55. confirmat 1129. pleraque donata à prædeceſſoribus, inquit, noſtris, doctis, & honeſtiſſimis, Raynardo videlicet ipſius Abbatiæ primo conſtructore, & fundatore glorioſiſſimo, & pię memoriæ domno Roberto tandem Monacho facto, & in eiuſdem loci requieſcente Capitulo.

Iſambardus 1135.

Odo, circa 1222. tempore Honorij 3.

Petrus 1359.

Philippus *de Bournault* 1505.

Antonius de Viennâ Epiſcopus Cabilonenſis.

Annas *d'Eſcars* Epiſcopus Lexouienſis, Cardinalis *de Giury*.

Reginaldus *de Beaulne* Archiepiſcopus bituricenſis 97.

Franciſcus *de Montmorency*.

Sunt verò 36. Prioratus dependentes ab hac Abbatia: Sancti Deſiderij in vrbe Lingonicâ, *S. Didier*.

De Varenis, *Varenes*, in Decanatu Petræ-fictæ, diœceſis Lingonenſis.

S. Benigni ad Monachos, in Decanatu Grancen, diœceſis Lingonenſis *S. Beroin*, vel *S. Brouin*.

De Buxerolis, diœceſis Lingonenſis, in Decanatu Calui montis, *Buxeroles*.

Caſeoli, *Choiseuil* diœceſis Lingonenſis, in Decanatu Baſſignei.

De Lodiſma, in Decanatu Caſtellionis, diœceſis Lingonenſis, *Loeſme*.

De Marreyo, in Decanatu Barri ſuper Sequanam D. Lingon. *Merrey*.

De Bertignolis, in Decanatu Berri ſuper Sequanam, *Bertignoles*, D. Lingon.

De Viuariis, in Decanatu Barri ſuper Sequanam, diœceſis Lingonenſis.

De Cireyo, in Decanatu Barri ſuper Albam, *Cerey* diœceſis Lingonenſis.

S. Aniani, in Decanatu Tornodorenſi, diœceſis Lingon. *S. Aignan*.

De Collano, in Decanatu Tornodorenſi, diœceſis Lingonenſis, *Colan*.

De Nucerijs, in Decanatu Tornodorenſi, *Noyers*, diœceſis Lingonenſis.

Capella-ozæ, in Decanatu Barri ſuper Sequanam, olim Abbatia muliebris, *la Chapelle a'oze*, D. Lingonenſis.

De Iuliaco, in Decanatu Barri ſuper Sequanam, olim mulierum, *Iully les Nonains*. Quæ patria eſt Roberti *Berthelot* Epiſcopi Damaſceni, & plurium Theologiæ Doctorum, diœceſis Lingonenſis. De Puteo, *le Puys* vulgò *Puy*, in Decanatu Moliſmenſi, D. Lingonenſis.

S. Quintini Trecenſis, diœceſis *S. Quentin*, Inſulæ, *l'Iſle*.

De Fulcheriis, diœceſis Trecenſis, *Foucheres*, vbi olim Prior S. Robertus, & vbi fluuiolus in Sequanam incidens, Campaniam à Burgundiâ diuidit, viâ quâ itur Trecis Diuionem.

Meriaci, *Mery ſur Seine*, diœceſis Trecenſis.

Rodouvilliers, diœceſis Trecenſis.

Planciaci,

Planciaci, *Plancy*, diœceſis Trecenſis.

Peas, diœceſis Trecenſis.

S. Hilarij, D. Trecenſis, *ſainct Hilaire.*

Bechat, diœceſis Trecenſis.

De Froleyo, *Froloys*, D. Æduenſis.

S. Geruaſij, diœc. Autiſſiodorenſis.

Senan, diœceſis Senonenſis.

Flacy, & Nogent, diœceſis Senonenſis.

Francæ-vallis, *Franche-vaulx*, diœceſis Senonenſis.

Du.by de Montigny. D. Senonenſis.

Villiers-l'Archant, diœceſis Senonenſis.

Le Vaulx-donné, mulierum, diœceſis Cathalaunenſis.

Praſle. diœceſis Cathalaunenſis.

Viguel, diœceſis Cathalaunenſis.

PORTARVM domus Carthuſienſis, fundatur 1115. (vt & Claræuallis) in prouincia Burgundiæ. Petrus Sutor lib. 2. de vita Carthuſ. tract. 3. c. 5. Dorland. Chron. lib. 4. cap. 9. Miræus, & Pe-
B treius in Biblioth. Carthuſiana, cuius loci Prior Bernardus mortuus 16. Cal. Ianuar. circa A.C. 1140. S. Bernardo Claræuallenſi in charitate pluſquam germanus.

PORTVS-REGIVS fœminarum O.C.

PORTVS ſacer, vide ſuprà, Barbellus.

PRÆIECTVM O.B. diœceſis Nouiomenſis.

PRALONVM O.B fœminarum, *Pralon*, in Decanatu S. Sequani, diœceſis Lingonenſis, non longè à Diuione.

PRÆMONSTRATVM, *Premonſtré*, diœceſis Laudunenſis, caput
C ſui Ordinis ſub Regula Auguſtiniana, fundatur à S. Norberto 1120. & memoratur cap. 21. de Reſcriptis. Videndus Ioannes Picardus in Notis ad epiſt. S. Bernardi 25. & 247. Volaterranus lib. 20. Robertus Cœnalis, Seruatius *Lairuelz* in Optica Monachorum, ſanctus Antoninus tit. 15. Demochares in Epiſcopis Laudunenſibus nu. 43. Miræus in Chronico Præmonſtratenſi, & in Faſtis Belgicis Iunij 6. & in Tabula SS. Præmonſtratenſiũ Adam Præmonſtratenſis in Sermonibus de habitu, & Ordine Præmonſtratenſi, *Lalouëtte* in
D hiſtoria Cociaca, Vincentius lib. 27. cap. 28. Huius verò loci Abbates à nobis hi tantùm reperti:

S. Norbertus. Obiit 6. Iunij 1134. Martyrologium Roman. & alia, Morigia cap. 57. de Origine Religion. Monaſt.

Hugo primus, è ſociis S. Norberti, cognomento Cameracenſis.

Adam.

Geruaſius.

Conradus, 1220.

Petrus. Cui ſcribit Innocentius 3. 1198. priuilegia confirmans lib. 1. epiſt. incipiente, In eminenti.

Iacobus *de Bochimont*, 1518. ex Abbate Dommartinenſi.

Nicolaus, ex Abbate Dommartinenſi.

Ioannes à Pruetis. Obiit 1579. de quo Genebrardus in Gregor. 13.

Franciſcus à Longo prato. Cui dicat Opticam Religioſorum Seruatius *Lairuelis* 1603.

Petrus Goſſetius. Edidit Breuiarium Ordinis correctius 1623.

PRATEA, *la Prée* O.C. diœceſis Bituricenſis, fundatur 1145. 4. Idus Nouembris, & memoratur c.7. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælatis, ſex leucis ab Auarico, in quam tralatum corpus ſanctæ Fauſtæ 1247. 5. Idus Octobris. Eius item mentio in Adriani 4. Reſcripto 1158. Andrea de Caluiniaco dotatore. Ei autem vnita fuit Abbatia de Boſco-Dagoberti, vulgo *Du Bois-Dabert*.

De PRATELLIS, *Preaux*, O.B. D. Lexouienſis. Memoratur c. Veſtra de Locato, & Conducto. Huc verò faciunt verba Guilelmi Gemeticenſis lib.7.cap. 22. cùm ait Rogerium de Bellomonte duo Monaſteria ædificaſſe, vnum virorum, alterum mulierum. Illius vero Abbas primus Gofridus recenſetur ab Orderico l.8.

PRATENSE, Cœnobium O.C. fœminarum diœceſis Trecenſis.

PRATVM-BENEDICTVM, *Pré-Benoiſt* O.C. diœceſis Lemouicenſis.

De PRATIS O.A. fœminarum, diœceſis Tornacenſis, Duaci, de quo Buzelinus lib.2. Gallofiandriæ c.29.

De PRECIBVS, *de Prieres*, O.C. diœceſis Venetenſis, Filia Buſaij ſub Claraualle, cuius Abbas Guilelmus interfuit Concilio Conſtantienſi, fundatur à Ioanne Britanniæ Duce 1280. ad fundendas preces pro naufragis.

PRESSIACVM, diœceſis Æduenſis, dependens à Floriaco, aliàs Patriciacum O.B. *Preſſy*, Prioratus.

S. PRISCI, diœceſis Nouiomenſis O.B.

PROVINVM, *Prouins*, ſuprà, S. Iacobi.

PRVLIACVM, *Pruilly*, diœceſis Senonenſis, quintum O.C Cœnobium in Chronico Autiſſiodorenſi. Memoratur Petro Cellenſi lib. 2. epiſt. 8. Stephano Tornacenſi epiſt.72. fundatum 1118. 15. Calend. Septembris, Cæſario lib. 12. c. 29. Surio in vita S. Petri Tarentaſienſis.

PRVLIACVM O.B. diœceſis Turonenſis S. Petro dicatum oppidum Baroniæ titulo illuſtre, ad Clayam, vulgò *La Claiſe*, cuius nunc Abbas . . . . . . Rupipozæus.

PRVMIÆ, vel Pruniæ, diœceſis Treuirenſis O.B. vbi Vandelbertus fuit Monachus, qui metricè ſcripſit Martyrologium cum operibus Bedæ editum, & Regino Abbas hiſtoriæ Francicæ Auctor. Ibi quoque Lotharius Imperator ſepelitur Monachus factus 28. Septembris 855. Cœnobium S. Saluatori ſacrum, gradu longitud. 27. 56. latitud. 50. 17.

PSALMODIVM O. B. diœceſis Nemauſenſis.

PSALMODIVM, fœminarum diœceſis Podienſis.

PVLTERIÆ, *Potieres*, gradu longit. 25. 5. latitud. 47. 36. Ordinis Benedictini, diœceſis Lingonenſis ad Sequanam, fundatur à Gerardo non longè à ſuo caſtro Roſſilionis à Barbaris poſteà vaſtato, quo in Monaſterio poſteà cum Bertha vxore ſepultus fuit, vt eſt in Chronico S Mariani, cuius loci Eccleſiam Ioannes 8. dedicauit veniens ad Concilium Trecenſe 878. & meminit epiſt.210. & 211. Indict. 12. A.C. 879. Pauci autem numero Abbates à nobis huc vſque notari potuerunt:

Arnoldus, in Concilio Remenſi 1049.

Humbertus, apud Gregorium 7. lib. 2.epiſt. 15.

Artaldus. Cui ſcribit S. Bernardus epiſt.70. & 75.

Odo. Ad quem extat Nicolai Claræuallenſis epiſtola 27.

H. . . . 1234.

Simon. Hoc habens Epitaphium in Sacello Collegij Cluniacenſis Lutetiæ.

Hoc Mauſoleo conditur corpus fratris Simonis de Villa-noua Edui Burgundi, Pultarienſis Cœnobij, Lingonenſis diœceſis, dum ſuperſtes ageret, Abbatis eximij, Theologalis ſapientiæ Pariſiis Profeſſoris, & huius domus quondam Burſarij, qui corporeo ſolutus ergaſtulo animam efflauit die 12. menſis Maij, anno autem Chriſti Natalis ſexto decimo, & quingenteſimo ſupra milleſimum. Qui quieſcit, quieſcat, Amen.

Claudius Cardinalis, Epiſcopus Lingonenſis.

Annas, Cardinalis *de Giury*, Epiſcopus Metenſis.

Porrò cùm hæc ſcripſiſſemus quidam amicus noſter, ex Archiuis ipſius Monaſterij ſequentem ſchedam miſit.

PVLTHERIENSE Cœnobium ſitum eſt ſuper flumen Sequanicum ſecus montem Latiſcum, quem vulgus

Mont-Laſſoys, vel mont de Roſſillon, vnde Archidia-

conus Lascensis vnus ex ſex Eccleſiæ Lingonenſis.

corruptè Montemlaſcum nuncupat, in cuius ſummo vertice oppidum nobiliſſimum Roſſillum quondam fuit: quod quidem à Vvandalis olim deſtructum extitit. Dicitur namque idem Mons, vel à laticibus fontium, qui ſub ipſo colle exoriuntur, vel à latendo: Quoniam nonnulli ſimplicium quædam arcana dicunt in eodem monte latere, affirmantque ibi aliquoties quædam prodigia apparere, & multos theſauros ibidem repertos fuiſſe, ſed, & multos inibi latere, aliaque penè incredibilia ferunt: quæ omnia vtrùm vera, an ficta ſint, ipſi viderint, indeque diiudicare ſuperſedeo. Similiter, iam vulgus noſtrorum autumat nemus, quod eidem monti ſubiacet à Giraldo Comite olim fuiſſe glande ſatum, ſed omnino friuolum eſt, quoniam inuenitur ſcriptum; Beatum Lupum Trecenſem Epiſcopum antiquiorem valdè Geraldo in eodem loco ſolitariam vitam aliquamdiu duxiſſe. Qualiter vero idē Laticenſe oppidum à barbaris olim captum fuerit, vtpotè tàm arduo iugo ſitum: ſicut ſeniores noſtri vno ore proferunt, huic Opuſculo ſubnectere non pigeat. Mons namque idem vti oculis conſpicitur: mirabili ſitu, quadroque eminet, partim naturâ, partim quoque humanâ facturâ conſtructus. Si quidem, & veſtigia murorum & parietum maceriæ teſtantur patenter, magnā, & fortem hominum habitationem inibi fuiſſe. Exercitus itaque Vvandalorum inter cætera malitiæ ſuæ facinora, quibus penè orbem Gallicum grauiter depopulando peſſum dedit; venit ad Laticenſe oppidum, quò multi eorum metu confluxerant, ſed illud munitiſſimum inueniens, tùm altitudine loci, tùm ambitu murorum, tùm multitudine bellantium ab eo perualidâ manu repulſus eſt. Rex autem eorum perpendens, quod nec arietibus, nec machinis aliquibus, neque vllâ vi cogi valeret, relictâ inibi magnâ parte ſui exercitus, vt peruicaciter obſideretur: ipſe ad alia ſæuitiæ ſuę ſcelera explenda feſtinat. Cumque Laticenſes continuâ ſeptem annorum afflictione à barbaris vallati pertinaciter obſiderentur, iamque tàm diutinâ incluſione pertæſi, & inediæ neceſſitate afflicti de deditione tractarent, iamque ſua, ſeque barbaris dedere cogitarent, vnus eorum ſapientiſſimus tandem tale conſilium intulit, &c. Cæterùm notat Ioannes Begatius Regiū Præfectum Caſtellione, quotānis ſtato die ad hunc montem conuenire fidem Ducis gratiâ,

In Chronol. Lingonenſi, vbi corruptè Catilco. Laſigniom Heutero, *Laſigne Monſtrelet.*

Prope Caſtellionem ad Sequanam Pulteriis immineñs ad dextrā venientibus Lutetiā Diuionem, vbi Eccleſia parrochialis S. Marcelli V conuent de Viz El/ d'Ebroché.

A & nomine recepturum in memoriā datę ab illo fidei Carolo Martello victori, qui Girardū reſtituit Ducis nomine in Burgundiâ regnaturum, qui ſe ſtirpe vetuſta Regum Burgundionū aſſerebat oriundum, cuius Aualone extat opus D. Lazari templum, in cuius Chartophylacio extat Girardi teſtamentum anno 746. conditum, in quo Carolum vocat Dominum ſuum Alij tamen Carolum Caluum intelligunt victorem Girardi, vt Golutus, & Quercetanus, ille in Commentariis Sequanicis, hic in Burgundiæ hiſtoriâ ſummæ illius diligentiæ, & eruB ditionis teſte. Sed fortè dicendum eſt duos fuiſſe Girardi nomine, qui diuerſis temporibus ſe pro Burgundiæ Ducibus gerere voluerint, eorumque facta paſſim à ſcriptoribus confuſa. Ex eâ quoque gente Gerardus nominatur in expeditione Ieroſolymitanâ Ludouici Iunioris 1147. & alter in voto Phaſiani Philippi boni Burgundiæ Ducis.

PVTEVS-ORBIS, *Puis-d'orbe*, fœminarum, O. B. diœceſis Lingonenſis, in Decanatu Moliſmenſi.

Q.

C De QVADRAGINTA O. A. diœceſis Narbonenſis.

QVERCETVM O. A. Brugis, Miræus c. 33. A. C. 1050.

QVERCETVM, *Queſnay*, O. A. fœminarum, diœceſis Cameracenſis fundatur 1262. à Comitiſſa Flandriæ Margaretâ.

QVINTIACVM, *Quincy*, Lingonenſis diœceſis O. C. filia Pontiniaci, fundatur 11. Calendas Maij 1133. in Decanatu S. Villemerij: dedicatur 1139. & memoratur à Petro Cellenſi l. 2. epiſt. 13. D ad Priorem Moliſmenſem. Quo in Monaſterio Quinciaco videntur ſepulchra Dominorum Tanlaij (*de Tanlay*) ex illuſtri gente Cortenæâ, *Courtenay*, cum inſignibus. Ibi quoque accepi iacere Galtherum Epiſcopum Autiſſiodorenſem, quondam huius loci Abbatem, demortuum 15. Octobris 1244. Itaque fortè reponendus in Catalogo Præſulum illius ſedis, ad quam electus, aut eam recuſauerit, aut paucis menſibus in eâ ſederit poſt Bernardum 61.

Courtenay porte d'or à trois tourteaux de gueule.

QVINTIACVM O. B. D. Pictauienſis, habuit ius eligendi ſibi Abbatem ab Epiſcopo Iſamberto, circa 1080. Memoratur ab Orderico l. 8. & à Gofrido Vindocinenſi, *Quinçay, prés Poictiers.*

S. QVINTINI

S. QVINTINI Nouiomenſis O B.

S. QVINTINI, Ordinis Auguſtini diœceſis Bellouacenſis Abbates, ex Loueto ſequuntur.

Yuo, poſteà Epiſcopus 62. Carnotenſis 1064. Widone Epiſcopo Bellouacenſi 45. Dedicatur verò Eccleſia die 4. Octobris 1069. ab ipſo Guidone, præſentibus Galthero Meldenſi, Hugone Trecenſi, Odone Siluanectenſi, Guidone Ambianenſi, Ratbodo Nouiomenſi, & Otfredo S. Quintini Veromandenſis Decano.

Odo.

Valo, poſteà Epiſcopus Bellouacenſis 50. ac tandem Pariſienſis.

Radulphus, 1105. Obiit 14. Aprilis 1128.

Lainaldus, 1136.

Godofridus, 1152.

Odardus *de Bury*, 1154.

Henricus 1161. poſteà Siluanectenſis Epiſcopus.

Drogo, 1172.

Hugo, 1178.

Nicolaus, tempore Alexandri 3. 1179.

Mathæus, 1180.

Robertus, 1190.

Nicolaus 2. 1210. tempore Philippi Epiſcopi 58.

Ioannes, 1263. Cognominato de Greà. Obiit 19 Ianuar.

Amillo *des Grez* 1311. de Greſſibus, Dommeliani acquiſitor.

Odo, 1315.

Petrus, 1346. poſt quem aliquot deſiderantur.

Ioannes *de Bombiers d'Eſtrepagny*, 1473.

Ioannes *de Grolaye*, vel *Viliere*, Epiſcopus Lombarienſis, & Abbas Dionyſianus Præſes Scacharij Normaniæ, & Curiæ Iuuaminum Pariſiis. Obiit Romæ Cardinalis 1499. 8. Idus Auguſt. ſepultus in Vaticano, in Capella Regum Franciæ. Ciacon.

Robertus *de Betencourt*, qui omnia vetera ædificia emendauit. Obiit 5. Nonas Maij 1496.

Petrus *de Heluys*, 1495. electus.

Petrus *Dongnes*. Obiit 1511.

Philippus de Flauacuria.

Petrus *de Cather*, vltimus profeſſus. Obiit pridie Idus Martij 1531.

Carolus *de Humieres*, Epiſcopus Baiocenſis 46 & primus Abbas Commendatarius.

R.

RADOLIVM, olim Abbatia O.B. nunc Prioratus Congregationis Cluniacenſis, à Radone S. Audoëni fratre Theſauris Regalibus Præpoſito ad fluuium Matronam, fundatur, vulgò *Ruel*.

RAMERVDENSE O C. D. Trecenſis. *Rameru*, olim fœminarum, nunc virile Cœnobium ab Erardo Briennæ Comite, & Philippa Campana coniugibus fundatum Sybilla filia Abbatiſſa conſtituta circa 1260.

REA, ſiue Reacus, Inſula Oceani Aquitanici *Ré*, diœceſis Santonenſis è conſpectu Rupellæ gradu longitud. 19. 0. latitud. 45. 45. Monaſterium habet O.C. ſub filiatione Pontiniaci.

RECLINATORIVM, ſeu Marqueta fœminarum O.C. prope Inſulam Flandriæ vrbem, diœceſis Tornacenſis Fundatur 1300. à Ioanna Comitiſſa ibi cum Ferdinando Luſitano coniuge ſepulta. Vide Ioannem Buzelinum lib 1. Gallo-flandriæ cap. 13. vbi Abbatiſſæ recenſentur.

RECLVSVM, *le Reclus* O. C. diœceſis Trecenſis, fundatur S. Bernardo adhuc viuente, ſed dotatur ab Henrico Comite 1164.

Redonum, *Redon*. Vide infrà, Rotonum.

REFVGIVM B. Mariæ O.C. D. Cameracenſis, fundatur 1258.

REGALIS *la Reau* D. Pictauienſis O.A.

REGALIS-MONS, *Reau-mont* O.C. D. Bellouacenſis 1231. prope vrbem Bellummontem in loco qui dicebatur, *Cumont*, ædificatur à S Ludouico, vt teſtantur Nangius, & Gofridus c. 18. vitæ ipſius Ludouici, quo in Monaſterio idem Ludouicus flexis genibus cibum & potum miniſtrauit leproſo Monacho, Abbate in lacrymas prorumpente; vt eſt in veteri Breuiario Pariſienſi in feſto ſancti Ludouici. Ibi verò ſepelitur Ludouicus infans, primogenitus S. Ludouici.

REGIA-VALLIS O. P. diœceſis Tullenſis, cuius primo Abbati Huberto A. C. milleſimo centeſimo quadrageſimo primo, Henricus Epiſcopus altare loci Ionuillaris dedit, vt Raynardus Comes Barrenſis ſenior locum ipſius Cœnobij futuri eodem anno largitus eſt. Alia eſt eiuſdem nominis,

Ordinis, & diœceſis Abbatia diſtans à Tullo itinere trium horarum, conſtructa 1160.

Regia-vallis O.C. Ruſſiacorum procerum tumulus, D. Remenſis, infrà, Vallis Regia.

Regius-locus, ſuprà, Locus-Regius, *Lo-Roy*.

Regvla fœminarum, D. Lemouicenſis O.B.

Regvla O.B. in Vaſconia, in vita Abbonis c.20 in Biblioth Floriacenſi, Aymoin.c 20.de Miracul. S. Benedicti, D. Tarbenſis S. Orientio dicata.

Regvla O.B. fœminarum D. Leſcarenſis.

De Releyo, D. Redonenſis O.A. in ſuburbus Fulgeriarum *Relay*, vel *Relé*.

S. Remigii, Archimonaſterium Regale O.B. D. Remenſis in ipſa vrbe, de quo Flodoardus l.2. c.5. & l.4. c.32. Honorius 3. c.vt iuxta de Officio Ordinarij, Miræus c. 16. vnitur menſæ Epiſcopali 1552. Inſtauratum dedicauit Leo 9. in eoq; Synodum habuit 1049. Huius verò loci Abbates nobis fuêre exhibiti ab optimo viro Franciſco *Noel* Presbytero Laudunenſi I. V. doctore, curâ, & ſtudio nobilis viri Georgij *De I*, ſæpe iam, ſed ſatis nũquam pro eruditione, probitate, & comitate laudati Remis Pariſios, vt in hac ſerie prælucerent, opportunè tranſmiſſi.

Ioannes Tilpinus Cœnobita Sandionyſianus, primus Abbas Sanremigianus ſuffectis in locum Canonicorum Monachis Ordinis S. Benedicti, Archiepiſcopus 28. Remenſis.

Wlfarus, deinde Archiepiſcopus Remenſis 29. Obiit 822.

Ebo, natione Germanus, dein Archiepiſcopus 30 Remenſis, infeſtus, & inuiſus Ludouico Pio, cuius iuſſu exauctoratus.

Fulco, ſuffectus in locum Ebonis.

Ebo 2. ſuperioris nepos, poſteà Epiſcopus Gratianopolitanus 28.

Fulco, ſuffectus in locum Ebonis.

Hincmarus, exin Archiepiſcopus Remenſ. 31. Iacet in æde Sanremigiana.

Hincmarus 2. ex Cœnobita ſancti Bertini in Arteſia, quem peſſimè occidit Venenarius anno 900.

Heriueus, exin Archiepiſcopus Remenſis 33.

Ab Heriueo vacat Paſtore Monaſterium ad 945. de Archiepiſcopatu Remenſi Hugone Heriberti Comitis Veromandenſis filio, & Artaldo contendentibus: donec euocatis ex Monaſterio Floriacenſi Cœnobitis diſciplina reſtituitur.

Hincmarus, 967.

Hugo. Obiit 969.

Rodulphus. Obiit 983.

Lotardus. Obiit 986.

Arboldus.

Aratdus, ex regia ſtirpe oriundus.

Theodoricus.

Herimarus.

Henricus.

Robertus, aliàs Rupertus, cuius meminit Trithemius.

Odo ex Abbate S. Criſpini Sueſſionenſis, fundator Cœnobij Carthuſienſiũ mõtis Dei prope Mojomũ. Ob. 1149.

Hugo 2. Obiit 1160.

Petrus, exin Epiſcopus Carnotenſ. 68. vir religioſus, ac timens Deum vitâ, & literaturâ conſpicuus, apud Nicolaum Claræuallenſem, epiſtolâ ad Henricum Epiſcopum Trecẽſem. At vix ſtat, quod ait Franc. Roſerius in ſtemmate Lotharingico c.75. hũc fuiſſe Simonis Lotharingi, & Agnetis Namurcenſis filium, & Mathæi Epiſcopi Pariſienſis fratrem.

Simon. Obiit 1197.

Petrus 2. de Ribodemonte, aliàs *de Ribemont*. Obiit 1203.

Hugo. Obiit 1205.

Milo, exin electus Abbas S. Medardi Sueſſionenſis.

Guido.

Petrus 3. Claudus. Obiit 1237.

Deodatus.

Petrus 4. cognomento *de Harcy*, ab Innocentio 4. P.P. obtinuit, vt Cœnobium Sanremigianum Archimonaſteriũ nuncuparetur. Obiit 1249. *Archimonaſterium.*

Gilbertus.

Odo 2. cognomento *Betenuille*. Obiit 1268.

Bartholomæus *de Spinal*.

Ioannes de Clinocampo, aliàs *de Clinchamp*. Obiit 1295.

Rogerius 2. Obiit 1314.

Ioannes 2. de Monte S. Ioannis.

Ioannes 3. dictus, *Leſcot*. Obiit 1368.

Petrus *de Marcilly*. Obiit 1393.

Ioannes *Canart*.

Nicolaus *Robillart*.

Aymericus *de Hocguede*.

Guilelmus *de Villers*.

Guido *Bernardi*, Epiſcopus 85. Lingonenſis, Primus Commendatarius.

Robertus *de Lenoncourt*, Archiepiſcopus Turonenſis, exin Remenſis 80.

Robertus *de Lenoncourt*, ſuperioris nepos.

Carolus

Carolus Cardinalis à Lotharingia, Archiepiſcopus 82.

Ludouicus Cardinalis à Lotharingia, Archiepiſcopus 83.

Nicolaus Cardinalis *de Pelleué*, Archiepiſcopus 85.

Renatus *d'Amoncourt.*

Philippus *du Bec*, Archiepiſcopus 86.

Ludouicus Cardinalis à Lotharingia, Archiepiſcopus 87.

Henricus à Lotharingiâ, etiam Dionyſiânus, &c. Princeps qui, ſi quiſquam alius, magna quæque Chriſtiano orbi certò pollicetur, ad quæ non ceſſat tendere & ſuopte Auguſtiſſimo Genio, & Ingenio, ac ductu fœliciſſimo viri nobilis Georgij *AT* Theologi periluſtris, cuius beneficio hunc catalogum, & alia pleraque habuimus.

S. REMIGII de Luna-villa, O. A. diœceſis Tullenſis.

S. REMIGII fœminarum, in vrbe Siluanectenſi O. B nunc tralata in diœceſim Sueſſionenſem à Gregorio 15. regnante Ludouico 13.

S. REMIGII fœminarum, vulgò de Laudis ædificatur à Roberto 63. Epiſcopo in ſua diœceſi Carnotenſi

S. REMIGII Senonenſis O. B.

RENOBVRGVM fœmin. O. B. diœceſis Harlemenſis, Miræus c.64. Originum Cœnobiorũ Belgicorũ *Rhynlenrch.*

REOMAVS, vel Reomus, vnde & Monaſterium Reomenſe S. Ioannis, *Monſtier S. Iean*, O. B. diœceſis Lingonenſis, in Archidiaconatu Tornodorenſi fundatur tẽpore Patientij 14. Epiſcopi, & eiuſdem fundatio confirmatur à Clodoueo anno primo ſuæ Chriſtianitatis, vt eſt in vetere Codice ipſius Monaſterij, quem videre licuit beneficio Iacobi Simonis Camerarij, vnde ſequentes deprompti Abbates.

1. S. Ioannes, vide Lingonenſes Epiſcopos num. 14.
2. S. Silueſter, S. Ioannis diſcipulus nominatur in diplomate hanc fundationem probante anno 5. Clotarij, 8. Cal. Martij Sueſſionis ciuitate memoratur etiam in vita S. Ioannis.
3. Mummolus S. Ioannis etiam diſcipulus tempore Clotharij Regis poſteà Lingonenſis Epiſcopus 19.
4. Leopardinus transfert corpus S. Ioannis.
5. Siccarius.
6. Bobo.
7. Hunna, ex diſcipulo S. Columbani eius precibus Ionas ſcribit vitam S. Ioannis, anno 3. Clotharij & Batildis Reginæ hebdomada 2. menſis noni.
8. Celſius.
9. Malchara.
10. Deodatus.
11. Samuel, tempore Dagoberti.
12. Euſtorgius Epiſcopus Lingonenſis, circa A. C. 610.
13. Chriſtianus poſteà Epiſcopus.
14. Maurellus.
15. Valdo, circa annum Chriſti 751.
16. Heuardus tempore Leonis Papæ 3. filius Malardi Ducis Burgundiæ.
17. Camundus.
18. Apollinaris tẽpore Caroli Magni.
19. Vigilius.
20. Deidonum.
21. Modoinus Auguſtidunẽſis Epiſc.
22. Maximinus.
23. Bernardus Auguſtidunenſis Epiſcopus, circa A. C. 836.
24. Lotharius filius Caroli Calui.
25. Hummarus Lugdunenſis Epiſcopus A. C. 873.
26. Carlomannus filius Caroli.
27. Vvlpo.
28. Vvlpardus, vel Vvlfridus, cuius ſoror fuit vxor Ludouici Balbi.
29. Ingebrannus A. C. 956.
30. Aurelianus.
31. Guillermus Abbas etiam Diuionenſis & Fiſcanenſis. Obiit 1033.
32. S. Maiolus Abbas Cluniacenſis.
33. Heldricus S. Maioli diſcipulus præfuit etiam Monaſterio Flauiniacenſi, & Autiſſiodorenſi.
34. Guido.
35. Odo etiam Autiſſiodorenſis.
36. Milo.
37. Hugo.
38. Hugo.
39. Theodoricus.
40. Godefredus, A. C. 1098.
41. Bernardus, ab anno 1104. ad annum 1133.
42. Girardus.
43. Petrus ab anno 1140. ad annum 1178. & vltra.
44. Raynaldus A. C. 1177. & 1182.
45. Hugo nominatur 1192.
46. Hugo nominatur 1198. in inſtrumento Odonis Burgundiæ Ducis.
47. Guillermus ab anno 1198. ad annum 1203.
48. Guido ab ann. 1204. ad ann. 1226.
49. Guillermus.
50. Odo.
51. Gaudricus.
52. Remundus.
53. Hugo.
54. Guillermus.

55. Stephanus, 1282.

Ioannes, 1282.

Simon, 1416.

Guilelmus *Fouquet de la Varenne* poſteà Epiſcopus Andegauenſis.

Carolus *Miron*, Epiſcopus Andegauenſis.

Ludouicus, Abbas etiam Cormeriaci, filius Claudij *Goieffier* Comitis *de Carauas*, & Mariæ *Miron*, adoleſcens verè ingenuus, in quo optima quæque ineſſe, & à quo nulla abeſſe bona, quæ ea ætas poſſit capere, facile eſt cernere.

B Resbacvm, vel Robeſcum, *Robez*, vel *Rosbee*, aliàs Ieruſalem, diœceſis Meldenſis O.B. in ſaltu Brigenſi ad Matronam fluuium conditur ab Adone qui & S. Audoënus A.C. 637. apud Sigebertum, Aymoinum lib. 4. cap. 41. Surium 24. Auguſti in vita ipſius Audoëni cap. 7. & Bernardum Guidonem, & Petrum Griſium de Monachorum Cœnobiis n. 18. Miræum in Faſtis Belgicis Aug. 30. vbi de S. Agilo agitur, & meminit Chopinus lib. 1. Monaſtic. tit. 3. num. 8. Petrus Venerab. l 3. epiſt. 5. Innocent. 3. de ſubiectione huiuſce Monaſterij erga Epiſcopum diœceſanum c. 21. C (ſub orta) de ſententia, & re iudicata, vbi perperàm legitur Atrebatenſe pro Reſbacenſe. Huius verò loci Abbas Vulfadus in Synodo Piſtenſi 862. cum Odone Foſſatenſi, Ataulfo S. Sabini Humberto Floriacenſi, Lupo Ferrarienſi, Frodono Corbionenſi, Engelgario S. Carileſi, Guilelmo Caroſenti, &c.

Ressonivm O. P. Diœceſis Rothomagenſis filia S. Ioannis Ambianenſis, in planitie non mediocri iacet.

De Ribodimonte, ſancti Nicolai de Pratis O. B. diœceſis Laudunenſis, *Sainct Nicolas de Ribemont*, de quo extat D huiuſmodi charta Philippi 1. R.F.

In nomine ſanctæ Trinitatis, Philippus Dei gratiâ Francorum Rex, antiquâ conſuetudine ac diligentiâ Prædeceſſorum meorum ad tempora noſtra cautum extitit, & prouiſum, quæ à fidelibus legaliter Eccleſiis, ac Monaſteriis conceduntur poſſidenda, literis ad ſuccedentium temporum notitiam commendare, ad obſtruendam verò, & refutandam quorumdam malignantium videlicet, ac bonis inuidentium improbitatem ſigillo noſtræ Maieſtatis inſignire. Vnde notum fieri volumus fidelibus noſtris, tàm præſentibus, quàm futuris, quòd Anſellus de Ribodimonte, adijt Serenitatem noſtram, obſecrans, vt quandam Abbatiam, quam ipſe conſtituerat proximè Ribodimontem, in honore ſanctæ Dei genitricis, & beatiſſimi Confeſſoris

Hic Anſellus interfuit bello ſacro cum Godefrido Bullionio.

A *Nicolai, ei nos in perpetuũ, ſtabilem ac firmam fore concederemus, & noſtræ Maieſtatis vigore corroboraremus, & quæcunque eidem loco largiebatur de bonis ſuis ſine aduocatione, & abſq; omni conſuetudine quã inde requirat, deinceps tàm ipſe, quàm ſui ſucceſſores, nec alius quilibet, niſi fratrum orationes in ipſo loco Deo militantium in perpetuum, abſolutè & quietè poſſidenda & habenda, cuius petitioni benignè annuendo præfatam Abbatiam in poſterum amodo ſtabilem & ratam fore ſtatuimus, firmando quoque conceſſimus, & concedendo firmauimus, idipſum poſtulante Domino Helinando Laudunenſi Epiſcopo, vt locus ipſe deinceps ſolutus ſit,* B *& quietus, & Fratres Monachali Religioni ibidem deſeruientes; ab omni inquietudine & ſubiectione cuiuſlibet perſonæ, ſaluâ reuerentiâ, & Chriſtianitate debitâ, & Canonicâ ſubiectione ſanctæ Laudunenſis Eccleſiæ, & ipſius Sedis Epiſcopi. Quæcumque verò à præfato Anſello eidem loco donata ſunt, villam videlicet Lucianis, villam quæ dicitur Montiniacus, villam quæ dicitur Moncellis, & quod eidem loco contulit apud Albrecias, & apud Macerias; & apud Audenicurtem, & duos molendinos apud Ribodimontem, & ſyluam & terrã, quæ eſt inter duas aquas, & ſeruos, & ancillas, & cætera omnia ipſius Abbatiæ Monachi ſoluta &* C *quieta teneant, & poſſideant ſine aduocatione, & abſque omni conſuetudine, quam deinceps inde requirat, tam ipſe, quàm ſucceſſores ſui, nec alius quilibet, niſi orationes fratrum ibidem Deo ſeruientium, ad hæc ſi quidem quæcunque præfato loco à fidelibus donata ſunt vel fuerũt, fratribus ipſis annuimus poſſidenda. Eorum autem Abbate ingreſſo viam vniuerſæ carnis, vel ſi alio aliquo modo eidem Monaſterio Abbas defuerit, de ipſo loco Abbatem eligant communi conſilio & aſſenſu, vel de alio quocunque Monaſterio voluerint. Electus verò communi conſilio Capituli, atque Anſelli, ſeu ipſius hæredis ad benedicendum ducatur, atque tunc demùm curam animarum per Paſtoralem virgã* D *accipiat, & Monachis deinceps Abbas ordinetur. Vt verò hæc ſuperius omnia firma in perpetuum, & inconuulſa permaneant, memoriale iſtud inde fieri, & noſtri nominis caractere & ſigillo ſignari, & corroborari præcipimus. Si quis autem aduerſus hoc noſtræ Maieſtatis firmamentum aliquid tentare præſumpſerit, auri libras fiſco Regio C. perſoluat, & ipſe damnabitur Regiæ Maieſtatis reus. Calumnia verò illius irrita fiat. Actum apud Ribodimontem, ann. Incarnati Verbi 1084. indict. 7. ann. regni Philippi Francorũ Regis 24. præſentibus iis quorum nomina ſubtitulata ſunt. Gilbertus ad vicem Gofridi Cancellarij Pariſiorum Epiſcopi relegendo ſubſcripſi. Sig. Helinãdi Laudunenſis Epiſcopi, S. Raynaldi Remẽſis Archiepiſcopi, S. Roigeri Catalaunẽſ. Epiſcopi, S. Vidonis*

Beluacenſis

Beluacenſis Epiſcopi, Hugonis Comitis Pontiuij, Comitis Eubali de Rocei, Comitis Rainaldi Sueſſionenſis, Comitis Balduini Valentiani, Euſtatij Vicedomini Cathalaunenſis, Ioſlini Beluacenſis, Balduini de Gurci, Radulfi filij Bliih, Vidonis de Leſcieres, Vidonis de Vitrey, &c. Bernardi de Ribodimonte, Petri Caſtellani, Roberti Anguiſot, Vvalberti Laudunenſis, Vinemari Laudunenſis.

S. Richarii, ſuprà, vide Centula.

Ricomagvs, *Rion* Aruerniæ oppidum celebre habet Cœnobium ſancti Amabilis O. B. diœceſis Claromontenſis, de quo Sauaro & Miræus vbi ait illud fuiſſe donatum toga ſæculari 1548. auctoritate Pauli 3. ex Chopino l. 1. Pol. cap. 3. in Limania, gradu longit. 24. 10. latit. 45. 20.

S. Rigaldi, diœceſis Matiſconenſis O. B. *S. Rigauld.*

Rigniacvm O. C. diœceſis Autiſſiodorenſis ad Armenſonem fluuium, fundatur 7. Idus Septemb. 1127. Chronologiæ Autiſſiodorenſis.

Ripatorivm, vel Arripatorium, *l'Arriuour*, O. C. diœceſis Trecenſis, fundatur ab Hottone 56. Epiſcopo, Idibus Aprilis 1140. filia Claræ vallis, meminit Stephanus Tornacenſis epiſt. 122. hic vero ſepelitur Bartholomæus Epiſcopus Trecenſis 60.

De Ripa, *Riue*, O. B. D. Vaſatenſis.

Robescvm, vide ſuprà, Reſbacum.

Romanvm, oppidum Delphinatus nobile diœceſis Viennēſis, ad Iſaram Abbatiam habet ſancto Bernardo Archiepiſcopo ſacram nunc ſæcularē vnitā mēſæ, Epiſcopali cuius meminit Gregorius 7. lib. 2. epiſt. 59. A. C. 1075. & l. 3. epiſt. 16. gradu longit. 25. 30. latit. 44. 25. eius icon in theatro ciuitatum l. 3. f. 9.

S. Romani ſuprà Blauia.

S. Romani O. B. ad vrbem Senonenſem, de quâ in Biblioth. Floriacenſi.

Romericvs-mons, vulgò *Remiremont*, diœceſis Tullenſis, in Lotharingiâ ad Moſellam, gradu longit. 28. 10. lat. 47. 50. vbi olim Auendi caſtrum in Vogeſo monte, quod Rumericum caſtellum appellat Aymoinus, fundatur 620. à S. Romerico conſtituente primam Abbatiſſam Gertrudem filiam Nonis Maij, cuius S. Romerici vitam edidit Nicolaus Serrarius in Libello, cui titulus, Comitum par inclitum, videndus Franciſcus Roſerius in Stemmate Lotharingio, *Vion* 8. Decembris.

Ronsereivm fœminarū, O. B. in vrbe Andegauenſi, fundatur 14. Iulij, 1028. à Fulcone Nerra Comite, Chopinus l.
A 3. Politiæ ſacræ, tit. 4. nu. 13.

Roseriæ O. C. D. Veſontionenſis, 3. Calend. Decembris 1132. à Galthero Salinenſi fundatur, vbi ſpectantur inſignia gentis de Pictauiâ, cuius loci Abbas Balduinus Moreau obijt Romæ Procurator Ordinis 1622. à quo Ciſtercienſem hiſtoriam expectabamus, quam affectā, imo & penè effectā vidim⁹.

Roseta, *Roſette*, fœminarum, diœceſis Senonenſis.

Rota, *la Roüe*, ſanctæ Mariæ in Boſco, prope Credonium, O. A. D. Andegauenſis, fundata à Reginaldo Credonij
B Domino, Roberti Burgundi filio, cui fundationi ſubſcripſerunt Andegaui, Hugo Archiepiſcopus Lugdunenſis, Gofridus Andegauenſis Epiſcopus, Amatus Archiepiſcopus Burdigalenſis, Iuo Carnotenſis, Hoël Cœnomanenſis, cuius primus Abbas Robertus de Arbriſſello, vir magnæ auctoritatis, & infinitæ Religionis, quod Vrbanus 2. probauit 1096. in eadem vrbe Andegauenſi, præſentibus Adelberto Primate Biturigum, Guidone Archiepiſcopo Viennenſi, fundatoris cognato, Geraldo Teroanenſi, Guilelmo Claromontenſi electo, & Reginaldo Iuniore Andega-
C uenſi, cognomento de Meduanâ, magnæ nobilitatis, qui poſtea eandem Eccleſiam dedicauit, 17. Calend. Maij, circa 1099. Fulcone Rechino Andegauenſi Comite, & Humbaldo de Ruperforti præſentibus, vt didicimus ex chartâ M. S. nobis communicata à Domino Meynardo ſancti Nicetij Lugdunenſis ſacriſtâ. Vide Auguſtinum du Paz, in Hiſtor. genealog. Britan. pag. 747.

Rothnacvm, vel Rothnacenſe Monaſterium, nunc Collegium ſæculare, conditur à Ludouico Pio, medio itinere inter Tornacum, & Oudenardam, reli-
D quijs ſancti Cypriani celebre, Pamelius.

Rotomagense, ſuprà S. Audoeni.

Rothonvm, *Redon*, O. B. D. Venetenſis, S. Saluatori dicatum memoratur Innoc. 3. c. 2. de in integ. reſtitut. vbi ſepelitur Hermingardis Conuerſa, ex Duciſſa Britanniæ, cui ſcribit S. Bern. epiſt. 116. & 117. vbi quoque iacet Franciſcus Britanniæ Dux mortuus 1450. hîc etiam fuit Abbas Artus *d'Eſpinay*, non ita pridē Maſſiliæ deſignatus Epiſcopus.

Rotvndvs-mons, *Romont*, fœminarum in Sabaudiâ O. C.

Rvbevs-mons, *Rouge-mont*, D. Lingonenſis O. B. fœminarum, in Decanatu Reomenſi.

Rvbiacvm fœminarum, diœceſis

Claromontenſis, in vita S.Boniti, nunc A Prioratus O.B.

Rvbra-vallis O.A. vulgò *Rancloiſtre*, dicata S. Paulo 1371. per Venceſlaum, & Ioannam Duces Brabantiæ.

S.Rvfi Ordinis Auguſtiniani, Valentinæ diœceſis, cuius meminit Miræus cap. 11. Origin. Auguſtinian. Chopinus l. 2. Monaſt. tit. 1. num. 20. Oldradus Concilio 204. Aymarus Falco parte 2. hiſtor. Antonianæ tit. 22. cap. 3. Quo in Monaſterio habita Synodus prouincialis 1337. Indict. 5. Videndus Petrus Griſius in hiſtor. Canonic. Regular. nu. B 16. & 17. ſect. 13. At quoniam hæc Abbatia S. Ruffi multum illuſtrauit Ordinem Canonicorum Regularium, cuius etiam extat nobilis Prioratus Lugduni, (vulgò *la Plattere*) factum hinc puto, vt S. Ruffus credatur à multis Archiepiſcopus Lugdunenſis.

1. Odalgerius Hiſpanus.
2. Raymundus, 1150.
3. Conradus, poſteà Anaſtaſius 4. 1153.
4. Nicolaus Anglus, poſteà Adrianus 4. Papa, & de his duobus legendus Onuphrius. Apud quem tamen hoc tẽpore hæc Abbatia malè ponitur prope C Valentiam: nam tunc erat iuxta Auenionem in Prouincia Arelatenſi. Magis quoque errant, qui putant tempore Vrbani 11. hoc Monaſterium, caput ſui Ordinis, fuiſſe Valentiæ, & illuc Auenione propter infeſtationes Albigenſium, tralatum, ſeu traductum.
5. Raymundus, 1158. Quo tempore inſtaurata fuit hæc Abbatia ſancti Ruffi prope Valentiam, quæ primùm erat iuxta Auenionem poſita.
6. Amedeus, 1175.
7. Petrus, 1180.
8. Petrus, 1190. D
9. Falco, 1204.
10. Michaël, 1232.
11. Guilelmus, 1244.
12. Guilelmus, 1257.
13. Anthelmus, 1268.
14. Odo, 1280.
15. Artaudus, 1285.
16. Guilelmus, 1289.
17. Stephanus, 1307.
18. Petrus, 1331.
19. Petrus, 1355.
20. Philippus *de Chambarliac*, Epiſcopus Nicienſis, 1358.
21. Guilelmus Hoſpitis, 1362.
22. Grimoardus de Griſaco, Mimatenſis diœceſis, Epiſcopus Auenionenſis. Creatur Cardinalis 1365. 15. Calend. Octobris titulo Eudoxiæ. Obiit Auenione 1387. 16. Cal. Aprilis.
23. Reginardus Albonis, 1387.
24. Petrus, 1390.
25. Guilelmus Cardinalis *de Vergy*, 1393. de quo Andr. *du Cheſne* p. 173.
26. Ioannes, 1410.
27. Guilelmus de Solerio.
28. Ioannes, 1418. Patriarcha Antiochenus.
29. Vitalis Ianuarius, 1431.
30. Ludouicus de Pictauia, 1460.
31. Iulianus *de Ruvere*, poſteà Iulius 2. Papa 1495.
32. Amédeus, vel Amáneus, ex Regio Francorum genere, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere, creatus ab Alexandro 6. Adminiſtrator Epiſcopatuum Apamienſis, & Pampelonenſis. Obiit in oppido Belnoſo, Vaſatenſis diœceſis 4. Idus Decembris, ibíque ſepelitur 1520. Onuphr. & Ciacono, frater Ioannis Regis Nauarræ, filius Alani Albreti, & Franciſcæ Britannæ.
33. Ioannes de Anceduno, 1505.
34. Petrus de Carnone.
35. Gaſpardus *Roland*.
36. Guilelmus *de la Faye*.
37. Iacobus, Guilelmi nepos.
38. Guilelmus, frater Iacobi, 1616.

Rvisselli-villa, *Ruiſſeauville*, vel *Rouchau-ville* Auguſtiniani Ordinis, diœceſis Bononienſis, fundatur à Ramelino *de Crequy*, cuius Abbates recenſentur à Locrio pag. 255. quæ aliàs dicitur S. Mariæ de Nemore.

1. Henricus.
2. Fulbertus.
3. Thomas.
4. Mathæus *de Dammard*.
5. Gerardus.
6. Wilelmus.
7. Eualterus.
8. Stephanus.
9. Robertus.
10. Ioannes.
11. Wilelmus.
12. Emerardus, vel Euerardus.
13. Ægidius Frideuallius.
14. Valterus.
15. Gilbertus.
16. Milo, inde Morinenſis, Epiſcopus huius nominis ſecundus, & ordine 30.
17. Balduinus, inde Epiſcopus Nouiomenſis.
18. Lambertus.
19. Walbertus.
20. Petrus.

21. Oudardus à ſommo Pontifice promotus circa annum 1292.
22. Robertus Madidus. Obiit 1302.
23. Ioannes *de Cnaum.* Obiit 1359.
24. Robertus *Polon* Arienſis. Obiit 1385.
25. Balduinus Hericurtius. Obiit 1416.
26. Michaël Verduræus. Ob. 1460.
27. Guilelmus *Glorıant.* Obiit 1476.
28. Reginaldus *Venault.*
29. Ioannes *Maubuilly.* Obiit 1506.
30. Hector Slinghius. Obiit 1515.
31. Nicolaus Pratanus. Obiit 1531.
32. Philippus Marcenellus. Obiit 1552.
33. Hadrianus Harlinus.
34. Philippus *de Lannoy.*

De RVPE O.C. fundatur 1147.

De RVPIBVS O.C. *des Roches*, diœceſis Autiſſiodorenſis, fundatur 1136. 17. Cal. Aprilis, filia Pontiniaci.

S.

S. SABINI, vel Sauini O.B. diœceſis Pictauienſis ad fluuium Garempam 9. leucis ab Auguſtorito, cuius Abbas Dodo memoratur in Concilio Sueſſionenſi 853. & Odo 1040. in Charta Vindocinenſi. At S. Sauini feſtum notatur 11. Iulij in Martyrologio. *S. Sauin.*

De SABLONCELLIS O.A. diœceſis Santonenſis.

SACRA-CELLA *Sercamſeaux*, in Gaſtinio O.C. diœceſis Senonenſis fundatur à Philippo Auguſto 1190. aut potius eo regnante ab Henrico Clemente Domino Argentonij, Franciæ Mareſchallo, qui iacet Turpigniaci, Tillio.

SALABRIA O.C. diœceſis Baiocenſis, vel Vallis Richeria, infrà.

SALEM O.C. diœceſis Conſtantienſis ad Renum.

SALETARVM, *Salettes*, domus Carthuſianarum diœceſis Lugdunenſis, in prouincia Burgundiæ, fundatur ab Anna vxore Humberti Delfini, quæ illic iacet, qua mortua ipſe Hūbertus ſuſcepit habitum Carthuſienſem in domo Vallis S. Mariæ diœceſis Dienſis.

SALINÆ VALLIS O. P. diœceſis Metenſis, fundatur 1180. prope vicum à Comitibus Salmæis, malè à nonnullis legitur Saliuæ vallis, vulgò *Galival.*

S. SALVATORIS O.B. diœceſis Lodeuenſis.

S. SALVATORIS fœminarum O. B. in vrbe Ebroïcenſi.

S. SALVATORIS O.C. diœceſis Senonenſis, fundatur 1335.

S. SALVATORIS O.B. diœceſis Conſtantienſis in Normania.

S. SALVATORIS ſuprà Blauia.

SALVATORIVM O. C. fœminarum.

SALVA, vel Salucium O.B. diœceſis Nemauſenſis, *Sau..e*, fundatur 1029. à Garſinde Pontij Comitis Toloſæ vxore, in honorem S. Petri, Frolario Epiſcopo: Catel.

S. SALVII Monſtrolienſis O.B. diœceſis Ambianenſis *S. Sauue*, cuius meminit Alexander 3. c. 15. Ad hæc, de Decimis.

S. SALVII, D. Teroanenſis O. A.

SARCHINIVM. Vide infrà ſancti Trudonis.

SARNAYVM, Vide infrà, Vallis-Sarnaij.

SARTENSE, fœminarum O.C. diœceſis Tornacenſis, fundatur 1233. Sart.

S. SATVRNINVS, *S. Sarnin*, Toloſæ, nunc ſæcularium Canonicorum Eccleſia ex Regularibus, cuius meminit Fortunatus lib. 2. cap. 9. & Gregor. Turonenſis l. 6. c. 12.

S. SATYRVS O. A. diœceſis Bituricenſis, cuius feſtum 9 lectionum notatur in Breuiario Bituricenſi, fundatur à Mathilde loci domina, circa 1032. in Archipreſbyteratu Sacri-cæſaris, non longè ab alueo Ligeris gradu longitud. 23. 50. latitud. 47. 15. Videndus Ioannes Picardus in Notis ad Epiſtolam S. Bernardi 150. Stephanus Tornacenſis epiſt. 70. & 115. & Bulla Eugenij 3. 1145. cuius Abbas 1620. Claudius *de Thoulongeon*, Canonicus Pariſienſis, inductus in poſſeſſionem per Iacobum *de Neuf-chaizes* Eccleſiæ, Academiæque Bituricenſis, tunc Cancellarium ac Vicarium Generalem Andreæ Archiepiſcopi, nunc Epiſcopum Cabilonenſem. At Claudius in inſtaurando Monaſterio, & templo pluſquam dici poſſit elaborare non ceſſat nobilitate, pietate, & induſtria numquam ſatis commendandus. Vtinam ei plures noſtra, & poſtera ætas videat pares.

De Thoulongeon porte de gueule à trois faſces ondées d'or.

SAVARI O. C. diœceſis Laudunenſis.

SAVIGNIACVM, diœceſis Lugdunenſis O.B. locus ab antiquo nobiliſſimus dicitur in Epiſtola, G. Lugdunenſis ad R. Turonenſem inter epiſtolas Hincmari.

Savigniacvm, *Sauigny* O.C. diœceſis Abrincenſis, fundatur 6. Calend. Octobris, filia Claræuallis in confinio Normaniæ, Britanniæ, Andegauiæ, & & Cœnomaniæ.

S. Savini D. Pictauienſis O.B. *S. Sauin.* Vide ſup. S. Sabini.

Scala fœminarum, diœceſis Claromontenſis.

Scala-Dei, in prouincia.

Scala-Dei D. Tarbenſis O.C.

Schonavgia D. Treuirenſis O.B. S. Florino dicatur.

Schonavgia, D. Vormatienſis O.C. fœminarum.

De Sede brignoni O.B. D. Pictauienſis.

Segestre, infrà, S. Sequani.

De Seinnes O.B. diœceſis Burdegalenſis.

Selincvria, vel Selincurtis S. Petri O.P. diœceſis Ambianenſis, fundatur 1131.

Senona, vel S. Petri Senonenſis, *la Senone* O.B. diœceſis Tullenſis, cuius hiſtoria ſcripta eſt à Richerio Monacho tempore S. Ludouici Regis.

Septem-fontes O.P. D. Remenſis in Circaria Floreſiæ in Tieraſcia.

Septem-fontes O.P.D. Lingonenſis, in circaria Lotharingiæ prope Montem clarum, filia Bellæuallis. Memoratur à ſancto Bernardo epiſt. 253. *Sept-fontaines.*

Septem-fontes O.C. diœceſis Eduenſis in Borbonio *Sept-fonts*, cuius Cœnobij Abbas Fr. Claudius *de Bonay* 1625. vir eruditus, & pius indicauit nobis hoc Monaſterium, etiam primitus dictum fuiſſe ſanctum locum A.C. 1132. fundatum à Wicardo, & Vvilelmo de Burbone, 22 idque conſtare ex Bulla Adriani 4. 1156.

S. Sepvlchri Cameraci O.B. fundatur à B. Lietberto Epiſcopo 32. 1064. Colueneriusad Chron. Cameracenſ. l. 3. c. 77. Miræus c. 61.

S. Sepvlchri, Prioratus Ordinis Cluniacenſis, diœceſis Trecenſis. Octauo lapide ab Auguſtobona, apud Miræum cap. 77. ex Promptuario Camuzati. Eſt etiam eiuſdem nominis, & Ordinis Prioratus fœminarũ in Aruernia.

Segeſtrum vel Sicaſter.

S. Seqvani, *Segeſtre*, vel *Segeſtrenſe*, Monaſterium, *S. Seine*, O.B. diœceſis Lingonenſis 5. Leucis ab vrbe Diuione, via regia, quà itur Pariſios, non longè à fonte Sequanæ, gradu longitud. 25. 55. latitud. 46. 55. Belgas qui Regius amnis

A ſeparatà Celtis, apud Mantuanum l. 2. vitæ S. Dionyſij, vnde Ronſardus vocat *La Seine Bourguignongne*, de quo flumine Ammianus l. 15. Mela l. 3. cap. 2. Plin. lib. 4. cap. 17. Vigineréus in librum 1. Commentariorum Cæſaris, Ptolom. lib. 2. c. 8. Huius verò loci Abbates nonnulli nominantur in variis diplomatis:

Tendolinus, in vita S. Flodoberti.

Aymo, 1173.

Alinardus, 1186.

Pontius, 1243.

Androinus, poſteà Abbas 34. Cluniacenſibus.

B Petrus *de Fontete.*

Gilbertus *de Beaufort*, in Comitiis Bleſenſibus 1598.

Porrò S. Sequani feſtum agitur 19. Septembris in Martyrologio Romano, & aliis, de quo Gregor. Turonenſis cap. 80. de Glor. Confeſſ. Trithemius lib. 3. de Viris Illuſtribus O.B. cap. 302. & alij, quos Baronius, & *[illegible]ton* adducunt. Vide n. etiam Epiſcopi Lingonenſes n. 14. & 22. Ferrarius in Topographia Martyrologij v. Lingonæ, Papirius Maſſonus poſt Theuetum, & Belforeſtum. Nec verò extra rem puto, ſi hic inſe-
C ruero diploma Caroli Craſſi, quod cum multis aliis à numquam ſatis laudato Nicolao *Camuſat*, accepi.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolus diuinâ fauente Clementiâ, Imperator Auguſtus. Si venerabilium Pontificum iuſtis, & rationabilibus efflagitationibus, quas pro Eccleſiarum ſibimet commiſſarum vtilitatibus, noſtris auribus intimauerint, aſſenſum præbemus, & eas ad effectum perpetuæ ſtabilitatis perducere ſatagimus, non ſolum in hoc noſtram Imperialem exercemus conſuetudinem, verùm etiam hoc ipſum ad præſentem vitam cum felicitate tranſigendam, & ad futuram quanto-
D *tius beatitudinem capeſſendam, nobis profuturum eſſe non dubitamus. Quapropter omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrúmque tam præſentium quàm futurorum comperiat ſolertia, quia Geylo ſanctæ Lingonenſis Eccleſiæ Reuerendus Antiſtes noſtram adiens Serenitatem, Excellentiæ noſtræ innotuit, qualiter quamplurimæ res, poſſeſſiones, & Abbatiæ, quæ Eccleſiæ ſuæ exiguitati commiſſæ antiquitus iuſte & rationabiliter delegatæ fuerant, quorumdam Principum tyrannicâ ſacrilegáque temeritate, atque illicitâ præſumptione, ſine Omnipotentis reſpectu ſubſtractæ fuiſſent. Huius itaque rei cauſa ad noſtram ſe colligens Maieſtatem humiliter poſtulauit, quatenus pro Dei amore, & Sanctorum reuerentiâ, aliquid ex eiſdem rebus, vel Abbatijs, Eccleſiæ ſuæ, per au-*

ctoritatis

ctoritatis noſtræ præceptum reſtituere dignaremur. Cuius nos laudabilibus petitionibus aurem Serenitatis noſtræ accommodantes, atque in omnibus conſentientes, & quod quorumdam Principum tyrannica, ſacrilegáque temeritas per violentiam abſtulerat, & nos eidem Eccleſiæ aliquid reſtitueremus, bonum in omnibus prouidentes, pro amore Omnipotentis Dei, & ſancti Mammetis eximij Martyris obtentu, in cuius honore eadem Lingonenſis Eccleſia celeberrimè dicata habetur, & pro reuerentia beati Iacobi Apoſtoli, & fratris Domini, cuius brachium in ea conditum eſt, ſimul, & ob deprecationem Liutbvardi venerabilis Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopi, alioriúmque noſtrorum Principum, nec non & ob deuotionem præſcripti Geylonis Epiſcopi, Abbatiam ſanctæ Mariæ, & ſancti Sequani Confeſſoris in pago Magnimontenſi, & in loco, qui Sicaſter antiquitùs nuncupatus eſt, iuxta quem ipſe venerabilis Confeſſor Deo . . . . honore cuius, ac omni familia vtriuſque ſexus, omníque re ad eandem Abbatiam iuſtè, & rationabiliter pertinenti apefactæ Eccleſiæ Lingonenſi, cui iure antiquitus delegata, per auctoritatis noſtræ præceptum condonamus .

. . . . decernimus, & per noſtram Imperialem auctoritatem omnibus decernendo confirmamus, vt prædicta Abbatia ſanctæ Mariæ, & ſancti Sequani, cum omnibus ſub integritate ſibi aſpicientibus, ab hinc, & deinceps ad Epiſcopum Lingonenſem pertineat, & quemadmodum alteres eidem Eccleſiæ competentes coniuncta ſunt, ita eadem illa Abbatia ipſi Eccleſiæ coniuncta & vnita habeatur, atque ſub Rectorum illius poteſtate, & ordinatione perpetuò conſiſtat, eo videlicet tenore, vt pro nobis, atque Anteceſſoribus noſtris, & coniuge, & prole noſtrâ, ſeu totius Imperij noſtri ſtabilitate Dei Clementiam, hæc eadem Eccleſia aſſiduè exoret, & annis ſingulis die conſecrationis noſtræ, Congregationi eiuſdem Eccleſiæ, & Monachis in Monaſterio iam dictæ Abbatiæ Deo famulãtibus vna refectio nobiliter præparetur, & honorificè exhibeatur. Poſt noſtrum quoque ex hâc vitâ diſceſſum dies anniuerſarij noſtri cũ precibus, & oblationibus Miſſarum, deuotiſſimè recenſeatur & hæc eadem refectio eiſdem congregationibus abſque aliquâ relaxatione adminiſtretur. Et vt hæc noſtra conceſſio firmiorem in futura tempora, in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus noſtris veriùs, certiúſque credatur, manu noſtrâ ſubterfirmauimus. Signum Caroli glorioſiſſimi, & sereniſſimi Auguſti,



A *Amalbertus Notarius ad vicem Liuthuvardi Archicancellarij recognouit.*

Datum XVIII. *Calend. Febr. Ann. Incar. Domini noſtri Ieſu Chriſti* DCCCLXXXVIII. *Ind. 4. Anno quoque Imperij Domini, & ſereniſſimi Caroli Imperatoris in Italiâ regnantis VI. In Orientali Franciâ V. In Galliâ II. Actum Folcuſlad . . . . . . Palatio feliciter. Amen.*

SS. SERGII, & BACCHI Martyrum O.B. diœceſis Andegauenſis ſuper Meduanam fluuium, fundatur à Neomenio Britanniæ Principe. Qua de re Sirmundus ad Epiſtolam 8. lib. 4. Go-
B fridi, Argentræus lib. 3. cap. 5. Chopinus tamen ait hanc ædem agnoſcere Clodouæum Galliæ Regem ſuum conditorem lib. 3. Politiæ tit. 1. n. 8.

S. SEVERI de Roſtagno O.B. diœceſis Tarbenſis.

S. SEVERI O.B. diœceſis Adurenſis.

S. SEVERI O.B. diœceſis Conſtantienſis in Normania.

S. SEVERINI diœceſis Burdegalenſis O.A. nunc ſæcularis.

S. SEVERINI O.A. diœceſis Senonenſis, in caſtro Nantonis, *Chaſteau-lan-*
C *don*. Vide ſup. v. Nanto.

S. SEVERINI O.A. diœceſis Pictauienſis.

SIGEBERGENSE Monaſterium O.B. diœceſis Colonienſis, conditur à ſancto Annone Archiepiſcopo, Sigebert. & Scafnaburg. 1075.

SIGILLERIÆ, *Sellieres* O.C. diœceſis Trecenſis. Dotauit Henricus Comes 1190 Cœnobium iam à tempore S. Bernardi inchoatum.

S. SIGIRANI. diœceſis Bituricenſis O. B. Memoratur in Bulla Eugenij 3. 1145. Feſtum verò ſancti aſſignatur 4.
D Decembris in Additionibus Molani ad Vſuardum, vbi ait Siuiardum filium ei ſucceſſiſſe, de quo 1. Martij ibidem, & apud Surium & Vionem, vulgò *Sainct Siran.*

SIGNIACVM O.C. diœceſis Remenſis, fundatur 1134. 14. Calend. Aprilis. Memoratur c. 25 de Reſcriptis, *Signy.*

SILIACVM O. P. diœceſis Sagienſis.

SILIACVM O. A. diœceſis Geneuenſis.

SILVA O.C. fœminarum.

SILVA-BENEDICTA O. C. diœceſis Podienſis, fœminarum, vbi B. Margareta Anglica miraculis claret.

SILVA maior, O.B. diœceſis Burde-

galenſis inter duo maria, B. Mariæ ſacra memoratur Stephano Tornacenſi epiſt. 231 & 233. *la Selue maieur.* Conſtruitur à B. Geraldo ſancti Arnulphi Sueſſionum Epiſcopi diſcipulo, apud Liſiardum c. 18. vitæ eiuſdem Arnulfi.

Silvanesia O. C. diœceſis Vaurenſis.

Silvanesivm O.C. diœceſis Tullenſis.

Silviniacvm Prioratus primi Ordinis Cluniacenſis, *Seuuigny* in Borbonio, diœceſis Claromontenſis, in quo olim 50. Monachi, qui nunc debent eſſe 40. cuius loci antiquitatis Sebaſtianus *Marcaile* decem libris editis Gallicè complexus eſt Molini editis.

S. Silvinivs, ſuprà, Alciacum.

Simoria O. B. D. Auſcenſis.

Sinaqva O.C. diœceſis Cabellicenſis.

Sindracensis O. B. D. Nemauſenſis, *Senuras*, cuius loci Abbas in Synodo Albienſi 1176.

Siriensis, ſeu Belli loci, apud Buzelinum lib. 2. Gallo-flandriæ c. 27.

Siriacvm, vide ſuprà Ciriacum.

Sitis O. A. D. Geneuenſis.

Sithiv, ſuprà S. Bertini.

Solemniacvm, *Solengnac*, Ordinis Benedictini, diœceſis Lemouicenſis, conditur à S. Eligio, vt eſt in eius vita lib. 1. cap. 15. & apud Sigebertum 637. Aymoin. lib. 4. c. 41. & in vita S. Euſtaſij apud Bedam, & Surium, diſtans quatuor millibus paſſuum ab vrbe Lemouica ad fluuium Vicennam, in quo olim centum quinquaginta quinque Monachi. Ei verò fundationi 10. Calend. Decembris, anno 10. Regni Dagoberti ſubſcripſerunt Adeodatus, Medegiſilus, Chanoaldus, Maurinus, Salapus, Lupus, Hildegarius, &c. Eaque interpoſita fuit conditio, vt Religioſi tramitem Religionis ſanctiſſimorum virorum Luxouienſis Monaſterij conſequerentur. Eidem quoque præfuerunt Abbates hoc Ordine; quos, & plures alios è Commentariis eruditiſſimi viri Ioannis Cordeſij (ſatis eſt nomen indicaſſe) annotauimus:

S. Remaclus.
Dagobertus.
Childemerus.
Papolenus.
Childemanus.
Gundobertus.
Salmon.
Frotarius.
Agiulfus.
Ebulo Epiſcopus.
Geraldus.
Aymericus.
Ductrannus.
Alexander.
Siluius.
Bernardus.
Stephanus.
Geraldus.
Daniel.
Sichardus.
Richamboldus.
Bernulphus.
Rocho.
Theodericus.
Stephanus.
Geraldus.
Ramnulfus.
Bernardus, Epiſcopus Caturcenſis.
Stephanus.
Andardus.
Geraldus.
Vmbertus.
Adelfredus.
Vvido.
Robertus.
Elduinus.
Geraldus.
Ademarus.
Archambaldus.
Gaubertus.
Hugo.
Petrus.
Archambaldus.

Sonegias O.B. Chronic. Cameracenſ. cap. 66. l. 2.

Sorda O.C. in Vaſconia, diœceſis Aquenſis.

Sordillac O B. diœceſis Cadurcenſis.

Soricinivm, *Soreze*, à Soricinio Riuulo, iuxta quem fundatum fuit à Pipino Aquitaniæ Rege in diœceſi Vaurenſi, Ordinis Benedictini.

Sovillacvm *Soüillac* O. B. D. Burdegalenſis, vbi olim Nouiomarus, quod Monaſterium Paradiſus quondam diuinæ voluptatis, virtutum omnium ſeminarium, benè, beatéque viuendi ſpecimen, & exemplar.

Spanheimense O.B. diœceſis Moguntinenſis, vbi Abbas Ioannes Trithemius auctor Chronici quod hinc Spanheimenſe dicitur.

Sparnacvm, *Eſparnay*, ad Matronam fluuium, gradu longitud. 25. 10. latitud. 48. 45 O.B. diœceſis Remenſis, cuius primum Abbatem Fulconem benedixit Raynaldus Archiepiſcopus Remenſis

Remenſis in ſua metropoli 1127. præſente Comite Magno Theobaldo. Memoratur in vita S. Remigij cap. 9. & 37. apud Surium.

A

Sqvivs aliàs S. Petri de Regula *de la Reole*, O. B. à Danis diruitur, ſed inſtauratur à Gumbaldo Epiſcopo Vaſatenſi Sancij Comitis Vaſconiæ filio, vbi occiditur S. Abbo 13. Nouemb. A. C. 1004. Breuiarium Aurelianenſe, & Surius.

Stabvletvm O. B. diœceſis Leodienſis, *Stavelo*, in vita ſancti Baboleni, & apud Miręũ c. 27. & in vita S. Poponis, & apud Harigerum in Epiſcopis Leodienſibus cap. 56.

B

Stagnvm O. C. diœceſis Virdunenſis.

Stamedivm O. C. diœceſis Tarentaſienſis in Sabaudia. Habuit primũ Abbatem ſanctum Petrum, inde Archiepiſcopum Tarentaſienſem, in Bellavalle diœceſis Veſuntionenſis quieſcentem, cuius vitam ſcripſit Gofridus Altecumbæ primus Abbas, dotante Amedeo Comite, 14. Calendas Martias 1133. Surius 8. Maij, Delbenæus, malè vulgò legitur Scamedei, vel Squamedei in Taxa Romana.

Stapvlense, memoratur Petro Cellenſi l. 5. Epiſt. 18.

C

Stradenſe, ſuprà, S. Genulphi.

Stella O. P. diœceſis Briocenſis.

Stella O. C. D. Pictauienſis, filia Pontiniaci.

Stella O. C. diœceſis Cenomanenſis.

Stella O. P. diœceſis Carnotenſis.

S. Stephani de Fontenaco, vel Fontenato O. B. D. Baiocenſis.

S. Stephani Cadomenſis, vide Cadomus.

S. Stephani de Cornu *des Cornes*, O. C. D. Laudunenſis.

D

S. Stephani Diuionenſis, vide v. Diuio.

Stivagivm O. P. D. Tullenſis, in optica Religioſorum.

Stirpense D. Lemouicenſis, O. A. aliàs S. Petri de Stirpo, cuius Præpoſito ſcribit Iuo epiſt. 69. & Innocent. 3. 1198. lib. 1. epiſt. Conquerente, ad Bituricenſem Archiepiſcopum, vt contra Abbatem Stirpenſem diffamatum inquirat. Hic florebat Abbas 1057. ſanctus Gautherius vir diſertiſſimus, & ſapientiæ titulis adornatus. Chronic. Lemouicenſe.

Strata, iuxta Drocas, D. Ebroïcenſis O. C.

Strvmense Monaſterium, Eſtrum diœceſis Attrebatenſis, Ordinis Benedictini, conditur 1085. Gerardi Epiſcopi curâ, apud Locrium, & Gazæum, cuius loci fuerunt Abbatiſſæ:

1. Fulgendis, 1085.
2. Beatrix, 1125.
3. Maria, 1154.
4. Machtildis, 1174.
5. Adela, 1204.
6. Agnes, 1224.
7. Maria, 2.
8. Maria 3.
9. Ida Clariacenſis.
10. Amiſſa, 1281.
11. Maria 4. 1288.
12. Margareta *de Foſſeux*, 1316.
13. Benedicta.
14. Adela Donayenſis.
15. Euſtatia Buſquetia, 1359.
16. Margareta Dainuillana, 1364.
17. Maria 5. 1371.
18. Maria 6.
19. Roberta.
20. Ioanna *de Chapigny*. Obiit 1397.
21. Iacoba Monteligiana, 1400.
22. Ioanna Riueria, 1410.
23. Thomaſſa *de Calonne*, 1443.
24. Margareta *de Noyelle*.
25. Iacoba *de Betencourt*, 1446.
26. Margareta *de Ranchicourt*, 1471.
27. Iacoba Buzeria, 1495. Obiit 1524.
28. Ioanna Ranchicurtia. 1523. Obiit 1550.
29. Ioanna *du Pré*, 1550. Obiit 1569.
30. Magdalena *de Vvarluzel*, 1569. Obiit 1584.
31. Iſabella *de Vaux*, 1585. Obiit 1589.
32. Margareta *de la Chapelle*, 1590. Obiit 1602.
33. Claudia *de Belvalet*.

Svlleyvm, *Sully*, O. B. diœceſis Turonenſis.

S. Svlpitii O. B. Auarici Biturigum, conditur à Clothario 2. circa ann. 603. cuius mentio in vita ſancti Audoëni cap. 15. apud Surium, & nos in Archiepiſcopis Bituricenſibus num. 21. Vnitur Congregationi Caſalinæ 1497. vide Ioannem Raulinum epiſt. 4. & ſequentibus.

S. Svlpitii O. B. diœceſis Redonenſis fœminarum, fundatur à Conano Comite Britanniæ.

S. Svlpitii, diœceſis Bellicenſis Prioratus Congregationis Cluniacenſis Ciſtercienſibus addicitur curantibus Amedeo Sabaudiæ Comite, & Hugone Pontiniaci Abbate, qui huic loco

Bernardum Abbatem præfecit, vt refert Delbeneus de Origine Ciſtercienſis familiæ. At hoc anno 1625. præeſt Petrus *Nivelle* Trecis parentibus integræ pietatis natus, Ciſtercij Monachum à teneris profeſſus, Pariſienſis Theologus.

Dogmata commendans moribus eximiis.

S. SYMPHORIANI in vrbe Bituricenſi, nunc Capitulum ſæculare ſancti Vrſini. Meminit Gregor. Turonenſis cap. 8. de Glor. Confeſſor.

S. SYMPHORIANI Claromonte in Aruerniâ. Hodie Eccleſia Collegialis S. Geneſij, de quâ Sauaro in Eccleſiis Claromontenſ. num. 25.

S. SYMPHORIANI O. A. prope muros Auguſtoduni, olim Abbatia, nunc Prioratus, vbi fuit Abbas ſanctus Germanus, poſteà Epiſcopus Pariſienſis. At ſancti Symphoriani feſtum agitur 22. Auguſti in omnibus Martyrologiis, & apud Surium. Eius verò loci Abbas, & præpoſitus memoratur Theudo circa A. C. 936. apud Andream *du Cheſne* in hiſtor. Vergeya.

S. SYMPHORIANI O. B. in vrbe Metenſi.

S. SYMPHORIANI diœceſis Bellouacenſis, Ordinis Benedictini, cuius Abbates ex Loueto ſequuntur, & meminit Iuo epiſt. 78. & Ioannes Picardus ad epiſtolam 17. l. 3. S. Anſelmi, vbi ait ædificatam fuiſſe Abbatiam à Drogone 43. Epiſcopo 1035.

1. Vitalis 1035.
2. Varnerius 1050.
3. Franco 1056.
4. Robertus 1072.
5. Radulphus 1122. ſub eo floruit Arnulphus Monachus, poſteà Epiſcopus Roffenſis in Angliâ.
6. Robertus 1131.
7. Berengarius 1135.
8. Odo 1136 poſteà Epiſcopus Bellouacenſis
9. Rogerius 1140.
10. Galterus 1160.
11. Robertus 1168.
12. Hugo 1183.
13. Mathæus 1188.
14. Petrus 1192.
15. Bernerius 1204.
16. Sagalo 1208
17. Emericus 1212.
18. Nicolaus 1226.
19. Guido 1253.
20. Robertus. Obiit 1274.
21. Petrus *Turpin* 1308. & 1334.
22. Nicolaus *des Anneteres* 1344.
23. Nicolaus *l'Eſpicier* 1394.
24. Petrus *le Braſſeur* 1421.
25. Ioannes *Lambert* 1440.
26. Ægidius *Galopin* 1454.
27. Radulphus 1468.
28. Ioannes *le Maſſon* 1476.
29. Robertus *le Caron* 1480.
30. Arturus *Mercadé* 1488.
31. Ioannes *Lucas* 1508.
32. Bernardus *de Vaudray* primus Abbas Commendatarius 1542.
33. Iacobus *de Brullard*, aliàs *de Groullart*.
34. Iacobus *de Poictiers*.
35. Nicolaus *de Thou*.
36. Ioannes *Foy* 1587. Obiit 1606.

T.

De TALMVNDO O. B. diœceſis Lucionenſis, in Promontorio Pictonum ſinus Aquitanici, apud Ptolemæum in Tabula Galliæ, gradu longitud 17. latitud. 48. aliis 18 10. 46. 25. vbi oppidum Trimolliæ gentis titulo Principatus inſigne.

TARDVM, *Tard*, O. C. diœceſis Lingonenſis, ex agro in vrbem Diuionenſem tranſlatũ 1623. Sebaſtiano Epiſcopo Lingonenſi, & Nicolao *Boucherat* Abbate Ciſtercienſi curantibus, cuius loci Abbatiſſa memoratur in Chartulario Lingonenſi 1233.

S. TAVRINI in vrbe Ebroicenſi O. B. memoratur in c. Conſtitutis 47. de Election. Taurinus verò fuit primus Ebroicenſis Epiſcopus, vt diximus, de eo Martyrol. 11. Auguſti, & Breuiar. Ebroic. Rotomag. Conſtant. Clarom.

TELEYVM ſancti Petri O. A. diœceſis Redonenſis.

TENOLIVM O. P. diœceſis Laudunenſis.

TERRASSONENSIS O. B. diœceſis Sarlatenſis

S. THEOFREDI O. B. diœceſis Podienſis, fundatur à Calmelio Aruernorum Duce, vnde Calmeliũ, vel Carmilienſium Monaſterium, is locus in pago Valauenſi dicitur, S. Eudone primo Abbate diſcipulo ſancti Maximini Lirinenſi, cui Eudoni ſucceſſit ipſe Theofridus, circa 570. vulgò *S. Chafre*, & *S. Carmery*, diſtans 6. leucis à Podio. At S. Theofredi martyris natalis notatur 18. Nouemb. in Martyrol. Lemouicenſi.

THEODELOCVS, vel Theolocus, vel Tulleyum, *Tulley*, O. C. diœceſis Lingonenſis,

Hic locus ſepulchrum Vergeiorum.

Lingonenſis in Comitatu Burgundiæ, A fundatur 1130. 12 Calendas Aprilis, in Decanatu Fontis-venæ, cuius Abbas memoratur Innocentio 3. ann. 3. Pontif. 1198. lib. 1. epiſt. ex parte pag. 159.

THEOLOGIVM, vel Dologium (Trithemio in Compendio Annalium Franciæ) O.B. diœceſis Treuirenſis, in Lotharingia, dicatum ſancto Mauricio, fundatur à Dagoberto Francorum Rege A. C. 627. conſilio B. Modoaldi Archiepiſcopi, Miræo cap. 21. Qui locus olim Tabularium in Vogeſi montis eremo appellabatur, apud Surium, & Guilimannum in S. Amando Argenti- B nenſi Epiſcopo, & Chopinum lib. 2. Monaſticon tit. 2. nu. 19. cuius loci Abbates fuére.

1. S. Vendelinus.
2. S. Paulus, poſteà Virdunenſis Epiſcopus.
3. Grimo, ſeu Adelgeſilus, Dagoberti Regis frater.
4. Leo.
5. Chiethmericus.
6. Cradergus.
7. Frodonius.
8. Hubertus.
9. Anodo.
10. Fidenardus.
11. Anno.
12. Buermerus.
13. Hildo, Abbas, & Epiſcopus Virdunenſis.
14. Theodofridus, Abbas, & Epiſcopus Virdunenſis.
15. Guilhiharius.
16. Rogobertus.
17. Figehardus.
18. Eberinus.
19. Ermonandus.
20. Adalelmus.
21. Stephanus.
22. Berthehadus, etiam Virdunenſis D Epiſcopus.
23. Hildinus.
24. Hato.
25. Gerhardus.
26. Frido.
27. Bernomus.
28. Bernigerus.

(24.–28.: Abbates, & Epiſcopi Virdunenſes omnes.)

29. Bernhardus.
30. Adolo.
31. Rupertus.
32. Elicherius.
33. Elironius.
34. Gerhardus.
35. Eberauinus.
36. Folradus.
37. Conradus.
38. Aberherdus.
39. Arnoldus.
40. Fliernominius.
41. Bertholphus.
42. Hildericus.
43. Bertoldus.
44. Rudolfus.
45. Theodericus.
46. Gregorius.
47. Viricus.
48. Thomas.
49. Henricus.
50. Henricus 2.
51. Hugo, Monaſterium de nouo à fundamentis excitauit.
52. Vilelmus Abbas, & Epiſcopus Virdunenſis.
53. Henricus de Indagine, 1238.
54. Folmarus.
55. Emicho de ſuperiori lapide.
56. Betzelinus *de Soetteren.*
57. Reynoldus.
58. Philippus de Indagine, 1346.
59. Reynoldus *de Soetteren.*
60. Thomas *de Soetteren.*
61. Ioannes *de Ellembach.*
62. Nicolaus *de Lebenſtein,* 1474.
63. Caſparus *de Dalem.*
64. C Damianus *de Lommeriwveyler*, electus 1489. præfuit ann. 28.
65. Gerhardus *de Haſſe*, 1517. ann. 3.
66. Iodocus de Colonia, 1520. ann. 6.
67. Thilmannus de Embrica, vel Emeraco, 1526. ann. 5.
68. Baltazar de Traiecto inferiori, 1531. ann. 4.
69. Gerhardus de Gonda, 1535. ann. 5.
70. Rupertus *de Vvick.* Eligitur 1540.

THESAVRVS O.C. fœminarum in Normania, diœceſis Rotomagenſis.

THIERNVM O.B. Congregationis Cluniacenſis, diœceſis Claromontenſis in Aruernia, vbi debent eſſe Monachi 20. *Thier.*

THOLA O.C. fundatur 1135. 6. Cal. Aprilis.

THOSANA O.C. in agro Brugenſi ab Euerardo Tornacenſi Epiſcopo 1174. conſtruitur, poſteà Epiſcopatui Brugenſi vnitur. *Miræus Annal. Belgic.*

S. TIBERII *S. Tubery*, O.B. diœceſis Agathenſis, Martyrologium Maij 10. ſuprà Ceſſaro.

TILNETVM O.C. fundatur 1127.

13. Calendas Nouembris.

Tiravcii Saunæ O. A. diœceſis Valentinenſis.

Tironivm, *Tiron*, O. B. diœceſis Carnotenſis, Miræus cap. 16. Meminit Iuo epiſt. 129. S. Bernardus epiſt. 126. Vitriacus cap. 28. hiſt. Occident. Guilel. Neubrigen. Ordericus Vitalis lib. 8. cuius primus Abbas fuit B. Bernardus Pontiuenſis, ex Abbate ſancti Cypriani Pictauienſis, cuius vita extat M. S. Auctore Gofrido Monacho: fundamenta verò iecit Rotrodus Comes Perticenſis circa A. C. 1110. iuuante etiam Ludouico Iuniore, huius etiam loci fuit Abbas Philippus Portæus, *des Portes*, Poëta Gallicus inſignis.

Toarcivm, *Toars*, O. A. diœceſis Pictauienſis, ad fluuium Thoedam.

Toarnvm O. B. diœceſis Baiocenſis, infrà Troarnum.

Tomeriarvm, vel Tomerienſe, Monaſterium S. Pontij, poſteà in Epiſcopatum conuerſum. Vide ſuprà in Epiſcopis litera P.

Torigniacvm, *Torigny*, O. B. diœceſis Baiocenſis.

Tornodorvm, ſuprà ſancti Michaëlis.

L'Abbaye de Tournus porte de gueule à la croſſe d'or, & l'eſpée d'argent.

Tornvsivm, *Tournus*, Trinorchium, & nonnullis Tinurtium, in Antonini Itinerario, oppidum in dextra Araris Ripâ, inter Matiſconem, & Cabilonem in huius diœceſi, & in illius præfecturâ, ſeu Balliuiatu in Burgundiâ, celebre habens Monaſterium ſancti Philiberti ad Cellam ſancti Valeriani Ordinis Benedictini, ſub Parlamento Pariſienſi, gradu longitud. 26. 10 latitudinis 45. 55. Huius verò Monaſterij Abbates ſequuntur ex Sanjuliano, & alijs.

Trinorchij meminit Petrus Venerabilis lib. 1. Miracul. c. 12.

Arnoldus, ſeu Arnulphus, circa 825.

Ilbodus, tempore Pipini Regis Aquitaniæ.

Axenius.

Armeniarius.

Berno.

Geilo, poſteà Epiſcopus 38. Lingonenſis.

Galtherus, ann. 8.

Blitgarius.

Erueus.

Guiceranus.

Aymo, ann. 12. tempore Ildebodi Epiſcopi Cabilonenſis.

Erueus ſecundus.

Stephanus, circa 960.

Odo.

Vago.

Bernerius 1018. ann. 20.

S. Ardingus, ann. 18.

Guilelmus, in Sacro Philippi Regis Franciæ 1059.

Girardus, ann. 5.

Franco, tempore Calixti 2. qui dedicauit Eccleſiam inſtauratam.

Petrus inſtitutor Officij B. Mariæ, poſteà probati in Concilio Claromontano. Nominatur in Actis Valtheri Epiſcopi 38. Cabilonenſis A. C. 1080.

Henricus 1308.

Nicolaus 1318.

Ioannes *Fabri* poſteà Epiſcopus Carnotenſis 1379.

Aymarus *de Courgeron* 1380.

Ludouicus *de Palude* Cardinalis *de Varembone*, Maurianenſis Epiſcopus, & Lauſanenſis. Vide Ciaconum, & Æneam Siluium lib. de Concilio Baſilienſi, cui Ludouicus interfuit, & ipſum Concilium ſeſſione 3.

La Palu porte de gueule à la croix d'hermines.

Ludouicus Alemanni Archiepiſcopus Arelatenſis Cardinalis. Obiit 13. Calend. Nouembris, vel 15. Cal. Octob. 1450. de quo plura vir Religioſus & doctus nobis amicus in libro cui titulus *Amedeus Pacificus*, quem poſt Arelatenſes Archiepiſcopos excuſos videre licuit.

Hugo de Fitigniaco, *Fitigny*, ex eadem gente Petrus Canonicus Pariſienſis Cardinalis, ſepultus apud Cœleſtinos Auenionenſes, Nonis Nouẽb. 1392. in Nomenclat. Cardinalium.

Fitigny porte de gueule à 3. cheurons briſez d'or.

Ioannes *de Thoulongeon*, ex quâ gente fuit Antonius Burgundiæ Mareſchallus Capitaneus, & Generalis Gardianus Ducatus, & Comitatus Burgundiæ, & Gubernator, Velleris aurei eques 1430. mortuus 30. Septembris 1432. ſepultus in S. Capellâ Diuionenſi.

Porte de gueule à 3. faſces ondées d'or.

Robertus de Lenoncuria, primus Commendatarius, & Archiepiſcopus Remenſis 80.

Robertus 2. de Lenoncuriâ Cardinalis, ſuperioris nepos de quo Petramellar. & Ciaconus.

Franciſcus Cardinalis *de Tournon*.

Ludouicus Cardinalis à Lotharingia.

Franciſcus Cardinalis *de la Rochefoucauld*. Item S. Genoueſæ.

Toronetvm O. C. diœceſis Foroiulienſis.

Trapa O. C. diœceſis Sagienſis, fundatur 10. Septembris.

Trapa O.C. diœceſis Senonenſis.

Trenol-

Trenolchivm, ſuprà Tornuſium.

S. Trinitatis fœminarum, Pictauij conditur ab Aleyde vxore Ebbonis 2. Comitis Pictauienſis, & Aquitaniæ Ducis O. B. vbi illa iacet tumulo è candido marmore, vt teſtatur Ioannes Beſlius, quam tamen fundationem tribuit Mathildi Ebbonis matri Claudius Paradinus.

S. Trinitatis O. B. ſuprà Cadomus.

S. Trinitatis de Moriniaco, *Morigny*, O. B. diœceſis Senonenſis.

S. Trinitatis, infrà, Vindocinum.

S. Trinitatis O. B. diœceſis Rotomagenſis, nunc tantùm Prioratus.

S. Trinitatis Andegauenſis, O. B. fundatur ab Agnete Burgunda vxore Guilelmi 4. Ducis Aquitaniæ.

S. Trinitatis de Bello loco O. B. diœceſis Turonenſis, *Beau lieu*.

S. Trinitatis de Redemptione Captiuorum, ſeu Mathurinorum, ſuprà, in Ceruo frigido.

Trinolchivm, vide Tornuſium.

Trithenavsivm O. A. fundatur 1181.

Trivm-fontivm O. C. diœceſis Cathalaunenſis, in vitâ S. Bernardi lib. 4. cap. 4. & lib. 1. cap. 13. Innocent. 3. cap. ex parte de Priuilegiis filia Claræ vallis, fundatur 1118. Extat hiſtoria M. S. Alberici huiuſce Cœnobij Monachi.

Trivm regvm, diœceſis Veſontionenſis, O. C.

Trisagivm, *Trizay*, O. C. diœceſis Lucionenſis.

Troarnvm, vel Toarnum, *Tourne*, S. Martino ſacrum O. B. diœceſis Baiocenſis, ad Ornam fluuium, cuius Abbati Arnulpho ſcribit Anſelmus lib. 3. epiſtol. 151.

Tronchetvm O. B. diœceſis Dolenſis.

S. Trvdonis Sartinium, diœceſis Leodienſis in Haſbania O. B. *S. Tron*, vbi quieſcit Eucherius Epiſcopus 36. Aurelianenſis, Miræus cap. 29. Orig. Bened. & in Codice Donationum Piarum c. 53. & 54. Feſtum autem S. Trudonis agitur 23. Nouembris, apud Molanum, & Miræum, in Natalibus, & Faſtis Belgicis.

S. Trvdonis fœminarum O. A. Brugis, Miræus Origin. Benedictinarum, cap. 33.

Trvnchinivm O. P. diœceſis Gandenſis, *Dronghen*, de quo Gazetus, Miræus in Faſtis Belgicis.

Tvitivm ad Renum O. B. diœceſis Colonienſis, erexit ſanctus Herbertus Archiepiſcopus 31. vbi Rupertus Abbas 10. inſignis ſcriptor, Miræus cap. 56.

Tvlleyvm, ſuprà Theolocus.

Tvmba, ſuprà S. Michaëlis.

Tvngerloa, vel Tungerletum, O. P. diœceſis Siluiducenſis, fundatur 1134. cuius Abbati Adriano Stalpartio dicat Aubertus Miræus Chronicon Ordinis Præmonſtratenſis 1612.

Tvrbio, ſuprà Corbio.

Tvrciacvm, diœceſis Petragoricenſis, O. B. *Tourcy*.

Tvrpiniacvm, *Tourpenay*, vel *Tourpigny*, O. B. diœceſis Turonenſis, Deiparæ ſacrum fundatur à Dominis inſulæ Borchardi, *de l'Iſle-bouchard*, in Foreſta Chinonis, vel Cainonis, circa annum 1208.

V.

Vadativm O. A. diœceſis Cœnomanenſis, *Vaaz*, cuius hodie Abbas Dominicus *Seguier*, Decanus, & Senator Pariſienſis.

Seguier porte d'azur au cheuron d'or, accompagné de 2. eſtoiles en chef de meſme, & vn monton d'argent en pointe.

Vadvm, aliàs Mare O. P. diœceſis Remenſis.

Valatia, aliàs Votum, O. C. diœceſis Rotomagenſis, *Valace*, filia Mortui maris, fundatur prope Iuliobonam, *Hon fleur*, 15. Calend. Iulias 1157. à Mathilde Henrici 2. Regis Angliæ, & Ducis Normaniæ, matre, Robertus in Supplemento Sigeberti, cuius Eccleſia dedicata fuit 3. Nonas Martias 1181. ab Henrico Baiocenſi Epiſcopo.

Valciodorvm, *Vazor*, ad Moſam, O. B. diœceſis Leodienſis, prope Dionantum, Miræus cap. 53. Coluenerius in Notis ad Baldricum lib. 1. c. 59. Molanus.

Valcvria, diœceſis Namurcenſis, O. B. fundatur 977. ab Eilberto Comite, in quâ ſanctus Eloquius colitur.

Valentia O. C. diœceſis Pictauienſis.

Valentianis, ſancti Ioannis O. A. diœceſis Cameracenſis conditur 549. Coluenerius in Chronico Cameracenſe lib. 2. cap. 20. ad Scaldim flu-

uium, gradu longitud. 24. 50. latitud. 50.15.

S. Valerici (qui & Valdericus, & Valaricus, & Valricus, *S. Valery*) Vimacenſe Monaſterium ad mare O.B. diœceſis Ambianenſis ædificatur à Clothario Rege A.C. 613. Baronio, Locrio, & Miræo cap. 7. cuius Valerici feſtum agitur Calendis Aprilis, gradu longitud. 22. 50. latitud. 50.10. ad oſtium Frudis ſeu Somonæ.

Valeta O.C. fœminarum in Sabaudia.

Valeta, *La Valette*, O.C. diœceſis Tutelenſis.

De Vallibvs O.B. diœceſis Santonenſis.

Vallilias, ſeu Vallis-lilij, diœceſis Senonenſis O.B. Monaſterium ſancto Remigio dicatur, quod perfecit, & dedicauit Venilo Archiepiſcopus 49. vbi & ſepelitur Calendis Nouembris 845. in Chronico M.S. ſancti Petri Viui, & lib. 1. cap. 8. & 9. de Tralatione ſancti Romani in Bibliotheca Floriacenſi, & in Chronico Autiſſiodorenſi fol. 69.

Vallis O.B. diœceſis Ebroïcenſis.

Vallis O.B. diœceſis Baiocenſis.

Vallis-benedicta O.C. diœceſis Lugdunenſis, prope oppidum ſancti Stepani ad Furam fluuium, fundata milleſimo ducenteſimo decimo tertio, à Guigone Comite Forenſi.

Vallis cavlivm, *Val-des-Choux* diœceſis Lingonenſis, Prioratus Ordinis ſui caput, ſub Regula Benedictina, non longe à Caſtellione Burgundiæ oppido ad Sequanam, de quo Vitriacus cap. 17. hiſtoriæ Occidentalis, *Vion* lib. 1. cap. 50. Chaſſaneus Catalogo Gloriæ Mundi parte 4. Conſiderat. 78. Miræus in Chronico Ciſtercienſi, & in Origin. Monaſt. lib. 2. cap. 9. & nos in Epiſcopis Lingonenſibus n. 58. Polycarpus in Chronico Carthuſienſi, edictum Bleſenſe artic. 3.

Vallis-cella O.C. diœceſis Cameracenſis, fundatur 1132. 26 Iulij *Vaucelle*, ſecundo milliari à Cameraco Radulpho primo Abbate per ſanctum Bernardum conſtituto, vt eſt apud Anſelmum in Supplemento Sigeberti, & Miræum in Chronico huius Ordinis, cui Radulpho ſcribit ſanctus Bernardus epiſt. 186. Legendus *Henryquez* in Faſciculo Sanct. Ciſtercij lib. 2. diſtinct. 40. c. 3.

A Vallis-christiana O.P. diœceſis Sueſſionenſis.

Vallis-clara O.C. diœceſis Laudunenſis, fundatur à Comite *de Rouſſy*, milleſimo centeſimo trigeſimo quarto, 23 Maij.

Vallis-Dei O.P. diœceſis Remenſis.

Vallis-Dei, domus Carthuſianorum in prouincia Franciæ, diœceſis Carnotenſis, fundatur à Rotrodo Pertici Comite P. Sutor libro primo de vita Carthuſiana tract. 3. cap. 2. Meminit Petrus Cellenſis libro ſexto,

B epiſt. 1.

Vallis Dei O.C. diœceſis Leodienſis, fundatur anno milleſimo centeſimo octuageſimo.

Vallis-dvlcis O.C. diœceſis Lingonenſis, fundatur à Manaſſe Decano Lingonenſi anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo, *Vaul-douce*, in Decanatu Petræ-fictæ

Vallis Ducis in Brabantia O.C. ab Henrico Duce, fundatur in gratiam Margaretæ filiæ, Aleyde Abbatiſſa, apud Cantipratenſem lib. 2. de Apibus cap. 10. n. 8.

C Vallis-florida Monialium O.C. fundatur in Brabantia anno Chriſti milleſimo ducenteſimo decimo octauo.

Vallis-galilæa, Cœnobium, vbi nunc oppidum S. Deodati in Lotharingia, in ſaltu Vogeſi, vulgò, *S. Dié*. & Capitulum Canonic.

Vallis-honesta O.C. D. Claromontenſis.

Vallis S. Lamberti O.C. diœceſis Leodienſis, fundatur 1201. ab Hugone Epiſcopo.

Vallis-liliorum O.P. prope Mechliniam.

D Vallis-lucens O.C. diœceſis Senonenſis, quinque millia paſſuum ab vrbe, fundatur anno milleſimo centeſimo vigeſimo nono, Henrico Apro Præſule, ab Vrſello Trianguli Domino, Tauellus pag. 81. poſt Chronicon Autiſſiodorenſe.

Vallis-magna O.C. diœceſis Biterrenſis.

Vallis-magna, *Valle-magne* O.C. diœceſis Agathenſis. Memoratur in c. *Cum dilectis* 18. *de Accuſationibus*.

Vallis S. Mariæ O.C. diœceſis Pariſienſis.

Vallis S. Mariæ O.C. Alneti filia fundatur anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo in Normania.

Vallis

VALLIS-MONS O. B. diœceſis Rotomagenſis.

VALLIS-NIGRA, fœminarum, O. C. in Sabaudiâ.

VALLIS-NOBILIS ſancti Antonini Apamiæ, poſteà Cathedralis.

VALLIS-REGIA O. C. diœceſis Remenſis. Memoratur capite 25. de Reſcriptis, *Vau-le-Roy*, vbi ſepulchra Procerum Ruſſiacorum ſpectantur.

VALLIS-RICHERIA O. C. diœceſis Baiocenſis, fundatur 1146. 24. Iunij, *Vau-richer*, ſuprà, Salabria.

VALLIS-ROSARVM O. C. iuxta Machliniam, vbi Ida de Louanio colitur 15. Aprilis.

VALLIS-SANCTA, diœceſis Valentinenſis.

VALLIS-SARNAII, *Vaux ſarnay*, O. C. diœceſis Pariſienſis, vnde Petrus ſcriptor hiſtoriæ Albigenſis.

VALLIS-SALINÆ, ſuprà, Salinæ-vallis.

VALLIS-SECRETA O. P. non longè à caſtro ſancti Theoderici, diœceſis Sueſſionenſis, cuius Abbati ſcribit Innocentius 3. cap. 22. de Sententiâ, & re Iudicata.

VALLIS-SERENA O. P. tribus leucis à Sueſſione, in cuius diœceſi eſt ſita.

VALLIS-SCHOLARIVM, *Val des Eſcholiers*, diœceſis Lingonenſis, caput ſuæ Congregationis, ſub regulâ Auguſtinianâ, in Decanatu Calui-montis, fundatur tempore Guilelmi 62. Lingonenſis Epiſcopi, auctoribus reuerendis Patribus Guilelmo, Raynardo, Erardo, & Manaſſe, ex Prioratu in Abbatiam erigitur tempore Claudij 89. Epiſcopi. Quâ de re Vincentius lib. 31. cap. 133. Genebrardus lib. 4. Chronol. & Onuphrius 1217. Miræus Origin. Monaſtic. cap. 13. Gallicè & Latinè lib. 1. capite 15. & in Originibus Auguſtinianis, Chopinus lib. 2. Monaſtic. tit. 1. numero 20.

VALLIS-VINEARVM O. C. diœceſis Lingonenſis, olim fœminarum, nunc vnita Claræ-valli.

VALLIS-VIRIDIS, *Vauuerd*, domus Chartuſianorum ad vrbem Lutetiam Pariſiorum, fundatur à ſancto Ludouico Franc. Rege, Iacobus Breulius in Theatro antiquit. Pariſien. Petrus Sutor libro 2. de vita Chartuſiana, tract. 3. cap. 6. & nos, infrà in Appendice vbi de Generalibus huiuſce Ordinis integerrimi agitur Franc. Belforeſius in Coſmograph.

DE VALLOLIIS, vel Valloriis, vel Vallilienſis, O. C. diœceſis Ambianenſis, *Valloires*.

S. VANDREGILI, ſuprà, Fontanella.

VARENÆ O. C. diœceſis Bituricenſis, fundantur 1148. 7. Calendas Maij liberalitate Guidonis Caluiniaci, *Chauuigny*, cuius loci Abbas Iacobus *de Neuchaizes* Epiſcopus Cabilonenſis, ex ceſſione Mathæi *Perrot* modò Eccleſiæ, Academiæque Biturigum Cancellarij, viri pietate, doctrinâ, humanitate omnibus notioris, quàm vt noſtrâ commendatione indigeat.

DE VARENTO O. B. diœceſis Cathalaunenſis.

VATANENSIS O. A. diœceſis Audomarenſis, Miræus c. 39.

VARZIO, infrà, Virzio.

S. VBERTI, ſuprà, ſancti Humberti.

S. VEDASTI de Marolio, diœceſis Ambianenſis O. B.

S. VEDASTI Ordinis Benedictini, in vrbe Attrebato, Miræus Origin. Benedictin. cap. 5. & in Faſtis Belgicis Februar. 6. Coluenerius in Notis ad Chronicon Cameracenſe lib. 2. cap. 15. Locrius in Chron. Belgico, quod Monaſterium etiam Nobiliacum dicitur, Ludouic. Guicciardin. qui eius reditum cenſet eſſe 20. millium aureorum, Salius in Vedaſtide ad Ioannem Sarracenum Abbatem.

1. Hatta anteà Blandinienſis 5. Obiit Calendis Februarij, anno Regiminis 21. 710.
2. S. Hadulphus, filius ſancti Ragnulfi martyris 710. Molanus 19. & 27. Maij.
3. Madebaldus 730.
4. Ragenfridus 731.
5. Goſſilenus 732.
6. Guido 740.
7. Romanus 744.
8. Adalricus 747.
9. Sigibertus 773.
10. Radfridus 783.
11. Raddo 795. ei dicat Alcuinus vitam S. Vedaſti.
12. Adalongus 815.
13. S. Fulco, hoc Ordine ſecundum huius loci Chronicon, ſed perperam, cùm idem ſit cum Fulcone Bertiniaci Abbate, & Remorum Archiepiſcopo 32.
14. Madfridus 852.
15. Rotholdus.

16. Adalardus.
17. Carolus Caluus Rex, 866.
18. Hugo, 869.
19. Hugo 2. 871.
20. Rodulphus.
21. Balduinus Caluus, Comes.
22. Alckmarus.
23. Adelelmus.
24. Arnulphus Comes.
25. Hugo 3.
26. Hugo 4.
27. Hildebrandus, ex Bertinico 26. iterum Bertinicus 29.
28. Framericus, 965.
29. Malfridus, 972.
30. Fucardus, 993.
31. Richardus 1009. ex Abbate Virdunenſi. Vaſburg. lib. 4.
32. Matholdus, 1018.
33. Leduinus, dicitur vir planè dignus omnium bonorum dilectione, in Charta Roberti Regis 1023 apud Andream *du Cheſne* in hiſt. Mommorenciaca, vide etiam Epiſcopos Bellouacenſes nu. 42.
34. Ioannes.
35. S. Popo 1049. Molanus 25. Ianuarij.
36. Balduinus Pius, Comes.
37. Adelelmus. Obiit 1060.
38. Archemboldus, 1060. Obiit 1067.
39. Adalardus 2. 1067. ex Marchenenſi, quò regredi cogitur ab Alexandro 2.
40. Adloldus, 1068.
41. Henricus, 1101.
42. Galtherus, 1130.
43. Guerricus, 1147.
44. Martinus 1155.
45. Henricus 2.
46. Ioannes 2. Obiit 1186.
47. Ioannes 3. 1186.
48. Ioannes 4.
49. Henricus 3. 1194.
50. Raymundus.
51. Odo.
52. Ioannes 5.
53. Martinus 2.
54. Hugo 5.
55. Paulus, 1258.
56. Simon, 1262.
57. Garinus, 1279.
58. Rodulphus 2. Royus, 1297.
59. Petrus Portenſis, 1306.
60. Nicolaus, 1308.
61. Euſtathius.
62. Ioannes 6. Faber, 1370. poſteà 1380. Epiſcopus Carnotenſis.
63. Ludouicus.

A 64. Robertus, 1385.
65. Ioannes 7. *de Mey*, 1394.
66. Sigerus, 1414. In Concilio Conſtantienſi.
67. Ioannes 8. Mericurtius, 1416.
68. Ioannes 9. *le Clerc*, 1428. Obiit 1462. Memoratur Monſtreleto vol. 3. & Meyero lib. 16.
69. Carolus Borbonius 1443. Commen.
70. Robertus 2. Briçonetus, ex Conſiliario Parlamentari 1488. poſteà Remenſis 77. vir moribus à faſtu alienis, & animi dotibus inſignis.
71. Iacobus *de Kelles* 1497. Gandauenſis, ex proprio grege electus.
B
72. Martinus 3. Aſſettus, 1508.
73. Hieronymus.
74. Rogerius.
75. Thomas *Parenty*, Bruxellenſis, 1572.
76. Ioannes 10. Saracenus Attrebas, poſteà Cameracenſis Archiepiſcopus. Capucinos Conuentu Attrebati donauit, 1591.
77. Philippus Cauerellius. Cui Aubertus Miræus dicat Origines Benedictinas 1614. & Monaſticas 1619. Patribus S. I. Collegium Attrebati ædificat, & S. Georgij Benedictinum Duaci.
C

Veissemburgum, id eſt, Album caſtrum O.B. diœceſis Spirenſis, cuius Abbas Imperij Princeps ad Montana Vogeſi, & Lutharum amnem fundatum 623. à Dagoberto Rege.

Velona, diœceſis Valentinenſis.

Vergiacensis, ſeu Verziacenſis, Abbatia ſancto Viuentio dicata ſub caſtro Vergeyo diœceſis Eduenſis, nunc Prioratus Congregationis Cluniacenſis, *Sainct Viuant ſous Vergy*, fundatur à Manaſſe Comite Cabilanenſi, Belnenſi, Diuionenſi, Domino Vergiaci, & Ermengarde eius vxore, vbi debent eſſe
D
28. Monachi. Vide Andream *du Cheſne* lib. 1. hiſt. Vergeyæ. Vide etiam Æduenſes Epiſcopos nu 42.

Veromandia, vel Vermandum O.P. diœceſis Nouiomenſis, vbi olim vrbs Epiſcopatus, & Comitatus titulo Nobilis, vnde, & Pagus Veromanduorum *Vermandois*, qui Veromandui Neruiorum, & Attrebatum finitimi, Cæſari lib. 3.

Vernucia O.A. diœceſis Bituricenſis, memoratur in Bulla Eugenij 3. 1145. cuius nunc Abbas Martinus *de Racines*, Canonicus Pariſienſis, & Theſaurarius Bituricenſis, vir antiquæ fidei, & nobilitatis, ac prudentiæ ſingularis.

laris. Abbas etiam Eleëmoſynæ.

Vertolivm O.C. D. Burdegalenſis, *Verteuil.*

De Veteri-campo O.C. diœceſis Colonienſis 1122.

De Veteri-villa O.C. diœceſis Dolenſis, in Ducatu Britanniæ, fundatur 1138. 27. Iulij, & 1141. menſe Decembri, Robertus benedicitur primus Abbas à Gofrido *le Roux*, Epiſcopo Dolenſi, poſteà Capuæ in Italia Archiepiſcopo, præſente Gilduino *de Monjorel* fundatore.

Vezeliacvm, vel Videliacum *Vezelay*, incolis, *Vedelet*, diœceſis Æduenſis gradu longit. 24. 40. latitud. 46. 50. Oppidum in monte ſitum, habens Eccleſiam Abbatialem ſanctæ Magdalenes, in qua olim Moniales, inde Monachi Ordinis Benedictini, nunc ſæculari togâ donatam 1537. conditam à Girardo de Roſſilione, quam Ioannes 8. Papa veniens ad Concilium Trecenſe dedicauit, de quo Monaſterio Petrus Venerabilis lib. 4. epiſt. 28. Gaufridus Vindocinenſis lib. 1. epiſt 15. & 18. Molanus in Natalibus Sanctor. Belgic. 8. Octobris, & 19. Martij, in Additionibus Vſuardi, Chronicon Autiſſiodor. & Sigeberto 745. Ioann. Sariſberienſis epiſt. 159. & 174. Vincent. lib. 24. c. 15. & lib. 25. cap. 43. Innocent. 3. c. Cùm olim 33. de Officio deleg. Roger. *Houeden*, Baron. 862. Mir. cap. 16. Origin. Benedict. Chron. Cameracenſ. lib. 2. cap. 43. Amalric. Auger. Biterrenſis in Actibus Rom. Pontif. vbi ait tempore Nicolai 3. & Caroli Siciliæ Regis, Prouinciæ Comitis A.C. 1279. in Oratorio S. Maximini repertum fuiſſe corpus B. Magdalenæ, quod nonnulli tranſlatum fuiſſe dicebant Vezeliacum à Girardo Comite Burgũdiæ. Vide Bzouium eodẽ anno 1274. n. 19. & 1370. n. 24. Vezeliacum quoque profectus reperitur Hugo Dux Burgundiæ cum ſancto Ludouico ad reuelationem corporis Beatæ Magdalenes, in veteri Chronico Abbatiæ Maceriarum, eique Monaſterio Innocentius 3. 1198. confirmat vetera, & noua confert priuilegia lib. 1. Epiſt. *Quamuis vniuerſa loca*, vbi inter cætera concedit, vt in ſolemnitate tranſlationis B. Magdalenæ intra Quadrageſimam liceat decantare in Miſſa, *Gloria in Excelſis Deo.* Vide Epiſtolam paulò pòſt ſequentem, quæ incipit *Veſtra nouit vniuerſitas*, ad Senonenſem Archiepiſcopum, Æduenſem, & Lingonenſem Epiſcopos, item Epiſtolam proximam

A incipientem *Religioſis votis*, pag. 91. Prætereà in hoc municipio conditus fuit Minorum Conuentus S. Franciſco adhuc viuente, 1226. fundatoribus Dominis *de Chaſtelux*, vt teſtatur Franciſcus Gonzaga in hiſtoria Seraphica. Porrò huic loco inditum nomen videtur, vel à Vedeliaco Eduorũm Vergobreto, apud Cæſarem lib. 7. cap. 6. vel quod inde videre liceat Arcum Cæli, vt eſt in hiſtoria M. S. tranſlationis Reliquiarum ſanctæ Magdalenes, & apud Buzelinum lib. 3. Annalium Galloflandriæ. Cæterùm inter huius Monaſterij Præſides hi tantùm à nobis notati:

B Odo primus, cuius precibus Ioannes 8. dedicauit Eccleſiam.

Bodilo.

Artaldus, tempore Sauerici Comitis Cabilonenſis.

Mathæus. In Necrologio Stephanienſi Diuione.

Gotofridus, in Concilio Remenſi 1049. Ei Paſchalis 2. 1103. priuilegia confirmat.

Raynardus, frater Gofridi de Sinemuro. Intereſt Concilio Trecenſi 1127. paulò pòſt factus Lugdunenſis Archiepiſcopus 70.

Porte cotisé d'argent, & de gueule de ſix pieces.

C Albericus, 1132.

Petrus, cuius extat Epiſtola ad Sugerium.

Pontius frater Petri Venerabilis, vt eſt in ipſius Petri epiſt. 16. lib. 1. epiſt. 17. lib. 2. epiſt. 4. lib. 3. quo tempore ſcripta eſt hiſtoria Vizeliacenſis Monaſterij à Guilelmo Pictauino, ſed nondum in lucem edita. Citatur & alia item M. S. nomine Hugonis.

Guilelmus, 1168.

Hugo. Ei ſcribit Innocentius 3. 1198. epiſt. cum ſtatus.

Gerardus. Eius meminit Innocentius 3. in Epiſtolis.

D Sauericus, 1221.

Evardus *de Rochefort*, Decanus Autiſſiodorenſis, & Æduenſis, vir ſanguine, & eruditione clarus. Sed pene exciderat Pontificium diploma, quod, vt pleraque alia, viro numquam ſatis laudando Andreæ *du Cheſne* debemus.

Rochefort porte d'azur ſemé de Billettes d'or au chef d'argent chargé d'vn lyon leopardé de gueule.

Paſchalis, Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fratribus, & Coepiſcopis D. Senonenſi, Hu. Niuernenſi, S. Eduenſi, Io. Lingonenſi, Hu. Autiſſiodorenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex fundatoris illuſtris memoriæ Gerardi Comitis oblatione, Vezeliacenſe Monaſterium B. Petri iuris eſſe, veſtra, vt credimus, no-

citia non ignorat. Verùm quidam, ſicut accepimus, loco eidem exactiones imponere, & graues moliuntur iniurias irrogare. Rogamus ergo fraternitatem veſtram, & monemus, vt pro veſtri officij debito locum ipſum protegere ſtudeatis, & ſi quis ei moleſtias fecerit, ab Abbate, vel fratribus requiſiti, ita inde iuſtitiam faciatis, vt à Beato Petro, & à nobis gratias habeatis. Datum Præneſte 12. Calend. Ianuarij. Videndus ipſe Andreas Quercetanus in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem pag. 55.

Via-cœli O.C. fœminarum in Sabaudia.

Viantium O.B. SS. Amerandi, & Eugenij. Memoratur 987. Catello in Comitibus Toloſanis.

De Vicinis, *Voiſines*, fœminarum O. C. diœceſis Aurelianenſis prope Magdunum.

Viconia, inter Præmonſtratenſis Ordinis *Vicogne*, pulcherrimum, diœceſis Attrebatenſis inchoatur apud Valentianas 1125.

Victoria diœceſis Siluanectenſis O.A. fundatur in honorem B. Mariæ à Philippo Auguſto, ob victoriam apud Bovinas de Flandris deportatam 1214. 27. Iulij, Chopinus, & Tillius. Eiuſque fundamenta iaciuntur à Guarino Epiſcopo 1222. in capite ieiunij, à quo etiam dedicatur 7. Calend. Nouembris 1225. Ioanne 1. Abbate, apud Petrum Griſium ſect. 13. n. 35.

Bovinenſis pugna.

Victoria O.C. diœceſis Attrebatenſis.

S. Victoris de Caleto, diœceſis Rotomagenſis.

S. Victoris O.A. Cœnobium celebre Lutetiæ Pariſiorum, fundatur à Ludouico 6. Craſſo Rege Francorum 1113. Ex quo prodiere S.R.E. Cardinales 7. Archiepiſcopi 2. Epiſcopi 6. Abbates per diuerſa loca conſtituti 54. quodque olim primo & altero ſuæ fundationis ſæculo habuit ſub ſe Congregationem 30. Abbatiarum & 40. Prioratuum, cùm 80. Præpoſituris, qua de re Iacobus Vitriacus lib. 2. cap. 24. hiſt. Occident. Auguſtinus Ticinenſis l. de procurſu & propagatione Ordinis Canonici, Ioannes Mauburnus Bruxellenſis Abbas Liuriaci diœceſis Pariſienſis, de Viris Illuſtribus ſui Ordinis, in venatorio Ordinis Canonici, Aubertus Miræus Origin. Auguſt. cap. 12. Petrus Griſius de Clericis, & Regularibus ſect. 13. num. 19. S. Bernardus epiſt. 158. Arnulpus epiſt. 25. Stephanus Tornacēſis quondam huiuſce domus alumnus epiſt. 172. Innocent. 3. cap. 32. *Cùm dilectus, de Electione.* Et Gregor. 9. c. 36. *ex Inſtitutione, de Reſcriptis.* Et R. P. Ioannes *de Thoulouze*, vir religioſus, & eruditus in nobilis huius Victorinæ Congregationis Annalibus publicam lucem breui, vt ſperamus, viſuris: è quibus pro auctoris in omnes eximia, ſed in nos ſingulari comitate hanc Abbatum ſeriem è Brulij Theatro antiquit. Pariſin. in noſtram ſcenam adductam exhibemus emendatiorem.

1. Gilduinus. Obiit 13. Aprilis 1155. Memoratur Sugerio in Ludouico Craſſo: in medio Choro Eccleſiæ hoc Epitaphio decoratus:

Gilduinus abit de caſtris victor ad aulam
Idibus Aprilis Rege vocante ſuo:
Prima columna domus, cuſtos gregis, Ordinis autor,
Hîc iacet æterni dignus amore loci.

Ateo regente, & Præſide, naturæ ſatisfecit Hugo inclitus doctor 1138. cuius diſcipuli fuêre Richardus, & Adam.

2. Achardus, fit Epiſcopus Abricenſis 21. 1161. Obiit vero 29. Martij 1171. ſepultus in Abbatia *de la Luſergne*, eiuſdem diœceſis. Scripſit librum cui titulus *Tentator Chriſti*, & quædam alia.

3. Guntherus. Obiit 25. Iulij 1161.

4. Eruiſius, vel Eruiſus, Patrinus Philippi Auguſti 1165. cum Hugone S. Germani Pratenſis, & Eudone S. Genoueſæ Abbatibus, factus poſteà Epiſcopus Eliacenſis in Anglia 1172.

5. Guarinus. Obiit 17. Nouembris 1194. Ei ſcribit Cœleſtinus 3. c. *Cum dilectis, de Electior.* Huius tempore obiit Richardus de S. Victore Prior 1173. 6. Idus Martij. Item Adam de S. Victore 1177. 8. Idus Iulij, ac Petrus Comeſtor 1179. ex Decano Trecenſi, & Cancellario Eccleſiæ Pariſienſis factus Canonicus huius Eccleſiæ hîc ſepultus 12. Calend. Nouembris. Obiit prætereà in hoc Cœnobio Arnulfus quondam per 40. annos Epiſcopus, 1181. 31. Auguſti.

6. Robertus. Obiit 28. Decembris 1197. ſub eo fit Canonicus Regularis Mauritius Epiſcopus Pariſienſis 70.

7. Bernardus. Obiit 7. Calend. Iunij 1198. ex Priore S. Guenaili de Corbolio, *S. Guenauld de Corbeil.*

8. Abſalon. Obiit Decembris 28. 1202.

9. Ioannes, de quo Cæſarius lib. 6. cap. 12. Ei ſcribit Honorius 3. c. 36. *ex Inſinuatione de Reſcriptis.* Obiit 28. Nouembris

uembris 1229. & Innocentius 3. in c. 9. *ſignificauit de Teſtibus*. Sub eo profitetur Regulam Auguſtinianam 1213. Goffridus Meldenſis Epiſcopus 58.
10. Petrus circa A. C. 1234.
11. Radulphus. Obiit 8. Nouembris 1244.
12. Aſcelinus ceſſit A. C. 1150. & obiit 11. Februarij 1258. habebat ſub ſe A. C. 1246. 50. Religioſos profeſſos.
13. Robertus. Obiit 18. Decembris 1264.
14. Teobaldus. Obiit 21. Iunij 1276.
Ferrieres en Gaſtinois. 15. Petrus de Ferrarijs in Vaſtinio. Obiit 1287. habebat ſub ſe in Monaſterio ſuo profeſſos 36. Religioſos.
16. Andreas. Obiit 2. Aprilis 1294.
17. Odo, vel Odetus. Obiit 7. Septembris 1300.
18. Guido. Obiit 29. Nouembris 1302.
19. Guilelmus de Rebaſco in Bria, *de Rebez*. Obiit 8. Iunij 1311.
20. Ioannes de Palatiolo, *Paleſeau*. Obiit 29. Nouembris 1329.
21. Autbertus *de Mailly*. Obiit 12. Aprilis 1345. cuius tempore 57. Religioſi profeſſi.
22 Guilelmus de S. Lodo, *S. Lo*. Obiit 1349.
23. Ioannes de Brueriis ceſſit 1357. Obiit 18. Maij 1360.
24. Bernardus 2. de Meſo, vel *de Lindry*. Obiit 1368. 20. Maij. Adfuit baptiſmo Caroli 6.
25. Petrus de Salicibus. Obiit 7. Octob. 1383.
26. Petrus Ducis *de Roiſſy*. Obiit 19. Iunij 1400.
27. Ioannes Claudus. Obiit 28 Oct. 1400.
28. Gofridus *de Pellegay*, ceſſit 1422. Obiit 9. Auguſti 1432.
29. Andreas *Barré*. Obiit 1448. 25. Octobris.
30. Ioannes *Lamaſſe* Pariſinus. Obiit vltima Maij 1458.
31. Ioannes *Nicolai*. Obiit 1475. Vigilia S. Andreæ.
32. Germanus cognomento Monachus. Obiit 1488. 30. Septemb.
33. Nicaſius ab vlmo Nouiomenſis, ceſſit 1513. Obiit 1516. die Epiphaniæ.
34. Ioannes Borderius *Bordier*, Pariſinus. Obiit 16. Nouemb. 1543. Edidit opera Hugonis de S. Victore, eáque dicauit Michaeli Epiſcopo 88. Lingonenſi, autor inſtaurationis Eccleſiæ ea forma qua nunc ſpectatur, cui primarium lapidem appoſuit idem Michaël 1517. 18. Decembris.
35. Antonius Caraciolus filius Ioannis Principis Melfiæ, poſteà Epiſcopus Trecenſis 82. At de gente Caraciola copiosè Scipio Ammiratus in familiis Neapolitanis.
36. Ludouicus Lotharingus, Epiſcopus Albienſis 1547. per reſignationem Caracioli primus Abbas Commendatarius iuſſu Henrici II. 1550. Ceſſit Petro *Lizet* cum regreſſu 1555. Obiit Cardinalis 1578. & in hac Eccleſia ſepelitur. Huius tempore obiit 6. Ianuarij 1570. Nicolaus *Grenier* Prior, autor libri cui titulus eſt Clipeus Fidei, *Le Bouclier de la Foy*.
37. Petrus *Lizet*, ex primo Præſide Senatus Pariſienſis 1550 Obiit 18. Iunij 1555. anno ætatis 72. edidit libros in Pſeudoeuangeliſtas. Vide Elogia Hilarionis *de Coſte* Minimi.
38. Carolus Lotharingus, Cardinalis ceſſit 1605. Obiit vltima Nouembris 1607. electus Metenſis, & Argentinenſis.
39. *Franciſcus de Harlay*, Archiepiſcopus Rotomagenſis, de quo vſurpare licet Elogium illud quod Boëtio datum olim refertur.

Sanguine non tantùm, tituliſque inſignia auorum
Quantùm virtute hic ingenioque cluit.

Huius tempore 1615. 15. Cal. Iulij obiit Ioannes Picardus ætatis 41. vt eſt in eius Epitaphio, de quo nos alibi ſæpe. *M. Picard.* Hoc etiam Præſule altare maius, & Bibliotheca eximio cultu, & ornatu decorantur.

S. VICTORIS Maſſilienſis, cuius feſtum agitur 21. Iulij, memoratur Gregorio 7. lib. 4. cap. 23. & lib. 6. epiſt. 15. lib. 7. epiſt. 8. lib. 9. epiſt. 6. Innocentio 3. lib. 1. epiſt. *Cùm Monaſterium*, à quo dependebant olim Vabrincum, & Caſtrum Abbatiæ, poſteà in Epiſcopatus à Ioanne 22. erectæ. Hîc verò ſepelitur Vrbanus 5. Papa, olim Abbas.

S. VICTORIS de Mortuo mari fundatur à Rogerio loci domino. Gemeticenſis lib. 7. cap. 22.

S VIGORIS, diœceſis Baiocenſis O. B. conſtructum à Roberto Guilelmi Ducis fratre. Gemeticenſ. lib. 2. cap. 22. Vide Abbat. Benigni. nu. 47. in Iarentone.

Vicus O. C. fœminarum, in tractu Toloſano.

VICVS Sancti Iodoci ad mare ſuprà.

Villa Dei O. P. diœceſis Aquenſis in Vaſconia.

Villa longa O.C. diœceſis Carcaſſonenſis.

Villa-lupa, D. Turonenſis O.B.S. Saluatori ſacra, *Ville-loup*, vel, *Ville long.*

Villa-noua, Vceticenſis D.

Villa-noua O. C. diœceſis Nannetenſis, fundatur à Conſtantia Britanniæ Duciſſa 1201. dedicatur 1231. à nouem, hoc eſt, omnibus Britanniæ Epiſcopis. Qua de re Bertrandus Argentræus lib. 4. cap. 16. eaque Buſaij filia ſub Claraualle.

Villarium, *Villers*, O. C. prope Firmitatem, diœceſis Senonenſis, Monialium.

Villarium O.C. diœceſis Leodienſis, nunc Namurcenſis in Brabantia conditur 1147. *In auctario Gemblacenſi apud Sigebertum*, & Cæſarium lib. 4. cap. 10. lib. 6. cap. 34. & lib. 9. cap. 31. vbi ſepultus habitu Monachi Dux Brabantiæ Ioannes 136. Miræus, qui & ipſius loci Abbati 48. Roberto *Henrion* dicat Chronicon eiuſdem Ordinis Ciſtercienſis 1614. Poſitum verò eſt Villarium inter Niuellam, & Gemblacum ad Diriæ ſcaturiginem, & à Cantipratenſi crebrò memoratum in libro Apum, & *Henriquez* in Faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium.

Villarium O.C. diœceſis Metenſis fundatur 1134.

Villarium O.C. fœminarum in Picardia.

Villenayum O.C. diœceſis Agathenſis.

Villechasson O.B. diœceſis Senonenſis.

Vicomenſe Monaſterium, ſup. S. Valericus.

De Vincellis S. Petri O. B. diœceſis Biterrenſis.

S. Vincentii Metenſis, fundatur à Theoderico Epiſcopo 47.

S. Vincentii in Nemore diœceſis Carnotenſis O. A. *S. Vincent aux Bois.*

S. Vincentii Pariſienſis, nunc S. Germani de Pratis, ſuprà.

S. Vincentii de Lucra, diœceſis Oleronenſis.

S. Vincentii diœceſis Siluanectenſis O. A. in vrbe, fundatur 1067. ab Anna Regina, & huius Abbas Hugo memoratur 1107. Legendus Petrus Griſius, de Canonicis Regularibus, ſect. 13. n. 10.

S. Vincentii Veſontionenſis, Ordinis Benedictini reformati.

1. Achardus, 1092. 1. Abbas.
2. Petrus, 1140. & 1146.
3. Vichardus, 1177. & 1189.
4. Hugo, 1197. & 1198. ex Chartis Bellouacenſibus.
5. Anſelmus, 1213.
6. Anſerinus, 1228. & 1238.
7. Hugo de Mommerio, 1239.
8. Wirricus, 1243.
9. Hugo, 1250. & 1253.
10. Ioannes, 1268. & 1278.
11. Guilelmus de Ruffeyo 1303. & 1306.
12. Guilelmus de Quingeyo, 1339. & 1348.
13. Aymo à Bauma, 1350.
14. Guilelmus de Biſontio, dictus Chinus, 1358.
15. Gerardus de Albaſpina, 1363.
16. Petrus Beraldus, 1371.
17. Hugo *d'Oyſeles*, 1383.
18. Hugo de Monte-avium, vulgò *le Mont-oyſeau*, 1400. *Oyſelet porte de gueule à la bande d'or engreſlee.*
19. Guilelmus *de Lengney*, 1412.
20. Petrus *Armenie.*
21. Ioannes *Renedalle* 1453. Obiit 1490.
22. Petrus *de Montfort* 1492. cœpit præeſſe. Obiit 1501.
23. Hugo *d'Augicourt*. Obiit 1517.
24. Antonius de Monte-acuto, ab anno 1521. Obiit 1532.
25. Franciſcus *Bonvallot*, qui & Luxouienſis. Obiit 1560.
26. Antonius Perrenotus, Archiepiſcopus Biſontinus, & Cardinalis. Obiit 1586.
27. Ludouicus Madrucius.
28. Petrus de Toledo.
29. Stephanus Picrardus, prius Abbas Gratiæ-Dei. Obiit 1608.
30. Guilelmus *Simonin*, Archiepiſcopus Corinthienſis, & Veſontionenſis Propontifex, 1618.

S. Vincentii O. B. in ſuburbiis Laudunenſib. fundatur à Brunechilde, & priuilegia longo pòſt tempore confirmantur ab Honorio 3. 1124.

S. Vincentii O.B. diœceſis Cenomanenſis, fundatur circa annum 556. nunc Congregationis Caſalinæ, ab anno 1511.

S. Vincentii de Burgo, *Bourg*. O. A. D. Burdegalenſis.

Vindocinum, *Vandoſme*, gradu longitud. 21. 40. latitud. 47. 50. Caſtrum fortè nimis populoſa gente repletum, quod Lidericus aquâ ſubterfluit amnis amœna, titulo Ducatus donatum à Franciſco I. Rege 14. Martij 1514. cuius *Philippid. 5.* *Loir, Ronſardo decantatus.*

cuius oppidi meminit Gregorius Turonenſis lib. 9. cap. 20. in quo Abbatia ſanctæ Trinitatis, ſeu almæ Triadis Ordinis Benedictini fundata ab Agnete filia Othonis Guilelmi vxore Guilelmi 4. Aquitaniæ Ducis, in diœceſi Carnotenſi, in qua hic Archidiaconatus Vindocinenſis: alij fundatam volunt Abbatiam à Gaufrido Martello 1042. in qua cuſtoditur Lacryma Chriſti, & memoratur in c. *Cauſam*, *de Iudicijs*. Guaguinus, & Gillius; Ioannes *de Bourdigne* hiſt. Andegauenſ. part. 2. cap. 35. cuius extant Epiſtolæ beneficio R. P. Iacobi Sirmundi bono publico rei litteriæ natis, ex cuius Notis hic Abbatum Catalogus depromitur:

1. Raynaldus.
2. Odericus.
3. Dauid.
4. Berno.
5. Gaufridus.
6. Fromundus.
7. Hubertus.
8. Robertus.
9. Guilelmus.
10. Gerardus.
11. Lucas.
12. Hauelinus.
13. Goffridus.
14. Hugo.
15. Rainaldus.
16. Rainaldus.
17. Reginaldus.
18. Philippus.
19. Ioannes.
20. Guilelmus.
21. Ioannes.
22. Michaël.
23. Simon de Pleſſiaco.
24. Guilelmus de Pleſſiaco.
25. Ioannes de Buſſa.
26. Petrus.
27. Iuo de Fonte.
28. Ioannes de Villeraya.
29. Aymericus de Coſduno.
30. Ludouicus de Creuanto, Doctor Pariſienſis.
31. Antonius Sanguineus, Cardinalis *de Mendon*.
32. Carolus de Borbonio, Cardinalis.
33. Marcus Siticus ab Altaemps, Cardinalis.
34. Ludouicus de Camera.
35. Carolus de Borbonio, Cardinalis. Capucini conduntur 1606.
36. Michaël *Sublet* 1615. ex Ferrarienſi. Patres Oratorij in vrbe docent.

VIRGINITAS, fœminarum O.C. D. Cenomanenſis.

A VIRGINITAS O. C. fœminarum in Tractu Turonenſi.

VIRIDARIVM O.C. fœminarum inter Duacum, & Cameracũ, fundatur 1227.

VIRIDIS-VALLIS O.A. D. Mechlinienſis, Gazæus apud quem ei verſus leguntur.

I quater, & mille, ter C, tunc floruit ille
Qui viridem vallem fundauit ad æthera callem.

De VIRTVTE O. A. D. Cathalaunenſis.

VISIGNOLIVM O.A. diœceſis Am-B bianenſis.

VISIGNOLIVM O. B. diœceſis Ambianenſis.

Virziacum ſuprà S. Bazoli.

VIRZIO, ſeu Briua ſuper Evram, *Viaron*, ſeu *Vierzon*, & Varſio, ſeu Vargio Abbatiam habet SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli O.B D. Bituricenſis fundatam à B. Rodulpho Archiepiſcopo, ſed poſteà augetur dotatio ab Herueo milite loci Domino, nec non à B. Rogerio Archiepiſcopo 79. 1317. Diſtat verò 8. leucis à Biturica vrbe, gradu long. 23. 25. latit. 46. 50. habet etiam Conuentum C Capucinorum fundatum 1612. 15. Aug. cuius Eccleſiam dedicauit Andreas *Fremyot* Bituricẽſis Archiepiſcopus, vt aliàs iam diximus. Prætereà contrahitur Societas A.C. 1226. inter hunc Conuentum & S. Dionyſij, apud Iacobum *Doublet* l. 3. hiſt. Dionyſianæ p. 558. vbi tamen legendum *de Vierzon*, pro *d'Orſon*.

S. VITONI O.B. D. Virdunenſis *S. Venne*, vbi B. Sanctinus olim altare conſtruxit.

VITRIACVM fœminarum O.C.

S. Viuentij ſuprà, Vergiacenſis.

Vizeliacum, ſuprà, Vezeliacum, *Vezelay*.

D Vlpianum, ſupr. v. Fructuarium.

VNGIACVM, *Ogny*, O.A.D. Æduenſis. Dugniacum vocat Nangius, quò ait S. Ludouicum acceſſiſſe 1269. vide Stephanienſes Diuione, n. 9. cuius Vngiaci Abbas nunc eſt Claudius *Blondeau* Cleri Franciæ Syndicus, ac Regis Eleëmoſynarius.

Blondeau porte d'or au chevron d'azur, chargé au chef d'vn croiſſant, montant d'argent, accompagné de 3. œillets de gueule fueillez de ſinople 2. en chef & 1. en pointe.

VOSIVM, *Vigeois* O.B. diœceſis Lemouicenſis, cuius Abbates ſic ſequuntur.

Ætherius, nepos S. Aredij.
Rungaldus.
Cumbertus.
Bernardus.
Petrus.
Ædazius.

Arnulphus.
Petrus 2.
Geraldus.
Petrus 3.
Raynaldus.
Ademarus.
Anellus.
Petrus 4.
Wilelmus.
Raymundus.
Wilelmus, poſteà Abbas S.Martialis.

VOTVM, *Du Vœu* O. A. diœceſis Conſtantienſis in Normania, apud Cæſariſburgum, *Cherbourg*, non longè ab Oceano Britannico, gradu longitud. 19. 0. latit. 49. 45. fundatur circa A.C. 1160. à Mathilde Henrici 2. Regis Angliæ, & Ducis Normaniæ matre, Robertus in Supplem. Sigeberti, eſtque Votum Deiparæ ſacrum.

Votum, aliàs Valatia, ſuprà.

S. VRBANI O. B. diœceſis Cathalaunenſis.

VRBON, fœminarum, diœceſis Vapincenſis.

VRDATIVM, *Ordax*, vel *Vrdais* O. P. diœceſis Baionenſis.

VRIAS O. A. diœceſis Cenomanenſis.

VRSI-CAMPVS, *Or-camp* O.C. diœceſis Nouiomenſis, fundatur 1129. Decembris 10. à Simone Epiſcopo 54. Hugonis Magni Veromanduorum Comitis filio, Valerano primo Abbate, inter primos, qui ex nobiliſſimis Claramvallam ſuâ conuerſatione illuſtrarunt, vt eſt in Supplemento Roberti ad Sigebertum, cuius Monaſterij meminit Innocentius c. 40. *Dilectus*, *de Teſtibus*, cuius capitis Epigraphe rectior habetur in antiqua Decretalium compilatione ab Antonio Auguſtino edita. Prætereà Abbati Vrſicampi ſcribit Stephanus Tornacenſis epiſt. 116. in quo Monaſterio Simon cum 4. Epiſcopis ſepelitur.

VSARCHIÆ S. Petri Abbatiam Ordinis Benedictini, diœceſis Lemouicenſis condidit Hildegarius 43. Epiſcopus confirmante Gregorio 8. 1118. Qua de re Chopinus l. 1. Monaſticon tit. 1. num. 10. iuuante Geraldo Procomite Hildegarij patre.

Gaubertus.
Adalardus.
Richardus.
Petrus.
Conſtantinus.
Geraldus.
Gaubertus.
Petrus.
Adebertus.
Bernardus.
Gumbertus.
Hugo.
Geraldus.
Petrus.
Rainaldus.
Bernardus.
Ioannes.
Helias.
Vilelmus.
Vilelmus.

VTICA, ſiue Vticenſis Abbatia S. Ebrulfi ſuprà litera E.

WEISSEMBVRGVM O. B. diœceſis Spirenſis, nunc Epiſcopatui vnitum. Miræus cap. 18.

S. VVINOCI Bergenſis O.B. diœceſis olim Morinenſis, nunc Yprenſis, Flor. 830. Miræus Origin. Bened. cap. 31. num. 3. & in Faſt. Belgic. 6. Nouembris, Gazetus pag. 414. hiſtor. Eccleſ. Belgic. *Vion*, Martyrol. Monaſt. 8. Idus Nouemb. vulgò *Vvinock-berghen*.

S. VVLMARI, vulgò *S. Vvillemer*, Monaſterium O. A. prope Bononiam ad mare euertitur ab Henrico 8. Angliæ Rege. Vide Martyrolog. Monaſticum Vionis 20. Iulij, quâ die, vita eius extat apud Surium. Habet etiam idem ſanctus Prioratum O.B. In diœceſi Lingonenſi, de quo in Lingonenſibus Epiſcopis nu. 79. Huius loci Prior nunc eſt Frater Guilelmus *Mareſchal* nobis amicus.

Finis Abbatiarum.

APPENDIX

APPENDIX AD GALLIAM CHRISTIANAM,

IN TRES PARTES DIVISA.

In quâ quid contineatur, in ſingularum eius partium fronte patebit.

APPENDICIS
AD GALLIAM
CHRISTIANAM.

PRIMA PARTE CONTINENTVR
FRANCIÆ CANCELLARII, ECCLESIÆ PRÆLATI.

MAGNI Magiſtri Equitum Ordinis Hoſpitalis S. Ioannis Ieruſalem, inde Rhodij, poſtea Melitenſes, dicti vulgò *Grands Maiſtres de Malte.*

GENERALES ORDINIS.

Cartuſianorum,	*Chartreux.*
SS. Trinitatis de Redemptione captiuorum, vulgò Maturinorum. *Maturins.*	
Prædicatorum, ſeu Dominicanorum.	*Jacobins ou Iacopins.*
Minoritarum, ſeu Franciſcanorum.	*Cordeliers.*
Auguſtinenſium Eremitarum.	*Auguſtins.*
Carmelitarum.	*Carmes.*
Minimorum S. Franciſci de Paula.	*Minimes ou Bons-hommes.*
Capucinorum.	*Capucins.*

Patrum Societatis IESV *Ieſuittes*, cum Catalogo Collegiorum eiuſdem Societatis, in Galliâ.

CANCELLARII FRANCIÆ PRÆLATI ECCLESIÆ.

Cancellari⁹, Referendarius, Notariorum Primicerius, Sacrorum Scriniorum Prælatus.

QVIA in Pontificum Franciæ numero plerique hic illic Cancellarij fuiſſe leguntur, gratum fore Lectori credimus, ſi vnâ ſerie hoc loco proponãtur, qui tantæ dignitatis gradu effulſerunt. Neque tamen ignoramus ex paruis initus, vt omnia magna, Cancellariũ apud nos ita honore, & autoritate creuiſſe, vt inſtar Præfecti Prætorio, vel Quæſtoris ſacri Palatij ſit Principis præſentis Vicarius, & abſentis quaſi interrex. Certè olim Archicapellanus antiſtabat Cancellario, vnde frequenter legimus diplomata fuiſſe lecta, recognita, & ſubſcripta à Cancellario ad vicem Archicapellani. Legendus Serarius l.1. Rerum Moguntinar. cap. 29. Primum autem Cancellarij nomen vſurpatum lego apud Vopiſcum, cùm ait Carinum feciſſe Præfectum Vrbi vnum ex Cancellariis; vbi tamẽ alij malunt vnũ ex Ancillariis. At noſtro Cancellario optimè conueniunt quæ S. Bernardus de Romano protulit: Siquidem, inquit, nullum fermè fit in vrbe bonum, quod per manus quodammodo Cancellarij tranſire non habeat, vt vel vix bonum iudicetur, quod eius non fuerit priùs examinatum iudicio, moderatum conſilio, ſtudio roboratum, & confirmatum adiutorio in epiſtola ad Aymericum Cancellarium, & epiſt. 280 habere bonum, iuſtum, & bonæ famæ Cancellarium, eſſe dignitatis Apoſtolicæ non mediocrem partem, Apoſtolicæ adminiſtrationis non paruum adminiculũ, Apoſtolicæ conſcientiæ non exiguam cuſtodiam. Hoc enim loco mutandum eſt tantùm nomen Apoſtolicæ in Regiæ.

Budæus in Pandect.

S. Melanius Epiſcopus 8. Redonen. apud Nicolaum Gillium. Sic multos

A Sanctos Eccleſia veneratur, qui ſpiritualia ſimul & temporalia curarunt. Innoc. 3. c niſi, de renuntiat.

Baudinus Archiepiſcop. Turonenſ. 16. Referendarius, & domeſticus Clotharij.

S. Bonitus Epiſcopus Claromontenſis 30.

Flauius Epiſcopus Cabijonenſis 10.

Carimerus Epiſcopus 10 Virdunenſis 595. Vaiburgio.

S. Audoenus Archiepiſcopus 21 Rotomagenſis.

Ausbertus Archiepiſc. 22. Rotomag.

S. Combertus Archiepiſc. 8 Colonien.

S. Landericus Epiſcopus 28 Pariſien.

B *S. Godegrandus* Epiſcop. Metenſis 37.

Ledradus Epiſcopus Matiſconenſis 13. Archicancellarius in diplomate Caroli Magni.

Guichardus Epiſcop. 14. Matiſconen.

Vulfarius Archiepiſcopus Remenſis 29. Ludouico Pio regnante.

Eghinardus primus Abbas Salingeſtatenſis, apud Trithemium, qui Archicapellanus, & Notarius Caroli Magni.

Rogerius Archiepiſcop. Treuiren. 68.

Elizacar Abbas. in vita Ludouici Pij apud Pithoeum.

Hilduinus Abbas Dionyſianus, qui & C Archicapellanus 18.

Luitbardus Archiepiſcopus Moguntinenſis 48.

Angelinus Epiſcop. Pariſienſ. 47.

Ebbo Archiepiſcopus Remenſis 31.

Fulco Remenſis Archiepiſcop. 32.

Herueus Archiepiſcop. Remenſis 33.

Auſchericus Epiſcopus Pariſien. 43.

Raynardus Epiſcop. Pariſien. 58.

Rogerius Epiſcopus Bellouacenſ. 41.

Franco Epiſcopus Pariſienſ. 60.

Fulbertus Epiſcopus Carnoten. 54.

Geruaſius Archiepiſc. Remenſis 43.

Petrus Abbas S. Germani Pariſ. 32.

Gaufredus Epiſcop. Pariſienſis 62.

Stephanus Epiſcopus Pariſienſis 67. A

Hugo Epiſcopus Sueſſionenſis 67.

Garinus Epiſcopus Siluanectenſis 51.

Petrus de Bellaperticâ Epiſcopus Autiſſiodorenſis 67.

Petrus d'Arablay Clericus, poſtea Cardinalis.

Petrus de Toreſta Archiepiſcopus Rothomagenſis 66. Cardinalis.

Ioannes de Dormanis Epiſcopus Belloüacenſis 68.

Milo de Dormanis Epiſcopus Bellouacenſis 70.

Ioannes de Monte-acuto Archiepiſcopus Senonenſis 92. frater Gerardi Epiſcopi Pariſienſis 92. Cancellarij Ioannis B Ducis Biturigum.

Ludouicus de Luxemburgo Epiſcopus Teroanenſis 50.

Reginaldus de Carnoto Archiepiſcopus Remenſis 73.

Martinus de Charpaigne Epiſcopus Claromontenſis 75.

Ioannes Iuuenalis de Vrſinis Archiepiſcopus Remenſis 75.

Robertus Briſſonnet Archiepiſcopus Remenſis 77.

Stephanus Poncher Epiſcopus Pariſienſis 102.

Antonius du Prat Senonenſis Archiepiſcopus 98. Cardinalis. C

Ioannes Bertrandi Archiepiſcopus Senonenſis 108.

Ioannes Moruilerius Procancellarius, Epiſcopus Aurelianenſis 105.

Renatus Biragus Cardinalis, Henrico III. Rege.

Guillelmus du Vair Procancellarius Epiſcopus Lexouienſis Ludouico XIII. Rege.

Generales Ordinum.

Hos Generales damus multis de cauſis, quarum vna D modò ſufficiat, quòd eorum ſeries poſſit cùm alibi, tùm in Galliâ tempus conditorum Conuentuum indicare, & ſic oſtendere nomina & tempora prælatorum, qui eas fundationes probauerunt. Generales verò Ciſtercij, Cluniaci, Caſalis Benedicti, Præmonſtrati, Vallis-ſcholarium, S. Antonij, S. Ruffi, & ſi qui alij in Gallia, propriis locis inter Abbatias recenſentur.

Magiſtri Hoſpitalis S. Ioannis Ieruſalem, inde Rhodij, poſtremò Melitenſis, ex Boſio, & Statutis Ordinis.

1. *Girardus*,
2. *Rogerius*.
3. *Raymundus* de Podio, du Puy, Delphinas.
4. *Augerius* de Balben.
5. *Arnaldus* de Comps Delphinas.
6. *Gilbertus* Aſſaly.
7. *Caſtus*.
8. *Iubertus*.
9. *Rogerius* de Molinis.
10. *Garnerius* de Napoli Siriâ.
11. *Emengardus* d'Aps.
12. *Gaufridus* de Duyſſon.
13. *Alphonſus* Princeps Portugalliæ.
14. *Gaufridus* le Rat.
15. *Guarinus* de Monte-acuto, Montaigu.
16. *Bertrandus* de Texi.
17. *Bertrandus* de Comps.
18. *Petrus* de Villebride.
19. *Guillelmus* de Caſtro nouo Caſtelnau.
20. *Hugo* de Reuel, Delphinas.
21. *Nicolaus* de Lorgue.
22. *Ioannes* de Villiers l'Iſle-Adam.
23. *Odo* de Pins, Prouincialis.
24. *Guillelmus* de Villars.
25. *Fulco* de Villaret primus Rhodij Magiſter.
26. *Mauricius* de Panac.
27. *Elion* de Ville-neufue.
28. *Deodatus* de Gozon.
29. *Petrus* de Corneliane Delphinas.
30. *Rogerius* de Pins Prouincialis.
31. *Raymundus* Berengarius Prouinc.
32. *Robertus* de Iulliaco.
33. *Ioannes* Ferdinandus de Herediâ.
34. *Philibertus* de Naillac.
35. *Antonius* Flauianus.
36. *Ioannes* de Laſtic.
37. *Iacobus* de Nilly.
38. *Petrus* Raymundus Zacoſta.
39. *Baptiſta* Vrſinus.
40. *Petrus* d'Aubuſſon Cardinalis.
41. *Emericus* d'Amboiſe, de qua gente in Epiſc. Lingonenſi.
42. *Guido* de Blanchefort.
43. *Fabricius* de Carretto.
44. *Philippus* de Villiers de l'Iſle Adã, ſub quo capta Rhodus, anno 1522. vt infrà dicetur. Videndus Franciſcus Belcarius l. 17. n. 18. De qua expugnatione

ſcripſit Iacobus Fontana. A

45. *Pierinus* du Pont.

46. *Deſiderius* de ſaincte Iaille.

47. *Ioannes* Omedes.

48. *Claudius* de la Sengle.

49. *Ioannes* de Valette.

50. *Ioannes* de Monte, ex Priore Capuæ.

51. *Ioannes* l'Eueſque de la Caſſiere. in cuius funere orauit M. Antonius Muretus.

52. *Hugo* de Loubenx Verdala Cardinalis.

53. *Martinus* Garces.

54. *Aloſius* de Vignancour, Diœceſis Bellovacenſis. B

55. *Ioannes* de Vaſconcellis.

56. *Antonius* de Paulá.

Ceterum Melita, vulgò Malta, eſt Inſula maris Siculi habens Epiſcopum Panormitani Archiepiſcopi Suffraganeú, gradu longit. 38. 45. latit. 34. 48. Clauio & Ptolemæo Tab. Europæ 7. & l. 4. c. 3. Extremo, patens in circuitum 60. M. P. S. Paulo dicata, Lorinus in Actus c. 28. Ortelius in Theatro, & Brunius, data Hoſpitalariis 1529. à Carolo V. Imperatore, de quibus Hoſpitalariis Equitibus S. Ioãni. Ieroſolymitani. Sanutus l. 3. Secretorum fidei, Iacobus de Vitriaco cap. 64. hiſt. Oriental. Miræus l. 1. Ordinum Equeſtrium, cuius Ordinis poſt Magnũ Magiſtrum præcipui ſunt Officiales, Magnus Commendatarius, Mareſchalus, Hoſpitalarius, Theſaurarius Generalis, Admiralius Draperius, Turcopolerius, magnus Baiulivus, Cancellarius, Prior Eccleſiæ Ordinis, diuiditurque ordo in octo linguas, & viginti Prioratus, conficiturque numerus Commendariarum, ſeu Præceptoriarum 653. ex quibus 3[illegible] in Franciæ ſex Prioratibus, in Prioratu Franciæ ſcilicet propriæ dictæ 45. Aquitaniæ 65. Campaniæ 24. Arverniæ 77. S. Gili 54 Toloſæ 35. Idem verò Equites antea Rhodum tenuerunt annos 214. ab anno ſcilicet 1308. 18. Calendas Septembris, ad annum 1522. 25. Decembris. Quo tempore capta fuit à Solimanno poſt octimeſtrem obſidionem. Videndus idem Lorinus in actus cap. 21. verſu 1. Lambinus, Marcilius, Torrentius in Odem 7. lib. 1. Horatij. Georg. Brunius tom. 1. ciuitatum fol. 50. Poſſeuinus in Bibliothec. ſelecta. & in Apparatu Sacro. Onuphrius, Boterus, Boſius Miræus, patens in circuitum 125. M. P. Domus Solis, cui tota ſacrata. *Manil.* l. 4.

Generales Cartuſianorum.

CARTVSIA maior, ſeu abſolutè Cartuſia (vnde toti ordini nomen, & cuius Priores eiuſdem ordinis ſunt Generales) in Diœceſi Gratianopolitanâ Rupi altiſſimæ, aſperrimæque impoſita eſt gradu longit. 26. 36. latit. 44. 45. habens clauſtrum maius longum circiter paſſus communes 300. ſed tantummodo latum 36. ſexies à prima origine flammis abſumpta voracibus.

Aſt eius cineri gloria maior ineſt.

Iam verò de huius ordinis laude conſulere poteris Nicolaum Monachum in vita ſancti Gofredi Ambianenſis Epiſcopi lib. 3. cap. 8. & 23. apud Surium octaua Nouembris, Sirmundum in notis ad Petrum Cellenſem, Choppinum in Monaſtico, Robertum in Chronico Antiſſiodorenſi, vbi dicitur hic ordo pietate mentium, & ſtudio theoriæ ſingularis, C Dionyſium Richel Cartuſianum, Vincentium Bellouacenſem libri 26. cap. 82. S. Antoninum titulo 15. cap. 22. Auctorem ſermonis, ſeu epiſtolæ de vita ſolitaria ad fratres de Monte Dei, inter opera S. Bernardi, Naucleum generatione 37. Gerſonem de ſimplificatione cordis, notula 23. Platum lib. 2. cap. 22. de ſtatu Religioſorum, Azorium lib. 12. cap. 21. & lib. 5. cap. 6. vbi diſputat, an Cartuſianus poſſit vel debeat veſci carnibus vt euitet mortis periculum certum, immò & probabile. Quâ de re quoque Hieronymus de Politio, Siculus Cappuchinus in explicatione Regulæ S. Franciſci cap. 2. D num. 35. & 87. Ioannes de Salas diſputatione 11. ſect. 2. Legendus etiam Dorlandus in Chronico Cartuſienſi, cum notis Petræi auctoris Bibliothecæ Carthuſianæ, cui adiunctæ ſunt origines omnium per orbem Cartuſiarum Auberti Miræi curâ, qui pariter agit de principio huius ordinis libro 2. capite 45. Originum Monaſticarum. Vnde poſſis colligere in decem Prouinciis eſſe domos 190. & Religioſorum 3200. quæ domus etiam recenſentur in ſtatutis nouis & veteribus. Proinde non immeritò Petrus Venerabilis libro 6. epiſtola 41. ad

Baſilium Priorem Generalem 8 vocat propoſitum huius Religionis arduum & cœleſte, de quo idem lib. 2. cap. 28. de miraculis, Petrus Bleſenſis epiſt. 86. Ioannes Sariſberienſis lib. 7 Polycratici cap. 23. & Petrarcha in Præfatione libri de otio Religioſorum ad Sodalitatem magnæ Cartuſiæ, vbi, Veni ego, inquit, in Paradiſum, vidi Angelos Dei in terra, & in terrenis corporibus habitantes, ſuo tempore in cœlis habitaturos. Cuius veſtigiis inhærens Nauarrus de Regularibus, Conſilio tertio, ait Cartuſiam eſſe quaſi quendam paradiſum terreſtrem, à quo tranſitur ad cœleſtem. Sic S. Gofredus Ambianenſis Epiſcopus apud Surium loco cit. Cartuſiam nuncupat Angelorum contubernium. Hinc Speculator de Teſtibus cēſet regulam iuris qua nemini licet in ſua cauſa teſtimonium dicere, non habere locum in Cartuſianis & Ciſtercienſibus, propter eorum ſanctimoniam. Præterea ex hoc Ordine intra 200 annos à fundatione extiterunt Cardinales duo, Archiepiſcopi 14, Epiſcopi 43, & ab anno Chriſti 1300 plures. Sed non abs re fuerit hîc inſerere epiſtolam 231 Clementis IV. ad S. Ludouicum ex C. M. S.

Cartuſienſis ordinis, cuius ſinceritas in ſui ſimplicitate non deficit, ſed quaſi lux ſplendens vſque ad diem perfectum creſcit. Prouerb. 4. 19. Domino promouente obliuiſci non poſſumus, & de noſtro affectu alios æſtimantes quod amamus tenerrimè ſpecialius amicis commendamus. Hoc probauit tua ſerenitas cum minori fungeremur officio. Nam quoties à te receſſimus, niſi fallimur, vltima verba noſtra recommendationem eiuſdem Ordinis continebant. Aucta ergò in nobis ad eundē dilectio pro eo ſcribere tuæ Celſitud. nos cōpellit quā attētius duximus deprecandā, quatinus totū Ordinem, ſed ſpecialiter domū Vallis viridis prope Pariſios, quam plantaſti pro noſtra & Sedis Apoſtolicæ reuerentiâ in tuorum remiſſionem peccaminum oculo pietatis reſpiciens, ſis eis beneuolus & beneficus, & eiſdem defenſor aſſiſtas conciliis, & auxiliis opportunis. Datum Viterbij 15. Calend. Auguſti, Anno Pontificatus. 2. Hinc in fronte domus hæc leguntur.

1257. *Hanc rogo quiſquis ades non admireris Eremum*
Et dicas, hæc ſunt tecta ſuperba nimis.
Regia sūt etenim Viridis fūdamina vallis
Francorum jecit quæ Lodoicus honos.
Rex primū inſtituit, Regū Rex auxit & auget,
Augebitque ſuam tempus in omne domū.

Denique cæteris nunc omiſſis adeundus eſt D. Polycarp. de la Riuiere Cartuſianus lib. 4. cap. 4. de Contemptu mundi, vbi reperies elogia huic ordini à Summis Pontificibus attributa, cuius quidem Polycarpi non minoris eruditionis quā integritatis viri, hoc eſt veri monachi hiſtoriam eiuſdem ordinis omnibus numeris abſolutam cuncti auidius expectant. Interim illius quaſi præludium damus has Generalium inſcriptiones, quas pro ſua humanitate ſumma, & ſyncera amicitia nobis Pariſios è Cartuſia Kal. Maij 1625. tranſmiſit ſingulas ſingulis dyſtichis hac ſerie multùm ingenioſa comprehenſas.

1. *Sanctus Bruno* Remenſis Canonicus, & Pariſienſis Doctor ab anno Chriſti 1084. ad 1089. in Cartuſia: in Calabria verò ab 1092. ad 1101. quo anno trāſiit 6. Octobr. Sanctorum numero aſcribitur à Leone X. 1520. De eo præter Petræi Chronicon & Bibliothecam, Poſſeuinus in Appar. & Baron. in Annal. & Martyr.

Primus ego Bruno damnati voce tremiſcens
Carthuſij efficior Duxque parenſque gregis.

2. *S. Landuinus* Italus martyr ab anno 1090. ad 1100.

Hæres virtutum ſancti ſediſque Parentis
Cartuſiam releuo, martyrioque leuor.

Die vltima Martij in vita S. Brunonis apud Surium 6. Octob.

3. *B. Petrus* Francus Bethunius ab anno 1100. ad 1102.

Brunonis pietas me pacis diues inumbrat
Gratia, Laudini candor, amorque mihi.

4. *B. Ioannes* Sabaudus Maurianenſis.

Non ſors cæca Patrum dat faſces, at mea virtus,
Quæ ſpes Cartuſiæ deliciumque fuit.

5. *B. Guigo* de Caſtro Delphinas Valentinenſis ab anno 1110. ad 1138.

De me quid dicam? pro me mea fata loquantur,
Quaſque dedi leges, quæque dedi ſtudia.

Ei ſcribit Petrus Venerabilis lib. 1. epiſt. 24. lib. 2. epiſt. 12. S. Bernardus epiſt. 11. & 12. de quo autor vitæ S. Bernardi lib. 3. cap. 1. Trithem. & Petræus. Scripſit vitam S. Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani Innocentio II. dicatam. Cuius & Meditationes extant tomo 12. bibliothecæ Patrum editionis Colonienſis.

6. *B. Hugo* Carthuſiæ profeſſus ab anno 1138. ad 1140.

Sedem cedo volens diuo, quid plangis Ereme?

Anthelmi veniunt aurea regna tibi. A

7. *S. Anthelmus* Sequinus Sabaudus Allobrox, mox Bellicenſis Epiſcopus ab 1140. ad 1152.

Cartuſiæ Antiſtes, Præſul patriæq́; ſacratus
Si quis ritè fuit, ſanctus vtrinque fuit.

8. *S. Baſilius* Burgundus ab anno 1152. ad 1174. die 4. Iunij.

Do legẽ, non cuncta regat priuata poteſtas,
Sed ſtent auxilio, conciliòque Patrum.

Ei ſcribit Petrus Cellenſis lib. 5. epiſt. 9. Petrus Venerabilis lib. 5. epiſt. 38. lib. 6. epiſt. 40.

9. *B. Guigo* ſecundus Gallus Cartuſiæ Vicarius ab anno 1174. ad 1177.

Hugo mihi rapitur vittam capit Angla B *regentem*
Lincolnis: patre me relligio alma nitet.

10. *S. Iancelinus* Cartuſiæ Monachus ab anno 1177. ad 1218.

Miris mira tego, ſic me, ſic ordinis ingens
Cura ferunt ſanctum Relligioque Patrẽ.

Huius tempore 1195. ſtatutum fuit ne Cartuſiani ad Ciſtercienſes, vel hi ad Cartuſianos tranſirent ſine licentia ſuorum Generalium.

11. *Iancelinus* ſecundus Carthuſiæ monachus ab anno 1218. ad 1234.

Otia Iancelinus quæ pro virtute parauit,
Parta ego ſeruaui quâ dedit ille fide.

12. *Martinus* Prior Portarum ab anno C 1234. ad 1242.

Aurea templa loco, ſacris & munera templis,
Rebus adeſt cunctis numen amorque Dei.

13. *Hugo* ſecundus Cartuſiæ Procurator ab anno 1242. ad 1253.

Tam Monachis charus, quam formidandus Auerno
Auerſos proceres conciliare potis.

14. *Bernardus* de Turre Burgundus Prior Portarum ab anno 1253. ad 1258.

Carnibus æternũm ſpirante, renũtio, Chriſto,
Votaque conuentus publicus acta probat.

15. *Riſſerius* Vallis ſanctæ Mariæ Prior ab anno 1258. ad 1267.

Quo mihi fama procax? ſtant leges, fama la- D *borum:*
Et pretium virtus teſtis & ipſa ſui eſt.

16. *Gerardus* Excubiarum Prior ab anno 1267. ad 1274.

Pace meos rexi, cellæ latuique beatus,
Quid melius potui? ſelige poſteritas.

17. *B. Guillermus* Fabri, Angioniæ Prior ab anno 1274. ad 1278.

Nomine non magno, magnis at geſtibus: alma
Præſidet imperiis Virgo Maria meis.

18. *S. Boſo* Prior Vallis ſancti Hugonis ab anno 1278. ad 1314. obiit 4. Martij.

Suſcito defunctum, ſors fælix, ſors bona ſanctum
Me faciunt, magnis æquiparantque Diis.

19. *B. Aymo* de Augusta Delphinas Vallonis Prior ab anno 1314. ad 1331.

Cedunt fata mihi inuictis ſum maximus auctor
Fatis, Cartuſiæ conditor alter ego.

20. *Iacobus* de Viuiaco Delphinas Cartuſiæ Vicarius ab anno 1331. ad 1332.

Ambitione carens vix patria fræna capeſſo:
Ad cellæ requiem ſors mea me reuocat.

21. *B. Clarus* Prior Pariſienſis ab anno 1332. ad 1337.

Omnia clara mihi ſunt, nomen, vita, ſepulchrum,
Clarior at præſtans ſpiritus ante Deum.

22. *Iacobus* de Viuiaco ſecundò electus ab anno 1337. ad 1344.

Cellæ ſors iterùm rapit (heu) non æqua, quietẽ
Conqueror, impoſitum munus & abiicio.

23. *Henricus* Poleti Prior Pariſienſis ab anno 1344. ad 1347.

Ordinis intacti leges renouare laborans
Ad Viridem vallem mittor vt ante Prior.

24. *B. Ioannes* Birelli, Lemouix, ſecundus Prior Glanderij & Bonæ Fidei ab anno 1346. ad 1360.

Clementis ſexti ſucceſſor dictus honorem
Exuo, dum pro me Tallairandus agit.

25. *B. Helizarius* Grimoaldi Gabalitanus, nepos Vrbani V. Pontificis, Prior Boni Paſſus ab anno 1360. ad 1367. quo obiit 11. Iunij.

Virtute illuſtro titulos, Patrumque decorem,
Quæ ſubij forti vix toleranda viro.

26. *B. Guillermus* Raynaldi, Aruernus, Prior Vallis bonæ ab anno 1367. ad 1402. quo obiit menſe Iunio.

Sors mea, ſors fælix, huic cedas pondus honoris
Cardinei: Regis Rex ego victor abi.

27. *B. Bonifacius* Ferrarij Hiſpanus Valentinenſis Prior Portæ Cœli & Vallis Chriſti, frater S. Vincentij ordinis Prædicatorum ab anno 1402. ad 1410.

Debueram Prior eſſe, fui: me vincere, vici,
Tollere ſchiſma, tuli: cedere, depoſui.

28. *Ioannes* de Briſſomonte III. Prior Pariſienſis ab anno 1410. ad 1421. obiit 2. Septemb.

Cura, labor, bonitas Hiſpanos vincit, & inde
Germanos reuoco ſub mea ſigna Patres.

29. *B. Guilermus* de Mota Gallus Procurator Cartuſiæ ab anno 1421. ad 1438. obiit 8. Iunij.

Auſpice me antiquæ pacis noua iura reſurgũt:
Fælicem faciunt, mens, pietaſque, fides.

30. *B. Franciſcus* Mareſme Catalaunus Prior Portæ Cœli, Vallis Chriſti, & Montis hilaris ab anno 1438. ad 1463. die 22. Ianuarij.

Vota decem tuleram mitræ, ſed plura recenſet A
Allobrogum Princeps, Eugenium veneror.

31. *Ioannes* de Nouomagio 4. Belga, Prior Auenionis, Belliuiſus & Vallis bonæ ab anno 1463. ad 1473.

Cartuſiæ lux clara meæ, pacata ſecutus
Otia, quis melius vixerat, aut moritur.

32. *Antonius* Dellieu Prior Auenionis, ab anno 1473. ad 1481. die tertia Martij.

Corpore rarus honos, animo, vis diù refulgens
Et pietas: magno cætera digna Patre.

33. *Antonius* de Charno II. exin Prior Apponiaci ab anno 1481. ad 1495. obiit 14. Februarij.

Si benè qui latuit, benè vixit; nemo beatus
Me viuente magis, nemo magis latuit.

34. *Petrus* Ruffi II. Cartuſiæ Monachus ab anno 1495. ad 1504. 27. Auguſti.

Caſtus & innocuus, Petro pietate ſecundus,
Petrus ego, Petro ſimplicitate prior.

35. *Franciſcus* de Puteo Sambonifius Seguſianus, ab anno 1504. ad 1522

Supplice me gratis Brunonem Roma parentem
Dignum, ſanctorum perpete laude beat.

36. *Guillelmus* Bibantius III. Belga, Prior montis ſanctæ Gertrudis, ab anno 1522. ad 1536. 24. Iulij. Vid. Petreius in Bibliotheca, & Antonius Sanderus, de Gandauenſibus eruditione claris.

Vlterius tendam meritis, incumbere partis,
Magnum, nec proauis degeneraſſe ſacris.

37. *Ioannes* Gaillardus V. Cartuſiæ Monachus ab anno 1536. ad 1541. 27. Iunij.

Præſide me, fulget toto venerabilis orbe
Cartuſia, intactæ matris alumna Dei.

38. *Petrus* de Leydis III. Prior Monachorum Goſnayæ ab anno 1541. ad 1546.

Quæ dederant Patres liqui fælicius aucta,
Vires, non animus, ſuccubuere meæ.

39. *Ioannes* Volonis ſcriba Capituli Generalis VI. ab anno 1546. ad 1553. Februarij 12.

Lumina Cartuſiæ ſum inter fælicia Gentis,
Tranſeo, nec properâ morte ſuperſtes ero.

40. *Damianus* Longonus Italus Mediolanenſis Prior ab anno 1553. ad 1554. Februarij 15.

Nec moriens morior, nec viuens viuere credor:
Mors adeo fuerat viuere, vita mori.

41. *Petrus* Sarde Lemouix VI. Prior Portus Beatæ Mariæ & Caturci ab anno 1554. ad 1566. 26. Iulij.

Cartuſiam exurit dum infælix, vritur ipſe
Adretius, clara hinc vindicis ira Dei.

42. *Bernardus* Caraſſus II. Vaſco Tarbienſis Montis Dei Prior ab anno 1556. ad 1587. 8. Decembris.

A *Cartuſiæ partum releuo fortiſſimus igne*
Excidium, & Patribus ſcribere iura libet.

43. *Hieronymus* Lignanus Ligur. Prior Bononienſis ab anno 1587. ad 1588. 24. Maij.

Et me grandæuum ſanctis adſcribere faſtis
Fas ſit, ſors quamuis ſit breuis imperij.

44. *Hieronymus* Marchantius II. Prior Lugdunenſis Lilij Sancti Spiritus ab anno 1588. ad 1595. 26. Septembris.

Pectore tranquillo, vita ſanctiſſimus omni,
Apta fatiſcenti ſum Cynoſura rati.

45. *Ioannes* Michael VII. Nortmannus Conſtantieſis & Pariſienſis Prior ab anno 1595. ad 1600. 29. Ianuarij.

B *Iudicium, calamum, ſeu candida pectora, Patris*
Effigiemque boni fortè requiris? eram.

46 *Bruno* D'Affringues II. Audomaropolitanus Prior Auenionenſis ab anno 1600.

Inclytus oris honos miranda fulget in arte,
Quis valet arcanas prodere mentis opes?

In quo ſcilicet ſedem, reſcùmque locarunt doctrina, ſapientia, ſanctitas, diſcordi concordia, aſſiduè certamen de primatu agitantes, quod non ſine ingenti admiratione contemplati fuimus, benignè excepti in feſtis Pentecoſtes 1617. in illo virtutis & religionis perpetuo, & C periluſtri domicilio, licèt horroris & vaſtæ ſolitudinis loco.

Generales ordinis Sacroſanctæ Trinitatis de Redemptione Captiuorum, vulgò Maturinorum.

SERVI frigidi domus, caput ſui Ordinis S. Trinitatis de Redemptione Captiuorum, diſtans ab vrbe Lutetiâ ſexdecim leucis in Diœceſi Meldenſi fundata circiter 1198. tempore Si- D monis 56. Epiſcopi. Quâ de re, præter Robertum Guaguinum (de quo infrà) Chaſſaneus Catal. Glor. Mundi p. 4. Conſiderat. 63. Miræus Origin. Monaſticar. l. 1. cap. 8. Octauius Pancirolus in Theſauro vrbis Romæ pag. 780. Iacobus Brulius in Antiquit. Pariſinis, Azor. lib. 13. Inſtitut. Moral. Bzouius 1199. n. 2 Chopinus Monaſt. l. 1. tit. 10. n. 11. Sabellicus l. 1. Enn. 9. Statuta Ordinis edidit Iacobus Burgeſius; De quo Valerius Andræas in Bibliotheca Belgica.

1. *R. P. Ioannes* de Mathâ ordinis Inſtitutor. Et ſcribit Innocentius III. l. 1. ep. 478. 1213.

478. cùm à nobis petitur pag. 147. Ca- A
lend. Iunij anno 1. Pontific. id eſt, Chriſti 1198. & epiſt. operante pag 305. vbi regula confirmatur. Obiit Romæ ætatis 60. Chriſti 1213. 12. Calendas Ianuarias, ſepultus in Eccleſiâ S. Thomę de formis, ſeu de Navicellâ.

2. *Ioannes* Anglicus. Obiit Romæ 1217. 15. Calend. Iullias, ſepultus iuxta Prædeceſſorem.

3. *Guillelmus* Scotus. Obiit 1222. 3. Idus Maij, Conditor Domus Pariſienſis, ſepultus Cordubæ.

4. *Rogerius* Leproſus. Obiit 1227. 15. Calendas Aprilis.

5. *Michael* Hiſpanus. Obiit 1230.

6. *Nicolaus*. Obiit Nonis Maij 1256.

7. *Iacobus* Flamingus, deſes, & vecors.

8. *Alardus*.

9. *Petrus* de Cuſiaco. Obiit 14. Calend. Februarias in Ceruofrigido.

10. *Ioannes* Borleau 1291. 11. Calend. Aprilis.

Thomas Loquet. Obiit 1357.

Petrus de Burreyo. Obiit 1373. 11. Calend. Octobris.

Ioannes de Marchiâ.

Reginaldus de Marchiâ Eligitur 1392. 4. Idus Maij.

Theodericus Valerand, Flander.

Rogerius de Tota-valle.

Ioannes Albond de Trecis. Emendauit Statuta Ordinis 1429.

Ioannes Theobaldus, ſepultus Cathalauni.

Radulfus de Vinario. Obiit 1472. 23. Iulij.

Robertus Guaguinus. Obiit 1501. 22. Maij, ſepultus Pariſiis, cuius chronicon de Maioribus Miniſtris Ordinis Sanctæ Trinitatis de Redemptione Captiuorũ cum Appendice Iacobi Burgeſij editum eſt Duaci 1580. in 8. Qui Guaguinus etiã originem ſui ordinis tradit libro 6. hiſtor. Franciæ. At de ipſo Guaguino Trithemius, Poſſevinus, Bellarmin. Buzelinus l. 1. c. 37. Galloflandriæ Anton. Sander. de Scriptor. Flandr. & Valer. Andr. in Biblioth. Belg.

Fr. Guido Molitor, Meldenſis 1503.

Nicolaus Molitor ſuperioris nepos.

Theobaldus Molitor. Obiit 1568. 6. Maij.

Bernardus Dominici. Eligitur 1570.

Franciſcus Petit.

Ludouicus Petit, Franciſci Nepos, cui Baltazar Paez dicat Commentaria in Epiſtolam Canonicam S. Iacobi 1613.

Generales Prædicatorum Ordinis Dominicani.

1. S*Anctus Dominicus*. Obiit 1221. 8. Idus Auguſti, Bononiæ in Italiâ, Martyrol. cum ordinis ſui confirmationem obtinuiſſet ab Honorio III. 1216.

2. *Iordanus* electus Pariſiis 1222. de eo Colvenerius in Notis ad Cantipratenſem l. 2. Apum c. 57. Trithem. de ſcriptor. Eccleſiaſticis. Quo tempore claruit
B Albertus magnus ab A.C. 1240. ad 1280. Bellarm. & alij poſt Antonium Flaminium in eius vita. Anton. Senenſis in Bibliotheca.

3. *S. Raymundus* Pennafortis electus Bononiæ 1238. Obiit 1275. die Epiphaniæ Trithem. & Bellarmin. de ſcriptor. Eccleſiaſticis, Antonius Senenſis in Bibliotheca, in Sanctorum numerum à Clemente VIII. relatus 29. Aprilis.

4. *Ioannes* Teutonicus, celebrauit Capitulum Generale Montiſpeſſuli 1247.

C 5. *Humbertus*, è Conuentu Lugdunenſi. Obiit 1274. 14. Iulij, in Calendario Divionenſi, de quo Poſſevin. ei dicat librum Apum Thomas Cantipratenſis, & Geraldus Lemovicenſis vitam fratrum ordinis prædicatorum poſtea 1619. editam. De eo Bzovius, Antonin. tit. 23. Trithem.

6. *Ioannes* de Vercellis Electus in Papam, ſed mortuus ante coronationem 1281. Bzouius. Anton. Senenſis. Eius monitu ſcripſit S. Thomas tractatum contra impugnantes Religionem Mendicantium. Cuius etiam tempore floruit Hugo de S. Charo Burgundus, primus
D huius Ordinis factus Cardinalis, de quo Bellarm. & alij.

7. *Munio*, Hiſpanus electus 1285. poſtea 1290. fit Placentiæ Epiſcopus. Obiit 1299. Eius iuſſu Theodoricus ſcripſit vitam S. Dominici.

8. *Stephanus* Bizuntinus Romæ electus 1292. & 1295. in Conuentu Lucano.

9. *Nicolaus* de Treuiſio, vel Taruiſio, Capitulum Generale habet Inſulis Flãdriæ 1297. poſtea Papa Benedictus 11. Ei dicat vitam S. Dominici Theodoricus.

10. *Albertus* Ianuenſis electus 1300.

11. *Bernardus* de Viſiaco, Toloſanus, Electus Coloniæ 1301.

12. *Aymericus* Placentinus. Ei dicat Librum de Agriculturâ Petrus Creſcens Bononienſis. A

13. *Berengarius* Toloſanus. Celebrauit Capitulum Generale Diuione 1315. & Lugduni 1318. poſteà Archiepiſcopus Toloſanus, cuius iuſſu Bernardus Guidonis ſcripſit Speculum hiſtoriæ.

14. *Herueus*. Obiit 1323. Narbonæ de quo Bellarm. & Senen. poſt Trithem. ſcripſit contra Henricum è Gandauo.de ente & eſſentiâ.

15. *Barnabas* de Vercellis eligitur 1322.

16. *Hugo* Capuan⁹ electus Diuione 1333.

17. *Girardus* de ſancto Audomaro Toloſanus 1342. Carcaſſone electus, poſtea Cardinalis. B

De la Boulme. 18. *Petrus* de Palmâ electus Pariſiis 1343. è Conuentu Veſontionenſi, ſcripſit in Iſaiam, & Euangelia.

19. *Garinus* electus 1346. Briuis Prouinciæ Toloſanæ celebrauit Capitulum Lugduni 1348.

20. *Ioannes* de Molendinis. electus Barcinone Capitulum celebrauit Montepeſſulo 1350. inde Cardinalis.

21. *Simon* de Lingonis, electus Caſtris in prouinciâ Toloſanâ 1352. poſtea Epiſcopus Nannetenſis.

22. *Elias*, Toloſanus. Creatur Auenione 1367. Habet Capitulum Bituricis, quo tempore Capitula non iam fuere annalia, ſed biennalia. Et tralatum fuit corpus S. Thomæ Toloſam 28. Ianuarij 1368. è Monaſterio foſſæ nouæ, vbi tranſierat 1274. Martij 7. vt dictum eſt in Abbatibus Claravallenſibus num. 6. Videndus S. Antonin. tit. 23. Bzouius 1370. Baron. & Galeſinus in Martyrologio, & Surius. C

23. *Raymundus* de Capuâ Eligitur Bononiæ 1380.

24. *Thomas* de Firmo electus 1401. Vtini.

25. *Leonardus* Statius. Vnus ex Electoribus Martini S. Papæ in Concilio Conſtantienſi 1417. & in Concilio Senenſi 1424. Obiit Florentiæ 1427. Anton. Senenſis Bibl. D

26. *Bartholomæus* Teix.

27. *Petrus* Rochin.

28. *Guido* Flamoche.

29. *Martialis*, Gallus, electus 1453. In quo finitur Catalogus apud S. Antoninum titulo 24. c. 12.

30. *Conradus* Italus.

31. *Martialis*, Gallus.

32. *Leonardus*, Italus.

33. *Saluius*, Siculus.

34. *Bartholomæus*, Italus.

35. *Bartholomæus*, Neapolitanus.

36. *Ioachinus* Venetus.

37. *Vincentius* Bandel de Caſtro nouo, cuius ſtatuta Pariſiis edita 1515.

38. *Ioannes* Clericus, Normanus.

39. *Thomas* de Vio Cajetanus, Romæ electus intereſt Concilio Lateranenſi ſub Leone 10. Obiit Cardinalis, & protector Ordinis 10. Auguſti 1534. vt eſt in Calendario Diuionenſi, ſepultus in Mineruâ Romæ. De quo Nomenclat. Cardinalium, & Bellarmin. de ſcript. Eccleſ. Antonius Senenſis. ætatis 66.

40. *Garſias* à Loaiſia Cardinalis 1529. & Archiepiſcopus Hiſpalenſis, has quattuor voculas in ſygillo inſcriptas habebat, conſilium, labor, induſtria, fides.

41. *Franciſcus* Ferrarienſis 1528. Scripſit Commentaria in ſummam S. Thomæ contra gentes. Obiit 1528. Anton. Senenſis.

42. *Paulus* Italus.

43 *I......* de Fenard Romæ electus.

44. *Auguſtinus*.

45. *Albertus* de Cas, Romæ electus.

46. *Franciſcus* Romæus, Aretinus, in Concilio Tridentino 1547.

47. *Stephanus* Vſuſmarius, Genuenſis.

48. *Vincentius* Iuſtinianus in Concilio Tridentino 1561. poſtea Cardinalis 1570. Obiit 25. Octobris 1582. Ætatis 64. ſepultus Romæ in Mineruâ, Nomenclat. Cardinalium Petramellarius, Ciaconus, Senenſis.

49. *Seraphinus* Vſuſmarius, Genuenſis.

50. *Sixtus* Fabri. Electus Romæ. Ei dicat Annotationes in ſummam hiſtorialẽ S. Antonini, Petrus Maturus S. I. 1585. Eo verò regente canonizatur S. Hyacinthus 1594. à Clemente VIII. & S. Raymundus de Penna Forti 1601.

Hieronymus Xauiere 1602. creatur Cardinalis 10. Decembris 1607. Ei dicat librum de Paradiſo Thomas Maluenda.

Auguſtinus Braſichelenſis, Magiſter Sacrij Palatij. Correxit Breuiarium, & Miſſale Ordinis.

Antonius Galaminius celebrauit Capitulum Pariſiis 1611. Quo anno fit Cardinalis in Aracœli. Et Epiſcopus Recanatenſis & Lauretanus, coniunctæ ſunt enim duæ ipſæ Cathedræ.

Seraphinus Siccus, Papienſis 1613.

Præterea de huius ordinis amplitudine & ſanctitate videndus Azor l. 12. c. 23. Sabellicus Ænead. 2. l. 5. Extremo Antonius de Conceptione Senẽſis in Chronico, & Catalogo ſcriptorum huius ordinis, S. Antonin. tit. 23. c. 13. Ambroſius Gazæus in Catalogo, quem de Viris Illuſtribus Ordinis eiuſdem Venetiis edidit, Ferdinandus Caſtilius hiſtoriam ſui ordinis Prædicat. ſcripſit.

dit,

dit, ex quo Ordine prodierunt 3 Papæ, Cardinales pluſquam 45. Patriarchę 24. Primates 16. Archiepiſcopi 80. Epiſcopi 280. Sancti Canonizati 9. ſcriptores pluſquam 700. Edita eſt Duaci 1619 vita fratrum ordinis Prædicatorum per Geraldum Lemouicenſem.

Generales Franciſcanorum Minoritarum.

1. S*Anctus Franciſcus*. Obiit. 4. Octobris Domini. â 1226.

2. *Helias*, Cortonenſis 1227. B

3. *Ioannes* Parens 1230. Dedicatur Eccleſia Aſiſias 1235. à Greg. 9.

4. *Albertus* Piſanus, electus Romæ 1239.

5. *Haymo* de Fareſcino, Anglus, electus Romæ, apud Trithem de ſcript. Eccleſiaſt. habet comitia generalia Bononiæ 1242. Obiit Anagniæ 1244.

6. *Creſcentius* Æſinus in Piceno 1244. electus Genuæ in feſto S. Franciſci, poſtea Epiſcopus Aſiſias.

7. *Ioannes* Parmenſis electus Auenione 1248. Trithem.

8. *S. Bonauentura* de Balneo regio, electus Romæ 1256. rexit ann. 18. tuncque quod rarum eſt, ab ipſo initio creatus fuit C à Gregorio X. Cardinalis Epiſcopus Albanenſis. Tranſiit autem ætatis 53. horâ matutinarum diei Dominicæ 14. Iulij 1275. Galetin. in eius vitâ Ciacon. Nomenclat. Bellarmin. Radulphus, Gonzaga, Baron. Bzouius: Eſt autem Alba vrbs Lati Epiſcopalis Cardinalit. de quâ Strabo l 5. Plinius l. 3. c. 5. Ptolæm. l. 3. c. 1. Appian. l. 1. Bel. Ciuil. Varro 4. de linguâ Latinâ, & de re ruſt. l. 2. c. 4. Statius l. 4. Siluar. Epicedio in Patrem. Florus l. 1. c. 3. Cerda in Virg. Æn. l. 1. 3. & 8. Gobelinus l. 11. Martialis l. 13. Epig. 109. Horat. l. 2. Satyr. 8. & l. 4. Ode 2. Iuuenalis Satyr. 10 & 12. Eutropius l. 1. Dionyſius l. 1. Ouid. D 3. Faſt. Tibull. l. 2. 5. Proper. l. 4. 1.

9. *Hieronymus* Aſculanus, electus Lugduni 1274. hic fuit Nicolaus 4. Papa.

10. *Ioannes* Bona-gratia 1279. poſtea Cardinalis.

11. *Arlotus* de Prado, vel Arblotius de Prato, 1285. Trithem.

12. *Matthæus* Aquaſpartanus electus Montiſpeſſuli 1287. poſtea Cardinalis, Trithem.

13. *Raymundus* Gaufredus 1288. electus Reate.

14. *Ioannes* de Muro 1296. Cardinalis 1303.

15. *Gondiſaluus* Hiſpanus 1304.

16. *Alexander* ab Alexandriâ 1313. Trithem.

17. *Michael* Cæſenas 1316. Videndus Bzovius 1331. Trithem.

18. *Girardus* Odonis Rutenenſis, electus Pariſiis 1329. Rexit ann. 14. Bzouius A. C. 1331.

19. *Fortanerius* Vaſſalus, Aquitanus, electus Maſſiliæ 1343. rexit ann. 5. m. 8. Archiepiſcopus Rauennas, de quo Rubſeus lib. 6. & Trithem. compoſuit Officium de Stigmatibus.

20. *Guillelmus* Farinerius, Aquitanus, electus Veronæ 1348. poſtea Cardinalis, Trithem.

21. *Ioannes* de Bucco Aquitanus 1357. electus Barcinone.

22. *Marcus* Viterbienſis electus Genuæ 1358. poſtea Cardinalis 1366.

23. *Thomas* Mutinenſis, vel Bononienſis, electus Aſiſij 1367.

24. *Leonardus* Griffonenſis, electus Toloſæ 1373. rexit ann. 6. huc vſque S. Antonin. tit. 24. c. 10.

25. *Ludouicus* Venetus electus Strigoniæ 1379.

26. *Petrus* de Caſſianâ, electus Ferrariæ 1383.

27. *Martinus* à S. Georgio, electus Pauij 1385.

28. *Henricus* Aſtenſis electus Florentię 1386.

29. *Antonius* de Pireto electus Argentinæ 1405.

30. *Angelus* Saluertus Senenſis, electus Mantuæ 1421.

31. *Antonius* à Maſſâ 1417. in Concilio Conſtantienſi, inde Epiſcopus Maſſanenſis.

32. *Guillelmus* à Caſſali electus 1418. Aſiſij, cuius tempore floruerunt S. Bernardinus, & B. Coleta. Intereſt Concilio Florentino 1439. & Capitulo Generali celebrato Ianuæ 1440.

33. *Antonius* Ruſconius, electus Patauij 1443.

34. *Angelus* de Peruſio electus Pariſiis 1450. rexit ann. 3.

35. *Iacobus* Buffeliatus à Mazanicâ electus Bononiæ 1454.

36. *Ioannes* Sarzuola, Cathalaunius, electus Romæ 1458.

37. *Franciſcus* à Ruvere, electus Peruſij 1464. rexit ann. 5. hic fuit Sixtus IV. Papa.

38. *Ioannes* Zanetus, Vticenſis, electus Venetiis 1469.

39. *Franciſcus* Sanſon, Brixianus, electus Vrbini 1475.

40. *Ægidius* Delphinus 1502. electus A itineranni.

41. *Renaldus* Gratianus, qui & Reginaldus de Corignolâ electus Romæ 1506.

42. *Philippus* de Bagnacauallo, electus Romæ 1510.

43. *Bernardinus* de Prato, in Conc. Lateranenſi 1514.

44. *Chriſtophorus* de Foroliuio, primus Generalis Obſeruantiæ electus 1517.

45. *Franciſcus* Lichetus electus Lugduni 1518. rexit ann. 2.

46. *Paulus* à Soncino, Theologus, & Medicus. Iacet ad ſummum altare conuentus Aueníonenſis 1531. Trithem.

47. *Franciſcus* Quignonius, ſiue de Angelis electus Burgis 1523 rexit ann. 5. memoratur Franciſco Belcario l. 19. nu. 41. & 42.

48. *Ioannes* de Parma, Piſottus, electus Parmæ 1528.

49 *Vincentius* Lunellus, electus Niciæ 1534.

50. *Ioannes* Calvus, electus Mantuæ 1540.

51. *Andreas* Inſulanus, electus Aſiſij 1547.

52. *Clemens* Monelianus, electus Salmanticæ 1553.

53. *Franciſcus* à Zamora, in Concilio Tridentino cum Antonio de Sapientibus Generali Conuentualium, & Thomâ Ciuitatis de Caſtello Generali Capucinorum.

54. *Moiſius* Puteus, electus Vallis-oleti 1565.

55. *Chriſtophorus* à Capite-Fontium, *Chef Fontaines*, Britto electus Romæ 1571 poſtea Cæſarienſis Archiepiſcopus.

56. *Franciſcus* Gonzaga electus Pariſiis 1579. rexit ann. 8. ſcripſit hiſtoriam Ordinis ſui Seraphici.

57. *Franciſcus* à Toloſâ, Cantaber, electus Romæ 1587. rexit ann. 6. cuius tempore 1588. Sixtus V. in Sanctorum numerum retulit Didacum Complutenſem Minoritam.

58. *Bonauentura* à Calatagironâ, Siculus, electus Valliſoleti 1593. Patriarcha Conſtantinopol. Conciliator pacis inter Hẽricum IV. & Philipp. 2. Reges, initæ Veruini 1598. Ei ſcribit Lipſius epiſt 58. centuriæ ad Ital. Rexit ann. 6. Eius meminit ſæpe Petrus Matthæus, & Arnoldus Cardinalis Oſſatius.

59. *Franciſcus* à Soza Hiſpanus, electus Romæ 1600.

60. *Archangelus* à Meſſanâ, electus Toleti.

61. *Ioannes* à Ferro, ſeu de Hierro Hiſpanus, electus Romæ mortuus in Generalatu, & datus à Papa Vicarius Apoſtolicus Antonius à Trejo.

62. *Benignus* à Genua. Viſitat Pariſiis 1622. vbi ornat tumulum Alexandri de Ales Ei dicat Annales Minorum Lucas Vvaddingus Hibernus 1625.

Notabis autem, ex hoc ordine fuiſſe PP. 4. Cardinales pluſquam 40. Archiepiſcopos 70 Epiſcopos 330. Patriarchas 20. Scriptores 600, & amplius, & Conuentus Obſeruantiæ ſupereſſe 2044. in 80. prouinciis, præter Capucinos, & Cõuentuales. Quâ de re Azor. l. 12. cap 23. Franciſcus Gonzaga, & Petrus Rodulphius Tuſſinianenſis in Hiſtoriâ Seraphicâ. Henricus Vilotius in libro cui nomen *Athenæ* Orthodoxorum Sodalitij Franciſcani, edito Leodij 1598. Sed & Annales Minorum edidit Lucas Vvadingus Hibernus, vt iam diximus.

Generales Eremitarum Auguſtinenſium.

1. *Anfrancus* Septulanus, Mediolanenſis 1256.

2. *Guido* de ſtagio 1265.

3. *Clemens* de Auximo 1270.

4. *Franciſcus* de Regio 1275.

5. *Clemens* iterùm 1284.

6. *Ægidius* Romanus 1292. electus die Epiphaniæ in Conuentu B. Mariæ de Populo Romæ, poſteà Archiepiſcopus Bituricenſis 75. 1295. de quo Trithem. Bellarmin. Philippus Bergomenſis, Ioſephus Pamphilus, Thomas Gratianus, Iacobus Brullius in Antiquitatibus Pariſienſ. Poſſeuin. in Apparatu ſacro in verbo Ægidius Columna, in V. Auguſtinus Anchonitanus, & V. Albertus Patauinus, Nomenclat. Cardinalium, Paulus Æmilius lib. 8. Hiſt. Franc. Bzouius 1297. ſed talem, tantumque virum Paulus Venetus carpit vbique poteſt, vt eſt in eius Epitaphio Patauij. Ex eadem verò gente Columniâ claruerunt, Martinus 5. & duodecim Cardinales: item Landulphus Carnotenſis Canonicus Auctor Hiſtoriæ Pontificum à Petro ad annum 1218. Ioannes Archiepiſcopus Meſſanenſis Auctor Matris hiſtoriarum, Iacobus Meſſanenſis, & Ioannes Nicoſienſis Prẽſules, & hi tres Ordinis Prædicatorum, præter cæteros proceres.

7. Simon

7. *Simon* Piſtorienſis 1295. 11. Calend. A Iunij.

8. *Auguſtinus* Nouellus 1298.

9. *Franciſcus* Picenus 1300. Hoc tempore 1306. obiit S. Nicolaus Tolentinas 10. ſept.

10. *Iacobus* Ortanus 1308.

11. *Alexander* de ſancto Elpidio 1312.

12. *Guillelmus* Cremonenſis 1326.

13. *Dionyſius* Mutinenſis 1343.

14. *Thomas* de Argentinâ electus Pariſiis 1345. Trithem. Bellarmin. Anaſtaſis.

15. *Gregorius* Ariminenſis 1357. electus Montepeſſuli 24. Maij, Trithem. Bellarmin. Poſſeuin. Onuphr. Galtherus. B Obiit Viennæ Auſtriæ 1358. Gratianus in Anaſtaſi.

16. *Matthæus* de Aſculo, electus Patauij 1358. pridie nonas Septembris.

17. *Vgolinus* Vrbeuetanus, cognomento *Malabrancha*, electus Aueniоne 1368. Nonnulla ſcripſit, vt refert Iordanus.

18. *Hugo* de Belregardo eligitur Florentiæ 1371. Calend. Iunij.

19. *Bonauentura* de Paduâ, electus Veronæ 1377. poſtea Cardinalis S. Ceciliæ, Trithem. Onuph. vbi Peraginus cognominatur. Videndus Angelus Portemarus de felicitate vrbis Patauinæ. C lib. 9. cap. 7. Thomas Gratianus in Anaſtaſi.

20. *Tholomæus* Venetus 1385.

21. *Nicolaus* de Caſſiâ 1400.

22. *Petrus* de Venâ 1412. Toloſanus. Concilio Conſtantienſi interfuit. Eius ſcripta recenſentur in Anaſtaſi.

23. *Auguſtinus* de Româ, Aſtæ Inſubrum 12. Calend. Septembris, electus 1419. Trithem. Onuphr. Bellarmin. Poſſeuinus Gratianus Anaſtaſi.

24. *Gerardus* Ariminenſis 1434. intereſt Concilio Florentino 1439.

25. *Iulianus* de Salem Siculus 1443.

26. *Alexander* Oliua Saxoferratenſis in D Vmbriâ (quæ & patria Bartoli) poſtea Cardinalis ſanctæ Suſannæ 1460. Sepultus Romæ 12. Calend. Septembr. 1463. in Æde ſancti Auguſtini ætatis 55. Anaſtaſis Auguſt.

27. *Guillelmus* Becchius 1460. Ei ſcribit Iacobus Cardinalis Papienſis epiſt. 75. & 257. A. C. 1465.

28. *Iacobus* Aquilanus 1470.

29. *Ambroſius* Coriolanus Romæ electus 1477. Calend. Iunii Præſidente Guillelmo Cardinale de Euſtoutauillâ Archiepiſcopo Rotomagenſi. Meminit Trithem.

30. *Anſelmus* de Monte-Falcone 1486.

31. *Marianus* de Genazeno 1497. Obiit 1500.

32. *Gratianus* Fulginas 1501.

33. *Auguſtinus* Interamnas 1505.

34. *Ægidius* Viterbienſis, in Concilio Lateranenſi 1514. Cardinalis, apud Onuphrium in Leone X, ad quem edidit Commentarios in tria priora capita Geneſeos, & in quoſdam pſalmos, & alia in Anaſtaſi recenſita. Eius meminit Mariana lib. 30. Hiſt. Hiſpan.

35. *Gabriel* Venetus 1519.

36. *Ioannes* Antonius Veronenſis 1538. electus in ſuâ patriâ.

37. *Hieronymus* Seripandus electus Neapoli 1539. intereſt Concilio Tridentino 1546. poſteà Cardinalis, & Archiepiſcopus Salernitanus, apud Onuphriū, & Ciaconum, ac Petramellarium in Pio IV. Obiit Tridenti 1563. Martij 13. ſepultus in S. Marci hoc Epitaphio.

Si quis honos tumuli, quantum ſol lampade luſtra
Terrarum cœlique, tuum eſt Seripande ſepulchrum.

Vixit annos 76. menſes 5. dies 11. Legendus Manutiu li. 5. epiſt. 23.

38. *Chriſtophorus* Patauinus eligitur Bononiæ 1551. Intereſt Concilio Tridentino 1563. Obiit 1569. Februar. 4. ſepultus Romæ ad S. Auguſtinum, ætat. 69. Gratianus in Anaſtaſi.

39. *Thadæus* Peruſinus 1570. electus in patriâ.

40. *Gregorius* Petrochinus de Montelparo Picenus, fit Cardinalis 13. Calend. Ianuar. 1589. Petramel, & Ciaconus.

Auguſtinus Cornetanus.

Andreas Fiuiſanus viueb at 1594.

Alexander Senenſis 1598.

Hipolytus Rauennas, poſtea Epiſcopus ciuitatis Caſtellanæ.

Ioannes Baptiſta Ianuenſis florebat 1601. & 1611. Sacriſta Papæ, & Epiſcopus Tagaſtenſis.

Fulgentius de Monte Georgio, poſtea Epiſcopus.

Hieronymus Romanus, Vicarius Generalis Apoſtolicus 1624.

At pertinent ad cognitionem huius ordinis Anaſtaſis Auguſtiniana Thomæ Gratiani, Templum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini Italicè deſcriptum, & typis æneis expreſſum Placentiæ, item vinea Carmeli in æs inciſa Chro-

nicon Ioſephi Pamphili Veronenſis, & quæ habet Azor libro duodecimo, capite vigeſimo tertio, Chopinus libro ſecundo, tit. primo, numero trigeſimo ſecundo.

Generales Carmelitarum.

1. BEatus *Bertholdus* Malfaida Lemouix, frater Americi Patriarchæ Antiocheni 1121. Obiit ætatis 115. 29. Auguſti, Molanus Additionibus Vſuardi. Petrus Lucius Belga in Bibliothecâ Carmelitanâ, vbi dicitur obiiſſe 1146.

2. *B. Brochardus* Ieroſolymitanus 1166. Molanus Addit. Vſuardi 2. Septembris.

3. *S. Cyrillus* Conſtantinopolitanus 1207. Trithem & Molanus Additionibus Vſuardi 6. Martij Bibliotheca.

4. *Bertholdus* Lombardus 1210.

5. *Alanus* Britto 1236.

6. *B. Simon* Stock Anglus 1250. cuius tempore inſtitutæ Carmelitæ Louanij 1259. ſepultus Burdegalæ. Errat igitur Ioannes Groſſi in claue Viridarij, cum ait creatum fuiſſe 1200. & 1205. obiiſſe.

7. *Nicolaus* Gallus 1265. Coeffeteau pag. 989. contra Myſterium iniquitatis, Trithem. de ſcriptor. Eccleſiaſt. Petrus Lucius in Biblioth. Carmelit.

8. *Rodulphus* Germanus 1270.

9. *Petrus* Æmilianus Gallus electus Burdegalæ die Epiphaniæ. Cuius tempore deſtruitur Carmelus, qui durauerat 2221. annos A. C. 1291. & anno ſequenti 1292. Obiit B. Albertus in Sicilia. Baronius Martyrol. 7. Auguſti.

10. *Raymundus* de Inſulis electus 1294. die Pentecoſtes Burdegalæ, iacet Toloſæ, ſcripſit in Sententias.

11. *Girardus* de Bononiâ 1297. electus in Capitulo Bituricenſi. Trithem. Obiit 1317. Auenione 17. Aprilis.

12. *Guido* Perpinianus 1318. Epiſcopus Maioricanus, & Elnenſis, Trithem. & Bellarmin. Bibliotheca. Carmelitan. Poſſeuinus. Obiit Auenionè 12. Auguſt.

13. *Ioannes* de Aſorio 1321. electus Monpeſſuli, Trithem. Iacet Toloſæ. Scripſit in ſentent. & in Eccleſiaſticum. Obiit 1342. 23. Nouembr.

14. *Petrus* de Caſis 1330. inde Vaſionenſis Epiſcopus, & Patriarcha Ieroſolymitanus. Trithem. Petrus Lucius Bibliothecâ, vbi dicitur ſcripſiſſe in Sententias & Sermones.

15. *Petrus* Raymondi de Graſsâ, Gallus, electus Lugduni 1342. Trithem. Obiit 1357. ſepultus Montepeſſuli. Petrus Luc. in Biblioth.

16. *Ioannes* de Baliſtis Majoricanus 1358. Burdegalæ electus in Natali Deiparæ. Obiit 1374. 8. Calend. Octobris.

17. *Bernardinus* Olenſis Hiſpanus 1375. electus Pictauij.

18. *Michael* de Bononia Angrianus 1381.

19. Ioannes Raudenſis, Mediolanenſis 1387.

20. *Ioannes* de Bononiâ 1465.

21. *Ioannes* Groſſi Gallus 1411. Toloſanus, apud Trithemium. Iacet Toloſæ 1424. Bibliotheca.

22. *Bartholomæus* Raccoli electus Nanneti 1430. poſteà Epiſcopus Maſſilienſis in Biblioth. Carmelit.

23. *Ioannes* Faci Auenionenſis 1434. Celebrauit Capitulum Cabiloni 1443. inde Epiſcopus Regii-lepidi in Longobardiâ.

24. *B. Ioannes* Soret Gallus, Normanus 1451. 8. Calend. Aug. mortuus Andegaui, Trithem. Mantuanus, & Bibliothecar.

25. *Christophorus* Martignonus 1472. Aſtę. electus. Obiit Romæ Maij 16. 1481.

26. *Pontius* Rainardi Auenionenſis memoratur 1498. menſe Iunio.

27. *Petrus* Teraza 1503.

28. *Ioannes* Baptiſta Mantuanus, Theologus, Poëta, & Orator inſignis, electus Romæ cùm fuiſſet Vicarius Generalis ſextùm 1513. Videndus Petrus Lucius Belga in Bibliotheca Carmelitan.

29. *Bernardinus* Landricius Senenſis 1517. Obiit Romæ 1527. Mart. 28. ſepultus in S. Maria Tranſpontina.

30. *Nicolaus* Audetus Cyprius 1529. Venetiis electus. intereſt Concilio Tridentino 1546. Obiit 1562. 7. Decembris.

31. *Ioannes* Baptiſta Rubeus, *Roſſi*, Rauennas, cuius tempore 1560. ſancta Mater Thereſa Ieſu cœpit reformare Ordinem. Obiit verò Ioannes Romæ 5. Septembris 1578. A

32. *Ioannes* Baptiſta Caſſardus Senenſis. Edidit ſtatuta in Capitulo Generali Romæ 1580. Sepultus Senis 1592. 3. Aprilis cum anno ſuperiore deceſſiſſet. R. P. Ioannes à Cruce primus è Religioſis à ſancta Thereſa reformatis.

33. *Ioannes* Stephanus Chizzola Cremonenſis 1593.

34. *Henricus* Siluius, Romæ electus 1598. fit Epiſcopus Aſtenſis, & obiit 1612. 14. Septembris, cuius vita paulò poſt ibidem eſt edita. B

35. *Sebaſtianus* Fantonus creatus Romæ Comitiis Generalibus 1613. die Pentecoſtes patriâ Prænestinus, vbi Conuentum ædificauit.

Porrò de origine, & dignitate huius ordinis Azor lib. 12. cap. 23. Poſſeuinus in Apparatu Sacro V. Carmelitæ, Petrus Lucius Belga in Bibliothecâ huius ſui ordinis edita Florentiæ 1593. Aubertus Miræus, Ioannes de Cartagenâ, Thomas à Ieſu Bralienſis. Ex quibus apparet huius Ordinis cenſeri prouincias 27. quarum 7. in regno Franciæ, apud Chopinum in Monaſtico pag. 68. & in iis 7. prouinciis centum circiter Conuentus præter Monaſteria muliebria Carmelinarum, & præter cœnobia virilia diſcalceatorum, huc præterea faciunt Philippi Riboti de Geſtis Carmelitarum libri decem, Ioannis Groſſi Viridarium ſui Ordinis, Carmelitarum, Ioannis Trithemij Tractatus de Laudibus Fratrum Carmelitarum, Baron. anno 1181. Miræus in Originibus Carmelitani Ordinis. Dicuntur verò Carmelitæ à Carmelo monte Iudeæ in Tribu Iſacar, vbi ſedes fuerunt Heliæ, & Elizæo, & Prophetarum filiis; vnde natum apud Paganos commentum de Carmelo Deo. Quâ de re Theodorus Marcilius in Suetonij Veſpaſian. cap. 5. & Lipſius in Tacitum lib. 5. Hiſtoriarum. C D

Generales Minimorum Correctores.

1. SAnctus *Franciſcus* naſcitur 1416. Paulæ in Calabriâ Regni Neapolitani prouinciâ, quæ & pars citerioris Siciliæ, ſeu cis fretum Mamertinum poſitæ, Ordinem inſtituit 1435. cuius confirmationem obtinet à Sixto IV. 1474. Obiit ætatis 91. die Paraſceues 2. Aprilis 1507. in Conuentu Pleſſeyo apud Turones à Carolo VIII. 1489. ædificato. Huius verò ſanctiſſimi viri deſcripſerunt vitam Latinè, & Gallicè inter cæteros, Franciſcus *Victon*, & Hilarion *de Coſte*, ambo in Ordine Minimorum inſigni pietate, & eruditione, ambo de gente honorata parentis, & patroni huiuſce perilluſtris Ordinis, cuius hiſtoriam, & res fidei Chriſtianæ, & Religionis Catholicæ cauſâ præclarè geſtas, copioſè, eleganter, & accuratè exponit Ludouicus Donius *d'Atichi* eiuſdem inſtituti doctrinâ, & virtute haud vulgari commendabilis alumnus. Legendus quoque Franciſcus Belcarius Epiſcopus Metenſis libro quarto Commentariorum, de Rebus Gallicis. Azor libro duodecim Inſtitutionum Moralio. Petrus Griſius ſectione decima quarta, numero ſeptuageſimo octauo de Clericis Regularibus; ex quibus colligitur hoc anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, numerus trigintarum prouinciarum, & trecentorum nonaginta duorum Conuentuum, è quibus centum triginta & vnus, in decem Galliç prouinciis, & in Franciæ ſeptem prouinciis Conuentus centum & duo.

Ex ſorore pronepotes.

2. *Franciſcus* Binet, Gallus, electus Romæ in primo Capitulo Generali milleſimo quinquageſimo octauo Calendis Ianuariis, de quo Ludouicus Donius libro tertio: fuerat antea Magnus Prior Maioris-Monaſterij.

3. *Germanus* Lionet, Gallus, electus Turoni 1511.

4. *Franciſcus* Binet, iterùm electus 1514. A Toloſæ.

5. *Franciſcus* Cerdonius, Gallus, electus Romæ 1517. Intereſt canonizationi ſancti Patris Franciſci 1519. à Leone 10. factæ, & à Iacobo Sadoleto deſcriptæ, cuiuſque feſtum in Calendarium eſt illatum à Sixtó V. 1586.

6. *Franciſcus* Binet tertiò 1520. electus in Conuentu Nigeonis prope Pariſios. Obiit Romæ in Conuentu S. Trinitatis.

7. *Martialis* de Viciniâ, Gallus, electus Romæ 1523.

8. *Ioannes* Sutoris, Gallus, electus Malacæ, Malaga, in Hiſpaniâ 1526. B

9. *Deſiderius* de Mottâ, Gallus, electus Gratianopoli 1529.

10. *Franciſcus* de Bellâ-matre, *Bellemere*, electus Genuæ 1532. Prædicator Apoſtolicus.

11. *Gaſpar* de Foſſo, Italus, electus Paulę 1535.

12. *Bernardus* de Fabro, Gallus, electus Bononiæ, 1538.

13. *Gaſpar* de Foſſio iterùm electus Valentię, poſtea Epiſcopus Salacenſis, & tandem Archiepiſcopus Regij-Iulij in Calabriâ, de quo Ludouicus Donius, *d'Attic y*, l. 2.

14. *Marcellus* Palmerius, Italus Calaber 1544. electus Bononiæ. C

15. *Simon* Guichardus, Gallus electus 1547. Fori Iullij in prouinciâ. Ludouic. Doni. lib. 3. Hilarion *de coſte* pag. 341. hiſtoriæ Catholicæ.

16. *Ioannes* Malras, electus Valentiæ in Hiſpaniâ 1550. anteà in Sanctiore Conſiſtorio Henrici II. R. F. Conſiliarius.

17. *Hugo* de Calce, *de la Chaux*, Gallus, Genuæ electus 1553. ex Procuratore, ſeu Ordinis zeloſo.

18. *Hieronymus* Arnonus, Italus Calaber, electus Fori-Iulij 1556.

19. *Ioannes* de Bello reguardo, Gallus, Ianuæ 1559. electus. D

Beau regard 20. *Ioannes* Iuda, Gallus, electus Valentiæ in Hiſpaniâ 1562. cum eſſet Romæ Ordinis Procurator.

21. *Ioannes* de Flumine-frigido, Italus, Fori-iullij electus 1565.

22. *Marcellus* Palmerius ſecundò electus Romæ 1568.

23. *Gaſpar* Paſſarellus, Italus, Valentiæ 25. Maij 1571. electus.

24. *Valentinus* de Maſſâ, Italus, electus Genuæ Maij 20. 1574.

25. *Ioſephus* Tellierus, *le Tellier*, Gallus, Pariſinus, Auenione electus præſente Georgio Cardinale de Armaniaco Legato Pontificis, & Ordinis protectore 24. Iunij 1578. obiit 4. Nouembris 1613. non ſine ſanctitatis opinione, Ludouicus Donius l. 3.

26. *Alphonſus* de Villâ-maiore, Hiſpanus, Barcinone electus 1581. vltimâ Aprilis.

27. *Stephanus* Carneualius de Franccrâ, Italus, Genuæ electus 1584.

28. *Georgius* Carbonellus Romæ 16. Maij 1587. electus, poſtea Neoceſarienſis Epiſcopus 5. origine Calaber.

29. *Iſidorus* Samblaſius, Italus Calaber, electus Valentiæ Maij 20. 1593.

30. *Petrus* de Menâ, Hiſpanus, Ianuæ electus 1596. ſcripſit Hiſpanicè vitam S. Franciſci.

31. *Hieronymus* Durandus, Gallus: eligitur Auenione 1599.

32. *Petrus* Hubert, Gallus, Barcinone electus 1602,

33. *Stephanus* Augerius, Delphinas, ex ordinis zelatore, ſeu procuratore. Eligitur Genuæ 1605. mortuus in viſitatione Hiſpaniæ.

34. *Matthias* Chico, Hiſpanus.

35. *Lilacus* Arias de Valcarœl, Hiſpanus, eligitur Maſſiliæ 1611. cuius tempore 29 Octobris 1612. obiit in conuentu Pleſſeyo Franciſcus Humbelot Virdunenſis, zelo, ingenio, & memoriâ inſignis.

36. *Franciſcus* de Mayda, Calaber, electus Romæ 13 Maij 1617. præſente Auguſtino Galaminio Cardinale, Ordinis Vice-protectore, inde Lavelenſis in Appulia Epiſcopus 1621.

37. *Aegidius* Camard, Gallus, Campanus, vir in quo nullus ſatis vnquam ſingularem ſcientiam, prudentiam, auctoritatem, & manſuetudinem mirari potuit, nec quid ei defuerit, nec omnia quæ habuerit facile eſt inuenire. Hoc verò tempore floret Pariſiis inter pleroſque Minimos, haud pietate & eruditione minimus Marinus Merſennus Cœnomanenſis, qui qualis, quantuſque ſit, cùm virtutis, tùm doctrinæ ſplendore lucubrationes ipſius, præcipuè in Geneſim apertius, quàm à nobis dici poſſit, declarant. Claret etiam Claudius Rangolius, qui libros Regum doctiſſimis & vtiliſſimis explanationibus illuſtrauit.

38. Simon Bachelier, Gallus, electus Genuæ 30. Martij in die Paſchalis 1625. in locum R. P. Ægidij Camarde mortui Paulæ vltimâ Auguſti 1624. A

Generales Capucinorum.

HÆC Congregatio Capucinorum (de quibus in Bituricenſibus Archiepiſcopis nu. 97.) incœpit 1525. in ordine B Seraphico ſancti Franciſci Mattheo à Baſchia auctore, qui regularis Obſeruantiæ & Seraphici habitus formâ diuino monitu reſtituit, facultate obtenta à Clemente VII. tunc ſedente. id teſtantur litteræ Apoſtolicæ ſub anno 1526 28. Maij eiuſdem Pontificij anno 3. qui deinde 1528 Pontificatus ſui anno 5. dedit conſtitutionem quæ incipit *Religionis zelus*, quâ hanc congregationem approbauit cum habitus præfinitione, gratiarumque & priuilegiorum conceſſione. Huius verò cõgregationis pietas & eruditio omnibus patet, vel ex ſola multitudine conuentuum qui in ſolo Franciæ C regno anno 1625. numerantur 239. in 6. prouinciis, videlicet.

Vide Cerio-lanum eiuſdẽ Ordinis in Breuiario Chronicorũ.

Pariſienſi 54.
Lugdunenſi 37.
Aueniouenſi 28.
Toloſenſi 43.
Lotharingiæ 24.
Turonenſi 53.

At Generales hi & hoc ordine creati ſunt.

1. Matthæus à Baſchia præfatus electus in conuentu Aluacini prope Fabrianum quieſcit Venetiis.

2. Bernardinus ab Aſti in conuentu S. Euphemiæ Romæ prope ſanctam Ma- D riam Maiorem.

3. Bernardinus à Senis electus Florentiæ; qui poſt tres annos in Capitulo Generali Neapoli celebrato fuit confirmatus, & biennio elapſo deceſſit, in cuius locum iuſſu Papæ datus eſt in Commiſſarium generalem *Franciſcus à Ieſi*, in quo officio per annum commoratus eſt.

4. Franciſcus Eſinus, *Ieſi* præfatus Romæ eligitur in nouo conuentu ſancti Nicolai, qui hodie ſancti Bonauenturæ appellatur.

5. Bernardinus ab Aſti iterùm Romæ eligitur, & poſt tres annos Neapoli tertiò confirmatur.

6. Euſebius ab Ancona Romæ electus; qui poſt tres annos in Capitulo Generali Firmi celebrato iterum ad idem officium aſſumitur.

7. Thomas Tifernas Ciuitatis de Caſtello in Vmbria electus Neapoli, & elapſis tribus annis idem onus ſubire cogitur in Capitulo Generali Romæ habito; interfuit Concilio Tridentino.

8. Euangeliſta à Canobio electus in Capitulo Generali Foroliuienſi.

9. Marius à Mercato Saraceno Romæ eligitur, & poſt tres annos ibidem, & ad idem officium aſſumitur.

10. Vincentius à Monte-Vlmo Ancone electus, ſed vno anno elapſo vitâ fũctus; in eius locum Commiſſarius Generalis datus eſt Hieronymus à Monte Florum prouinciæ Romanæ. Hic per biennium congregationem moderatus eſt.

11. Idem Hieronymus eligitur in Generalem in Conuentu Romæ, & poſt tres annos ad idem officium ibidem aſſumitur, hic magno zelo religionem gubernauit, & ſuo officio functus ad vitam contemplatiuam totum ſe recepit, orationi & diuinis rebus ſemper intentus, paupertate, abſtinentiâ, ceteriſque virtutibus excelluit, decedens magnam ſanctitatis opinionem de ſe reliquit.

Ab hoc tempore ad hanc vſque diem Capitula Generalia Romæ ſemper ſunt celebrata, cùm antea etiam alibi habita ſint.

12. Ioannes Maria à Iuſa Siculus.

13. Iacobus à Mercato Saraceno.

14. Hieronymus à Policio Siculus, anno 1587. qui ad ſexennium electus eſt. ſcripſit commentarios in regulam ſancti Franciſci.

15. Syluester à Montelione-Calaber anno 1592. primus Generalium venit in Franciam.

16. Hieronymus à Sorbo Neapolitanus electus eſt die vltimâ Maij 1596.

17. Hieronymus à Caſtro Feretorum Marchianus die 28. Maij 1599.

18. Laurentius à Brunduſio die 24. Maij electus 1602.

Hic totam religionem peditando viſitauit, officio ſuo functus, ſanctitatem ſectans deuotione in B. Virginem præcipue, & in celebrandis Miſſis mirè excelluit, in quibus lacrymas ſæpe effundebat

raptus etiam & ecſtaſes ſæpe paſſus. Vnde A ad quatuor communiter: aliquando etiam ad ſex, ad octo, & etiam ad duodecim horas in altari morabatur cum magna adſtantium admiratione. Doctrina & linguarũ peritia, maximè linguæ ſanctæ fuit inſignis. In rebus agendis mirâ prudẽtiâ & dexteritate vtens, à Germaniæ Principibus ad Regem Hiſpaniæ, & ad ſummum Pontificem Paulum V. deſtinatus, è viuis poſtea deceſſit Vlyſſipone, dum apud regem Philippum III. res grauiſſimas ageret, anno Domini 1619. die 22. Iulij. viuus, & mortuus, clarus miraculis.

19. *Syluester* ab Aſſiſio die 23. Maij 1605. B

20. *Hieronymus* à Caſtroferottorum iterùm eligitur die 23. Maij anni 1608. cuius officium ad quinquennium etiam pro ſucceſſoribus prorogatum eſt. Hic non ſolùm bis in generalem, verùm & ter in Procuratorem Generalem electus eſt

21. *Paulus* à Cæſena die 24. Maij 1613. Hic in ſuggeſtu ſemper inſignis fuit, & ab omnibus alter Chryſoſtom. habitus.

22. *Clemens* à Noto Siculus die 1. Iunij 1618. cui officium iuſſu Pauli Papæ V. ad ſexennium datum eſt. Sed quia annus Iubilæi poſt ſextum annum immediatè celebrandum erat, annuente ſummo Põ- C tifice Gregorio XV. etiam ad illum annum Capituli Generalis celebratio prorogata eſt.

23. *Ioannes* Maria à Noto Siculus. electus Romæ die 17. Maij 1625. in præſentia Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis Ludouiſij protectoris; qui hodie viuit & religionem moderatur.

Patrum S. I. Præpoſiti Generales.

1. S*anctus Ignatius* Loyola, natione Hiſpanus, patriâ Cantaber, diœceſis Pampelonenſis, naſcitur 1491. Vtroque parente nobili. Societatem inſtituit in Monte-Martyrum prope Lutetiam 1534. die Aſſumptionis Ioanne du Bellay Epiſcopo, quo anno Caluinus è Galliâ Geneuam auffugit. Quæ quidem ſocietas confirmatur à Paulo III. 1540. & probatur in Concilio Tridentino ſeſſione 25. cap. 16. Obiit verò talis, ac tantus Pater ætatis 65. Romæ pridie Calend. Auguſti 1556. beatificatur à Paulo V. 1609. & canonizatur Martij 12. à Gregorio XV. 1622. inſtante Ludouico XIII. Rege Franciæ. Videnda eſt eius vita à Ribadeneirâ, Maffeo, & Molino conſcripta, prꝫter hiſtoriam, & catalogum ſcriptorũ eiuſdem ſocietatis Azorium l. 13. cap. 7. Laudatur à Paleoto, Surio Molano, Genebrardo, Sandero, Bozio, & Hilarione *de Coſte*.

2. *Iacobus* Lainez, Hiſpanus Seguntinus in Concilio Tridentino, & in colloquio Piſciaco. Obiit Romæ 1565 13. Ianuarij, ætatis 53. cuius vitam ſcripſit Petrus Ribadeneira eiuſdem ſocietatis.

3. *Franciſcus* Borgia Hiſpan Valentin. natus Gâdiæ 28. Octob. 1510. Filius Ioan. ducis Gâdię 3 & Ioan Arragoniæ, ſororis Ioannis Archiepiſc. Cæſar Auguſtani. Eius elogium ſcripſit Hilarion *de Coſte*. Obiit 1572. Romæ pridie Calend. Octobris, ætatis 62. è quâ illuſtri gente fuerunt Papæ Calixtus 3. & Alexander VI. ac S.R.E. Cardinales ſex. Eius vitam ſcripſit idem Ribadeneira, & Andræas Schottus. Eius verò tempore in Galliâ conduntur Collegia Burdigalenſe, Niuernenſe, & Muſſipontanum, Mediolanenſe.

4. *Euerardus* Mercurianus, Romæ obiit Calend Auguſti 1580.

5. *Claudius* Aqua viua Neapolitanus, filius, frater, ac patruus Ducum Atrienſium; electus 18. Februarij 1581. Obiit pridie Calend. Februari, 1615. cuius nepos Rodolphus Ducis Atriæ filius, duorum Cardinalium Iulij, & Octauij frater ictu multiplici, à Barbaris in agro Salſetano Indiæ Orientalis, cum quatuor ſociis peremptus eſt 1583. ætati 37. quo tẽpore illic Eccleſiam ædificare parabat. Huius etiam Claudij tempore illuſtriſſimi doctiſſimi, & religioſiſſimi Cardinales Franciſcus Toletus, & Robertus Bellarminus ſocietatis alumni obierunt Romæ, ille 1596. 14. Septembris ætat. 74. ad S. Mariam maiorem ſepultus, de quo D Ciaconus, & Petramellarius, hic Cinthię Ceruinæ Marcelli 2. ſororis filius 17 Septembris 1621. ferè octogenarius in Eccleſiâ S. Ieſu domus profeſſæ conditus.

6. *Mutius* Vitelleſcus eligitur 1615. 15. Nouembris. Eiuſdem gentis Ioannes Viteleſcus Cardinalis, & Archiepiſcopus Florentinus.

Hoc autem loco non poſſum, nec debeo omittere quæ leguntur in proceſſu verbali Cameræ Eccleſiaſticæ tempore comitiorum generalium Franciæ, Pariſiis 1614. Ea ſic gallicè ſonant.

Le grand fruict, & les notables ſeruices que les Peres de la Societé, & compagnie des Ie-

ſitres ont faict, & font iournellement à l'Egliſe Catholique, & particulierement à voſtre Royaume, nous obligent de ſupplier tres-humblement voſtre Majeſté, qu'en conſideration des bonnes lettres, & de la pieté, dont ils font profeſſion, il luy plaiſe leur permettre d'enſeigner dans leur college de Clairmont, & faire leurs fonctions ordinaires dans leurs autres maiſons de Paris, cõme ils ont faict cy deuant. Et pour determiner toutes les oppoſitions, & differens de l'Vniuerſité, & autres meuz pour ce regard, & pendans en voſtre Cour de Parlement, les euoquer à vous, & à voſtre Conſeil, & en interdire la cognoiſſance à tous autres Iuges. PLAIRA auſſi à Voſtre Majeſté en les conſeruant és lieux & endroits de voſtre Royaume, où ils ſont de preſent, les accorder encores à ceux qui les demanderont à l'aduenir, & les prendre tous en voſtre protection & ſauuegarde, comme il auoit pleu au feu Roy de faire, afin qu'ils puiſſent touſiours rendre à Voſtre Majeſté l'honneur, l'obeiſſance, & la fidelite de leurs debuoirs, & à tous vos ſubjets les ſeruices de leur profeſſion. Itaque Ioannes Bertelius Abbas Epternacenſis in hiſtoriâ Luxemburgiâ meritò hanc ſocietatem vocat piam, doctam, laborũ patientem, & ſinceram, Chopinus l. 2. Monaſticon tit. 3. n. 8. familiam Religioſam, Sanſovin. *Nella ſua Venetia, Gieſuiti Inſtitutori d'vna ottima regolatione alla vita Chriſtiana, nella quale facendo molto frutto con la predicatione, & con la confeſſione ſono vtili molto nella vigna del Signore.* Legendus Felicianus Epiſcopus Salenſis in Enchiridio c. 10. de priuilegiatis, Theodorus Petræius in Bibliothecâ Cartuſianâ V. Bruno Lœrius, Lælius Zechius in Republ. Eccleſiaſt. c. de Religionũ diſtinctione: Quem ordinem (ait Cratepolius Minorita in Archiepiſcopis Colonienſibus) Luterani, & alij hæretici peſſimè oderunt, quod ipſi eorum dogmata confutent, & inſectentur vehementer. Gabriel quoque Paleotus Cardinalis impulſu diuino inſtitutam ſocietatem ad excitandam, & confirmandam Eccleſiæ diſciplinam aſſerebat. Iure ergo Collegia horum Patrum probis omnibus nuncupari poſſunt ſcientiarum domicilia, virtutum ſacraria, ſeminaria religionis, ac veræ fidei propugnacula.

Auguſtinum (ait Hieron.) omnes hæretici deteſtãtur quod ſignum maioris eſt gloriæ.

CATALOGVS

Prouinciarium, Collegiorum, ac Domorum Patrum S. I. in Galliâ.

PROVINCIA FRANCIÆ.

Pariſiis.
- Domus profeſſa. 1580. S. Ludouico ſacra in vico S. Antonij à Cardinale Borbonio fundata.
- Domus probationis. 1610. in ſuburbio S. Germani. *Paris.*
- Collegium Claromontanum 1554. fundatur à Guillelmo du Prat Epiſcopo Claromontẽſi, ſed apertum tantum 1560.

Collegium
- Flexienſe fundatũ à Rege Henrico IV. 1603. *la Fleſche.*
- Bituricenſe 1571. fundatur à Ioanne Niquetio. *Bourges.*
- Niuernenſe 1570. fundatur à Lud. Gonzagâ Duce. *Neuers.*
- Augenſe 1581. ab Henrico Duce Guyſio. *Eu.*

Rotomagi.
- Collegium 1583. f. à Carolo Borbonio Cardin. Archiep. *Rouen.*
- Domus Probationis.
- Aurelianenſe à Rodulfo Gazilio Doctore Sorb. *Orleans.*

Collegium.
- Alenconium 1623. *Alençon.*
- Redonenſe 1604. *Renes.*
- Molinenſe. *Moulins.*
- Ambianenſe. *Amiens.*
- Cadomenſe. *Caën.*
- Kimpercorenſe in Britanniâ. *Kimpercorantin.*
- Bleſenſe 1623. *Blois.*
- Reſidentia Pontis Arenſis à Cardinali Ioioſæo. *Pontoiſe.*

PROVINCIA AQVITANIÆ.

Burdegalæ
- Collegium 1573. à Franciſco Baulono Conſil. *Bourdeaux.*
- Domus probationis.

Collegium.
- Agennenſe 1584. à Margaretâ Regina Nauarræ. *Agen.*
- Petrogoricenſe. *Perigeur.*
- Tutelenſe. *Tulles.*
- Lemouicenſe. *Limoges.*
- Pictauienſe. *Poictiers.*
- Xantonenſe. *Zaintes.*
- Bearnenſe. *Bearn.*

Reſidentia S. Macarij.

A

PROVINCIA LVGDVNENSIS.

Lugduni { Collegium 1565. SS. Trinitatis. Domus Probationis. } *Lyon.*
Auenione { Collegium 1563. Domus probationis. *Auignon.*

Collegiũ. {
Camberienſe 1565. *Chambery.*
Dolanum 1583. *Dole.*
Biſuntinum. *Bezançon.*
Viennenſe 1609. 29. Octobris. *Vienne.*
Ebredunenſe. *Ambrun.*
Carpenctoratenſe. *Carpentras*
Siſteronenſe. *Siſteron.* B
Roanenſe. *Roane.*
Veſulanum. *Veſoul.*
Aquenſe. *Aix.*

PROVINCIA TOLOSANA.

Toloſæ { Collegium 1566. Domus probationis. *Toloſe.*

Collegium {
Turnonenſe à Cardinale Turnonio 1561. *Tournon.*
Billomenſe 1554. à Guillelmo Pratenſi. *Billom.*
Mauriacenſe 1544. ab eodem Duprat. *Mauriac.* C
Ruthenenſe 1561. *Rodez.*
Auſcitanum. *Auchs.*
Anicienſe. *le Puy.*
Biterrenſe. *Beziers.*
Cadurcenſe. *Caors.*
Albenacenſe. *Aubenas.*
Carcaſſonenſe. *Carcaſſonne.*

PROVINCIA CAMPANIÆ.

Collegium {
Muſſipontanum 1583. à Duce Carolo Lothar. *Pontamouſſõ.*
Remenſe à D. Brulard Abbate de la Vauray. *Reims.*
Virdunenſe 1564. à Nicolao Pſalmæo Epiſc. 84. *Verdun.* D
Diuionenſe 1581. ab Odineto Godranio Præſide. *Dijon.*

Nancæi { Collegium. Domus probationis. } *Nancy.*
Carolopolitanum à Duce Niuernenſi. *Charleuille.*
Auguſtodunenſe. *Autun.*
Cathalaunenſe. *Chalon.*
Barrenſe. *Barleduc.*
Autiſſiodorenſe 1622. *Auxerre.*
Caluomontanum. *Chaumont.*
Metenſe. *Mets.*
Reſidentia Lingonenſis. *Langers.*
Senonenſe Collegium 1623. auctore Abbate S. Columbæ. *Sens.*

PROVIN. FLANDROBELGICA.

Antuerpiæ { Domus profeſſa. *Antuerpẽ.* Coleg. Antuerp. *Anuers.*

Collegium {
Brugenſe 1573. fundatur à Remigio 2. vrbis Epiſ. *Bruges.*
Bruxellenſe. *Bruſſel.*
Cortracenſe. *Cortric.*
Gandenſe. *Gendt.*
Iprenſe. *Ipren.*

Louanij { Collegium 1541. Collegium Anglorum. } *Louẽ.*
Domus probationis Lirana. *Lire.*
Machliniæ { Collegium. Domus probationis. } *Malines.*

Collegium {
Ruremundanum. *Ruremonde.*
Siluiducenſe. *Bosleduc.*
Traiectenſe 1570. *Maeſtricht.*
Vvinoci-bergenſe. *Vvinoxbberghen.*
Reſidentia Caſletana. *Caſſel.*
Reſidẽtia Hollandica. *Holland.*

PROVINC. GALLOBELGICA

Duaci. { Collegium. *Douay.* Seminarium Scotorum.
Audomari. { Collegium. Collegium Anglicanũ. } *S. Omer.*
Tornaci. { Collegium 1555. Domus probationis. } *Tournay.*
Leodij. { Collegium 1581. fundatum à Leuino Torrentio Epiſcopo 2. Antverpienſi. Domus probationis. } *Liege.*

Collegium {
Inſulenſe. *l'Iſle.*
Montenſe. *Mons.*
Valencienſe. *Valenciennes.*
Attrebatenſe. *Arras.*
Cameracenſe. *Cambray.*
Luxemburgenſe. *Luxembourg.*
Namurcenſe. *Namur.*
Dionantenſe. *Dinant.*
Heſdinienſe. *Heſdin.*
Arienſe. *Aire.*
Reſidentia Vvatenſis, *Vvatenes.*
Reſidentia Huenſis. *Huy.*

PROVINCIA GERMANIÆ SVPERIORIS CIS RENVM.

Collegium {
Lucernenſe 1582. *Lucern.*
Friburgenſe. *Friburg.*
Bruntrutanum. *Bruntrutt.*
Conſtantienſe. *Conſtanz.*
Valleſiana. *Vvalles.*

PROVINCIA RENI GALLICI.

Coloniæ. { Collegium 1555. *Coln.*
Treuiris. { Collegium. Domus probationis. } *Trier.*
Collegium { Moguntinũ 1566. Daniele Archiepiſc. fundatore. *Meintz.* | Spirenſe. *Speir.* | Molshemienſe. *Molsheim.* | Confluentinum. *Coblentz.* | Aquiſgranenſe. *Aachen.* | Vvormatienſe. *Vvormbs.* | Schletſtadianum. *Schletſtat.* | Noveſianum. *Nuys.*
Reſidetia { Bonnenſis. *Bon.* | Aſchaffẽburgenſis. *Aſchaffemburg.*

Sunt & alia Collegia trans Renum.

In Galliâ Italicâ, ſeu Italiâ Gallicâ, aut ſeu Longobardiâ.

PROVINC. MEDIOLANENSIS.

Mediolani. { Domus profeſſa. Collegium Breidanũ. } *Milan.*
Genuæ { Domus profeſſa. Collegium 1553. Domꝰ probationis. } *Genoua.*
Collegium { Taurinenſe, *Turin.* | Comenſe, *Como.* | Vercellenſe, *Vercelli.* | Montis-Regalis. *Mondeui.* | Cremonenſe. *Cremona.* | Baſtienſe. *Baſtia.* | Nicienſe. *Nizza.* | Alexandrinum. *Alexandria.*

Aronæ. { Domus probationis. *Arona.* | Reſidentia Papienſis. *Paria.*

PROVINCIA VENETA.

Venetia. { Domus profeſſa Veneta. } *Venetia.*
Collegium. { Patauinum. Vide Schardeoniũ antiquit. Patauin. l. 2. pag. 95. {*Padoua.* | Brixienſe. *Breſcia.* | Foroliuienſe. *Forli.* | Veronenſe. *Verona.* | Mutinenſe. *Modena.*
Parmæ. { Collegium. Collegium Nobilium. } *Parma.*
Collegium { Bononienſe 1546. *Bologna.* | Ferrarienſe. *Ferrara.* | Placentinum. *Piacenza.* | Mantuanum. *Mantoua.* | Mirandulanum. *Mirandola.* | Regienſe. *Reggio.* | Fauentinum. *Faenza.* | Caſtilionenſe. *Caſtiglione.*
{ Reſidentia Cretenſis. *Candia.* | Reſidentia Vicentina. *Vicenza.* | Domus probationis Bruxetana. *Buſſeto.* | Domus probationis Nouellariæ. *Nouellara.* | Domus probationis, Imolæ. *Imola.*

AQVILEIENSES PATRIARCHÆ.

AQVILEIA 34. 30. 45. o Ptolomæo lib. 3. cap. 1. & tabulâ 5. & Clauio 34 o. 45. 12. alijs 34. 50. 45. 30. altitud. ſolis 40. 30. vbi dies maxima horarum 15. 30. in decimâ Italiæ Regione, Melæ lib. 2. cap. 4. Tacito lib. 3. hiſt. Straboni lib. 5. Antonin. Itinerar. Euſtatio, Stephano, Liuio lib. 39. Velleio lib. 1. Ioſepho, Sueton. Auguſt. cap. 20. Tiber. cap. 7. Veſpaſ. cap. 6. Cicero. in Vatinium, Iullian. Cæſar Auſonio nona inter claras vrbes 12. M. P à Mari, à Venetiis circa octoginta M. P. Mediolano circa 251. M. P. in Itinerario Pithæi, Plin. lib. 3. cap. 18. olim Iſtriç, Venetiæ, & Dalmatiæ Metropolis, in qua Concilium habitum 381. de cuius Vrbis Antiquitatibus ſcripſit Sabellicus, & Iacobus Candidus, Coloniam in Agro Gallicano vocat Liuius lib. 40. Meminit Aquileiæ Scæuola l. penult 61. §. vlt. *Locati*. Notitia Imperij. Herodianus li. 8. vbi Emporium Italiæ dicitur. At de Patriarchâ (nunc ſedem habente Vtini) Bertherius Diatribes 2. cap. 4. Azor lib. 2. cap. 36. p. 2. Inſtit. Moral. Sigonius l. 1. de Regno Italiç. Auguſtinus Barboſſa tit. 8. cap. 8. Paſtoralis ſolicitudinis. Subſunt ei 17. Epiſcopatus ſupra enumerati. Abbatiæ verò reperiuntur in hac diœceſi,

Aquileia nunc Venetia. Zonaras l. 2. Annal. & Venetiæ caput Paulo Diac. l. 1. cap. 14. Procopius l. 2. Vandal.

Vtinum 17 M. P. ab Aquileia, 35. 30. 46. 10.

S. Mariæ de Sexto.
S. Galli Ordinis Benedictini.
S. Georgij O. B.
S. Petri de Roſacio O. B.
S. Martini O. B.
De Batrâ Ordinis S. Baſilii.
Fontis S. Mariæ O. Ciſtercienſis.

Huic autem Eccleſiæ reperiuntur præfuiſſe Patriarchæ ſequentes ex Onuphrio in Chronico Eccleſiaſtico, Sigonio de regno Italiæ, Sabellico, Candido, & Leandro, apud quos inueniuntur hi Patriarchæ dicti aliquando Foro-Iulienſes à Foro-Iulio Colonia in Carnis, nunc *Ciudad d'Auſtria*, vel *di Friuli* ad Natiſonem fluuium 35. o. 46. 10. Ptolemæo l. 3. cap. 1. Plin. lib. 3. cap. 19.

1. *S. Marcus* Euangeliſta à B. Petro miſſus, Euangelium ſuum è Latino Græcum fecit, quod Venetiis aſſeruatur, Catal. ſanct. l. 4. c 86. Baron A C. 45.

2. *S. Hermagoras* ex 72. Diſcipulis Chriſti anno ſalutis reparatæ 58. Martyrol. 12. Iulij primum Aquileiæ Epiſcopum facit. Videndus ibi Galeſinus, Baronius, & Onuphrius in Chronico Eccleſiaſt. Dedit Cyrum Ticinenſibus Epiſcopum, Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ 12. Iulij.

3. *Clarus*, aliis Helarus vtroque, vt puto, nomine corrupto, pro Hilario, in Martyrol. 16. Martij

4. *Chryſocomus*. Non videtur Epiſcopus Ferrario in Catalogo ſanctorum Italiæ 24. Nouembris, niſi ſit idem cum Chryſocomo infra recenſendo.

5. *S. Theodorus* Concilio Arelatenſi 314.

6. *Quirinus*.

7. *Chryſocomus*. Fortè idem cum Chryſogono huc referendo, de quo S. Hieronym. l. 1. extr. in Rufinum. Audio, inquit, obiici mihi à Chryſogono ſectatore eius, cur in baptiſmo dixerim vniuerſa peccata dimitti, & mortuo bimarito nouum virum in Chriſto reſurgere, atque eiuſmodi Sacerdotes in Eccleſiis eſſe nonnullos. Qua de re idem epiſt. 83. ad Oceanum. At Eccleſia ſequitur alteram ſententiam, Ambroſij, Auguſtini, & Innocentij, apud Gratianum diſt 26. & 28. q. 3. per totam. Ad eundem etiam Chryſogonum adhuc monachum extat eiuſ-

Hieronymi epiſtola 44.

8. *Agapitus.*

9. *Benedictus* in Concilio Romano 337.

10. *Fortunatus*, vel Fortunatius, vel Fortunatianus, idque rectius. In Concilio Sardicenſi 347 poſteà hæreticus ſubſcribit damnationi Athanaſij Arelate 353. Baronio.

11. *S. Valerianus.* Præeſt Concilio Aquileienſi 381. Baron. Martyrol. 27. Nouembris, & Ferrar. in catalogo Sanct. Italiæ.

12. *S. Chromatius* ſedit ann. 38. Martyrol. 2. Decembris, & Ferrarius in Catalogo, vbi Baronius diſſerit cur Aquileia diceretur Romana, vel Romatina Ciuitas, hocque tempore in S. Hieronymi Chronico Aquileienſes Clerici, quaſi quidam Chorus Beatorum habentur, nunc etiam Aquileiæ data lex Theodoſij, & Valentiniani de Epiſcopis, & Clericis 47. C. Th. quâ ſancitur fas non eſſe, vt diuini muneris Miniſtri Temporalium ſubdantur arbitrio poteſtatum, Ad eum extat Epiſtola 155. Chryſoſtomi, & alia S. Ambroſij, apud Baron. A.C. 405. Eique dicat hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebij latinè à ſe factam Rufinus ipſe Aquileienſis, de quo Rufino, & Chromatio, Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Quem Chromatium idem Hieronymus vocat ſanctum Papam. ep. 43. & 66. ac Beatum Apolog. 2. in Rufinum, & opinatiſſimum, ac probatiſſimum in Eccleſia Dei Epiſcopum Apolog. 1. ad Chromatium quoque, & Heliodorum Epiſcopos extant Hieronymi Præfationes in Tobiam, & Salomonem.

13. *Nicetas*, vel Niceas, Baron. Martyrol. 22. Iunij. Sedit ann. 25. Ei ſcribit S. Leo epiſt. 79. & 86. apud Baron. A. C. 452. & Binium tomo 1. Concil. Vide Trithemium poſt Gennadium cap. 22. & Honorium, & Hieronym. Epiſt. 42. At eodem anno 452. euerſa eſt funditus Aquileia ab Hunnorum Rege Attilâ. Qua de re Baron. Procop. lib. 1. Vandalic. Freculfus. Chronic. lib. 5. cap. 14. Caſſiodor. Chronic. & Luitprand. libro 3. cap. 2.

14. *Fortunatus* 2. Baronius tamen vnum admittit Fortunatum, vel Fortunatianum Benedicti ſucceſſorem.

15. *Auguſtinus* ſedit ann. 14.

16. *Adelphius* ſedit ann. 9.

17. *Maximus* ann. 18.

18. *Ianuarius*, vel Ganianus, vel Iulianus an. 8. Ei ſcribit S. Leo epiſt. Alypio, & Ardabure VV. CC. Coſſ. 447.

19. *Secundus* ann. 3.

20. *Marcellinus*, vel Marcellianus, ann. 28.

21. *Aſclepius* ann. 16.

22. *Stephanus* ann. 12. à Rege Theodorico Ariano afflictus 515. Onuphr.

23. *Macedonius* ann. 25. A. C. 526.

24. *Paulinus* ann. 21. 552. ſedit aliquot annos in Grado Inſulâ metu Barbarorum 570. Legendus Paulus Diacon. lib. 2. cap. 10. Longobard.

25. *Probinus* 573.

26. *Elias*, primò hæreticus, deinde Catholicus, ſedit ann. 12. creatus 574. Sigonius lib. 1. de Regno Italiæ, 578. vbi ait hûc ſedem tranſtuliſſe Gradum decreto Pelagij 581. Vnde aliquando idem Patriarcha, ſeu Epiſcop. Gradenſis, & Aquileienſis nominatur. Vidẽdus Baronius A. C. 570. & 602.

27. *Seuerus*, primò hæreticus, deinde Catholicus. Obiit 605. Videndus Baronius ann. 590. Onuphr. 586. Paulus Diaconus lib. 3. cap. 16.

28. *Ioannes*, ſedit ann. 22. Aquileiæ contra Candianum Gradi ſedentem. A quo tempore duo fuere Venetæ oræ Patriarchatus, Aquileienſis, & Gradenſis. Videndus Sigonius lib. 2. Regni Ital. 605. Onuphr. 611.

29. *Martianus*, vel Martinus ann. 13. 633.

30. *Maximus* omittitur aliquibus, ſed reperitur in ſynodo ſub Martino Papâ 649. & Onuphrio 946. ann. 1. circiter.

31. *Felix* A. C. 646. Onuphr.

32. *Ioannes* 2. 660.

33. *Petrus* 670. ann. 10. hîc à nonnullis recenſetur Agatho 680.

34. *Seuerus* 2. vel Serenus 729. Baronio, qui, & Foro Iulienſis ann. 13. vel Serenius. At Onuphrio ſedit annum 1. A. C. 683.

35. *Calixtus* ann. 1. Baron. 729. at Onuphrio ſedit ann. 40. A. C. 684.

36. *Sigualdus*, ex regiâ ſtirpe Longobardorum, 772. Sigonio, at Onuphr. ſedit ann. 52. A. C. 724.

37. *Paulinus* 2. 774. Onuphrio. Plures extant ad eum epiſtolæ Alcuini, apud quem habentur libri tres Paulini contra Felicem Vrgelitanum. Obiit 802. Baron. cum habuiſſet Concilium Foro-Iulienſe 791. & Altinenſe tomo 3. Concil. legendus Valafridus Strabo c. 25 de Rebus Eccleſiaſticis.

38. *Vrbanus* 802.

39. *Mauricius*, Reuniuit Patriarchatum depoſito Venerio in Concilio Mantuano,

no, Onuphrius, Maxentius 805.
40. *Andreas 820.*
41. *Venantius 831.*
42. *Vildemarus*, vel Endelmatus, fortè Theodemarus in ſynodo Regiaticinâ circa 850. cum Engilberto Mediolanenſi, & Ioſepho Archicapellano.
43. *Lupus 855.*
44. *Valpertus*. Ei ſcribit Ioannes 8. epiſt. 48. Calend. Maij, indiƈt. 10. eleƈtus 858.
45. *Fredericus*. Obiit 897. Vion, eleƈtus 884. Onuphrio. Sepultus Aquileiæ in Baſilicâ Patriarchali.
46. *Leo*. Moritur pro libertate Eccleſiæ, ann. 13. eleƈtus 897.
47. *Vrſus 909.*
48. *Lupus 2.* 932. Sigonio lib. 6. Onuphrio.
49. *Engilfredus*, vel Endolfredus 941.
50. *Rodoaldus* ann. 33. Obtinuit ab Imperatore Othone ciuitatem Vtinenſem in perpetuum donatam Eccleſiæ. Ad eum extat Epiſtola Leonis Papæ VIII. apud Ioannem Candidum lib. 4. Pontific. 1. quâ ei Primatum confirmat inter Archiepiſcopos Italiæ, eligitur 964. Onuphr. Vide Sabellicum lib. 5. Antiquit. Aquileienſium.
51. *Ioannes 3.* 997.
52. *Popo* Germanus, Cancellarius Henrici Imperatoris ann. 26. eligitur 1016. Onuphr. Ius cudendæ monetæ ei conceſſum 1024. Nominatur 1037. Hermann. Contraƈt. Inſtaurauit muros vrbis apud Candidum lib. 5.
53. *Eberardus*, Germanus, ann. 7. eleƈtus 1042.
54. *Gothoboldus*, Germanus, 1049. ann. 17. ex Præpoſito Metenſi eleƈtus. ei donatus, vel confirmatus Foroiulienſis ducatus, & Hiſtriæ Marchia.
55. *Rauengerius*, vel Rauenginus ann. 9. obiit 1068. Scafnaburgenſis.
56. *Sigefridus* Cancellarius Henrici 3. anno 2. nominatur 1076. obiit 1077. eleƈtus 1068. qui, & Sigeardus, apud Gregorium 7. lib. 1. epiſt. 42. & lib. 5. epiſt. 6.
57. *Henricus* Germanus, ex Archidiacono 1077.
58. *Fridericus 2.* Germanus 1084.
59. *Vordaricus*, vel Voldardicus, pacem conciliauit inter Paſchalem 2. & Henricum 4. ædificauitque ſuperbum templum ad Tunauum Fluuium, eleƈtus 1085.
60. *Richardus* de Prunerio, vel Girardus de Primeriaco optimus bonorum Eccleſiæ diſpenſator, ann. 12.

A *61.* *Peregrinus*, vel Pilgrinus 1125. & 1156. in Diplomate Friderici quo Marchionatus Auſtriæ in Ducatum erigitur, in Annalibus Steronis.
62. *Gotiofridus* 1157.
63. *Vordalicus*, qui & Vlricus 1162. duƈtus captiuus Venetias cum 12. Canonicis à Vitale Michaële Duce, Grado expugnatâ.
64. *Peregrinus*, 2. 1199.
65. *Valtherius*, vel Volſcherus 1203. & 1207.
66. *Bertholdus*, filius Ducis Morauiæ, & frater Reginæ Vngariæ 1219. ex Archiepiſcopo Colocienſi: ſic enim legendum, non Colonienſi, obiit 1252. Colocia vrbs Archiepiſcopalis Vngariæ.
B *67.* *Georgius* de Monte-longo, Ferrarienſis, creatus Italiæ Legatus contra Federicum 2. Imperatorem, apud Blondum, Platinam, Sabellicũ 1252. Onuphr. Obiit 1259. Herman. Contraƈt.
68. *Philippus*, antea Salzburgenſis 1260. frater Vlrici Ducis Carinthiæ, in Annalibus Steronis apud Caniſium. Itaque malè Onuphr. eum vocat Ducem Carnotenſem.
69. *Raymundus* Turrianus, Mediolanenſis, ex Epiſcopo Comenſi.
70. *Conradus* Poloniæ Dux deſignatus, non eſt adeptus poſſeſſionem.
C *71.* *Petrus* 2. ann. 10.
72. *Ottobonus* Patauinus 1301. Candidus lib. 6. Portemerius lib. 9. cap. 8. De felicitate vrbis Patauinæ.
73. *Caſſonus* Turrianus, Mediolanenſis, ann. 6. ex Archiepiſcopo Mediolanenſi.
74. *Paganus* Turrianus, Mediolanenſis, ex Epiſcopo Patauino 1317. Candidus lib. 7. & Sabellicus lib. 5.
75. *Bertrandus* de S. Geneſio, Gallus, Diœceſis Cadurcenſis, ex Auditore Rotæ ann. 27. Vide Bzouium A. C. 1350. n. 25. Sapiens pauperum pater, & inſtaurator Eccleſiarum.
D *76.* *Nicolaus* de Luxemburgo, Ioannis Regis Boëmiæ filius, Caroli IV. Imperatoris frater. ann. 7. m. 9.
77. *Ludouicus* Turrianus, Mediolanenſis, ann. 6. m. 2.
78. *Merguadus* Germanus 1366. vel Marguadus.
79. *Philippus* de Alenconio, Gallus Cardinalis, ex Epiſcopo 67. Bellouacenſi, & Archiepiſcopo 68. Rotomagenſi eleƈtus ad hunc Patriarchatum 1378.
80. *Ioannes 4.* filius Ducis Morauiæ, in ſchiſmate contra Philippum, ſedit ann. 7. Quo etiam tempore Pileus de Pratâ nominatur Cardinalis Epiſcopus Tuſcu-

lanus, ex Aquileienſi Patriarchâ, apud A Ciaconum 1391.

81. *Antonius* Caietanus, Romanus, Cardinalis, ann. 17. 1395.

82. *Antonius* 2. Pancerinus, (de Porto Gruaro) Carnus, Cardinalis 1411. Onuphr. in Eugenio 4.

83. *Antonius* 3. de Ponte Venetus, in ſchiſmate contra Antonium 2. 1412. an. 6. Eiuſdem gentis Nicolaus de Ponte Dux Venetus 86. cuius ſymbolum, Pons lateritius, his verbis inſcriptis, *Alijs inſerviendo conſumor.*

84. *Ludouicus* Tech, Sabellic. li. 9. Enneadis 9. Onuphr. ann. 17. vltimus Ducum Teccenſium, Guilimanno l. 5. Hapſburgicorum. Obiit peſte in Concilio Baſilienſi 1434. 14. Calend. Septembris.

85. *Ioannes* Vitellius 1435. ann. 5.

86. *Ludouicus* Cardinalis S. Laurentij in Damaſo, vbi iacet, ex Medico, qui primus canes, & equos aluit, lautioriſque ſuppellectilis amantior. Volaterran. lib. 22. Genebrard. Chron. Scardeon. Antiquitat. Patauin. claſſe 6. ſedit ann. 25. Onuphr cui cognominatur de Media Rota, Patauinus, Iacobus Cardinalis Papienſis lib. 2. Commentar. eum vocat Miniſtrum impigrum, atque in multis Eugenio Papæ vtilem, foris, quàm domi clariorem, & ad ſęcularia vigilantiorem, vnumque ex Pauli II. Papæ electoribus 1464. 30. Auguſti. Ad eum extant epiſtolæ Fräciſci Philelphi II. l. 18. 1462. & l. 19. epiſt. 28. ac lib. 23. epiſt. 3. Bzouius 1440. num. 45. Angelus Portemarus de Felicitate Vrbis Patauinæ lib. 9. cap. 7.

Meza rota [illegible]

87. *Marcus* 2. Balbus, vel Barbus, Venetus, ſedit ann. 26. De eo Petrus Bembus Cardinalis lib. 1. hiſt. Venetæ. Eiuſdem gentis Ludouicus Epiſcopus Taruiſinus ſepultus Patauij in Ædæ Diuæ Iuſtinæ 1443. vterque Cardinalis, hic Eugenij 4. ille Pauli 2. Patruelis ſui, cui Epitaphium poſuit 1477. apud Onuphrium & Ciaconium. Vide infra Venetos n. 44. Marco verò ſcribit Iacobus Cardinalis Papienſis epiſt. 441. A. C. 1472.

88. *Hermolaus* Barbarus, Venetus, nepos Hermolai Veronenſis Epiſcopi, cui [illegible] ſcribit Philelphus epiſt. 24. 31. 35. l. 18 non adiit poſſeſſionem, ſepultus Romæ ad S. Mariam de Populo iuxta Portam Flaminiam, vbi legitur Epitaphium 1493. ætatis 39: Maij 21.

Barbariem Hermoleos Latio qui depulit omnē
Barbarus hîc ſitus eſt, vtraque lingua [illegible]emit.
Vrbs Venetum vitam, mortem dedit incijta
Roma,
Non potuit naſci, nobiliuſve mori.

Vbi in mentem venit ſententia Ammiani l. 14. beatè perfectâ ratione victuro ante alia conuenire patriam eſſe glorioſam. intereſt enim multùm,

---- An quis ſit Thebis nutritus, an Argis.

Quamquam ex Ariſtotele nemo gloriari debet, quòd magnæ vrbis ciuis ſit, ſed quod illuſtri patriâ dignus ſit. Vide Trithemium de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Elogia Pauli Iouij, ac Bembi hiſtoriam Venetam lib. 1. Is fuit filius Zachariæ Equitis, & Procuratoris S. Marci. Hermolao quoque gratulatur de obtēto Patriarchatu Angelus Politianus l. 1. ep. 13. & ipſe Hermola' Patriarcha ſcribit An- B tonio Calvo 1491. Eiuſdem verò gentis Daniel 93. & Franciſcus 95. infrà. Sed & extat Romæ de Laurentio Sculptore huiuſmodi ſepulcralis inſcriptio.

Roma mihi tumulum tribuit, Florentia vitam,
Nemo alio vellet naſci, & obire loco.

89. *Nicolaus* Donatus, Venetus, ann. 14.

90. *Dominicus* Grimanus, Venetus, Cardinalis Epiſcopus Portuenſis natus 1462. 28. Februarij. Electus 1505. ſedit an. 16. reliquit Bibliothecam 8. mi lium voluminum. Iovius. Obiit Auguſti 27. 1523. ſepultus Romæ in Æde S.S. Ioannis, & Pauli cū epitaphio, quod refertur in Nomenclaturâ Cardinalium pag. 107. Traduxit C 5. homelias in linguam Italicam S. Chryſoſtomi de Incomprehenſibili naturâ Dei.

91. *Marinus* Grimanus, Venetus 1523. litteratorum Mœcenas, creatus Cardinalis 1527. poſteà Patriarcha Conſtantinopolitanus. Legatus pacis conciliandæ gratia inter Franciſcum I. & Carolū V. Vir doctiſſimus & eloquentiſſimus, ſcripſit in epiſtolam ad Romanos.

92. *Hieronymus* Grimanus, Venetus, Cardinalis 1546.

93. *Daniel* Barbarus electus in Concilio Tridentino 1556. ſcripſit in Vitru- D vium Latinè & Italicè, & alia.

94. *Ioannes* Grimanus, de quo Pighius in Hercule Prodito, vbi de eius Muſeo, quod & nos aliquando inuiſimus ipſo Patriarchâ omnia benigniſſimè indicante. Eiuſdem gentis Antonius 75. & Marinus 92. Duces, item Dominicus 90. Marinus 91. Hieronymus 92. Patriarchæ ſupra.

95. *Franciſcus* Barbarus. Concilium Prouinciale habuit 1595. tomo 4. Conciliorum Binij. Spondanus in Appendice.

Bononienſes Epiſcopi, & Archiepiſcopi in Italiâ.

Bologna.

Flor. 1000.

BONONIA in regione octauâ Italiæ, loco plano ad radices Apennini, & Renum fluuium, in ditione Pontificis, olim ſub Metropoli Rauennate, ſed poſtea in Archiepiſcopalem erecta à Gregorio 13. 1583. cui ſubſunt Epiſcopatus 6. ſupra enumerati in Gradu longitud. 33. 30. latitud. 43. 30. Ptol. lib. 3. cap. 1. vel 32. 20. 44. 6. Clauio, vel 33. 5. & 43. 54. Magino, vbi dies maxima horarum 15. 30. de cuius vrbis Academia Iacobus Midendorpius l. 4. vt de ipsâ vrbe Liui. l. 37. Velleius l. 1. Plin. l. 3. c. 15. Mela lib. 2. cap. 4. Strabo lib. 5. Cic. lib. 2. epiſt. 1. famil. Tacit. l. 12. Procop. l. 13. Antonin. Itinerar. Sueton. Aug. cap. 96. & Neron c. 7. Silius li. 8. Volaterran. lib. 4. Leander Albertus, Carolus Sigonius, Stephanus Pighius in Hercule Proditio, Franciſcus Schottus Itinerar. Italiæ, & Ioannes Botherus, quam ſic deſcribit Adrianus Cardinalis in Itinerario Iulij Papæ 2.

Patria Bononiæ Regni, ſatamb. 8.

B

Vrbs antiqua, ingens, Etruſcis Regia quondam
Felſina: tū Boijs fato irrumpentibus impar
Accepiſſe nouum fertur Bononia nomen.
Verum vbi ſunt Boij Romano milite pulſi,
Barbariem excuſsit, cæpitque Bononia dici
Subditur ad Boream radicibus Apennini.
Planicie accliui procumbens ſolis ad ortus,
Inter aquas Sapinæ, & Reni, quarum vtraque in vrbe
Ducta vehit, reuehitque rates, piſtrinaque verſat
Æmiliæ decus, & belli, paciſque patrona,
Diues opum variarum, & nullius indiga cultus,
Muſarum domus, atque omnis Nutricula Iuris.

Seruius in 10. Aen.

C

Bononia ſtudiorū parēs.

D

Sic dicitur legum nutrix, Gloſſ. l. vltim. C. de Teſtament. & à Cardinale, Clement. 1. de Magiſtris, & in Sigillo Academiæ. At in huius Diœceſi inueniuntur hæ Abbatiæ.

Flor. 131. *S. Pauli* in vrbe O. B.

Flor. 520. *S. Cæciliæ* de Coronariâ Ordinis Vallis-vmbroſæ.

Flor. 400. *S. Mariæ* de Stratâ O. C.

Flor. 25. *S. Proculi* O. B. vnitur Congregationi Caſſinenſi, cuius Abbati ſcribit Innocentius 3. cap. 1. vt lite non conteſtatâ, & cap. 1. de Maioritate, & Obientiâ.

A

S. Naboris & Felicis O. B. vbi decretum compilauit Gratianus circa 1145. & memoratur cap. 57. de Appellationibus. Flor. 100.

S. Mariæ de Monte-Amato, vel Armato O. Vallis-vmbroſæ. Flor. 100.

S. Michaelis de Gauſanno, vel Gauſaniaco. Flor. 70.

S. S. Fabiani, & Sebaſtiani.

S. S. Stephani, & Bartholomæi O. B. Flor. 135.

S. Luciæ de Roſerio O. B. Et nobilis Prioratus Renanus, vnde multos Papas, Cardinales, & Epiſcopos prodiiſſe notat Miræus in Originibus Auguſtinianis cap. 15. ſed & in ipsâ vrbe extant tres Eccleſiæ Canonicorum, S. Petri Cathedralis, S. Petronij, & S. Mariæ Maioris. Præſules autem huius ciuitatis hi à nobis reperti. Flor. 33.

S. Zama. Martyrol. 24. Ianuar. circa 270.

S. Fauſtinianus 26. Februarij 312.

S. Baſilius 6. Martij 339. Ferrar. in Catalogo. Vbi arguitur Sigonius.

S. Euſebius 16. Septembris. In Concilio Aquileienſi cum S. Ambroſio 381.

S. Felix, Mediolanenſis, 4. Decembris 401. & memoratur à Paulino in vitâ S. Ambroſij.

S. Petronius, Vrbis Patronus, 4. Octobris, Baron. Martyrol. Trithem. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, poſt Honorium cap. 41. & Gennadium, cuius Templum ornatiſſimum, in quo Carolus V. Imperator coronatus à Clemente VII. 6. Calend. Mart. 1530. Vide Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ 5. Octobris.

S. Paternianus 12. Iulij 453. apud S. Antoninum tit. 11. §. 5.

S. Tertullianus 27. Aprilis.

S. Iucundus 4. Nouembris 485.

Laurentius 500.

S. Theodorus 530. 5. Martij.

Luminoſus 641.

Victor 680. in Synodo Romanâ.

Petrus 770.

Ioannes 860.

N. .... *891.*

Ioannes Rauennas 909.

N. .... *936.*

Albertus 961.

Frigerius 1015.

Adelfredus 1034.

Lambertus 1060.

Sigifridus 1074.

Bernardus 1083.

Victor 1114. Ei ſcribit Paſchalis 2. c. Peruenit 16. qu. 11.

Henricus 1150.

D. Gerardus, vel Guarinus, apud Ferrarium in Catalogo 6. Februarij 1159.

Ioannes 1161.

Girardus Giſella 1190.

Girardus Ardoſius 1194.

Henricus à Frata 1215.

Vbaldini. *Octauianus* Vbaldinus, Florentinus 1240. poſtea Cardinalis S. Mariæ in Viâ latâ, creatus ab Innocentio IV. 1244. Lugduni in Concilio.

Iacobus Boncambius Ordinis Prædicatorum circa A. C. 1250.

Octauianus Vbaldinus iunior 1251. Florentinus. Quo tempore obiit Bononiæ Accurſius Florentinus 1279.

Solata Vbaldinus Florentinus 1297. Quo tempore florebat Guido de Baiſo Archidiaconus Bononienſis, Canoniſta inſignis, de quo Trithemius, & Bellarminus.

Fr. Ioannes Sabellus, Romanus Ordinis Prædicatorum 1300. Ex quâ nobili familiâ duo Summi Pontifices, & 17. Cardinales.

Arnaldus, ſeu Raynaldus Achariſius 1322.

Stephanus Agoneſius, Narbonenſis 1332.

Lambertus de Podio, Cadurcenſis, 1333 ſic Ioannes de Podio Epiſcopus 42. Cadurcenſis.

Acciaiolus Florentinus 1336.

Bertrandus Parauicinus Mediolanenſis 1340.

Ioannes de Naſo, ſeu Naſius, Mediolanenſis 1350.

Aymericus Gotthi, Lemouicenſis 1362.

Bernardus Lemouicenſis 1374.

Coſmatus Melioratus Sulmonenſis 1390. Cardinalis, poſtea Papa Innocentius VII.

Bartholomaus Raymundus, ex Abbate 1399. Obiit 1406. Vion.

Antonius Corrarius, Venetus, nepos Gregorij XII. Papæ, de quâ gente infrà. Obiit 1445. 29. Ianuarij, ſepultus in S. Georgio de Alga Venetiis, cuius fundator fuit, Cardinalis Oſtienſis, & Patriarcha Conſtantinopolitanus. Miræus lib. 1. cap. 3. Originum Monaſticarum.

Ioannes Abbas ſancti Proculi, Vion.

Fr. Nicolaus Albergatus, ex Priore Cartuſianorum, Cardinalis ſanctæ Crucis duos Secretarios habuit, poſteà Papas, Nicolaum V. & Pium II. Eius vita nuper edita fuit, de quo etiam Gobelinus lib. 1. Commentar. Platina in Nicolao V. Petreius in Bibliothecâ Cartuſianâ, Pogius Florentinus, qui de

A eo funebrem habuit orationem, D. Polycarpus *de la Riuiere* in hiſtoriâ Cartuſianâ, quam inexhauſto labore, & mirabili induſtriâ conſcriptam omnes impatienter expectant. Videndus Alphonſus Ciacon. pag. 879. & Bzouius 1431. & ſequentibus annis. Eiuſdem gentis Ioannes Epiſcopus Vigiliarum 1618.

Thomas Sergianenſis, Bartholomæi Medici, & Andreolæ de Calandrino filius eodem anno 1457. Epiſcopus, Cardinalis, & Papa Nicolaus V. de Nicolai Albergati Mœcenatis ſui nomine.

Ioannes de Podio (*d'Alpoggio*) à S. Antonino Archiepiſcopo Florentino conB ſecratus.

Philippus Sergianenſis 1448. ex Archidiacono Lucenſi, Cardinalis & maior Pœnitentialis, frater vterinus Thomæ, Andreola verò octogenaria duos filios in tantis dignitatibus collocatos, materno affectu Romæ ſalutauit, 1451.

Franciſcus Gonzaga, Friderici Marchionis Mantuæ filius 1477. Quo ſedente moritur Bononiæ 1481. Franciſcus Philelphus.

Iulianus à Ruuere 1487. poſtea Iulius 2. Papa.

Ioannes Stephanus Ferrerius, VercelC lenſis 1505. Cardinalis.

Franciſcus Alidoſius Imolenſis 1511. Cardinalis ex Epiſcopo Ticinenſi, de quo Sanſouinus, ex Paulo Iouio.

Achilles Craſſus ciuis Bononienſis 1512. Cardinalis.

Laurentius Campegius, natus 7. Nouembris 1474. Cardinalis 1524. Ei dicat Monarchiam Gallorum Symphorianus Campegius, vbi ait Campegios Bononienſes, & Papienſes originem è Galliâ ducere. Ei ſcribit Iac. Sadoletus lib. 7. epiſt. 15.

Alexander Campegius natus 1504. 2. Aprilis, ordinatus Præſul 1540. Quo D ſedente Leander Albertus Ordinis Prædicatorum floruit auctor deſcriptionis Italiæ Henrico II. Francorum Regi dicatæ, & Catharinæ Mediceæ, qui etiam ſcripſit Chronicum Bononienſe, & de Viris Illuſtribus ſui Ordinis.

Ioannes Campegius 1559. Sic Hieronymus Epiſcopus Parentinus, M. Antonius eius frater Epiſcopus Groſſetanus, Ioannes Baptiſta Majoricæ, Ioannes Epiſcopus Parentinus, Thomas Epiſcopus Feltrenſis, qui ſcripſit de poteſtate Papę.

Raynutius Farneſius, Romanus 1564. Cardinalis, natus erat 1530. xi Auguſti.

Gabriel Paleotus, natus 22. Octobris 1522. primus Archiepiſcopus creatur à Gregorio

Gregorio VIII. Bononienſi 1583. vt iam diximus, de quo etiam Poſſeuinus in Apparatu Sacro, Petramellarius, Ciacon. Nomenclat. Cardinalium, & Hieronymus Rubeus l. 10. hiſtoriæ Rauennatis. Quo ſedente obiit Carolus Sigonius Mutinenſis 1584. qui ipſi Gabrieli dicauerat librum de Epiſcopis Bononienſibus. Ei ſcribit Lipſius epiſt. 44. ad Italos, & ante Lipſium Sadaletus lib. 16. epiſt. 14.

Alphonſus Paleotus, ſuperioris Nepos. Scripſit de ſtigmatibus Chriſti in ſacro ſudario impreſſis.

Alexander Ludouiſius, creatus Cardinalis 1616. 9. Septembris, electus Papa 1621. 9. Februarij, nomine Gregorij 15.

Ludouicus titulo ſanctæ Mariæ Transpotinæ, Cardinalis Ludouiſius, S. R. E. Camerarius Legatus Auenionenſis, ſign. Breu. Præfect. Protector Sabaudiæ. Nepos Alexandri 1621. 15 Februarij, ac Prior S. Martini Pariſienſis.

Vide elogia Virorum noſtro ſæculo clarorum, per R. P. Hilarionem *de Coſte*, ſæpe à nobis citati, & citandi.

Cantuarienſes in Angliâ Archiepiſcopi.

Canterbury en Ang. eter. re. f. x. m.

CANTVARIA, Canterbury Anglis, Cantorbie Gallis, Angliæ Metropolis, & Primatus, Dorobernum Ptolom. lib. 2. cap. 3. Gradu long. 22. 30. latit. 53. 40. Clauio; aliis rectius 22. 30. 51. 30. vbi dies maxima horarum 16. 25. altitudo ſolis 38. 30. vmbra æquinoctialis 75. ad 60. de cuius Primatu Bertherius Diatribe 2. cap. 4. Azor. p. 2. l. 3. c. 36. & c. 1. vt lite pendente. Filſacus de ſacrâ Epiſcoporum auctoritate n. 1. Ioannes Sariſberienſis epiſt. 286. cui ſubſunt Epiſcopi Suffraganei 21. Londinenſis ad Tameſim fluuium *London*, ſedes Regum Britanniæ, quæ vrbs deſcribitur à Georgio Bruno in Theatro Ciuit. lib. 1. fol. 1. Gradu long. 21. 0. latit. 51. 30. Quâ in vrbe ſederunt 15. Archiepiſcopi, quorum ſedes poſtea Cantuariam tralata fuit, & in Eccleſia S. Saluatoris conſtituta.

Gloceſtrenſis *Glocheſter*, Vvintonienſis *Vinthon*, Conuentrenſis *Conuentre*, Lichfeldenſis *Liſfilde*, Sariſburienſis *Sariſbury*, Bathonienſis *Bathe*, Vvellenſis *Vvelles*, Lincolnienſis *Lincolne*, Exonienſis *Exceſter*, Herefordienſis *Herefor-de*, Noruicenſis *Noruuich*, Elienſis in inſulâ eiuſdem nominis *Eley*, Roffenſis *Rocheſter*, Ciceſtrenſis *Chicheſter*, Vigornienſis *Vvorcheſter*, Meneuenſis ad fanum S. Dauidis in Vvalliâ, ſeu Cambriâ *S. Dauidis*, quæ & olim vſque ad S. Sanſonem Archiepiſcopalis Bangorenſis in Vvalliâ *Bangor*, Landauenſis *Landaff*, Aſaphēſis aliàs Aluuenſis *S. Aſſe*. Abbatiæ verò reperiuntur in hac Diœceſi cum 257. Parrochiis.

S. Auguſtini o. A. in ſuburbio Cantuariæ ab Ethelberto Rege condita.

Langedona o. P. Archiepiſcopi autem hoc modo ſequuntur, quos addimus hoc loco propter Rotomagēſes, quia vtriuſque Diœceſis Præſules aliquando ſub iiſdem Principibus vixere, & Conciliis, conſiliiſque interfuere, è quibus Londini præfuere numero vt dictum eſt quindecim.

Theanus.
Eruanus.
Cadar.
Obinus.
Conanus.
Palladius.
Stephanus.
Iltutus.
Theodoinus.
Theodredus.
Hilarius.
Reſtitutus.
Guitelinus.
Faſtidius.
Vodinus.

ſcilicet

1. *S. Auguſtinus.* Obiit 604. Baron. in Annalibus, & in Martyrologio 26. Maij, & Vion lib 2. c. 20. vbi, & de 8. ſequentibus videndus S. Gregor. l. 5. epiſt. 3. l. 7. epiſt. 12. l. 9. epiſt. 48. vbi dicitur ordinatus de licentiâ ipſius Gregorij ab Epiſcopis Germaniarum, id eſt, Burgundionum Germaniæ populorum Galliæ partem poſſidentium, Bedâ lib. 2. c. 1. D. Bernardus l. 3. Conſideration. c. 2. Andræas du Cheſne l. 1. hiſt. Britann. ſeu Anglicæ.

2. *S. Laurentius.* Obiit 619. 2. Februar. Vide Baronium A. C. 604.

Parrochiæ in Angliâ 9285. in 26. Diœceſib. & 52. Comitatibus præter capellas 2374 Monaſteria 645 Hoſpitalia 110. Collegia in Academiis 96. Archiepiſcopatus 2. Epiſcopat. 2[illegible]

3. *S. Melitus.* Obiit 624. Aprilis 24.

4. *S. Iuſtus.* Obiit 640. 10. Nouembris.

5. *S. Honorius.* Obiit 653. 30. Septembr. diſtinxit Parrochias in Angliâ, eique mittit Pallium Honorius Papa, epiſt. 6. ad tom. 2. Concil.

6. *S. Adeodatus*, ſiue Deus-dedit. Obiit 664. 16. Iulij.

7. *S. Theodorus* obiit 690. 19. Septembris. Beda lib. 4. cap. 5. ſepultus cum ſex ſuperioribus in Monaſterio S. Auguſtini, vnde verſus ſequentes in marmore ſunt inſculpti,

Septem ſunt Angli Primates, & Protopatres,
Septem Rectores, ſeptem cæloque Triones;
Septem ciſternæ vitæ, ſeptemque lucernæ,
Et ſeptem palmæ regni, ſeptemque coronæ,
Septem ſunt ſtellæ, quas hæc tenet area cella.

8. *B. Rithoualdus*, ex Anglicâ natione primus. Obiit 738. qui aliis Berechualdus, vel Berthualdus dicitur.

9. *Daduinus*, vel Taduinus obiit 10. Iunij.

10. *Notholinus*, ex Epiſcopo Londinenſi; cuius tempore Beda Venerabilis florebat. Aliàs *Nothelmus* mortuus 740. Ad eum extat 15. Epiſtola S. Bonifacij.

11. *S. Cuthbertus* ex Herefordienſi Epiſcopo Molanus ad Vſuardum 20. Martij, Synchronus S. Bonifacij Moguntinenſis Archiepiſcopi, & Martyris, cuius extat epiſtola de martyrio, doctrinâ & patrocinio eiuſdem Bonifacij. Is verò alius eſt à S. Cuthberto, de quo Beda lib. 4. cap. 26, vt notat Serarius ad epiſt. 70. S. Bonifacij.

12. *Brethuinus*, vel Breguinus.

13. *Lambertus*, Vion lib. 2. cap. 20.

14. *Adelardus* 787. apud Vionem. Quo tempore Alcuinus pietate, & doctrinâ vigebat, qui ei ſcribit epiſt. 28. & 61.

15. *Vilefardus* 830.

16. *Theologildus*, vel Pleogildus.

17. *Celnotius*. Cuius nomine reperiuntur numi inſcripti.

18. *Athelnodus*, vel Atelredus 901. Angliæ Regem ſeniorem conſecrauit.

19. *Pleimundus*, ex Alfredi Regis Magiſtro, Epiſcopos ſeptemdecim vno die ordinauit.

20. *Athelmus*, ex Vellenſi Epiſcopo, & Abbate Glaſtonienſi, obiit 924.

21. *Vlfelmus*, ex Epiſcopo Vellenſi.

22. *S. Odo*. Obiit 956. S. Oſualdi Epiſcop. patruus, & conſecrator Dunſtani in Vigornienſem Epiſcopum.

23. *S. Dunſtanus*, ex Abbate Glaſtemburienſi, & Epiſcopo Vigornienſi, & Londonienſi conſecrauit Edgarum Regem, & Eduardum Edgari filium. Circa A.C. 575. & Ethelredum Eduardi fratrem 978. vt notat And. Quercet. lib. 9. hiſt. Angl. Obiit 19. Maij 988. Ioannes Picardus Notis ad epiſt. 34. lib. 1. S. Anſelmi. Vion l. 2. cap. 20. Baron. Trithem. lib. 2. de Viris Illuſtribus cap. 221. & lib. 4. cap. 100.

24. *Ethelgarius*, Vion lib. 2. cap. 20.

25. *Siricius*, ex Vintonienſi, apud Malmeſburienſem.

26. *Aluricius*, ſiue Aluredus, vel Alfricus. Vion lib. 2. cap. 20. Coronauit Canutum Regem.

27. *S. Elfegus*. Ei Ioannes Faſanus Papa 17. Pallium miſit, cùm anteà fuiſſet Vintonienſis: obiit 1012. 13. Calend. Maij Vion. Sepultus in S. Paulo Londini, vnde poſtea transfertur Cantuariam procurante Canuto Rege.

28. *Leuingus*, cognomento Elſtanus, ex Vellenſi Epiſcopo coronat Canutum Regem 1017.

29. *Athelnotus*, vel Agelnothus. Obiit 30. Octobr. 1040. Trithem. lib. 3. & Vion, cui Egilnotus dicitur tempore Canuti Regis. at Veſtmonaſterienſis obiiſſe ait. 1038. 4. Cal. Octob.

30. *Eſinius*, vel Edſius vel Edſinus. 1041.

31. *Robertus*, ex Monacho Gementicenſi, & Epiſcopo Londinenſi. Gemetici obiit, Româ rediens, Baron. 1070.

32. *Stigontius*, vel Stigandus, depoſitus ab Ermenfredo Alexandri Papæ Legato, Baron. 1070. curante Guillelmo Conquæſtore Rege. Andræas du Cheſne lib. 11. hiſt. Angl. Guill. Neubrig. li. 1. cap. 1.

33. *Lanfrancus*, Papienſis, ex Monacho Beccēſi, & Abbate primo Cadomenſi in Normaniâ, conſecratur 4. Calend. Septemb. 1070. de quo Vion, Trithem. Bellarmin. Poſſeuinus, Vincentius lib. 25. poſt Honorium Auguſtodunenſem, & Sigebertum Gemblacenſem cap. 156. Guillelmum Malmeſburienſem. Ei ſcribit Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 31. 1077. & lib. 6. epiſt. 30. 1078. Coronauit Guillelmum Ruffum in Regem Angliæ 27. Septemb. 1587. Legendus Ioannes Picardus in Notis ad Epiſtolam 1. & 16. lib. 1. S. Anſelmi, Baron. 1070. & Matthæus Veſtmonaſter. Auſbertus in vitâ S. Dunſtani apud Surium 19. Maij, vbi dicitur Lanfrancus vir præſtanti ſapientiâ pollens Andræas du Cheſne, lib. 11. hiſt. Angl. ex Matth. Paris. Obiit 4. Iunij 1088. vel 1089. 4. Cal. Aprilis.

34. *S. Anſelmus*, Burgundus, vel Italus, Auguſtæ Prætoriç ad fauces geminarum Alpium natus, ex Abbate Beccenſi, electus 1093. Obiit 21. Aprilis feriâ 4. Maioris Hebdomadæ, illuceſcente aurorâ 1109. Pontificat. XIII. Matthæus Veſt-

monaſterienſis, Florentius Vingornięſis, Edinerus, Trithem. Bellarmin. Vion, Honorius. Huic verò onus paſtorale deponere volenti dixit Vrbanus Papa 2. delicati militis eſſe ante bellum fugere, nec eſſe Religioſi, & conſtantis animi citra vllam læſionem, minis tantum, & terroribus cedere. Tum ille, Obedientiam Pater non refugio, nec plagas, nec mortem, ſed, quid, inquit, ibi faciam, vbi non ſolùm vacillat, ſed iam omnis oppreſſa eſt iuſtitia? Vbi Suffraganei mei partes boni non modò propter timorem non adiuuant, verùm & propter fauorem impugnant? apud Malmeſburienſem. Porrò Anſelmi, & Lanfranci Epitaphia, ſeu Encomia extant apud Philippum ab Eleemoſynâ Bonæ-ſpei Abbatem. Vide quoque Andræam du Cheſne lib. 11. hiſt. Angl.

35. *Radulphus*, ex Cadomenſi Monacho eligitur 6. Cal. Maij 1114. pro eo ſcribit Iuo epiſt. 252. ad Paſchalem 2. de Pallio mittendo, quod recepit 1114. fuerat & Abbas Sagij in Normaniâ, & Epiſcopus Roffenſis in Angliâ. Hucvſque Malmeſburienſis, qui Radulfum ait obiiſſe 13. Nouembr. 1122. Patriarchatus 9. nullius ſuſpicione delicti notabilem, niſi quòd ad riſus, & iocos inclinatior erat, quàm vel dignitatis, vel gradus intereſſe videretur.

36. *Guillelmus* Corbel coronauit Stephanum Regem, ex Comite Bleſenſi 25. Decembris 1135. in Vveſtmonaſterio obiit 1136. fuerat Abbas 2. Cadomenſis, & conſecratus 1130. 5. Idus Ianuarii.

37. *Theobaldus*, ex Abbate Beccenſi, primus titulo legati in Angliâ nati donatus. Coronauit Henricum II. 1154. 20. Decemb. Obiit 1163. Vion: memoratur Petro Cellenſi lib. 7. epiſt. 21.

38. *S. Thomas* Becket, ex Cancellario 1170. vel 1171. pro diuerſâ ratione computandi Romanâ, vel Gallicâ 29. Decembris feriâ 3. horâ veſpertinâ Martyrio coronatur, Baron. Martyrol. & Annal. Polydor. Virgil. lib. 13. hiſtor. Angl. Vide c. ſicut dignum. de homicidio, Petrum Bleſenſem epiſt. 27. & 46. Rogerium Houedenum, & Thomam Stapletonum libello de tribus Thomis, Apoſtolo, Cantuarienſi, & Moro: & Sariberienſẽ epiſt 227. vbi; Monachi, inquit Cantuarienſes hoc quaſi hæreditarium ſemper habent, vt Archiepiſcopos ſuos oderint, & vt verbo faciant fidem, Anſelmo bis pro iuſtitiâ exulanti nihil vnquam ſolatij contulerunt: Contempſerunt Radulphum, oderunt Guillelmum, Theobaldo tetenderunt inſidias, & ecce nunc Thomam gratis inſatiabiliter perſequuntur, qui ſtare auſus eſt pro Eccleſiæ libertate, qui legem Dei Traditionibus humanis aſſerit præferendam, & epiſt. 286.

39. *Richardus*, cognomento Magnus. Ei ſcribit Petrus Bleſenſis epiſt. 152. & apud eumdem extant Richardi Epiſtolæ ad Alexandrum III. Papam, & Henricũ III. Angliæ Regem, eidemque Richardo epiſt. 21. l. 7. Petri Cellenſis dirigitur, & cap. 25. Quâ fronte de Appellationibus, quod eſt Alexandri III. Lucius quoque III. ei ſcribit cap. 19. de Offic. & poteſt. iudic. deleg. & cap. 3. de Fide Inſtrumentorum. Obiit 1183. 14. Calend. Martij, apud Houedenum. Aliàs 1184. Vveſtmonaſterienſ.

40. *Baldouidus*, ex Monacho Ordinis Ciſtercienſis, Vion li. 1. c. 45. Coronauit Richardum Regẽ 1189. 3 Non. Septẽb. adſtantibus cum Valtero Rotomagenſi Archiepiſcopo omnibus fere Anglię proceribus. Extant eius Epiſtolæ ad Petrum Bleſenſem ad Vrbanum Papam III. & ad Suffraganeos, de quo etiam Guillelmus Neubrigenſis lib. 3. cap. 8. Henriquez in Faſcic. Sanctor. Ciſterc. lib. 2. D 10. cap. 21. Andr. *du Cheſne* lib. 12. hiſt. Angl. Roger. Houeden. Obiit 1191. Accone in Syriâ. Huic porrò nonnulli Reginaldum, ex Epiſcopo Batonienſi ſufficiunt, ſed qui obiit non confirmatus 49. die ab electione.

41. *Hubertus*, ex Epiſcopo Sariſberienſi 1205. Regni Cancellarius. Ei ſcribit Petrus Bleſenſis epiſt. 109. apud quem, & Huberti nomine extant Epiſtolæ ad Remenſem Archiepiſcopum, & ad Decanum, & Capitulum Sariſberienſem: fuit verò cognomento Galteri, de quo Guillelmus Neubrigenſis, lib. 4. cap. 33. Matthæus Paris. 1193. & Rogerius Houeden. Ad eum quoque diriguntur Reſcripta Innocentij 3. cap. 7. de Fide Inſtrumentorum, cap. 30. & 36. de Simoniâ c. 8. & 9. de voto c. 2. de noui oper. nunti. cap. 20. de Electione, & eiuſdem Innocentij Epiſtola 1198. 5. Calend. Octobris Peruſio confirmans priuilegia Eccleſiæ Catuarienſis per Richardum Regem conceſſa, & 1198. vt Eccleſiis Parrochialibus iuſtè Decimæ perſoluantur c. peruenit. de decimis, item die Aſcenſionis coronat Londini Ioannem Regem 1199. Andræas *du Cheſne*, lib. 12. hiſt. Angl.

42 *Stephanus* Langthon, Cancellarius Regis Angliæ Pariſios occupantis, inde Cardinalis, conſecratur Viterbij ab In-

nocentio III. vt eſt apud Andræam *du* A Cheſne in vita ipſius Innocentij, & Rigardum in Auguſto, vbi vir ſanctæ opinionis dicitur. Ei ſcribit Honorius 3. in C. dilectus 29. de Reſcriptis, de quo Ciacon. in Innocentio III. Obiit 1228. Fertur verò Stephanus primus Sacra Biblia in certa Capitula, quę nunc vſurpantur, diſtinxiſſe.

43. *Richardus* obiit 1229. cognomento Vvethershid.

44. *S. Edmundus* conſecratus 1234. Obiit 16. Calend. Decemb. 1242. Bellarmin. de ſcriptor. Eccleſiaſt. Baron. in Martyrol. Faſciculus Sanctorum Ciſtercij l.b. 1. diſt. 31.

45. *Bonifacius* a pulcritudine cognomento Abſalon, Thomæ Comitis Sabaudiæ, & Beatricis de Geneua filius, ex Priore Nantuæ, & Electo Bellicenſi, ac Valentinenſi in Delphinatu Adminiſtratorum, conſecratur Archiepiſcopus Cantuarieñſis 1245. Lugduni ab Innocentio IV. Dicat Eccleſiam Saliſberienſem. Obiit in arce S. Helenæ 1270. die 18. Iunij, ſepultus Altæ-Combæ, vt vult Lingonius in Arbore Gentilitiâ Sabaudiæ.

46. *Robertus* Kyluuarby, cognomento Chilibry, Dominicanus: coronauit in C Veſtmonaſterio Edmũdum Regẽ 1275. Dominica poſt octauas Aſſumptionis, præſentibus Rege Scotiæ, & Duce Britanniæ. Andræas *du Cheſne* lib. 4. hiſt. Angl. Obiit Viterbij 1280. Nomenclat. Cardinal. p. 39. Sampayo in ſtemmate Ordinis Prædicat. Antonin. tit. 23. cap. 11. §. 1. in Eccleſiâ Prædicatorum ibidem ſepultus 3. Idus Septembris.

47. *Ioannes* Pekan, Franciſcanus. Obiit 1293.

48. *Robertus* Vinkelſey. Obiit 1312. Maij 11.

49. *Galtherus* Reginaldus. Conſecratur Dominica prima Quadrageſimæ 1313. ex D Cancellario Regni cõſecrauit Edmundum 3. die natalis Domini 1317. Obiit 1328.

50. *Stephanus* Stelford 1348.

51. *Ioannes* Oſtord ſedit 10. menſes.

52. *Thomas* ſedit ann. 1.

53. *Simon* Iſtorp Collegij Cantabrigenſis conditor, vel Iſlip. Obiit 1366.

54. *Simon* Langhan Cardinalis. Vion' lib. 2. cap. 20. Ciaconus in Vrbano V. poſt Onuphrium, Creatus 1368. 11. Calend. Octobris titulo S. Sixti. Obiit Auenione 11. Cal. Aug. 1376. ſepultus in Veſtmonaſterio, vbi Prior, & Abbas fuerat, poſteà Theſaurarius, & Cancellarius Regis.

55. *Gulielmus* Vvittleſey. Obiit 5. Iulij 1374. cùm fuiſſet creatus 1368. Langano ad Cardinalatũ aſſumpto. A nonnullis recenſetur Ioannes Thoreſbius Cantuarienſis Archiepiſcopus, Eboraci mortuus 1374.

56. *Simon* Sudeberg, vel Sudbury, coronat Richardum Regem in Vveſtmonaſterio 1377. occiſus à plebe ſeditioſa Londini 1381.

57. *Guillelmus* de Courtenay nobilitate, & doctrinâ inſignis 1382. ex Epiſcopo Londonienſi, damnat Vviclefi hæretica dogmata. Obiit 31. Iulij 1396. Courtenay.

58. *Thomas* d'Arondel ex Epiſcopo B Elienſi, & Cancellario Regni. Coronauit Henricum IV. Lancaſtrium in Vveſtmonaſterio, die lunæ 13. Octobris 1399. & Henricum V. 1413. Dominica in Paſſione. Obiit 1415. Febr. 20.

59. *Henricus* Korcheley. Obiit 1445. 12. Aprilis, anno Sedis 29. fundator 2. Collegiorum Oxonij, è quibus vnum S. Bernardo dedicit. S. Bzouius num. 19.

60. *Ioannes* Staford. Obiit 1452. ex Batinienſi, & Vellenſi Epiſcopo, Angliæ Cancellarius. Obiit 6. Iulij. 1452.

61. *Ioannes* Kemp, vel Kempius, ex Eboracenſi, factus Cardinalis ab Eugenio 4. apud Ciaconum, & Pallium accepit per Thomam Kemp Epiſcopum Londinenſem, ex fratre Nepotem. Obiit 22. Martij 1454.

62. *Thomas* Bourgchier, Cardinalis, Titulo S. Cyriaci in Thermis, creatus 1465. 14. Calend. Octobr. Onuphr. obiit 30. Martij 1489.

63. *Ioannes* Motton Cardinalis, & Cancellarius Regni. Obiit 1500. Ciacon. cui Mortonis dicitur.

64. *Henricus* Sariſberienſis, cognomento Deneus, vel Deanus, obiit 15. Februarij 1503.

65. *Guillelmus* Varinus, vel Varonus, ex Cancellario Regni, & Epiſcopo Londinenſi. Obiit 1532. poſt ſedem annorum 28. ſepultus in capella S. Thomæ, acerrimus diuortij oppugnator, vt pote qui Henricum, & Catharinam matrimonio iunxerat, & coronauerat 1509.

66. *Thomas* Cramner. Suſceptor è fonte Elizabethæ poſtea Reginæ 1533. 10. Septembris baptizatæ in Eccleſiâ Franciſcanorum Grenvicenſium ab Epiſcopo Londonenſi, poſtea hæreticus comburitur 1554. Vide Nicolaum Sanderum de ſchiſmate Anglico. Andræam *du Cheſne*, l. 12. & 20. hiſt. Angl.

67. *Reginaldus* Polus, Cardinalis Legatus obiit 1552. 12. Calend. Decemb. Eo ipſo

ipſo die quo Maria Regina, imò & ipſa Religio hinc receſſit. Legend. Ciacon.& Petramellar. pag. 47. ac Nomenclat. Cardinal. ſcriptis Illuſtrium pag.132. Lazarus Bonaminus in Poematibus,& Andræas du Cheſne lib. 21. hiſt. Anglicæ, Hilarion *de Coſte*, in elogiis. Franciſcus Belcarius lib. 25 num.23. Eius verò conſtantia inter cæteras eius virtutes inde claret,quod cùm Henricus VIII. Angliæ Rex quinquaginta aureorum millibus caput Reginaldi proſcripſiſſet, ipſe dixiſſe fertur, ſe quidem iamdudum mortem optare: itaque Henricum Regem nihil aliud facere, quàm ſi quis dormitum ire cupienti veſtes detrahere velit. Filius fuit Richardi, ex Margaretâ filia Georgij Ducis Clarentiæ, Eduardi Anglorum IV. Regis abnepte. Hîc porrò notandum eſt Nicolaum Harpsfeldium Cantuarienſem Archidiaconum obiiſſe Londini in carcere poſt captiuitatem 20. annorum, cuius hiſtoriam Eccleſiaſticam Anglicanam edidit Duaci 1622. Richardus Gibonus Anglus S. I. Cæterùm Poli & Sadoleti extant mutuæ epiſtolæ inter opera ipſius Sadoleti.

Florentini Præſules.

Florence, ville porte d'argent au lis de gueules le fleuron doubien en que Charlemagne luy donna. Flor. 1500.

FLORENTIA, Fiorenza, vel Firẽze, vrbs Etruriæ ad Arnum fluuium, vtramque eius ripam quatuor lapideis pontibus coniungens, media ferè inter Mediolanum, & Romam, à quâ diſtat in Circium 140. M. P. Gradu longit. 32.10. latit. 43.30. altitudine ſolis 45. 41. vbi dies maxima hor. 15. 20. Ratio vmbræ Æquinoctialis meridianæ 57. 16. ad 60. Sedes Magni Etruriæ Ducis è gente Medicæa, ex Epiſcopali (olim prouinciæ Romanæ) Archiepiſcopalis facta 1420. Hos habet Suffraganeos, Fæſulanum, *Fiezole*, Fæſulæ verò memorantur à Saluſtio in Catilinario. Ptolom.lib.3.c.1. Polyb. lib. 2. Appian. lib. 2. Liuio lib. 32. Plin.lib.3 c.5. Silio lib. 8.

Baphius de felicitate [illegible]

Vallis vmbroſa à Diœceſis Fæſulana [illegible] 33.

Adſuit, & ſacris interpres fulminis alis.

Fæſula. Floro lib. 1. cap. 11. Diodor. lib. 20. Liui. lib. 22. & Leonardo Aretino de laude Florentiæ, cuius loci primus Epiſcopus S. Romulus D. Petri diſcipulus, in Martyrologio 6. Iulij. Gradu long. 33. 51. lat. 41. 13. Et hîc inſtituta Congregatio S. Hieronimi à B. Carolo Florentino 1406. ſub Regulâ S. Auguſtini.

Piſtorienſem *Piſtoia*, cuius vrbis hiſtoriam ſcripſit Renatus Serraualinus. Gradu long. 33.22. lat. 43.19. Ptol. lib. 3. cap. 1. Volaterranũ, *Volterra*, Ptolemæo li.3.c.1. Cicero pro domo, Verrinâ 5. & l.3. epiſt. 4. famil. l.1. epiſt.16. ad Atticum, Raphaeli Maffæo, ipſi Volaterrano lib. 5. gradu long. 33. 43. lat. 42. 44. Strabo l. 5. Plin. l.3. cap. 5. Dionyſi. l. 3. Liui. l. 10. Frontinô de Coloniis. Vide Epiſcopos Santonenſes num. 66.

Collenſem Colle.

Burgi S. Sepulcri, *Burgo* S. Sepulcrô.

Sarſanenſem Serzana, per Nicolaum 5. in patriâ ſuâ ditionis Genuenſis erectum. Hæc verò vrbs à pleriſque conſtituitur, vbi olim Luna, ad Macram fluviũ inſignis portu,

quo non ſpatioſior alter Innumeras cœpiſſe rates, & claudere pontum,

Et Perſius Satyrâ 6. ex Ennio

Lunai portum eſt opere, cognoſcere ciues.

Plini. lib.3. cap.5. Ptol. lib.3. cap.1. Mel. l.2. cap. 4. Strabo. lib. 5. Lucan. lib. 4. Liui. lib. 34.

Montis-Politiani Monpulciano, quæ patria eſt Roberti Cardinalis Bellarmini, & Angeli, cui inde Politiani cognomentum.

Cortonenſem, Cortona, per Ioannem 22. Ptol. lib. 3. cap. 1. Gradu longitud. 35. 2. latit. 42. 58. de quâ etiam Polybius l.3. Plin. lib.3. cap.5. Silius lib. 8. Liuius lib. 9. Dionyſius Halicarn. lib. 1. in Diœceſi verò Florentinâ hæ ſunt Abbatiæ.

S. Mariæ de Florentiâ O.B. cap.21. de iudiciis. Flor. 600.

S. Miniatis prope Florentiam, in Martyrologio 25. Octobris O. B. ab Henrico primo Imperatore ædificata. Flor. 100.

S. Saluatoris in vrbe Ordinis Camaldulenſis. Flor. 150.

S. Bartholomæi de Rigolis Ordinis Vallis-vmbroſæ. Flor. 66.

S. Michaelis de Minturnâ O. B. Flor. 66.

S. Trinitatis de Valentiâ Ordinis Vallis-vmbroſæ. Flor. 66.

S. Pancratij de Florentiâ Ordinis Vallis-vmbroſæ. Flor. 50.

S. Bartholomæi de bono ſolatio O. C. Flor. 60.

S. Saluatoris de ſeptimo O. C. Flor. 60.

S. Felicis Ordinis Camaldulenſis. Flor. 34.

S. Petri de Muſcato, vel Muſceto, Ordinis Vallis-vmbroſæ. Flor. 60.

S. Saluij prope Florentiam, Ordinis Vallis-vmbroſæ. Flor. 100.

S. Andreæ de Calderolis Ordinis Camaldulenſis. Flor. 33.

Cæterùm Florentiæ, vel vt alij legunt, Fluentiæ meminerunt Ptolem. lib. 3. c. 1. Tacitus lib. 1. Extremo Annal. Florus li. 3. cap. 21. Frontinus, Plin. lib. 3. cap. 5. Suidas, Antonin. Itiner. Procopius l. 3. Agathias lib. 1. Æneas Siluius lib. 3. de Rebus Friderici 3. & Iouius lib. 1. Natalis Comes lib. 29. & Angelus Bargæus, de quâ plura Burginus, Boninſegnius, Laudinus in Dantem, Angelus Politianus epiſt. ad Bartholomæum Scalam, Flauius Blondus in Italia illuſtrata, & Leãd. Albert. in in ſua Italia, Scipio Admirat. ipſe Florẽtinus, in Arbore Florentinarum Gentiũ, ſeu familiarum, in quâ vrbe, vulgò Bella, Templis auguſtâ, palatiis ornatâ, plateis ſplendidâ, negotiationibus diuite, opibus amplâ, victu moderatâ, veſtitu decorâ reperiuntur hoſpitalia maiora 6. minora 33. Eccleſiæ Parrochiales 44. Cœnobia tàm virorum, quàm mulierũ 76. Iconem verò Florentiæ habet Georgius Brunus tomo 1. Ciuitatum Orbis, præter Cathedralem Eccleſiam D. Mariæ Floridæ dicatam, è marmore conſtructam longam pedes 400. latam in parte crucis, ſiue cruciatæ 304. altã 140. Huic porrò Cathedræ ſequentes reperiuntur præfuiſſe Antiſtites, quos hîc damus, non quòd ſpectent ad Galliam, ſed quia noluimus eos deperire cum nobis miſſi fuiſſent cum pleriſque aliis venerãdæ antiquitatis monimentis à clariſſimo, & eruditiſſimo viro Ioanne Baptiſtâ Donio ciue Florentino. Adde noſtrum in vrbem clariſſimam, & gentem Medicæam Illuſtriſſimam, cultum ſingularem, ac Principibus Florentiæ cum noſtræ Galliæ Regibus neceſſitudinem arctiſſimam ſemper interceſſiſſe.

Doni.

Petrus Matthæus in Ludouico 11.

Felix anno ſalutis 313.

Theodorus in vita S. Zenobij.

S. Zenobius S. Zenobi. Obiit 25. Maij 424. S. Antonin. tit. 10. cap. 12. Memoratur à Paulino in vita S. Ambroſij extr. Sed & Illuſtriſſimi Cardinalis Baronij coniectura eſt ad A. C. 274. Zenobium hunc à Reginâ Zenobiâ originem traxiſſe. Vide Philippum Ferrarium in catalogo ſanctorum Italiæ. 25. Maij, & 26. Ianuarij.

Mauricius. Obiit circa 550.

Reparatus Floruit anno 676.

Specioſus Floruit 722.

Ardingus, vel Rodingus circa 853.

S. Andræas 26. Februarij in Synodo Ticinenſi 876. Philip. Ferrar. Cat. Sanct. Italiæ.

Graſulfus 898.

Rambaldus circa 930.

Sichelmus 966.

S. Podius 990. 28. Maij, vulgò Poggio. Philipp. Ferrar. Catal. Sanctor. Italiæ.

Guadus 1004.

Ildeprandus, vel Ildeprandinus, vel Aldobrandinus nominatur 1013. S. Ioãnis Seruus, & indignus Epiſcopus.

Lambertus 1025.

Attus, vel Actius, vel Azzus 1060.

Gerardus 1070.

Petrus Simoniacæ hæreſeos labe aſperſus, vt eſt in vitâ S. Ioannis Gualberti Vallis-vmbroſæ fundatoris, apud Miræum lib. 2. originum Monaſticarum cap. 5.

Raynerius. Ei ſcribit Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 5. 1073. viduam, quæ conſanguineo ſuo nupſerat, donis ab eo relictis priuandum eſſe, & memoratur l. 4. epiſt. 8. Obiit 1103.

Gothofredus 1103.

A zus 1140.

Ambroſius, ex Generali 10. Vallis-vmbroſæ. Obiit 1158. 26. Martij, ſedis anno 3.

Bernardus floruit 1183. Memoratur ab Alexandro 3. cap. 19. cauſam, de Teſtibus.

Petrus 1190. Hic aut ſequens recenſetur ab Innocentio 3. cap. 5. de Statu Monachorum, & cap. 5. & 8. de Donationibus.

Ioannes Velitrenſis electus 1205. Obiit 1230. Cuius tempore floruit Accurtius Florentinus Gloſſarum in Vniuerſum Ius Ciuile ſcriptor.

Ardingus 1231. hoc præſule 1233. Inſtituitur ordo Seruitarum, cuius Ordinis Chronicum ſeu Hiſtoriam, ſeu Annales edidit Archangelus Gianius 1618. Florentiæ. Videndus Miræus lib. 1. Orig. Monaſt. cap. 16.

Seruitarum Ordo.

Ioannes electus 1251. Obiit 1274.

Iacobus Peruſienſis electus 1286.

Andræas Madius electus 1287. Obiit 1294.

Franciſcus Balneoregius, electus 1295.

Horatius Toſingus, electus 1301. Obiit 1309.

Antonius Rufius electus 1309. Obiit 1321.

Franciſcus Cirgulenſis 1341. cuius tempore Iotus picturæ inſtaurator obiit 1336. ſepultus in æde Sanctæ Mariæ nouæ.

Angelus Acciaiolus Ordinis Prædicatorum.

Franciſcus Andræas Tudertinus floruit 1356.

Philippus Aurelius, obiit 1361.

Petrus

Corſini por-tent bande de gueule, & d'argent de ſix pieces à la faſce d'azur.

Petrus Corſinus, Cardinalis creatus A. 1370. 7. Idus Iunij titulo S. Laurentij in Damaſo. Obiit Epiſcopus Portuenſis 1404. Florentiæ in ſuâ Cathedrali ſepultus 16. Auguſti, Decretorum Doctor. Scripſit vitas aliquot Pontificum Romanorum de abolendo ſchiſmate, vt refert Poccıantius de Scriptoribus Florentinis. Vide Ciaconũ pag. 747. vbi perperam eum jacere ait apud Auguſtinianos Auenionenſes. Eiuſdem gentis Aymericus paulò infra hîc recenſendus, & Octauius in Galliâ Nuntius Apoſtolicus 1622. Sed, & Beatus Andreas Corſini Ordinis Carmelitarum Epiſ. Fœſularum, de quo B Molanus additionibus ad Vſuardum 8. idus Ianuarij, tranſiit 1373. vt refert Petrus Belga in Bibliothecâ Carmelitarum. Surius.

Ghini.

Angelus Ghinus. Ex eâdem gente Andræas Cardinalis Epiſcopus Attrebatenſis 55. & Tornacenſis 59. Quo ſedente obiit Ioannes Bocacius 1375.

Angelus Acciaiolus, inde Cardinalis 1384. apud Ciaconum, vbi Acciaioli dicuntur Fundatores Cartuſię Florentinę; & Vincentius Acciaiolus ſcripſiſſe dicitur Res maiorum ſuorum, & Donatus memoratur apud Trithemium, & Paulũ C Iouium in Elogiis, item Zenobius interpres S. Iuſtini Martyris, & Angelus hîc ſupra, cuius gentis arborem habet Scipio Admiratus.

Acciaioli.

Bartholomæus Viarius, vel Olearius, Patauinus ſepultus Caietæ 1394. Cardinalis, ex Ordine Minoritarũ. Vidend. Angelus Portemarus De felicitate vrbis Patauinæ. lib. 9. cap. 7.

Onuphrius cognomento Oſterutus, Ordinis Auguſtin. patriâ Florentinus, vbi ſepultus in Periſtylio S. Spiritus 1403. de quo Michael Pocciantius in Catalogo ſcriptorum Florentinorum, & Anaſtaſis Auguſtiniana.

Zabarella por. d'azur a 7 eſtoiles d'or en bande 2. 3. 2. à la bande de gueule.

Franciſcus Zabarella, Cardinalis 1411. Moritur in Concilio Conſtantiæ 1417. ſepultus Patauij in Maiore Baſilicâ, vbi in Epitaphio dicitur Archiepiſcopus, ratione ſcilicet habitâ tẽporis, quo poſteà monumentum ei poſitum eſt. De eo plura Onuphr. Ciacon. & Trithem. de Scriptor. Eccleſiaſt. Angelus Portomarius De felicitate vrbis Patauinæ lib. 9. cap. 7. Scardeonius lib. 8. Claſſe 8. fol. 170. Ex quâ gente floruit in Academiâ Patauinâ loco Natali, Iacobus Philoſophus inſignis mortuus 1589. ſed & tempore Franciſci vixit Nellus de ſancto Geminiano Florentinus, Iuris Vtriuſque peritus.

Aymericus Corſinius electus 1420. primus Archiepiſcopus à Martino 5. *Archiepiſcopi.*

Ludouicus Scarampius Patauinus, electus 1430. in Concilio Generali Florentiæ Eugenio III. Pontifice ad vnionem Gręcorum cum Latinis 1439. poſteà Cardinalis, & Aquileienſis Patriarcha, apud Onuphrium, & Ciaconũ in Eugenio 4. *Scarampi.*

Ioannes Vitelleſcus Cornetanus, ex Epiſcopo Recanatenſi Cardinalis, & Patriarcha Alexandrinus, & Picœni Legatus, apud Onuphr. & Ciacon. Ex quâ gente Mutius Præpoſitus Generalis ſextus Societatis Ieſu. Ioannis verò tempore dedicata fuit Florida ab Eugenio 4. 1436. S. Antonin. tit. 22. cap. 10. §. 6. & habitum Concilium Generale Florentiæ 1439. quod extat in tomis Conciliorum græcè & latinè. *Vitelleſchi.* *Concilium generale Florentin.*

Bartholomæus Andreæ Zabarellæ filius Patauinus obiit Sutrij 1445. ſepelitur. Iuxta Fráciſcum Cardinalem patruum. Angelus Portemerius lib. 9. cap. 8. de Felicitate Patauinâ. Scardeon lib. 2. claſſe 8.

S. Antoninus Ordinis Prædicatorum. Obiit 1459. 2. Maij, in Martyrologio, in Cœlitum numeros relatus ab Adriano 6. 1523. Is plura habet de Florentiâ tit. 20. & ſequentibus. At ipſius res geſtas tranſmiſit ad poſteros Vincentius Maynardus Geminianenſis, eiuſdem Ordinis Procurator, iuſſu Clementis VII. apud Surium. Videndus Franciſcus Caſtellio Canonicus S. Laurentij Florentiæ lib. 3. de Viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum.

Rolandus Bonartius.

Ioannes Neronius, electus 1461. *Neroni.*

Petrus Riarius Ordinis Minorum, Cardinalis, ex Epiſcopo Taruiſij, & Senogalliæ in Italiâ, ac Mimatenſi in Galliâ, Patriarcha Conſtantinopolitanus. D Obiit 3. Nonas Ianuarij 1474. ſepultus Romæ in Baſilicâ Apoſtolorum cum Epitaphio, quod legitur in Nomenclaturâ Cardinalium pag. 30. de quo præter Onuphrium, & Ciaconum agit Petrus Rodulphius Toſſiniacenſis lib. 2. hiſt. Seraph. Eiuſdem gentis Riatiæ Cardinales fuere Raphael, & Alexander. *Riari.*

Raynaldus Vrſinus electus 1474. Quo tempore 1497. America, pars orbis quarta detegitur ab Americo Veſpucio ciue Florentino, & Florentiæ obiit Ioãnes Picus Mirandulæ Princeps ætatis 33. ſepultus in S. Marco, vbi hoc habet Epitaphium. *Orſini.* *America detegitur.* *Mirandula.*

Ioannes iacet hîc Mirandula, cetera norunt
& Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes.

Item Marcilius Ficinus 1499. & Hieronymus Sauanarola anno ſuperiore, de quo Lipſius lib. 1. c. 3. Monit. Polit.

Pacci. *Coſmus* Paccius eligitur 1508. Obiit 1513. Sermones Maximi Tyrij è Græcis Latinos fecit. De quâ gente multa Raphael Volaterranus. Quo ſedente obiit Angelus Politianus 1509. Septembris 24. De Coſmo agit etiam Paulus Iouius in Elogiis.

Iulius Medicius 1513. poſteà Papa Clemens VII. nomine 1523. 3. Calendas Decembris.

Rodulphi. *Nicolaus* Rodulphius, eligitur 1523. Cardinalis. Quo ſedente 1529. Alexander Medices conſtituitur Dux Florentiæ B à Carolo V. Imperatore, & Clemente VII. Papâ, quem alij quatuor in Ducatu ſecuti ſunt, videlicet Coſmus, qui & Magnus Etruriæ Dux coronatur à Pio 1570 menſe Februario, Franciſcus, Ferdinandus, & Philippus Coſmus.

Bondelmont. *Andreas* Bondelmontes, electus 1532. ipſo ſedente obiit Franciſcus Guicciardinus 1540.

Nicolaus Rodulphius natus 10. Iulij 1501. Iterum tenuit Archiepiſcopatum ab anno 1543. ad 1548.

Altoviti à ponte de ſable au loup rampant d'argét. *Antonius* Altouitius electus 1548. Quo Præſule inſtituitur Collegium Patrum S. I. 1551. apud Orlandinum lib. 11. & Lu- C douicũ Guicciardinum, obiit 1589. Filius Bindi Altouiti, & Fiammetæ Sanderinæ apud Scipion. Ammiratum. Quo ſedente 1584. 8. Decemb. obiit Petrus Victorius ætatis 87. quẽ nominaſſe ſufficiat, cum quis fuerit nemo ex eius ſcriptis ignoret.

[Medici.] *Alexander* Medicius, poſteà Cardinalis & Legatus in Franciâ, auctor pacis Veruini inter Henricum IV. Franciæ, & Philippum 2. Hiſpaniæ R. R. initæ 1598. ac tandem Pontifex renuntiatus Leo XI. 1605. 1. April. Eo ſedente in Throno Archiepiſcopali Philippus Nerius Florentinus ſanctiſſimè in Chriſto obdormiuit Romæ in Vallicellâ, Congregationis D Presbyterorum Oratorij inſtitutor, ac Sanctorum catalogo 1622. aſcriptus. De quo Hilarion *de Coſte* in Elogiis Virorũ Illuſtrium. Præterea Alexandro dicat Vincentius Borghinus librum Italicum de Eccleſiâ, & Præſulibus Florentiç 1585. Cæterùm ex hac Illuſtriſſimâ gente Medicæâ fuerunt alij tres Papæ præter alios Eccleſiæ Antiſtites, de quâ Franciſcus Sanſouinus in familiis illuſtribus Italiæ, cuius gentis arborem habet Scipio Admiratus. Vide Arnaldum Cardinalem Oſſatum lib. 2. epiſt. 44. Hilarionem *de* A *coſte*. In Elogiis Virorum Illuſt.

Alexander Martius, Medices.

Genuenſes Epiſcopi, & Archiepiſcopi.

GENVA, vulgò Superba ob ædificiorum ſplendorem, & magnificentiam, Liguriç caput, curuo littori maris Mediterranei impoſita G. longit. 30. 10. latit. 43. 20. diem maximam habens horarum 15. 8. in altitudine ſolis 46. 40. cuius icon apud Georgium Brunum ſpectatur Tomo 1. Ciuitatum Orbis, gerens pro inſignibus crucem rubeam in ſcuto argenteo. Eius hiſtoriam ſcripſit Italicè Iuſtinianus Epiſcopus Nebienſis, & Rempublicam Vbertus Folieta. Et memoratur Stephano, Liuio, Plinio lib. 3. c. 5. Ptol. l. 3. c. 1. Calcondilç Antonino, Paulo Diacono lib. 2. cap. 16. Luitprando qui ianuam vocant lib. 4. c. 2. Vnde frater Ioannes de Ianua Ordinis Prædicatorum Auctor Catholici, vbi dicitur Ciuitas potens, nobilis, pulcra, diues, & porta Lombardiæ, triginta duas continens parrochias, nulli Regum ſubdita, in Itinerario Beniamini Tudelenſis, & in Epitaphio Ioannis Vicecomitis Archiepiſcopi Mediolanenſis 103. Gen. Flor. 1000.

Ianua ab antiquo quondam quæ condita Iano
Dicitur, & vaſti narratur Ianua mundi.

Etſi verò fortaſſe non fuerit hæc vrbs in Galliâ Italicâ, hîc tamen recenſetur, quia vt dictum eſt fuit ſub Mediolanenſi Archiepiſcopatu, & ditioni Regum Franciæ ſubiecta, ac Liguria olim coniuncta prouinciæ Galliæ Togatæ. Genuẽſes nomine Francorum comprehenduntur à Græcis apud Curopalatẽ c. 14. De Offic. Eccl. & Aulæ Conſtantinopol. Metropolis facta 1132. ab Innocentio II. habet in Italiâ ſub ſe Diœceſes ſupra recenſitas, præter eas in Corſicâ Inſulâ conſtitutas. In ipſa verò Diœceſi habet ſequentes Abbatias.

S. Mariæ de Perrallo O. C. Flor. 33.
S. Andreæ in Vrbe O. B. Flor. 100.
S. Stephani in Vrbe O. B. Flor. 160.
S. Mariæ de Iubino O. C. Flor. 69.
S. Benigni de Capite Fori prope vrbem O. B. quæ vnitur Congregationi Caſſinenſi 1460. Flor. 133.

S. Fructuoſi

Flor. 167. *S. Fructuoſi* de capite montis O. B.

Flor. 200. *S. Syri* in vrbe.

Flor. 100. *S. Andreæ* de Septo (ſexto) O. C.

Flor. 66. *S. Andreæ* de Briſſino O. B.

Flor. 30. *S. Venerij* de Tyro O. B.

Flor. 42. *S. Antonij* in vrbe.

S. Hieronymi de Seruariâ.

Flor. 66. *S. Bartholomæi* de Foſſullâ O. Vallis-vmbroſæ. Præſules verò huius Sedis S. Laurentio dicatæ hi reperiuntur.

S. Barnabas.

S. Salomon, Baron. in Martyrol. 28. Septembris, Sauaro in epiſt. 14. l. 7. Sidonij. Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ.

Diogenes, in Concilio Aquileienſi cum S. Ambroſio Mediolanenſi A. C 381.

Ioannes 680.

Paſchaſius, in Concilio Mediolanenſi tempore Leonis Papæ, tomo 2. Conciliorum.

Maximus.

Abidenus.

S. Felix 9. Iulij. Ferrarius catal. Sanct. Italiæ.

S. Cyrus, vel Syrus 29. Iunij. Ferrar. loc. cit.

S. Romulus 13. Octob. Ferrarius loco citato.

S. Valentinus 2. Maij. Ferrarius loco citato.

Sabatinus in ſynodo Ticinenſi 876.

Optandus, de quo Ioannes epiſt. 281. indict 14. 881. præcipiens Clero, & populo, vt ei, quem conſecrauerat obtemperent, & epiſt. 292. & 293.

Viator.

Dionyſius.

Sigumbertus.

Thedolphus 930.

Rambertus.

Landulphus 985.

Ioannes 1015.

Corradus 1045.

Albertus 1061. Vbertum vocat Greg. 7. lib. 1. epiſt 48. 1074.

Corradus Mezanellus 1084.

Cyriacus 1090. Huic ſcribit Vrbanus 2. c. Notificamus 35. q. 6. Sic enim legendum pro eo, quod eſt in Margine Cyprianus, & malè in textu Richardus.

Augerius 1095.

Ayrardus Guaricus 1099.

S. Bernardus electus 1118. recuſauit.

Otho Abbas S. Victoris, conſanguineus Regis Franciæ 1119.

Sigefridus 1128.

ARCHIEPISCOPI.

Cyrus Cardinalis primus, ex Epiſcopo factus Archiepiſcopus, ab Innocentio II. 1132. apud Ciaconum.

Hugo, ex Archidiacono 1163. Huic ſcribit Alexander 3. cap. 11. de Præſumptionibus, & cap. 3. de ſepulturis.

Bonifacius, ex Archidiacono 1188.

Otho ex Epiſcopo Bobij 1205. cui dirigitur ab Innocent III. cap. de Donationibus inter virum & vxorem, & memoratur cap. de Arbitris.

Ioannes 1239. Eius tempore 1250. Franciſcanorum Conuentus conditur ab Andræa de Fliſco Archidiacono, vt ex Gonzaga habet Vaddingus.

Galtherus de Veſano 1253.

Bernardus de Parmâ, ex Capellano Papæ 1276.

Obizius Fliſcus, Patriarcha Antiochenus 1289. Hæc illuſtriſſimâ gens, origine primâ è Burgundiâ, tempore Henrici 2. Imperatoris clarere cœpit in Italiâ, vt notat Franciſcus Sanſouinus, ex quâ Papæ 2. Cardinales 9. Archiepiſcopi 2. Mareſchallus Franciæ vnus, Duciſſa Sabaudiæ vna, ſed, & magnum decus ei contulit Catharina Fliſca Adorna, ex quâ etiã nuper floruit Franciſcus Baro de Leuroux in diœceſi Bituricâ. *Porte bandé d'argent & d'azur à ſix pieces.*

— *pietate inſignis, & armis.*

contra hæreticos fortiter bellando cæſus, qui ſortitus fuit coniugem, non minus Chriſtianis moribus, quàm ſanguine nobilem Annam *le Veneur*, è Comitibus *de Tillere*, quæ gens etiam claros Præſules dedit Eccleſiæ, quorum laudes pereleganti ode Gallicâ Ioannes Brun amicus noſter celebrauit, cum Auarici ſtudiorum cauſa degeret. Extat etiam Hectoris Fliſci Oratio nomine Reipublicæ Genuenſis ad Innocentiũ VIII. Pontificem recens creatum. Videndus Petrus de Beſſe in proœmio libri de Cõfraternitatibus, Gallicè ſcripti. Beatæ verò Catharinæ Iacobi Proregis Neapolitani filiæ corpus adhuc integrum aſſeruatur in maiori Xenodochio Genuenſi illic depoſitum 18. Octob. 1510.

Iacobus de Voragine O. Prędicatorum 1292. Trithem. Poſſeuinus. Obiit 1294. vel 1298. Antonius Senen. in Bibliotheca.

Porchetus Spinola O. Minorum 1299. Hic eſt (vt fabulantur) cui Bonifacius 8. puluerem in oculos coniecit die Cinerũ dicens, Memento homo, quia Gibelinus es, & cum Gibelinis morieris. E quâ gente Audomarus profligator Claſſis Saracenorum 806. *Spinoli porte d'argent à vne face eſchiquetée de gueule & d'argent.*

Bartholomæus de Regio 1321.

Dinus de Radicofano 1336.

Iacobus de Sanctâ Victoriâ 1341.

Bertrandus de S. Maximo, Prouincialis, Gallus, 1350.

Guido Scetten de Lunigianâ ex Archidiacono. Lege Petrarcham l.b.10. ad Familiar. epiſt. 9. 10. 15. noui te. 16. putabam.

Andreas de Turre, Mediolanenſis O. Prædicat 1369.

Lanfrancus Saccus Abbas S. Cyri 1377.

Iacobus Fliſcus 1383.

Porte d'argent a trois vases de sable

Pileus de Marinis 1401. Vide Bzouium 1404. num. 12.

Iacobus Imperialis 1430.

Port d'argent a vn pal de gueule charge d'vne aigle de sable couronnee, & vn glee d'or.

Georgius Fliſcus, Cardinalis Legatus ad ſuos Genuenſes. Obiit 11. Octobr. 1461. vt habet inſcriptio ſepulchralis in Cathedrali.

Paulus Fregoſius. Cardinalis, & Dux ſuæ Reipublicæ 1460. præfectus claſſis contra Turcas iuſſu Pontificis 1483 Vide Abbates Benignianos n. 87. Eius meminit Gobelinus l.1. Commentar. Leander in ſua Italia.

Sfortia d'azur au lyon d'or, lampasse & arme de gueule, tenant en sa dextre vne guivre ... d'or en fueille de coing.

Ioannes Maria Sforza 1499 Quo tempore claret ſanctitate morum Catharina Genuenſis, Iacobi Fliſci Neapolitanorum Proregis filia, Iulliani vxor, quę migrauit à ſæculo 1510. 8. Calend. Octob. cuius corpus integrum in maiore Hoſpitali ſeruatur religioſè.

Innocentius Cybus Cardinalis 1513. Hoc tẽpore floret Auguſtinus Iuſtinianus, Dominicanus Genuenſis, Epiſcopus Nebienſis, de quo Genebrardus, Gauterius, Iouius.

Marcus Antonius Saulius 1550. Collegium S.I. inſtituitur 1553. de quo Orlandinus lib. 13.

Auguſtinus Saluagus Ordinis Prædicatorum 1561. in Concilio Tridentino.

Cyprianus Palauicinus 1567. ex quâ gente Cardinalis Antoniotus, ex Epiſcopo Pampelonenſi, & Ioannes Baptiſta Cardinalis, à Leone 10. hic, vt ille ab Innocentio VIII. creatus. Quo ſedente Sixtus Senenſis Dominicanus obiit Genuę 1569. ibique ſepultus in Conuentu Ordinis S Mariæ de Caſtello.

Antonius Saulius, Cardinalis 1585. Ciacon. & Petramellarius pag 157. hoc tempore 1581. Obiit Vbertus Folieta ſacerdos, hiſtoriarum patriæ ſuæ clariſſimus ſcriptor.

Alexander Centurio, ex Clerico Cameræ 1592. Vicelegatus Ferrariæ 1598.

Matthæus Riuarola Abbas S. Antonij Parmæ.

Spin ...

Horatius Spinula creatur Cardin. 1606. 11. Sept. Legatus Ferrariæ. Eiuſdẽ gentis

A claruerunt Auguſtinus, Philippus, & Didacus Cardinales, ac Baptiſta Dux 1530 poſt reformatum vrbis ſtatum.

Gradenſes Patriarchæ.

Grado. Flu. ...

GRADVS Inſula, in æſtuariis, ſeu paludibus Venetis 5. circiter M. P. ab Aquileiâ G. longit. 34. 30. latit. 45. 20. diẽ maximâ habẽs horarũ 15. 30 in altitudine Solis 44. 30. quæ memoratur à Reginone, & Eghinaſto in Carolo Magno, de cui' Patriarchatu Bertherius Diatribe 2. c. 4. Augu. Barboſa art. 3. c. 8. Paſtoralis ſolicitudinis. Leander Albertus, & Volaterran' l 4 & recẽſetur c. 8. de cauſâ poſſeſſionis c. 17. de Iureiurãdo c. 29. de officio & poteſtate iudicis delegati, & in inſcriptione c. 27 de appellationibus c. 2. de priuileg. & c. 13. de Maioritate & Obedientiâ, qui Patriarchatus, poſtea Venetias tralatus, ſub quo Gradenſi olim fuere Epiſcopi Suffraganei, Caſtellanus (qui & Oliuolẽſis) Torcellanus, Equilinus (vbi Epiſcop. Petrus de Natalibus Auctor Catalogi ſanctorum) Caprulenſis, ciuitatis nouæ, & Clodienſis qui antea Malamoci ſedebat.

Huic verò Eccleſiæ Gradenſi, quæ malè plerumque Grandenſis, Antiſtites præfuerunt ex Sanſouini Chronico deſumpti.

1. *Paulus*, vel rectius Paulinus metu Longobardorum operâ Narſetis, è Pannoniâ in Italiam aduentantium in hanc Inſulam Gradum ſeceſſit, ibique aliquot annos ſedit.

2. *Elias*, Græcus 582. mandato Pontificis à Concilio 20. Epiſcoporum in hac Inſulâ ordinatus Metropolites Venetiæ, & Iſtriæ.

3. *Seuerus* 586.

4. *Candianus*, vel Candidianus Ariminenſis 605. Baron.

5. *Martianus* è Pirano 607.

6. *Cyprianus* Polanus 616.

7. *Epiphanius* 618.

8. *Fortunatus* Arianus 630.

9. *Primogenius* 630. depoſito Fortunato Ariano hæretico Baron. n. 30.

10. *Maximus* Dalmatinus 650.

11. *Stephanus* Parentinus 670.

12. *Agatho* Iuſtinopolitanus 675.

13. *Chriſtophorus* Polanus 68. Quo ſedente 697. Paulucius fit primus Venetiarum Dux.

14. *Donatus.*

15. *Antoninus* Patauinus 724. Calliſto. A
16. *Æmilianus* Romagnolus 749.
17. *Vitalianus* Lucenſis 757.
18. *Ioannes* Tergeſtinus 759. ex Grammaticæ Præceptore, poſtea è turri præcipitatus, Baron. Sigon. 802.
19. *Fortunatus* tempore Caroli Magni 803.
20. *Venerius* 821.
21. *Victorius* 845.
22. *Vitalis* Participatius Vrſi filius 851.
23. *Petrus* Marturius 870. memoratur à Ioanne Papâ 8. epiſt. 17. ad Vrium Ducem Venetiarum, cuius tempore alius Petrus erat Epiſcopus Malamocenſis.
24. *Georgius* Andreardus 899. B
25. *Vitalis* Participatius, Ioannis filius 901.
26. *Dominicus* Tribunus, Petri Ducis 16. filius 904.
27. *Ioannes* Gradenicus 907.
28. *Laurentius* Maſtalitius 910.
29. *Marinus* Contarini 922. Sigon. l. 6. de Regno Italiæ.
30. *Bonus* Bancanicus 855.
31. *Vitalis* Barbolanus 968.
32. *Vitalis* Candianus Petri Ducis filius 969.
33. *Vrſus* Vrſeolus, filius Petri Ducis 1078. Concilium habet 1040.
34. *Dominicus* Belcanus. Eligitur 1043. C Videndus Gregorius 7. lib. 1. epiſt. 18. 22. 39. & lib. 3. epiſt. 14. Leo 9. epiſt. 2. tom. 2. epiſt. Rom. Pontif. Baron. 1050. & 1073.
35. *Dominicus* Marangus eodem anno.
36. *Dominicus* Cerbanus 1083.
37. *Ioannes* Saponarius 1094.
38. *Petrus* Badoarius filius Natalis eodem anno.
39. *Ioannes.*
40. *Henricus* Dandolus, filius Dominici 1132. Eiuſdem nominis, & gentis poſtea floruit Henricus Dandolus Venetiarum Dux 40. quartæ partis, & dimidię totius Imperij, Romanię dominator, Balduino Flandro Imperatore Conſtantinopoli expugnatâ 1204. Item Ioannes D Dux 47. & Franciſcus 51.
41. *Benedictus* Falierus 1199.
42. *Angelus* Barrozzius 1211.
43. *Leonardus* Quirinus 1230.
44. *Laurentius* 1243. Ordinis Prædicatorum, Sampayo.
45. *Angelus* Maltrauerſus 1255. Ordinis Prædicatorum, Sampayo.
46. *Ioannes* Anconiatus 1269.
47. *Guido* Heremitanus. Quo anno percutitur Ducatus Aureus.
48. *Angelus.*
49. *Ægidius* 1310. Ordinis Prædicatorum, Sampayo.
50. *Marcus* de Vinea 1314.
51. *Fortunius* 1351.
52. *Andreas* Dottus, ex Epiſcopo Clodienſi 1353. & antea Cancellario Veneto. Quæ Doctorum familia nobilis eſt Patauij, apud Scardeonium.
53. *Fortanerius* Vaſcelli, ex Epiſcopo Maſſilienſi, & Archiepiſcopo 93. Rauennate poſtea Cardinalis.
54. *Franciſcus* Quirinus 1368.
55. *Thomas* Sirignanus Mutinenſis Minorum Generalis 22. Cardinalis creatus S. Laurentij in Damaſo 1378. 13. Cal. Septemb.
56. *Vrbanus* 1383.
57. *Franciſcus* Landus 1390. Cardinalis 1411.
58. *Conradus* Caraciolus, Neapolitanus Cardinalis 1405.
59. *Leonardus* Delphino 1407.
60. *Marcus* in Concilio Florentino 1439.
61. *Dominicus* Michael 1451. Quo mortuo transfertur Patriarchatus Venetias Nicolai V. Papę auctoritate. Vid. ibi. n. 54

Mediolanenſes Archiepiſcopi.

MEDIOLANVM Inſubrię caput, media planitie inter Arduam & Ticinũ fluuios, ducatus titulo inſigne, gradu longit. 31. 0. latit. 44. 30. Ptolem. l. 3. cap. 1. & tabula 6. Europæ, vel 30. 30. 45. Clauio. Vbi dies maxima hor. 15. 27. altitud. ſolis 44. 15. Cuius vrbis iconē habet Georgius Brunus tomo 1. Ciuitatũ, quam vrbem Paulus Morigia copioſè deſcripſit, & Piggius in Hercule Proditio, Claudius Minos Diuionenſis in Emblemata Alciati, Donatus Boſſius de Archiepiſcopis Mediolanenſibus, Botherus in relationibus, Ioſephus Ripamontius è Collegio Ambroſiano, Ioannes Franciſcus Beſſulius. Diſtat Lugduno ducenta M. P. in quâ vrbe vndecim Eccleſiæ Collegiales, è quibus Metropolitana dicatur Deiparæ Virgini. Agunt etiam de hac vrbe Polybius l. 2. Strabo l. 5. Plutarchus in Marcello, Liuius lib. 5. Plin. l. 3. c. 17. Iuſtinus l. 20. Procop. l. 2. Antonin. Itinerar. Tacit. l. 1. hiſt. Oroſius l. 4. c. 13. Claudianus, Calcondila, Gofridus Viterbiēſis, Freculfus lib. 5. c. 5. Plin. l. 4. ep. 13. Cicero, Varro, Iſidor. l. 15. c. 1. & Iacobus Midendorpius Galeſin' in Martyrol. 4. Apri. Subiiciũtur verò huic Metropoli (quã Carolus à Baſilicâ Petri deſcripſit) ſedes ſupra enumeratæ. At in Diœceſi ſequentes Abbatiæ reperiũtur.

Milan. Flor. 1000.

S. Ambroſij in vrbe O. B. Flor. 600.

Flor. 400. *S. Simpliciani* in vrbe O. B. vnitur Cõgregationi Caſſinenſi 1517.

Flor. 160. *S. Vincentij* prope vrbem O. B.

Flor. 600. *S. Dionyſij* extra muros O. B.

Flor. 1000. *Claræ-Vallis* extra muros O. C. fundatur ab Anſelmo Archiepiſcopo tempore S. Bernardi.

Flor. 10. *S. Petri* O. B.

Flor. 83. *S. Donati*, O. B. de ſexto Calendarum, vel de Scotula cuius mentio c. 6. inter dilectos. De fide inſtrumentor. & c. 2. de ſequeſtrat. poſſeſſionis.

Flor. 500. Flor. 200. *S. Proſperi* O. B.

Flor. 35. *S. Victoris* extra muros O. B.

Flor. 50. *S. Gratiani*, O. B.

Flor. 50. *S. Petri* de Getuliâ O. S. Baſilij.

Flor. 33. *S. Saluatoris*.

Flor. 65. *S. Trinitatis*.

Flor. 500. *S. Barnabæ*, de grato folio O. Vallisvmbroſæ.

S. Celſi in vrbe O. B. S. Chriſtinæ O. B. S. Mariæ de Morimundo O. C. Cur verò Mediolanenſis Eccleſia aliquando à Romanâ defecerit, docet Azor parte 2. Inſtit. Moral. l. 4. c. 17.

Prçſides autem huius Eccleſiæ ordine ſucceſſionis ſic ſe habent, ex actis Eccleſiç Mediolanenſis pag. 973. & aliundè.

1 *S. Barnabas* Cyprius Apoſtolus 11. Iunij, in Martyrol. Vbi Galeſinus, & Baron. & A. Ç. 51.

2 *S. Anatolius*, vel *Anattolo*, Græcus, Martyrol. 25. Septemb. A. C. 58. ſedit ann. 34. De eo plura Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, vbi & de cæteris ſanctis & beatis Epiſcopis Eccleſiæ Mediolanenſis.

3. *S. Caius*, Romanus. ſedit ann. 22. Martyrol. 27. Septemb. A. C. 92.

4 *S. Caſtricianus* Calend. Decemb. ſedit ann. 41. A. C. 114.

5. *S. Calocerius*, vel Calimerius, Græcus, ſedit, ann. 5[illegible] Iulij 31. A. C. 155.

6 *S. Monas 12.* Octobris, ſedit ann. 59. vel Menas A. C. 208. cuius corpus S. Carolus ſolemni pompâ in templum maximum tranſtulit 4. Idus Octobris.

7 *S. Merocles*, ciuis. Sedit ann. 21. Interfuit Cõcilio Romano 313. & primo Arelatenſi 314. Martyrol. 3. Decembris, Iacobus Sirmundus Notis ad Ennodium. Nõnulli tamen hîc Oroſium agnoſcunt.

8. *S. Prothaſius*, ciuis, ſedit ann. 22. in Concilio Sardicenſi 347. Martyrol. 24. Nouembris, S. Athanaſius in Apolog. ad Conſtantem. Sepelitur in Portianâ.

9 *S. Maternus* ciuis, Martyrolog. 18. Iulij. Is fortè qui cognomento Iulij interfuit Concilio Romano 337. Itaque præponendus Prothaſio videtur Baronio, qui eum coniicit eſſe auctorem libri de Myſteriis profanarum Religionum, imò & ſucceſſor Menæ datur à Ripamõtio l. 2. hiſt. Mediolanenſis: creditur quoque à nonnullis frater Materniani Archiepiſcopi 6. Remenſis.

10 *S. Euſtorgius* Græcus, Martyrol. 18. Septembris. Corpora trium Regum, ſeu Magorum Bizantio aduexit.

11 *S. Dionyſius* ciuis, Martyrolog. 25. Maij, Seuerus Sulpitius, hiſt. Sacræ l. 2. S. Ambroſius epiſt. 82.

12. *Auxentius* Capadox, qui Fortunato dicitur auctor iniquus, quia Arrianus, de quo S. Hieron. de muliere ſepties ictâ.

13. *S. Ambroſius* Romanus, Doctor Eccleſiæ, electus 7. Decembris 374. Obiit 4. Aprilis nocte inter Sabathum, & Dominicam Paſchæ 397. ætatis 64. Galeſinus, & Baron. in Martyrol. de quo, & vndecim ſequentibus extant 12. Epigrãmata apud Ennodium Ticinenſem, at de Ambroſio ſolo Trithemius, & Bellarmin. & Elogia ipſius operibus nuper prçfixa, qui nuncupatur, excellens Dei diſpenſator. Augu. lib. contra Iulian. Pelagian. Epiſcopus in optimis notus l. 5. Confeſſ. c. 13. clariſſima, & ſplendidiſſima lucerna, Nicolao 1. Papç, epiſt. 6. Tripart. hiſt. l. 7. c. 8. Sidon. l. 4. Epiſt. 3. l. 7. Epiſt. 2. Baptizat S. Auguſtinum 5. Maij A. C. 388. Virtutum Epiſcopus, Arx fidei, & Orator Catholicus Marcellino Comiti. S. Baſilius. Epiſt. 55. ei ſcribit. Ripamontius l. 3. hiſtor. Mediolan.

14. *S. Simplicianus* Abbas ſedit ann. 2. Martyrol. 16. Auguſti A. C. 399. Ei adhuc monacho ſcribit S. Ambroſius epiſt. 27. Solum ſapientem eſſe diuitem, & memoratur à Paulino in ipſius Ambroſij vita, Gennad. c. 35. Trithem. habet monaſterium ſui nominis in hac diœceſi. eius operâ Victorin⁹ Rhetor baptizatur.

15. *S. Venerius*. ſedit ann. 6. 4. Maij, Baron. 401. 405. ex epiſtola 155. S. Chryſoſtomi. Memoratur à Paulino in vita S. Ambroſii.

16. *S. Marolus*; 406. ſedit an. 9. Martyrol. 23. Aprilis. Familiaris Innocẽtio Papæ.

17. *S. Martinianus*. ſedit an. 3. Martyrol 2. Ianuarij, vbi Baro. & Galeſinus A. C. 415.

18. *S. Glycerius* Landranus, ciuis, ſedit an. 8. Martyrol. 20. Septembris 432.

19. *S. Lazarus*, ciuis 11. Februar. ſedit an. 15. 440. Inſtitutor Rogationũ. Mediolani, vt eſt apud Ripamontium l. 6. vbi tamẽ malè Vienna (cuius Epiſcopus Mamertin⁹) in Auſtriâ ponitur ad Danubiũ.

20 *S. Euſebius* Paganus, ciuis, Trithem.

de ſcriptoribus Eccleſiaſt. Martyrol. 12. Auguſti. Concilium habet Mediolani Prouinciale tempore Leonis 1. Papæ: Initiator S. Epiphanij Ticinenſis Epiſcopi.

21. *S. Gerontius* ciuis ſedit ann. 6. Martyrol. 5. Maij.

Bentia gens Mediolanenſis.

22. *S. Benignus* Bentius, ſedit ann. 6. Martyrol. 21. Nouembris.

23. *S. Senator* Septalius ciuis ann. 4. Martyrol. 28. Maij.

24. *Theodorus* Medicœus ciuis ſedit an. 21.

25. *Laurentius* Litta, ciuis, memoratur cum Petro Rauennate c. 6. diſtinct. 17. ſedit ann. 22. Interfuit ſynodo Romanæ ſub Symmacho, quæ & Palmaris dicitur ann. 501 & 502. vbi Cœlius prænominatur: ad eum ſcribit idem Symmachus Papa tomo 2. Conciliorum.

26. *S. Euſtorgius* 2. 513. ſedit ann. 7. Martyrol. 6. Iunij, Caſſiodor. lib. 2. epiſt. 29.

27. *S. Datius* ciuis ſedit ann. 40. Martyrol 4. Ianuarij, creatus A. C. 521. Procopius lib. 2.

28. *S. Magnus* è Trincheſiâ, ciuis, Martyrolog. 5. Nouembr. quem alij Datio præponunt.

29. *Vitalis* ciuis ſedit ann. 5.

30. *S. Auxanius* cognomento Oribellius ciuis ann. 3. Martyrol. 3. Septemb.

31. *S. Honoratus* ciuis ann. 3. Februarij 8. Martyrol. E gente Caſtillionæâ.

32. *Fronto* ciuis ann. 10.

33. *Laurentius* 2. ſedit ann. 12. Ei ſcribit S. Greg. lib. 1. epiſtolâ 80. 581.

34. *Conſtantius* ciuis, à S. Gtegorio confirmatus lib. 2. epiſt. 29. 30. 31. & de eius Obitu lib. 9. epiſt. 65. lib. 5. epiſto. 41. A. C. 600. Baron.

35. *Deusdedit*, vel Deodatus à S. Gregorio confirmatus lib. 9. epiſtola 21. indict. 4. & lib. 10. epiſt. 4. indict. 5. ſedit ann. 28. Onuphrius, qui ipſius creationem ponit ann. 600. vt & Gordonus poſt Baronium.

36. *Auſterius* 628. ſedit ann. 28.

37. *Fortis* ſedit ann. 3. 656.

38. *S. Ioannes* Bonus, ciuis 659. ſedit ann. 10. Martyrol. 10. Ianuarij.

39. *S. Antonius*, vel Antoninus 669. ſedit ann. 2 m. 6. Martyrol. 31. Octobris, cognomento Fontana.

40. *Mauricilius* ſedit m. 4. 671.

41. *S. Ampelius* 772. ſedit ann. 5. 8. Iulij, apud Ferrarium.

42. *S. Manſuetus* ſedit ann. 9. Martyrol. 19. Februarij 678. Paulus Diaconus lib. 6. cap. 4.

43 *S. Benedictus* ſedit an. 47. Martyrol. 11. Martij elect° 687. cognométo Criſp°.

44. *S. Theodorus* 735. ſedit ann. 14.

45. *S. Natalis* ſedit ann. 2. m. 2. Ferrarius 31. Maij.

46. *Anfredus*, vel Arifredus creatur 752. ſedit m. 9.

47. *Stabilis* 753. ſedit ann. 2. m. 4.

48. *Latus* 756. ſedit ann. 15. cognomento Marcellinus.

49. *Thomas* coronauit in Regem Italiæ Carolum Magnū 774. Modoetiæ, quod notum eſt Liguriæ oppidum, haud procul Mediolano, vbi Longobardorum, & Italiæ Reges olim coronati, apud Carolum Sigonium l. de Regno Italiæ, ſedit ann. 28. Coronauit etiam Pipinum 781. Modoetia.

50. *Petrus*, ciuis, 798. ann. 17.

51. *Edelbertus* ſedit ann. 9. 815. Aliis dicitur Alipertus Craſſus, ſcripſit ad Carolum Magnum de Tranſlatione corporis S. Auguſtini, per Luitprandum Longobardorum Regem.

52. *Anſelmus* ann. 5. 824. cognomento Bilius.

53. *Bonus* an. 4. 829. è gēte Caſtillionæâ.

54. *Angilbertus* ciuis ann. 1. m. 2. 833. è familiâ Puſterlâ.

55. *Angilbertus* 2. ciuis ann. 33. in Synodo Regiaticinâ, ſeu Papienſi circa 850.

56. *Talo*, ſeu Dato, ſeu Dado, ſeu Theodo. cognomento ſapiens 870. ſedit an. 6. cui ſcribit Nicolaus prim° c. 23. de preſbyterorū 17. q. 4. à quo & ſanctiſſimus frater dicitur, in Chronico incerti auctoris, apud Pithoeum.

57. *Anſpertus* ciuis ſedit ann. 13. 876. Intereſt ſynodo Ticinenſi, quâ probatur electio Caroli Calui in Imperatorem 876. menſe Februar. ind. 9. Ei ſcribit Ioānes 8. epiſt. 34. 48. 58. & 181. indict. 12. 879.

58. *Anſelmus* 2. ciuis, ex Archidiacono, Ioannes 8. ep. 290. indict. 15. creatus 888. ſedit ann. 14. cognomento Capra.

59. *Landulphus* Craſſus ciuis 902. ſedit ann. 3.

60. *Andreas* ciuis 905. ann. 6. cognomento Lampunianus.

61. *Atho* 911. ſedit 13. ann. cognomento Oldradus, Romæ ſepultus in Auentino.

62. *Garbertus* 923. ann. 2.

63. *Lambertus* 925. ann. 9.

64. *Hilduinus* Taſſonus, Monachus, Gallus Lobienſis in Diœceſi Leodienſi, ex Epiſcopo Veronenſi electus Mediolanenſis 934. Obiit 941. Coronauit Hugonem prouinciæ ducem in Regem Italiæ, Onuphr. Sigonius, Vion.

65. *Ardericus* 941. ſedit an. 8. cogmento Cotta.

66. *Almanus* ciuis 948. ann. 4. qui aliis dicitur Aldemarus.

67. *Valbertus* ciuis 953 ann. 18. Videndus Baronius 960. contra quem ſedit Manaſſes in ſchiſmate, è familia Medicæâ.

68. *Manaſſes*, in ſchiſmate contra Valbertum, ex Arelatenſi 40.

69. *Arnulphus* 971. ſubdiaconus ann. 3.

70. *Gotofredus* ann. 15. 975.

71. *Landulphus* Scroſſatus, aliàs Carcanus Bonitionis filius 990. ann. 6.

72. *Arnulphus* 2. Arciacus ciuis 996. ann. 19.

73. *Henricus* 1016. ann. 3.

74. *Eribertus* Arciacus, Garibaldi filius 1019. ſedit ann. 26. Legendus Sigonius l. 8. de Regno Italiæ 1047. Herman. Contrac. 1037. & Rubeus A. C. 1040. de Præſeſſione in Concilio Romano Clementis II. Papæ, inter hunc Eribertum, & Eberardum Aquileienſem, & Hunfridum Rauennenſem. Quo tempore Ordo humiliatorum inſtituitur. Vitriacus c. 28. Hiſtor. Occident. *Humiliati.*

75. *Guido* Valuaſſorius 1045. ann. 28. Herman. contrac. & Petro Damiano.

76. *Gotifredus* 2. Pulſo Guidone in ſchiſmate ſedit ann. 3. è gente Caſtillionæâ.

77. *Theobaldus*, vel Theoldus 1076. ſedit ann 8. ex eâdem gente Caſtillionæâ.

78. *Anſelmus* 3. 1084. ann. 8. è gente Puſterlâ.

79. *Arnulphus* 3. 1092. ſedit ann. 4. Interfuit Concilio Claromontano in Aruerniâ.

80. *Anſelmus* 4. Valuaſſorius 1096 an. 4. Vid. Azor. p. 2. l. 4. c. 17. Sigon. l. 9. de Regno Italiæ. Obiit Conſtantinopoli in expeditione Ieroſolymitanâ.

81. *Groſolanus* aliàs Chryſolaus 1100. ann. 9. ſcripſit de Spiritu Sancto contra Græcos, apud Trithemium.

82. *Iordanus* 1109. ann. 9. Baronio.

83. *Honoricus*, ex Archipreſbytero magnæ Eccleſiæ 1117. ann. 6. poſt cuius mortem S. Bernardus Abbas Claræ-vallenſis recuſauit 1123.

84. *Anſelmus* 5. Puſterlius 1123. ann. 10. Baron. 1125. conditur in Monaſterio Claræ-vallenſi in hac vrbe quod ædificauerat.

85. *Roboaldus*, ex Epiſcopo Albenſi 1133. ann. 10.

86. *Vbertus* Pirouanius 1143. ann. 25.

87. *S. Galdinus* de Solâ, aliàs Valuaſſorius Cardinalis 1068. ann. 5. Martyrol. 15. Aprilis.

88. *Algiſius* Pirouanius, ex Magnæ Eccl. Cœmeliarcha ſeu Theſaurario 1173. an. 8.

89. *Lambertus* 2. Cribellius ciuis 1181. ann. 5. poſtea creatus Papa Vrbanus V. Conſecrauit Henricum de Soliaco 67. Archiepiſcopum Bituricenſem.

90. *Milo* Cardaneius, ex Archipreſbytero Magnæ Eccleſiæ, & Epiſcopo Taurinenſi 1186. ann. 8.

91. *Valbertus* 2. vel Vbertus Terciacus 1193. ann. 2. m. 9.

92. *Philippus* Lampognanus 1196. ann. 3.

93. *Vbertus* 3. Pirouanius, ex Preſbytero Ordinario Magnæ Eccleſiæ 1199. Ei ſcribit Innocentius 3. *c. inter dilectos. de Fide inſtrumentorum*: ex libro 1. Epiſtolarum A.C. 1198. *c. cum adeò. de Reſcriptis. c. 1. de Sequeſtrat. poſſeſſion.*

94. *Richardus*, aliàs Gerardus de Seſſo, Regienſis, ex Epiſcopo Nouarienſi 1211, ſedit m. 1.

95. *Henricus* 2. Settara, ex Magnæ Eccleſiæ Cœmiliarchâ ann. 20. Sepelitur apud Franciſcanos in Baſilicâ S. Naboris quam eis conceſſerat.

96. *Guillelmus* Ruciolinus, ex Archidiacono 1230. ſedit ann. 9.

97. *Magiſter* frater Leo de Perego, aliàs Valuaſſorius Ordinis Minorum 1239. ann. 18.

98. *Otto* Magnus Vice-comes, Princeps Vrbis ſepultus in Cathedrali anno ætatis 88. 6. Idus Auguſti 1295. apud Paulum Iouium in Principibus Mediolanenſibus Bernardum Cotium l. 2. hiſt. Mediol. Vide Ripamontium lib. 10. hiſt. Mediolan. de Origine Gentis Vice-comitum, & Onuphr. de famil. Imperat. Cui tale Epitaphium poſuit Ioannes 103. Archiepiſcopus, apud Bzouium. *Viſcomti portent d'argẽt au ſerpent d'azur qui ſe tirant la bouche vn enfant de gueule.*

Inclytus ille Pater patriæ, lux, gloria Patrum,
Fulgor iuſtitiæ, fidei baſis, arca ſophiæ,
Largitor veniæ, portus pietatis egenis,
Intrepidus paſtor, quem moles nulla laborum
Ardua deuicit, populo latura quietem,
Ille pius princeps, & Præſul amabilis, in quem
Altus virtutum ſplendor conuenerat omnis,
Quô Mediolanum radiabat lampade tantâ,
Totaque fulgebat Regio, nunc pallet adempto
Clara Vicecomitum Proles, venerabilis Otto.
O dolor, ô vulnus! cinis eſt hoc marmore factus.
Chriſte Pater vitæ, requieſcat ſpiritus in te.
Annis vndenis ter ſenis, terque diebus
Præfuit Eccleſiæ Paſtor bonus Ambroſianæ,
Mille ducenteno quinto, nonieſque deceno,
Quarto hic Auguſti bis liquit gaudia Mundi.

Is patrio ære fundauit Oratorium S. Agnetis, & Lectorem Theologum, ac Medicum Chirurgum in Eccleſiâ Metropolitanâ pro pauperibus docendis, & curandis.

99. *Rufinus* Fiiſegius, vel Frixetus Lucenſis 1295. m. 9.

100. *Franciſcinus*, vel Franchinus Parmenſis. 1296. A

101. *Caſſonus* Turrianus Muſcæ filius, ex Ordinario Magnę Eccleſiæ 1308. ann. 9. poſtea Patriarcha Aquileiæ 73. de quâ gente Turrianâ Leander Albertus in Mediolano. Coronat Mediolani in Baſilica S. Ambroſij Henricum Luxemburgenſem in Regem Italiæ. 8. Idus Ianuar. 1311.

102. *Paganus* Turrianus 1317. ann. 13.

103. *Ioannes* Magnus Vicecomes, ex Epiſcopo Nouarienſi 1333. ann. 12. Filius Mathæi Magni, ſepultus in Cathedrali 4. nonas Octobris 1354. S. Antoninus tit. 21. Eius verò tale Epitaphium legitur.

Quàm faſtus, quàm pompa leuis, quam gloria mundi
Sit breuis, & fragilis humana potentia quàm ſit,
Collige ab exemplo, qui tranſis, perlege, differ,
In ſpeculo ſpeculare meo lacrymabile carmen.
Qui ſim, qui fuerim, dicam qui marmore claudor.
Sanguine clarus eram, Vicecomes ſtirpe, Ioannes
Nomine, nullus opes poſſedit latiùs orbe:
Præſul eram, paſtorque fui, baculumque tenebat
Dextera Paſtoris, gladiumque ſiniſtra gerebat
Felicis Domini, magniſque, potenſque triumphans
Ipſe fui viuens, metuerunt nomina noſtra
Æthera, terra, mare: ſuberant vrbeſque potentes
Imperio, tituloque meo: mihi Mediolanum
Vrbs ſuberat, Laudenſe ſolum, Placentia grata,
Aurea Parma, bona & Bononia, Pulcra Cremona,
Bergoma magna ſatis, lapidoſis montibus aucta,
Brixia magnipotens, Bobienſis terra, tribuſque
Eximiis dotata bonis Terdona vocata,
Comum. *Cumarum tellus, nouaque Alexandria pinguis,*
Et Vercellarum terra, atque Nouaria, & Alba;
Aſta. *Aſt quoque cum caſtris Pedemontis iuſſa ſubibant,*
Genua. *Ianua ab antiquo quondam quæ condita Iano*
Dicitur, & vaſti narratur Ianua mundi,
Et Sauonenſis Arx, & loca plurima (quæ nunc
Difficile eſt narrare mihi) mea iuſſa ſubibant:
Thuſcia tota meum metuebat languida nomen:
Hinc obſeſſa fuit populo Florentia plena,
Belláque ſuſtinuit tellus Peruſina ſuperbæ,
Et Piſæ, & Senæ tumidum reuerenter honorē
Præſtabant, nec non metuebat Marchia tota.
Italiæ partes omnes timuere Ioannem
Nunc me petra tenet, ſaxóque includor in iſto
Et lacerum vermes laniant nunc vndique corpus.
Quid mihi diuitiæ, quid lata palatia proſunt?
Cum mihi ſufficiat paruo quod marmore claudor.

Alludit ad illud Iuuenalis ſatyra 10.

Vnus Pelleo Iuueni non ſufficit orbis.
At cum munitam figulis intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit.

B Vnde ſic Seuerus Imp. apud Dionem vrnam ſepulcralem alloquitur.

Tu virum capies, quem totus orbis non cœpit, & illud vetus.

Cæſar tantus eras, quantus, & orbis,
At nūc exigua clauderis vrna, & de Pōpeio,
Quantus quàm paruo vix tegeris tumulo.

104. *Robertus* Vice-comes, ex Archipreſbytero Magnæ Eccleſiæ 1354. ann. 7.

105. *Guillelmus* 2. Puſterlius, ex Archipreſbytero Modoëtiæ, Patriarcha Conſtantinopolitanus 1360. Sedit ann. 10.

106. *Simon* de Borſano 1370. ſedit ann. 6. Cardinalis.

C 107. *Antonius*, ex Marchionibus Saluciarum ſub Alpinas 1376. ann. 25. *Saluce d'argent à vn chef de gueule.*

108. *Magiſter* Frater Petrus Philargi Cretenſis Minorita, ex Epiſcopo Nouarienſi, & Vicentino 1402. poſteà Cardinalis, demùm ſummus Pontifex Alexander 5.

109. *Ioannes* Vicecomes 2. 1407. poſtea priuatus.

110. *Bartholomæus* Capra 1411. ann. 23. Sigiſmundum Imperatorem coronauit.

111. *Franciſcus* Piciolpaſſus, *Petipas*, Bononienſis, 1433. ann. 8. Ei ſcribit Æneas Siluius epiſt. 192. de laudibus Friderici Cæſaris 4. Februarij 1443.

D 112. *Henricus* III. de S. Aluſio 1441. Cardinalis. Vide eius Epitaphium in Nomenclat. Cardinal. pag. xxvii.

113. *Ioannes* Vice comes iterum 1450.

114. *Nicolaus* Amidanus, Cremonenſis, ex Epiſcopo Placentino 1453. ann. 1.

115. *Frater* Gabriel Sforſſia Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Franciſci Sforſiæ Ducis frater 1454.

116. *Carolus* Foroliuienſis, ex Abbate S. Celſi 1457. poſt ſedem an. 4. ſepelitur in ſuo Monaſterio.

117. *Stephanus* Nardinus, Forojulienſis, ex Referendario Papæ, poſtea Cardinalis 1461. Ad eum extant Philelphi epi-

ſtolæ 18. lib. 23. 33. lib. 31. A. C. 1470. & A epiſtola 2. lib. 32.

118. *Ioannes* Archamboldus, vel Arcimboldus Cardinalis 1485. Parmenſis, ex Nouarienſi Epiſcopo.

119. *Guido* Antonius Arcimboldus, ſuperioris frater 1489.

120. *Hippolytus* Eſtenſis, Alphonſi Ferrariæ Ducis frater 1498. Cardinalis.

121. *Hippolytus* 2. Eſtenſis, ſuperioris nepos 1520. poſtea Cardinalis.

122. *Philippus* Archimboldus 1553.

Arcimboldi. 123. *Ioannes* Angelus Arcimboldus, ſepelitur in æde Ambroſianâ, vbi tale Epitaphium legitur. Ioanni Arcimboldo Presbytero Cardinali. Auo Paterno legitimo, & Guidoni Arcimboldo Patruo Magno Archiepiſcopo Mediolani, & ſibi Ioannes Angelus Arcimboldus ab Epiſcopatu Nouarienſi, cui 24. ann. præfuerat ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem tranſlatus V. F. Idem ann. 70. natus mortem obiit 3. Idus Aprilis 1555.

124. *Philippus* Archintus 1558.

125. *S. Carolus* Boromæus ciuis, & Cardinalis. Qui lumen auxit purpuræ, candore morum niueo. Electus 1560. ætatis 22. tranſiit 3. Nouembris 1584. ætatis 47. horâ 3. noctis inter Sabathum, & Dominicam. Refertur in numerum Sanctorũ Calend. Nouembris 1610. Collegium S. I. inſtituit 1564. Eius Emblema, Coll. gium S.I.

Ceruus ad fontem currens, adſcriptis verbis *ita anima mea ad Deum*.

Eius vitam plures ſcripſere, ſed inter alios eminet Carolus à Baſilica Petri Epiſcopus Nouarienſis, & meminit illuſtriſſimus Cardinalis Barberinus poſtea Pontifex Maximus vocans eum decus Inſularum.

Quem Senatus Romæ ſacrum veneratur aſtrũ.

Conſulere quoque potes Elogia Virorum Illuſtrium Hilarionis *de Coſte*, crebrò à nobis citata.

126. *Gaſpar* Vice-comes, ex publico lectore Ticinenſi, ſeu Papienſi, & Auditore Rotæ 1585. electus à Gregorio 13.

127. *Fridericus* Boromæus, Cardinalis, conſecratus à Clemente VIII. in Eccleſiâ S. Mariæ in Thermis Diocletianis, apud Cartuſianos 1595. Collegium inſignium virorum inſtituit, quod *Ambroſianæ Bibliothecæ* nuncupari voluit, quo præclara ingenia excolantur ad orbem Chriſtianum ſuis ſcriptis illuſtrandum, Spondanus. Ei ſcribit Lipſius epiſt. 19. 73. 92. Centuriâ ad Italos.

Rauennates Archiepiſcopi.

RAVENNA Metropolis Æmiliç, & Flaminiæ, nunc Romádiolæ in Galliâ Togatâ, Imperatorum Romanorum, Regũ Gothorum, & Exarchorum ſedes, olim maritima, nunc à littore Adriatico 2. M. P. recedens, formâ quaſi rotundâ 180. M. P. in Circium ab vrbe Româ diſtans G. long. 33. o. lat. 44. 20. Clauio, vel 34. 40. 44. 20. Ptolem. lib. 3. cap. 1. remota à Meridiano Alexandrino hor. 1. 2. apud eumdem Ptolem. Tab. 6. Europæ, vbi dies maxima hor. 15. 3. Ratio Vmbræ æquinoctialis meridianæ 58. 33. Altitudo ſolis 45. 40. regia ciuitas, Iornando c. 29. & nobiliſſima vrbium, Paulo Diacono, in octauâ Italiæ Regione, Plin. lib. 3. cap. 15. antiqua Claudiano in ſexto Conſ. Honor. Strab. lib. 5. Appian. 2 & 3. Agathiæ, Stephan. Plin. l. 3. cap. 18. Cæſar. lib. 1. cap. 2. Belli ciuil. Cicer. in Corneliana, & ad Atticum l. 7. epiſt. 1. Philoſtrato, Tacito l. 2. Annal. & 4. Zoſimo lib. 5. Dio. l. 63. Melæ lib. 2. c. 4. Sueton Auguſt. c. 49. Veget. l. 5. c. 1. & 2. Silio l. 8. de quâ plura Pighius in Hercule Prodicio, Leander in Italiâ, Sirmundus, & Sauaro ad Sidonium l. 1. epiſt. 5. Raderus ad Martialem l. 13. Epigramm. 21. Chopinus Politiæ ſacræ l. 2. tit. 4. n. 20. Pancirolus in Notit. Imperij Occidental. Azor. p. 2. Inſtitut. Moral. lib. 4. cap. 16. vbi notat cur aliquando à Romanâ Eccleſiâ defecerit. Æmilia verò, & Flaminia regiones nomen ſumunt à viis præcipuis, de quibus Onuphrius in vrbe Româ, Bulengerus de Circo cap. 5. Vtramque Rutilius Numatianus in itinerario innuit, cùm de Arimino loquitur, Rauenna. Flor. 4000.

Hic vbi Flaminiæ iungitur Æmilia.

Subiiciuntur autem Rauennati Metropolitæ Suffraganei 10. ſuperiùs enumerati. At in Diœceſi propriâ reperiuntur Abbatiæ ſequentes.

S. Apollinaris noui O. B. in vrbe, vulgò in cœlo aureo opus Theoderici Gothorum Regis. Flor. 50.

S. Ioannis Euangeliſtæ in vrbe, Opus Gallæ Placidiæ. O. B. Flor. 32.

S. Vitalis in vrbe O. B. vnitur Congregationi Caſſinenſi 1476. Flor. 64.

S. Petri

Flor. 50. *S. Petri* ad Vincula prope vrbem O. A Camaldulenſis.

Flor. 110. *S. Seueri* in Vrbe O. C.

Flor. 93. *Sancta Mariæ* Rotundæ extra muros O. B. de quâ Pighius in Hercule Prodiтio, cuius templum marmoreum ſphericum vnico lapide in medio perforato pedum 35 in Diametro tegitur, quod aliquando ſummâ cum admiratione luſtrauimus, Theoderici Gothorum Regis monumentum.

S. Apollinaris Claſſenſis. O. nunc Camaldulenſis, opus Iuſtiniani Imperatoris, vbi quondam Auguſtus Claſſem in maris ſuperi tuitionem conſtituerat, vnde in Notis Magnonis P. Cl. R. id eſt, B Præfectus Claſſis Rauennatis, & in Notitiâ Imperij.

S. Mariæ de Coſmedin. O. B.

S. Hilarij de Galliatâ, fortè legendum Gallia, vel Gallatia O. B.

Porrò huic Sedi præfuerunt Epiſcopi, quos hîc damus ex Hieronym. Rubeo, Carolo Sigonio, Ioanne Minghino, & aliis.

1. *S. Apollinaris*, Antiochenus, à B. Petro Apoſtolo conſecratus, ſedit primus in hac vrbe A. C. 46. Baron. & Rubeo, vel 57. Onuphr. Martyrol. 23. Iulij, vbi Galeſinus, & Baronius, & A. C. 75. ac B. Petrus Damianus ſermone de B. Leo- C cadio, Euſeb. Chron. S. Petrus Chryſologus ſermone 129. Philippus Ferrarius in catalogo ſanctorum Italiæ, vbi & de cæteris Rauennæ ſanctis præſulibus.

2. *S. Aderitus*, vel Abderitus 27. Septembris A. C. 74.

3. *S. Leucadius* 14. Februarij A. C. 100.

4. *S. Martianus* 111. 11. Calend. Iunij.

Maximus in chronic. 128. 5. *S. Caloccrius* 127. centeſimum annum viridi ſenectute, paruulus malitiâ, perfectus ſenſu prætergreſſus eſt, & ad vitam ſenij expertem leniter in Domino obdormiſcens tranſiit. Centum verò annos legitimum eſſe ſpatium vitæ tradit Seruius in illud 6. Æneid. verſu 329.

--- centum errant annos, ---

& Iuriſconſultus de Vſufructu legato, Iuſtinianus Nouellâ 5. cap. 2. illudque eſt ſæculum, Varroni de linguâ Latinâ, legendus Cenſorinus de die Natali cap. 17. ex Plinio lib. 11. cap. 37. & alludit Symmachus epiſt. 15. lib. 3. ſpero confecturos Deos, vt maneas vitæ integer in Metis, quas veterum definitio dedit ſæculo. His porrò quadrat vetus inſcriptio apud Lipſium. Memoriæ Sexti Vigelli Aquinatis, qui annum attigit centeſimum, ſed alterum, & nongenteſimum perpetuâ inoffenſâ valetudine exegit, reliquos ſeptem, & dies octodecim decubuit, & occubuit, Natus ludis ſecularibus VIII. Obiit ſequentibus. Lubet etiam iſtis ſubiungere partem Epitaphij Philippi Bouton, Domini de Courberon, cuius meminit Oliuarius Mercanus lib. 1. Commentar.

Bouton porte de gueule à la faſce d'or,

Et pour vous dire le ſurplus
I'ay quatre vingts ſeize ans, & plus
En ma bouche ay mes dens entieres,
Toutes bonnes, fortes, & fieres.
A minuict veille de Touſſaincts
Ie nacquis comme Toutſains;
Car dés l'heure que ie fus né,
Iamais ne fus medeciné.

Sic Moyſi anno ætatis 120. morienti, nec oculi caligauerant, nec dentes moti fuerât, Deuteron. c. vlt.

B 6. *S. Proculus* 1. Decembris, ſub Higino Papâ, Ferrario 132. Rubeo.

7. *S. Probus* 10. Nouembris 142.

8. *S. Datus* 3. Iulij.

9. *Liberius* 185. Baron. Martyrol. 30. Decembris.

10. *S. Marcellinus* 232. 5. Octobris.

S. Agapitus, In Concilio Romano 337. Baron.

11. *S. Seuerus* 1. Februarij, Baron. in Martyrol. in Concilio Sardicenſi 347. Volaterran. l. 9. ex Lanificio ad Archiepiſcopatum vocatur c. Saturninus, 5. è contra. diſtinct. 61. Eligit ſibi, vxori, & liberis ſepulcrum c. vnaquæque 13. quæſtione 2.

hîc deſunt aliquot.

12. *Liberius* 2. 349. 29. Aprilis Ferrario.

13. *Probus* 2. 351.

14. *Florentinus* 361.

15. *Liberius* 3. 374.

16. *S. Vrſus* 13. Aprilis ſub Theodoſio Imperatore 378.

17. *S. Exſuperantius* 398. 30. Maij.

18. *S. Ioannes* 418. Obiit nonis Iulij 432.

19. *S. Petrus* Chryſologus 433. cuius tempore S. Germanus Autiſſiodorenſis Epiſcopus Rauennæ obiit. Ipſe verò Petrus obiit 450. 3. nonas Decembris, D vbi Baronius, & Galeſinus, de eo Ericus vitæ S. Germani l. 6.

Principis Eccleſiæ meritoque & nomine pollens
Petrus; Apoſtolicum dicta ſeruabat in vrbe
Fortè gregem, vir præcelſo ſplendoris auiti
Stemmate conſpicuus, multâ; & probitate coruſcus.

Videndus Bellarmin. de Script. Eccleſiaſt. Trithem. & Poſſeuinus. Sixt. Senen. n. 122. N. Pepini præfat. ad eius opera.

20. *Neo*, vel Leo 451. cuius feſtum 21. Nouembris. Ad eum extat Leonis Papæ

epiſt. 37. ſcripta ſub Martiani Auguſti A conſulatu.

21. *S. Ioannes* 2. 453. 21. Nouembris. Ei ſcribit Simplicius Papa epiſt. *Si quis eſt intuitus*, circa ann. 480.

22. *Petrus* 2. In Concilio Symmachi cum Laurentio Mediolanenſi A. C. 501 & 502. Vide Baronium.

23. *Aurelianus* 503.

24. *Eccleſius* 514. Theoderici ad Iuſtinum legatus paternam domum in templum erigit.

25. *Vrſicinus* 542.

26. *Victor* 545.

27. *S. Maximianus* electus 546. Conſecrat ædẽ S. Vitalis, & D. Apollinaris. Obiit B 8. Calendas Martij 556.

28. *Agnellus* electus 558. Rubeo, Sigon. lib. 20. Imperij Occidentalis 561. Videndus Azor p 2. lib. 4. cap. 16 Eius extat epiſtola ad Armenium de ratione rectæ fidei tomo 3. Bibliothecæ Patrum editionis quartæ.

29. *Petrus* 3. 571.

Hoc loco Chriſtophorus Brouerus ponit Vitalem, de quo Fortunatus lib. 1. Carmine 1.

30. *Ioannes* 3. 575. Obiit 3. Idus Ianuarij 595. Vide eiuſdem Chriſtophori Broueri notas lib. 1. carm. 2. ad Fortunat. Ei ſcribit S. Gregorius lib. 2. epiſt. 22. indict. C 10. circa A. C. 592. menſe Aprili & ep. 28. menſe Iullio. Vnde habetur c. 2. De Sententia, & re Iudicata: Iurgantium Controuerſias celeri ſententiâ terminare, & æquitati proculdubio conuenire, & vigori.

31. *Marianus* obiit 606. 10. Calend. Nouembris, Vion lib. 2. c. 29. Baron. ſæpeque ei ſcribit B. Gregorius. prætertim lib. 5. epiſt 1. Indict. 14. A. C. 696. agens de Ioannis prædeceſſoris teſtamento. & epiſt. ſequente, Clero, & Plebi Rauennæ, quòd Marianus ſit rectæ fidei.

32. *Ioannes* 4. Claſſentius 606.

33. *Bonus* 630.

34. *Maurus* 648. Videndus Baron. 664. Is ſcribit Domino ſancto, & meritò Beatiſſimo, totoque orbe Apoſtolico, & Vniuerſali Pontifici Martino Papæ. Maurus ſeruus ſeruorum Dei tomo 2. Concil. vbi & ſanctiſſimus dicitur à Maximo Aquileienſi Epiſcopo, in ſynodo Lateranenſi.

35. *Reparatus*, Baron. 661.

36. *Theodorus* 678.

37. *Damianus* Damalta 688.

38. *Felix* 702.

39. *Ioannes* 5. dictus 6. 718.

40. *Sergius* 748. ædificat Templum D. Nicolao.

41. *Leo* 770. contra quem Michael in ſchiſmate.

42. *Ioannes* 6. 777.

43. *Gratioſus* 784. Carolo Magno Regi Franciæ carus, qui à nonnullis Gregorius.

44. *Ioannes* 7. 788.

45. *S. Valerius* 807.

46. *Marinus*, qui, & Martinus 812.

47. *Petronax* 817.

48. *Gregorius*, vel Georgius 835. nominatur 844.

49. *Deusdedit* 846.

50. *Ioannes* 8. 856. Obiit 878. Iſque eſt, cui ſcribit Ioannes 8. Papa epiſt. 48. & 57.

51. *Romanus* de Calcinariâ Etruriæ oppido 879. Ei ſcribit Ioannes 8. Papa epiſt. 134. & 153.

52. *Dominicus*, Vblatella 889.

53. *Ioannes* 9. 898.

54. *Petrus* 4. 904.

55. *Ioannes* 10. poſtea Pontifex Maxim. 905.

56. *Conſtantinus* 914.

57. *Petrus* 5. dictus 4. Bononienſis, abdicat ſe Archiepiſcopatu, cum electus fuiſſet 923.

58. *Honeſtus*, 971. Baron. & Vion. eius anno 4. S. Romualdus profeſſus eſt Monachum in Cœnobio Claſſenſi, cui honeſtus ipſe præfuerat Abbas.

59. *Gerbertus* Gallus, ex Archiepiſcopo Remenſi, poſteà Pontifex Maximus nomine Sylueſtri 2. Vion l. 2. c. 29. præter Scriptores de Romanis Pontificibus, vnde verſus de eo vulgaris.

Tranſit ab R. Gerbertus ad R. fit Papa regens R. Aymoinus lib. 5. c. 45.

60. *Hermutus*, ſeu Neomutus, qui, & Leo, & Neo nonnullis dicitur 998.

61. *Fridericus* 1001. Sigon. 1010. Onuphr. Quo tempore Adelbertus quidam ſedem inuaſit 11. ann.

D 62. *Harnaldus*, vel Arnulphus, vel Arnolphus, frater Henrici Imperatoris cõſecratus à Benedicto 8.

63. *Heribertus* 1019.

64. *Gebehardus* 1027. cuius tempore Vidgerus occupauit ſedem ann. 2. Ad eum extat Petri Damiani epiſtola 2. l. 3. & ad Vigerium, vel Vibertum epiſtolâ 5. eiuſdem lib. 3.

65. *Hunfridus*, Germanus, Cancellarius Henrici Imperatoris 1046. Ei ſcribit Petrus Damianus lib. 3. epiſt. 4. ſepultus in Eccleſiâ Altinenſi cum ſorore Aleydâ de Vitfelingen 1051. Herman. Contract.

66. *Henricus* 1051.

67. *Vibertus*

67. *Vibertus*, vel Guibertus Parmenſis 1070. poſtea Pſeudopapa nomine Clementis 3. 1075.

68. *R.... 1080.*

69. *Otho* Buccatorta intruſus 1100.

70. *Hieremias* 1112.

71. *Gualterius* 1118. vel Gualterius, vel Galterus, apud S. Bernardum epiſt. 120. de eo Sigonius lib. 10. de Regno Italiæ.

72. *Moiſes* Vercellenſis 1144.

73. *Anſelmus* Hamelburgenſis 1154. Baron. 1155.

74. *Guido*, Blandratæ Comes 1158.

75. *Gerardus* 1170.

76. *Gerardus* 1182. Dux ſtrenuus, & pius adhortator occubuit in prælio contra Saladinum, apud Ptolemaidem 1190.

77. *Gulielmus* de Cauriano 1190.

78. *Albertus* præfectus Venetæ Claſſi 1201.

79. *Ægidius* 1207.

80. *Hubaldus* 1208. Abdicat ſe. Ei Rauennati Archiepiſcopo, ex Fauentino Præſule ſcribit Innocentius 3. c. poſt tranſlationem. de Renuntiatione.

81. *Vicininus* 1215.

82. *Simeon* 1217.

83. *Theodericus* 1228. auget bona Eccleſiæ, & pacem cum Ceruienſibus init.

84. *Philippus* Fontana, Ferrarienſis 1249. Legatus Pontificis aduerſus Azzelinum, à quo capitur. Ei ſcribens Clemens 4. Anno Pontificatus 3. 8. Idus Maij epiſt. 295. *Eâ* (inquit) *te credimus induſtriâ præditum, eâ deuotione firmatum, vt in pediendis inimicorum noſtrorum proceſſibus nihil omittens, commiſſum tibi legationis officium prudenter & fideliter proſequaris.*

85. *Bonifacius* de Lauaniâ, Fliſcus, Dominicanus 1274. Legatus Pontificis in Galliam, Antonin. tit. 23. cap. 11. §. 1 Quo mortuo Rambertus Malateſta eligitur, ſed non confirmatur, & Guillelmus Duranti, ex Epiſcopo Mimatenſi à Pontifice Bonifacio 8. ſuffectus renuit, tanto oneri vires ſuas longè impares affirmās.

86. *Opizo* Sanvitalis, Parmenſis 1295.

87. *B. Raynaldus* Corregius, Mediolanenſis, ex Epiſcopo Vicentino, & in Gallia Internuncio, ac Flaminiæ Rectore, & in Tēplarios inquiſitore, Ordinis Prædicatorum, Bzouius 1303. & Ferrarius 18. Auguſti. Quo mortuo Raynaldus Polentanus electus, ſed non confirmatus interficitur. At de gente Corregiâ Sanſouinus de Familiis Illuſtribus Italiæ.

88. *Aymericus* de Caſtro-lucij, ex Archidiacono Turonenſi, & Rectore Ferrariæ, pro Ioanne 22. & Flaminiæ Gubernatore, egregiis virtutibus claro, fit poſtea Carnotenſis Epiſcopus 81. Bzouius 1322. & 1328.

89. *Guido* 2. de Baiſio, Regienſis, ex Epiſcopo Tripolitano, vir & nobilitate, & doctrinâ inſignis 1332. obiit Bononiæ menſe Septembri, ibique ſepultus ad Franciſcanos, vulgò Archidiaconus dictus, Auctor Commentarij in decretum, Gratiani, quod Roſarium appellauit.

Alexander de S. Elpidio, ponitur ab auctore Anaſtaſeos Auguſt. ſub Ioanne 22. ex Generali 11. Auguſtinenſium. Is verò forte mortuus ante conſecrationem.

90. *Franciſcus* Michaelius, Venetus 1333.

91. *Nicolaus* Canalis, Venetus, Legatus Pontificis ad Regem Anglorum 1342.

92. *Fortanerius* Vaſſelli Aquitanus, ex Generali Miniſtro Ordinis Minorum 1347. poſtea Patriarcha Gradenſis 52 pacem inter Venetos, & Genuenſes conciliat, tandemque obiit Cardinalis Patauij, vbi in æde Antonianâ ſepelitur 1361.

93. *Petrocinus* è Caſaledo, Ferrarienſis, Rector Flaminiæ 1362. Concordiam inter Piſanos, & Genuenſes procurauit.

94. *Pileus* à Pratâ Foro Iulienſis, poſtea Cardinalis 1370. ſepultus Patauij 1370. in Cathedrali hoc Epitaphio.

Stirpe comes Pratæ præclarus origine, cunctis
Dotibus inſignis, toto celeberrimus orbe,
Defunctus, (ſtatuit ſua ſic ſuprema voluntas)
Hac Cardinalis Pileus tumulatur in vrnâ.

Videndus Bzouius 1387. 1389. & 1390.

95. *Coſmatus* de Melioratis Sulmonenſis 1387. Cardinalis, & Adminiſtrator Bononienſis, poſtea Pontifex Maximus nomine Innocent. VII.

96. *Ioannes* de Melioratis 1400. Cardinalis.

97. *Thomas* Perondolius Ferrarienſis 1410.

98. *Bartholomæus* Rouerella, Ferrarienſis, Cardinalis 1446. apud Ciaconium in Paulo 2. coronat Ferdinandum Regem Neapolis. Ei ſcribit Philelphus l. 22. epiſt. 28. & lib. 23. epiſt. 14.

99. *Filiaſius* Rouerella 1476. abdicauit. Pugna ad Rauennam die Paſchæ 1512.

100. *Nicolaus* Fliſcus, Genuenſis, Cardinalis 1516.

101. *Petrus* Accoltus Aretinus, Cardinalis 1524.

102. *Benedictus* Accoltus, Cardinalis 1532. obiit Florentiæ 1549. Vide Nomenclaturam Cardinal. pag. 121.

103. *Raynutius* Farneſius, filius Petri Al-

uiſij Ducis Parmenſis, frater Alexandri A Cardinalis Viceeancellarij Romanę Curiæ, ipſe Cardinalis 1549.

104. *Iulius* Feltrius de Ruvere, Vrbinas Cardinalis in gentes munificus, & ſacris aſſiduus 1566. Archiepiſcopium inſtaurauit, Concilium prouinciale celebrauit, Canonicis ſuis Caparellos & Rochettos impetrauit, Capucinos in vrbem induxit, & Theologiæ lectores inſtituit. Obiit 1578. 3. Nonas Septembris: ſepultus Vrbini. Vide Petramellarium.

105. *Chriſtophorus* Boncompagnus Bononienſis 1578. ſynodum diœceſanam & prouincialem habuit, & patruo Gre- B gorio XIII. Pontifici Maximo parentauit, ac fratri ſuo Philippo Cardinali tumulum poſuit 1586. Eiuſdem gentis Franciſcus S. Angeli in foro piſcium Cardinalis 1621.

106. *Petrus* Aldobrandinus Cardinalis, Camerarius Signaturæ Breuium Præfectus, Sabaudiæ Protector, Clementis Papæ nepos. Benedixit nuptias Henrici IV. & Mariæ Mediceæ Lugduni 1600. Quo etiam tempore vt legatus conciliauit pacem inter ipſum Regem & Ducem Sabaudiæ. Obiit 1621. Februarij 10.

107. *Aloyſius* titulo S. Caroli Cardinalis C Capponius Florentinus.

Taurinenſes Archiepiſcopi.

Turin en Piedmont.

TAVRINVM, vel Auguſta Taurinorũ ad Duriam fluuium minorẽ, in Padum iam inde nauigabilem paulò inferius incidentem gradu D longitudinis 30. 30. latitudinis 43. 40. Prolom l. 3. c. 1. vel longitudinis 29. 30. latitudinis 44. 0. Bertio, & Clauio, vbi dies maxima horarum 15. 18. 40. altitudo ſolis 46. 0. Ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 57. 6. in vndecimâ Italiæ Regione, Plin l. 3. c. 17. quam vrbem deſcripſit Philibertus Pingonius, & eius Academiã Iacob. Midendorpius l. 4. diſtat Mediolano in Occidentem 70. M. P. à Genuâ in Corum 80. M. P. Donatur iure metropoleos à Leone X. cui Metropoli S. Ioanni dicatæ ſubſunt Epiſcopatus 4. ſupra enumerati. Abbatiæ verò in Taurinenſi Diœceſi hæ reperiuntur.

T[illegible] iac [illegible] [illegible] Ann[illegible] Appianus.

S. Petri de Corte, aliàs de Manſo Garnerij O. B.

S. Saluatoris maioris in vrbe O. B. Flor. 150.

S. Michaëlis de Cluſâ O. B. Flor. 800.

S. Mariæ de Scafardâ O. C. Flor. 200.

De Pinarolis O. B. Flor. 600.

S. Iuſti de Secuſia O. B. Flor. 300.

S. Mariæ de Cabino O. B. Flor. 80.

S. Mariæ de Sauiliano O. B. Flor. 200.

S. Petri de Ripaucâ O. C. Flor. 100.

S. Mauri de Pulcheriâ O. B. Flor. 50.

S. Mariæ de Caſâ-nouâ O. C. Flor. 166.

S. Mariæ de Caramoniâ O. B. Antiſtites autem hi reperiuntur. Flor. 100.

S. Maximus, de eo Baronius 441. & 451. & 25. Iunij in Martyrologio, cuius Homelias Romæ edidit Galeſinus, de quo etiam Genebrardus c. 40. Trithem. Bellarmin. & Honorius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Sigebert. Chronic. 415. Philippus Ferrarius Catalogo ſanctorum Italiæ.

Victor memoratur Collega Epiphanij Ticinenſis in legatione ad Gondebaldum Burgundię Regem, apud Baron. A. C. 494. ex Ennodio.

Tigridius in ſynodo Romanâ ſub Symmacho 501. & 502.

Agnellus 589.

Vrſinus. Cui ſcribit S. Gregorius lib. 7. epiſt. 122. indictione 1. A. C. 598.

Ruſticus in ſynodo Romanâ 680.

Claudius Iconomachus, apud Baronium A. C. 825. Extat tomo 4. Bibliothecæ Patrum liber Dungalli aduerſus Claudium Taurinenſem ad Ludouicum Imperatorem, & Ionæ Aurelianenſis aduerſus eundem Claudium libri tres. At tomo primo habentur Commentarij ipſius Claudij in epiſtolam ad Galatas.

Claudius 2. 873.

Vilelmus 901.

Riculfus 928.

Annuco 966.

Theodoricus 977.

Amiſo 998.

Gezo 1007.

Landulfus 1010.

Maynardus 1014.

Vido 1036.

Requimius 1045.

Cunibertus 1070. Ei ſcribit Gregorius 7. lib. 2. epiſt. 37. A. C. 1074. & B. Petrus Damianus, apud Baron. 1065.

Bozo 1120.

Arbertus 1128.

Carolus 1150.

Vilelmus 2. 1167.

Amiſo 2. 1170.

Milo

Milo Cardaneyus 1171. poſtea Mediolanenſis Archiepiſcopus 90. A

Arduinus 1185.

Iacobus 1206.

Iacobus 2. 1217.

Hugonus Cagnola 1230.

Hugucio 1240.

Ioannes 1245.

Gofredus 1258.

Thediſius 1300.

Guido 1323.

Guilelmus 3. 1345.

Thomas de Sabaudia 1354.

Bartholomæus 1362.

Ioannes 2. 1372.

Aymo de Romagnano 1420.

Ludouicus de Romagnano 1438. in Concilio Baſilienſi, vnus ex electoribus Felicis 5. claris ortus parentibus, & ſcientiâ iuris eminens, ac moribus vtique honeſtis excultus, apud Æneam Siluium.

Ioannes 3. de Campegio 1469.

Dominicus à Ruvere Cardinalis 1383. quieſcit in Cathedrali quam à fundamentis perfecit.

Ioannes Ludouicus à Ruveré 1499.

Archiepiſcop. *Ioannes* Franciſcus à Ruveré, primus Archiepiſcopus à Leone X. creatus 1515. Cæteri tantum fuere nuncupati Epiſcopi. Familiam verò Roboream, vel Ruueream deſcripſit Franciſcus Sanſouinus inter cæteras illuſtres familias Italiæ.

Claudius à Seiſſello, ex Epiſcopo Maſſilienſi: obiit 1520. Eiuſdem gentis Carolus Epiſcopus Gebennenſis circa ann. 1500.

Cybo porte de gueule à la bande eſchiquettée d'or & d'azur, ou ſemmez de cubes ou dez d'or & d'azur.

Ioannes Cybo Cardinalis 1520.

Cæſar Cybo Cardinalis 1550. de qua gente Sanſouinus: obiit in Concilio Tridentino 26. Dec. 1562.

Indicus, vel Innicus Daualos, ab Aragoniâ Cardinalis 1563.

Hieronymus à Ruvere 1564. Cardinalis. Obiit 1592. vt eſt in Nomenclaturâ Cardinalium pag. 170. & apud Petramellarium. Huic ſcribebat Petrus Ronſardus lib. 4. elegiâ *De la Vertu Amoureuſe.*

Carolus Brolia 1603.

Philibertus Milietus ex Maurianenſi Epiſcopo.

Toletani Archiepiſcopi.

Tolede en Eſpagne. *Flor. 8000.* *Toletũ Hiſpaniæ vmnicus in Geographia Nubienſi.*

TOLETVM, *Toledo*, Carpetanorũ, & Caſtiliæ nouæ caput, ad Tagum fluuium, quaſi in Medirullio Hiſpaniæ, Colonia in Numis Auguſti, Goltzio. Videndus Gomeſius lib. 6. de Rebus Iacobi Aragon. Reg. Nauagerus Itinerar. Marinæus Siculus lib. 2. Auguſtinus Barboſa tit. 3. cap. 7. num. 11. paſtoralis ſollicitud. Durandus in ſpeculo tit. de Diſpenſation. §. ſane quoque. Gradu long. 10. 0. lat. 41. 0. Ptol. lib. 2. c. 6. vel latit. 40. Clauio, diem maximam habens horarum ferè 15. in altitudine ſolis 50. de cuius vrbis Primatu Bertherius Diatribe 2. c. 4. Azor. p. 2. lib. 3. c. 36. Ioannes Garſias tomo 2. Concil. Binij pag. 966. Archiepiſcopus vero Hiſpaniæ Cancellarius habet in ſuo dominio temporali oppida 17. eique ſubſunt Epiſcopatus. B

Cordubenſis, Cordoua, ad Betim fluuiũ gradu longit. 9. 40. latit. 38. 0. vbi dies maxima horarum 14. 30. ferè. C

Cartaginenſis, ſeu Murcienſis, apud Iſidorum l. 15. c. 1. G longit. 12. 15. latit. 37. 30. vbi dies maxima horar. 14. 40.

Segouienſis, Segouia, G. long. 12. 30. 41. 40.

Conchenſis, Cuença, olim Valeria Gradu longit. 12. 5. lat. 42. 40. ex Arcobricã Sede tralata.

Seguntinus, Sequença, Liuio, & Plinio.

Giennenſis, ſiue Iaëmenſis, *Iaën*; Mentiſa, G. longit. 10. 20. latit. 39. 0.

Oxomenſis, ſiue Vxamenſis, *Oſma*, Oroſio, Plinio, Floro l. 3. c. 1. Ptolem. l. 2. c. 6.

Valliſoletanus; Valladolid, inſtitutus à Clemente VIII. 1595. Pincia Ptol. 16, 10, 42, 0. At olim 19 habuiſſe Suffraganeos lego in antiquâ diuiſione Hiſpaniæ apud Garſiam Loaiſam tom. 2. Binij pag. 652. Imò Miræus 22. ſedes Epiſcopales huic Metropoli ſubditas fuiſſe dicit, inter quas Segobricenſis, nunc ſub Valentino Archiepiſcopatu cenſetur, & Palentina, quæ modo ſub Burgenſi conſtituitur. Abbatiæ vero in Diœceſi Toletana reperiuntur. D

S. Romani de Horniſgâ, ſeu de Hornixâ, de qua Miræus c. 3. Orig. Benedictin.

Flor. 50.

Vallis-Eccleſiarum O. C.

Vallis-Bonæ O. C.

Orte de Fayſâ O. C.

Montis Sion O. C. prope Toletum ad Tagum. Vide Toleti iconem, & deſcriptionem apud Georgium Brunum tomo 1. ciuitatum, cuius Præſulum hæc eſt ſeries, ex Stephano Garibay lib. 11. cap. 18. & aliis.

1. *S. Eugenius*, miſſus à D. Petro. Videndus Baronius A. C. 1148. Molan. Natal. Sanct. Belgic. & Miræus in faſtis Belgicis 15. Decembris, Iacobus Brulius antiquit. Pariſin. p. 1105. Marineus Siculus, l. 5. Mariana lib. 10. c. 20. Flauus Lucius Dexter in fragmẽto Chronici, vbi dicitur hic Præſul M. Marcellus Eugenius. Beuter. cap. 23. Loaiſa in Concil. Lucenſe.

2. *S. Honoratus*. Tranſiit 31. Decembris A. C. 140.

3. *Pelagius* 140.

4. *Paternus*, vel Patrinus, vel Patronus, vel Patruinus 160. alius à Bracarenſi in Concilio 400. Toletano.

5. *Turibius* 185. Alius ab Aſturicenſi. De quo Binius ad epiſtolam 93. Leonis tomo 1. Concil. Item alius à Turibia monacho, de cuius cœnobio Miræus. Orig. Benedict. cap. 3.

6. *Quinctius*, vel Quintianus 208.

7. *Vincentius* 222.

8. *Pomponius* Paulatus, vel Palmarius, vel Pauiatus, vel Pragmatius 245.

9. *Melantius* in Concilio Eliberitano 305.

10. *Natalis* in Concilio Nicæno 325.

11. *Olympius* 352.

12. *S. Gregorius* 356. 20. Decembris.

13. *Audentius* vel Augentius, ex Archidiacono in Concilio 1. Toletano A. C. 381.

14. *Aſterius*, vel Aſturius Serranus, cuius vitam ſcripſit S. Ildefonſus.

15. *Martinus* 424.

16. *Olympius* 2.

17. *Fetadius*.

18. *Iſitius*.

19. *Maiorianus*, vel Maiorinus, frater Maioriani Imperatoris, in Concilio Toletano A. C. 448. obiit 450. 8. Maij.

20. *Caſtinus* vir Conſularis, pater Simplicij Papæ, vt nonnullis placet.

21. *Flauius* Paternus Iulianus Campeius 458.

22. *Sinticio* Faltonius Probus, egregiè doctus, & valdè Religioſus. Aſinij viri Conſularis filius 462.

23. *Palmatius*, Paulini Palmatij Auguſtino, & Hieronymo familiariſſimi cognatus 472.

24. *Petrus* Edeſſenus 494.

25. *Hector* Ferrandus.

26. *Celſus* natione Germanus, doctus, & ſanctus 518.

27. *B. Montanus* Treuirenſis, cuius Tralatio celebratur 23. Februarij; præeſt Concilio 2. Toletano 531. Videndus Baron. tomo 7. & 8.

28. *Iulianus* 534.

29. *Bacaudas*, vel Bacaudus circiter 550. Athanagildi Principis frater.

30. *Petrus* 2. circa 562. frequens Legatus Athanagildi ad Reges Franciæ.

31. *Euphemius*, vel Epiphanius, cognomento Helladius, ex Abbate primo Agalienſi. Duxit è Galliâ in Hiſpaniam Ingundem Sigeberti, ex Brunechilde filiam Hermenegildo nupturam 580. & intereſt Concilio 3. Toletano 589. de eo Ildefonſus de Viris illuſtribus. Eſt autem Agalia Monaſterium celebre, quod diſtat minus, quàm ducentos quinquaginta paſſus ab Eccleſia Pretorienſi SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ab Athanagildo fundatum. S. Hermenegild. Gothorum & Hiſpan. Princeps. Agalia.

32. *Exuperius*, ex Abbate 2. Agalienſi. Obiit menſe Aprili 598. qui, & Excipius, quo exulante quidam Paſchaſius intruſus legitur.

33. *Adelphius*, ex Abbate Agalienſi 598. Is è Franciâ in Hiſpaniam adduxit Goſuintam Recaredo nupturam. Quo tempore S. Iſidorus Hiſpalenſis Metropolitanus Leandri fratris ſucceſſor, opinione ſanctitatis & doctrinæ claret. Adelphij verò hortatu Recaredus Princeps Monaſterium SS. Martyrum Coſmæ, & Damiani Toleto plus duobus millibus paſſuum diſtans ad Septentrionem in Tagi ripâ inſtaurat, & largam elargitur eleemoſynam ipſi Adelphio, vt in vrbe Metenſi Cœnobium Ordinis Benedictini ædificet. Quâ in vrbe patriâ ſuâ obiit ipſe Adelphius miraculis clarus.

34. *Tonantius*, vel Venantius 600. Obiit Calend. Aprilis 602. qui fuerat Abbas ſanctor. Coſmæ & Damiani.

35. *Auraſius*, ex Abbate Agalienſi 602. Quo tempore, Toleti Rector erat Forganus, Victerico Rege Gothorum, quem coronauit Auraſius in æde Prætorienſi S. Petri Palatinis præſentibus 603. Quo anno Fulgentius Epiſcopus

Epiſcopus Cartaginis Spartariæ librum A Mythologicôn ſcripſit, & Gregorius Papa libros Dialogorum abſoluit. Aurasij verò precibus ædificat Victericus cœnobium Benedictinum Tago impoſitum loco edito in honorem ſanctæ Crucis. Egilâ Abbate primo illius conſtituto 606. Quo tempore Dracontius Poëta claret. Qui, vt ait Iſidorus cap. 24. compoſuit verſibus heroïcis creatioris mundi hexaemerum, & Ildefonſus cap. 14. agens de S. Eugenio III. Epiſcopo Toletano; Libellos inquit Dracontij de Creatione Mundi conſcriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea quæ inconuenientia reperit ſubtrahendo, immutando, vel meliora coniiciendo, ita in pulchritudinis formam redegit, vt pulcriores de artificio corrigentis, quàm de manu proceſſiſſe videantur Autoris. Bellarminus tamen eum referre videtur ad tempora Theodoſij Imperatoris.

Dracontius.

Maximus in fragmento Chronici.

B

36. *Helladius* ex Abbate Agalienſi 18. Februarij 624. Rodericus lib. 2. cap. 17. Ildefonſus in catalogo cap. 7. Vion Martyrol.

37. *Iuſtus*, in Concilio Toletano 4. 633. obiit 9. Maij, Morales lib. 12. cap. 21. Vion 9. Maij.

38. *Eugenius* 2. Huius epigrammata C vulgauit R. P. Iacobus Sirmundus Pariſiis 1619. in Concilio 5. Toletano 636. & 6. 638. 3. Nouembris. Vion.

39. *Eugenius* 3. de quo Baronius notis ad Martyrologium 13. Nouembris, & Molanus Addition. Vſuardi in Concilio Toletano 7. A. C. 646. & 8. 653. & 9. 655. & 10. 656. Vion Martyrolog. Monaſt. & Mariana lib. 6. cap. 10.

40. *S. Illefonſus*, Surius, & Martyrol. 23. Ianuarij, vel Ildefonſus, Trithemio, & Bellarmin. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis A. C. 667. Vion, Vaſæus, Marineus Siculus lib. 5. & Mariana lib. 6. cap. 10. Hunc verò alium eſſe à Pometio D Ambroſius Morales in Chron. Hiſpan. clarè oſtendit, de eo quoque ipſe Trithem.

41. *Quiriacus*, in vitâ ſancti Ildefonſi.

42. *S. Iulianus* 2. Martij 8. in Concilio Toletano 12. 13. 14. 15. A. C. 681. 683. 684. & 688. De eo plura Iſidorus, Trithem. Bellarmin. Vion, Vaſæus, Marinæus. Citatur à Magiſtro Sententiarum lib. 4. Sigebert. cap. 56. Eius opuſcula habentur in Bibliothecâ Patrum, vbi Notæ.

43. *Sigebertus*, vel Siſibertus depoſitus in Concilio 16. Toletano 693. Vaſæus.

44. *Felix* in Concilio 16. Toletano 693. vbi dicitur Epiſcopus Vrbis Regiæ, ex Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Vaſæus.

45. *Guntericus*. Sub eo Concilium Toletanum 18. A. C. 701. Vaſæus, qui eum vocat ſanctitate, & miraculis clarum.

46. *Sinderedus* 704. Vaſæo. Dicitur Archiepiſcopus Spaniæ in Concilio Romano ſub Gregorio II. A. C. 721. Nonis Aprilis. Quo Pontifice Toletum à Saracenis expugnatur dolo Iudæorum Dominicâ Palmarum 715. quibus Saracenis, ſeu Mauris in Hiſpaniâ imperantibus, dum miſerâ ſeruitute ciuitas oppreſſa teneretur, hoc ordine ſederunt Antiſtites.

47. *Vrbanus*.

48. *Cixilla* 766. Mariana l. 7. c. 6.

49. *Petrus* Pulcher.

50. *Sunieredus*.

51. *Concordius*.

52. *Elipandus* Neſtorianiſmum inſtaurans confutatur in Hiſpaniâ, & alibi, apud Baronium 783. 791. 792. 794. præcipuè ab Alcuino, & Paulino Aquileienſi, damnatus in Concilio Francofordienſi A. C. 794. Mariana l. 7. cap. 8. rerum Hiſpanic. Ionas de Imaginibus. Extant aduerſus eundem Commentarij Ætherij Vxamenſis Epiſcopi tomo 4. Biblioth. Patrum.

53. *Veſtremirus*.

54. *S. Eulogius* martyr. Eius epiſtolæ extant tomo 9. Bibl. Patr.

55. *Gameſindus*.

56. *Bonitus*.

57. *Ioannes*. Quo mortuo 150. annorum interpontificium fuit ſub Maurorum tyrannide, deinde reſtitutâ vrbe in priſtinâ religionis Chriſtianę dignitatem Primates ei præfuerunt ſequentes.

58. *Bernardus*, Vion l. 2. c. 32. & in Martyrol. Monaſt. 2 Aprilis. Gordonus 1083 in dedicatione Maioris-monaſterij 6. idus Martij, & S. Saturnini Toloſæ ab Vrbano II. peractæ 9. Cal. Iunij 1096.

59. *Raymundus*, in Concilio Remenſi Eugenij 3. vnde reuertens in Hiſpaniam ſecum retulit brachium S. Eugenij ex Monaſterio S. Dionyſij prope Pariſios.

60. *Ioannes*.

61. *Zerebronus*, vel Cerebrinus, à magnitudine cerebri.

62. *Gundiſalvus*.

63. *Petrus* Cardona.

64. *Martinus* Piſurga Cardinalis.

65. *Ioannes*, In dedicatione S. Germani Pariſienſis ab Alexandro III. factâ 11. Calendas Maij 1163. A

66. *Rodericus* Ximenius, Nauarrus, in prælio Nauarico, & Concilio Lateranenſi 1215. 15. Nouemb. vbi concionem omnibus penè linguis habuit. Scripſit Hiſpaniæ hiſtoriam latinè, primus Cancellarius Caſtellæ. Obiit Lugduni in Hiſpaniam reuertens 1245. Mariana l. 12. c. 4. & l. 13. c. 5. Eius tempore Franciſcani in vrbe conduntur 1227.

67. *Goterius*, vel Gutterius.

68. *Sanctius*, infans, filius Ferdinandi III. ex Canonico Toletano, in prælio contra Mauros occubuit, Garibay lib. 13. cap. 7. B

69. *Paſchalis*, vel Paſchaſius.

70. *Sanctius* 2. occiditur à Mauris 1275. Videndus Ioannes Mariana lib. 14. c. 1. infans, filius Iacobi Aragonum Regis, ex Iolesâ Andreæâ. Hungariæ Regis filiâ.

71. *Gondiſaluus* 2 S. R. E Cardinalis, Mariana l. 14. c. 1. Ferdinando à Summo Pontifice remoto.

72. *Ioannes*, Aragoniæ infans, Iacobi 2. filius, & Alexandriæ Patriarcha.

73. *Rodericus* 2. Ximenius.

74. *Gondiſaluus* 3.

75. *Gutterius* 3. C

76. *Gillius*, vel Ægidius de Albornos Cardinalis Vide elogia 12. Cardinalium Illuſtrium, huc vſque Vaſæus. Alter Trajanus dictus propter æquabilitatem. Eius vitam ſcripſit Ioannes Sepulueda, de eo etiam Stephanus Garibay lib. 14. cap. 37.

77. *Vaſcus* de Toledo, vel Vaſquius ex Decano.

78. *Gomeſius* Maurichius.

79. *Petrus* Tenorius.

80. *Petrus* de Luna.

81. *Sanctius* de Roias 3.

82. *Ioannes* 3. de Contreras, ex Decano. D

83. *Ioannes* 4. de Cerezuela, Aluari de lunâ D. Iacobi Militiæ ſupremi Magiſtri filius confirmationem Primatus à Martino V. obtinuiſſe dicitur.

84. *Gutterius* de Toledo.

85. *Illefonſus*, ſiue Alfonſus Carillo.

86. *Petrus* Gonçalez Mendoſa Cardinalis. Huius conſilio inſtituitur inquiſitio 1478. Ioan. Mariana, alij 1491. Miræus, Genebrard.

Inquiſition ſeu ſancti officij tribunal.

87. *Franciſcus* Ximenius Cardinalis, cuius vitam Aluarus Gomeſius octo libris deſcripſit, & Rodulfus Toſſiniacenſis l. 2. hiſt. Seraphicæ, & Hilarion *de Coſte* Minimus, in elogiis virorum illuſtrium: fundauit Academiam Complutenſem, & in eâ edidit Biblia multis linguis 1515.

88. *Guillelmus* de Croy Cardinalis, filius Henrici Porciani, & Catharinæ Caſtrobriantiæ, frater Caroli Epiſcopi Tornacenſis, & Roberti Epiſcopi Cameracenſis.

89. *Illefonſus* Fonſeca, vel Alfonſus Fonſecus, extruxit Collegium Salmanticæ.

90. *Ioannes* 5. Tauera Cardinalis creatus à Clemente 7. 1530. 6. idus Iunij. Ciaconus.

91. *Ioannes* 6. Martinus Siliceus Cardinalis, Philippi 2 Præceptor. obiit octogenarius 1557. pridie Calend. Iunij. Petramellarius & Ciaconus in Paulo IV.

92. *Bartholomæus* Carança Mirandenſis Dominicanus, apud Antonium Senenſem, & Ioannem Marietam. Interfuit Concilio Tridentino adhuc Doctor. Obiit 1576. 2. Maij ſepultus Romæ ad Mineruam, ætatis 72. Quo ſedente Toleti ſtabiliuntur Carmelinæ ab ipſa S. Thereſa 1569.

93. *Gaſpar* Quiroga Cardinalis, ſynodum habet Prouincialem. Obiit 1594. Vid. Petramella pag. 1409. Ei datur coadiutor 1594. Albertus Archidux.

94. *Gilbertus*, Archidux Auſtriæ electus. Vidend. Petramel. pag. 443. Quo tempore Franciſcus Muxica fit Cardinalis 1596. ex Archidiacono.

D'Auſtriche portent de gueule a la face d'argent.

95. *Garſias* Loaiſa 1598. magnus virtutis, & eruditionis cultor, & Philippi 3. præceptor, fuit & alter Garſias Loaiſa. Obiit Compluti, vix delibato Primatu 22. Februarij 1569. Edidit Concilia Hiſpanica, ac notis illuſtrauit.

96. *Bernardus* Royas de Sandoval Cardinalis, ſic Baltazar de Sandoual Decanus Toletanus Cardinalis 1215. & Franciſcus Royax de Sandoval Cardinalis de Lermâ. Quo tempore Gaſpar Borgia Canonicus Toletanus Cardinalis.

97. *Ferdinandus* Philippi 3. & Margaretæ Auſtriæ filius, Philippi 4. & annæ Francorum Reginæ frater, S. R. E Cardinalis, Abbas Commendatarius Alcobatiæ, Archiepiſcop. Toletanus poſtulatus.

Veneti Patriarchæ.

Venize. Flor. 1400.

VENETIÆ, Venetia, & Vinegia, Veniſe. Ciuitas ab ortu primo libera & Chriſtiana in ęſtuariis intimi ſinus Adriatici, ſeu palludibus Gallicanis gradu longit 34 30. latit. 45. 15 Magino, vel 33. 0. 44. 40. vel 34. 30. 45. 0. Clauio vbi dies maxima horarum 15. 26 8. Altitudo ſolis 45. 0. Vmbra æquinoctialis Meridiana æqualis corpori, ſeu gnomoni, quod generatim de Venetia regione tradit Plinius lib. 2. cap. 72. in medio Climatis 6. cui Verticale Sidus capellæ: abeſtque à Roma in Circiũ 325 M. P. Sed & Curſores ſæpe venire Roma Venetias horis 40. & aliquando 32. notat Ægnatius. At remota eſt à Mediolano in Ortum æſtiuum 165 M. P. cuius vrbis icon habetur cùm alibi, tum apud Georgium Brunum in Theatro ciuitatum orbis, & Leandrum Albertũ in deſcriptione Italiæ, eius verò fundatio hoc numerali dyſtycho indicatur.

Vrbs eXCVLta VIrIs ferroqVe, togaqVe ſVperbIs
FLVCtIbVs æqVoreIs nobILe ſVrgIt opVs.

Quo tempore in Riuo alto dedicata fuit Ecclefia S. Iacobo à Seueriano Daulo Præſule Patauino.

Ea verò vrbs ſeptuaginta parochiales Ecclefias in totidem inſulis complectitur cum monaſteriis virorum 31. fœminarum 28. oratoriis 28. hoſpitalibus 17. Turribus ſacris 15. habet quoque fora publica ſeu plateas 54. & ciſternas communes 148. Pontes publicos 450. hortos 157. palatia 110. apud Franciſcum Sanſouinum 1581. & Canalis magnus dicitur longus 1300. latus 40. paſſus, teſte Franciſco Sanſouino, apud quem forum maius, ſeu Platea S. Marci longitudinem habet pedum 400. latitudinem 130. verè omnium gentium theatrum. Pons autem Rialtinus vnius arcus, ſeu fornicis longus eſt 70. paſſus communes, latus 30. ædificiis, hinc inde ornatus, & triplici viâ meabilis. Templum autem Ducale D. Marci marmore, & auro collucens 5. Hemicyclis, ſeu cupulis Hemiſphericis plumbo tectis, 500. columnis 5. portis æneis in fronte, 5. fornicibus, ſeu porticibus, &

Cõſtantinus porphyrog. c. 28. de ad miniſt. Imp. refert originem Venetiarum ad Francos, vt Venetorũ ad Armorices Galliç populos, *Strabo* l. 4. & 5.

S. Marci corpus Alexandriâ Venetias tranſlatum 31 Ianuarij 810. Baron. Ana

A 4. equis ex ære, ſuperbum aſſurgit omni admiratione dignum, quod memoratur in c. Accedens. vt lite non conteſtata, ante cuius proſpectum cernitur lapidea turris quadrata pedes 230. alta, 40. lata. Eccleſia verò Patriarchalis poſita in eâ vrbis regione, quæ Caſtellum dicitur, Patronum veneratur S. Petrum, ſed è regione maioris fori ſitum eſt monaſterium S. Georgij Ordinis Benedictini Congregationi Caſſinenſi vnitum, quod nulli amplitudine, & pulcritudine ſecundum videtur. Hanc præterea vrbem Iaſon in l. ſi inſulam 84. de Verb. B Obligat. vocat illuſtrem paradiſum deliciarum, quam ciuitatem liberam appellat Iacobinus tractatu de Feudis, §. Quæro in primis: quam in rem non omittendum hoc carmen Sannazari.

nal. & Martyrol. Gordonus, Galeſinus Martyrol. Sanſouinus Chronic A. C. 828.

Legend. Muretus orat. 2.

Viderat Adriacis Venetã Neptunus in vndis
Stare vrbem, & toto ponere iura mari.
Nũc mihi Tarpeias, quantũuis Iupiter arces:
Obiice, & illa tui mœnia Martis ait.
Si pelago Tibrim præfers, vrbem aſpice vtramque
Illam homines dices, hanc poſuiſſe Deos.

Nec diſiungendi verſus Baptiſtæ Mantuani.

C *Vrbs præclara ſequens priſcæ veſtigia Romæ*
Semper apud Venetos ſtudium ſapientia, & omnis
In pretio doctrina fuit, ſuperauit Athenas
Ingeniis, rebus geſtis Lacedemona, & Argos.

Sed & Veneti nomine Francorũ cõprehenduntur à Græcis apud Curo palatẽ c. 14. Petrarcha verò antea dixerat epiſtolâ ad Petrũ Bononienſem Venetiarum ciuitatem Auguſtiſſimam eſſe domum libertatis, pacis, & iuſtitiæ, refugiũ bonorũ, & eũ ſecutus Andræas Naugerius in Oratione funebri Lauredani, à quo dicitur præclariſſima vrbs, pulcherrimæ D Reip. & maximi Imperij ſedes, libertatis domicilium, totius Italię, atque adeo terrarum omnium arx quædam tutiſſima. Nec mirum hanc Rempublicam ab Honorio Papâ dici Chriſtianiſſimam, apud Baronium A. C. 630. num. 30. quem ſecutus Gregorius 7. lib. 2. epiſt. 39. Scitis (ait) quoniam præ multis terrarum partibus diuina diſpenſatio terram veſtram Patriarchatus honore ſublimauit, cuius dignitatis eminentia, ex ſui nominis, & officij ipſius prærogatiua adeò auguſta, & rara eſt. Qui quidem Patriarchatus in vrbẽ tranſlatus fuit ex inſulâ Gradu, vel Grado 1452. cui ſubſunt Sedes Epiſcopales, Clodienſis, Chioza, vel Chiogia, & Torcellẽſis, Torcello, quæ duæ ſũt

Epiſcopatus Malamocenſis transfertur Clodiam 10. Aprilis 100.

inſulæ in iiſdem ſtagnis, ſeu palludibus Gallicanis, vulgò *Lagunes*. Vide quę ſupra diximus in Gradenſi Patriarchatu, & eos, qui huius vrbis, & Reipublicæ ſcriptis ſuis res illuſtrarunt, inter quos Petrus, & Bernardus Iuſtinianei, Petrus Bembus Cardinalis, Petrus Marcellus, Laurentius Gambara, Flauius Blondus, Franciſcus Lucius, Franciſcus Sanſouinus, Donatus Gianottus, Gaſpar Contarenus Cardinalis, Stephanus Pighius in Hercule proditio, Antonius Muretus, Marinus Sanutus, Gobelinus lib 3. Commentar. Pij II. Huic porrò ſedi Venetæ, quæ, & Oliuolenſis dicitur, & Caſtellana præfuerunt Antiſtites hac ſerie, apud Leandrum & Sanſouinum, & quorum imagines in Patriarchio depictæ cernuntur.

1. *Obelaltus*, vel Obelarius datus ab Adriano Papa circa 773. Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ, Sabellicus Ennead. 8. l. 8. extr. & dicebatur Oliuolenſis Epiſcopus.

2. *Chriſtophorus* Damiatus, Græcus 792.

3. *Chriſtophorus* Tancredus 809.

4. *Vrſus*, Ioannis Participatij Ducis 11. filius conſtruxit 841. S. Laurentij Monaſterium, cui præfecit Abbatiſſam ſororem ſuam Ioannam, aliis cognomento Badoarius.

5. *Ioannes* Sanutus 842. qui, & Candianus nuncupatus, è qua gente Dux 15. 18. 20. 21. 23. Marinus Auctor libri Secretorum fidelium crucis tempore Ioannis Soranzo 51. Ducis, & Marinus alter Senator, qui ſcripſit de Principibus & Magiſtratibus Venetis Leonardo Loredano 74. Duce. *Sanuti.*

6. *Mauricius* Vincentius 852.

7. *Dominicus* Badoarius, vel Badoerius 862. Eiſcribit Ioannes 8. epiſt. 16. indict. 10. menſe Decembri. Eiuſdem gentis, & nominis infra n. 16. item Duces 9. 10. 11. 13. 14. 18. 19. qui, & Participatij, ſeu Patriciaci. Iuſtus Epiſcopus Torcellenſis. *Badoari portet bandé d'argent & de gueule au Lyon d'or.*

8. *Craſſus* Fatius 873.

9. *Ioannes* 2. Sanutus 889.

10. *Ioannes* 3. Auenturatus 892.

11. *Laurentius* timens Deum 918.

12. *Dominicus* Morus 936. *Mori.*

13. *Dominicus* 2. Dauid 946.

14. *Petrus* Male-factus, Patauinus, de quo Scardeonius claſſe 6. lib. 2. Leander, Sanſouinus, Pottemerius, Onuphr.

15. *Vrſus* Magadiſſus 981.

16. *Dominicus* 3. Badoerus 992.

17. *Petrus* Marturius de Quintâ-Valle 1000. & anno ſequente conſtruit Eccleſiam ſancti Auguſtini.

18. *Gregorius* Georgius 1009. Eiuſdem gentis Martinus Dux 53. *Georgi vel Zorz portēt d'argent à la faſſe de gueule.*

19. *Martinus* Caſſianus 1010.

20. *Dominicus* 4. Gradenicus 1040. Eiuſdem gentis ſequens Dominicus, Petrus 48. Bartholomæus 52. Ioannes 55. Duces. *Grandenigi portent de gueule à vn eſchalier d'argent en bande*

21. *Dominicus* 5. Gradenicus 1059.

22. *Dominicus* 6. Contarenus 1070. Domini Ducis 30. filius. Eiuſdē gētis Hēricus ſequens, Iacobus 39. Maphæus 55. Ludouicus 62. Antonius 63. Gaſpar Cardinalis, qui de Magiſtratibus vrbis ſcripſit, Iacobus Dux 46. Andræas Dux 59. Dominicus 33. *Contarini portēt bandé d'or, & d'azur.*

23. *Henricus* Contarenus 1091. primus ſe Caſtellanum, non Oliuolenſem Epiſcopum intitulauit.

24. *Vitalis* Michael 1125. Eiuſdem nominis, & gentis 27. & 30. Epiſcopi, & Duces 33. 35. 38. ex Frangipanibus Romanis oriundi, vt refert Vion. *Micheli d'azur à 21. beſans d'or 6, 5, 4, 3, 2, 1.*

25. *Bonifacius* Falierus 1131. ex Eremitâ. Eiuſdem gentis Vitalis Dux 31. Ordelafus, ac Franciſcus infra 49. *Falieri.*

26. *Ioannes* Polani 1140. nepos, vt puteo, Petri Ducis 35. *Polani.*

27. *Vitalis* 2. Michael 1178.

28. *Philippus* Caſſolus 1199.

29. *Marcus* Nicolaus 1200. huius tempore Dominicani conſtituuntur Venetiis, conſtructâ æde SS. Ioannis, & Pauli à Iacobo Thiepolo Duce 42. poſteà ibi ſepulto, Auctor Supplem. Chronic. Fundantur etiam Minoritæ 1220. *Dominicani.* *Minorita.*

30. *Vitalis* 3. Michael 1235. Sic Albanus Michael Epiſcopus 92. Patauinus.

31. *Marcus* Maurocenus, vel Moroſinus 1236 Eiuſdem gentis Petrus Cardinalis, Nicolaus Epiſcopus Venetus 43. Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus, Dominicus Dux 36. Marinus 43. Michael 64. *Moroſini portent d'or à la bande d'azur.*

32. *Petrus* Pinus 1260.

33. *Galtherus*, cognomento *Agnus Dei* 1268. Ordinis Prædicatorum.

34. *Thomas* Raymundus, vel Arimundus 1270.

35. *Thomas* 2. Francus, vel Rancus Venetus 1272.

36. *Bartholomæus* Quirinus 1274. eiuſdem gentis, & nominis infra 40. & 64. *Quirini.*

37. *Simon*, vel Simeon de Moro 1282. Sic Chriſtophorus Morus Dux 80. & Dominicus Epiſcopus ſupra n. 12.

38. *Rambertus* Polus 1292. Bononienſis, Ordinis Prædicatorum, Antonius Senenſis in Bibliothecâ, à quo dicitur Kambertus de Primaritiis.

Contarini. 39. *Iacobus* Contarenus 1303. eo ſedente fundatur Eccleſia S. Dominici Ordinis Prædicatorum 1311. à Marino Georgio Duce 49.

Quirini. 40. *Bartholomæus* 2. Quirinus 1322. obiit 1325. ſepultus in æde Caſtellanâ, ſeu Patriarchali Diui Petri.

Calergius 41. *Michael* Calergius 1332. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Delphini d'azur au Dauphin d'or 42. *Angelus* Delfinus 1336. Eiuſdem gentis Ioannes Dux 56. & Leonardus Epiſcopus 50. infra, ac Petrus Generalis Camaldulenſium 40. 1480.

43. *Nicolaus* Moroſinus 1340.

Barbi. 44. *Ioannes* Barbus 1349. Ex quâ gente Ludouicus Barbus auctor Congregationis S. Iuſtinæ Patauij, nunc Caſſinenſis, poſtea Epiſcopus Taruiſinus, de quo Scardeonius, & Vion. Vide ſupra Aquileienſes num. 87.

Foſcari. 45. *Paulus* Foſcarus 1359. Eiuſdem gentis Franciſcus Dux 64.

46. *Ioannes* Amadius, aliàs Placentini, Cardinalis Legatus 1376. Quo ſedente 1378. Ludouicus Donatus primus Cardinalis Venetus creatur ab Vrbano VI.

Correri. 47. *Angelus* Correrus 1379. poſteà Papa Gregorius 12. 1406. vide infra n. 57.

Loredani. 48. *Ioannes* Lauredanus, ex Primicerio S. Marci. Eiuſdem gentis Leonardus Dux 73. & Petrus 74.

49. *Franciſcus* Falierus 1390.

50. *Leonardus* Hieronymus, Delphinus 1392.

Bembi. 51. *Franciſcus* Bembus 1398. Eiuſdem gentis Petrus Bembus Cardinalis, de quo Lipſius in notis poſterioribus ad Politica, & Epiſt. & Ioannes Dux electus 1615. menſe Decembri.

Landi. 52. *Marcus*, vel Maurus Landus 1426 litteris, & moribus admodum ornatus. Eiuſdem gentis Petrus Dux 77. & Franciſcus Gradenſis Patriarcha, qui Lazaretum ædificat 1423. & Hieronymus Cardinalis Patriarcha Conſtantinopolitanus 1475. Petrus in Concilio Tridentino Archiepiſcopus Cretenſis.

Malipieri 53. *Franciſcus* Malpierus 1429. Eiuſdem gentis Paſchalis Dux 65. & Bartholomæus Epiſcopus Brixienſis, cuius tempore Gabriel Gondulmerius Venetus, eligitur Papa Eugenius 4.

54. *B. Laurentius* Iuſtinianus 1432. inde primus Patriarcha in vrbe 1451. 8 Idus Octob. Gradenſi extincto Nicolai 5. auctoritate. At Iuſtiniani vitam Bernardus ipſius nepos ſcripſit, apud Surium 8. Ianuarij. Congregationem S. Georgij in Algâ prope Venetias illuſtrauit, Miræus in originibus Canonicorum Regularium cap. 14. Trithem. de ſcriptor. Eccleſiaſt. Obiit 1455. ſepultus in Patriarchali. Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ 8. Ianuarij. Eiuſdem gentis Pantaleon Patriarcha Conſtantinopolitanus electus à Paleologo 1252.

Patriarchatus in ipſa vrbe Venetiarum Iuſtiniani, vel Giuſtiniani, vel Iuſtigniani [illegible] de gueule a

l'aigle auec ... In Bicipiti vna menu.

55. *Mapheus* Contarenus 1455. ex Ordine S. Georgij de Algâ, vulgò de gli Celeſtini oue Azurini.

Bondomieri 56. *Andreas* Bondomierus, ex Canonico Regulari 1460.

57. *Gregorius* Correrus, vel Corrarus 1463. eodem anno electus, & mortuus, ex quâ gente Gregorius Papa 12. & Antonius Cardinalis.

Baroſſi portans d'argēt a la faſſe d'azur. 58. *Ioannes* Baroſſius, ex Epiſcopo Bergomi 1465. ſic Petrus Baroſſius Epiſcopus Patauinus 100. de quo Scardeonius in antiquitatibus Patauinis.

59. *Mapheus* Girardus Cardinalis 1486. Ordinis Camaldulenſis Generalis, ait Sanſouinus, ſed non eſt in catalogo Camaldulenſi apud Vionem, qui eum facit Abbatem S. Michaelis de Murano. Obiit 1492. ſepultus in Patriarchio.

Donati, vel Donadi portans faſſe d'argent & de gueule. 60 *Thomas* Donatus Ordinis Prædicatorum 1492. Eiuſdem gentis Franciſcus, Leonardus, ac Nicolaus Duces 78, 89. 91, Nicolaus Patriarcha 89. Aquileienſis Thomam verò laudauit oratione funebri Iacobus Bolduc Patricius Venetus.

Soriani. 61. *Antonius* Sorianus. obiit 1508. ætat. 53. ſepultus ad S. Andream Cartuſianorū, ex quorum Ordine aſſumptus fuerat 1504. Scripſit de vita contemplatiua & ſolitaria. Quo ſedēte Marcus Antonius Coccius Sabellicus ſcriptor hiſtoriæ Venetæ &c. obiit Venetiis, multis honoribus à Republica affectus 1506. de quo Bellarmin. de Scriptorib. Eccleſiaſt. Poſſeuinus. *Sabellicus.*

62. *Ludouicus* Contarinus 1508.

Scopetini. 63. *Antonius* Contarinus 1514. ex ſodalitate ſeu congregatione Scopetinorum. Curauit depingendos in Aula Patriarchali Antiſtites Venetos prædeceſſores ſuos 1518.

64. *Hieronymus* Quirinus 1520 Ordinis Prædicatorum.

65. *Petrus* Franciſcus Contarinus 1554.

Diedi portās mi-party d'or & d'azur en faſſe à la bande de gueule. 66. *Vincentius* Diedo 1558.

Triuiſani bandé d'or & d'azur au chef d'azur. 67. *Ioannes* Hieronymus Triuiſanus 1560. in Concilio Tridentino. Eiuſdem gentis Marcus Antonius Dux 1553. hoc Duce Henricus III. Rex Franciæ exceptus magnificè Venetiis 1574. è Polonia rediens.

Priuli portās 68. *Laurentius* Priulus Cardinalis. obiit 1600. 2. Ianuarij, ſepultus in Patriar-

palé d'or & d'azur au chef de gueule.

chali. Videndus Petramellarius. Eiuſdem gentis Laurentius Dux 81. Hieronymus 82. Antonius 93. & Matthæus Epiſcopus Vicentinus Cardinalis. Functus fuit, dum vita frueretur Laurentius variis legationibus apud Franciſcum Magnum Etruriæ Ducem, Philippum II. Hiſpaniæ Regem, Henricum III. Galliæ Regem, & Gregorium XIII. Pontificem.

Zarlinus muſicus.

Hoc tempore Ioſephus Zarlinus Clodienſis muſicæ ſcientia, quam doctiſſimis commentariis illuſtrauit clariſſimus ad S Laurent j ſepultus.

Vendramini portent a-party d'azur, & de gueule à la faſse d'or.

69. *Franciſcus* Vendraminius 1601. Legendus Arnaldus Cardinalis Oſſatus l. 7. epiſt. 123. Cardinalis etiam creatus 1615. 2. Decembris titulo S. Ioannis ante Portam Latinam. Eiuſdem gentis Andræas Dux 70.

Patauini Epiſcopi.

DE hac vrbe celeberrima naturâ loci, & arce munitiſſima præter eos quos ſupra in diuiſione Galliæ Authores laudauimus, videre licet Franciſcum Schottum in Itinerario Italiæ, & Ioannem Henricum in Mercurio Italico, ac Angelum Portemarum lib. 3. cap. 5. eius operis, cui titulum fecit Italicè *Della felicità di Padoua*, id eſt de felicitate Pataui j, vbi notat extare per Diœceſim extra vrbem parrochias 237. ac aulam fori publici, ſeu Baſilicam plumbo tectâ patere in longitudinem pedes 296. in latitudinem 86. cui nuſquam parem reperiri credunt. In eius verò vrbis Academiâ cùm in eâ degeremus anno 1592. & ſequentibus, inter cæteros florebant profeſſores Hieronymus Palanterius Minorita Conuentualis Theologus, Vidus Pancirolus Iuriſconſultus, Hieronymus Aqua-pendens, & Proſper Alpinus Medici, Franciſcus Picolominæus Philoſophus, Galilæus de Galilæiis Mathematicus, Antonius Ricobonus Rhetor. Ibi quoque tunc viuebat & vigebat Vincentius Pinellus, quo vt iure cenſuit Lipſius, neque meliorem, neque doctiorem habuit Italia. Præterea in hac Diœceſi recenſentur Abbatiæ ſequentes.

Flor. 1000. *S. Iuſtinæ* in vrbe O. B. de qua Miræus cap. 92. Orig. Benedict. & Vion in Ligno vitæ l. 5. c. 6. Iacobus Cauaccius in hiſtoria eius Diuæ.

S. Mariæ de Pratalia, vulgo *Praja* O. B. Flor. 400.

S. Stephani de Canonia O. B. Flor. 400.

S. Michaelis de Candiâ O. B. Flor. 166.

S Danielis in monte O. B. Flor. 33. Præſules verò hi fuere, quorum imagines in aula Epiſcopi ſpectantur.

1. *S. Proſdocimus*, Græcus, creatur A. C. 48. Martyrolog. 7. Nouembris.
2. *S. Maximus*, Patauinus 141. 2. Auguſti.
3. *S. Fidentius*, Italus 166. 16. Nouembris.
4. *Caporianus*, vel Calpornianus, Italus 168.
5. *Proculus*, Italus 175.
6. *Theodorus*, Italus 176.
7. *Aniſianus*, Græcus 179.
8. *Ambroſius*, Italus 186.
9. *S. Sirus*, Patauinus 191.
10. *Suaderus*, Germanus 215.
11. *Leolinus*, Patauinus 232.
12. *Marianus*, Græcus 244.
13. *Eupanius*, Græcus 274.
14. *Felix*, Græcus 292.
15. *Paulus*, Romanus 312.
16. *Verus*, Romanus 331.
17. *Hilarius*, Romanus 346.
18. *Limpidius*, Græcus 368.
19. *Vitellius*, Græcus 380.
20. *Prouinius*, Græcus 412.
21. *Seuerianus* Daulus, Patauinus 421. è familiâ Dauliâ, hodiè Dotta. Conſecrat Venetis Eccleſiam S. Iacobi.
22. *Berulus*, Italus 429. transfert ſedem Malamoccum.
23. *Ioannes*, Patauinus 457.
24. *Cyprianus*, Italus 458.
25. *Vergilius*, Italus 496.
26. *Nicolaus*, Patauinus 516.
27. *Olympius*, Italus 528.
28. *Felix*, Romanus 542.
29. *Adeodatus*, Italus 566.
30. *Petrus* de Limenâ, Patauinus 568.
31. *Felix*, Italus 591.
32. *Audacius*, Græcus 609.
33. *Tricidius* Fontana, Patauinus 620.
34. *Bergualdus*, *Vltramontanus* 647.
35. *Vitalis*, Patauinus 661.
36. *Odo*, Italus 674.
37. *Abſalon*, Italus 679.
38. *Richinardus* 694.
39. *Gonſaldus*, Vtramontanus 708.
40. *Diuertus*, Vitramontanus 721.
41. *Theodoſius*, Italus 729.
42. *Rodingus*, Vltramontanus 748.
43. *Bodo*, Gallus Prouincialis 762.
44. *Ioſeph*, Italus 771.
45. *Roſcius*, Gallus 786.
46. *Bodo*, Italus 803.

47. *Luitardus*

47. *Luitardus*, Vltramontanus 816. A
48. *Aldeguſius*, Vltramontanus 831.
49. *Nitingus*, Vltramontanus 839.
50. *Hencoradus*, Vltramontanus 853.
51. *Bilongus*, Vltramontanus 861.
52. *Liotoldus*, Vltramontanus 877.
53. *Osbaldus*, Vltramontanus 887.
54. *Ebo*, Gallus Prouincialis 895.
55. *Turingarius*, Vltramontanus 908.
56. *Valaſſus*. Vltramontanus 911.
57. *Petrus*, Vltramontanus 919.
58. *Petrus* Piccacapra, Patauinus 924.
59. *Sibico*, Vltramontanus 952.
60. *Ardemanus*, Vltramontanus 960.
61. *Ildebertus*, Vltramontanus 964.
62. *Gauſlinus* Tranſalcardus, Patauinus B 972.
63. *Vrſus*, Gallus 990.
64. *Brocardus*, Vltramontanus 1033.
65. *Aualdus*, Vltramontanus 1047.
66. *Bernardus* Maltrauerſus, Patauinus 1053.
67. *Verculfus*, Vltramontanus 1059.
68. *Ildericus*, Vltramontanus 1064. Huic ius monetæ ſignandæ conceſſit Henricus Imperator 1069. die 16. April. Sigon. lib. 8 de Regno Italiæ.
69. *Milo*, Germanus 1090.
70. *Petrus* Tergola, Patauinus 1105.
71. *Sinibaldus*, Vltramontanus 1119.
72. *S. bellinus*, Germanus 1123. 26. No- C uembris, qui ſuis apud Deum precibus à cane rabido demorſ. adiuuat.
73. *Ioannes* Cacciu, Patauinus 1129.
74. *Gerardus* Pomedellus, Patauinus 1169.
75. *Iordanus* Præpoſitus ſanctæ Mariæ 1215.
76. *Iacobus* Corradus, Patauinus 1229. Hoc ſedente tranſiit 1231. Iunij 13. S. Antonius Minorita egregium habens templum in hac vrbe.
77. *Ioannes* Tranſalgardus, Patauinus 1256.
78. *Principallis* de Comitibus de Conti, Patauinus 1285.
79. *Bernardus*, Gallus Prouincialis D 1287.
80. *Ioannes*, Romanus Dominicanus 1297.
81. *Ottobonus*, Placentinus 1299.
82. *Paganus* à Turre, Mediolanenſis. 1302.
83. *Ildebrandus*, Comes Romanus 1333.
84. *Ioannes* Vrſinus, Romanus 1353.
85. *Pileus* Comes 1360.
86. *Helias*, Vltramontanus 1372.
87. *Ioannes* Parmigianus 1373.
88. *Raymundus*, Gallus 1374.
89. *Ioannes* Anſelminus, Patauinus 1389.
90. *Hugo* Robertus de Tripoli 1391.
91. *Stephanus* Carrarius, Patauinus 1396.
92. *Albanus* Michael, Venetus 1406.
93. *Petrus* Marcellus, Venetus 1410.
94. *Petrus* Donatus, Venetus 1428.
95. *Fantino* Dandolus, Venetus 1448.
96. *Petrus* Barbus, Cardinalis Venetus 1459.
97. *Iacobus* Zeno, Venetus 1460.
98. *Petrus* Foſcarus, Venetus 1481.
99. *Ioannes* Michael, Venetus 1485.
100. *Petrus* Barozzius, Venetus 1487.
101. *Petrus* Dandolus, Venetus 1507.
102. *Sixtus* Rouereus, Sauonenſis Cardinalis 1509.
103. *Petrus* Cornelius, Venetus Cardinalis 1517.
104. *Franciſcus* Piſanus, Venetus Cardinalis 1524.
105. *Aloyſius* Piſanus, Venetus Cardinalis 1528.
106. *Nicolaus* Ormanetus, Veronenſis 1570. inſtituit Seminarium.
107. *Federicus* Cornelius, Venetus Cardinalis 1577. è qua gente fuerunt alij 5. vel plures purpurâ Cardinalitiâ donati, quorum tres iacent apud S. Saluatorem Venetiis, Marcus, Franciſcus, Andræas.
108. *Aloyſius* Cornelius, Venetus 1590. vulgò Cornaro vir ſine fuco, ſed verâ pietate inſignis, pauperum pater, vt ipſi vidimus.
109. *Marcus* Cornelius, Venetus 1595. ei 1596. Antonius Riccobonus dicat commentarios in Ariſtotelis Ethica.

Cæterùm non iure poſſum de tabellâ manum amouere, quin apponam hîc verſus Gallicos V. C. Claudij Expilij nobis cariſſimi, in ſuprema Delphinatium Curia Præſidis in laudem Patauij.

Belle Padouë, où floriſſent les ars,
Et la vertu mere de la nobleſſe,
Dedans ton ſein on ne voit que ieuneſſe
Qui pour te voir accourt de toutes pars.
L'vn, qui veut viure à la ſuitte de Mars
De bon matin au manege s'addreſſe,
Puis chez Ianet, & d'vne prompte addreſſe
Apprend par art le plus grand des hazars.
L'autre qui ſuyt vne plus ſeure voye
A fueilleter Iuſtinian s'employe,
Et l'autre veut Hypocrate imiter:
L'vn vole au ciel, & l'autre s'eſtudie
D'atteindre au Roc de la Philoſophie,
Et l'autre apprend l'art de bien diſputer.

APPENDICIS
TERTIA PARTE
CONTINENTVR.

Divio *Dijon.*

Belna *Beaulne.*

Digreſſio ſeu Diſcurſus, de morte pulchrâ, honeſtâ, pretioſâ.

Index rerum, & verborum totius operis.

Quædam addenda, & corrigenda tota opere.

DIVIO.

Quſibe, Saſon, Kene.

DIVIO, *Dijon*, in Galliâ Celticâ, Lugdunenſi prouinciâ primâ, Diœceſi Lingonenſi, vrbs primaria Burgundiæ Oſcarâ, & duobus aliis fluuiolis Suſione, & Reginâ alluitur, gradu longit. 26.0. latitud. 46.40. altitud. ſoſolis 43.20. vbi dies maxima hor. 15.30. ratio vmbræ æquinoctialis meridianæ 63.34.30. ad Gnomonem 60. partium, Parlamento, Camerâ Computorum, Generalitate Financiarum, Balliuiatu, Cancellariâ contractuum, Fabrica Monetæ, cuius Nota P, & Maioratu, duabus Abbatiis, Capellâ Regiâ, ſeptem Parrochiis, Cartuſianorum, Dominicanorum, Franciſcanorum, Carmelitarum, Minimorum, Capucinorum Conuentibus, Collegio Patrum S.I. pluribuſque aliis Eccleſiis, Monaſteriis, & Xenodochiis ſuo loco in Epiſcopis Lingonenſibus, & alibi memorandis, decorata, Ædium elegantiâ, multitudine ciuium, mœnium, & arcis firmitate celebris, Gubernatoris, ſeu Proregis ordinariâ ſede illuſtris inter Auguſtodunum, & Veſontionem ſita, à quibus circiter 15. leucis diſtat, media inter Lugdunum, & Trecas, triginta quinque circiter leucis hinc inde remota, aëris, & aquarum ſalubritate, ſoli vbertate, amœnitateque gaudens, orthodoxæ, & auitæ religionis tenax, nouorum dogmatum inimica, iam olim à Gregorio Turonenſi lib. 3. cap. 19. hiſt. Francorum, & cap. 8. vitæ Patrum, de Gloriâ Martyrum cap. 51. de Glor. Confeſſor. cap. 23. & 44. & veteribus Martyrologiis Bedæ, Vſuardi, Adonis, Rabani, Nokeri, & Romano in primis, Aymoino Monacho lib. 2. cap. 24. memorata, & laudata, vnde apud Guillelmum Brittonem lib. 1. Philippidos dicitur *Belligeris viris nobile caſtrum*. De cuius vrbis antiquitatibus plura ſcribendi præceptam nobis fuiſſe occaſionem gaudemus à Ioanne Richardo I.V.C. & Ioanne Guenebauld medico in Chyndonacte. Vide Chaſſanæum Catal. Glor. mundi parte 12. Conſider. 61. & in Procem. Conſuet. Burgund. Interim legendum puto apud Gregorium loco citato in deſcriptione huius vrbis Chalybonium pro Scalonũ, cùm in antiquis codicibus legeretur Cabilonium. Chalybonium autem vinum, vt quo ſolo Perſarum Reges vterentur, ſicut aqua ſolius Coaſpis, commendatur à Syriæ vrbe Chalybone. Gubernatores autem, ſeu Proreges Burgundiæ fuerũt

Chalibonũ vinum.

Gubernatores Burgundiæ.

1. *Petrus* de Craon.
2. *Carolus* d'Amboiſe, gubernator etiam Campaniæ.
3. *Ioannes* d'Amboiſe Epiſcopus Lingonenſis 86, quo gubernante inuenitur gubernator (forte extraordinarius) Burgundiæ Robertus de Baudricour Franciæ Mareſchallus, qui fidem & homagium nomine regis Caroli VIII. à Burgundis excepit 1494. 28 Auguſti.
3. *Engelbertus* Cliuenſis, Comes Niuernenſis 1501.
5. *Ludouicus* de la Trimoüille, cuius frater Georgius erat Locumtenens.
6. *Philippus* Chabot Admiralis iacet apud Cœleſtinos Pariſienſes mortuus 1. Iunij 1543.
7. *Claudius* à Lotharingiâ Dux Guiſiæ iacet Ionuillæ 1550. 12. Aprilis, ætatis 54. veneno ſublatus. Cuius tempore Ioachimus de la Baulme Locumtenẽs in Burgundiâ curat Caſtrum Villanum erigi in Comitatum, & Petrus item d'Eſpinac Locumtenens obiit 1505.
8. *Claudius* à Lotharingiâ Dux Aumaliæ occiſus in obſidione Rupellæ 3. Martij

1573.cuius tempore Leonor Chabot Comes Charnij fit Locumtenens per ceſſionem Gaſparis de Saulx Domini de Tauanes.

9. *Carolus* à Lotharingiâ, Dux Mayennæ ingreditur vrbē 25. Iulij 1574. ætatis 24. poſtea factus Gubernator Inſulæ Franciæ, obiit 3. Iulij 1611. cuius filius ex Henricâ Sabaudâ paternæ virtutis æmulus obiit 1621. in obſidione Montalbanâ: Natus erat Diuione 20. Decembris 1578. ibique baptizatus in ſanctâ Capellâ menſe Feburuario anni ſequentis 1579. Magnus Franciæ Cambellanus. Quo tēpore Locumtenens fuit Guillelmus de Saulx, Dominus de Tavanes gener Leonori Chabot, Prætor, ſeu Balliuus Diuionenſis.

10. *Carolus* Gontault de Biron, Franciæ Mareſchallus, capitali ſupplicio affectus in Arce Baſtiliæ Pariſiis, vltimâ Iulij 1602. Cuius tempore Locumtenens fuit Claudius de Bauffremont, dominus de Senecey.

11. *Rogerius* de Bellegarde, Ioannis, ex Annâ de Villemur filius, maritus Annæ de Bueil, honorati domini de Fontaine filiæ, Magnus Franciæ Scutifer, ſeu Hippiarchus, vel regalium equorum præfectus, nunc prudenter, & feliciter regit. Iacobo Chabot, Philippi Nepote Locūtenente primario poſt mortem Emundi de Malain Baronis de Lux, quam indicat hoc dyſtichum numerale in vigiliâ Epiphaniæ 1613. accidiſſe.

ParIsIIs gLaDIo parIdIs LVX ſaVCIa noCte
LetaLI eXIgItVr reX VbI CLaMo bIbIt.

Rogerij verò frater Auguſtus dominus de Thermes, Præfectus Cubiculi Regij, & Caſtri Diuionenſis, alter Galliæ Macchabæus in obſidionę Montalbanâ 1621. ſummo Regis, Regnique luctu occubuit, ſepultus in Eccleſiâ Patrū S.I. Diuione, cuius Eccleſiæ chorum conſtrui, ornarique curauit Rogerius.

Primi Præſides Parlamenti Diuionenſis.

Principes autem, ſeu Primi-Præſides Senatus, ſeu Parlamenti Burgundiæ ſtabiliti Diuione à Ludouico 11. vt alibi dictum eſt 1477. hi fuerunt

1. *Ioannes* Iaquelin. Item Præſes Dolæ 1181.

2. *Ioannes* Douhet.

3. *Guillelmus* de Dormano, primus Præſes in Burgundia, obiit 5. Februar. 1507. Is filius Reginaldi & Columbæ de Bonay. Iacet ad S. Innocentium Pariſiis. Ergo abdicauerat diu ante mortem. Vide [illegible]ulium antiquit. Pariſ. pag. 832.

4. *Philibertus* de la Ferté Matiſcone in patriâ mortuus Dominicâ 14. Septembris 1505.

5. *Humbertus* de Villa-nouâ Lugdunenſis.

6. *Hugo* Fornier: iacet apud Franciſcanos Diuionenſes Maij 30. 1525. retro maius altare.

7. *Claudius* Patarin, filius Laurentij Moritur. 21. Nouembris 1551. & à Tillio memoratur.

8. *Ioannes* Baillet dominus S. Germani: recipitur 11. Ianuarij 1551. ante Paſcha, id eſt, more Romano 1552.

9. *Claudius* le Febure. Iacet in Naui Templi Benigniani 1566.

10. *Ioannes* de la Gueſle, poſtea Procurator Generalis, ac deinde Præſes in Parlamento Pariſienſi.

11. *Dionyſius* Brulard, iacet Diuione apud Franciſcanos: mortuus 17. Iunij 1611. ætatis 87. Magiſtratus 40.

12. *Nicolaus* Brulard, Dionyſij filius. Interfuit Concilio Notabilium Rotomagi 4. Decembris 1618. Nomine Parlamenti Burgundiæ à Rege ob ſummam prudentiam, & probitatem euocatus.

Apud Græcos Olympiades à Solſtitio incipiebant.

Cæterùm non ſine exemplo hîc à nobis exhibentur Tribuni plebis, ſeu Maiores vrbis Diuionenſis, quos nanciſci potuimus. Nam cum Vrbis Tabularium olim incendio deflagrarit, nomina quoque antiquiorum in cineres abierunt, quorum Magiſtratus incipiebat à Natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ, anni ab Incarnatione Chriſti 1187. quo Dux Burgundiæ Hugo eius nominis 3. ciuitatis ius Diuionæis conceſſit.

1219. Varnerius.
1220.
1221.
1222.
1223. Dominicus Bigot.
1224.
1225.
1226.
1227.
1228. Dominicus Bigot.
1229.
1230. Prædicatorum Conuentus conſtruitur ab Aleyde Vergey a Burgundiæ Ducisſa.
1231.
1232.
1233.
1234.

Memoratur Guillelmus de Champlite, Vicecomes Diuionenſis, dominus de Pontaille, & Talemer.

1235. Hoc anno Dux Hugo dat facultatem vrbi vt iterùm poſſit eadem perſona eligi in Maiorem temporis ſerie non interruptâ. A
1236.
1237. Aymo de Ayſereyo, ex inſtrumento apud Prædicatores Diuionenſes menſe Iunio.
1238.
1239. Thomas de Barco.
1240.
1241.
1242. Stephanus Lamberti, ex Calendario Dominicanorum.
1243. Guilelmus Ancaroiſe, fortè Aucerroiſe. B
1244.
1245.
1246.
1247. Ioannes Bezua.
1248. Thomas de Barco.
1249.
1250.
1251. Odo Diues. Quo anno Guilelmus Dominus de Pontaillè nominatur Vicecomes Diuionenſis, nondum coniuncto Maioratu cum Vicecomitatu.
1252.
1253.
1254.
1255. C
1256.
1257.
1258.
1259. Ioannes de Beſnes.
1260. Bertrandus Pelerin.
1261.
1262.
1263.
1264.
1265.
1266.
1267.
1268. Guilelmus Pelerin.
1269. Philippus Vertieux.
1270. Idem. D
1271. Guilelmus de Corcelles.
1272. Ioannes de Beſnes.
1273.
1274.
1275.
1276.
1277. Odo de Salmaſiâ de Salmaire.
1278.
1279.
1280.
1281.
1282.
1283.
1284.

1285.
1286.
1287.
1288. Humbertus Braſey.
1289.
1290.
1291.
1292.
1293. Ioannes de Beſnes.
1294.
1295.
1296.
1297.
1298.
1299.
1300.
1301.
1302.
1303. Gaultier Paucins.
1304. Idem.
1305. idem.
1306.
1307.
1308.
1309.
1310.
1311.
1312.
1313. Guilelmus de Corcelles.
1314. Viuiens du Cloiſtre.
1315. Idem.
1316. Ioannes de Plumberiis.
1317. Laurentius de S. Iean.
1318. Idem.
1319. Girardus Griffon.
1320. Idem.
1321. Idem.
1322.
1323. Hugo Pelerin.
1324.
1325. Petrus de Corcelles.
1326.
1327. Ioannes du Pance, vel Panſe.
1328. idem.
1329. Odo Roſſignol.
1330. Guilelmus Griffon.
1331. Idem.
1332.
1333.
1334.
1335.
1336. Odo Roſſignol.
1337.
1338. Odo Roſſignol.
1339.
1340.
1341. Ioannes de Plumberiis.
1342. Guilelmus Bourgeoiſe.
1343. Odo Roſſignol, vel Roſſigneux.

1429. Idem.
1430. Ioannes de Saulx.
1431. Idem.
1432. Idem.
1433. Stephanus Chamberlant. vſus Tubæ vrbi conceſſus. Naſcitur Diuione Carolus Dux 10 Nouemb. ſuſceptus è fonte à Carolo Patruele Comite Niuernıæ, donatus Torque Velleris aurei in baptiſmo à Philippo patre ordinis inſtitutore.
1434. Petrus Barbier.
1435. Idem.
1436. Idem.
1437. Idem.
1438. Guido Berbiſey.
1439. Philippus Machefouin.
1440. Idem.
1441. Idem.
1442. Idem.
1443. Idem.
1444. Idem.
1445. Petrus Bauldot.
1446. Idem.
1447. Idem.
1448. Philippus Machefouin.
1449. Idem.
1450. Guilelmus Chamberlant Conſiliarius, ac Eleemoſynarius Ducis.
1451. Idem.
1452. Idem.
1453. Idem.
1454. Iacobus Bonne Scutifer.
1455 Idem.
1456. idem.
1457. Henricus d'Eſchenon.
1458 idem.
1459. idem.
1460. Stephanus Moninus d'Eſchenon.
1461. idem.
146 . idem.
1463. idem.
1464. Petrus Mariote.
1465. Iacobus Bonne.
1466. Stephanus Baſtier.
1467. Iacobus Bonne.
1468. Idem.
1469. Idem.
1470. Idem.
1471. Idem.
1472. Idem.
1473. Idem.
1474. Petrus Mariote.
1475. Stephanus Baſtier.
1476. Petrus Mariote.
1477. Stephanus Berbiſey. Hoc anno, ſed adhuc durante Petri magiſtratu, concilium trium ordinum iurat fidelitatem Ludouico II. Regi in manibus Ludouici d'Amboiſe Epiſcopi

A Albienſis, 29 Ianuarij, mortuo Duce Carolo, eiuſdem menſis, die 5. quo tempore Parlamentum inſtituitur. Vide Lingonenſes n. 85. vbi memineris tunc initium anni fuiſſe Paſcha, & magiſtratum vrbis iniri ad feſtum S. Ioannis Baptiſtæ.
1478. Idem.
1479. Idem.
1480. Idem.
1481. Idem.
1482. Idem. Moritur Maria Ducis Caroli filia Brugis. M. Martio ex equo lapſa, nata fuerat 12 Februar. 1457.
1483. Idem.
B 1484. Idem.
1485. Philippus Martinus.
1486. Idem.
1487. Idem.
1488. Idem.
1489. Idem. cuius tempore Rex omnibus ſubditis imperauit, vt Monetam Burgundiæ acciperent.
1490. Henricus Chamberlant Magiſter rationum, & Monetarum. Acquiritur vrbi domus Rolinorum, in qua vrbis conſilium habetur, vulgò *La maiſon de ville.*
1491. Idem.
1492. Idem.
1493. Ioannes Aignaux. Iacet ad Carmelitas cum vxore Petronillâ Berbiſey.
C
1494. Idem.
1495. Idem.
1496. Idem.
1497. Idem.
1498. Idem.
1499. Idem.
1500. Idem.
1501. Idem.
1502. Idem.
1503. Idem.
1504. Petrus Contault.
1505. Idem.
1506. Idem.
D 1507. Idem.
1508. Idem.
1509. Benignus de Cirey.
1510. Idem.
1511. Idem.
1512. Idem.
1513. Idem. Quo tempore vrbs obſeſſa à quadraginta quinque millibus Heluetiorum, & die 4 obſidionis liberata, Domino de Rochefort Balliuo obſide dato.
1514. Petrus Sayue.
1515. Idem.
1516. Idem.
1517. Idem.

1518. *Benignus* de Cirey.
1519. Idem.
1520. Idem.
1521. Idem. *Franciſcus* primus rex Diuionem menſe Iulio ingreditur.
1522. Idem.
1523. Idem.
1524. Idem. Itaque duodecies Maior, quod alij in hac vrbe contigiſſe non facilè crediderim, ſic Franciſcus *le Roux*, ſecundus Ambiani Maior 1229. duodecies eum geſſit Magiſtratum. Pelopidas verò electus gubernator Beotiæ patriç ſuæ ter decies, Plutarcho.
1525. *Petrus* Sayue.
1526. *Ioannes* Noël de Bierne.
1527. Idem, Guiſia in Ducatum erecta Diuione à Franciſco I. Rege, in fauorem Claudij à Lotharingia Gubernatoris Burgundiæ.
1528. *Petrus* Sayue.
1529. Idem.
1530. *Ioannes* Noël.
1531. Idem. votum ſanctæ Annæ, peſtis depellendæ gratiâ.
1532. *Petrus* Tabourot.
1533. *Petrus* Morin. Hoc anno die veneris vltimâ Octobris admittuntur 5. Eccleſiaſtici in ſcabinos.
1534. *Petrus* Sayue.
1535. Idem.
1536. Idem.
1537. Idem.
1538. *Ioannes* Noël.
1539. *Iacobus* Moiſſon.
1540. *Ioannes* le Marlet.
1541. Idem.
1542. *Iacobus* Moiſſon Cancellariæ Adminiſtrator.
1543. *Ioannes* le Marlet.
1544. Idem.
1545. *Stephanus* Iaquotot.
1546. Idem.
1547. *Ioannes* Iaquot.
1548. Idem. Henricus 2. Diuionem ſolemniter ingreditur.
1549. Idem.
1550. *Stephanus* Iaquotot.
1551. *Chriſtianus* Goldran.
1552. Idem.
1553. *Guilelmus* Berbiſey.
1554. *Ioannes* Robin Medicus, cui mortuo ſufficitur Benignus Malion cuſtos Euangeliorum.
1555. *Chriſtianus* Goldran.
1556. Idem.
1557. *Benignus* Martin.
1558. Idem. Euertitur Eccleſia S. Nicolai ſuburbana.
1559. Idem.

A 1560. *Ioannes* Maillard.
1561. *Benignus* Martin, cuius meminit Belforeſtus in Coſmograph.
1562. Idem.
1563. Idem.
1564. Idem. Carolus I X. feſtis Pentecoſtes Diuionem ingreditur.
1565. Idem.
1566. *Iacobus* Verne.
1567. *Benignus* Martin.
1568. *Hugo* Tiſſerant.
1569. Idem.
1570. Idem. Intereſt reformationi conſuetudinum Burgundiæ in Comitiis Diuione.
B 1571. *Guillelmus* Miliere.
1572. Idem.
1573. *Bernardus* des Barres, primùm Aduocatus, inde Conſiliarius, ac tandem Præſes in Parlamento, & Archidiaconus maior Lingonenſis, cuius meminit Belforeſtus in Coſmographiâ.
1574. Idem. Obiit 11. Cal. Iul. Ioannes Agnus Begatius Præſes, in Senatu ætatis 49. ſepultus in choro ſancti Stephani.
1575. *Hugo* Tiſſerant, Henricus III. è Polonia veniens Diuionem ingreditur hyemali tempore Bernardo *des Barres*, adhuc Maiore.
C 1576. *Ioannes* Petit.
1577. *Ioannes* Marlet dominus de Iumeaux.
1578. Idem.
1579. *Ioannes* Petit.
1580. *Ioannes* Marlet.
1581. *Guillelmus* Rohier Aduocatus. Collegium S. I. fundatur ab Odineto Godranio Curiæ ſupremæ Præſide.
1582. *Petrus* Bouhier.
1583. Idem.
1584. *Guillelmus* Rohier Aduocatus.
1585. Idem.
1586. Idem.
1587. *Iacobus* la Verne in Parlamento
D Patronus.
1588. Idem.
1589. *Petrus* Michel, mortuus in Magiſtratu cui ſuffectus idem. Iacobus la Verne.
1590. Idem. *la Verne.*
1591. Idem.
1592. *Stephanus* Bernard, Patronus, cuius elogium extat in hiſtoria Catholica Hilarionis *de Coſte* Minimi.
1593. *Iacobus* la Verne.
1574. *Renatus* Fleutelot.
1595. Idem, cui in Magiſtratu obeunti ſufficitur Benignus Fremyot Præſes Henrico I V. vrbem ingreſſo 28. Maij.

1596. Idem *Benignus* Fremyot. Minimi in vrbem admittuntur. A

1597. *Benignus* de Requelayne, mortuus in Magiſtratu.

1598. *Bernardus* Couſſin, Aduocatus.

1599. *Ioannes* Iaquinot.

1600. Idem.

1601. Idem.

1602. *Michael* Bichot 4. Octob. Capucini conduntur à Ioachimo de Damas, domino de Communes, poſtea ibi ſepulto 1625.

1603. *Ioannes* de Frazan. Proceſſiones, ex oppido Flauigeni, & S. Sequani ſiccitatis auertendæ cauſâ Diuionem veniunt. B

1604. Idem.

1605. *Emundus* Ioly Aduocatus in Parlamento, & Magiſter Extraordinarius rationum regiarum.

1606. *Ioannes* Perroul, Mercator.

1607. *Stephanus* de Loiſie Præſes Cameræ Computorum.

1608. *Chriſtianus* le Maſque, cui in Magiſtratu demortuo ſubrogatur Ioannes *de Frazans*, cui quoque mortuo Antonius Gaultier ſufficitur.

1609. *Stephanus* Humbert, Eccleſiæ Capucinorum, & S. Nicolai dedicantur à Carolo *d'Eſcars*, Epiſcopo Lingonenſi. C

1610. *Nicolaus* Humbert, Magiſter Rationum Regiarum.

1611. Idem iuſſu Regis ſine populi electione, dum certus eligendi modus ad ambitum euitandum conſtitueretur.

1612. *Iacobus* Boſſuet, ex Conſiliario Parlamenti.

1613. Idem.

1614. *Emundus* Ioly Aduocatus.

1615. Idem.

1616. *Richardus* Aruiſet.

1617. Idem.

1618. *Petrus* Forneret Princeps Iuuentutis Vrbanę, *Capitaine de l'Infanterie*, vitâ functus in Magiſtratu. D

1619. *Iacobus* Venot, Magiſter Cameræ Computorum.

1620. Idem.

1621. *Benignus* le Compaſſeur.

1622. Idem.

1623. *Ioannes* Tiſſerand, Locumtenens Particularis in Balliuiatu Diuione.

1624. Idem. R. P. *Ioannes* Gentil obiit, primus Diuionenſium è Societate Ieſu, Rector Collegij Diuionæi, & bis Prouincialis, cuius pietas apud probos ſemper vigebit.

1625. ..... *Ioannis* de Fraſans, ſupra nominati filius, Aduocatus, inter cuius maiores inuenitur Guido Regis Secretarius 1476. Obiit 12. Aprilis 1625. Ioachinus *Damas*, Dominus *de Communes*, & ſepultus apud Capucinos quos fundauit in ſuburbio ſancti Nicolai Diuione.

S. Benignus Diuionenſis.

SAncti *Benigni* Monaſterium Ordinis Benedictini diœceſis Lingonenſis (cuius hîc dabimus Abbates) memoratur à S. Bernardo epiſt. 15. & 17. de quo in Epiſcopis Lingonenſib. n. 16. & hic infrà n. 43. & 66.

1. *S. Euſtadius* (de quo ſupra in Patientio Epiſcopo 14. & in S. Gregorio 16. Epiſcopo Lingonenſi) ſepultus iuxta corpus S. Benigni, & iuxta ipſum Euſtadium S. Hilarius Senator cum S. Quietâ vxore, vt eſt in vetere Chron. M. S. Huius cœnobij, quod inde Benignianum appellatur. Euſtadius verò filius fuiſſe dicitur S. Gregorij Epiſcopi Lingonenſis, ad oram Apographi cuiuſdam catalogi huius Monaſterij Abbatum, quorum ordinem diuerſum eſſe aliquando (fortè deſcriptorum incuriâ) in hoc Chronico ſæpe citato, citandoque, & in Catalogo poſito in Martyrologio M. S. eiuſdem Monaſterij notare poteris, cuius quidem Monaſterij Abbas Cõſiliarius in Senatu Diuionenſi, primas tenet in Clero eiuſdem vrbis, & ſacramentum, ſeu iuſiurandum recipit à nouo Principe.

2. *S. Tranquillus*, vel Tranquilinus. Ad oram eiuſdem Apographi Catalogi dicitur fuiſſe Abbas S. Apri Tullenſis, & S. Marcelli, de quo Tranquillo ſuprà in Tetrico Epiſcopo 17. Lingonenſi, Gregorius Turonenſis c. 44. de Gloriâ Confeſſorum, & Chronicon Benignianum, vbi dicitur ſepultus ad læuam S. Benigni iuxta S. Paſchaſiam Virginem, & Martyrem à S. Benigno baptizatam, de quâ vetus Calendarium Benignianum die 9. Ianuarij, iuxtaque eam poſita eſt S. Florida, ibidemque ſepulta fuit S. Leonilla. Vide S. Gregorium Turon. c. 51. & cap. 43. de Glor. Confeſſ.

3. *Codinus* Metio Epiſcopo 20. Lingonenſi. Quo tempore Longouicus villa ad Oſcaram fluuium in agro Diuionenſi datur S. Benigno, vt eſt in monumentis illius Monaſterji.

4. *Babolenus* Modoaldo Epiſc. 21. Lingonenſi. Sic S. Babolenus Abbas Luxouienſis, fundator Foſſatenſis Monaſt. Vidend. Iacobus Brullius in antiquit. Pariſ.

5. *Agilbertus.*

à Brunone Epiſcopo 47. Lingonenſi A. A. C. 990. Inſtaurauit diſciplinam huius Monaſterij, adductis 12. Religioſis ex omni congregatione Cluniacenſi à S. Maiolo ſelectis. Deinde omnia ædificia, cum Baſilicâ in melius reſtituere cœpit A. D. 1001. Deinde 1005. 7. Cal. Septemb. accepit à Roberto Rege anno 18. Regni literas datas in Caſtro Aualonis, quibus confirmatur S. Benigno Donatio de Eccleſia ſancti Stephani Belnenſis, ad preces Odonis Vicecomitis Belnæ, & Othonis Comitis, ac Valtherij Alduenſis Epiſcopi. Poſtea A. D. 1008. in honorem S. Benigni Martyris ædificauit B Monaſterium Vlpianum, ſeu Fructuarienſe in Lombardiâ, ſeu Galliâ togatâ. De quo Monaſterio Baron. A. D. 1062. & Sigon. de regno Italiæ 1015. Vion l. 2. lig. vit. p. 158. quod diuerſum eſſe puto ab eo, quod in territorio Genuenſi incorporatum eſt Congregationi S. Iuſtinæ. Reformauit etiam Abbatias Bezuēſem, Melundenſem, Reomenſem, Tornodorenſem, Tullenſem, Metenſem, Gemeticenſem, Vezalienſem, Pariſienſem S. Germani, Meldenſem S. Pharonis, Fiſcanenſem. Præterea de Guilelmo legendus Aymoin. l. 5. c. 46. Vincent. l. 26. c. 14. Sigebert. 1027. Faſciculus temporum, Vion in Martyrol. Monaſt. Genebrardus, & Auctor vitæ S. Bercharij, Chronicon M. S. Collegij Nauarræi, Trithemius l. 3. c. 240. de Viris Illuſtr. Ord. Benedict. Florebat, inquit, religio per famoſos Abbates, ſanctitate præſtantes in Burgundiâ, per Odilonem Cluniacenſem, & Guilelmum Diuionenſem, & Chronicon M. S. S. Petri Senonenſis A. C. 1027. Iiſdem penè verbis Guilelmum Diuionenſem ſeueritate Reuerendum appellans, Glaber lib. 2. c. 5. vnde in Necrologio Benigniano Calend. Ianu. literis miniatis ſcribitur. Depoſitio duorum, & præcipuorum Abbatum Guilelmi atque Odilonis. Guilelmum quoque Ordericus lib. 4. Virum ſapientem, & in Religione Feruentiſſimum nuncupat. Vnde fortaſſis Fulbertus epiſt. 44. hoc Monaſterium Benignianum vocat Paradiſum, cuius antiquam religionem commendat S. Bernardus epiſt. 15. & 16. Sed præcipuè notanda ſunt quę habet Chronicon M. S. huius Cœnobij de Guilelmo cum inquit, *Fuit ordinis feruentiſſimus executor, & totius nobilitatis lampade præfulgidus, atque in vera humilitate, & fraterna charitatis dilectione, nec non ſummæ dilectionis honeſtate laudabiliter radicatus, & fundatus, alto ſatus genere, & nobili proſapiâ editus, in Italiâ, & Ottoni Guillelmo propinquitate cōiunctus, nec nō diſcipulus S. Maioli Cluniacenſis Abbatis, & æqualis S. Romualdi Rauennatis, corpore caſtus, mente deuotus, affabilis eloquio, prudentiâ præditus, temperantia clarus, internâ fortitudine firmus, cenſurâ iuſtitiæ ſtabilis, patientiâ robuſtus, Chriſtum verò totis viſceribus diligens.* Veram autē humilitatem dixit ad maximam Guilelmi commendationem, quia, vt ait S. Hieronymus epiſt. 87. multi eius vmbram, pauci veritatem attingunt. Cuius humilitatis gradus 12. in Monacho conſtituit S. Benedictus in ſuæ Regulæ capite 7. quos illic ſuis Commentariis illuſtrauit Smaragdus, & Turre-cremata, S. Thomas 2. 2. quæſt. 161. art. 6. S. Valerianus Cemelienſis homil. 14. de bono humilitatis, Buſæus in Viridario, Iordanus de Saxoniâ in vitis Patrum c. 7. & 8. vbi viginti & vnum humilitatis gradus recenſet, & Trithem. ſerm. 3. Exortatorio ad Monachos, triginta veræ humilitatis ſigna indicat, quam ethnicis fuiſſe ignotam monet Caietanus in locum D. Thomæ citatum art. 1. ad primum. Nec magnum eſt humilem eſſe in abjectione, magna prorſus, & rara virtus eſt humilitas honorata, apud S. Bernardum, nihilque fabricatâ humilitate ſuperbius. Ennod. l. 6. epiſt. 1. C

Octoginta Monachi tunc in hoc Monaſterio.

De Vlpiano oppido Frat. Peleaius l. 37. c. 7.

Baron. 1061. num. 115.

Cæterùm, vt Monaſterium dicatur Paradiſus, notat Sirmundus ad Gofridū Vindocinenſem, ſanctus Baſilius Opuſculo de Laudibus Vitæ ſolitariæ, S. Hieronymus epiſt. ad Ruſticum, Saluianus lib. 8. S. Bernardus epiſt. 64. Petrus Bleſenſis epiſt. 13. S. Auguſtinus pſalm. 115. Auctor libri de Vitâ ſolitariâ ad Fratres de Monte Dei. Quod geritur ait in Cœlis, hoc & in cellis: ſic Palladij hiſtoria Lauſiaca titulo Paradiſi edita, & Monachi Aquilæ Cœli, Paſchaſio Ratberto in Lament. Ieremiæ, & Paradiſus Claraualenſis Petro Cellenſi lib. 8. epiſt. 8. quod de Lerino dixerat Eucherius Lugdunenſis. D

Monaſteriū Paradiſus.

44. *Halynardus.* (Qui, & Athelenardus in nonnullis Diplomatibus apud Camuzatum) patre Lingonenſi, matre Eduēſi nobiliter genitus, & filius ſpiritualis in Baptiſmate Valtheri Epiſcopi 46. Æduenſis poſt regiminis cœnobialis apud Benignianos Diuionenſes annos circiter 20. electus eſt Archiepiſcopus 64. Lugdunenſis, cuius electionem probauit Gregor. 6. PP. Henrico R. F. vt vult Rubis l. 3. c. 32. hiſt. Lugdunenſis, & Henrico Nigro Imperatore, vt eſt in monumētis Benignianis, vbi notatur coram Im-

peratore noluiſſe iurare Halynardum cum ordinaretur ab Hugone 48. Archiepiſcopo Biſuntino A. D. 1046. in loco Herbeſtein (quo vocabulo ſignificantur bonæ manſiones.) Circa quod tempus viuebat adhuc Hugo Epiſcopus 50. Lingonenſis, Hugo, & Odilo ſanctiſſimi Abbates Cluniaci. Denique peractis in Pontificio 7. annis obiit Romæ A. D. 1052. 4. Calend. Auguſti in S. Gregorij Monaſterio, quod olim in paterna domo ipſe Gregorius Magnus S. Andreæ dicauerat ad Cliuum Scauri, de quo Baron. A. C. 356. n. 28. & anno 1010. n. 6. & Breuiarium Romanum in S. Gregorio die Martij 12. ipſe S. Gregorius l. 9. epiſt. 38. indict. 4. Petrus Damianus l. 1. epiſt. 9. vbi nunc degunt Camaldulenſes ſub Regula Benedictina. Sepultus verò fuit Halinardus à nobilibus Romanis arcu tumbæ impoſito ad læuam partem Baſilicæ S. Pauli, via Oſtienſi, quæ eſt tertia inter Patriarchales Eccleſias habens Monachos Ordinis S. Benedicti, de qua Baſilica, poſt Onuphrium, Hugenium, Marlianum, & Fuluium, Baronius ad Martyrologium Romanum 18. Nouembris, & in Annalibus Eccleſiaſticis, & Octauius Pancirolus in theſauro abſcondito rerum ſacrarum vrbis Romæ, Quidem Halinardus

Factus Apoſtolici conſors, & compar honoris

Duxit Apoſtolicam factis, & nomine vitam:

vt eſt in monumentis Benignianis. Vide Baronium tomo 2. Annalium, & Seuertium in Chron. Archiepiſcoporum Lugdunenſium pag. 68 Monaſteria verò fuiſſe Epiſcoporum ſeminaria oſtendunt ſuperiùs notata in Geilone Epiſcopo 38. Lingonenſi, Platus de bono ſtatu Relig. lib. 2. cap. 35. 29. & 30. & Baronius an. 328. Legēdus Petrus Damianus lib. 5. epiſt. 19. Quod etiam patet infra n. 56. 59. 60. & 83. An verò Monachus in Epiſcopum electus, ſit liber ab oneribus, & ſtatutis, & habitu ſuæ religionis, diſputat Azor. l. 12. c. 7 quæſt. 4. D. Thomas 2. 2. quæſt. 185. art. 8. ſeu vltimo. At ſi relinquat Epiſcopatum, an teneatur redire ad religionem, videndus Caietanus in locum citatum S. Thomæ, Fumus V. Epiſcopus n. 8. Sic Græci etiam hodie licet ſchiſmatici, ex Monaſteriis aſſumunt ſuos Epiſcopos. Præterea de propugnatoribus, ſeu defenſoribus Ordinum Monaſticorum videndus Poſſeuinus in Apparatu Sacro V. Religioſi Ordines, S. Baſil. Opuſculo de laudibus vitæ ſolitariæ, & S. Hieronymus epiſt ad Heliodorum. Vide & ſupra num. 1. in Euſtadio.

Monaſteria Epiſcoporum ſeminaria.

45. *Ioannes.*

46. *Adelbero,* Interfuit ſacro Philippi R. F. cum Harduino Epiſcopo 51. Lingonenſi. Eius depoſitio 9. Calend. Februarias.

47. *Iarento*, profundus conſilio, rotundus eloquio, Principibus gratus, Præceptor Hugonis Ducis Burgundiæ, poſtea Monachi Cluniacenſis. Obiit 4. Idus Februarias 1105. vt eſt in Benigniano Calendario, & in tumuli inſcriptione in Capitulo cum hoc dyſticho.

Ab antiquo deſiderabil. fuit in ocu. Principum gratia inuenire, legendus Bleſenſis epiſt. 150 & Caſſiodorus l. 5. epiſt. 26.

Dormit Iarento venerandus in hoc monumento,

Qui tibi tam dignè ſeruiuit ſancte Benigne:

Ei porrò nobilem Prioratum S. Vigoris in monte Chriſmatis extra vrbem Baiocas ſitum dedit Odo eiuſdem ciuitatis in Normania Epiſcopus 19. Eidemque Agano Eduenſis Epiſcopus 48. contulit Eccleſiam S. Iacobi de Arneto Ducis. Vide Lingonenſes n. 52. & 53.

48. *Ademarus* inter benefactores huius domus depoſitionem habet 14. Calend. Octobris.

49. *Henricus*, nominatur in veteribus monumentis cum Ioſſeranno 54. Epiſcopo Lingonenſi.

50. *Hugo* 3. huic Calixtus II. confirmat omnia, quæ iuſtè poſſidebat Monaſteriū iſtud, & inter cætera, Eccleſias, quæ in Burgo Monaſterij huius ſitæ ſunt, id eſt, S. Ioannis, & S. Philiberti, eam libertatē, quam Venerabilis Robertus Lingonenſis Epiſcopus contuliſſe dignoſcitur, & cellam S. Amatoris, cellā S. Mariæ apud Saxonis Fontem, cellā S. Stephani apud Vangionis riuum in Diœceſi Lingonenſi, cellam de Arneto, cellam Belnenſem, cellam de Sarmaſia, cellam de curte Bertaldi in diœceſi Æduenſi, cellam de Paluel in Cabilonenſi Epiſcopatu, cellā S. Vigoris in Baiocenſi, cellam S. Benigni in Senonenſi apud Vulnonem, villā Hiſpaniacum, ſeu Spaniacum, Norgias, Plumberias, Magnum montem, Dianetum, Saciacum, Prunedum &c. Diplomate dato Laterani per manum Haymerici S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarij 4. Calend. Nouembris, indict. 3. anno Dominicæ Incarnationis 1124. Pontific. 6.

Paludellum Palnau, ou Paued.

Eſpagney.

51. *Petrus.*

52. *Petrus* 2.

53. *Philippus* tempore Gothofredi 56. 1158. & Galtheri 57. 1177. Epiſcoporum Lingonenſium, huius loci Benefactorū.

Ei Ludouicus 7. Diuione A. D. 1146. A regni 10. præſentibus Rodulpho Veromanduorum Comiti Dapifero, Guilelmo Butriculario, Matthæo Camerario, Matthæo Conſtabulario, Caduleio Cancellario confirmauit omnia, quæ Robertus anteà conceſſerat.

54. Ioannes 2. tempore Galtheri Epiſcopi 57. Lingonenſis. Ei Alexander III. Papa confirmat omnia quæ Monaſterium canonicè poſſidebat conceſſione Pontificum, largitione Principum, & oblatione fidelium, Bullâ datâ Ferrariæ per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarij 5. Calend. Maij, indict. 10. 1177. Pontific. 18. cui inter cæteros ſubB ſcribit Humbaldus Cardinalis Oſtienſis, & poſtea Summus Pontifex Lucius 3. de quo præter Onuphrium Ioannes Sariſberienſis epiſt. 293. & Petrus Cellenſis epiſt. 21. lib. 8.

55. Aymo tempore Manaſſis 58. Lingonenſis, & nominatur in inſtrumēto quodam cum Nicolao Decano primo S. Capellæ, & Garnerio Abbate 4. Albæ-ripæ 1185.

56. Petrus 3. tempore Manaſſis eiuſdem 1189. & Garnerij Epiſcopi 59. 1195.

57. Niuardus.

58. Galterus. Depoſitio eius 4. Nonas Februarias. Circa hæc tempora Inno- C centius III. ann. Pontif 14. ſalutis verò 1211. ſcribit Epiſcopo Lingonenſi & Duci Burgundiæ, vti incumbant reformationi Monaſterij Benigniani. In iis Epiſtolis V. C. Philippus *du May*, quas ex in lucem emiſit.

59. Adam. Eius depoſitio 3. Nonas Augusti.

60. Gelbertus, vel Gilbertus, vnus de præcipuis benefactoribus huius Monaſterij, cuius depoſitio 3 Calend Septembris, in Necrologio Benigniano.

61. Raynardus, vel Raymundus 1230. & 1240. fortaſsè is ipſe eſt, cuius electio in Archiepiſcopum Biſuntinum irrita- D tur à Gregorio 9. c. 52. cum veteri lege, de electio. non electi, ſed electionis vitio.

62. Stephanus, in inſtrumento 1244. cum Amedeo Abbate 8 Stephanienſi, & I.... Decano Lingonenſi 1251.

63. Petrus 4. in inſtrumento 1254. & 1261. Hunc eſſe credo, quem virum ſanctum, & iuſtum, Hugo Dux Burgundiæ ſecum duxit ad S. Iacobum in Hiſpaniā, vt eſt in Hipomnematis Benignianis, de quâ peregrinatione Compoſtellanâ Toletus l. 4. c. 18. Azor. part. 1. l. 11. c. 19. Breuiar. & Martyrologium Romanum 25. Iulij, exemplo S. Guilelmi Aquitani. In chartâ verò A. C. 1255. ſtatuit Petrus, vt de cætero ſint tantum 25. Moniales in Lareio, qui nunc Prioratus Conuentualis Commendatus ſeculari Priori vix vnum, aut alterum Monachum alit.

64. Richardus. Eius depoſitio 3. Calend. Nouemb.

65. Aymo 2. Huius diebus quidam Iacobus nomine dedit huius loci Monachis centum libras Diuionenſes annui ſiue cenſus, vt eſt in Supplem. Chron. Benign.

66. Hugo 4. cognomento de Arcu (à vico vt puto ſuper Tiliam fluuium (*Arc ſur Tille*) in Diœceſi Cabilonenſi, non longè tamen ab vrbe Diuione. Vide ſupra n. 53. Recēſetur in inſtrumento 1273. & 1274. Hic ædificauit nouam Baſilicam eâ formâ, quâ hodie ampliſſima cernitur, quæ dedicata fuit A. D. 1287. Dominica, Iubilate 27. Aprilis, & in eam corpus Hiero. martyris Benigni capsâ argenteâ reconditum tranſtulit 14. Calend Nouembris feriâ 3. anni ſequentis, quæ Baſilica deinde mœnibus vrbis cincta fuit A. D. 1359. in eaque ſepultus Hugo A. D. 1300. ante maius altare hoc epitaphio.

Hugo ſuis Arcus, Cato ſenſu, dogmate Marcus,
Nec meritis parcus, jacet hîc, quem protulit arcus,
Mille, C, ter Domini dic annos, luce Cyrini (12. Iunij.)
Traditur, vt memini, cineri corpus, caro fini.
Baſilicam ſimul, & capſæ fabricam fabricauit, (Capſa pro Conditorio Martyris, Greg. Turonenſis l. 1. c. 48.)
Angelicam det ei tunicam, qui cuncta creauit.

Quibus concordant quæ in veteri codice habentur lect. 8. matutin. huius tralationis. *Suſcitauit nobis Deus Paſtorem in medio noſtri de fratribus noſtris, honeſtæ conuerſationis, bonis moribus adornatum, qui errantes reduceret, viam prudentiæ oſtendendo ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis, ſcilicet Hugonem bonæ memoriæ, venerabilem Patrem huius Cœnobij, & inſpirauit in faciem eius, id eſt, in cordis affectum, ſpiraculum vitæ, ſanctum nempe propoſitum, quod eſſet pluribus vita gratiæ.* Hugo autem dicitur Cato, vt Sabinus ſui temporis Cato, apud Lampridiū in Alexādro. Intelligēdus verò Marcus Porcius Cato Cenſorius, qui in omnibus rebus ſingulari fuit prudētiâ & induſtriâ, apud Æmiliū Probū, præceptis rerū omniū expetendarū datis generi Romano inſignis. Plin. l. 14. cap. 4. à quo ornata ſunt literarum lati-

de Villariis ibidem ſepulto 1310. Nomi- A
natur in inſtrumentis vrbis Diuionenſis
1300.

68. Henricus 2.

69. Milo.

70. Otho. Nominatur cum Petro 72. Lingonenſ. Epiſcopo 1325. Eius depoſitio notatur XI. Calend. Decemb.

71. Petrus 5.

72. Petrus 6.

73. Ioannes 3. tempore Roberti Epiſcopi 64. Lingonenſis. Obiit 18. Iunij 1374.

74. Guilelmus 2.

75. *Petrus* 7. de Courbeton, Doctor Theologus. Iacet in Capitulo, eiuſque B depoſitio recenſetur 14. Calend. Iunias. Sic Ponicardus de Courbeton Abbas 18. Stephanienſis.

76. *Alexander* de Monte-acuto, antea Abbas de Flauigneyo. Nominatur in inſtrumento 1386. anno 6. Caroli Regis, & 1391. de Prioratu S. Benigni in curte Bertiniacâ diœceſis Tullenſis, vbi fit mentio ſexdecim Florenorum Florentiæ boni auri, & iuſti ponderis, quos debere ſe fatetur Prior Bertiniacenſis huic Monaſterio Benigniano Diuionenſi annuatim perſoluendos die Aſcenſionis, vno floreno computato pro 16. ſolidis, & 8. denariis Turonenſib. monetæ currentis in C Ducatu Burgundiæ. Ingentia bona huic domui contulit, ſepultus in Odeo ſeu Choro 5. Septembris 1417. Circa quæ tempora conditus fuit in Naui eiuſdem Eccleſiæ Voladiſlaus, de quo Crantzius Vandaliæ lib. 9. c. 4. Cromerus lib. 13. Viginerius in Chronico Poloniæ, Genebrard. in Chronol. & Vion Ligni vitæ l. 4. c. 11. cuius Epitaphium, quia facit ad illuſtrationem hiſtoriç Ludouici Francico ſtemmate oriundi, Poloniæ & Vngariæ Regis, hic apponendum eſt integrè tumbæ lapideæ inſcriptum cum Regis coronati effigie.

† *Hic iacet vir illuſtris, & deuotus Dominus Voladiſlaus, quondam Dux albus Poloniæ, Monachus huius Monaſterij per plures annos exiſtens, poſtmodum diſpenſatus per Papam pro ſucceſſione regni Poloniæ: Obiit in Ciuitate Argentina. Hic eligens ſepeliri anno M° CCC° octuageſimo octauo, 1° Kal. Martij: Anima eius requieſcat in pace. Amen.* D

Contulit autem 2500. Floreno. pro duobus Anniuerſariis annuatim celebrandis. Bulla verò diſpenſationis eſt talis.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio nobili viro Voladiſlao, quondam Caſimiri Ducis Cuinacenſis nato militi Voladiſlauienſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sedes Apoſtolica pia mater animarum ſalutem deſideranter affectans, perſonis ſibi deuotis generoſi ſanguinis claritate fulgentibus, libenter ſuæ benignitatis gratiam impertitur, in illis præſertim, per quæ ſalus huiuſmodi veriſimiliter creditur prouentura. Sane petitio pro parte tuâ nobis nuper exhibita continebat, quod in Regno Poloniç de antiquâ, & approbatâ, & hactenus pacificè obſeruatâ conſuetudine eſt obtentum, quod aliqua mulier non ſuccedit in eo, idque fuit ibidem pacificè obſeruatum à tempore cuius contrarij memoria non exiſtit, quodque tu claræ memoriæ Caſimiro Regi Poloniæ tertio conſanguinitatis gradu per lineam maſculinam, coniunctus, & proximior maſculus per huiuſmodi exiſtebas, & quod idem Rex, qui nullum ſuperſtitem filium, ſed filias tantum habebat attendens, quod ſibi propterea in dicto regno deberes ſuccedere, dictæque filiæ excluderentur ab illo, cœpit te perſequi odio capitali, teque duobus Ducatibus quos in eodem regno pacificè poſſidebas nequiter ſpoliauit, totque inſidias vitæ tuæ poſuit, quod te oportuit de partibus illis recedere, & cum in Allamaniâ te non reputares ſecurum, ad regnum Franciæ tranſiuiſti, & quia non habebas, quod poſſes ſecundum priorem ſtatum tuum viuere, decreuiſti quod velut conuerſus in Monaſterio Ciſtercienſi Cabilonenſis Diœceſis habitares, ſed Abbas dicti Monaſterij, qui tunc erat, recipere te nolebat, niſi promitteres, quod in Ciſtercienſi ordine perpetuò remaneres, & quamuis regularis ordinis totaliter inexpertus exiſteres, tamẽ repentè regularem profeſſionem in eo feciſti: poſt medium autem annum, vel circiter cum ipſius aſperitatem ordinis pati non poſſes, ad Monaſterium S. Benigni de Diuione Ordinis ſancti Benedicti, Lingonenſis Diœceſis de licentiâ prædicti Abbatis accedens, in eo tanquã conuerſus per annos aliquot moram traxiſti. Tandem verò prædicto rege ſublato de medio, cum dictum regnum tibi legitimè deberetur, ac ipſius habitatores, & incolæ te affectarent in eorum regem habere, & Ludouicus Rex Hungariæ regnum ipſum cõtra iuſtitiam occupaſſet, guerram ſibi mouiſti, ſed demùm dubitans eius potentiâ, & quòd te interfici faceret metu mortis, ac neceſſitate cogente de conſilio aliquorum parentum, &

amicorum tuorum ad dictum Monaſterium ſancti Benigni rediiſti, & ibidem per aliquos annos, vt conuerſus manſiſti, nullâ tamen inibi per te regulari profeſſione emiſſâ. Quare pro parte tuâ nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cum nunquam firmum propoſitum habueris in aliquo regulari ordine remanere, ac præfati habitatores, & incolæ te in eorum regem habere deſiderent, ſi & in quantum indiges à quâcumque regulari obſeruantiâ te abſoluere, tibique concedere, quod Comitatus, Ducatus, & quæcũque alia temporalia Dominia, ac ipſum regnum obtinere, & regere valeas, de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur attendentes ſinceræ deuotionis affectum, quo nos, & Romanam Eccleſiam reuereris, ac ſperantes, quod illius, per quem Reges regnant, & Principes dominantur, tibi ſuffragante clemẽtiâ prædictos habitatores, & incolas, qui Ludouico faciente prædicto contra nos & Romanam Eccleſiam in ſchiſma demùm damnabiliter ſunt collapſi ad viam ſalutis, & iuſtitiæ reuocabis, ac conſiderantes quod olim præfatus Ludouicus felicis recordationis Gregorio PP. XI. prædeceſſori noſtro ſuper hoc humiliter ſupplicauit, præmiſſis, & aliis rationabilibus cauſis moti, huiuſmodi tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, te à quâcumque regulari obſeruantiâ ad quam, ex profeſſione prædictâ, aut morâ, quam in præfatis Monaſteriis, vt præmittitur feciſſe dignoſceris quomodolibet aſtrictus exiſtis, ex Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per præſentes abſoluimus, tibi nihilominus concedentes quod Comitatus, Ducatus, & quæcumque alia temporalia dominia, quæ ex ſucceſſione, vel aliàs iuſto titulo ad te pertinent, & pertinebunt in poſterum, ac regnum ipſum, ſi tibi legitimè debeatur, recipere, obtinere, regere, ac etiam gubernare perinde liberè, & licitè valeas, ac ſi in dicto Ciſtercienſi ordine profeſſionem regularem minimè emiſiſſes, nullamque in eiſdem Monaſteriis, vel eorum altero moram traxiſſes, conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis Apoſtolicâ auctoritate, vel quacumque aliâ firmitate roboratis, contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Auenioni XVII. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto. Is eſt annus Chriſti 1382. Porrò euocatus fuerat Auenionem huiuſmodi litteris.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Voladiſlao de Poloniâ, Monacho Monaſterij S. Benigni de Diuione, Ordinis S. Bened.cti, Lingonenſis Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum pro nonnullis noſtris, & Romanæ Eccleſiæ negotiis tua præſentia ſit nobis plurimùm opportuna, præſentium tibi tenore mandamus, quatinus receptis præſentibus, ad præſentiam noſtram perſonaliter te transferre procures, etiamſi dilectus filius Abbas Monaſterij S. Benigni de Diuione Ordinis S. Benedicti Lingonenſis Diœceſis, aut aliquis alius ſuperior tuus licentiam ſuper hoc tibi dixerit denegandam. Datum Auenione 2. nonas Iulij, Pontific. noſtri anno quarto, & ſub replicâ ſcriptum eſt, ſub plumbo cum ſidiculâ lineâ. De curia. B. Calueti. Videndi Azor lib. 12. cap. 7. p. 1. Leſſius de Iuſtitiâ & iure l. 2. c. 40. dubitatione 19. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſp. 8. num. 6. Valentia tom. 3. diſp. 10. quæſt. 4. p. 2. Vaſquez diſput. 165. n. 104. Valerius Reginaldus lib. 18. praxis fori pœnitent. num. 397. Auguſtinus Barboſa parte 2. paſtoralis ſolicitud. allegat. 15. agentes de poteſtate Papæ in ſolemnia vota, vbi de aliis Principibus Monachatu ſolutis, quales Cazimirus Poloniæ, ex Monacho Profeſſo, & Diacono Cluniaci, de quo Martinus Cromer. l. 4. & Baron. A. C. 1041. Ramirus Hiſpaniæ Rex coniux, ex ſacerdote Monacho veniâ Pontificis, apud Sanctium Rodericum p. 3. c. 3. Marianam l. 1. c. 15. Gordonium A. C. 1126. Vionem Ligni vitæ l. 4. c. 11. Nicolaus Iuſtinianus monachus ſacerdos.

77. *Ioannes* 4. de Marcha. Obiit 10. Calend. Octobris 1421.

78. *Stephanus* de la Feuillie, ſepultus in Capitulo A. D. 1434. 10. Auguſti.

79. *Petrus* 8. Brunot.

80. *Hugo* 5. de Monte cuniculo, ſepultus in choro A. D. 1467. depoſitio 4 idus Iulias, in comitiis Burgundiæ 27. Auguſti 1460.

81. *Vmbertus* Saubiez, ſepultus in Capitulo 1474. Fecit magnam vitream ſupra portam Eccleſiæ, cuius depoſitio 14. Calend. Iulias.

82. *Waltherus* de Faleranco, *Falerans*, 1476. Obiit 4. nonas Maij. Ex quâ gente (vt notat Golutus lib. 10. c. 81. in domo Philippi Boni Burgundiæ Ducis recenſentur

ſentur Officiales 4. ex quibus Stephanus Falerans in voto Phaſiani Inſulis, & Henricus Abbas 12. S. Pauli Veſuntionenſis, & Ioannes Decanus Cabilonenſis Vicarius Ioannis Poupet epiſcopi 71.

83. *Ludouicus* de Tintâ villâ. Obiit 9. Calend. Octobris. Eiuſdem gentis patruus, & nepos Epiſcopi 92. & 93. Autiſſiodorenſes, & Petrus 85. Niuernenſis.

Inuenio Huguenem de Cluniaco Locumtenentem Guilelmi de Charmes Balliui Diuionenſis 1578.

84. *Claudius* de Charmes, ex nobili Procerum Diuionenſium familiâ conſtruxit campanile plumbeum 1500. & fecit refundi magnam campanam, & columnas æreas ad maius altare, & capſam argenteam S. Vrbani Michaele Epiſcopo 88. Lingonenſi, multiſque aliis rebus dotem Eccleſiæ auxit. De ſacris verò turribus, & campanis videndus Durantus de Ritibus Eccleſiæ lib. 1. cap. 22. Delrio lib. 4. cap 3. quæſt. 2. & lib. 6. cap. 2. ſect. 3. quæſt 3. Diſquiſit. Magic. Selua tract. Benefic. p. 1. quæſt. 5. num. 4. Cœlius Rodiginus l. 10. cap. 2. Lindanus Apolog. cap. 52. Præterea fuit electus Abbas S. Germani Autiſſiodorenſis, quem honorem cum onere ceſſit Franciſco de Bello-joco conſanguineo: oblatam denique per electionem fratrum Abbatiam Reomenſem, & S. Sequani modeſtiſſimè recuſauit. Depoſitionem habet 13. Calend. Octobris, ſepultus in choro, vbi etiam iacet Philibertus de Charmes ſancti Sequani Cœnobiarcha.

Beſſey.

85. *Carolus de Beſſey*, eiuſdem familiæ Ludouicus Abbas 49. Ciſtercienſis, mortuus 13. Calend. Iullias 1564. Item Claudius Abbas Maceriarum, & de Iars inter Pictones, & Margareta Abbatiſſa de Tardo. Inter proceres verò huius familię recenſetur Guilelmus demortuus 1254. qui duxerat vxorem Ioannam Croyam filiam Comitis Arſcoti.

86. *Renatus* de Breſchiâ, ordinem Benedictinum profeſſus, ac etiam Abbas 29 Stephanienſis, & Flauignei, Buxeriæ, & Fontaneti, auctoritate Iacobi 41. Abbatis Ciſtercij confirmauit Stephanum Le Prince in Decanum 27. ſanctæ Capellæ Diuionenſis. Fuit etiam Epiſcopus 70. Conſtantienſis in Normaniâ, ac tandem obiit Flauignei in Burgundiâ 1530. feriâ 6. 18. Nouembris horâ 8. ſerotinâ. Eiuſdem familiæ Michael Epiſcopus 53. Cœnomanenſis. Hîc verò finiunt Abbates Titulares & Tutelares, ſequentes fuere Commendatarij.

87. *Federicus* Fregoſius, vel Fulgoſius, Genuenſis Auguſtini, ex Gentili Montefeltriâ filius, Archiepiſcopus Salernitanus, & Cardinalis, frater Octauiani Principis Genuæ. Obiit Eugubij, cuius vrbis etiam Epiſcopatum adminiſtrabat, laudatus in funere à Iacobo Sadoleto oratione in lucem editâ. Extant quoque ad eum epiſtolæ Leonis X. apud Bembum lib. 12. epiſt. 12. & ipſius Bembi lib. 4. & 6. Federicus verò ſcripſit orationem ad Genuenſes ſummopere à doctis laudatam, & alia apud Nomenclatorem Cardinalium. Legendus Guicciardinus lib. 9. Præterea huius Abbatis Vicarius fuit Perpetuus de Henriotis Prior Commendatarius Lareij, vbi ſepultus 1565. Is gerebat ſymbolum, Imaginem virtutis puellæ ſcilicet dextrâ ſanguinolentâ roſas tenentis hac ſententiâ adſcriptâ *Senza ſpine non ſi coglono roſe*: Eiuſdem gentis Paulus Fregoſius Archiepiſcopus, & Dux Genuenſis, apud Gobelinum lib. 12. Porrò Salernum vrbs eſt Picentinorum, & Romana Colonia in Regno Neapolitano gradu longit. 40.0. latit. 40.30. Ptol. lib. 3. cap. 1. Metropolis habens ſub ſe nouem Epiſcopatus, cuius Archiepiſcopus memoratur cap. 3. de ſponſâ duorum. cap. 5. de Vſuris cap. 14. de Teſtibus, cap. 1. de re iudicatâ, de quâ vrbe Marcus Antonius Columna ipſius Archiepiſcopus cap. 7. ſectione 1. Hydrologiæ, poſt Strabonem lib. 5. Liuium lib. 34. Velleium lib. 1. Plin. l. 3. c. 5. Appianum lib. 1. Frontinum, Horat. epiſt. 15. Silium lib. 8. Lucan. lib. 2. præter Miræum in Notitiâ Epiſcopat. & Ferrarium in tabulâ topographicâ Martyrologij, Leandrum in Italia.

Extat carmē Iac. Sadoleti in Ceteum ad Octauium & Fredericum Fregoſios fratres. Extat & plures epiſtolæ eiuſdē Sadoleti ad Fredericum & Frederici ad Sadoletum.

Roſa inter vepres nata [illegible]

88. *Claudius* Cardinalis de Giury Epiſcopus 89. Lingonenſis, ſupra.

89. *Odo*, vel Odetus Collignius, Cardinalis de Caſtillione, *Chaſtillon*, Epiſcopus 83. Bellouacenſis.

90. *Annas* d'Eſcars Cardinalis de Giury, poſtea Metenſis 84. Epiſcopus. Cuius tempore hæc Eccleſia Benigniana vti cœpit Concilij Tridentini officio, cum antea Cluniacenſe obſeruaſſet. Præterea ſub Annæ regimine obiit Ioannes Fremyot, huius cœnobij Infirmarius, Andreæ Archiepiſcopi Bituricenſis, & ſancti Stephani Abbatis patruus hoc Epitaphio decoratus.

Fremyot.

Ioāni Fremioto, Patricio Diuionēſi Cœnobitæ Benigniano, ſæculo irregulari Regulæ obſeruātiſſimo, ſanctimonia, & bonitate inſigni, Mathematicæ, & Mechanicæ ſolerti, ad vitam

quam diligentibus ſe Chriſtus repromiſit præcoci morte properanti A.D.1598.4. idus Iulij. A

Natus fuerat 9. Aprilis 1547.

91. *Nicolaus Ieannin*, Petri Præſidis frater, Decanus Eduenſis, & Prior S. Vincentij, ac Buxeriæ Abbas, Vicarius Generalis Dionyſij Archiepiſcopi Lugdunenſis in adminiſtratione Epiſcopatus Eduenſis per obitum Petri Saulnier vacantis. Huius inclyti Cœnobij poſſeſſionem adiit per procuratorem 1613. Ianuarij 16. in quo pleraque vetuſtate collabentia inſtaurauit. Et certè confert magnum Reipublicæ munus, quiſquis diruta ſuſcipit reparanda. Caſſiodorus l. 3. epiſt. 29. Imò ſatius vetera inſtaurare, B quam noua inchoare D, & C, de operibus publicis; & ædificantibus Ius Ciuile fauere notat Marcilius ad leges 12. Tabularum c. 60. Obiit 1625. M. Maio.

92. *Nicolaus de Caſtille*, ex Proauunculi ceſſione Abbas etiam S. Martini Eduenſis, & Buxeriæ.

Eius tempore 1625. menſe Februario in vigilia S. Matthiæ circa horam octauã ſerotinam Campanile fulmine percuſſum in cineres redigitur cum magna tertij Eccleſiæ parte, cum ſemel tantum intonuiſſet.

Sunt autem in hoc Monaſterio Ordinis Benedictini 16. Officia, & ab eo de- C pendent 27 Prioratus, præter præſentationes plurium Eccleſiarũ Parrochialiũ.

Prioratus à S. Benigno Diuionenſi dependentes.

S. Vigoris Baiocenſis Diœceſis, in quo Monachi duodecim.

De Vonone Senonenſis Diœceſis Monachus vnus.

De Vlmetâ Cathalaunenſis Diœceſis, Monachi 6. olim Monialium Ormaye.

De Rupto Tullenſis Diœceſis, Monachi 2.

De Siromonte Tullenſis Diœceſis, Monachus vnus.

S. Benigni Bertiniacæ curtis, Tullenſis D Diœceſis, Monachi 4.

De ſancto Marcello Biſuntinenſis Diœceſis, Monachus vnus.

De Sallinis Biſuntinenſis Diœceſis, Monachus vnus *Salins*.

De Loyâ Biſuntinenſis Diœceſis, Monachus vnus.

S. Stephani de Belnâ Æduenſis Diœceſis, Monachi 4. datus ab Eudone Vicecomite Belnenſi.

De Anteolo Æduenſis Diœceſis, *Anteuil*, Monachus vnus.

De Salmaſiâ Æduenſis Diœceſis, Monachi duo *Saumaize*.

De Arneto Ducis Æduenſis Diœceſis, Monachus vnus *Arnay le Duc*.

S. Mariæ de Cabilone, Monachus vnᵘˢ.

De Combertaldo Æduenſis Diœceſis, Monachus vnus *Cambertauld*.

De Paluello Cabilonenſis Diœceſis Monachi duo *Paleau*.

De Monte-Merano Valentinenſis Diœceſis, Monachus vnus.

De Saxofonte Lingonenſis Diœceſis in Decanatu Calvimontis Monachi 4. *Seiche-Fontaine*.

De Vangionis Riuo Lingonẽſis Diœceſis in Decanatu Caluimontis, Monachi tres, *Vignory*.

De Sarcophago Lingonenſis Diœceſis, Monachi 2. *Sarcneil*.

De Nogento-Regis Lingonẽſis Diœceſis in Decanatu Baſſigneij, Monachus vnus.

De Montigneyo-Regis Lingonenſis Diœceſis in Decanatu Baſſigneij, Monachus vnus.

S. Amatoris in vrbe Lingonicâ, Monachi 2. *S. Amatre*, nunc Congregationis Oratorij.

De Lareyo prope Diuionem, Lingonenſis Diœceſis, Monachi 6. in quo olim Moniales 25.

De Granceyo, Lingonenſis Diœceſis, Monachi duo.

De Sombernone Lingonenſis Diœceſis, Monachus vnus.

S. Apollinaris prope Diuionem Diœceſis Monachus vnus.

S. Stephanus Diuionenſis.

Vide Epiſcopos Lingonẽſ. n. 54. in Iocerano, vbi hæc Eccleſia cõdita A. C. 343. regularis 1113. in priſtinum ſtatum ſæcularem redacta 1613. retentâ dignitate Abbatiali.

1. *Herbertus* ſummæ prudentiæ, & religionis vir, cuius anniuerſarium 3 Calend. Aprilis, ſeu 30. die Martij, de quo ſupra in Ioceranno 54. Guilelmo 55. & Godofredo 56. Lingonenbus. Intereſt Concilio Trecenſi 1128. in quo probati Templarij. Ei ſcribit S. Bernardus epiſt. 59. Epitheta autem hic adſcripta Abbatibus deſumpta ſunt ex Catalogo M. S. huius Eccleſiæ Stephanienſis. Herberti verò monumentum lapideum è medio Eccleſiæ tralatum fuit ad parietem iuxta cathedram Concionalem.

2. *Gilbertus*, vel Gelbertus, vir magni zeli, & circumſpectionis. Nominatur

1158.

gni zeli, & circumſpectionis, nominatur 1158 cum Vilermo Fonteneti, & Nicolao Caſtellionenſi Abbatibus, ac Ioſberto Vicecomite Diuionenſ: ſepultus in Capitulo, eiuſque depoſitio recolitur 6. idus Februarias. Reperitur confirmaſſe ſocietatem inter Stephanienſes, & Religioſos Prioratus SS. Geminorum prope Lingonas, *S. Iomes.*

3. *Henricus*, vir magnæ ſollicitudinis, ſepelitur in Capitulo.

4. *Almerius*, vel Armerius de Ponte-ſciſſo *Pon-taillé*, ſepultus ante aram S. Laurentij in monumento Gentilium, vbi eius imago ſpectatur quaſi alloquens S. Laurentium hoc verſu retrogrado.

Pon taillé porte de gueule au Lyon d'or armé, & lampaſſé d'azur, timbré d'vn chapeau Ducal ſurhauſſé d'vn Lyon naiſſant d'or, pennaché d'or & de gueule.

Tu mihi depoſce veniam culpæ precor alme, ibique inſignia gentis ſpectantur, ſcilicet Leo aureus, linguatus, & vngulatus cæruleo, in campo rubente. Eſt verò Pons Sciſſus celebris pagus ad Ararim in Decanatu Bezuenſi, Diœceſis Lingonenſis, inter Auxonam & Greyum, *Grey*, cuius Pagi Eccleſia Parrochialis titulo S. Ioannis ad præſentationem Abbatis Stephanienſis pertinet. Huc verò ſpectant, quæ in ærario Diuionēſi leguntur diplomata, quibus 1288. Odo Comes Burgundię permittit Roberto Duci acquirere villā hanc mouentem à ſuo feudo abſque homagij præſtatione, & 1302. menſe Ianuario. Idem Otho dat Philippo Regi Franciæ hoc feudum ſuper Sagonam. Is eſt Philippus Longus, qui duxerat Ioannam vxorem, ipſius Othonis filiam, Collegij Burgundiæ Pariſiis fundatricem, ſororemque Blanchæ Carolo Pulchro, poſtea Regi non ſatis feliciter nuptæ. item Philippus Rex dat Roberto Duci Burgundiæ hoc feudum, quod acquiſierat ab ipſo Othone Palatino Comite. Eſt præterea aliud oppidum eiuſdem nominis ad fluuium Dubim in Burgundiæ Comitatu. Porrò accepit Armerius à Galthero 57. Epiſcopo Lingonenſi Eccleſiam de Granceyo, & Cuſſeyo 1171. poſtea ex Abbate huius loci viro magnæ humilitatis, & illuſtris proſapiæ fit Monachus Ciſtercij, indeque Abbas 5. firmitatis. Obiit 14. Calend. Aprilis. De tranſitu autem ex vnâ Religione ad aliam agit S. Thomas 2.2. qu. vlt. art. 8. Azor. l. 12. c. 24. Buzæus in Notis ad epiſtolam 97. Petri Bleſenſis, Stephanus Tornacenſis epiſt. 1. Iuo epiſt. 132. & 254. Nauarrus Conſilio 43. 44. 56. & 63. Poſſe verò Abbatiam deſeri à ſuo Paſtore conſenſu Epiſcopi patet ex cap. Abbas 18. quæſt. 2. Iuo epiſt. 104. Hieronymus de Politio Siculus in Expoſitione Regulæ S. Franciſci cap. 2. num. 85. At hîc obſeruabis in hoc viro coniunctam fuiſſe magnam humilitatem, & illuſtrem proſapiam. Quâ de re in Abbatibus Benignianis num. 43. Sic enim Quercus arborum nobiliſſima Ioui apud Gentiles ſacra, quo altius in cœlum immittit comas, eo depreſſius in terram demittit radices. Equidem reor Almerio inter humilitatis cultores eximio obſeruatum fuiſſe Gallicanum, quem ab Oriente, & Occidente inuiſentes, mirabantur omnes, virū Exconſule, Expatricio, & Extriumphali lauantem pedes pauperum, aquam manibus eorum effundentem, & cætera Chriſtianæ ſeruitutis officia ingenua liberrimè, liberaliſſimeque exhibentem, apud Vſuardum 25. Iunij. Hinc eleganter Petro Bleſenſi ſermone 16. dicitur humilitas Summi Regis primogenita. Nec verò nobilitas ſanguinis originaria Monachatu deperditur, ſed tantum ciuilis, Baldus c. cum in Magiſtrum, de electione. Benedictus c. Raynutius v. & vxorem nomine Adelaſiam num. 210. de Teſtamentis. Decius c. Cum omnes. de conſtitutionibus. Panormitanus c. Tua nos. de Teſtamentis, & c. 2. de poſtulando. Felinus c. cum deputati. de Iudiciis. Cæterum eiuſdem gentis fuit Alexander infra recenſendus n. 22. Iacobus 44. Ciſtercij, Guido vellere aureo donatus Diuione in Capellâ Ducali, feſto D. Andreæ 1433. Guilelmus Vicecomes Diuionenſis 1251. in Cartulario huius Eccleſiæ, in cuius Calendario 5. idus Octobris notatur obiiſſe Elizabeth ſanctimonialis Tardi, mater Armerij Abbatis. Sic Agnes mater Iarentonis Abbatis Benigniani vocatur ſanctimonialis, quod ſic intelligi debet, eas ſcilicet profeſſas religionem in Monaſterio, viduas, aut de conſenſu maritorum adhuc viuentium.

Tranſitus ab vnâ Religione ad aliam.

Leſſius de Iuſtitiâ, & iure, Caſathus l. 2. c. 1. & l. 4. c. 61.

5. *Milo*, vir miræ prudentiæ, & integritatis 1180. Hugone Duce, Manaſſe 58. Lingonenſi Epiſcopo. Ei dat decimas de Teniſſeyo Stephanus 55. Epiſcopus Eduenſis, eidemque Vrbanus III. confirmat priuilegia, eumque fratrem ſuum vocat Ioſbertus Abbas Fontaneti. Engelbertus quoque Cabilonenſis Epiſcopus 44. dedit ei ius Patronatus Eccleſiæ de Pruneriis 1181. in chartâ, cui ſubſignat Petrus Decanus Oſcarenſis, qui Decanatus, vnus eſt ex Ruralibus Diœceſis Cabilonenſis, vulgo *de l'Oſcheret* apud Longam-curiam. Depoſitio verò Milonis in Capi-

Capitulo ſepulti agitur pridie nonas Auguſti.

6. *Stephanus* Michote vir magnæ perfectionis & pietatis, Nominatur 1200. 7. idus Decembris. Iacet in Capitulo, eiuſque depoſitio agitur 10. Calendas Decembris in Necrologio Stephanienſi, & in Benigniano 9. Calend. Iulij.

7. *Petrus* Barbote, acquiſitor villæ de Corbeton. Ea verò eſt curia, vel Cors, vel Curtis Betonis prope arcum ſuper Tilliam in Diœceſi Cabilonenſi. Nominatur 1208. & 1223. in inſtrumento de domo Claræ-vallis Diuione, & 1233. de ſepulturâ Canonicorum Capellæ Ducalis, & 1234. de Iuſtitiâ Altæ-villæ, qui vicus eſt prope Diuionem optimis rapis non minus commendabilis, quam Nurſia apud Plinium l. 18. c. 13. & apud Martial. l. 13. epigram. 19. Fundauit Hoſpitale S. Martini ad Ædem B. Mariæ Diuione circa ann. 1238. & memoratur 1239. in Titulo de Tertiarum Mirabelli conceſſione huic Cœnobio factâ, & 1232. in titulo de acquiſitione Villæ de Ameriis prope aquæ-ductum. Eidem Gregorius IX. anno Pontificatus 12. confirmauit ius in 5. Eccleſias Parrochiales Diuionēſes, ſcil. S. Medardi, S. Mariæ, S. Nicolai, S. Michaelis, & S. Petri. Denique hic vir magnæ iuſtitiæ & capacitatis ſepultus fuit in Capitulo 4. Decembris.

Aulte-velle. Vel autem, pro villa dixiſſe Ruſticorum Varro L. 1. c. 2. de re Ruſticâ.

8. *Garnerius* vir bonæ fidei, & magnæ ſimplicitatis 1244. menſe Septembri. Nominatur cum Ioanne Decano Capellæ Ducalis.

9. *Amedeus* vir magnæ conſtantiæ. Recenſetur in Carta Dominicanorum Diuionis cum Decano Mercatore 1245. & alibi 1254. cum Guidone Epiſcopo 67. Lingonenſi. Quo Abbate cōtrahitur ſocietas inter Stephanienſes, & Benignianos Stephano eorum Abbate. Item 1269. in capite Octobris, feſto SS. Remigio, & Germano, præſentibus Benigniano, & Bezuenſi Archimandritis, ac Petro de Bar Decano Capellæ Ducalis, nec non Alberico Decano Chriſtianitatis regulâ S. Auguſtini in hac domo fuit profeſſus Henricus, filius primogenitus Henrici hoc nomine 3. ordine verò Ducum Brabantiæ 7. ex Aleide Roberti Ducis Burgundiæ filiâ, Mariæ vxoris Philippi 3. Audacis Franciæ Regis frater, Accolythus, in Choro poſtea ſepultus, cuius fit anniuerſarium 16. Octobris, de quo vide Miræum 1267. Molanum c. 62. de Militiâ ſacrâ Ducum Brabantiæ, & Vionem lib. 4. cap. 36. vbi videtur eum reponere inter Principes Ordinem Benedictinum profeſſos. Huic præterea Innocentius IV. conceſſit facultatem conſecrandi calices, & Benedicendi corporalia, pallas & veſtes Sacerdotales diplomate dato Lugduni, Pontific. ann. 8. 6. idus Martij: ſed in ipſo tantum Monaſterio, & dummodo ei Epiſcopi manus impoſita fuerit, quod etiam ſucceſſoribus liceat. Quo munere fungi quoſdam Abbates Epiſcopalibus vtentes inſignibus notat Fumus in Armillam v. Calix, Azor. lib. 8. cap. 7.

Calicum per Abbates conſecratio.

10. *Renoldus*, vel Reginaldus de Vallebuzinâ vir magni feruoris, & deuotionis, ſepultus in Capitulo, hic vel alius eiuſdem nominis Abbas Vngiaci in antiquis inſtrumentis, vbi Dux Odo vocat eum ſuum fidelem, & Conſiliarium. Vngiacum autem *Ogny*, eſt cœnobium non longè à fonte Sequanæ S. Mariæ Deiparæ dicatum, eiuſdem ordinis, & habitus, ac Stephanienſe, ſed diœceſis Æduenſis, fundatum A. D. 1106. tempore Ludouici R. F. & Hugonis Ducis Burgundiæ. Aliud verò eſt Ogniacum Cœnobium, item Canonicorum regularium S. Auguſtini ad Sabin fluuium Brabantiæ Gallicæ, inter Niuellam, & Namurcum S. Nicolaum habens Tutelarem, vbi Iacobus Cardinalis Vitriacus vitam religioſam profeſſus, & ſepultus eſt, vt obſeruat Miræus in Chronico 1244. & Molanus de Canonicis l. 1. c. 12. de quo Vitriaco Poſſeuin. in Apparatu Sacro. Vincent. lib. 30. cap. 10. Burchardus c. 6. Terræ Sanctæ, Nomenclat. Cardinal. Vbi Argentolij natū aſſerit, & meminit Petrus de Vallibus hiſt. Albigenſis cap. 58. hinc Maria Ognienſis, cuius memoria agitur 23. Iunij.

Renaus. 1345.

Iacobus Vitriacus.

11. *Ioannes* de Vallebuzinâ vir magnæ fidelitatis, ac benignitatis, ſepultus in Capitulo.

12. *Ioannes* de Campo Roberti, vir magni intellectus. Obiit die 8. Auguſti 1261. vt habet inſcriptio monumenti in Capitulo.

13. *Girardus* de Eſtiueto, vir magnæ diligentiæ, & pietatis. Arbiter fuit cum Hugone 61. Epiſcopo Eduenſi in quâdam controuerſiâ inter Archiepiſcopum, & Capitulum Lugduni circa 1285. cum iam antea nominatus eſſet 1276. in Chartâ Odonis Decani Lingonenſis. Eſtiuetum verò eſt vicus Diœceſis Lingonenſis in Reomenſi Decanatu, & Tornodorenſi Archidiaconatu, habens S. Fidolum Eccleſiæ Parrochialis Patronum ad Abbatis

Eſtiuetum.

Reomenſis præſentationem vulgò, *E-* A
ſtivé.

14. *Theobaldus.* Vir magnæ facundiæ, & elegantiæ, ſepultus in Capitulo.

15. *Gilbertus* 2. Decretorum Doctor, vir magni honoris, ſepultus in Capitulo.

16. *Garnerius* 2. vir ſummæ beneuolentiæ, & lenitatis, ſepultus in Capitulo.

17. *Hugo* de Aceyo, S. Theologiæ Doctor, vir magnę rectitudinis 1287, & 1300. in charta, de patronatu Eccleſię Arcus ſuper Tilliam. Quo anno 1300. Epiſcopus Eduenſis concedit ei decimas de Theniſleyo, cui etiam Robertus 53. Cabilonenſis Epiſcopus confirmat ius B patronatus de Pruneriis, & memoratur in compoſitione quadam arbitraria cum Petro Decano Capellæ Ducalis *1311.* Is quoque datus fuit Ciſtercienſibus Conſeruator Apoſtolicorum priuilegiorum à Bonifacio VIII 1302. ſepelitur in Capitulo 1316. 15 Calend. Februarias.

18. Ponicardus de Courbeton vir magnæ charitatis, de quo ſuprà in Ioanne 73 Lingonenſi. Nominatur in compoſitione inter Stephanienſes, & Canonicos Ducales 1325. Calend. Februar. & 1331. Iacet in Capitulo, eiuſque depoſitio agitur 13 Calend. Nouembris, diciturque C in Epitaphio obiiſſe Sabbatho ante feſtum S. Lucæ 1341. Eiuſdem gentis Hugo Prior Clauſtralis huius cœnobij 1361 demortuus, Petrus Abbas Benignianus 75.

19. *Ioannes de Marigneyo* Decretorum Doctor, vir ſummi conſilij. Nominatur 1374. iacet ante altare S. Symphoriani.

20. *Robertus de Bobigneyo* Decretorum Doctor, vir magnæ litteraturæ, repoſuit ſuper maius altare capſam, ſeu Thenſam D. Medardi 1392, quæ ſacra pignora (ita Reliquias Sanctorum appellat D. Auguſtinus l. 22. c. 8 Ciuit.) fuerant allata Di- D uionem, è ſuburbano Sueſſionenſi Monaſterio, tempore Argrini Epiſcopi 40. Lingonenſis, vt ibi dictum eſt. Sed notatur in monumentis Stephanienſibus alia reuelatio, ſiue releuatio earundem reliquiarum in craſtino Natiuitatis B. Mariæ 1238. per Iacobum Cardinalem Legatum, cognomine Vitriacum, de quo ſuprà n. 9. Nominatur item Robertus 1408. vltima Auguſti. Eiuſdem gentis Ioannes S. Capellæ Decanus. Fuit quoque Robertus Abbas S. Pauli Veſuntionenſis 13. vbi ſepelitur 1428. 6. Calendas Martij, quo die notatur eius depoſitio in Calendario Stephanienſi.

21. *Ioannes* 4. Soardi in vtroque iure Licentiatus. ei Martinus 5. ius dandi indulgentias 40. dierum poſt Miſſarum ſolemnia conceſſit anno primo Pontificatus, idibus Ianuariis 1418. Conſtantiæ, quo anno ibidem finitum eſt Concilium Generale. Obiit verò Ioannes Veſuntione 1427. ibique ſepelitur in Baſilicâ Paulianâ.

22. *Alexander* de Ponte ſciſſo vir magnæ nobilitatis, cui confirmauit priuilegia Nicolaus PP. V. 15. Calend. Maij Romæ A. D. 1454. eique attribuit ius Mithræ, Baculi, & Annuli, de quibus ornamentis tractat Stephanus Duranti de ritibus Eccleſiæ lib. 2. c. 9. Innocentius III. c. vnico de ſacrâ vnctione in Collect. 3. Petrus Bleſenſis epiſt. 90. Boëtius Epo in cap. 15. Clerici, de vitâ & honeſtate Clericorum n. 29. & 70. & titulus de modo veniendi ad ſynodum art. 5. in ſynodalibus ſtatutis Lingonenſibus. Epiſcopalia verò inſignia concedi Abbatibus à ſede Apoſtolicâ malè nonnullos habebat Epiſcopos, & multis non probabatur ea conceſſio, vt videre eſt apud S. Bernardum epiſt. 42. ad Henricum 67. Archiepiſcopum Senonenſem, & Petrum Bleſenſem epiſt. 9. ad Guilelmum Abbatem, Thomam Cantipratenſem l. 1. Apũ cap. 6. Baculo autem paſtorali additur Orarium, ſeu ſudarium, Molanus c. 41. de Imagin. Obiit autem Alexander 16. Calend. Aprilis 1464. ſepultus ante maius altare S. Laurentij prope Almerium Gentilem ſuum, de quo n. 4. ſuprà, cùm longè anteà reſignaſſet 29. Martij 1455.

Ornamenta Pontificalia in Abbatib⁹

23. *Theobaldus* 2. Viard Licentiatus in decretis, ex Abbate Vngiaci, vir politæ eruditionis, cui priuilegium vtendi Rocheto cum Capucio indulſit Callixtus 3. anno 2. Pontificatus 1456. iacet in Eccleſia ſanctæ Genouefæ Pariſiis, vbi occubuit 1477.

Rochetum. Prælatus regularis celebraturus induit ſacras veſtes ſupra ſuperpelliceũ, ſecularis ſuper Rochetum in rubr. Miſſal.

24. *Richardus* de Chambellan, vir mirabilis grauitatis, in iure Canonico Bachalaureus. Viſitauit Eccleſias ſuæ curæ commiſſas Diuione 1479. & obiit 19. Auguſti 1495. ſepultus in choro Stephanienſi. Eiuſdem gentis Antonius infra num. 26. recenſendus, & Ioannes Maior Diuionenſis 1422. Guilelmus ibidem Maior 1450. Conſiliarius Ducis, & Henricus etiam Maior 1490. Richardus Canonicus ſanctæ Capellæ 1498. Ioannes Decanus Belnenſis 1393.

25. *Iacobus* Langlæus natus die S. Dionyſij, Canonicus regularis factus 5. Octobris 1449. in iure Canonico Licentiatus, vir piæ doctrinæ Vicariatum S. Michaëlis tenens, eligitur die 29. Auguſti S. Auguſtino Ordinis Patrono feſtâ 495. iacet in choro.

26. *Antonius* Chambellan, filius Henrici, Rationum, & Monetarum apud Burgundiones Magiſtri, at Maioris Diuionenſis, ex Aleyde Berbiſy. I. V. Doctor, vir mirabilis dignitatis, & facilitatis, à quo altera contemptum, altera faſtum procul arcebat. Iam autem cui non rugæ auctoritatem afferre poſſunt ei honeſtè acta ſuperior ætas auctoritatis fructus præſtat. Cic. de Senectute. Huius vero permiſſu, & ope 1497. Eccleſia S. Michaelis innouari cœpit in formam auguſtiorem Ioanne Agneaux Maiore vrbis, qui vndecies vnâ ſerie geſſit eumdem Magiſtratum. Hæc verò Eccleſia olim anguſtior extructa fuerat extra vrbis mœnia à Varnerio Præpoſito Stephanienſi illic poſtea ſepulto, & à Lamberto Lingonenſi 48. Præſule primùm dedicata, cuius ſic inſtauratæ dedicationem alteram peregit Philibertus Bellojocenſis Bethleemitanus Epiſcopus 1529. die Conceptionis B. Mariæ. Antonij autem in choro ſepulti obitus notatur 16. Calend. Ianuarii. Sororem habebat Mariam Guidonis de Rochefort Franciæ Cancellarij coniugem, qui Guido in Eccleſia Ciſtercij iacet. Fuerat creatus Cācellarius 9. Iull. 1497.

De Bethleē Epiſcopatu Miræus, Ferrar. & Coquileus in hiſt. Niuernenſi, Bellonius l. 2. c 8. Obſeruat. Vitriacus hiſt. Orientalis c. 57. & 59. Sanutus l. 3. Secretorum fidei. Chriſtianus Adriconius in Theatro terræ ſanctæ.

27. *Franciſcus* Sfortia, ex illuſtri Ducū Mediolani gente, Bonæ Barri Duciſſæ, & Sigiſmundi Regis Poloniæ vxoris frater, Ioannis Galeatij, & Iſabellæ Neapolitanæ filius, in Galliam ductus captiuus hîc Abbatem egit. Eiuſdem gentis fuerunt Cardinales Aſcanius Xyſti IV. Guido Pauli III. Alexander Pauli IV. Franciſcus Gregorij XIII. Gabriel Archiepiſcopus 114. Mediolanenſis, Carolus Eremita Auguſtinianus, & Archiepiſcopus Mediolanenſis 117. de quorum Sfortiarum origine Gobelinus l. 3. Commentariorum vitæ Pij II. Sanſouin. in familiis illuſtribus Italiæ.

28. *Claudius* filius Caroli de Huſſon Comitis Tornodorenſis, ex Antoneta Trimollia Epiſcopus 89. Pictauienſis, huius Monaſterij Abbas circa annum 1501.

29. *Iacobus* Hurault Epiſcopus 81. Eduēſis. Ei dicat interpretationem librorum S. Chryſoſtomi de Sacerdotio Germanus Brixius Autiſſiodorenſis, Canonicus Pariſienſis 1534. Eiuſdem familiæ A Philippus Hurault Epiſcopus 101. Carnotenſis, filius Philippi Comitis Chiuernij Franciæ Cancellarij, ex Annâ Chriſtophori Thuani in Senatu Pariſienſi Præſidis primarij filiâ, & Paulus Huralt⁹ Hoſpitalis Archiepiſcop. Aquēſis, itē Philippus Hurault Abbas Maioris Monaſterij, Burgolienſis, & S. Nicolai Andegauenſis, ſepultus apud Albimantellos Pariſiis 1539. 12. Nouemb. & Robertus Abbas S. Martini Eduenſis, vbi iacet.

30. *Renatus* de Breſchiâ, Abbas 87. Benignianus, ſuprà.

B 31. *Claudius* Epiſcopus 89. Lingonenſis ſupra nominatur Abbas Stephanienſis 1529.

32. *Carolus* Borbonius Archiepiſcopus 81. Rotomagenſis, creatus Cardinalis à Paulo III. Ex quâ regiâ gente illuſtriſſimâ tres alij Cardinales extitere, de quibus & aliis eiuſdem gentis heroibus plures plura, vt par eſt, copioſius, & ornatius ſcripſere. Eius Vicarius nominatur 1562. menſe Ianuario, Ioannes du Fay Prior Tilicaſtri.

33. *Iacobus* du Tillet, Ioannis filius, Senator Pariſienſis, ſolitudinis ſine ſolicitudine amans, Cartuſianum ordinem profeſſus Domum Diuionenſem ſanctiſſimæ Trinitatis in viam Domini religioſè diu rexit, cuius, ex fratre nepos C Gardianus Patres Capucinos Diuionenſes prudentiſſimè moderatus eſt, hique habuerunt patruum Ioannem Epiſcopum Meldenſem, de quo Poſſeuinus in Apparatu Sacro. Huius Abbatis tempore Magnus Prior huius Monaſterij fuit Felix le Maſle Abbas Marciliaci, qui obiit 2. Iulij 1580.

34. *Antonius* Richard.

35. *Paris* Berard, ex magno Priore, mortuus 24. Ianuarij 1596. ſepultus in choro.

36. *Andreas* Fremyot poſſeſſionem adeptus 17. Ianuarij 1601. deinde Archie- D piſcopus Bituricenſis, vbi de eo plura n. 98. Appoſuit primarium lapidem Carmelinarum templo Diuione die 29. Septembris S. Michaëli ſacra 1609. vbi, & Cœmiterium benedixit. Eodem ſyndico, ſeu, vt vocāt vno, ex Triumviris Statuū Burgundię electo Caſtrum Belnenſe cum aliquot aliis arcibus Henrici IV. Optimi Maximi Principis Imperio euertitur, cum gnarus eſſet amorem ciuium vnicum eſſe munimentum Principis inexpugnabile, apud Senecam l. 1. de Clement. cap. 19. Quamuis enim arces à Pallade fuerint inuentæ, vt inde facillimè poſſent arceri hoſtes ad ciuium ſalu-

tem, ex Varronis, Aſconij, & Seruij men- A te. Plerumque tamen efficiuntur Niduli impotenter dominari cupientium; & hinc bellorum, præcipuè ciuilium tempore occaſionem rebellandi perfidi cuſtodes arripiunt. Iure itaque ancipites Claudiano appellantur, cum de Tyrannis dicit.

Arces, Claudiano inhoſpita tecta Tyranni.

Ancipites habeant arces, trepidique minentur.

Sed nec prætermittendus Lucretius qui lib. 5. ſic ait

Ingenio qui præſtabant, & corde vigebant
Condere cœperunt vrbes, arceſque locare
Præſidium Reges ipſi ſibi, perfugiumque.

Diuionenſis Capella Regia.

Fundatio ſacræ Capellæ Diuionenſis.

Innocent. 3. P.

† INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, Decano, & Capitulo capellæ Ducis Diuionenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu poſſeſſiones, reditus, exemptiones, libertates, & immunitates, quas bonæ memoriæ Hugo Dux Burgundiæ prædictæ capellæ pia liberalitate geſſit, ſicut ea iuſtè, ac pacificè obtinetis, & in authentico inde confecto, cuius tenorē præſentibus iuſſimus litteris annotari plenius continetur, vobis, & per vos eidem capellæ auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor autem authentici memorati eſt talis. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.*

Hugo 3. Dux Burg.

Ego Hugo Dux Burgundiæ notum volo eſſe præſentibus & futuris, quoniam Ieroſolymam proficiſcens præ nimiâ maris turbatione, & imminentis periculi acerbitate, tàm ego, quàm omnes, qui in nauigio erant grauiter perterriti fuimus. Eapropter votum faciens Deo promiſi me conſtructurū in meâ curte apud Diuionem, Eccleſiam in honorem ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & B. Ioannis Euangeliſtæ, vnde factum eſt, vt in reditu meo Romam veniens, quod voueram per manum bonæ memoriæ Alexandri

Tempeſtas.

Timor in tempeſtate.

Votum in tempeſtate

Patronus huius Eccleſiæ

Alexander. 3. pa.

Summi Pontificis Deo obtuli, & auctoritate Apoſtolicâ, quemadmodum in autentico ſcripto, quod ab eo impetraui, continetur, confirmari feci. Cum autem rediiſſem gratiâ Dei, conuocatis amicis meis, & multis honeſtis viris, decem Clericos pro remedio animæ meæ, & prædeceſſorum, ſucceſſorumque meorum ſaluti Deo in perpetuum ſeruituros apud Diuionem inſtitui, quibus, laudante Aalide vxore meâ, & Odone primogenito meo in eâdem villâ in proprios vſus redditus aſſignaui, videlicet quidquid habebam de ventis, & aſtalagium, quod mihi debebant panifici, & calceamentorum B conſtructores, & placitum generale. Conceſſi etiam eiſdem Clericis, vt eamdem habeant apud Diuionem libertatē, quam habent Eccleſiæ principales, ſcilicet duæ, quæ in ea ſunt, & milites. Quoniam autem Eccleſia iſta ſpecialiter mea eſt, & præcipuum tribulationis meę refugium, & oblatio votiua Deo liberatori meo, conceſſi ei pluſquam cæteris, vt videlicet Clerici, & deſeruientes liberum habeant attractum in villâ Diuionenſi eodem modo, quo ego habeo, id eſt, libertatem retinendi homines eamdem, quam ego habeo in villa Diuionenſi. Dedi etiam eiſdē Clericis tres de homi- C nibus meis ad ſufficiendum Eccleſiæ ſuæ Thus, oleum, & ceram, quia nullos adhuc habebant homines, qui videlicet tres homines, & ſeruientes Clericorum, qui de domo, & menſâ eorum erunt, alij quoque eorum homines, quos Deo largiente, prædicto, vel alio iuſto modo poterunt acquirere, ab omni exactione, & talliâ, ſeu quâcumque conſuetudine omnino liberi erunt, plenarium vſum fori habentes, ſicut homines Ducis, quorum videlicet hominum, vel ſeruientiū Clericorum ſi quiſquam in cauſam trahatur, non reſpondebit niſi per dominos ſuos, qui ſi culpabilis inueniatur, lex eius in manu dominorum ſuorum erit. Quid- D quid verò iidem Clerici de meo *caſamento* poterunt acquirere, liberum habebūt. Vt verò iidem Capellani mei de menſa mea, & domo eſſe manifeſtius cognoſcātur, in feſtis annalibus, id eſt, in Natiuitate Domini, in Paſchâ, in Pentecoſte, in Omnium ſanctorum, ſi Dux, vel Duciſſa, Diuione fuerint, accipient de expēſâ curiæ, tanquam Commenſales Ducis in perpetuum duos ſolidos pro pane, quatuor ſextarios vini, quatuor ſolidos pro coquinâ, vel æquiualens, oblationes omnes, & beneficia capellæ Ducis & Duciſſæ, vbicumque ſint apud Diuionē, ex

Nunc ſunt ipſæ, Decanum 34 Canonici, e quibus 3 perſonatus, Cantor, Theſaurarius, & præpoſitus cum pluribus Capellanis.

Ventæ.

Aſtalagia.

Id eſt, S. Benigni, & S. Stephani, Mi[illegible] Tem[illegible] quæ poſtremo [illegible] in ſuburbio S. Petri.

Lex, ſiue emenda.

Caſamentū.

Feſta Annalia.

Sextarius

Hoc tempore veru ex æſtimabatur ſexdecim ſolidis Diuionenſibus.

integro ipſorum erunt, nec Capellanus Ducis, vel Duciſſæ in eis quicquam habebit, niſi iure Canonicatus, & non iure Capellaniæ, ſi quidem nec Dux, nec Duciſſa Capellanum habebit, niſi Decanum Capellæ, vel aliquẽ de Canonicis ipſius, qui videlicet Decanus, vice Domini Papæ curã animæ Ducis, & animæ Duciſſæ debet habere, ſicut in præſenti habet curam animæ meæ Nicolaus Capellanus meus, & Decanus Capellæ, quam curam ipſe à Domino Papâ Alexandro ſumpſit. Quoniam igitur Eccleſiam iſtam ad honorem Dei, & tutamen animarum Ducum Burgundiæ, & ad illuſtrationem domus illorum non dubito pertinere: Ipſam tanquam Ducatus caput, & turrim ſalutis Ducum cupio erigere, poteſtatem Ducum tantùm exinde ſperans ampliari, quantum ad honorem ſuum retributor omnium bonorum eam ab ipſis Ducibus viderit longiùs exaltari; vnde ſtatuo, & poſteritati meæ in ſalutẽ ſuam mando, vt quam citò quis dominiũ Ducatus ſuſceperit, ſtatim tanquam felix operum ſuorum initium adeat Eccleſiã ſuam, conſortium ſpirituale Canonicorum ſuorum recipiat, fidelitatem ei, & ſtatuta præſentia ſcripturæ ſe ſeruaturũ iuret, ſingulos Canonicos in ſignum fraternitatis in oſculo ſancto recipiat, tàm illos, quàm res illorũ in ſpeciale tutamen amplectens. Hoc ipſum Duciſſa quoque in initio promotionis ſuæ quùm venerit Diuionem, faciat, vt à ſancto, & pio opere incipientes cætera agenda auctore Domino deinceps proſperè ſuccedant, Eccleſiamque iſtam tanquam cubile, & reclinatorium animæ ſuæ cuſtodiant, vt ſicut cætera corpori, ita hæc animis profutura conſeruentur. Vt autem hoc in poſterum ratum habeatur, præſentem paginam ſigilli mei, & ſigilli Odonis primogeniti mei impreſſione feci muniri. Teſtes ſunt Odo filius meus primogenitus, cuius laude hoc totum factum eſt, Maria venerabilis quondam Duciſſa Burgundiæ mater mea, Aymo de Diuione, Vuilermus de Orgeolo milites, item Bartholomęus Cambellanus meus, Raynaldus de Eduâ Burgẽſis, de Preſbyteris Magiſter Nicolaus Capellanus meus, & Capellæ Decanus, Vibertus, Magiſter Hugo, Magiſter Guido malus panis, Magiſter Richardus Diaconus. Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſecundo.

Nicolaus Decanus.

Sic Odo filius huius Hugonis fatetur, quòd iſta Eccleſia domũ Ducum illuſtrat, hic illam tuetur, & tẽpla domibus regiis coniungi.

reclinatoriũ Vide Delriũ in Cantica c. 3. v. 10.

Vtrumque ſigillum ſericis vinculis viridibus appenſum in cerâ viridi equitem refert.

In originali Ducis ille verſus add. [illegible] Pax, honor, & virtu[s] ſeruat[ur]: iſta ſequentur, quod eſt ex c. 6. Galat. v. 16

Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lateranii. nonas Decembris, Pontificatus noſtri anno quinto decimo. 1212.

Lateranum.

Reſcriptum autem Alexandri Papæ, cuius hîc fit mentio, tale eſt: Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio nobili viro Hugoni Duci Burgundiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Alexander 3 ſedit ab anno 1159 [illegible] 1181. 6. Cal. Sept.

Petitionibus nobilium, & potentum virorum quæ rationi, & honeſtati noſcuntur inniti, animo nos conuenit placido condeſcendere, & eas libenter, & efficaciter exaudire, vt ad Eccleſiarum commodum, & profectum feruentiùs accendantur cum in eorum iuſtis petitionibus ab Apoſtolicâ Sede facilè ſe nouerint exaudiri. Inde eſt, quòd deuotionis feruore, & inſtantiâ tuæ petitionis inducti fundum quem apud Diuionem pro Eccleſiâ, & officiis eius ædificandis Beato Petro, ac nobis liberaliter obtuliſti in ius, & proprietatem noſtram, & Eccleſiæ Romanę recepimus, & ibidem Eccleſiam conſtruendi, quæ ſoli Romano Pontifici debeat reſpondere, tibi facultatem, & licentiam indulgemus, auctoritate Apoſtolicâ prohibentes ne cui Epiſcopo, vel alij Eccleſiaſticæ perſonæ liceat quicquam iuris ſibi in eâdem Eccleſiâ, vel Clericis eidem Eccleſiæ ſeruientibus vendicare. Datum Tuſculi VI. Idus Nouembris.

Tuſculi.

Hîc autem quædam notanda ſunt, primùm eos errare, qui fundationem huius Eccleſiæ tribuunt Philippo Bono Duci, vt Sanjulianus, & Belforeſtus. Deinde ſignum crucis in principio, vel in fine actorum publicorum apponi ſolitũ eſſe. Quâ de re legendus Bernardinus Ferrarius l. 3. c. 2. de antiquo Eccleſiaſticarum epiſtolarum genere, Brouerus antiquit. Fuldenſium c. 4. Sic in Cartulario Eccleſię Andegauenſis donum per cultellum ſuper altare S. Mauricij factum ſigno ſanctæ crucis ſubterfirmatur 9. Calend. Iullias 1096. Quod quidem cedit pro fide, & ſubſcriptione in inſtrumentis l. vlt. §. 2. C. de iure deliberandi, Leo Nouellâ 72.

Signũ Crucis in inſtrumentis.

Tertiò Innocentium, qui hîc loquitur eſſe tertium eius nominis, ex nobili genere Comitum Signiæ ortum, qui ſedit ab anno 1198. 6. idus Ianuarias, ad annum 1216. 17. Calend. Auguſti.

Quartò Hugonem eſſe tertium huius

nominis Ducem ab anno 1163. ad 1192. A cui ex Aleide Matthæi Lotharingiæ Ducis filiâ, filius fuit Odo hîc recenſitus. Maria verò quæ hîc venerabilis mater Hugonis dicitur filia fuit Theobaldi Magni ſeu veteris, Comitis Palatini Campaniæ, ex Mathilde Flandrenſi. At Hugo obiit Tyri (vrbs Phœniciæ eſt clariſſima) 1192. Sepultus Ciſtercij in veſtibulo ſeu porticu anteriore templi ad læuam, cum filio Odone, in cuius Eccleſiæ Martyrologio obitus Hugonis notatur 8. Idus Auguſti. At in Calendario huius Capellæ obiit Nonis Auguſti, licet ibidem agatur anniuerſarium eius 5. Maij.

Quintò, Cletum Papam vſurpaſſe B primùm hanc formulam ſalutationis (ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem,) apud Baron. A.C. 93. num. 1. qui & anno 1047. obſeruat, priuatas dici litteras, quę à Catholicis Epiſcopis ad hæreticos, & ſchiſmaticos, ad Paganos ſcriberentur, eò quòd eis apponere nõ liceret publicæ communicationis notas, vt pacis, ſalutis, oſculi, & benedictionis, & Lorinus in 1. Petri 1.2. Hęc quoque clauſula omittitur in litteris ad Excommunicatos, vt patet ex epiſtola 16. lib. 4. Greg. 7.

Sextò Papam ſe appellare ſeruum ſeruorum, vnde Eucherius Lugdunenſis Archiepiſcopus homil. Dominicæ 21. inter eas, quæ Euſebij Emiſſeni titulo habentur. Romanus (ait) Epiſcopus Epiſcoporum omnium maximus, ſeruum ſeruorum Dei in ſuis epiſtolis ſe eſſe ſcribit, & S. Hieronymus epiſt. 13. Principem & Pontificem comparans: Ille, inquit, terrore ſubiicit, hic ſeruituti donatur. Quæ ſeruitus libera eſt apud Dominum, vbi non neceſſitas, ſed charitas ſeruit, Proſper, ex Auguſtino

Libertas nulla eſt maior, meliorve poteſtas,
Quàm ſeruire Deo, cui benè ſeruit amor.

Vidend. Ioannes Fileſacus de ſacrâ Epiſcoporum auctoritate, & Bernardus Ferrarius l. 2. c. 2. operis citati. Sic Guntrãnus Rex Seruum ſeruorum ſe nuncupabat, quia bonus Rex ſeruus ſplendidus, & publicus, Antigono. Ideo autem Epiſcopi ſerui, quia Vicarij Chriſti, qui venit miniſtrare, non miniſtrari, Matthæi 20. vbi Chryſoſtomus principes Eccleſiæ fiunt, vt ſeruiant minoribus, & miniſtrent eis à Chriſto accepta. Itaque qui præeſt non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente felicem. Auguſtin.

Septimò, milites hîc intelligi Templarios inſtitutos, auctore Theobaldo Pagano circa annum 1118. confirmatos in Cõcilio Trecenſi 1128. ſublatos in Viennenſi 1311. de quibus Ioannes Picardus in Notis ad epiſtolam 39. S. Bernardi. Vitriacus in hiſtoriâ Orientali c. 63. Azor l. 13. c. 6. Miræus in Origin. ordin. Equeſtr. Guilelm. Tyrius l. 12. c. 7. Bzouius 1311. Sanutus l. 3. Secret. Fidel. Crucis. S. Anton. tit. 21. cap. 8. §. 3. Petrus Venerab. lib. 6. epiſt. 26. Templarij Miræus in Orig. Ciſter.

Octauò in metu ob exortam tempeſtatem maximam, & pluſquam poeticam ſola ſupereſſe vota, ideoque Hugonem noſtrum non ædem tempeſtati cui nigrâ agnâ faceret, vt olim Romæ Scipio Barbatus in veteri inſcriptione à Sirmundo edita, ſed Templum auguſtum, in quo agnus immaculatus niue candidior quotidiè idem integer, & perſeuerans immolatur Domino in altis mirabili, qui ſtatuit procellam in auram ad portum voluntatis deducentem, in cuius ſermone ſilet ventus, & cogitatione placatur abyſſus, qui dat in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam, oſtendens quàm potens ſit, ex omnibus ſaluare, etiam ſi ſine arte aliquis adeat mare, Sapientię 14. Neque mirum ſi animæ eorum, qui deſcendunt mare in nauibus, tabeſcant in malis, cùm nihil tam capax ſit fortuitorum, quàm mare. Tacit. l. 14. Pſalm. 106.

C Nonò, ſextarium Romanum fuiſſe ſextam partem congij duas heminas cõtinentem, id eſt 20. vncias ponderales, ſeu duas libras menſurales vſu vetere Romano. Quod colligitur ex Epiphanio, & Galeno l. 1. c. 16. l. 3. c. 8. l. 5. c. 6. de Compoſitione medicamentorum per genera, & l. 4. c. 4. de Sanitate tuenda, vt nos monuit Ludouicus Sauot Medicus Pariſienſis, qui de ponderibus, & menſuris effectum habet volumen, opus valde exquiſitum, & omnibus rei antiquariæ ſtudioſis expetitum. Conſulendi quoque Iuuenalis interpretes in illud Satyr. 6. Sextarius. Lud. Sauot.

---- de quo ſextarius alter
D *Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim.*

Præterea Venerabilis Beda c. 2. de locis ſanctis Calicem quo Chriſtus vltimam cœnam celebrauit, ſextarij Gallici menſuram capere teſtatur. Legendus Budæus l. 5. de Aſſe. Sed & ſextarius Diuionenſis continet octo pintas illius vrbis, quarum ſingulæ efficiunt circiter 40. vncias ponderales Romanas. Itaque 4. ſextarij hîc memorati, more Romano ſumpti efficient duas pintas Diuionenſes: vt Sextarius Romanus reſpondeat menſuræ Diuionenſi. *Pintes*, & Hemina, Chau-

ueau. Eam verò heminam ſeruis dari in dies præcipit Cato c. 57. Sextarium autem menſuram eſſe temperatorum obſeruat Hieronymus Mercurialis lib. 1. variarum lectionum c. 22. vt de Cicero Officiorum l. 1. Ij qui ab hoſte obſidentur, ſi emere aquæ ſextarium minâ cogerētur, hoc primò nobis incredibile videtur, & Liuius lib. 7. Militibus libras farris, & Sextarios vini contulerunt, & Leuitici 19. v. 36. Sit tibi iuſtus modius, & æquus ſextarius. Vide Iacobum Brulium in Supplemento Antiquit. Pariſienſ. pag. 88. de hemina, & libra Benedictina.

Lateranum.

Decimò Lateranum eſſe Eccleſiam cum Palatio Pontificum in Cœlio monte vrbis Romæ ſecunda Regione, quâ de re Baronius 9. Nouembris, & anno 312. & 324. poſt Onuphrium de 7. Eccleſijs, & Vgonium de ſtationibus & Octau. Pancirola in Theſauro Romæ. Laterani quoque meminit Spartianus in Marco Aurelio, S. Hieronymus in vita Fabiolæ. Ea verò Lateranenſis Eccleſia prima eſt & omnium Magiſtra, vt notat Ioann. de Turrecremata, in c. ſanctorum 10. qu. 1.

Tuſculum.

Vndecimò, Tuſculum eſſe vnum ex Epiſcopiis Cardinalib. de quo Onuphr. Azor lib. 4. cap. 1. vt de ipſo oppido à Telegono Vlyſſis filio condito Pighius in Hercule prodicio, quod à Romanis Cœleſtino IV. ſedente ſolo æquatum eſt A. C. 1191. Sigon. lib. 15. de regno Italiæ, Gobelin. lib. 11. Gradu longit. 36. 50. latit. 41. 45. Ptolom. l. 3. c. 1. Blondo in 3. Regione Italiæ, egregiis olim ornamentis floridum, Straboni l. 5. expreſſum in Numo Sulpitiæ gentis, apud Fuluium Vrſinum, ab vrbe Româ diſtans M. P. 15. Antonin. itinerario. Meminit etiam Plin. l. 3. c. Liuius l. 6. Cicero pro Plancio, Propertius l. 2. elegiar. Ouid. 3. & 4. Faſt. Statius l. 1. Siluarum, Horatius l. 3. Ode 29. & Ode 1. Epod. Feſtus v. Manliorum, Ligurinus l. 4. Diodorus Siculus l. 11. Dionyſius Halicarnaſſ. l. 5. & 10. Eutropius l. 1. Ioſephus l. 18. cap. 8.

Vltimò, quia Aduentus Principis in vrbem mentio facta eſt, non alienum erit à propoſito huc transferre quæ in actis rationalium leguntur hoc modo.

Quand le Duc de Bourgongne faict ſon entrée à Dijon, le Maire, & quelques Eſcheuins vont au deuant aſſez loing, & apres le Clergé proche de la ville, & monſieur de ſainct Eſtienne luy donne à baiſer les reliques, puis va deſcendre à S. Benigne, où apres auoir faict ſes prieres il iure les priuileges. Lors l'Abbé luy dict, Mon tres-redouté Seigneur:

Monſeigneur le Duc Philippe, à qui Dieu A *pardoint, ordonna cet Annel pour le bailler par celuy qui ſeroit Abbé de ceans, ou temps qui luy viendroit nouuel Duc pour prendre poſſeſſiō de ſa Duchie, & luy mettre ou doig en ſigne de ce qu'il prend & eſpouſe nouuellement ſa Seigneurie, & pour en enſuiure ſa bōne & notable ordonnance en iceluy ſigne, ie le vous mets ou doig en bon lieu, & en bonne eſtreinne que Dieu vous doint, & Monſieur ſainct Benigne, de voſtre pays de Bourgongne, qu'il vous doint ſi bien gouuerner à voſtre honneur, & au bien de voſtre peuple que vous en acqueriez la joye de Paradis.*

De là mondit Seigneur s'en va à ſa chapelle, où il eſt receu baiſant les reliques, & iu- B *rant les Priuileges. Les Doyen, & Chanoynes luy iurent fidelité, leſquels il reçoit en hommage les baiſant l'vn apres l'autre, & leſdits Chanoines baiſent auſſi Madame la Ducheſſe à la joue.* Huc verò faciunt, quæ tradunt Probus in Eumene, Sueton. in Tiberio c. 73. Valer. Maximus l. 7. c. vlt. Chopinus l. 2. de Domanio tit. 2. num. 8.

Ordo Equeſtris Velleris Aurei [illegible] Brabantia c. 70 [illegible] l. 10. c. 63.

Porrò in hanc Eccleſiam ſancta hoſtia perpetuo illuſtris miraculo allata fuit, eodem fortè anno 1433. quo habitū fuit Capitulū tertium nobiliſſimi equeſtris ordinis aurei velleris in eadem Eccleſiâ, cùm & Carolus Comes Carolēſis infans ſuper ſacro fonte Baptiſmi in C eumdem ordinem cooptatus fuit à Patre Philippo Bono Duce, ipſius Ordinis auctore. In cuius rei notitiam, & illuſtrationem præter ea quæ habet Guilelmus Paradinus lib. 3. c. 24. hiſt. Sabaud. & in Commentario de antiquo ſtatu Burgundiæ ſequens diploma Pontificium hîc apponitur.

De forma panis Eucharistici [illegible] ſecanda Baron. A. C. 58 n. 24 Sacra[illegible] quod Stephā. [illegible] Eccl. l. 1. c. 14. [illegible] in Sueton. Auguſt. c. 5.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Singularis deuotionis zelus, quem ad fidem Catholicam, & ſacramentum Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti gerere te videmus, meritò nos inducit, vt ea tibi concedamus, quæ deuotionem tuam, & aliorum Chriſti fide- D lium augere valeant. Tuis igitur in hac parte deuotis ſupplicationibus annuentes, tibi hoſtiam quandam ſub imagine Saluatoris in throno ſedentis, mirabile ſacramentum Dominici corporis multis in locis à veſanâ cuiuſdam feritate gladij ictibus perforatam, & ex eo ſanguine reſperſam in locis præfatis, quæ in Sacrario noſtro erat recondita tuæ piæ deuotioni concedimus, & donamus, volentes, & mandantes tibi, vt eam in aliquâ Eccleſiarum, quas poſſides, aut in alio loco celebri cum eo honore, & reuerentiâ recondas futuris temporibus venerandam, prout tanti ſacramenti maie-

S. Laurentij Eccleſia Cardinalis, cui iuncta Cancellaria in vrbe ad theatrum Pompei ſita Patriarchalis Baſilicæ S. Petri apud Baron. 384. & Onuphr. & Panuin. Hugonem, ac ... Fanciolum.

ſtas, & magnitudo requirit. Datum Romæ apud S. Laurentium in Damaſo ſub annulo noſtro ſecreto, die 27. menſis Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio. Poggius. Superſcriptio verò eſt huiuſmodi. Dilecto filio noſtro Roberto Anclou Canonico Pariſiēſi, ac in Romanâ Curiâ dilecti filijnobilis viri, Philippi Ducis Burgundiæ Procuratori. Is eſt Philippus Bonus de cuius zelo in rem Chriſtianam Ioannes Molanus c. 7. ſacrę Militiæ Ducum Brabantiæ, & Pontus Heuterus, qui ſine vllâ ſimulatione pium appellat, & Gobelinus l. 5. Commentar. vbi ait eidem miſſum fuiſſe enſem benedictum à Papa in Natali Domini, cuius benedictionis formula habetur lib. 1. Sacratum Cœrimoniarum.

Nobilis Dux Burgundiæ.

Nobilis autem dicitur Philippus ab Eugenio 4. vt Hugo fundator ab Alexandro 3. & ab Innocent. 3. de Priuilegiis, c. cum Capella nobilis Ducis Burgundiæ in 3. Campilatione, quæ vox nobilis, deeſt apud Gregorium. Sic in Chartâ Benignianâ 1269. *Iacques de Pommard Bailly de Dyon, pour Noble Prince Hugon Duc de Bourgongne. Et Richard de Mommorot Bailly de Dyon por Noble Baron Robert Duc de Bourgongne* 1287. Item nobilis vir dux Burgundiæ c. 13. Etſi, de Iudæis. & nobilis Dux Biturigum Ioannes Propatruus noſtri Philippi, in Bullâ Pauli 2. pro erectione Academiæ Bituricenſis, & in benedictione Cerei Paſchalis ſecundum Lingonenſem ritum, oratur pro nobiliſſimâ prole regis. Sic Papa ſcribens Delphino Franciæ. Dilecte fili, nonnulla tuæ nobilitati referenda eſſe duximus; & in Remenſi Cœrimoniali gentem Francorum inclytam ſimul cum rege nobili B. Remigius ſumpto cœlitus Chriſmate ſacro ſanctificauit. Sic Paulus Æmilius in Henrico 1. Ducatum Burgundiæ vocat nobiliſſimum, & opulentiſſimū, cuius Dux, Philippidis lib. 1.

Gente potens, diues opibus, ditiſſimus armis. & Burgundionum Dux cæteris Principibus Chriſtianis præcellit, Philippus Bergomas in Supplem. Chronic. Eodem quoque modo Eugenius vocat Nicolaum Rolin Militem, & Cancellarium nobilis viri Philippi Ducis Burgūdiæ, in confirmatione fundationis Hoſpitalis Belnenſis. Vnde, & nobiliſſimatus dignitas, de quâ alij, vt etiam de nobiliſſimis Cæſaribus.

Poggius.

Poggius autem diſcipulus Petri Rauennatis Florentinus quadraginta annos in Curiâ Romanâ ſcriptoris officium optimè geſſit cum alijs doctiſſimis viris admiſſus in ſecreta ab Eugenio. Quâ de re Paulus Iouius, Schedel in Chronico Nuremburgenſi, Bergomas in Supplemento Chronicorum, Platina, Opmerus, Pocciancius, & Poſſeuinus, Trithemius Catalogum librorum ipſius pertexens, à quo ſpurcitiarum, inquit, opus, quod facetias prænotauit, meritò cenſuimus repellendum, quòd eius lectio deuotos offendit, incautis nocet, carnales inficit. Itaque in indice librorum prohibitorum meritò damnatur. Ei quoque ſcribit Æneas Siluius epiſt. 307. & Pogius Siluio epiſt. 399. A. C. 1457.

Celelinus lib. 2.

Annulus Piſcatoris.

Annulus verò ſecretus Piſcatoris imaginem referens. Is eſt quo vtitur Generalis Vicarius Chriſti, in Eccleſiæ viſibilis monarchiâ toto orbe diffuſa, (quam tamen cæci non vident hæretici) ſucceſſor Petri, cui dictum eſt, *Duc in altū*, Lucæ 5, 4. licet alij Apoſtoli etiam piſcatores hominum fuerint, Matthæi 5. 19. Vnde Chriſtiani piſces in aquâ Baptiſmi nati, imo Chriſtus ab Erithræâ Sibyllâ [illegible], id eſt piſcis, de quo Anagrāmatiſmo, & Achroſticho Tertullianus de Baptiſmo c. 1. S. Auguſtinus l. 18. ciuitatis c. 33. Proſper de promiſſionibus parte 2. c. 39. Cœlius Rhodiginus l. 2. cap. 15. Vnde Eccleſia ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congreganti comparatur, Matth. 15. quod Ezechieli anteà præuiſum c. 47. qui piſces ſignificant initia ſacramentorum, & Magnalia Mirabilium D. Auguſtino l. 13. Confeſſ. cap. 27. hucque alludens Sariſberienſis epiſt. 83. Petri, inquit, ſucceſſor Pontifex, ſicut Rector clauo nauem, ita ſigilli ſui moderatione Eccleſiam regit, corrigit, & dirigit vniuerſam. Epiſcopus etiam annulum portat, quoniam ſcripturæ myſteria, & Eccleſiæ Sacramenta perfidis ſigillare, & humilibus reuelare debet, Durādus l. 3. Rationalis c. 14 num. 3. & propter ſignum Pontificatus honoris, & ſignaculum ſecretorum, Duranti l. 2. c. 9. n. 37. de Ritibus Eccleſiaſt. Itaque in Pontificali cum annulus Epiſcopo conſecrando traditur à conſecrante dicitur. *Accipe annulum fidei ſignaculum, quatenus ſponſam Dei, ſanctam videlicet Eccleſiam, intemeratâ fide ornatus illibatè cuſtodias.* At Robertus Anclou fuit, vt Pariſienſis, ita huius Capellæ Canonicus, vt videre eſt in inſcriptione vitreæ feneſtræ retro maius altare quam fieri curauit 1435. vbi eius inſignia ſpectantur, tres ſcilicet claui nigri (quibus fit alluſio ad nomen) in ſcuto argenteo cum limbo aureo, qui abdicauit hunc Canonicatum permutationis cauſâ cū prebēda Audomaropolitanâ 1445.

Licentiatus in vtroque iure.

Præterea de externis pluribus, & variis apparitionibus carnis, vel ſanguinis in Euchariſtiâ Azor lib. 9. cap. 6. & lib. 10. cap. 33. Soarez tomo 3. diſputat. 55. Ioannes Valtherius de triplici cœnâ, Damian. lib. 2. epiſt. 15. & lib. 6. epiſt. 21. Boſius de Notis Eccleſiæ lib. 14. cap. 7. Petrus Thyræus proprio libro de Chriſti Apparitione Sacramentali, vbi inter cætera tradit omnipotentiâ Dei fieri poſſe, vt ſub propriâ ſpecie, quemadmodum in Cœlis ad dexteram Patris Chriſtus reſidet, in ſacramento appareat, eâdemque omnipotentiâ fieri poſſe, vt verè realiterque appareat, & adſit Chriſtus ſub formâ carnis & ſanguinis. At non Chriſti eſſe carnem, nec ſanguinem aliquando apparentem mutatis ſpeciebus ſacramentalibus : ſed formas aliquando obſeruatas carnis, vel ſanguinis reſidere in ſpeciebus ſacramentalibus, non autem in Chriſti corpore, aut ſanguine.

Chriſti corpus in Euchariſtia.

Præterea Chriſti corpus eſſe impaſſibile in ſacramento altaris, licet ipſe ſumpſerit, & diſcipulis ſumendum tradiderit paſſibile, modo tamen impaſſibili, docēt Iuo Carnotenſis epiſt. 287. S. Thomas p. 3. quæſt. 81. art. 3. S. Bonauentura in 4. diſtinct. 11. Alenſis p. 4. quæſt. 44. membro 3. Gregorius à Valentiâ tomo 4. diſput. 6. quæſt. 9. Sed præſtat exſcribere verba Magiſtri ſacri Palatij in Indice librorum expurgandorum, vbi monet rectè intelligendum eſſe Algerum dicentē Chriſtum dediſſe corpus ſuum immortale in Sacramento : nam Chriſtus in Cœnâ corpus ſuum verum, quod tunc mortale erat, in Sacramento diſcipulis exhibuit, ſed ex modo exiſtendi Sacramentali, & quatenus ſub ſacramento erat, impaſſibile, & immortale erat, neque ſi quis vulneraſſet, aut contriuiſſet ſpecies ſacramentarias, vllum inde Chriſti corpori detrimentum intuliſſet, vt neque modo cum Chriſtus immortale corpus gerit; nihilominus compertum eſt Sacramentales Euchariſtiæ ſpecies verè, & propriè frangi, conſumi, corrumpi, comburi, nutrire, & alterari poſſe, nec id tantū apparenter, ſed reipsâ fieri. Videndus Bellarmin. lib. 3. cap. 10. de Euchariſtiâ, Nicetas Choniates l. 3. de Geſtis Alexij Angeli, vbi notat lite apud Græcos ortâ de Euchariſtiâ Ioanne Xiphilino Patriarchâ damnatos fuiſſe qui corpus Chriſti in eâ incorruptibile, & quale nunc eſt in cœlo, & totum in totâ, & in ſingulis eius partibus eſſe negabant. Venerandam quoque hoc loco appellat

A hoſtiam Eugenius, vt alibi in Conſtitutione de celebratione feſti corporis Chriſti in Bullario Cherubini, excellentiſſimum ſacramentum, & ineffabile, in conſtitutione Martini V. venerabile, ſancto Ambroſio lib. 4. Sacrament. c. 4. præcelſum, venerabile, excellentiſſimum, adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, ſummum, & magnificū Clementinâ vnicâ de veneratione, & reliquiis ſanctorum : nam hoc ſacramento nihil dignius, nihil ſublimius, & admirabilius habet Eccleſia, cùm in eo contineatur præcipuum, & continuum Dei donum, & ipſemet omnis gratiæ, &

B ſanctitatis fons, auctorque Chriſtus Dominus, vt eſt in Rituali Pauli 5. ſacramētum celeſte, & venerabile, S. Auguſtino ſermone 28. de verbis Apoſtoli. Vide Formularium inſtrumentorum Romanæ Curiæ cùm de conceſſione Indulgentiarum ſodalitati, vel confraternitati corporis Chriſti agitur, qualis in hac Eccleſiâ cernitur piè, & religioſè inſtituta, cuius maxima eſt feſtiuitas Dominicâ infra octauas Corporis Chriſti, quo diē per vrbem ſummâ religione, ſummoque ſplendore circumfertur, vt eius aduerſarij in tantâ Eccleſiæ

C lætitiâ, vel debilitati, & fracti tabeſcant, vel pudore affecti, & confuſi aliquando reſipiſcant. Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. c. 5. Sed de veneratione ſingulari extat inter alia documenta Ludouici 12. Regis Chriſtianiſſimi, & Patris Patriæ epiſtola hoc modo ad Decanum, & Capitulum.

Chers & bien Amez, puis n'agueres auons eu vne grande & griefue maladie, de laquelle graces à Dieu noſtre Createur ſommes de preſent hors, & auons bonne & vraye cognoiſſance, que dés l'heure qu'euſmes receu noſtredict Createur, par le moyen de ſa bonté & grace, nous recouuraſmes la ſanté, & de luy, & non

Vide Gratianapolitanam [illegible]

D *d'autres tenons noſtre gueriſon. A ceſte cauſe, & qu'auons ſinguliere deuotion à la ſaincte hoſtie qui repoſe en voſtre Egliſe, nous vous enuoyons par ce porteur la propre & meſme couronne laquelle nous portaſmes apres noſtre ſacre tout le iour que nous fuſmes couronné en noſtre ville & Cité de Reims comme il eſt de couſtume, vous priant de la preſenter deuant ladite ſaincte hoſtie, en priant noſtre Createur qu'il luy plaiſe nous preſeruer & maintenir en bonne ſanté pour luy faire ſeruice. Donné à Bloys le vingt-vnieſme iour d'Apuril.* Loys. Robertet. Quomodo autem Ludouicus Rex, (cuius vox, manus, & mens pietatem ſummam in his litteris æternâ poſteritatis memoriâ dignis clariſſimè reſonant)

Louys XII. ſacré à Reims par Guillaume Briſſonnet Archeveſque 72, 27, May 1498.

[illegible]

datis Leonis Papæ, & Fráciſci Regis, eiuſque imago ſpectatur in Parcile Loparina iuxta Ludouicum 12.

ſonant) ex ingenti morbo hîc expreſſo A ſolâ ope diuinâ conualuerit, legere poteris apud Argentræum hiſt. Britann. li. 12. cap. 64. Ioannem Bouchet in Annalibus Aquitaniæ, & in Additionibus ad Monſtreletum 1505. vnde per totam Franciã emanauit plenaria peccatorum indulgentia à Iulio 2. iis qui ritè intereſſent proceſſionibus faciendis 26. Iunij in octauâ feſti corporis Chriſti eiuſdem anni 1505. orando pro incolumitate Regis, & Regni. Quâ quidem die poſt ſingulares Eccleſiarum proceſſiones facta fuit Diuione proceſſio generalis deportatâ ſolemniter ſanctâ hoſtiâ miraculoſa pręſente Ingilberto Cliuienſi Comite Niuernenſi, Burgundię Gubernatore. B Morbos etiam corporis, vel ſolo ſanctæ Eucharistiæ religioſo attactu omnino ſanari docet Gregorius Nazianzenus exemplo Gorgoniæ ſororis ſuæ, oratione quã in ipſius funere habuit. Legendus Soarez in tertiam partem S. Thomæ diſput. 64. ſectione 1. Atque his omnibus addere potes Antoniam Borboniam vxorem Claudij Lotharingi Guiſię Ducis, & Burgundiæ proregis dediſſe 1547. arculam, in quâ hæc mirabilis Hoſtia aſſeruatur.

Præterea hoc loco dandus eſt catalogus Decanorum huiuſce Capellæ, quo in conficiendo multùm me Hugonis Iare- C neti, Canonici iuuit ſolers induſtria.

Decani S. Capellæ Regiæ Diuionenſis.

DE dignitate Decani huius Eccleſiæ, vide Chaſſan. parte 12. cõſider. 63.

1. *Nicolaus* nominatur in fundatione huius Eccleſię 172. & in prima cõpoſitione eiuſdẽ Eccleſiæ cũ Stephanieſi præfuit an. 15. Obiit die S. Marci 25. April.

2. *Hugo* de Cippo ann. 13. Subſcripſit D inſtrumento Hugonis Ducis 1186. hebdomadâ 2. poſt reſurrectionẽ, & cum eo Anſericus Dominus de Mõte-regali. Et memoratur 1195. Obiit 5. Calẽd. Aprilis.

3. *Robertus* d'Ancenoys an. 30. Nominatur in inſtrumento Odonis Ducis 1214. menſe Septembri, & 1233. 3. Calendas Aprilis, & apud Innocentium 3. c. 1. *de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruandæ.* Cuius tempore 1230. 3. Calendas Ianuarias obiit Nicolaus primus Cantor Canonicus huius Eccleſiæ, cognomento d'Ancenois. Hunc quoque Robertum exiſtimo eſſe eum cui Decano Capellæ A Ducis Diuionẽſis, & Abbati, & Priori Ciſtercienſi ſcribit idem Innocentius.

4. *Robertus* de Ienteigney, vel Iencigné. Obiit 4. idus Septembris.

5. *Galtherus* de Bellanouâ.

6. *Ioannes* Qui non ridet ἀγέλαστ. Nominatur in inſtrumento 1237. menſe Decembri, & 1244. menſe Iulio cum Henrico de Vergeyo Domino Mirabelli, Seneſchalo Burgundiæ, & 1246. pro Benignianis cum Garnerio Decano Chriſtianitatis. Sic Dominicus qui non ridet, frater huius Ioannis 1252. menſe Martio dat viginti ſolidos Diuionenſes pro Anniuerſario, præſente Amedeo Abbate Ste- B phanienſi, & Alberico Decano Chriſtianitatis: & Arnaldus qui non ridet Archidiaconus Pictauienſis, apud Baronium 1148. Faciem verò magis ornari lachrymis, quàm riſu, vide apud Stobæum ſermone 72. & fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, Eccleſiaſtici 20. & ſicut ſonitus ſpinarum ardentium, ſic riſus ſtulti, Eccleſiæ c. 7. Et Perſis in poparulo ridere nefas. Herodot. l. 1. Vir autem ſapiens vix tacitè ridebit. Vnde bonus ille ſenex in vita patrum lib. 5. Coram, inquit, cœli, & terræ Domino rationem totius vitæ noſtræ reddituri ſumus, & tu rides? ſacerdos Domini omnipotẽtis eſt Angelus, at An- C gelus riſum neſcit, Deo cum metu, & pauore miniſtrans. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 319. & riſus in Eccleſiâ Dei eſt opus diaboli, Chryſoſt. homil. 10. ad Hebręos, hinc S. Baſilius. Nunquã erit fideli tẽpus ridẽdi, cum præſertim tam multi in peccato moriãtur, pro quibus lugere oportet, idemque in regulis fuſius diſputatis Chriſtum numquam riſiſſe ait, nec reſurgentes ridere ſolent; Cæſarius lib. 1. c. 32. Ridere autem proprium eſſe hominis videre eſt apud Boëtium, & Conimbricenſes in c. 4. Porphirij. Lege Pontanũ, & Cerdam in illud Virgilij egloga 4.

Riſus.

Creſſolius vacat. Autumn. lib. 3. ſect. 8.

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.

D Sic de Epiphanio Ennodius, Ridebãt genæ etiam cum animus mœſtitudine torpuiſſet: imo omnia ridere dicuntur, lætitiam referentia pulchritudine ſuâ. Ita Petronius

Albaque de viridi riſerunt lilia prato.

& Virgilius Eglog. 3.

Omnia nunc rident, nunc eſt formoſiſſimus annus. ſed &

Riſerunt faciles, & tribuere Dij.

Martial. Epig. 104. l. 1. quos tamen ridere alio ſenſu dicebat Socrates, vana hominum ſtudia conſpicientes, & deos ſuos imitatus Democritus. Porrò commendationem riſus habet Ericus Puteanus

oratio. 6. Quem riſum numerari inter
exercitationes docet Hieronymus Mer-
curialis l.3. Gymnaſtic. c.8. & l. 6. c. 6. de
quo riſu Conimbricenſes l.1. de Genera-
tione c. 5. vbi Lienoſos eſſe procliues ad
riſum aſſeritur, & in 3. de Animâ c.13.q.1.
art. 6. Cæterùm quis riſus ſit decorus, &
ſine peccato tradit Baſilius quæſt. 17. li-
bri citati de Regulis fuſius diſput. Azor
l.3.c.11. Epictetus in Enchiridio, vbi nec
multus, nec ob multa c. 43. eductus inter-
dum, effuſus nunquam, S. Bernardus, de
honeſtate vitæ, de quâ moderatione ri-
ſus, vt de Præconio fletus ſcripſit B.
Ephren, & Creſſolius Vacationum Au-
tumnalium lib. 2. ſect. 7. Libanius De-
clamat. 36. de Areopagitis vetitus.

7. *Mercator.* Nominatur 1248. menſe
Ianuario cum A. Comitiſsâ de Auxonâ, *Comes Auxona.*
Vidua Stephani Comitis in Burgundiâ,
& cum Amedeo Abbate S. Stephani
1255. menſe Septembri. Obiit 6. Calend.
Martias 1262.

8. *Petrus* de Barro. Nominatur 1263. &
1272. menſe Maio in litteris de ſocietate
cum Benignianis, & Stephanienſibus ini-
ta. Obiit 14. Calend. Decembris, ſepultus
in clauſtro Stephanienſi hac inſcriptione
appoſita. *Cy giſt Pierres de Bar Deiens de la
Chapelle le Duc, priez Dieu pour larme*, vbi
& ſequens Epitaphium legitur ad effi-
giem lapideam iacentem in pariete.
*Obiit Magiſter Ioannes de Moncellis Theſau-
rarius Capellæ Ducis 1275. 6. idus Aprilis.* Iſte
eſt, qui fundauit, & dotauit altare S. Mi-
chaëlis in dicta Capellâ.

9. *Artaudus.* Nominatur in inſtrumen-
to Stephanienſi 1277. Teſtamentum
condidit ante feſtum S. Nicolai hyemalis
1289.

10. *Lambertus* Auſerrois. iacet ante alta-
re ſanctæ Fidis, mortuus die Martis poſt
feſtum S. Vincentij 1300.

11. *Odo* de Bezua.

12. *Petrus* Gromette de Salone. Nomi-
natur cum Hugone Stephanienſi Abba-
te 1311. condidit teſtamentum 1313. 4. idus
Nouembris. Eſt autem Salo vulgò, *Sau-
lon*, vicus diſtans circiter 2. leucis Diuio-
ne Ciſtercium verſus.

13. *Henricus* de Arcu. Obiit Dominica
6. idus Ianuarij 1337. Iacet ante maius
candelabrum Chori. Eiuſdem gentis
Hugo Abbas 66. Benignianus, & Ioan-
nes Canonicus huius Eccleſiæ 1283.
Nominatur verò Henricus Decanus
cum Ponicardo Abbate Stephanienſi
18. A. C. 1325.

14. *Aymo* de Damnâ-petrâ Iacet ad in-
greſſum Chori, eiuſque anniuerſarium
A notatur 10. Nouembris, & nominatur in
Cartulario rubeo Stephanienſi 1345. 20.
Februarij, & 1309. ſed hoc poſteriore lo-
co adhuc Canonicus.

15. *Hugo* Poiſſenot. Iacet in Choro ſub
Aquilâ æreâ, eique anniuerſarium aſſi-
gnatur die 2. Rogationum. Eiuſdē gentis
Ioannes Maior Diuionis 1370.

16. *Guido* Rabbi. Obiit 2. Septemb 1379.
ſepultus ante Aquilam æneam in Choro,
Anniuerſarium habens 13 Martij.

17. *Ioannes* de Baubigneyo, ex Cantore
electus 21. Septembr. 1379. confirmatur
à Girardo Abbate Ciſtercij 36. ſpōte ceſ-
ſit 1385. Obiit 13 Decemb. 1391. Iacet apud
B Fōtes Baptiſmales. Quo tēpore Robertus
de Baubigneyo Abbas 20. Stephanienſ.

18. *Ioannes* Collierius viâ S. S. electus.
Confirmatur ab eodem Girardo 7. Fe-
bruarij 1385. more Gallico, ex Archidia-
cono Tornuſiano Diœceſis Cabilonen-
ſis. Nominatur A. C. 1393.

19. *Galtherus* de Boux, confirmatus 30.
Iunij 1403. Cuſtos clauium Cartarum
Domini Ducis. Obiit poſt feſtum om-
nium ſanctorum 1408.

20. *Hugo* Morelli de Auxonâ, ex The-
ſaurario huius Eccleſiæ, & Decano, vt
credo, Belnenſi 26. A. C. 1408. 11. De-
cemb. Hoc tempore A. C. 1415. obiit Di-
C nus Rapondi Magiſter hoſpitij Ioannis
Burgundiæ Ducis, ſepultus Brugis. In ſuo
Sacello ad S. Donatianum. Anniuerſariū
habet 21. Octobris in hac Capellâ Diuio-
nenſi, vbi eius ſtatua è lapide viſitur ge-
nuflexa ad imaginem S. Mariæ. De eo
meminit Paradinus Annal Burgund. &
Miræus in Chronic. Eiuſdem gentis Gof-
fredus Rapondi Gonfalonerius Lucenſis
1604 Scribit Iacobo Cardinali Perronio.

21. *Ioannes* de Marcüliis receptus in De-
canum 1421. Iacet in Naui cum vxore
Ioannâ, (quâ defunctâ promotus fuerat
ad Ordines, & Beneficia) & Ioanne filio
eiuſdem Eccleſiæ Canonico Cantore, Li-
D brariæ in Clauſtro cōſtructore Anniuer-
ſarium notatur 12. Decemb. Hic Deca-
nus, & hic Cantor cuſtodes Cartarum
Ducalium 1429.

22. *Robertus* de Salione Conſiliarius *De Saux*
Ducis, receptus in Canonicum 1421. in *porte d'azur*
Decanum 1440. Memoratur in Bullâ *au Lion ra-*
Eugenij 4. Florentiæ 3. Calend. Nouēb. *pant d'or.*
1442. Obiit die Iouis 15. Ianuarij 1449.
ſepultus ante altare S. Aniani. Sic Gal-
therus de Salione huius Eccleſiæ Cano-
nicus, & Philibertus *de Saux* Canonicus
Eduenſis 1408. Præpoſitus S. Amati
Duaci Diœceſis Attrebatenſis, & Archi-
diaconus Belnenſis, inde Epiſcopus 65.

Cabilonenſis, poſtea Ambianenſis 57. A frater Ioannis Burgundiæ Cancellarij. Sed & in hac Capellâ ſepulchrum magnificum habet à cornu Euangelij Gaſpar *de Saux*, Dominus de Tauanes, Mareſchalus Franciæ, & ex Locumtenente generali in Burgundiâ, Gubernator Prouinciæ, *Prouence*, mortuus 1573. Ioannis ex Margareta de Tauanes filius. Itẽ Guido *de Saux*, videtur fuiſſe Comes Lingonenſis, ex his, quæ dicta ſunt in Epiſcopo 57. circa A. C. 1179. ſaltem in Cartulario Benigniano nominatur Guido Comes *de Saux* A. C. 1175. cum Nicolao Capellano Ducis, qui eſt primus Eccleſiæ huius Decanus, Herueo Abbate Vngiacenſi, & Simone Abbate S. Margaretæ: item Ioannes filius nobilis Guidonis *de Saux*, Canonicus Lingonenſis 1254. menſe Septembri, & Guilelmus *de Saux* in voto Phaſiani inſulis 1454. Otho *de Saux* teſtis in conceſſione priuilegiorum Diuionenſium A. C. 1187. Aubertus de Salione Monachus Benignianus in Necrologio illius Eccleſiæ pridie nonas Martij, & Lambertus *de Saux* Maior Diuionenſis 1402. qui dicitur ibi *vaillant homme, & Seigneur*, & Ioannes *de Saux* Maior eiuſdẽ vrbis 1426. Præterea in naui dextra introeuntibus Eccleſiam B. Mariæ de Bonaualle (de quâ ſuprà in Guilelmo 62. Epiſcopo Lingonenſi) extat huiuſmodi epitaphium A. D. 1272. Kal. Nouemb. obiit Dominus Klo *de Saux* miles, Dominus de Fontanis, orate pro eo, vt † vitæ ſolamen det ſibi Chriſtus Amen. Cuius Gentiles fundarunt Prioratum du Cartier, ordinis Vallis caulium in hac Diœceſi. Sic Lambertus, & Robertus de Salione Canonici Belnenſes 1428. Eſt autem Salio caſtrum, cui arx impoſita in monte, naturâ, & arte olim munitiſſima, ſed A. C. 1602. deiecta, vbi Eccleſia Parrochialis, eademque collegiata in decanatu *de Grancey* Diœceſis Lingonenſis, in quâ ſunt 7. Canonici, vulgò *Saulx le Duc*, In Domanio Principis. De quo loco quid hauſerimus, ex Ærario regali, beneficio Iacobi Venot Rationum regiarum apud Diuionenſes Magiſtri, hominis in his rebus perſpicaciſſimi, hîc indicare, gratum fore ſperamus. Apparet igitur, ex Tabulis 1302. Pariſiis mẽſe Martio ſubſignatis Philippum pulcrum F. R. dare filio ſuo Ludouico Primogenito (regi poſtea Hutini cognomento) hoc caſtrũ Salionis, eâ lege, vt ſi is Ludouicus fieret rex, aut ſi ſine liberis decederet, illud ad Ducem Burgundiæ perueniret, deinde aliis litteris menſe Maio 1303. Longicãpi

Meſſire Iean de Saulx Chancelier de Bourgongne eut ſix voix pour eſtre eſleu Chancelier de France le Mardy 8. Aouſt 1413. en l'hoſtel de S. Paul à Paris.

Memoratur Salo de Fontanis in Cal. Benign. 14 Cal. Sept.

Salio *Saulx*. alia eſt Baronia de Saulx, in prouinciâ erecta in Comitatũ 1562.

Sal Duc imm. Rapun à Alfonſo de Lhomin.

B

C

D

cõſcriptis claret eũdẽ Philippũ regẽ dare Roberto Burgundiæ Duci, Franciæ Camerario Idem caſtrum ſaluâ fide Chenteclari. Denique diplomate Ioãnis de Cabilone Epiſcopi 73. Lingonenſ. dato Caſtellione ad Sequanam 1331. continetur trãſactio quædam inter ipſum Epiſcopũ & Odonem Burgundiæ Ducẽ, quâ Dux hominiũ præſtat Epiſcopo ratione huius Caſtri, eo modo, quo Iacobus, ſeu Iaquinus, olim dicti Caſtri Dominus prioribus Epiſcopis illud præſtiterat.

23. *Antonius* de Rye vir nobili Baronum ſtemmate oriundus (vt eum appellat Dux in litteris Commendatoriis ad hoc Capitulum) ex Decano Dolæ miſſus in poſſeſſionem 1449. in Comitiis Burgundię 1460. cuius anniuerſariũ notatur 29. Maij. Eiuſdem gentis Ferdinandus à Riâ Archiepiſc. 78. Biſuntinenſis, Cœnobiarcha S. Claudij, ac Prior Gignacẽſis, & Claudius de Riâ Abbas Bezuenſis 1445. Item Ludouicus, & Philibertus de Rye Epiſcopi Geneuenſes.

De Rye porte d'azur à l'aigle d'or.

24. *Robertus* de Baudricour, generoſus vir, in artibus Baccalaureus, S. Sedis Apoſtolicæ Protonotarius fuit receptus 17. Auguſti 1495. ad Canonicatum, quẽ obtinebat Antonius de Riâ defũctus, deinde in Decanatũ 20. Decẽb. ſequentis, & nominatur 19. Mart. 1495. ſed more Gallico. Quo tempore in actis huius Eccleſię recẽſetur Robertus de Baudricour, Dominus de Vignory Mareſchallus Frãcię, Locumtenẽs Regis, & Gubernator Burgundiæ, qui adducendam curauit ad Carolum 7. Francię Regem, Ioannã Puellã, de quâ poſt alios Miræus Chronic. A. C. 1429. Eſt autẽ Baudricour Pagus in Decanatu Barri ſuper Albã, Diœceſ. Lingõ.

25. *Guilelmus* Macheco receptus in Canoni. 1478. in Decanũ 1500. 4. Iul. ex Canonico. Vergeij, paulò poſt dedicationẽ Eccleſiæ, de quâ dedicatione ſuprà in Epiſc. 87. Lingon. obiit 14. die Septemb. in feſto Exaltationis S. Crucis 1505. Lingonis. Fuit præterea Abbas Commendatarius Reomenſis, Canonicus Eduenſis, Decanus Lingonenſis, & Capellæ diuitũ Diuionenſ. ac Conſiliarius in Parlamẽto Diuionenſi 1488. per obitum Philiberti *de l'Aſſertey*. Iacet in Æde B. Mariæ Parrochiali Diuione, centum, & ſex funalibus ſepultus, Anniuerſarium habens in hac Eccleſiâ Regali 16. Calend. Octobris, eodẽque die, & an. obiit Philibertus *de la Ferté*, Præſes primarius Diuionẽſis.

26. *Odo* de Macheco receptus in Canonicũ 1482. in Decanum 1505. 14 Octobr ex Theſaurar. Obiit idibus Septembris 1510.

ſepultus ante altare S. Crucis, quod curauit erigendum, eiuſque feſtum fundauit in Inuẽtione, & Exaltatione, & anniuerſarium habet 2. Maij. Eiuſdem gentis Philibertus Macheco Capellæ Diuitum Diuione Decanus cognomento Parui, A

Ingentes animos anguſto in pectore verſans,

Item Gerardus Macheco Decanus S. Dionyſij Vergiacenſis Nueiaci. Sed, & in hiſtoriâ Ordinis Minorum Franciſcus Gonzaga eius Ordinis Generalis recenſet in Britanniæ Armoricæ Prouinciâ Cœnobium Nannetis ædificatum 1296. à Guilelmo de Rieux, & Annâ à Maſcolio eius vxore. Præterea Conuentum Burginoui extructum 1332. à Girardo de Maſcolio, & Eleonorâ Toaſerſi dicti Pagi Dominis, qui in Conuentu ſepulti fuerũt, & apud Argentræum hiſt. Britannicæ ſcriptorem B. Dominus Machicolz ſubſignat 1201. Inſtrumento Conſtantię Ducis Britanniæ pro fundatione Abbatiæ Villæ-nouæ Ordinis Ciſtercienſis. B

Medici Ec-cl. in Præla-ti.
Vide Triſtan. de Medico Clerico.

27. *Stephanus le Prince*, aliàs Caudeронnier, Medicinæ Doctor, ex Theſaurario præfuit ab 1510. 19. Decembris, poſt confirmationem factam à Renato de Breſche Abbate Buxeriæ, S. Benigni 86. & S. Stephani 29. delegato Iacobi de Ponteſciſſo 44. Generali ſ. Ciſtercij, cui Renato ſucceſſor fuit Stephanus in ipſius Buxeriæ Cœnobiarchiâ. Qui, & Canonicus fuit Eduenſis, vnde ſepeliri voluit in Capellâ S. Lazari in hac Eccleſiâ extructâ. obiit 23. Februarij 1515. Quomodo autem Archidiaconi, Plebani, Præpoſiti, Cantores, & alii Clerici perſonatum habentes, & Preſbyteri, & Monachi, ſeu Religioſi leges ciuiles, & phyſicam, id eſt, Medicinam audientes, docẽtes, exercentes, ſunt excommunicati, & irregulares, tractatur à Doctoribus in c. magnopere, & in c. ſuper ſpecula. Ne Clerici, vel Monachi ſe negotiis ſæcularibus immiſceant: Siluestro v. Medicus quæſt. 2. Sed tamen ex concordatis, titulo de Collationibus 5. Præterea, Medicus eſt habilis ad beneficium, ſed poſt illius aſſecutionem debet abſtinere ab exercitio Medicinæ, alioqui promoueri prohibetur, c. ad aures, & ibi DD. de ætate, & qualitate. Vide Gerberti epiſtolam 151. S. Bernard. epiſt. 67. 68. 321. Studium verò legum ciuilium non conuenire Clericis docet Petrus Bleſenſis epiſt. 140. & Compend. in Iob. cap. 2. Vide Ioannẽ Molanum de Canonicis lib. 2. cap. 28. Sic Theodorus ex Medico Epiſcopus Laodicenſis apud Euſebium lib. 7. cap. 28. Sic Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis 54. ſtudioſus Medicinæ cognoſcitur, ex ipſius epiſt. 10. 46. & 113. Sic Ioannes Tabari, ex Medico Regis Epiſcopus 48. Morinenſis, Angelus Cato, ex Medico Ludouici 11. fit Archiepiſcop. 93. Viennẽſis, & Ioannes Auantagius Epiſcop. Ambianenſis 69. ex Medico Philippi Ducis Burgundiæ. Petrus Aichſpaldius, ex Baſilienſi Epiſcopo, fit Moguntinus Archiepiſ. 57. à Clemẽte V. eò quòd cõueniret, vt felix corporũ curator conſtitueretur inſignis animarũ Medicus, apud Democharem. Ac fuere nonnulli, qui nolebant approbare vſum Medicinæ in Monachis Iuo epiſt. 192. alij eum omninò illis eripere voluerunt, Aymoinus in vitâ Abbonis Abbatis Floriacenſis: ſed & Deus apud Georgium Piſidem in Coſmopeiâ, v. 1359. dicitur Galenus maximus. Sic in epitaphio S. Germani Epiſcopi Pariſienſis, apud Aymoin. lib. 3. c. 16. & Pater, & Medicus Paſtor, amorque Gregis. Vide Tiraquellum de Nobilitate, Sirmundum in Ennodium. epiſt. 8. lib. 8. Fileſacum in Apologia Medicinæ contra Plinium. Sariſberienſ. lib. 2. c. 29. Policrat. Sed & 33. Medici ſancti recenſentur à Bzouio in Nomenclaturâ ſanctorum profeſſione Medicorum inter quos nonnulli Epiſcopi, de quibus etiam Molanus in Diario de Sanctis Medicis, Louanij edito 1595. C

28. *Andreas de Leual*, Vngiaci Abbas, receptus in Canonicum 1498. in Decanum 1515. 8. Martij obiit 9. Cal. Iul. 1548.

29. *Nicolaus de Bris* electus 1548.

30. *Petrus Sayne* Abbas S. Margaretæ Diœceſis Eduenſis. Obiit 19. Decembris 1570. circa horam primam pomeridianam. Iacet in Choro.

Porte d'azur à la bande d'or chargee de 3 ianſues de ſable, perſes de meſme.

31. *Philippus Berbiz* Conſiliarius in Parlamento Diuionenſi confirmatur 6. Ianuarij 1571. obiit die S. Vincentij 22. Ianuarij 1586. Iacet in choro ætatis 70. ex theſaurario. Inueni & Odonem Berbiz Canonicum 1423. 23. Iullij. D

32. *Iacobus*, ſepultus in clauſtro hoc epitaphio.

Iacobo Berbiz Regij huius Sacelli Decano probis omnibus probatiſſimo, in eamque dignitatem magni illius Philippi Berbiz fratris, deceſſoriſque ſui iudicio, proborumque omniũ conſentientibus votis ſuffecto priſcâ fide, pietate, & in hoc corruptiſſimo ſæculo moribus integerrimis prædito, qui iam biennium graſſantis morbi lue percuſſus, intraque biduũ præproperâ morte ſublatus, nullo tamẽ Chriſtiano ritu inſuper habito, optimè meritam animã repoſcẽti Deo reddidit, Agnati, cognatique hæredes H. M. P. vixit an. 66. obiit 8. idus Octobris 1586.

33. *Girardus Sayue* obiit horâ ſeſquiter- A
tiâ matutinâ 18. Iunij 1608. Iacet ante maius altare. Patruum habuit Girardum Sayue Cantorem huius Eccleſiæ, & Abbatem Buxeriæ.

Eſpoiſſes pres Dyon. 34. *Ioannes Milieres* Canonicus Cabilonenſis, Prior Spiſſarum, electus 27. Iunij 1608. poſſeſſionem adeptus vltimâ die eiuſdem menſis poſt confirmationẽ factam per Nicolaum Boucherat Abbatem 53. Ciſtercij. At verò Spiſſiarum, ſeu Epoiſſiarum Prioratus, in Diœceſi Cabilonenſi eſt, Ordinis Grandimontenſis, olim dotatus ab Hugone Duce Burgundiæ fundatore huius ſanctæ Capellæ, & ab Odone eius filio, apud Paradinum l. 2. B
Annal. Burgundiæ. Videndus Chopinus Monaſt. lib. 2. cap. 1. vbi enumerans 29. Prioratus Conuentuales huius Ordinis à Ioanne 22. conſtitutos, perperam ponit has Spiſſias in Diœceſi Cathalaunenſi Campaniæ ad Matronam, & Miræus eũ ſequutus c. 69. Origin. Benedictinar. Nec videtur hoc loco prætermittendum epitaphium ex Pariſinis antiquitatibus.

Hîc iacet nobilis & diſcretus, vita honeſta, ac magna ſcientia frater Stephanus de La Chieſa de S. Roberto, Lemouicenſis Diœceſis, olim ſecundus Prior Prioratus bonorum hominum Vicennarum, dum ipſe viueret primus Prior Prioratus de Speſſia Ordinis Grandimontenſis: qui deceſſit in domo de Alneto, quarto idus menſis Septembris, anno Domini 1341. Anima eius, & omnium illorum hoſpitij de la Chieſa, & aliorum defunctorum requieſcant in pace. C

Vbi primus Prior intelligendus eſt, à reformatione ipſius Ioannis 22.

Aliquot Decani Capillæ Diuitum Diuionenſ. de quâ Capellâ vulgò la Chappellotte, vide Lingonenſ. Epiſcopos n. 58. & 59.

Guido.

Ioannes Groſboys.

Robertus Pion ſanctæ Capellæ Cantor Canonicus.

Guido Gardileti. Obiit 30. Septembris 1490. inſignis Eccleſiæ benefactor ante Crucifixum ſepultus.

Iacobus Bertandi, Decanus item Vergeij, & Capellæ Ducalis Canonicus.

Guilelmus Macheco, item Decanus ſanctæ Capellæ.

Philibertus Macheco, vulgò paruus Decanus.

...... *Lamblain.*

.... *Andiuot.*

.... *Perruchot.*

.... *Le Roy.*

Ioannes Robertus ſanctæ Capellæ Canonicus, & plures annos Gymnaſiarcha Diuionenſis.

Emundus Robertus Eccleſiæ benefactor, ex ceſſione Ioannis fratris. obiit 18. Ianuarij 1597. iuxta altare ipſius Eccleſiæ, eodemque tumulo Ioannes mortuus Sabatho ante Dominicam Paſſionis 1616. in quorum cariſſimorum fratrum fide faxit Deus Opt. Max. poſſim aliquando quieſcere.

Philibertus du Meney, Canonicus Belnenſis, qui pro ſuâ humanitate, & amicitiæ vinculo in his exſcribendis, nos non mediocriter iuuit.

Belna.

BELNA Diœceſis Eduenſis, vrbs amœniſſima, & munitiſſima iure ciuitatis 1203. ab Odone Burgundionum Duce decorata, quod Hugo filius cõfirmauit 1232. ſe ſubmittens cenſuræ Archiepiſcopi Lugdunenſis, & Epiſcopi Æduenſis, ſi id violaret inſignem Eccleſiam Collegialem B. Mariæ dicatam habet, cuius hîc Decanos poſteritatis memoriæ exhibemus. Eſt etiam in eâ vrbe Xenodochium beneficio Rolinorum extructum Regali Palatio planè ſimile, ſiue molem ipſam ædificij, ſiue copiam ſupellectilium aſpicias, de cuius fundatione dictum eſt in Epiſcopis Eccleſiæ Auguſtoduni, è cuius Archidiaconis vnus recenſetur Belnenſis. At de vino Belnenſi Guilelmus Britto l. 1. Philippid. ſic meminit.

Beaulne. *Bonne piece d'importance.* *Boiterre.* *Grad. longit. 25. 55. latit. 46. 25.*

Frugifero iucunda ſolo, vinoſa Bealna,
Indicens crebris vino fera bella rubenti.

Legendus Chaſſan. Catal. Gloriæ mundi parte 2. Conſider. 84. D

Decani.

1. *Hugo.* 1099

2. *Bertrandus* 1120. tempore H. Archiepiſcopi Lugdunenſis, Stephani 51. Eduẽſis, & Ioceranni Lingonẽſis 54. in inſtrumento, quo conſtat ius Parrochiale Caſtri Belnenſis pertinere ad Eccleſiam S. Mariæ in eodem Caſtro per Eccleſiam S. Baudelij, quæ antiquitus prima Parrochialis fuit Eccleſiis S. Petri, & S. Martini ad eam pertinentibus. *Is eſt Himbaldus, vel Humbaldus. 90.*

3. *Hugo* de Arconceyo Cantor Eduenſis 1130.

4. *Rudolphus* ab anno 1148, ad 1164.

5. *Robertus*, Theſaurarius Lingonenſis 1169. & 1197.

6. *Galbertus* de Sarceyo.

A

7. *Guido* de Fraxino.

8. *Hugo* de Vel.

9. *Petrus* de Marcault, vel Marrault.

Ban de Vãdange donne à Beaune. par le Duc Eude 1210.

10. *Hugo* 1200. & 1211. Hoc tempore 1203. vt iam dictum, Belnenſibus iura ciuitatis ab Odone Duce conceduntur.

Bon Amy Major Vrbis 1218.

11. *Hugo* de Arconceyo Cantor Eduenſis 1229.

Franciſcani.

12. *Henricus* de Lantil 1239. Canonicus Lingonenſis 1240. Cuius tempore Franciſcanorum Conuentus ædificari cœpit 1248.

13. *Goffridus* de Lantil 1240. & 1271. Quo tempore compoſitio facta cum Franciſcanis 1256. & Iolanda Duciſſa Burgundiæ legauit Eccleſiæ Belnenſi triginta libras Diuionēſes pro ſuo anniuerſario 1253. Ea fuit vxor Hugonis 4. Ducis, ſoror Ioannis Drocarum Comitis, vt aduertit Quercetanus. Hoc etiam tempore S. Flocelli reliquiæ eleuantur per Simonem Cardinalem Legatum 5. idus Nouembris 1265. Eius feſtum agitur 17. Septemb. in Martyrol. Romano. S. Floceau.

B

Pruneau.

14. *Guilelmus* de Prunellis 1285. & 1286.

15. *Petrus* de Marcily 1294. Quo tempore florebat Petrus d'Arcy Archidiaconus Belnenſis 1296.

C

16. *Ioannes* de Lugduno 1297. & 1304.

17. *Petrus* de Pomarco 1310. & 1315.

De Semur en Brionnois porte coiſſe d'argent, & de gueule.

18. *Guido* de Sine-muro, cuius gentis Petrus Cancellarius Burgundiæ, & Theobaldus de Sinemuro Decanus Eduenſis, & olim S. Hugo Abbas 6. Cluniacenſis.

19. *Petrus* de Cabilone 1319.

Chartreux.

20. *Ioannes* Ogerij Legum Profeſſor, Canonicus Carnotenſis. Quo tempore Domus Cartuſianorum Fontaneti prope Belnam fundatur ab Odone Burgundionum Duce 1332.

D

21. *Petrus* Ogerij 1346. Canonicus Carnotenſis.

22. *Michael* Morandet, vel Marandet.

23. *Guilelmus* Folij 1367.

24. *Stephanus* Cambellani 1367.

25. *Ioannes* Cambellani ab anno 1378. ad A. C. 1400.

26. *Guilelmus* de Salione Conſiliarius Regius 1404.

27. *Hugo* Morelli 16. Auguſti 1404. vſque ad 1408. cauſa permutationis cum Eccleſia Parrochiali de Beſſey Diœceſis Lingonenſis, poſtea Decanus 20. Diuionenſis.

28. *Ioannes* Patriarcha, electus in Decanum 1408. Martij 11. via S. S. Cuius electioni interfuit Gaufridus de Tuſſiaco Decanus Eduenſis, & Canonicus Belnenſis, qui Ioannes confirmatus fuit per Milonem Epiſcopum 74. Eduenſem. Quo tempore Petrus de Tureyo Cardinalis S. Suſannæ miſſus eſt in poſſeſſionem præbendæ Belnenſis vacantis per obitum Magiſtri Simonis Petit 1410. Vide Epiſcopos Eduenſes n. 68.

29. *Bartholomæus* Marini, vel Morini 1419.

30. *Guilelmus* le Boys Bonus Decanus, permutationis cauſa 3. Decembris 1425. vſque ad annum 1438. 19. Auguſti.

31. *Antonius* Iuif per viam compromiſſi 1438. Calend. Septembris, Officialis Eduenſis, & poſtea Decanus Eduenſis Conſiliarius Ducis.

Porte de gueulle à la tour d'or.

32. *Henricus* de Salins, per reſignationem Antonij electione confirmatam 9. Iunij 1440. obiit 14. Iulij 1478. factus fuerat Canonicus Belnenſis virtute Expectatiuæ ab Eugenio conceſſæ per obitum Nicolai Barrolerij 2. Auguſti 1441. ad cuius Henrici præſentationem Antonius *de Salins* factus eſt Canonicus Belnenſis 22. Septembris 1456. interfuit Comitiis Burgundiæ 1460. 27. Auguſti cum Ioanne de Vandeneſſe Decano Vergeij.

De Salins.

Eiuſdem nominis Henricus *de Salins* Canonicus Lingonenſis inter executores teſtamenti Guilelmi de Auxonâ Epiſcopi Eduenſis 66. 1380. pro fundatione Collegij Cameracēſis Pariſiis circa A. C. 1348.

College de Cameray à Paris.

Item Ioannes *de Salins* Canonicus ad præſentationem Marci *de Vaudrey*, per mortem Roberti *de Saulx* 16. Ianuarij 1449. & Margarita *de Salins* Abbatiſſa S. Andochij Eduenſis. Sic Bernardus *de Vaudrey* Abbas 32. S. Symphoriani Bellouacenſis.

Vaudrey portent de gueule à vn emmanchement d'argent.

Hoc tempore fundatur hoſpitale 1443. Vide Epiſcopos Eduenſes num. 76. Quo tempore 1461. maior vrbis erat Ioannes *du May*.

33. *Ioannes* Bourgeois viâ inſpirationis 11. Octobris 1476. obiit 11. Octobris 1479.

34. *Antonius* de Salinis viâ Scrutinij 20 Octobris 1479. obiit 8. Maij 1505.

35. *Humbertus* le Goux per ſcrutinium 1505. obiit 8. Maii 1514.

36. *Petrus* des Eſcures penultimâ Maij 1514. electus.

37. *Claudius* Boni, & Antonius Petral. hic Capitulari electione, ille diplomate Pontificio ambigui extiterunt, vſque ad A. C. 1517. à quo tempore Antonius Pe-

tral extitit Pacificus vſque ad annum 1537. quo deceſſit 19. Octobris. A

38. *Ludouicus* Martin per compromiſſum 1537.

39. *Franciſcus* Bouſanin, aliàs de Pignay, per reſignationem Ludouici 1542.

Porte de gueule à la tour d'or.

40. *Antonius* de Salins Conſiliarius Regius 1543. virtute mandati Regij miſſus in poſſeſſionem per Capitulum 23. Maij 1544. obiit 18. Septembris 1557. Cuius tempore Henricus II. Rex ingreditur ſolemniter Belnam 1548.

41. *Claudius* Loiſet 1557. obiit 22. Nouembris 1571.

Porte de gueule à vne orle de 7. billettes d'argent & vn croiſſant d'argent au milieu de l'eſcu.

42. *Adrianus* de Rouvray viâ Scrutinij 1571. appellatione emiſſâ, tamquam ab abuſu per Magiſtrum Philippum Groſlet, ſed ſupremæ Curiæ decreto approbatur Canonica electio.

Salins porte d'azur à vne tour d'or.

43. *Claudius* de Salins 9. Decembris 1580. viâ S. S. Canonicus Eduenſis, & Abbas S. Stephani de Stratâ (vbi Poliandrion) quæ dignitas eſt in Eccleſiâ Eduēſi, collector huius Catalogi, quem & pleraque alia ſingulari humanitate Andreæ Venot eruditiſſimi, prouidentiſſimique viri huius Eccleſiæ, & Eduēſis, ac Diuionenſis Canonici habuimus.

44. *Nicolaus* Damas Canonicus, & Archidiaconus Lingonenſis, Prior S. Amatoris in vrbe Lingonicâ, Decanus Vergeij, Vicarius Generalis Caroli d'Eſcars Epiſcopi 92. Lingonenſis interfuit Comitiis Burgundiæ 1570. in quibus correctæ leges municipales, ſeu cōſuetudines, vir doctus ſcripſit quædam haud contemnenda. Porrò gens Damaſcena, *Damas*, extenditur ad plures familias in C

Porte d'or à la Croix ancrée de gueule.

Burgundiâ, vt de *S. Riran, Marcilly, Tiange, Communes, Digoine*, ex quâ fuere aliquot Lugdunenſes Canonici.

45. *Ioannes Catherine*, ex Archidiacono Belnenſi.

46. *Hugo Aruiſet* ex Canonico, vir doctrinæ, & prudentiæ ſingularis, boni publici ſtudioſus, & patriæ amans, Canonicus item Vergeij, Vicarius Generalis Sebaſtiani Zamet Epiſcopi 93. Lingonenſis, & Canonicus Cantor ſanctæ Capellæ Diuionenſis 1612. obiit 1618. Calend. Iull.

47. *Philippus Baillet* per ſpontaneam dimiſſionem Hugonis 1613. ex Magiſtro B rationum Regiarum Diuione frater Ioannis Canonici ſanctæ Capellæ, Roberti in eadem vrbe Senatoris filius, Ioannis primi Præſidis nepos, Roberti Aduocati Generalis in Parlamento Burgundiæ pronepos. Vnus ex Triumuiris Ordinum, ſeu ſtatuum Burgundiæ, qui electi vulgò appellantur 1622. Obiit M. Martio 1624.

48. *Ioannes Baillet, Philippi Frater*, electus 1624.

Porrò in hanc Appendicem ſupradicti Præſules fuere conıecti, quia licet eorum ſedes extra vulgarem noſtram Galliam poſitæ videantur, tamen certò conſtat eas eſſe conſtitutas in eâ veteris & amplæ parte Galliæ, quæ Romanis Ciſalpinæ, & Italicæ Galliæ Nomenclaturâ fuit illuſtris, & celebrata, quæque *Caroli Magni*, & ſucceſſorum imperio paruit. Acciti quoque Florentini ex Etruriâ, Toletani ex Hiſpaniâ, & Cantuarienſes ex Magna Britanniâ, ſeu Angliâ iis de cauſis, quæ ſuis locis recenſentur.

DE MORTE PVLCHRA, HONESTA, ET PRETIOSA DIGRESSIVNCVLA.

QVIA de morte pulcrâ, A honeſtâ, & pretioſâ mentio ſuprà pleraque facta eſt, videtur res ipſa poſtulare, vt ea mortis genera à nobis breuiter explicentur, ducto ſermonis exordio ab iis, quæ alibi per transennam attigimus,

In Macloutentibus. n. 1.

Mortem eſſe animæ à corpore ſeparationem, ob innati caloris defectum, quæ ab intrinſeco omni viuenti corporeo accidit neceſſariò, cuius neceſſitatis cauſa materialis eſt, compoſitio ex contrariis elementis: efficiens, & formalis, actio conti- B nua calidi in humidum radicale, huiuſque in deterius inſtauratio. Quâ de re Conimbr. in librum Ariſtotelis de vitâ & morte, & ſic mors in homine eſt naturalis, quæ, & fatalis dici poteſt, ſed non eo modo quo pleriſque Aſtrologis, Hurtaldus Mendoza diſput. 1. de Generat. ſect. 4. & 10. & diſput. 2. de Cœlo ſect. 6. Caietanus, & Pererius in Geneſim, è queis medius, non dicimus, inquit, hominem ante peccatum fuiſſe immortalem, quoniam mors eſt naturalis homini, ex neceſſitate materiæ, ſed dicimus fuiſſe ſeruandum à morte, diuino dono fructus ligni vitę, quo homo priuatus eſt, C peccato inobedientiæ, & propterea mors, quæ erat aliàs homini naturalis, effecta eſt etiam pœna peccati. Hinc, vt omnia præclarè Auguſtinus: Solus, inquit, Chriſtus miſericordiâ natus, non conditione, miſericordiâ mortuus eſt, non debito cap. 36. Enchirid. ad Laurentium. Nos verò cæteri homunciones debemus morti nos, noſtraque, Horat. in Arte. Sed, & ea mors naturalis præripi poteſt, vel vi, vel caſu multiplici, vt cùm vnus ſit naſcendi modus, infiniti ſint denaſcendi. Videndus Seruius in illud Didonis 4. Æneid. verſu 653.

Gellius l. 13. c. 1.
Macrob. l. 1. cap. 6. in Somn. Scipion.

Creatus eſt homo peccabilis, non vt peccaret, ſed vt non peccando glorioſior appareret.

Vide Archiepiſcopos Rauennates. n. 5.

Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi.

Et Cenſorinus de die Natali cap. 17. Omiſſis verò aliis generibus mortis, de pulcrâ, honeſtâ, & pretioſâ moriendi ratione in bello iuſto, eoque præſertim pro Republicâ, necnon pro cœleſti patriâ ſuſcepto, breue quoddam ſpicilegium exhibeamus. In primis ergò Eleazar 1. Machab. 6. v. 44. *Occumbit ſub Elephanto Antiochi, vt liberet populum ſuum, & paret ſibi nomen æternum.* & c. 9. eiuſdem libri: *Inſequendo hoſtes Iudas moritur, ne fugiendo inferat crimen gloriæ ſuæ.* Legendus S. Ambroſius lib. 1. offic. cap. 40. Heraclitus autem pro patriâ morte cæſos, à diis, & hominibus honorari, ait, apud Clementem Alexandrinum lib. 1. ſtrom. vbi Gentianus Heruetus plura curioſis, *hinc dulce, & decorum pro patriâ mori,* Horat. lib. 3. Ode 2. ex Euripide Troadib. & Homero Iliad. 15.

Ite igitur egregie animas, quæ ſãguine nobis,
Hanc patriam peperere ſuo decorate ſupremis.
Muneribus XI. Æneid.

Nam qui in bello pro patriâ occumbunt, ij in maximo, & pulcherrimo periculo cadunt. Ariſtot. 3. Eth. c. 6.

Catull.

Ipſe ſuum Theſeus pro caris corpus Athenis
Proiicere optauit.

Hinc inſcriptio Arcuum in honorem Germanici. *Mortem ob remp. obiiſſe.* Tacit. lib. 2. Annal. & Mars de Druſo in Conſolat. ad Liuiam.

Iſte meus periit, periitque arma inter & enſes.
Et Dux pro Patriâ. Sic Epaminondas Thebanus ſuis militibus viris fortiſſimis ſuadebat amplectendam eſſe mortem ſacram in bello pio, iuſto ac neceſſario pro Templorum ſanctitate tuendâ, pro ſe-

pulcrorũ inuiolabili religione defẽdẽdâ, pro patriæ dulciſſimæ libertate cariſſimâ conſeruandâ pugnaturis, omnes omniũ periculorum, vel maximorum, grauiſſimorumque duriſſimos, dulciſſimoſque caſus ſubeundo, ingentibus animis, conſtanter, & impauidè ſuſtinendo, apud Plutarchum, vtrum Athenienſes armis, an litteris clariores. Sic Cimbri, & Celtiberi in acie exultabant tanquam gloriosè, & feliciter exceſſuri, lamentabantur in morbo, quaſi turpiter, & miſerabiliter perituri, Valer. l. 2. c. 6. n. 11. Animas prælio, & ſuppliciis peremptorum (pro lege ſua) æternas putant, hinc generãdi amor, & mortis contemptus, inquit Tacitus l. 5. hiſtor. de Iudæis, & forſitan de primis Chriſtianis. Virgil. 4. Georgic. de Apibus ver. 218.

--- corpora bello
Obiectant, pulcramque petunt per vulnera mortem

Et in Eliſiis reponit 6 Æneid. ver. 660. eos.

Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi,

Et 2. Æneid. ver. 317.

--- pulcrumque mori ſuccurrit in armis.

Quod videtur ex Cicerone 4. Phil. vbi de Legione Martiâ. Vos verò qui extremam ſpiritum effudiſtis piorum eſtis locum & ſedem conſecuti. Hinc ille exclamat apud Petronium: hæc vulnera pro libertate patriæ accepi. Videndus Quintil. l. 6. cap. 1.

--- ſunt & mihi vulnera ciues,
Ipſo pulcra loco, ait Vlyſſes 13. Metamorph. vbi Ciofanus & Pontanus, *Enumerat miles vulnera.* Ouid. *Hic neque enumerat vulnera, neque cicatrices oſtentat.* Terent. Sic Antonius 2. de Oratore, cùm pro Aquilio Imperatore iam ſene diceret, diſcidit eius tunicam, & iudicibus cicatrices vulnerum pro Republicâ acceptorum oſtẽtauit. Similiter Marius apud Saluſtium: *Non poſſum,* inquit, *fidei causâ imagines, aut triumphos, aut Conſulatus maiorum meorum oſtentare, at ſi res poſtulet, haſtas, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrices aduerſo corpore, hæ ſunt meæ imagines, hæc mea nobilitas.* Nec eſt hominis Romani dubitare eum ſpiritum, quem quis naturæ debeat, patriæ reddere Cicero Philipp. 10. Et profectò coronæ, cæteraque militiæ decora, non quocumque nobiſcum ſemper deferuntur; at cicatrices, virtutis bellicæ inſignia certiſſima, nunquam domi deſeruntur. Ita oculorũ alter in prælio amiſſus, teſtimonium fortitudinis veriſſimum in Sertorio Duce ab omnibus clariſſimè vbique conſpiciebatur. Imò ipſe miles, ſi quam præ ſe ferat in facie plagam, nunquam ſe in ſpeculo intuebitur, quin ſimul virtutis imaginem pulcherrimam lętis oculis, & animo gaudenti contempletur. Si verò claudicet telis femore confoſſo, vel tibiâ iaculo traiectâ, quoties gradum facit in publicum, toties ei virtutum ſuarum in mentem venit. Cicer. 3. Orat. Hinc Comes ille Carolenſis Burgundæ gentis fulgor, & ex Petro Matthæo, & Guilelmo du Vair Europæ timor gloriabatur, ſe in vultu impreſſam non dubiæ generoſitatis notam geſtare. Illi enim heroi plagæ altioris aduerſo corpore ſuſceptæ luculenta cicatrix odoros æternæ virtutis fructus halare mollius, & ſpirare purius videbatur: & ſpectanti mirantique orbi dicere credebatur,

Inclyta cerne palam fortis veſtigia pugnæ.

Sic Guilelmus Toloſæ Comes perdito oculo ex vulnere in prælio accepto cicatricem non ſolùm non occultabat, ſed gloriabatur, nobilis militiæ ſpecimen oſtentans apud Malmeſburienſ. l. 5. Reg. Angl. Quò maximè facere cenſeo quæ habet Quintilian l. 6. cap. 1. Tyrius ſer. 32. & Petrarcha de Remediis vtriuſque fortunæ dialogo 77. ſic Miles apud Senecam lib. 1. Controuerſ. 4. Reliqui in acie pugnaces manus, & Controuerſ. 8. Tot acies ſuſtinuiſti, tot vulnera, vt nullum iam tibi vulnus, niſi per cicatricem imprimi poſſit, quaſi diceret

--- totum in vulnere corpus.

Stat. Thebaid. &

In toto nuſquam corpore corpus erat.

Martial. Amplit. Sic Antipater veſte proiectâ multitudinem vulnerum demonſtrabat, & quâ fide Cæſarem coluiſſet, verbis non opus eſſe dixit. Nam corpus etiam ſe tacente clamare, Ioſephus l. 1. c. 8. Belli Iudaici: ita Caſſiod. l. 8. epiſt. 10. vulnera vocat propriam linguam virtutis, hinc ille

Stat mea non paruo virtus, mea vulnera teſtor,
Armaque, quæ ſparſi ſanguine ſæpe meo.

Ad ſuſpicionem vulneris tiro palleſcit, audacter veteranus cruorem ſuum ſpectat, qui ſcit ſæpe ſe viciſſe poſt ſanguinem. Sed & Chriſtiani olim ab ethnicis ignominiæ causâ *Biothanati* dicti, quod promptè morti ſe exponerent, & violentâ, non naturali morte vitâ excederent, vt Roſveidius notat. ad vet. martyrolog. Nec is audiendus, qui apud Calpurnium Declamat. 50. Erraui, inquit, qui ſemper credidi immortalitatem eſſe

pro patriâ mori, cum fama viuentium A etiam conſeneſcat, & alius declam. 28. Vince fortiter, id eſt, peri fortiter, hęc eſt enim iam tua ſola victoria. Rectius Cicero 3. fin. laudandum eum eſſe cenſet, qui mortem oppetit pro Republicâ, & Ariſtides in Panathenaicâ cōmendat Athenienſes quòd lege ſanxiſſent pro Patriâ cæſos quotannis celebrari, eorumque liberos ex publico, vſque ad pubertatem ali, & debiles perpetuò nutriri, quæ lex Solonis apud Laertium, & Piſiſtrati apud Plutarchum. Videndus Thucydides lib. 2. in funebri oratione Athenienſium pro Patriâ occiſorum, & Seneca Suaſor. 2. B Scholiaſtes in Ariſtophanis equites, & Suidas agens de Ceramico Athenis Cœmiterio in bello occiſorum. Iacobus Cardinalis Perronius in ſermone de omnibus Sanctis. Conſulendus Valerius Maximus l. 5. c. 6. de Amore in patriam, Libanius pag. 96. hinc Lucanus l. 6. Gallorum Poëtas alloquens.

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas
Laudibus in longum vates demittitis æuum.

Nec poteſt non nimis vixiſſe, qui moritur Reipublicæ ſuperſtes. Seneca Suaſor. 6. & Cicero l. 6. epiſt. 2. ad Torquatum, C cùm ſuperſtitem te eſſe Reipublicæ, ne ſi liceat quidem, velis, & l. 9. epiſt. 7. ad Pætū de Lucro prope iam quadriennium viuimus: ſi, aut hoc lucrum eſt, aut hæc vita, ſuperſtitem Reipublicæ viuere. Hinc Dux ille fortiſſimus 1. Machab. 2. Date, ait, animas veſtras pro teſtamento Patrum veſtrorum, & apud Ciceronem 2. fin. Mors trecentorum ad Thermopylas dicitur glorioſa. Legendus Cuiacius lib. 10. c. 12. Obſeruationum. Nec verò Imperatores Leo, & Anthemius l. 14. Cod. de Aduocat. diuerſ. iudic. maiorem potuerunt laudem tribuere Aduocatis, quàm eos dicere, non minus D humano generi prouidere, quàm ſi præliis, atque vulneribus patriam, parenteſque ſeruarent. At nos debere vitam fundere pro Patriâ, & Principe Patriæ capite docent Theologorum decreta, quia iure naturali commune bonū proprio eſt anteponendum, & quia Patria omnes omnium caritates in ſe complectitur, ſed & Principem pro Republicâ ad id teneri certum eſt. Nam bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, Ioann. 10. At Reges Paſtores, Homero, quia Vicarij ſunt illius, qui Paſtor humani generis Platoni nuncupabatur, & nimium molem credit Libanius in Cimone, eum, cui in paterno cubili à filiâ

claudunter oculi. Itaque D. Ambroſius lib. 2. de Iacob c. 7. agēs de Machabeorum matre, non fleuit illa, non oculos preſſit, non lauit vulnera, ſciens glorioſiores eſſe, ſi euiſcerati, & concreti pariter puluere & ſanguine viderentur, quales ſolent de bello redire victores, quales ſolent trophæa ex hoſtibus reportare, quibus optimè conuenit epigramma Auſonij de Thraſibulo, ex Anthologiâ. Plutarc. in apophtog. Laconicis

Excipis aduerſo, quòd pectore vulnera ſeptem
Arma ſuper veheris, quòd Thraſibule tuis.
Non dolor hic patris Pitanæ, ſed gloria major
Rarum tàm pulcro funere poſſe frui.
Quem poſtquam mæſto ſocij poſuere feretro,
Talia magnanimus edidit orſa Pater.
Flete alios, Natus lacrymis non indiget vllus,
Et meus, & talis, & Lacedemonius.

Legendus Iuſtinus lib. 5. Glorioſum itaque pro Patriâ occumbere, ſed & glorioſū cùm mors infertur à forti, & præſtante viro, & cúm quis dextra cadit Magni Æneæ. Quæſita certè hæc multis gloria in ſolatium, cladémque Auctore leuare. Sic Pallas pugnaturus cum Turno Æneid. 10. ait. Æneid. 10. v. 450. Valer. Flacc. lib. 3.

Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis,
Aut letho inſigni.

Quod eſſe ab Attio ſumptum notat Macrobius lib. 6. cap. 1. vbi in armorum iudicio; Trophæum, inquit, ferre me à forti viro pulcrum eſt:

Si autem & vincar, vinci à tali nullum eſt probrum.

Sic Ennius apud Priſcianum.

Nunc eſt illa dies, quâ gloria maxima ſeſe
Oſtentat nobis, ſeu viuimus, ſeu moriamur.

Et Ouid. 9. Metamorph.

Magnaque dat nobis tantum ſolatia victor.
Occumbes, i nunc, ait, Herculis armis.
Donum ingens, ſemperque tuis memorabile fatis.

Sic ab Alexandro victi, prædicantur beati, apud Plutarchum.

Gaudenſque ſacris vulneribus Leo,
Admittit haſtam morte ſuperbior, apud Claudianum de Honorio venante. Vnde ij, qui pro Patriâ glorioſè occumbunt, dicuntur à Platone viri aurei generis. ſic, ex L. Iuliâ, Priori ex Conſulibus faſces ſumendi poteſtas fuit, non qui plures annos natus eſſet, ſed qui plures liberos, quàm Collega in ſuâ poteſtate haberet, aut in bello amiſiſſet, apud Gellium lib. 5. cap. 15. Ideo autem liberi in acie amiſſi proſunt, quia per gloriam viuere in perpetuum intelliguntur, qui pro Repub. ceciderunt. Inſtitut. de Excuſat. Tutor. & l. vlt. de vacat. muner. Nam, qui

per virtutem peritat, non peritat, Plaut. A Sed is quoque ſub terrâ fit immortalis, ex Tyrtæo apud Plutarchum in Pericle, hinc Marathon, Salamis, & Plateæ dicuntur Rhetorum campi à Cicerone 1. Offic. quia, quæ in iis fortiter geſta ſunt, ore laudantur pleniore, & apud Gregorium Nazianzenum epiſt. 151. & 199. Sic Leonidas apud eumdem Plutarchum in Apopht. Lacon. Mori commune eſſe dicebat naturæ, mori honeſtè, proprium virtutis, & fortunatam mortem, quæ naturæ debita pro patriâ potiſſimùm eſt reddita; Cicero Philipp. 4. Itaque debemus virtutem eorum gratâ proſequi memoriâ, qui pro Patriâ vitã effuderũt: B idem Philipp. 14. Namque in corpore fortium virorum laus eſt amplior, amplior cicatrix, vulnus non habuiſſe, grande probrum eſt, Sidon. Carm. 23. ver. 75. Sic Alexander apud Curtium l. 4. ſpondet pro ſe quot cicatrices, tot corporis decora, & Claudianus

Marantoniã pugnam trecentos ceterip... ſe ſtatur Plutarchus. Vide Pauſaniam in Atticis.

Attamẽ, nec Hannibal, nec Scanderbergus vnquam vulneratus, licet hi ſæpius in hoſtem ferocem collatis ſignis pugnauerit.

--- decorat numeroſa cicatrix
Gloria fœdati decorat iactantior oris.

De Bello Getico v. 483.

Videndus Gellius l. 2. c. 27. Caſſiodorus lib. 8. epiſt. 10. & lib. 11 epiſt. 1. Fortunat. lib 3. de Miracul. S. Martini; ſic Scæuola dicitur Manilio, Trunco nobilior, & militares viri obruũtur vulneribus, Seneca C de Prouidentiâ c. 4. inſigne corpus cicatricibus honeſtis, Liuio lib. 45 nec habet locum l. vltima de his qui effuderunt, vel deiecerunt, vbi Caius ait nullam fieri deformitatis cicatricum æſtimationem. Præterea licet hic exclamare,

--- O terque, quaterque beati,
Queis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis,
Contigit oppetere.

Virgil. 1. Æneid. v. 100. quod eſt ex Homero, apud quem Vlyſſes eos vocat felices, qui ceciderunt ad Troiam, quia eorum gloriam celebrent Græci, apud Plutarchum l. 9. ſympoſiar. cap. 1. Quod imitatur Seneca Agamemn. Quiſquis ad Tojam iacet, felix vocatur. Hinc apud Liuium l. 2. Publicola Conſul laudat fortunam Collegæ Bruti, quòd liberatâ patriâ in ſuo honore pro Republicâ dimicans, maturâ gloriâ, nec dum vertente ſe in inuidiam, mortem occubuiſſet, ſe ſuperſtite gloriæ ſuæ ad crimen, atque inuidiam. Sic Pyrrhus Epirotarum Rex cum Romanos aduerſis vulneribus occiſos videret, Ego, inquit, talibus viris breui orbem terrarum ſubigere potuiſſem. Autor de Viris Illuſt. cap. 28. Florus lib. 1. cap. 18. Neque verò ſemper eſt præclarum in bello cadere, imo aliquando vulnera contemnere, ignauiæ eſt, apud Dionem Chryſoſt. orat. 29. Sed quando id fit pro defenſione patriæ, parentum, & liberorum, laudabile eſt. Iſocrat. epiſt. ad Philipp. Mors enim, inquit Seneca epiſt. 82. non eſt glorioſa, ſed fortiter mori glorioſum. Qua de re etiam legendus Libanius in Menœceo pag. 171. hinc apud Lampridium Alexander Seuerus lætatur audiens ſe barbarico gladio periturum, Imperatoriam mortem credens ſibi imminere, & ſe diis comparandum, ſi in bello periret. Sic Calicrates apud Herodotum lib. 9. ictus ſagittâ dixit ſibi moleſtum non eſſe mori inſpectante B Græciâ, & apud Florum l. 4. cap. 1. Extrem. Catilina longè à ſuis inter hoſtiũ cadauera repertus eſt, pulcherrima morte, ſi pro Patriâ ſic concidiſſet. Hoc verò maximè propriũ eſſe Gallorũ indicat Baptiſta Mantuanus, vt iam alibi notatum,

Pro patria, pro cognatis, pro Regibus ire
In pugnam, & gladios, mortique occumbere dulce.

Sic pro iuſtitia occumbere non tàm periculoſum, quàm glorioſum dicebat Beatus Carolus Flandriæ Comes, ipſe pro iuſtitia Martyr, apud Galtherum in ipſius vitâ c. 27. Sic etiam Ioannes Frãciæ Rex C donat Philippo quarto genito Burgundiæ Ducatum, eò maximè quòd ſponte oppoſitus mortis periculo imperterritus & impauidus ſtetiſſet in acie Pictauina contra Anglos, vulneratus, captus, & detentus in hoſtium poteſtate, vt eſt in Chartâ donationis A. C. 1363. Nunquam enim fugienda mors honeſta, Martius Ciceroni, vnde miſeriam ſuam deflens Hypomedon l. 9. Thebaid. Ideo ne occumbere ferro non merui! Nam vt mors turpis forti viro non poteſt accidere, Cicer. Catone, ſic ignauo ſemper pudenda accidit, quamuis apud Phœdrum Leo ad Aſinum, inquit,

D *Exſpirans fortes indignè tuli*
Mihi inſultare, te Naturæ dedecus,
Quod ferre certè cogor, bis videor mori,

Ammian l. 35. de Iuliano. vbi impius ille gratias agit Numini ſempiterno, quod non longâ morborum aſſiduitate, vel delicatorum fine, ſed clarum meruiſſet è medio diſceſſum.

A quo curſu non abeunt illa Claudiani.
Auferet ignauus clari ſolatia leti.

Vt autem dolores omnes inſultant ignauis, ita perſiſtentibus cedunt, quibus haud vnquam,

--- vel morte paratâ.
Fœdus amor lucis pepigit diſpendia famæ.

Claudian. in 6. Conſulatu Honorij.

Eſt hic, eſt animus lucis contemptor, & iſtum,
Qui vita benè credat emi, quo tendis, honorem.

De ſimili vitæ cupiditate Vide Epiſcopos Cabilonenſes n. 97.

9. Æneid. & paulò poſt.

--- an ſe ſe medios moriturus in hoſtes

Inferat, & pulcram properet per vulnera mortem.

Et lib. 2. Hector Æneæ apparet mortuus.

Vulneraque illa gerens, quæ circum plur. ma muros
Accepit patrios.

Sic Auguſtus Thuanus de Henrico Lotaringo,

Guiſius ipſe & iam Pictaui ad mœnia plagâ
Claudicat acceptâ, malis quoque vulnere honeſto
Deformis.

Et Ronſardus de ſcipſo in hymno mortis, ipſam mortem ſic alloquitur

— Mais puiſqu'il faut mourir,
Donne moy que ſoudain ie te puiſſe encourir,
Ou pour l'honneur de Dieu, ou pour ſeruir mon Prince
Navré d'vne grande playe au bord de ma prouince.

Andreas Schottus in Suaſor. Senec.

Ita S. Cyrillus lib. 10. contra Iulianum ait iuratum per eos, qui in pugna Maratonia occubuiſſent, quale eſt iuſiurandum Demoſthenis pro coronâ. At longè aliter Heliogabalus peſtis, & clades generis humani Lampridio referente, ſuâ mortem eſſe pretioſam, & ad ſpeciem luxuriæ prædicaret, vt nemo diceretur ſic obiiſſe. Verum quidem eſt optimum Poetarum 6. Æneid. inducere Deiphobum apud inferos,

— pauitantem, & dira tegentem
Supplicia.

Sed ea ob adulterium accepta. Præclarè verò Achilles vitam breuem glorioſam vitæ longæ in gloriç prçtulit, nec immeritò animæ magnæ Paulum prodigum vocat Horatius l. 1. Ode 12. in Cannenſi prælio ſtrenuè occumbentem. Quâ de re Liuius l. 22. vnde Pelopidas interfectus in bello à Theſſaliæ ciuitatib⁹ donatur coronis aureis, & Statius Æncis, Plutarch. Probus, ſic Chabrias præſtare honeſtam mortem exiſtimans turpi vitæ cominus pugnans, telis hoſtium interfectus eſt, quod, & de Caio Horatio narrat Dionyſius lib. 10. & adnumeranda vulnera pro Republica laudat Plinius in Panegyr. & glorioſorũ vulnerum cicatrices commendantur l. 12. C. de Veteranis. Legendus Valer. Maximus cap. 2. lib. 3. de Fortitudine, vbi Epaminondas naſcitur, quoniam fortis moritur, qui, & apud Probum, Satis, inquit, vixi, quia inuictus morior, & apud Ciceronem epiſt. 12. lib. 5. & ad Luceium in vulneris dolore æquo animo cum laude moritur, & 2. fin. multo ſanguine profuſo in lætitiâ mortuus eſt. At mollitie fœmineâ Iphigenia apud Euri-

Probus.

A pidem, melius eſſe, ait, malè viuere, quàm benè mori. Quod eſſe videtur ex Homero Odyſſ. 11. vbi Vlyſſem alloquens Achilles in inferis, ait, ſe malle apud ſuperos ſeruitutem ſeruire tenuioris fortunæ cuique homuncioni, quàm omnibus vmbris imperitare. Porrò in numero innumero eorum, qui honeſta vulnera, ex conflictu hoſtili finium tutandorum, vel propagandorum cauſa retulerunt, clarius eminet dentatus 45. cicatricibus aduerſo vulnere inſignis, nullà in tergo, quem ſequitur Sergius duobus ſtipendiis ter, & vicies vulneratus,

de Dentato [illegible] 10.

B apud Plin. lib. 7. cap. 28. quos inter medius incedere deberet Carolus Bitonius Franciæ Mareſchallus, qui 38 annos natus, vulnera totidem iudicibus in Senatu pectore nudato monſtrauit, ſi in medio curſu ad gloriam & virtutem à recto tramite non deflexiſſet. Sed penè exciderat Manlius Capitolinus 37. donis militaribus à ſuis Ducibus exornatus, ob 33 cicatrices in pectore ab hoſtibus inflictas; apud Auctorem de Viris Illuſtribus c. 24. & Plin. loco citato. Iam verò ſi bonæ videntur illæ triumphalium vulnerum cicatrices, quibus terreni prælij victores gloriantur, quanto illuſtriora ſunt vulnera pro fide accepta D. Ambroſ. in

Optimum [illegible] pugnare pro [illegible].

C pſalm. 37. vnde mors ſanctorum pretioſa, pſalm. 115. vbi Lorinus, qui verſiculus ſingulis diebus Eccleſiæ vſurpatur poſt lectionem Martyrologij ad Primam. Quam ſcilicet pretioſam facit in Confeſſoribus vita, in Martyribus cauſa, Petrus Bleſenſis epiſt. 22. & 124. quorum anteacta vita tingitur morte purpureâ, Guilelmus in Cantica c. 3. v. 10. & quidẽ ita pretioſa, vt cicatrices oſculo exciperentur, Martyrol. Rom. Februarij 17. & ſermone 93. S. Ambroſij, & apud S. Baſilium, eorum reliquiæ geſtatores ſuos quodammodo ſanctificant, nec ſine illis altaria conſecrantur. can. placuit. di-

Pœna, non cauſa facit martyrem, D. Aug. l. 2. epiſt 48. Baron. in Martyrol. 2. & 19. April. Chryſoſt. orat 17. contra Iudæos, Leſſius de Iuſtitiâ & Iure l. 3 c. 8 dubitat. 2. S. Bernardus epiſt. de Machabæis 98.

D ſtinct. 1. de Conſecrat. lege Galtheri tabulam Chronologicã veritate 3. per ſingula ſæcula. Imo, & eorum imagines à piis omnibus honorantur. Hinc Prudentius pulcra res ictum ſub enſe perſecutoris pati, nobilis per vulnus amplum porta iuſtis panditur. Sic pretioſa mors S. Nicetij Epiſcopi 31. Lugdunenſis, in Martyrologio Adonis 2. Aprilis, & S. Vincentius in pretioſam mortem reſolutus, & S. Geneſius Arelatenſis apud Eucheriũ Lugdunenſem Chriſto immolatur, & triumphanti cruore perfunditur, vndâque pretioſi ſanguinis Baptiſmi ſacramenta complentur. Ac reuera pretioſa

ſunt

ſunt Martyrum vulnera, quę breuem vitam ſub æternitatis commercio Deo fœnerantur, vnde in veteri inſcriptione Senonis Felix Ager, & inclytus roſeo ſanguine martyrum conſecratus, & pulcra mors S. Benigni, in eius vitâ M. S. & S. Cypriani ad Prudentium, imò purpurata eſt omnis terra ſanguine Martyrum, & S. Symphorianus purpurei ſanguinis vndâ perfuſus, de quo illud Statij meritò dici poterat

Ibat purpureus niueo de pectore ſanguis.

Huc etiam facit Cyprianus lib. 2. epiſt. 6. Fluebat ſanguis, qui incendium perſecutionis extingueret, qui flammas, & ignes gehennæ glorioſo cruore ſuperaret. Et in exhortatione ad martyres; Pretioſa mors hæc eſt, quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, quæ accepit coronã in conſummatione virtutis. Sic apud Eucherium filios Maccabæos mater glorioſis luctibus honorabilis in gremium diuinæ adoptionis inuidenda morte transfudit. Et Arnulphus Lexou. ſermone in Concilio Turonenſ. Felices, ait, qui impreciabilem ſanguinem Chriſti, ſuo indigno, & corruptibili ſanguine compenſarunt. Pulcrum eſt nobis (ait Tertulianus c. 39. Apologetici) quòd prouocamur ad Tribunalia, vincimus cum cædimur, hæc palmata veſtis, hoc curru triumphamus, ſanguis Martyrum, ſemen Chriſtianorum: Nam tale damnum lux rependit largiter, hoc genus mortis decorum eſt. Prudentius, Triũphus Domini paſſio eſt Martyrum, & pro Chriſti nomine cruoris effuſio, & inter tormenta lætitia. S. Hieronymus ad Hedibiam, quod eſt ex Tertulliano c. vltimo de Animâ, de ipſis cicatricibus corporis & gloriari, & gaudere eos,

--- qui vulnere ferri
Munere martyrij gemma ſuperba nitent.

Fortunat. qui & de Machabæis ait:

Pectora belligero poterant quæ vincere ferro
Inuitant iugulis vulnera cara ſuis.

Omnia tormenta ad gloria martyrum reperta, quando in honorem triũphū tranſierunt inſtrumenta ſupplicii S. [illegible] de S. Laurẽtio.

Et de S. Dionyſio,

Vt moritura caro donũ immortale pararet.
Vulnera dilexit, ſed caritura nece.

Et apud Prudentium,

Germine nobilis Eulalia,
Mortis at indole nobilior.

Pretioſa item vulnera, quorum vel inſtrumenta honorantur, ſint mihi claui Petri pro gemmis in diademate infixi, ait S. Chryſoſtomus apud Metaphraſtem. Reuera, inquam, pretioſa vulnera, quorũ cicatrices poſt reſurrectionem in gloriã Martyrum ſpectabuntur, neque tamen erunt aureolæ, quia non omnibus communes, vt notant ſancti Thomas & Bonauentura in 4. Sententiarum diſt. 44. art. 3. Petrus Damian. lib. 6. epiſt. 1. D. Auguſtinus lib. 22. ciuitatis c. 20. D. Ambroſius in Lucam c. 24. Pretioſus denique ſanguis, ex ſacris vulneribus Martyrum emanans, qui prolem in vtero occiſam ſanctificat, baptiſmo aquæ excellentior in vtero clauſis non opitulante, Richard. & Sotus in 4. Sentent. Tolet. l. 2. c. 22. S. Thomas 3. quæſt. 68. art. 10. extremo. Hæ tamen cicatrices aliquando in corporibus ſanctorum nullomodo poſt acerbiſſimas verberationes, & membrorum dilacerationes apparuerunt, hoc eſt, miraculosè omninò euanuerunt, vt videretur ibi planè diuinum adeſſe auxiliũ, vnde humanum abeſſet, Philo apud Iuonem in Chronico, & S. Ambroſium in Examer. lib. 5. cap. 17. Nam certiſſimum eſt ſanato vulnere cicatricem remanere. Seneca de Irâ, cap. 6. quod acutè dixit Alexander teſte Plutarcho, vt plagam indicat cicatrix Philipp. 7. & 1. de Inuentione, & cicatrices in corporibus colorẽ diuerſũ à priori linquere teſtatur Ariſtoteles Problem. 2. ſect. 9. & ibi Petr⁹ Aponenſis, vnde rufula, & ſubliuida cicatrix, Plauto Amphitruone: hinc Cardinalis Hugo in pſalmum 37. Peccata vocari cicatrices obſeruat, ex Arnobio, quia ſicut ex vulnere cicatrix, ita, ex peccato macula remanet, niſi per pœnitentiam deleatur. Iure ergo Baptiſtæ Sapino Aureliis à perduellibus in patibulo necato, Patres tanto ſcelere commoti, in purpurâ coeũtes, hanc tanquã honeſtam, & glorioſam pro Chriſti nomine, & Chriſtianâ Republicâ mortem perpeſſo, ſupremis in eum officiis fungentes, ſolemnem luctum, & publicum fieri, ex voto decreuerũt 1562. idibus Nouemb. vt eſt in tabulâ æneâ ad Auguſtinianos Pariſienſes. Præterea licèt pulcra ſint vulnera in bello iuſto accepta, imo licèt tanta vis ſit belli ſacri, contra Turcas potiſſimùm, & hæreticos, vt parùm probos efficiat Sanctos, & Martyres, vbi vinci ſalutare, vincere glorioſum, Genebrard. pſalm. 78. Temerè tamẽ Phocas Imperator tentauit aliquando milites ſuos in bello ab hoſtibus fidei cæſos donandos eſſe coronâ, apud Baron. Martyrol. 9. Aprilis, & A.C. 610. num. 4. Nec Clerici per ſe pugnare, aut vulnerare poſſunt etiam citra mutilationem ſine peccato, neque tamen fiunt irregulares, exhortando, aut incitando milites ad pugnam, vel victoriam, quamuis ipſi pugnent, & percutiant, & vulnerent, dummodo non occidant, aut mutilent, vt tra-

Vulnera ſanata in vita M. S. [illegible] Benigni Diuionenſis, & in Breuiar. Rom. de S. Stanislao 7. Maij.

dunt Innocentius,& Panormitanus c. petitio. de homicidio, etiamſi in ipſo conflictu id faciant, in quo poſtea fiant cædes,& mutilationes. Neque hoc loco audiendus Lactantius militare Chriſtianis non permittens, qui error Manichæorum, Eraſmi, & aliquot Nouatorum. Quâ de re videndus S. Thomas 2.2. quæſt. 64. Bellarmin. lib.3. de Laicis c.14. Sixtus Senenſis lib.6. Bibliothecæ Annot. 156. Imo ſub Principibus Chriſtianis prohibiti fuere Gentiles militare, notante Baronio in Martyrologio 31. Ianuarii, cum è contra olim cingulum militiæ adimerent imperatores nolentibus fidem Chriſtianam abiurare, Euſeb. lib. 8. cap. 4.& lib. 9. c. 10. & in eos qui ſic exauctorati, poſtea fide eiuratâ militiæ iterum aſcribebantur ſancitus Canon 11. Nicœni Concilij, diſtinct. 5. de Pœnitentiâ, vt aduertit Bellarminus lib. 2. de Conciliis cap. 8. Tantus etiam ſplendor fuit militiæ apud Romanos, vt nemini ad magiſtratus pateret aditus, qui decem annorum ſtipendia nô feciſſet, Plutarch. in Gracchis, Polyb. l. 6. hinc ille Plautin. Epidic. ſcenâ 4. act. 4.

Virtute bellicâ armatus promerui, vt mihi
Omnes mortales deceat agere gratias.

-- Nam duo ſunt, quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, & ſapientia pacis.

Sulpitia.

Quod Virgilius dixerat 6. Æneid.

--- pacique imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Vnde Roma Leoni inſidens, mulieb*ri* ſpecie in nummis Seueri,& Antonini, & inter Taurum, & Leonem, in Gordian. Vid Boetius lib. 3. Conſolat. proſa 3.

Et Polybius li. 6. In hoſtes fortitudine,& domi concordiâ Rempublicam ſeruari, & in veteri inſcriptione, Imperium Deorum munere, & militum fortitudine regi. Quo alludit Horat. lib. 2. epiſt. 1. cum ait Auguſtum res Italas armis tutari, moribus ornare, legibus emendare. Videndus Cicero pro Murenâ, ab eo loco, Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare homines in ampliſſimo dignitatis gradu. Sic apud Gallos liberi patres non adibant, niſi adulti cum militiæ munus poſſent ſuſtinere, Cæſar lib. 6. c. 4. vnde ſplendore militiæ attolli,& ærario publico munerari, in vitâ M. S. S. Symphoriani, & alibi quoque diximus Galliam duas res ingenioſiſſimè proſecutam, militiam, & eloquentiam; hinc miles eſt murus imperij, defenſio patriæ, Epicteto. Videndus Valerius Maximus lib. 2. cap. 7. Horat. epiſt. 17.

Res gerere, & captos oſtendere ciuibus hoſtes
Attingit ſolium Iouis, & cæleſtia tentat.

Ad cuius loci intelligentiam legendus Seruius in illud Eglog. 10.

--- minioque rubentem.

Maius tamen ciues ſeruare, quam hoſtes perdere.

Cæterùm cauſam non pœnam efficere Martyres rectè adnotatum eſt. Quò referendus S. Auguſtinus dum in pſalmū 12. ait, ligantur duo, & mittuntur ad Iudicē, latro, & colligatus, ille ſceleratus, iſte innocens, vnâ catenulâ ligantur,& longè ſunt à ſe ſe. Sic in eâdem vitâ S. Benigni, vno, eodemque igne aurum rutilat, palea fumat, ita S. Auguſtinus pſalm. 21. fornax Aurificis, magni Sacramenti res eſt, ibi ignis non diuerſus, diuerſa agit, paleam in cinerem vertit, auri ſordes tollit,& 1. Petri 1. ver. 3. Probatio fidei multò pretioſior auro, quod per ignem probatur, & aurum camino probatur, Prouerb. 17. v. 3. Ignis aurum probat, miſeria fortes viros, Seneca de Prouidentiâ c. 5. Ennodius Ticinenſis

Aurum.

Mundior excocti fulgeſcat luce metalli,
Munera diſponit, qui dare digna Deo.

Sic S. Sauinianus Trecenſis ad Aurelianū Imperatorem, Excoque carnem igne totius tribulationis, vt reſudet in me ſi quid eſt æruginis, nam thus magnis flagrat iniectum ignibus, S. Auguſtin. ſerm. de S. Laurentio, & aurum purgatur venenis vehementiſſimis, Sophocles. Sicut Roſa ſuauius olet iuxta allia, Didimus l. 2. Geoponic. c. 1. Plutarchus lib. extremo de vtilitate ab inimicis capiendâ. Syneſius de Prouidentiâ, Liquatur cera,& induratur lutū, & tamen non eſt caloris diuerſa natura, S. Hieronym. qu. 10. ad Hedibiam, quod Virgilius dixiſſet eglogâ 8.

Limus, vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit
Vno, eodemque igni,

Ex Lucret. lib. 6.

Principio terram ſol excoquit, & facit are,
Denique cera liqueſcit in eius poſta vapore.

Vnde eleganter Lipſius, Vt ignis paleam exurit, aurum nitidius reddit, ſic calumniæ vanum, aut vacuum abſumunt, verâ virtute grauem illuſtrant, ſic item vno, eodemque igne lignum nigreſcit in carbonem,& lapis albeſcit in calcem. S. Auguſtin. li. 21. ciuit. c. 4. Vnū eſt lignum Arnithon, quod nitidius fit, quò magis incēditur,& vnus lapis Chalagias in mediis frigeſcit ignibus, Vincent. Bellouacenſis Spec. Naturæ lib. 10. c. 43. quò alludit S. Leo epiſt. ad Africanos, qui per longæ eruditionis ignem, & fornacem diuturni laboris excoctus, aurum purum, & argētum probatum eſſe meruit: & in Breuiario Romano 15. Februarij de Sanctis Fauſtino,& Iouitâ, quorum fides tentata exquiſitiſſimis tormentis, tanquam in igne aurum enituit.

Hercules, vt hominem exuat, Oetæis ignib⁹ cōcrematur, S. Cyprian. de Idolatr.

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Ouid. 1. Triſt. Nam quod terrulentum, & ſordidum, flammis neceſſe eſt decoqui, ait S. Laurentius apud Prudentium. In fornace aurificis, ſi aurum non es, ſimul ardes; ſi aurum es, palea tua malus, ſi tu es palea, ſimul eris & fumus, S. Auguſtin. ſerm. 53. de Verbis Domini. Dixerat antea Tertulianus de habitu muliebri c. 5. Terra planè glorioſior, quando in maledictorum metallorum feralibus officinis pœnali opere deplorata, in igne nomen terræ relinquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de ſupplicijs in B delicias, de ignominijs in honores metalli refuga mutatur.

Ronſard en l'hymne de l'or.

Et le ſoleil en creſpe ſa cheuelure blonde,
Et en dore ſon char, qui donne iour au monde.

Imo aurum filius ſolis dicitur Saphoni, quod vel noctu ardens vt ignis coruſcat, Pindar. Olymp. Ode 1. quò reſpexit Petrus Matthæus vir vtriuſque orationis Gallicæ peritiſſimus.

Sol Oceani filius, auri conflaturam inuenit. Plin l. 7. c. 56. ſed & à Chimiſtis aurum appellatur ſol, & ſol aurum, ignis [illegible], Poëtis, an vrio [illegible] [illegible] lib. 6. [illegible]

L'or du monde l'amour, le ſoleil des abyſmes
Pour qui touſiours le feu trauaille auecq' le fer,
L'or l'aile des vertus, l'or l'aſyle des cri- C mes,
Sert bien ſouuent de pont pour paſſer en enfer.

Aurum verò non cremari igne, ſed purgari propter argenti viui, & ſulfuris optimas conditiones teſtatur Albertus l. 3. tract. 2. c. 5. de Mineralibus, & lib. 4. c. 6. nec ſit minoris pōderis in igne, quia conſtat, ex ſicco & humido ſubtiliſſimis, nec habentibus aliquid impurum, aut admixtum, S. Thomas 3. Meteorologicorū, digreſſione de coloribus. Marcilius Ficinus in Plotinum Ennead. 2. lib. 1. c. 6. vbi ait propter arctiſſimam connectionem aurū eſſe indiſſolubile, & per viſcoſum humorem liqueſcere ad ignem, & quia non eſt D terræ particeps, æruginem non contrahere, & fulgorem ſortiri à ſpecie, & idæâ ſolari, & quò ſæpius arſerit, & apparuerit igni ſimillimum colore, eò fit melius, Agricola de naturâ Foſſilium. Fit autem vt terra optimè commiſſa cum aquâ, cuſtodiat humorem, nec eum exſpuat, & humor defendat terram ne accendatur, ideoque non comburatur lib. 5. ſubterraneorum, qui rationem concoquendi auri docet l. 1. de re metallicâ, quam Caſſiodorus elegantiſſimè deſcribit epiſt. 11. lib. 12. & epiſt. 3. lib. 9. Quâ de re etiam, & de

A auri præſtantiâ, ac eius nominibus, tàm Hebreis, quàm aliis Lorinus in Sapientiâ c. 3. v. 6. & in 1. Petri. 1. v. 10. Guilelmus du Vair, & Pineda in Iob. c. 28. v. 1. Ribera in Malachiam c. 2. Alcazar in caput primum Apocalypſis, Delrio p. 2. Adagio 10. & in Cantica 5. v. 11. Scaliger Exercit. 88. & 172. Brodaus l. 6. Miſcellan. c. 23. Viginerius in Midam Philoſtrati, Conimbric. Meteorologic. tract. 13. Lauretus in Siluâ Allegoriarum, Bercorius in v. Aurum, Benedictus in caput Raynutius. v. duas habens vxores. n. 100. Chaſſaneus Catal. glor. mundi p. 5. Conſiderat. 31. & p. 12. Conſiderat. 15. Mathæus Vegius in diſputatione de excellentiâ terræ, ſolis, & auri. Petrus Bellonius lib. 1. Obſeruat. c. 50. & ſequentibus, vbi inter cætera probat aurum cuiuſlibet regionis virgineū eſſe eiuſdem bonitatis intrinſecè. Iam aurum paleæ hic opponitur, vt primæ Corinth. 3. 12. & apud Ciceronem Paradoxo 3. in gubernatoris iuſtitiâ nihil intereſſe, nauem auri euertat, an paleę, neque enim quicquam auro pretioſius, nec paleâ vilius, vnde immortalitatis auro donari, apud S. Hieronym. ad Pammachium de Reſurrectione carnis. ſic Saluianus lib. 2. ad Eccleſiam Catholicam in Paradiſo deſcribit aulas gemmis intermicantibus expolitas, & immortalium metallorum fulgore pretioſas, puniceo ſemper ſplendore radiantes, vbi reſpicit illud Apocal. c. 20. Ciuitas erat aurum mundum ſimile vitro mundo. Quod aurum cùm ſit imputribile, & igne, tunſionibuſque incommutabile fidem, & caritatem ſignificare tradit Ioannes Sariſberienſis epiſt. 158. quod aurum ignitum ſuadetur emi, Apocalyp. c. 1. Quia vero idem aurum eſt materia princeps cultus ſæcularis, videat, an ad ſpurca inſtrumenta ſeruire debeat demens ſui copia, Tertulian. c. 5. de habitu muliebri, iuxta illud Martial.

Ventris onus miſero, nec te pudet excipis auro,
Et potas vitro,

Cætera non admittunt purgatiores auriculæ. Per paleas autem igne inextinguibili comburendas, tritico in horreis recondito Math. 3. intelliguntur mali, de quibus Tertulianus de præſcriptionibus. Auolent, inquit, quantùm volent paleæ leuis fidei, quocumque flatu tentationū, eò purior maſſa frumenti in horrea Domini reponitur. Quem magiſtrum imitatus S. Cyprianus de vnitate Eccleſiæ, Triticum, ait, non rapit ventus, inanes paleæ tempeſtate iactantur. & epiſt. 69. Non patitur Dominus triticum de areâ ſuâ diripi, ſed ſolæ poſſunt paleæ de Ec-

cleſiâ ſeparari, & vtrumque ſecutus Afer A tertius,ſi tentatio euenerit,quaſi occaſione venti volant faciles, quia grana non erant. In Gloſſâ ordinariâ,ad illud 1.Ioânis 2.Exierunt à nobis,quia de nobis non erant, ſtatim enim cernitur frumentorũ grauitas, & leuitas palearum, Vincent. Lirinenſis. Quæ tamen Patrum ſentẽtiæ minimè fauent impietati Bezæ aſſerentis electos nullo mortali peccato contaminari,reprobos nullo veniali, nec pro his orandum eſſe,vt refert Galtherus Tabulâ Chronolog. ſæculo 16. c.26. Nam vt B ait S. Irenæus l. 4. c. 9. Homo rationalis, & ſecundum hoc ſimilis Deo, liber in arbitrio factus, & ſuæ poteſtatis, ipſe ſibi cauſa eſt, vt aliquando frumentum, aliquando palea fiat: vnde apud S. Hieronymum in cap. 55. Iſaiæ,illud,quod in Euãgelio dicitur,Non poteſt arbor bona fructus facere malos, nequaquam refertur ad naturæ proprietatem, vt hæretici volunt, ſed ad mentis arbitrium, quo vnuſquiſque animæ ſuæ facit bonam, vel malam arborem,cuius fructus varij ſint. Vbi S. Doctor ſic pro libertate arbitrij pugnat,non vt neget(quod veriſſimum eſt) C omne bonum quod in nobis eſt, à Deo primo, ſummoque omnis boni fonte promanare,ſed tantùm vt doceat voluntatem ſe ſuâ libertate ad boni, vel mali electionem determinare,ac Deum Optimum Maximum, quando ad bonum illã mouet vſque adeo ſuaui prudentiâ illam mouere, vt neque ad vnum, neque ad alterum illam phyſicè prædeterminet, ſed libero arbitrio relinquat integram,quam illi largitus eſt, ſe ſe determinandi poteſtatem,& vtrum duorum libuerit amplectendi. Quã de re S. Hilarius in pſalmum 2. Atque huc faciunt quæ diſputãt Theologi in primam partem S. Thomæ qu. 23. art. 2. verùm quis deleatur de libro vitę, & Ludouicus Molina de concordiâ gratiæ & liberi arbitrij, in quæſtione de auxiliis:& certè Iure Ciuil: Romano, contradicens adoptari non poteſt l. vlt. C. de Adoptionibus, l. in Adoptionibus. D. eodem. & beneficium inuito conferri non poteſt.

Et quidem eſſe filios Dei non neceſſitas eſt,ſed poteſtas,S. Hilarius l. 1. de Trinitate. Eſt enim in poteſtate liberi arbitrij,& gratiæ operatione filios Dei fieri. S. Chryſoſtomus in illud 1. Ioannis. *Dedit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.* Et hæc profectò non extra rem,quæ ad mortem pretioſam,& ad vitam æternam ducentem ſpectant. His demùm finem imponimus,ſi vnum addiderimus,apud probos Auctores,niueum, roſeum,purpureum,lacteum,candidum, aureum ſumi pro pulcro; Ita olores purpurei,Horatio;& nix purpurea, Albinouano. Faxit verò Deus Optimus Maximus,vt ſuper niuem puram, & Gallicam in ſanguine Agni immaculati, inter lilia paſcentis,dealbati, ac ſuper aurum obryzum fulgentes in cærula cœli templa poſſimus penetrare,inſtar columbæ, quæ,

Animæ piorum viſa in cœlum euolare columbinâ ſpecie.

Ludouic. Crucius.

--- ſole
Aduerſo niueis argentea viſitur alis
Et dorſo rutilans auri volat æmula fului.

OMISSA ADDENDA, COMMISSA DELENDA, VEL CORRIGENDA.

PAgina 7.linea 2. *pro* Annal, *lege* Animal.

Pag. 11. in margine *lege* nix *pro* nie.

Arelat. Pag.17.lig.38. *lege* verboque manuque.

Pag.20.lin.2. poſt *Neapolitanus, adde*, Iacit fũdaméta Capucinorum Bellicadri 3. Maij 1601. Lin.7. poſt 1612.adde Iecit fundamenta Capucinorum Marticenſium 30 Mart.1604.

Auenion. Pag.21. col.1. lig. 50. lege *d'Argſeuille.*

Pag.23.col.2.lin. 40. *lege* Margaritæ *pro* Mariæ.

Auſcenſes. Pag.24.col.1 lin.55. poſt 1617. *adde* Conſecrat 1625. Petrum *De Vic*, Emerici Franciæ Procancellarij filium Abbatem Beccenſem in Archiepiſc. Corinthienſem & Coadiutorem Auſcenſem.

Bituric. Pag.32. col.2.l. 13. poſt 859. *adde* & Piſtenſi 862. lin. 23. poſt *Vulfandus*, *adde* ſubſcribit 866. confirmationi priuilegiorum Solemniaci.

Pag. 34.col.1.lin.57. poſt *Prouinciæ, adde*, nominatur in diplomate Philippi. R.a.7.quo datur Dionyſianis Capella Audæ.

Pag. 53. col. 1. lin. 6. *dele* credo ab eo, *& lege*, hoc autem ſedente conſtat.

Pag.62. col.1. lin. 16.poſt *Polygraphus, adde*: Hoc autem ſedente conduntur Capucini Borbonij Archimbaldi 1623. & Caſtro Rodulphi 1624. 9. Maij, ac Facultas Theologiæ inſtituitur Auarici 1625. ab illuſtriſſimo Principe Henrico Borbonio: quo anno intereſt Rolandus C[illegible] mitus Cleri Pariſiis.

